M

Digitized by Google

Liber Augustini Almadiani viterbiensis

Platonis opera a Marſilio Ficino traducta: adiectis ad eius vitæ & operũ enarrationem Axiocho ab Rodulpho Agricola: & Alcyone ab Auguſtino Datho tralatis.



Vęnundantur ab Ioanne Paruo & Iodoco Badio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Iodocus Badius Aſcenſius,D.Michaeli Bodeto,viro mortaliũ conſenſu optimo,Con
ſiliario regio prudentiſſimo,Pari Franciç,ac Lingoneñ.Epiſcopo digniſſimo,bene age
re & lçtari.

QVanq̃ pater merito tuo laudatiſſime lõge abhorreo ab im-
pudẽtiſſimo hac fere tempeſtate ſcribentium inſtituto,qui
teterrimo optimi cuiuſq; prçiudicio,ſine delectu, abſq; iu-
dicio,citraq; omnẽ ruborẽ,infimos mortaliũ & vix qui no-
minentur,dignos,manifeſtaria & impotenti aſſentatione,
ſummis nominibus extollunt:vſqueadeo vt vix vllam con
ſpicias ab eis conſcriptam paginã,in qua non ſepties,colen
diſſimi, metuendiſſimi, reuerendiſſimi,& id genus latinæ
linguç priſcis obſeruatoribus ignota monſtra,inculcẽtur:
quç res effecit,vt re integra neminẽ nunc pro meritis lau-
dare valeas,cũctis ſimile de omnib⁹ prçiudicantibus. Q̃q̃
prçterea,me latet minime Liciniũ Fimbriã virum conſula-
rem a ſummis auctoribus Marco Tullio Cicerone in offi-
ciorum tertio:& Valerio Maximo lib.antiquorũ inſtituto
rum ſeptimo,immortali laude donatũ,q; a Marco Luctatio Pinthia,ſplendidiſſimo equite Romano
iudex aditus de ſponſione quã is cum aduerſario,q; vir bonus eſſet,fecerat,nunq̃ id iudicium pronũ
ciatione ſua finire voluerit:ne(inquit Valerius,cuius hçc agnoſcis verba)aut probatũ virum,ſi con
tra eum iudicaſſet,fama ſpoliaret,aut iuraret eum virum bonum eſſe,cũ ea res innumerabilibus lau
dibus contineatur. Q̃q̃ inquam hçc ita ſunt,tamen cõmunem mortalium cõſenſum ſecutus,& au-
rium oculorumq; iudicio inductus(nam quç audiuimus,vidimuſq; teſtamur)nihil ſum veritus,te
virum optimũ pronunciare. Ita enim a teneris vnguiculis vitam inſtituiſti:ita in cõſulatu regio:ita
in epiſcopatu vixiſti & viuis,vtq; diu viuas optamus:vt eo nomine digniſſimus extra oẽm aleam cõ
proberis:vſqueeo,vt ſi priſcorum conſuetudinẽ ſectari velim,qui optimũ ac maximũ quẽq; in ſuo ge
nere deum nuncupabant: te merito & virorum,& conſiliariorum,& Epiſcoporum, & eorum quos
nũc Pares Franciç,olim regulos Galliarũ appellabant,deũ cõpellauero. Quocirca cũ opera Platonis,
quem philoſophorũ deum prçdicant omnes,& qui vnus Antimacho poetç,inſtar omniũ erat:a Mar
ſilio Ficino tralata & paraphraſi egregia illuſtrata prçlo noſtro iãiam emittenda,nullius viuentium
tam viſa ſint expetere ac tuum prçſul digniſſime quo tueantur,prçſidiũ:ne iſtud eis deneges maiorẽ
in modum iterum atq; iterum precamur. Vale.E chalcographia noſtra ad quintum Calẽdas Iunias
Anno ab redemptione humana.MDXVIII.

MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBROS PLATONIS AD LAVRENTIVM MEDICEM VIRVM MAGNANIMVM

PROOEMIVM.

DIVINA Prouidentia, fortiter attingens omnia, ſuauiterq; diſponēs magnanime Laurenti, ſtatuit, religionē ſanctam nō ſolū prophetis, & Sibyllis, ſacriſq; armare doctoribus, verumetiā pia quadā, elegantiq; philoſophia, ſingulariter exornare: vt ipſa pietas omniū origo bonorū, tam ſecura tandem inter omnes ſapientię, & eloquētię profeſſores incederet, q̄ tuta penes domeſticos cōquieſcit. Oportebat enim religionē (quę vnica eſt ad felicitatē via) non rudioribus tantum hominibus, verūetiam peritioribus cōmunem fore. Qua quidē duce omnes ad beatitudinē, cuius gratia nati ſumus, & ad quā conſequēdam, cōmuni ſtudio laboramus, facilius, tutiuſq; peruenire poſſemus. Itaq; deus omnipotēs, ſtatutis tēporibus diuinum Platonis animū ab alto demiſit, vita, ingenio, eloquioq; mirabili, religionem ſacram apud omnes gentes illuſtraturū. Cum vero ad hæc vſq; ſęcula ſol Platonicus nōdum palam latinis gentibus oriretur, Coſmus Italię decus, & inſignis pietate vir, Platonicam lucem, religioni admodū ſalutarem, a Græcis ad Latinos propagare contendens, me potiſſimū intra ſuos lares plurimū educatum, tanto operi deſtinauit. Ego autē & ſi a tenera ętate nominis Platonici cultor, rem tamen adeo grauem, nō meis quidē, ſed aui tui Coſmi proſperis auſpiciis, ſum aggreſſus ſperans diuinam opem tam neceſſario, tamq; pio officio non defuturam. Hac ergo in primis ſpe ductus, Academiam ſum ingreſſus: decemq; ex ea Platonis noſtri dialogos, Coſmo prius q̄ naturæ concederet, latinos feci. Poſt eius obitum patri tuo Petro pręſtantiſſimo viro, dialogos nouem legendos dedi. Poſtq̄ vero Petrus e vita deceſſit, fortuna pręclaris ſæpe operibus inuida, inuitū me a traductionis officio diſtrahebat. Verū tu & religionis cultor, & philoſophiæ patronus, me ad inceptum omni fauore & auxilio reuocaſti. Quāobrem ad inſtitutum munus felicibus iterum auſpiciis ſum regreſſus: neq; traduxi tantum: verūetiam partim argumētis mentē perſtrinxi Platonicam, partim quoad potui breuibus cōmentariis explicaui. Opus itaq; totum diuino auxilio iam abſolutum tibi libētiſſime dedico. Ad quem illa etiam: quę maioribus tuis inſcripta ſunt: iure hęreditario pertinent: virum profecto auitæ paternæq; in patria colenda virtutis hęredem. Leges autē inter dialogos funebrē Platonis orationē pio fratri tuo Iuliano dicatam. Prętere a vbi ad librū de Regno perueneris: videbis Federicum Vrbinatē ducem eo die a me honoratum quo ipſe tuas ædes honorifice ſalutauit. Non ſolū vero ſeptē atq; triginta libri, qui ſolo tuo inſigniti ſunt titulo: ſed cuncti deniq; tui ſunt, quandoquidem omnes tui gratia ſunt abſoluti, atq; ego ſum tuus. Neq; vero me Platonicum in his libris ſtylū omnino expreſſiſſe profiteor: neq; rurſus ab vllo, q̄uis admodum doctiore, vnq̄ exprimi poſſe confido. Stylum inquā non tam humano eloquio: q̄ diuino oraculo ſimilē: ſæpe quidē tonantem altius: ſępe vero nectarea ſuauitate manantē: ſemper autē arcana cæleſtia complectentem. Profecto quēadmodum mundus tribus præcipue dotibus eſt munitus: vtilitate, ordine, ornamento: atq; ex his diuinū nobis teſtatur artificē: ita Platonicus ſtylus continens vniuerſum, tribus potiſſimū abundat muneribus: philoſophica ſententiarū vtilitate: oratorio diſpoſitionis elocutioniſq; ordine: florum ornamēto poeticorū: & vbiq; tum diuinis vtitur teſtibus, tum etiā certiſſimū de architecto mundi deo perhibet teſtimoniū. Valeant igitur Magnanime Laurenti, valeant procul omnes, qui minutiſſimas erudiendæ pueritię a Platone rationes efflagitant. Erudiant alii rudiores: & eruditi deniq; fores Platonicas adeant, inde non tam puerilia rudimenta, q̄ diuina myſteria tandē reportaturi. Dixi modo Laurēti tandē. Nam Plato noſter anteq̄ diuina fundat oracula: ne ſacra prophanis cōmunia fiant, audientium animos triplici paulatim ad ſummū calle perducit, purgatione, reſolutione, conuerſione. Quāobrem multa legūtur apud Platonē ad purgandos perturbationibus animos pertinētia. Plura rurſum ad ſoluēdas mentes a ſenſibus. Plurima etiā ad conuertēdas, tum in ſeipſas, tum in deū omniū auctorem: in quē, veluti ſolem, rite cōuerſæ, optatis inde veritatis radiis feliciter illuſtrentur. Interea Plato noſter, dū occultis ſępe modis humano generi neceſſariū tractat officium, interdū iocari videt & ludere. Verū Platonici ludi atq; ioci admodū grauiores ſunt q̄ ſeria Stoicorū. Neq; enim p humiliora quędā dedignat alicubi peruagari: modo ſenſim auditores captans humiliores facilius ad excit[illegible] ducat. Miſcet frequēter grauiſſimo quodā cōſilio vtilia dulcibus: quo modeſtis ſermonis blan[illegible]ribus, animos natura proniores ad voluptatē, per ipſam voluptatis eſcam ad cibum alliciat [illegible] Fingit & ſæpe fabulas more poetico: quippe cū ipſe Platonis ſtylus, non tam philoſophic…

De Platonico ſtylo.

Plato eruditis legendus.

Platonis præparamēta.

poeticus videatur.Furit enim interdum,atq; vagatur:vt vates: & ordinem interea non humanum
ſeruat:ſed fatidicum:& diuinum:neq; tam docentis perſonam agit,ꝗ ſacerdotis cuiuſdã:atq; vatis:
partim quidem furentis,partim vero cæteros expiantis:& in diuinum furorẽ ſimiliter rapientis.Fa-
bulis vero inter hæc ob id potiſſimũ vti videtur: vt inter varios Academiæ flores oblectentur quidẽ
omnes:ſed expiati dũtaxat poma decerpant:veſcantur ſuauius:facilius concoquant : perfectius nu-
triantur.Agit autem dialogis omnia:vt ſermo viuens,perſonas loquentes ante oculos ponat,perſua
deat efficacius:& moueat vehemẽtius.Accedit ad hęc ꝙ amicos(vt par eſt)opportune dialogis ſuis
honeſtat:facilius multos poſteritati cõmendans. Prænterea opiniones eadem de re diuerſæ cõmodius
dialogo recenſentur.Mitto ꝙ dialogus mira quadam varietate delectat:& attentione audientes deti
net:& legẽtes. Verũ quidnã longius per minutiora quędã & humiliora digredimur? Sophia magna
nimę Laurenti,quę ſolo Iouis capite nata,ab initio cũ eo erat cuncta componẽs,patrem imitans,ipſa
quoq; filiã ſolo capite peperit,Philoſophiã nomine:cuius delitiæ forent,eſſe cum filiis hominũ. Hanc
igitur in terra quondã per varias gentes peregrinantẽ excellẽtiora paſſim admirabant ingenia. Quo
rum in numero,Plato noſter nõ ſolum admiratus eſt illã: ſed & primus & ſolus ad ſummũ excoluit.
Huic enim ille primus tanꝗ ſacrę ſacerdotia cinxit tẽpora mitra:prænterea peplum induit:qđ augu-
ſtam filiam Mineruę deceret:caput etiã manuſq; & pedes ſuauiter redolentibus illiniuit vnguentis.
Deniq; ſolũ ipſum quacunq; philoſophicum numen incederet,variis aſperſit floribus:& ornauit. Ta
lis erat:atq; etiã eſt huius diuæ intra limites Academiæ deambulantis habitus:talis ornatus . Quo-
tiens vero extra hortos Academicos peruagatur,non ſolũ vnguenta ſemper amittit:& flores:ſed etiã
proh nefas,ſæpe incidit in latrones : atq; amiſſis ſacerdotii & grauitatis inſignibus nuda paſſim,&
quaſi prophana perterrat:adeoq; deformis apparet:vt neq; Phoebo vlterius Mercurioq; eius familiari
bus placeat : neq; inſuper vel auo ipſius Ioui,vel Mineruę matri probetur.Cæterum ſtatim materno
conſilio intra parietes & hortos Academię ſeſe recipiẽs:antiquũ reſumit decus:& ibi velut in patria
libentiſſime requieſcit.Quãobrem iuuat vna tecum Platonice Laurẽti omnes:tum diſcendi: tum be
ne viuendi cupidos:ad Academiã Platonicam cohortari.Hic enim iuuenes vel inter iocandum prę-
cepta morum:vel inter ludendum induſtriam differẽdi iucunde admodũ:& facile conſequẽtur. Hic
viri etiam rei tum familiaris,tum publicæ diſciplinã abunde perdiſcent. Hic ſenes pro mortali vita,
vitam ſperabunt ęternam. In Academię hortis poetæ ſub lauris canentem Apollinẽ audient.In veſti
bulo Academię oratores ſpectabũt Mercurium declamãtem.In porticu vero,& aula iuriſconſulti ci-
uitatũq; gubernatores,Iouem ipſum auſcultabunt,ſancientem leges,iura dictantem,imperia guber
nantem.In ipſis deniq; penetralibus,philoſophi Saturnum ſuum agnoſcent:cęleſtium arcanorũ con
templatorem. Vbiq; vero ſacerdotes rerũq; ſacrarũ antiſtites arma reperient:quibus pietatem aduer
ſus impios ſtrenue protegãt. Huc igitur,huc precor,omnes accedite,qui liberales colitis diſciplinas:
hic eas:& libertatem vitæ pariter adepturi:huc deniq; cuncti concurrite: quos aſſequẽdæ veritatis:
& conſequẽdæ beatitudinis perpetuus ardor inflãmat:hic aſpirante deo,veritatem ad votum: & feli
citatem conſecuturi. Verum interim admonendi eſtis,ne temere de rebus Platonicis,immo vero di
uinis,feratis ſententiã:ſed longo:& ęquo examine iudicetis:neq; liuidam in eos cenſuram exerceatis:
qui procul ab omni liuore vobis vigilant:& laborant . Immo vero fauete libenter auctori pio,fauete
etiam traductori,non ſolum tranſlatione verborũ:ſed explicatione ſententiarũ cõmuni omniũ vtili-
tati pro viribus conſulenti.Nolite precor antiquã ſalutareq; doctrinam,heu iãdiu nimis oppreſſam,
nuper autem in lucem diuina prouidentia prodeuntẽ,inſequi crudeliter:& opprimere: ne forte quã
deus omnipotens vult vbiq; viuam,mortalis homo fruſtra perditam velit.Dextera enim domini fe-
cit virtutem:dextera domini iam exaltauit eam:non morietur:ſed viuet:& narrabit opera domini.

SEd quonam optime Laurenti nos ingens in Platonem ac neſciens tenere modum,raptauit
amor?Num in Platonis cauſa declamauimus:oratorię facũdię principis?Satis enim ſuperq;
ipſe pro ſua cauſa declamauerit,apud eos pręſertim,qui perturbationib⁹ vacui,ęquos ſe pręͤ
ſtiterint auditores.Te vero in pręſentia minime adhortabor:mirum in modũ ad hęc omnia volunta
te propenſum:ingenio promptũ:ſtudio eruditum.Sed optabo dũtaxat:vt & legas feliciter:& feliciſſi
me viuas,Marſilii tui memor. Dum vero Marſiliũ Ficinum nomino,Philippum quoq; Valorẽ Aca
demicum noſtrum intellige pariter nominatũ. Nam ſi Valor atq; Marſilius in Platone defendendo:
& in te amando idem ſunt:proculdubio inter ſe quoq; ſunt idem. Valorẽ tibi Laurẽti ſingularis ſua
virtus probat,Platonicus honor laudat,incredibilis in te amor valde commendat.

PLATONIS VITA AVCTORE MARSILIO.

PLATONIS VITA ET PRIMO GENEALOGIA ET GENESIS.

Platonis parentes.

PLATO Athenienſis Ariſtonis & Perictiones ſiue Potonę filius a Neptuno genus vtrinq; ducit. Nam Solon a Nereo & Neptuno deſcēdit. Solonis vero frater Dropides Critiam maiorē genuit: a quo Caleſcrus ortus duos habuit filios: Critiam ſcilicet minorē, qui vnus ex triginta Athenarū gubernatorib⁹ fuit: atq; Glauconē Charmidis & Perictiones patrē. Perictione vero Ariſtoni nupta, Platonē peperit & Adimātum & Glauconē. Fœminā quoq; Potonam: quæ Eurymedonti nupta, peperit Speuſippū. Rurſus Ariſto Platonis pater a Codro filio Melanti deſcendit, qui iterū in Neptunum ſicut & Solon originem referunt. Ferunt Athenis celebre eſſe, Ariſtonē Perictione cum eſſet ſpecioſiſſima cōgredi conatū eſſe. Verū fuiſſe illius conatus irritos, vidiſſeq; in ſomnis Apollinē, atq; ab eo iuſſum mūdam a cōiugali copula quoad pareret ſeruauiſſe. Q đ & Laertius, & Polycrates ſcribūt. Naſcitur Athenis vel in Aegina a Troię captiuitate anno ſeptingenteſimo quinquageſimoſexto: ab vrbe cōdita trecēteſimotertio: ante Chriſti aduentū quadringēteſimo vigeſimotertio. Platonis Geneſim qualē adoleſcēs audiuerā in libro de Amore ſignificaui: ſed nūc adducam qualē Iulius Firmicus Aſtronomus deſcribit. Cuius opinionē, hac in re exiſtimo veriorem. Eſt autem eiuſmodi: In aſcendēte aquario Mars, Mercurius, Venus. In ſecūda, Sol in piſcibus. In quita, Luna in Geminis. In ſeptima, Iupiter in Leone. In nona, Saturnus in Libra. Hanc geneſim Iulius Firmicus aſſerit ſignificare virum, qui mirabili eloquentia polleat, cæleſtiq; ingenio ad omnia ſecreta diuinitatis accedat.

Natiuitas. Geneſis.

EDVCATIO, INDOLES, ERVDITIO, SOBRIETAS PLATONIS.

FErtur, cum in cunis eſſet, in labiis infantis apes mel fudiſſe, eloquentię futurę preſagium. Aiunt Socratem vidiſſe per ſomniū oloris pullum ſibi in gremio plumeſcere, qui cōtinuo exortis pennis, expanſis alis in altum euolans, ſuauiſſimos cantus ediderit. Poſtridie cum a patre ſibi Plato cōmendatus eſſet, hunc eſſe cygnū quē viderat dixiſſe. Poetico ſtylo in adoleſcentia floruit. Elegias compoſuit, & tragœdias duas: quas & ipſe igni dedit, cum primū animū ad philoſophiam applicuiſſet. Primis literis a Dionyſio pręceptore imbutus eſt, deinde Socratē audiuit vigeſimū annum ætatis agens. Poſt Socratis mortē Cratylo Heracliti diſcipulo, & Hermogeni Parmenidis philoſophiam tuenti ſeſe accōmodauit. Cum eſſet annorum duodetriginta Megaram ſe ad Euclidem cū aliis Socraticis contulit. Hinc Cyrenem profectus Theodorū mathematicum audiuit, atq; inde in Italiam ad Pythagoreos Philolaum & Architam Tarētinum Eurytūq; conceſſit. Ab his in ægyptum ad ꝓphetas & ſacerdotes ſe recepit. Decreuerat ad Indos Magoſq; progredi: verū propter Aſiæ bella a propoſito deſtitit. Regreſſus demū Athenas in Academia vitam duxit, quem inſalubrem Atticæ locum dicitur elegiſſe: qđ etiam diuus Baſilius & Hieronymus cōprobant: vt nimis bonus corporis habitus ceu vitis nimia luxuries amputaretur. Erat enī & ſpecioſiſſimo & robuſtiſſimo corporis habitu. Vnde & a latis humeris, ampla fronte, & egregio totius corporis habitu orationiſq; vbertate, Plato eſt nūcupatus: cum ante nominatus fuiſſet Ariſtocles. Nihil in eo deforme niſi forte vox aliquātulum gracilis: & neſcio quid ſub ceruice gibboſum eum aliquātulum deformabat. Ob Academiæ habitationem paſſus eſt quartanam febrem menſes decem atq; octo: ſed ſobrietate & diligentia ſua vires poſt febrem validiores q̄ ante recuperauit.

Euclides Megarenſis tēpore Platonis extitit.
In Italia philoſophi.
Ariſtocles:

MILITIA ET NAVIGATIO PLATONIS TRINA.

PRIMA NAVIGATIO.

MIlitauit ter. Primo in Tanagram, ſecūdo in Corinthum, tertio in Delum, vbi etiā victoria potitus eſt. In Siciliam ter nauigauit. Primo vt inſulā & ętnea miracula cratereſq; videret. Agebat tunc .xl. ætatis annum: quo etiā tēpore Dionyſius Hermocratis filius vt ſecum loqueretur impulit: vbi cū ille de tyrānide diſſereret, dicens non id præſtare qđ ſibi ſoli eſſet vtile, niſi virtute etiam excelleret: offenſum tyrānum atq; iratum dixiſſe aiunt. Verba tua otioſorum ſenum ſunt. At ille. Et tua inquit tyrannidem ſapiunt. Ad hæc indignatum tyrannum primo quidē illum necare voluiſſe. Deinde vero a Dione & Ariſtomene obſecratum, id minime effeciſſe: verū Polidi Lacedæmonio, qui per id tempus legatus ad ſe venerat, eum tradidiſſe, vt venundaretur. Eum ille in Aeg

vendidit. Quo tempore & Chamãder tanq̃ mortis reum accuſauit. Sane iuxta promulgatam apud eos legem capitale erat, ſiquis Athenienſium eam inſulam adiiſſet. Caeterum cum a quodam fuiſſet allegatum, diſciplinę gratia eo philoſophum aſcendiſſe, legemq; illam de hominibus non de philoſophis qui ſuper homines ſunt, loqui, abſolutum eum dimiſere: neq; occidendũ ſed vendendum decreuerũt. Aderat forte Annicceris Cyrenaicus, qui eum. xx. minis redemit, remiſitq; Athenas ad amicos. Polidem vero a Cabria ſuperatum & poſtmodũ in Elice fuiſſe ſubmerſum fama eſt, dęmonio ſibi nũciante talia illum philoſophi gratia perpeti. Non tamẽ quieuit Dionyſius. Verum cum cognouiſſet quae illi contigerant, ſcripſit Platoni, orans ne in ſe maledicta intorqueret. Ad quem ille ſcripſit, non tantum ſibi a philoſophia ſupereſſe otii, vt Dionyſii meminiſſet. Obtrectatoribus quibuſdam Platonem a Dionyſio derelictum obiectantibus reſpondit, immo vero a Platone Dionyſius eſt relictus. Secũdo profect⁹ eſt ad Dionyſium iuniorem: ab eo & Dione philoſophandi gratia accerſitus: hac quoq; ſpe ductus, ſe ſuis conſiliis effecturum, vt illic ex tyrannide, aut reſpu. fieret, aut regnum, viſurumq; qđ iandiu vehemẽter optabat: gubernationem. ſ. quãdam maxime philoſophicam, in qua vel gubernent philoſophi, vel gubernatores philoſophentur. Putabat enim ciuitates non aliter poſſe miſeriam euitare. Id omne nõ vi aut dolo ſed philoſophicis rationib⁹ ꝑſuaſo Dionyſio fieri cupiebat. Sed quarto fere menſe poſt Platonis acceſſum, Dionyſius falſis impulſus calumniis Dionẽ quaſi tyrannidi inſidiantem expulit. Platonem vero libẽter amplectebatur. At Plato in patriam rediit. Tertio acceſſit, Dionem Dionyſio reconciliaturus, & ab vtroq; iterum atq; iterũ obſecratus: rogatus etiã ab Archita. Tunc & Dionyſius vittatam illi triremem obuiam miſit, & Archidamũ Pythagoricum oratorẽ, nobileſq; permultos, & ipſe quadrigis albis egredientem excepit. Poſtulauit Plato promiſſam Dionis reſtitutionẽ, atq; inſuper vrbem ac homines qui iuxta conſtitutam ab eo rempu. viuerent. Idq; ille q̃q̃ pollicitus, implere detractauit. Cũ vero Plato palam Dionyſium redargueret, ꝙ feſelliſſet fidẽ, tum ſibi de Dione reſtituendo, tum Theodoti ſuo de Heraclide ſeruãdo: infenſum deinde habuit Dionyſium: vnde in ſummo viuebat periculo, ne a militibus interficeretur. Sed Architas Tarẽtinus Salmiſcum miſit ad Dionyſium oratorem vna cum naui, rogans vt Platonẽ dimitteret. Ille eum dimiſit, ac prębuit cõmeatum: Plato in patriam rediit. Dionyſius paulopoſt a Dione ciuibuſq; pulſus tyrannide, criminis in philoſophum cõmiſſi poenas dedit. Plato miro quodã honore exceptus eſt in patria. Ibiq; ad remp. accerſitus accedere noluit, quia plebs malis ſe moribus aſſuefecerat.

QVIBVS PLATO LEGES DEDERIT.

FErtur Arcadas & Thebanos condita ciuitate honeſtae magnitudinis, rogaſſe illum, vt eam rempu. inſtitueret. Verum cum ille eos intellexiſſet aequalitatẽ ſectari nolle, profectum non eſſe. Syracuſanis vero expulſo tyranno leges dedit. Et Cretenſib⁹ Magneſia nup condita ſiue inſtaurata ciuitate, ſcripſit leges. XII. in libros digeſtas. Miſit ex familiaribus ſuis Ariſtonymum ad Arcades legibus inſtituendos, ad Ilios Phormionem, ad Pyreos Meledimum.

CONTINENTIA, GRAVITAS, COMITAS PLATONIS.

VIxit autem caelebs & ſobrius admodũ, & vt Aurelius Auguſtin⁹ perhibet, caſtus. Vnde & ĩ ſenio ſacra Naturę feciſſe dicitur, vt ſe apud vulgus a crimine ſterilitatis abſolueret. Iuuenis adeo verecũdus, adeo compoſitus fuit, vt nunq̃ ridere, niſi modice, deprehẽſus ſit. Iratum vero vidit nemo. Vnde apud Platonem educatus puer cum ad parentes reuerſus vociferantem videret patrem, nunq̃ inquit hoc apud Platonem vidi. Semel tantum clam ſubiratus eſt puero grauiter delinquenti. Sed Xenocrati inquit. Cęde tu hunc puerum. Ego enim quia iratus ſum nequeo. Edebat quolibet die aut ſemel tantum, aut ſi bis, parciſſime. Dormiebat ſolus. Contrariam vitam multum vituperabat. Ad amandos adoleſcẽtes, quẽadmodum & Socrates ſuus videbatur paulo pronior, verũ vterq; tam ratione cõtinens q̃ ſenſu procliuis. Q; diuine iſti amauerint, & quo pacto quę de amore loquuti ſunt, exponãtur, ſatis in libro de Amore tractauimus. Optabat memoriam ſui vel in libris, vel in amicis relinquere. Et ſi melancholicus erat, ꝓfundiſſimiq; ingenii, vt ſcribit Ariſtoteles, iocis tamen plurimis vtebatur, atq; Xenocratem & Dionem ſeueriores ſaepiſſime admonebat, vt Gratiis ſacra facerent, quo iucundiores gratioreſq; redderentur. Platonis autem grauitati comitas erat admixta.

PLATONIS VITA AVCTORE MARSILIO.

DISCIPVLI PLATONIS PRAECIPVI.

Diſcipuli eiꝰ fuere, Speuſippus Athenięſis, Xenocrates Chalcedonius, Ariſtoteles Stagirites, Philippus Opuntiꝰ, Heſtięus Perinthiꝰ, Dio Syracuſanꝰ, Amicles Heracleotes, Eraſcus & Doriſcus Sceptii, Timolaus Cyzicenus, Hebeō Lāpſacenus, Pithon & Heraclides Henii, Hippotales & Calippus Athenienſes, Demetrius Amphipolites, Heraclides Pōticus, & cōplures alii, & cū his mulieres duę, Laſchenia Mātinea, & Axiothea Phlyaſia: quę virili vtebant̄ veſte. Theophraſtū itē illius fuiſſe auditorem ferunt, & Hypericlem oratorē, Cameleon, & Lycurgū, & Demoſthenē quoq; ipſius fuiſſe ſtudioſum, & Meneſiſtratū. Veſtibulo Academiæ inſcriptū erat. Nemo huc geometrię expers ingrediatur. Qđ quidē non ſolum de linearū, ſed etiā de affectuū debita menſura volebat intelligi.

LIBRI QVOS SCRIPSIT PLATO, AC A POSTERIS IN QVATERNITATES NOVEM COLLECTI.

Prima quaternitas.

Euthyphro: vel de Sanctitate
Apologia Socratis.i.defenſio
Crito: vel de eo qđ is egit in carcere cum Socrate: vel de agendo.
Phædo: vel de Animi immortalitate: vel de anima.

Secunda quaternitas.

Cratylus: vel de recta nominum ratione
Theętetus: vel de ſcientia
Sophiſta: vel de ente
Ciuilis: vel de regno.

Tertia quaternitas.

Parmenides: vel de vno omnium principio, & de ideis.
Philebus vel de ſummo bono, vel de voluptate
Conuiuium: vel de amore
Phædrus: vel de pulchro.

Quarta quaternitas.

Alcibiades primus: vel de natura hominis
Alcibiades ſecundus: vel de voto
Hipparchus: vel de ſtudio lucrandi: vel de lucri cupiditate
Amatores: vel de philoſophia.

Quinta quaternitas.

Theages: vel de ſapientia
Charmides: vel de temperantia
Laches: vel de fortitudine
Lyſis: vel de amicitia.

Sexta quaternitas.

Euthydemus: vel litigioſus
Protagoras: vel de moribus ſapientię profeſſorum
Gorgias: vel de rhetorica
Meno: vel de virtute.

Septima quaternitas.

Hippias maior: vel de pulchro: vel de honeſto
Hippias minor: vel de mendacio
Io: vel de furore poetico: vel de Iliade
Menexenus: vel de Attica antiquitate: vel Epitaphius.

Octaua quaternitas.

Clitopho: vel exhortatorius
De repub. libri.x. vel de iuſto
Timęus de mundi natura
Critias: vel Athlanticus: vel de Athlantica antiquitate.

Nona quaternitas.

Minos: vel de lege
De Legibus libri.xii.
Epinomis.i.legum appendix: vel Philoſophus
Epiſtolę duodecim.

Hos omnes Platonis libros ipſi e Gręca lingua tranſtulimus in latinam. Tres vero ſunt Platonicorum ſpecies dialogorum. Aut enim ſophiſtas confutat: aut adoleſcentes adhortatur: aut docet adultos. Quę in epiſtolis, vel in libris de Legibꝰ, & Epinomi Plato ipſe ſuo differit ore, certiſſima vult haberi. Quę vero in cæteris libris, Socratis, Timęi, Parmenidis, Zenonis ore diſputat, veriſimilia.

PLATONIS VITA AVCTORE MARSILIO.

ELOQVENTIA,SAPIENTIA,AVCTORITASQVE PLATONIS.

STylus Platonis,vt ait Ariſtoteles,medius inter ſolutam orationẽ & carmen fluit: Suauitas & copia tanta,vt Cicero Platonem & intelligendi & dicendi grauiſſimũ auctorem fuiſſe dixerit. Adiecit:ꝙ ſi Iupiter humana lingua loqui voluiſſet: non alia q̃ Platonis lingua fuiſſe locuturũ. Doctrina vero tanta in eo,vt cum ante illũ oẽs inter gręcos illuſtres,ad externas gentes ſapientię gratia peregrinati fuiſſent: poſt Platonis tẽpora caterę nationes Athenas confluxerint:& Ariſtoteles tã miro ingenio prȩditus,ac nouae hęreſis auidiſſimus,cũ Platonẽ iam pene adultus adiſſet,viginti eũ continuos annos audiuerit. Adde ꝙ prius q̃ adiret Platonẽ,iam literis prouectus erat. Deinde Platonẽ ſolum habuit pręceptorẽ. Mitto qđ a Cicerone ſcribitur. Malo cũ Platone errare,q̃ cũ cęteris recte ſentire. Pręterea ꝙ vna cũ Panętio illũ appellat Homerũ philoſophorũ. Mitto illud Quintiliani. Quis dubitet Platonẽ eſſe pręcipuũ,vel acumine differẽdi,vel eloquendi facundia diuina quadã & homerica? Multũ enim illius oratio ſupra proſam orationẽ,& quã pedeſtrẽ Gręci vocant,ſurgit,vt mihi nõ humano ingenio,ſed delphico quodã oraculo videaꝛ inſtinctus. Diuina quadã ſapientia & ꝓbitate mirabilẽ auctoritatẽ etiã in patria,qđ rariſſime fieri ſolet,ſibi cõparauiſſe videꝛ. Reuerſus ex Sicilia Plato, cũ ad magnificẽtiſſimã illã Olympiorũ celebritatẽ quaſi quẽdã orbis terrarũ cõuentũ perueniſſet,tã lętis cunctorum occurſibus exceptus eſt,vt e cælo deus ad mortales demiſſus videreꝛ. Ludos deſeri: Athletarũ ſpectacula relinqui: Pugiles ſolos omitti cerneres: & qđ admirabilius eſt,qui tam lõgis terrarũ mariſq; tractibus,paſcendorũ oculorũ animorũq; & aliorũ gratia ad Olympia venerãt: omnis voluptatis obliti Platonẽ adibant: Platonẽ intuebãtur: in Platone perinde atq; amoeniſſimo diuerſorio conquieſcebãt. Cum tragoediã quis referret,nec quiſpiã pręter Platonẽ adeſſet,obiectãtibus quibuſdam dedecori eſſe illi ꝙ nemo pręter vnũ adeſſet: reſpõdit ille. Et hic vnus plus eſt,q̃ totus Athenienſis populus.

CHARITAS,MAGNANIMITAS,SANCTIMONIAQVE PLATONIS.

QVam magno & conſtãti animo,pręſertim in amicorũ cauſa fuerit,declarant eius epiſtolę. Tyrãnum ſæpe ꝙ iniuſte gubernaret,ꝙ ve amicos falleret,etiam praeſentibus teſtib⁹ audacter redarguebat,tantũ aberat,vt illi aſſentaretur. Mitto minutiora illa: quale illud eſt ꝙ iuſſerat Dionyſius in conuiuio vt ſinguli purpura induti ſaltarẽt. ſaltauit ꝑrinus Ariſtippus: Plato vero noluit: dicẽs nõ cõuenire philoſopho muliebria. Et cõtẽptus tyrãni,Dioniſq; defenſio. Pręterea Cabrię fortiſſimo duci Crobylus accuſator improbus diem dixerat,& capitis iudiciũ intentauerat. Quocirca cum a reliquis deſtitutus ciuibus metu periculi in arcẽ aſcẽderet,ſolus Plato auxiliũ pręſtaturus ſemꝑ illi adfuit. Cũ vero calũniator Crobylus vt eum a patrocinio deterreret minitãs dixiſſet,aliis defenſionẽ pręſtaturus aduenitas,ignorans ꝙ te quoq; Socratis venenũ expectat: Ipſe reſpõdit. Olim Crobyle cũ patrię dignitati militabam,in tolerandis periculis haud ſegnis eram: nũc pro officio,& amici ſalute licet ferrũ ac venena mineris & ignẽ,nullum recuſo diſcrimẽ. Cum Socrates carcere iniuſtiſſime incluſus eſſet,Plato pecunias cõgregauit,vt redimeret innocentẽ. Et dum iudiciũ agebaꝛ,aſcendens in ſuggeſtũ ſic coepit orare. Cũ minor natu ſim viri Athenienſes his oĩbus qui tribunal aſcenderunt. Verum tyrãnici iudices veriti,ne auctoritate & eloquẽtia ſua ciues moueret: interpellauerũt repẽte,reclamauerũtq;,deſcẽde. Plato domũ abiit. Nã quãtũ illi malę mẽtis morbo,tantũ hic tũc morbo corporis laborabat. Socratis vero ꝑſecutores poenas paulopoſt dederũt. Cũ ex cõdiſcipulis quidã inſtigaretur inuidia Xenocratẽ adeo Platoni gratum acceptũq; eſſe,vt in eum cõflaret inimicitias,multa in Platonem Xenocratis maledicta renũciauit. Plato medio ſermone criminationẽ reſpuẽs,obaudit. Inſtat obtrectator vultus ſeueritate crimẽ affirmãs. Deniq; deos omnes,ac deas obteſtanti: Plato vt ab eius ſeſe pertinacia ſolueret,eſto inquit. Sed ea Xenocrates fide ac grauitate pollet,vt niſi ſic expedire iudicaſſet,dicturus ea nunq̃ fuiſſet. Grauitatẽ,magnanimitatẽq; Platonis imitatũ fuiſſe Xenocratẽ dilectũ eius diſcipulũ,teſtis eſt vita Xenocratis apud Diogenẽ: quæ quidẽ eſt fortitudinis & ſanctitatis exẽplar. Imitatũ quoq; fuiſſe Dionẽ: Plutarchus eſt teſtis. Pręterea Philiſcus Lycurgi oratoris vitã deſcribẽs: Magnus vir inq̃t fuit Lycurgus,multaq; ſunt ab eo geſta ꝓclare,quę facere nemo potuiſſet qui nõ fuiſſet Platonis auditor. Demoſthenes cũ Antipatrũ fugeret: Archię blandis verbis ſe ei vitã ſeruaturũ pollicẽti,abſit,inq̃t,vt viuere turpiter malim q̃ honeſte mori,poſtq̃ Xenocratẽ & Platonẽ de immortalitate animi differẽtes audiui. Idẽ ſcribẽs ad Heracleodorũ quẽdã cõdiſcipulum ſuũ,atq; eum reprehẽdens,ꝙ poſtq̃ Platonẽ audierat,negligeret bonas artes,& vitam parũ honeſte duceret: Nonne inq̃t erubeſcis ea negligere,quę a Platone accepiſti? Dionyſius ad Speuſippũ ſcribẽs ait,Plato

quidē gratis ſua limina terentes docebat. Tu vero tributa exigis,& a volētibus ac nolentibus accipis: Laertius quoq; carpit eundē, ꝙ nō ſicut Xenocrates Platonis caſtitatē, & fortitudinē, māſuetudinē ꝗ fuerit imitatus.Illud vero de fortitudine Xenocratis tacere non poſſum, ꝙ cū Platoni Dionyſius diceret,Caput tibi ꝗſpiā tollet:Xenocrates q aderat,inquit.Nemo iſtud prius ꝗ̄ meū hoc abſcindet.

SENTENTIAE ET PROVERBIA PLATONIS.

DE Ariſtotele & Xenocrate haec Plato dicebat.Hui qualem equum, qualemq; aſinum iungēdos aſſumpſi.Ariſtoteles quidem fręno indiget:Xenocrates vero calcaribus.Erat inter diſcipulos eius lautus nimium,& curādę cutis ſtudioſiſſimus adoleſcens.Quē Plato rogauit:Quouſq; tibi carcerem aedificare perges?Quotiēs hominem amore irretitum videret,Ille, aiebat, ꝓprio in corpore mortuus eſt: viuit in alieno.Addebat.Qui ſe ipſe alterius gratia deſeruerit: omniū eſſe miſerrimū:quippe qui neq; ſe poſſideat vlterius,neq; alterum.Platonis quidam familiaris vir doctus,eum orabat,vt ſibi aures pauliſper accōmodaret libellum a ſe editum lecturo. Rogat⁹ ſubinde a Platone,quae libri eſſet inſcriptio,reſpondit contradicendum non eſſe.Cui Plato. Cur igiť ipſe hoc factitas? Cur contradicentibus contradicis?Cur me cōſulis,ſi tibi prohibes contradici?Leo ciuis potens in coetu carpebať,ꝙ magnas & immodeſtas in ſenatu vociferationes habuerat. Plato, hoc ipſum,inquit,eſt vere leonem eſſe.Diogeni Cynico dicēti, ꝙ humana quidem iſta videret,ideas vero nequaꝗ̄:Cui mirum inquit?Oculos enim quibus iſta videntur habes,& vteris:mente vero non vteris, qua ſola illae cernuntur.Mirantibus diſcipulis, ꝙ Xenocrates in omni vita ſeuerus, neſcio quid riſu excipiendum dixiſſet,Quid inquit miramini inter ſpinas aliquando roſas & lilia naſci? Ad iuuenes crebro dicere ſolebat.Otio labores anteponite,niſi forte rubiginem ſplendori praeſtare ꝑutatis. Iuuentutem ad beatam vitam hac ratione ſępiſſime incendebat.Contrariam virtutis ac voluptatis naturam animaduertite.Huius enim momentaneā dulcedinē ſubita poenitentia ſequitur, dolorq; perpetuus.Illius autem breues labores,ęterna voluptas.Cum vidiſſet quendam alea ludentem, arguit: & cum ille, ꝗ̄ parua reprehendis diceret: Plato reſpondit. At non eſt paruum conſuetudo.Ebriis & iratis cōſulere ſolitus erat, ſeſe vt in ſpeculo ſtudioſe intuerentur:ab eiuſmodi ſtatim foeditate diſceſſuros.Ebrietatem & ſomnum valde deteſtabatur.Aiebat plurimum referre ad pueritiam educādam vt honeſtis ſolum gaudere pueri aſſueſcerent.Alioquin voluptatem dicebat eſcam eſſe malorū.Addebat ſanitatem animi veram eſſe philoſophiam,caeteras vero facultates non tam philoſophiam ꝗ̄ ornamenta videri.Nihil ſanae menti ſuauius eſſe ꝗ̄ vera dicere & audire. Veritate enim nihil vel meli⁹ vel durabilius.Interrogantibus quibuſdam, quęnam poſſeſſionum genera filiis eſſent potiſſimum cōparanda:Ea dixit quae non grandinem,non hominum vim,non ipſum deniq; Iouem extimeſcerent. Demodoco de filii eruditione conſultanti, qualis inquit in arbuſculis plantandis dirigendiſq;, talis & in filiis gignendis,& inſtituendis cura eſſe debet.Hic labor,illic voluptas.Cauendum autem ne in hoc ſopiti,in illo plus ꝗ̄ vigiles videamur.Philedono cuipiam Platonem carpenti, ꝙ non minus in diſcendo ꝗ̄ in docendo ſtudioſus ac ſedulus eſſet,& quoad diſcipulus eſſe vellet interroganti: quoad inquit meliorem ac peritiorem eſſe me non poenitebit.Interrogatus quidnam inter peritum imperitumq; intereſſet:qđ inter medicum ęgrotumq;,reſpondit.Principibus nullum praeſtantius prędiorum genus eſſe dicebat,ꝗ̄ eorum familiaritates hominum:qui cauponari neſcirent.Principi non aliter neceſſariam eſſe ſapiētiam,ꝗ̄ corpori animam. Beatiſſimas fore reſpublicas, ſi aut philoſophi dominentur:aut ſaltem qui gubernant, diuina quadam ſorte philoſophentur.Nihil enim peſtilentius eſſe poteſtate & audacia,quā ignorantia comiteť.Tales quoq; ſubditos eſſe ſolere,quales principes videantur.Magiſtratui non proprium bonum,ſed publicum cogitandum:non partem ſolum ciuitatis quandam,ſed totam eſſe curandam.

QVANTVM PLATO NEGLEXIT HVMANA,QVANTVM DIVINA DILEXIT.

REpetebat quotidie ſola aeterna eſſe vera:Temporalia vero veriſimilia. Dormire in corpore animum.Et quae ſenſus appetit aut timet,nihil aliud eſſe ꝗ̄ ſomnia. Itaq; haec omnia penitus contemnenda. Et vt mala viteňt ꝗbus plenus eſt mundus,ad aeterna confugiendū.aliter enim deuitari non poſſe. Ipſe quoq; ꝗ̄ ꝑcipiebat,impleuit. Nā cū & hęreditario quodā iure & ciuium fauore princeps in rep. eſſet futurus:oēm prorſus ciuilē reſpuit dignitatem.Cū patrimonio ditiſſimus eſſet:fratri

bus largitꝰ eſt oĩa ꝓter ſuburbanũ ꝑdiolũ, quã Academiam nominabant. hoc ſolo contẽtus vixit. Et ſi prçceptor amicuſq; principũ extitit, diuitias tñ ab his nullas accepit. Solebat rex Dio. ſuis dicere. Ariſtippus ſemꝑ pecunias petit: Plato ſemꝑ libros. Adde q͂ neq; vxorem duxit, neq; vixit in vrbe: ab oĩbꝰ liber, ſoli ſeruiẽs veritati. Vnde diuus Hieronymus inq̃t. Plato Aegyptũ & Architã Tarẽtinũ eamq; orã Italiæ q̃ quondam magna Graecia vocabatur, laborioſiſſime peragrauit: vt q Athenis magiſter erat & potens, cuiuſq; doctrinã Academiæ gymnaſia ꝑſonabant, fieret peregrinus atq; diſcipulus: malens aliena verecũde diſcere: q̃ ſua impudenter ingerere. Deniq; cum literas quaſi toto orbe fugiẽtes perſequitur, captus a piratis, & venundatus, etiam tyranno crudeliſſimo paruit captiuus, vinctꝰ & ſeruus: tamen quia philoſophus, maior emente ſe fuit. Haec Hieronymus.

PIETAS ET GRATITVDO PLATONIS.

GRatus deo fuit: a quo principiũ cogitãdi, dicẽdi, agẽdi oĩbꝰ in rebus, & faciẽdũ dicebat eſſe, & ipſe ſemꝑ efficiebat. Praeterea deo gratias agebat quotidie, q͂ homo natus eſſet, non brutũ: q͂ graecus, non barbarus: q͂ temporibus Socratis. Q̃ gratus ꝓceptoribꝰ fuerit, oĩbuſq; amicis, teſtimonio ſunt eius dialogi. In q̃bus mirifice eos omnes honorat, atq; Socrati libros ſuos attribuit. Non ſolum eñ illũ in omnibꝰ pene dialogis diſputantem inducit, ſed etiam omnia a ſe cõpoſita, ſcribit non ſua, ſed Socratis eſſe.

QVAE PLATO AFFIRMAVIT.

IN his q̃ ſenſibus ſubiacẽt, partes Heracliti tuebat̃. Porro in his q̃ ad intelligẽtiã ꝑtinẽt, Pythagoræ maxĩe acq̃eſcebat. In rebus aũt ciuilibus Socratẽ ſuũ amplectebatur. Quç vbiq; aſſeuerabat, hçc ſunt. Deũ oĩbus ꝓuidere. Animas hoĩm ĩmortales eſſe. Bonorũ prçmia, malorũ ſupplicia fore. Auguſtinꝰ in libro cõtra Academicos inq̃t, Chriſti auctoritatẽ oĩbus anteponẽdã. Si autẽ rationibus agendũ ſit, apud Platonicos reperire ſe dicit, q̃d ſacris chriſtianorũ literis non repugnet. Idẽ Dionyſius Areopagita ſignificauit: Euſebius poſtea & Cyrillus latius declarauerũt. Hinc Auguſtinꝰ in libro de vera religiõe. Platonici inq̃t paucis mutatis chriſtiani fierẽt. Atq; in Cõfeſſionibꝰ, narrat ſe procemiũ Ioãnis euãgeliſtç ferme totũ apud Platonicos reperiſſe. Propterea in ſecũdo de ciuitate dei inq̃t. Labeo Theologus apđ gẽtiles, Platonẽ inter ſemideos cõnumerãdũ putauit, ſicut Herculẽ atq; Romulũ: ſemideos aũt heroibus añponit, ſed vtroſq; inter numina collocat. Verũtñ iſtũ quẽ appellat ſemideum nõ heroibus tm̃, verũetiã diis ipſis ꝓferẽdũ eẽ nõ dubito. Vñ inq̃t ſe Platonicos ante alios elegiſſe: q̃a de rebꝰ diuinis atq; humanis rectius admodũ q̃ caeteri pħi ſenſerint. Q̃đ & Marcus Varro antea iudicauerat. & Apuleius Platonẽ, non tm̃ heroibꝰ ſuꝑiorẽ fecit, ſed diis æq̃lẽ: q̃a videlicet diuinarũ rerũ adyta penetrauerit. Plato tanta fuit modeſtia ꝑditus, vt cũ mirabilẽ ſibi auctoritatẽ ante alios cõparauiſſet, tñ interrogatus a quodã quatenꝰ ꝓceptis ſuis parẽdum foret, rñderit: quoad in terris appareat ſacratior aliq̃s, q fontẽ oĩbꝰ veritatis aꝑiat: quẽ deniq; ſequãt̃ oẽs. Addidit, nihil ſuo ſed diuino tãtũ lumine reperiſſe. Q̃đ aũt in pħia ſenſerit, ſatis in libro de Amore, & Theologia noſtra tractauimus.

REDITVS PLATONIS IN PATRIAM CAELESTEM, ET LAVDES.

NAtali ſuo deceſſit: & ãnũ vnũ atq; octogĩta ĩpleuit, ſine vlla dubitatiõe. Ideo magi q tũc Athenis erãt, Platoni ĩmolauerũt, ãplioris fuiſſe ſortis q̃ hũanæ rati, q̃a cõſũmauiſſet nũerũ ꝑfectiſſimũ, quẽ nouẽ nouies multiplicata cõficiũt. Atq; q̃đ mirũ eſt, adhuc in ea çtate, & ĩ eo ipſo die ſcribebat. de quo Cicero ĩq̃t. Eſt etiã getç, & pure, atq; elegãter actç çtatis placida ac leuis ſenectꝰ, q̃lẽ accepimꝰ Platonis, q vno & octogeſimo ãno ſcribens mortuꝰ eſt. Seneca etiã affirmat id Platoni ſobrietatis & diligẽtiç bñficio cõtigiſſe. Alii inter ſcribẽdũ, alii diſcumbẽtẽ in nuptiis remotis dapibus inter diſſerẽdũ ad ſuꝑos rediiſſe. Ariſtoteles in tẽplo arã Platoni ſtatuãq; ſacrauit hoc epigrammate.

.i. Arã Ariſtoteles hanc Platoni dicauit, viro quẽ nefas eſt a malis laudari. Addit Ariſtoteles. Qui ſolus vita, doctrina, moribus, ore, Admonuit cũctos, & monimẽta dedit: Vt virtute queant felicẽ ducere vitam. Nulla ferent talem ſęcla futura virum. Adiũxerũt & ſapientes alii in Platonis laudes carmina plurima: ſed ꝑcipua epigrãmata tria. Primi hęc eſt ſnĩa. Tẽperãtia iuſtitiaq; excelluit oĩbꝰ: tãtũ vero ſapiẽtia ſuꝑauit: vt oẽm prorſus inuidiã ſuꝑauerit. Secũdi hic eſt ſenſus. Plato in deorũ numerũ eſt

tranſlatus.Lōginquæ hūc nationes honorant:q͞a diutinā vitā ipſe nouit,aliiſq; mōſtrauit.Tertiū ſententia eſt hmōi.Phœbus Aeſculapiū genuit & Platonē,vt ille corporibus,hic animis mederet.Praeterea Mithridates Perſarū rex Platonis ſtatuā i Academia ita locauit inſcriptā.Mithridates Rhodobati filius Perſes Muſis imaginē Platonis dicauit,Syllaniani opus.Ex his oīb⁹ id Plato eſt cōſequutus,vt greci Ariſtotelē q̄dē dęmoniū:Platonē vero diuinū cognominauerint.Quia videlicet ille & vita hūanus & ſciētia naturalis maxīe fuerit:Hic aūt ſcientia ſimul & vita ſeſe potiſſimū ad diuinū cōtulerit.

APOLOGIA DE MORIBVS PLATONIS.

FInē iā verbis īponā,ſi pauca q̄dā rurſus addidero.Sunt plebei q̄dā verſificatores q īmerito poetarū ſibi nomē vſurpāt.Hi tā morū diſſimilitudine q̄ malignitate inuidiæ ꝓuocati,in optimū quēq; īpudētiſſime ludūt.Quib⁹ ſumma q̄dā licētia in bonos potius q̄ in malos cōcedit.Tales igit olim poeticuli,diuinū Platonem a grecis Apollinis filiū,& Socratē ab Apolline grecorū ſapiētiſſimū iudicatū,mordere nō dubitarūt.Quorū īpietatē Laerti⁹ Diogenes ſūmope deteſtatur.Atq; vt ipſe declarat,ridicula etiā comicorū cōuitia Ariſtippus auxit Cyrenēſis,hō peſſimus,& optimi cuiuſq; ſuorū tēporū aduerſarius:q ſicut alios pleroſq; modeſtiſſimos doctiſſimoſq; ficta quadā hiſtoria vituꝑauit,ſic etiā Socratē p̄ceptorē,& cōdiſcipulos ſuos Xenophōtē atq; Platonē:finxitq; horū noīe carmina q̄dā in ſcorta pueroſq; laſciua,videlicet vt falſo magnorū philoſophorum exēplo liberiorē ipſe peccādi licētiā nāciſceret.Verū Ariſtoteles cui veritas magis q̄ Plato fuit amica tā falſas in virū ſanctū calūnias ſuſtinere nō potuit.Nā in Elegiis ad Eudemū,illa de Platone q̄ in ſuperiorib⁹ dixim⁹,cecinit:id illi maxime tribuēs,vt ꝓphani nō ſolū vituꝑare Platonē vllo pacto nō debeāt:verūetiā ſub p̄textu laudis ſanctū illius nomē ore ꝓphano noīare nō audeāt.Neq; Elegia cōtētus fuit:ſed etiā,vt tradit Olympiodorus,p̄clarā orationē de Platonis laude cōpoſuit.Obmuteſcāt igit apud ſupos inferni canes,atq; apud inferos latratu Cerberū comitent.Nos aūt Platonis vitā,& ſapientiā iudicio ſapiētū approbatiſſimā veneremur:atq; vna cū Apuleio Madaurenſi libere ꝓclamemus.Nos Platonica familia nihil nouimus niſi feſtum,lætum,cæleſte,ſupernum.

PLATONIS VITAE FINIS.

¶Tabula librorum Platonis a Marſilio Ficino Florentino traductorum.Item inſunt partim argumēta:partim autem cōmentaria:per eundem Marſilium in libros eoſdem compoſita.

1	Hipparchus de lucri cupiditate.	Fo.I.	19	Hippias minor de mendacio.	Fo.CVII.
2	De philoſophia liber ſeu amatores.	II.	20	Charmides de temperantia.	CXI.
3	Theages de ſapientia.	IIII.	21	Laches de fortitudine.	CXVI.
4	Menon de virtute.	VI.	22	Clitophon exhortatorius.	CXX.
5	Alcibiades primus de natura hominis.	XI.	23	Cratylus de recta nominū ratione.	CXXIII.
6	Alcibiades ſecundus de voto.	XVII.	24	Gorgias de Rhetorica.	CXXXV.
7	Minos de lege.	XIX.	25	Conuiuium Platonis de amore.	CLXX.
8	Euthyphro de ſanctitate.	XXI.	26	Phædrus de pulchro.	CLXXIX.
9	Parmenides de vno rerum principio.	XXIIII.	27	Apologia Socratis.	CXC.
10	Philebus de ſummo hominis bono.	XXXII.	28	Crito de eo q͞d agendum.	CXCVI.
11	Hippias maior de pulchro.	XLIII.	29	Phædon de anima.	CXCIX.
12	Lyſis de amicitia.	XLVIII.	30	Menexenus,funebris oratio.	CCXI.
13	Theætetus de ſcientia.	LIIII.	31	Libri decem de republica.	CCXV.
14	Io de furore poetico.	LXVII.	32	Timæus de g̃natione mūdi.	CCLXXXVII.
15	Sophiſta de ente.	LXX.	33	Critias de Att.& Athlantico bello.	CCCIII.
16	Ciuilis de regno.	LXXX.	34	Libri.xii.de legibus.	CCCVII.
17	Protagoras contra ſophiſtas.	XC.	35	Epinōis.i.legū appēdix vl̓ p̄lis.	CCCLXXIIII
18	Euthydemus ſiue litigioſus.	CI.	36	Epiſtolę Platonis duodecim.	CCCLXXXI.

¶Primi decē libri ad Coſmum Medicē.Ex reliquis aūt,nouē quidem ad Petrum Medicem:ſeptē vero atq; decem,immo vero cuncti,ad Laurentium Medicem.

AD LECTOREM.

Ne forte putes amice lector tātū opus editū temere,ſcito cū iā cōpoſuiſſem,anteq̄ ederem,me cēſores huic operi plures adhibuiſſe:Demetriū Atheniēſem non minus philoſophia & eloquio q̄ genere atticū,Georgiū Antoniū Veſpuccium,Ioannem Baptiſtā Boninſegnium,Florentinos,viros latinæ linguæ græcæq; peritiſſimos.Vſum p̄terea acerrimo Angeli Politiani doctiſſimi viri iudicio.Vſum quoq; conſilio Chriſtophori Landini,& Bartholomęi Scalæ,virorum clariſſimorum,

SEQVVNTVR PLATONIS DIALOGI DVO AB ALIIS TRALATI: AXIOCHVS ET ALCYON. AXIOCHVS RODOLPHO AGRICOLA FRISIO INTERPRETE. ALCYON AVGVSTINO DATHO SENENSI.

AXIOCHVS PLATONIS DE CONTEMNENDA MORTE.

SOCRATES. CLINIAS. AXIOCHVS.

SOCRA.

EXeunti ad Cynoſarges mihi, cũ ad Diſſum veniſſem, vox cuiuſdã allata eſt clamãtis, Socrates Socrates! Vtq; cõuerſus circũſpectabã vñ ea reddere᷑: Axiochi filiũ video Cliniã: ad Callirhoen currẽtẽ: cũ Damõe muſico: Charmideq; Glauconis filio. Horũ alter q̃dem muſicam docebat: alter ex familiaritate amabat ſimul atq; amabat᷑. Viſum eſt ergo mihi recta deflectenti occurrere eis: vt q̃primũ cõueniremus. Perfuſus aũt lachrymis Clinias: nũc tẽpus eſt inq̃t Socrates: vt vulgatã ſemp̃ de te ſapiẽtiam oſtẽdas Pater. n. ex aliquo iã tẽpore viribꝰ de improuiſo deſtitutꝰ eſt: & ꝓpe eſt exitũ vitæ: moleſteq; fert adeſſe ſibi finẽ: tametſi antehac cõtẽneret mortem horrenda imagine exprimẽtes, comiterq; derideret. Perge ergo, proq; tua cõſuetudine illũ cõfirma: vt volẽs eo quo ducit neceſſitas ſequat᷑: vtq; ille mihi ad reliqua hoc ipſo etiã pie colat᷑. SO. Nullã me Clinia moderatã rẽ rogaueris fruſtra: quãto nũc magis cũ ad hęc me voces pietatis officia. Accelaremꝰ aũt. Si. n. ita res ſe habet, feſtinato opus eſt. CLI. Vbi mõ te viderit Socrates: rectius habebit. Crebro eñ iã euenit ei: vt exanimatus rurſus reficeret᷑. SO. Quo citiꝰ aũt ꝑuenimus, ea q̃ Circa murũ cognominata eſt, iuimus. In proximo nãq; habitabat portę q̃ eſt apud Amazoniã columnã. Inuenimꝰ ergo eũ equiſumptis rurſum ſenſibus: & corpore robuſtũ, defectũ vero mẽte, prorſuſq; indigẽtẽ cõſolationis: reuoluẽtẽ crebro ſe, ſuſpiriaq; cũ lachrymis atq; manuũ crepitu cientẽ. Aſpiciẽs aũt illum: q̃d hoc inquã rei Axioche! Vbi nobis illa pridẽ magnifica verba, cõtinẽteſq; laudes virtutũ: & maius q̃ vt dici poſſet in te animi robur! Sicut enim timidus Athleta, cũ in gymnaſio inſignẽ te ꝓbueris: ad certamen ipſum defeciſti. An non mediate conſiderabis naturã vir tãtus & rationi obſequẽs: vtq; nihil aliud, Atheniẽſis! ꝙ cõmune videlicet hoc & ab oĩbus iactatũ, peregrinatio quędã vita eſt: q̃ q; peragẽtes eã alacriter: & tãtũ nõ pęana canẽtes: ad poſtremã accedere neceſſitatem: tã molliter vero habere ſe tãq; ęgre pueri more diuelli: nequaq̃ prudentiæ prę ſe fert altioris ætatem. AXIO. Recte q̃dẽ Socrates iſta mihi dicere videris: verũ neſcio quo pacto vbi ꝓpius acceſſit periculum, fortia illa grandiaq; verba occulte ſubtereuolant atq; negliguntur. Oborit᷑ aũt metus q̃dã, mentẽ multipliciter diſcerpens: ſi hac luce hiſq; priuabor bonis: & expers mẽtis ſenſuũq; iacebo vbicũq; demũ putreſcẽs: & in puluerẽ vermeſq; cõuerſus. SO. Impfecte cõiungis Axioche ꝓpter iperitiã cũ ſenſuũ orbitate ſenſum, tibiq; ipſe cõtraria facis & dicis: neq; cogitas ꝙ ſimul q̃dẽ defles id, ꝙ ſenſibꝰ carebis, ſimul ob putrefactionẽ doles amiſſionẽq; vitę oblectamẽtorũ, veluti morte ſis in aliã vitã trãſiturꝰ, neq; in oĩmimodã abiturꝰ ſenſuũ abolitionẽ, & eãdẽ in qua prius q̃ naſcereris fuiſti. Vt eñ cũ Dracon Cliſtheneſq; gubernabãt Rẽp. nihil te male habebat (necdũ eñ cœperas eſſe vt male tibi q̃cq̃ accidere poſſet) ita neq; poſt mortẽ erit. Nullus. n. vt male tibi eẽ quicq̃ poſſit, es futurꝰ. Quin tu igit᷑ hanc oẽm diſcutis ineptiã, illud cogitãs, ꝙ ſoluta ſimul hac cõpage, aio q; rurſus in ꝓpriũ reſtituto locũ, relictũ iſtud corpus terrenũ, atq; rõnis expers ampliꝰ nequaq̃ eſt homo. Nos etenim aĩa ſumꝰ, aĩal imortale, mortali incluſum munimento. Hoc aũt tabernaculũ nõ ſine malo nobis circũdedit natura, cuius lęta q̃dẽ abſtruſa ſunt, & volucria, pluribuſq; doloribus admixta triſtia vero improuiſa, diuturna, prorſuſq; vacua gaudiorũ. Valitudines nẽpe, ſentictiũ mẽbroꝝ vlcera, morbi interni. Quibꝰ neceſſario (q̃m ꝑ corporis meatus ſparſa eſt) condolẽs aĩa cęleſtẽ, & cognatũ deſiderat æthera, ſititq; cupide ſupnę illius cõſuetudinẽ gaudiaq; vitę. Diſceſſus itaq; e vita mali cuiuſdã eſt in bonũ cõmutatio. AXIO. Cũ malũ ergo Socrates vitã putes, quid ita viuere ꝑſeueras: cũ rerũ ſis indagator, & nobis, id eſt multitudini, intelligẽtia ꝓſtes! SO. Nequaq̃ verũ de me Axioche teſtimoniũ dicis. Arbitraris. n. quẽadmodũ vulgus Atheniẽſiũ, q̃ñ q̃dẽ res ingro, alicuiꝰ quoq; me ſcientiã habere. Abeſt aũt tãtũ vt recõditiora ſciam, vt voto optauerim etiam vulgata me iſta nouiſſe. Sũt aũt iſta q̃ dico Prodici ſapientis tradita. Illa q̃dẽ duobus obolis, illa duabꝰ, illa quatuor drachmis redẽpta. Gratis. n. hic vir neminẽ docet, eſtq; mos ei ſemp̃ Epicharmi illud in ore habere. Manus manum fricat, da aliquid & aliq̃d cape. Nup ergo cũ apud Calliã Hipponici filiũ declamaret, tãtis diſſeruit cõtra vitam, vt ego ad ea q̃ nulliꝰ ſunt momẽti, aſcripſerim illã. Ex eoq; iã in mortẽ mihi animus Axioche ꝓpendit. AXIO. Quę dixit aũt! SO. Dicã eq̃dẽ tibi ea, quorũ mihi veniet in mẽtẽ. Quę. n. pars in

quit,ętatis,calamitatibus vacat? Nõne ſtatim a principio plorat,vt primũ natus eſt infans:vitamq; a
lachrymis auſpicat? Quæ tandem nõ premit eum moleſtia? Semp.n.vel penuria,vel frigore,vel calore
vel verberibus vrgetur. Antea quoq; q̃ loqui poſſit,quanta patitur? flens.ſ.hãcq; ſolam habens anxie-
tatis ſuæ querelam. Vbi ſeptimũ dehinc expleuerit annũ multoſq; labores exhauſerit:iã cuſtodes,gy
mnaſtę,magiſtri ludi:iã adoleſcẽti critici,geometra,rei militaris p̃ceptores:ĩgẽs plane dominorũ mul
titudo. Poſt iſta vbi in ephebos inſcriptus eſt:peior iam metus,Lyceũ,Academia,gymnaſiarchia,vir-
gę,nullaq; prorſus malorum menſura. Omnis adeo adoleſcentis ſub moderatoribus eſt labor: qui ex
Areopagi delecti conſilio pręſunt iuuentuti. Deinde cũ fuerit iſtis exolutus,iã curę palã emergũt,re
putatioq; qđ viuendi potiſſimũ inſtituat iter:prę q; ſequentibus incõmodis priora illa puerilia viden
tur:& infantium reuera territamẽta.expeditiones enim,& vulnera,perpetuiq; certaminum labores.
Hinc iam fallẽs ſubrepit ſenectus:in quã cõfluit quicquid eſt infirmũ fragileq; naturæ. Q; niſi ocyus
q̃s vitam velut æs alienũ reddiderit:aſtans ſupra caput natura tanq̃ foenerator repoſcit vſuram. Ab
alio quidem viſum,auditum ab alio:perſępe vtrũq;. At ſiquis diutius cũctetur,debilitat eum: excru
ciat:mẽbriſq; deſtituit. Alii itaq; multa ſenectute repueraſcunt:animoq; bis pueri fiunt ſenes. Dii er-
go p̃pter hoc ipſum (vt quibus notiſſimę ſint res humanæ) quos plurimi faciunt:eos citius auferũt
e vita. Agamedes & Trophonius itaq;,cum Pythii Apollinis ędificaſſent templum:orantes dari ſibi
qđ optimũ eſſet:cum obdormiſſent,nunq̃ deinde ſurrexerũt. Sic etiam Iunonis Argiuę ſacerdotes,p̃
cante matre eorum,vt gratiam eis aliquam Iuno pietatis illorum referret.cum enim cunctarẽtur iu-
menta,ſuccedentes ipſi vehiculo matrem ad templum vſq; pertraxerãt. Poſt preces ergo nocte deceſ-
ſerunt. Longum foret autem poetarum dicta recenſere:qui diuinioribus poematis ea quæ ad vitam
pertinent noſtram,velut ex oraculo decantant,quemadmodum deplorent illam. Vniuſq; ſolum me-
moratu digniſſimi ſat habeo meminiſſe:qui inquit. Q; ſuperi miſerũ ſtamen mortalibus æui Ne-
uere,vt viui deflenda per omnia durent. Iterumq;. E cũctis hominũ generi ſors peſſima vitæ Stat,
quæcunq; ſupra terram ſpirantq; meantq;. De Amphiarao vero q̃d dicit? Iuppiter hunc totis ani
mis:hunc magnus Apollo Diligit:& iuſti metas nõ attigit æui. De illo quoq; qui ita iubet: Naſcẽs
fleat,qui tanta vitę intrat mala: q̃d tibi videt? Sed ceſſo:ne cõmemorando alios:rem contra q̃ inſtitui
longius ducam. Qđ autem vitæ quiſq̃ inſtitutũ:quã artẽ deliget vt non queratur de ea,atq; p̃ſenti-
bus offendatur? Opifices,mercenariaſq; recẽſeam⁹ artes:ex nocte in noctẽ vſq; laborãtes:& vix tolerã
tes vitæ neceſſarios ſumptus:complorãtes ſeipſos,omnemq; vigiliam ſuam moerore lachrymiſq; cõ
plentes. At nautam dicamus per tanta penetrantem pericula,quiq; (quemadmodum Bias ait) neq; Nauta neq; inter mortuos, neq; inter viuos.
inter mortuos eſt,neq; inter viuos. Terreſtris enim homo velut ambigui generis:ipſe in mare ſeſe p̃-
iecit:totuſq; arbitrii factus eſt fortunæ. Verũ dulcis eſt agricultura. Eſt ſane,nõne tota tamen eſt (qđ
aiunt) vlcus,ſemper paratam doloris habens cauſam,nunc quidẽ ſiccitatem,nunc pluuias,nunc vre
dinem,nunc rubiginem,nunc vel æſtum intempeſtiuum, vel frigus conquerẽs? Illa quoq; honorata
in primis reipublicę cura (multa enim prętereo) per quãtas rapitur anxietates? Quę gaudia quidem
habet furũculi in modũ trepida ſemp,atq; ſtimulis repleta, repulſas vero acerbas & millies morte pe-
iores. Quis eñ beatus eſſe poſſit vulgi viuens arbitrio? tametſi faueatur ei plaudaturq;,populi.ſ.ludi
crum,iactatus,exibilatus,damnatus,mortuus,& tum miſerãdus viſus. Vbi nãq; Axioche tu qui in
republica verſaris,vbi Milciades,vbi Themiſtocles,vbi Ephialtes abiit,vbi item qui nuper in Repu-
blica duces fuerunt? quando ego quidem in eam non ſum adductus ſentẽtiam. Neq; enim honeſtum
mihi videbatur:vt inſanienti populo dominationis particeps fierem. Theramenes aũt & Calixenus
deinde conſtitutos p̃ficientes magiſtratus:vt indẽnati necarentur homines effecerunt:tuq; cum Tri
ptolemo reſiſtebas illis ſolus e triginta milibus in concionem coactis. AXIO. Sunt iſta Socrates vt di
cis.itaq; ex eo ſuggeſti me ſatietas cepit:neq; mihi quicq̃ acerbi⁹ republica viſum eſt. Perſpicuum id
quidem illis qui in ipſo ſunt negotio verſati. Tu nãq; dicis hæc,veluti qui de ſublimi ſpectaueris:nos
vero qui fecimus periculum,quãto exactius ſcimus? Populus.n.chariſſime Socrates ingratus eſt, mo
roſus,crudelis,inuidus,immodeſtus,vt qui ſit ex colluuie turbę,& ſtultis inſolentib⁹ collectus. Huic
aũt qui aſſentatur,multo ipſe miſerior eſt. SO. Quando igit Axioche hanc quæ liberalis maxime om
nium eſt artium,omnium maxime abominandã putas:quid reliqua vitæ genera? an non putabimus
prorſus eſſe fugienda? Audiui etiam Prodicum quandoq; dicentem nihil quicq̃ neq; ad viuentes
mors,neq; ad defunctos pertineret. AXIO. Quomodo dicis iſta Socrates. SO. Quoniã neq; circa vi-
uentes eſt:hi vero qui obierunt,non ſunt amplius. Itaq; neq; apud te eſt:nondũ enim obiiſti:neq; ſiq̃d
tibi accidat,eſt circa te futura.non enim eris. Stultus eſt igitur dolor,de Axiocho,qualis neq; eſt,neq;
futurus ſit,Axiochũ mente torqueri:ſitq; ſimile,veluti ſi Scyllam aut ſiq̃s Centaurum reformidet.q̃
neq; iam imminent tibi,neq; ſint vnq̃ ad exitium tuum affutura. Exiſtentium enim rerum eſt metus
quæ non ſunt autem,nemo eſt qui pertimeſcat. AXIO. Tu quidem docta hæc verba ex ea quæ nunc

Miſeria vitæ humanæ

pullulat garrulitate protuliſti.Illinc eſt enim hęc q̃ſtus captatio illiciendę iuuentuti apparata. Me ve
ro amiſſio bonorum quę ſunt in vita,triſtem reddit:etſi Socrates probabiliorem etiam hac quã modo
dixiſti, crepueris orationem.Non enim errabunda iam mens ducitur apte cohęrentibus verbis: neq;
contingunt mentem iſta:ſed in oſtentationem ſplendoremq; orationis parata multum abſunt verita
te.At animi ęgritudo captioſis nequaq̃ ſiſtitur verbis:ſed illis acquieſcit ſolum quæ valeant ad men-
tem vſq; penetrare. SO. Coniũgis imprudẽter Axioche:& bonorum priuationi malorum ſubſtituis
ſenſum,oblitus q; tunc mortuus ſis futurus.Eum nãq; qui bona amittit,contraria lędũt quę patitur
mala:at qui non eſt,nihil in ei⁹ quo priuatur locum recipit.Quomodo ergo eſſe poſſet vllus in eo do
lor,q̃d nullã lædentium notitiam exhibebit? Q; ſi non ab initio Axioche per imprudentiam vnum
aliquem ſenſum cum morte componeres:nequaq̃ metueres eã.Nunc ipſe te ſubuertis : timens amiſ-
ſum ire aĩam:aliamq; animam illius amiſſioni circundas.Et turbaris q; ſis ſine ſenſu futur⁹ : hocq; ip
ſum non ſentire alio te ſenſu cõprehenſurum putas.Ad hæc multæ ſunt perpulchręq; de animi im-
mortalitate rationes.Neq; n.mortalis natura in tã varias res attollere ſeſe poſſet: vt cõtẽneret ingen
tiũ ferarũ vires:maria trãſmitteret:cõderet vrbes:reſp.cõſtitueret:reſpiceret etiã in cęlũ,& aſtrorũ vi
deret reuolutiones:curſuſq; ſolis & lunæ:ortus item & occaſus:defect⁹:celeritatẽ:diſtãtias: ęqnoctia
q;,& duplices cõuerſiones:Pleiadũ etiã & hiemis atq; æſtatis vẽtos, imbriũq; caſus & horrendos tur
binũ raptus:vt comprehenſos quoq; mundi labores ſæculis traderet:niſi diuinus quidam mentibus
noſtris ſpiritus ineſſet:quo complexum notitiamq; tantarum attingeret rerum. Tranſis itaq; non in
mortem Axioche, ſed in immortalitatem:non in amiſſionẽ bonorum, ſed in ſynceriorem eorum per
ceptionem: neq; ad voluptates mortali confuſas corpori:ſed ab omnibus prorſus moleſtiis purgatas.
Illuc enim ex hoc ſolutus carcere proficiſceris:vbi requieta lętaq; oĩa,& nulla fatiſcentia ſenecta:tran-
quillamq; illic perages vitam:ab omnibus liberam incõmodis,& ſerena placidã quiete:rerum cõtem
plãs naturã:atq; philoſophiæ nõ ad turbã,neq; in ſpeciem, ſed ad puram germanãq; dedit⁹ veritatẽ.
AXIO.In contrarium me Socrates hac oratione diſtuliſti.Non enim metus iã me:ſed deſiderium te
net mortis. Vtq; ego rhetores imitatus grandius aliq̃d dicam: iãdudũ ſuperna mente concipio:& im
menſum illum diuinumq; recenſeo curſum, collegiq; ex infirmitate me : ſumq; iterum quaſi nouus
effectus.SO.Si vis aũt aliam etiã rationẽ cape quã retulit mihi Gobrias Auagus . Is dicebat ſecundũ
Xerxis in græciam tranſitum auum ſuum ſibi cognominẽ miſſum eſſe in Delum quo eam tueretur
inſulam,in qua bina ſunt numina prognata.Ibi illum ex ęneis quibuſdam tabulis,quas attuliſſent ab
Hyperboreis Opis,& Hecaergus , didiciſſe animam poſtea q̃ a corpore ſit exoluta in ignotum quen
dã locũ ſubterraneo diſcedere receſſu:in quo Plutonis ſit regia nihilo minor q̃ aula Iouis. Terra etẽi
mundi medium tenente ambitum eius eſſe globoſum.cui⁹ alterum quidem ſemiorbem dii ſuperi ac
ceperint:inferi alterum:atq; hi quidem fratres illorum:hi vero filii fratrum. Veſtibula autẽ qua adi-
tus ad Plutonis eſt regnũ, ferreis eſſe clauſtris atq; clauib⁹ offirmata.Aperientem illa fluuius excipit
Acherõ:poſt quẽ Cocytus eſt.Eos vbi q̃s traiecerit,ad Minoem & Rhadamãthũ eſt accedere neceſſe.
Vocant hunc campũ veritatis:inq; eo iudices ſedent recognoſcẽtes eorum qui aduenerint vniuſcu-
iuſq; vitam,& qua quiſq; ratione corpus inhabitans ætatem pegerit.Nec mẽtiendi illic vlla facultas.
Quibuſcunq; autem in vita melior aſpirauerit dæmon,ii ſedes incolunt piorum:vbi omnes oræ ſca-
tẽt oĩgena fructuũ vbertate,fontes puris labunt̃ aq̃s:variis prata oĩmoda floribus vernãt,cõuen
tus ſunt philoſophorũ,theatra poetarũ:exultantiũ coronę,muſiciq; cõcẽtus.Ad hæc inſtructa diligẽ
ter cõuiuia,& ipſa ſeſe ſuppeditans affluentia victus.Non enim frigus illis,non ęſtus eſt grauis,ſed tẽ
peratus aer funditur mitibus ſolis radiis illuſtratus.Hic etiã initiatis eſt dignatio q̃dã:& religioſa ibi
dem quoq; peragunt ſacra.Quomõ ergo nõ hic tibi honor habebitur collegę deorũ? Herculẽ nãq; Li-
berũq; patrẽ deſcẽdẽtes ad inferos priſcus eſt ſermo hic initiatos fuiſſe,& fiduciã quo illuc irẽt ab Eleu
ſinia accepiſſe.At illi q̃bus p ſcelera vita fuerit pacta,p Tartarũ a furiis ad Erebũ chaoſq; rapiũt̃, vbi ĩ
piorũ eſt locus:inexplebileſq; Danai filiarũ vrnę:vbi Tãtali ſitis:p̃cordia Tityi: Siſyphi inexplicitũ ſa
xũ:cui⁹ finis ab alio incipit rurſus labore.Ibi circũlãbentib⁹ eos feris,indefinẽter lampadibus aduſti,&
oĩm poenarũ affliċti cruciatu,tormentis laniant̃ ĩmẽſis.Iſta q̃dẽ ex Gobria ego audiui: tuum vero de
eis erit Axioche iudiciũ.Illud nãq; rõne adductus ſolũ ſcio conſtanter:q; oĩs ĩmortalis eſt aĩa q̃cũq; ex
hoc loco tranſfertur & prorſus expers doloris.Siue ſurſum ergo Axioche ſiue deorſũ beatus ſis opor
tet qui p̃be pieq; vixiſti. AXIO.Pudet me Socrates dicere tibi quiddã. Tãtũ abeſt vt timeã mortẽ,vt
nunc eius etiã teneat amore:vſqueadeo & hęc mihi,& illa perſuaſit oratio.Cõtemno etiã vitã:vt qui
ſim in melius domicilium tranſiturus:nũcq; paulatim ea q̃ dicta ſunt ipſe mecum recenſebo. Tu ve-
ro meridie fac adſis mihi Socrates.SO.Faciã vt dixiſti.Ego quoq; ad Cynoſarges vnde huc vocatus
ſum redeo ad deambulationem.

FINIS.

DIALOGVS PLATONIS, QVI ALCYON INSCRIBITVR, AVGVSTINO DATHO SENENSI INTERPRETE.

PERSONAE DIALOGI.

CHAEREPHON. SOCRATES.

CHAERE.

QVæ vox inſonuit nobis o Socrates procul a littoribus & promontorio il
lo? q̃ iucūda auditu! quodnam eſt inquã vocale animal? Nam muta qui-
dem ſunt quæ in aquis degunt. SO. Maritima quædam ales o Chęrephō
cui Alcyon nomen eſt: luctuoſa admodū: & perq̃ flebilis, de qua vetus iā Alcyon avis
pridē hominibus fabula proditur. Etenim ferunt hanc aliquando mulię-
rem Aeoli Græci filiam, quem a puella virum acceperat: ſtudii atq; amo
ris gratia, lugere mortuum Trachyniū Ceyca luciferi Aſtri pulchri at
q; honeſti patris pulchrū quoq;, atq; honeſtum filium. Mox vero diuino
quodā numine pennis circūfuſam volucris inſtar maria circundare: atq;
illum perquirere. Cæterum terram omnē peragrans, inuenire haudqua
q̃ poterat. CHAE. Nunquidnam Alcyō eſt: quod ais? Neq; ego vnq̃ an
tehac vocem audieram. At mihi quidem externa quępiam contingit. Lugubrē. ſ. perq̃ vere vocem p
fundit animal. Cuiuſmodi quæſo & hoc eſt o Socrates? SO. Non magnum Chærephon. at magnum
ob coniugalem pietatem a diis accepit honorē. Siquidem in nidulatiōe iſtarum auium & Alcyonū:
quas appellant, dies mundus agit per mediam quoq; hiemem tranquillitatis differentiſsæ quibus eſt
& hodierna præſens nunc in primis. Nonne cernis ſumma ac ſuperiora maris: q̃ ſereniſſima ſunt?
Pacatum autem ac tranquillum omne pelagus: ſimile deniq; (vt ita dixerim) ſpeculi. CHAE. Recte
dicis. videtur nāq; hodierna Alcyonis dies. ſed & heſterna quoq; talis quępiā fuit. Sed per deos quęſo
nūqd opus eſt iis fidem adhibere: quæ initio habita ſunt o Socrates: vt vel ex auibus mulieres aliquā
do effectę ſint: vel ex mulieribus aues? Nullo enim pacto tale quippiam videtur fieri poſſe. SO. O ami
ce Chærephon videmur nos quidem & eorum quæ fieri poſſunt: & eorum quoq;, quæ effici nequeāt
tardi, atq; obtuſiores quidam eſſe iudices. Nam iudicamus nos plane pro humanæ facultatis viribus
quæ & rerum ignara: ac rudis eſt: & difficile adducitur vt credat: ſed & nequaq̃ perſpicaciter intu-
etur. Itaq; compluria nobis & de iis quæ facilia ſunt, difficilia, & quæ cōſeq poſſunt, impoſſibilia ſæpe
videntur. Atq; id quidem nōnunq̃ per imperitiam: ſępenumero vero ob quandam mētium ipſarum
infantiam. Omnis nāq; homo infans vtiq; videtur eſſe, vel vltima ſenectute prouectus. Quandoqui-
dem puſillum admodum: ac nouellum vitæ tempus ad pręſens ęuum. Quid eſt igitur o bone vir: qđ
ex eiuſmodi rebus, poſſibiles ne, an impoſſibiles ſint, dicere quippiam poſſint ii quos deorum di-
uinarumq; rerum latēt poteſtates: quibuſve totius naturæ vis incognita eſt? Meminiſti o Chærephō
quanta nudiuſtertius tempeſtas extiterit. Nam vel cogitantē quidem tum fulgura illa, ac tonitrua:
tum ventorum incredibiles: atq; immenſas magnitudines: cogitantem inquā pauor inceſſit. vereret
forſitan quiſpiam vniuerſam iamiam ruituram mundi fabricam. Porro vero admirabilis q̃dam tran
quillitatis conſtitutio exorta eſt, quæ ipſa & hactenus perdurauit. Vtrum igitur maius: ac difficiliꝰ
arbitraris eſſe: eam ne ſerenitatem ex illo vehemētiſſimo turbine: ac perturbatione traducere: trāſfer
req; in tranquillitatem mundum omnem: an potius mulieris formā transfiguratam in auis cuiuſpiā
ſpeciē cōuertere? Etenī & pueri noſtri quoq; huiuſmodi aliquid fingere, ac formare ſciētes, limū cerā
ve cum ceperint: facillime ex eodem tumore varias multiplicesq; transfigurant formarum naturas.
Diuino autem numini: quicum ne minima quidem ex parte noſtrę facultates conferri debent: perfa-
cilia forte fortuna hæc ſunt omnia. Tum mundū oēm quāto teipſo maiorem putas eſſe? Dices ne tu?
CHAE. Quis hominum o Socrates huiuſmodi quicq̃ vel cogitatione complecti: vel oratione conſe-
qui valeat? Neq; enim id dicendo quiſq̃ aſſequatur. SO. Itaq; iam cernimus homines: ſi forte inuicem
conferant: permultum differre inter ſeſe: pſtareq; alterum alteri: tum viribus: tum etiam imbecillita
tibus. Etenī matura hoim ætas collata ad pueros penitus infantes, quinq; puta decēve dies natos, q̃
magnū q̃ſo: q̃q; admirabile diſcrimen habet & infirmitatis, & roboris, cum in oīnibus fere vitę actio-
nibus: atq; artium ſtudiis: tum in iis quoq; omnibus: q̃cunq; aut corpore adminiſtrantur: aut animo
geruntur? Hæc nāq;, id quod pauloante dixi: teneriorībꝰ pueris ne in mentem quidem videntur ve-
nire poſſe. Ac roboris quidem magnitudo eius: qui perfecta ætate ſit: quantam, q̃ve immenſam at
q; inæſtimabilem præ illis pſtantiam habet? Myriadas enim talium vir vnus permultas manu com-
plectatur: & quidem facile. Aetas nāq; ab ipſo initio imperita prorſus rerum omnium: & quæ moliri

nihil poſſit, hominibus natura contingit. Cum igitur homo homini (vt videtur) tãtum interſit: qd cenſebimus vniuerſum videri cælum præ noſtris facultatibus, iis qui talia hæc cognitione aſſequan-tur? Credibile itaq; fortaſſis pleriſq; videbitur: eiuſmodi habet mundi magnitudo præſtantiã ad So-cratis & Chærephontis formam: eiuſmodi & ſuam ipſius poteſtatem, & prudẽtiam, ac deniq; cogni-tionem irrationabilem eam quæ in nobis ineſt antecellere facultatem. Proinde multa & tibi, & mi-hi, ſed & aliis: qui perinde ac nos ſunt: impoſſibilia videntur ex iis quæ aliis forſitan perfacilia ſunt. Quandoquidem & tibia vti iis, qui tibicines non fuerint, & legere, ac ſcribere Grãmaticę artis igna-ris impoſſibilius eſt: vt qui illa ignorant: q̃ aut mulieres conſtituere ex auibus: aut ex mulieribus aues. Ac natura quidem cũ informe ferme animal cõpararet, & pedis, & manuum, & pennarum ex-pers: pedes ſubiiciẽs atq; adhibẽs pẽnas, ſed & varietate quadã multiplicium: variorũq; colorũ exornãs apẽ effinxit, ſapientem diuini effectricem mellis. Quinetiam ex mutis ouis atq; inanimis compluria genera conſtituit animalium: tum volucrium: atq; terreſtrium: tum etiam aquatilium, ætheris ma-gni (vt nonnulli tradunt) ſacris vtens artibus. Quãobrem immortalium poteſtates: quæ profecto q̃ maximę ſunt: mortales nos: ac puſilli: & qui nec magna: neq; etiam parua percipere valeamus: plera q; etiã addubitemus eorum, q̃ circa nos ipſos verſantur: haud firmum quicq̃ vel de Alcyonibus: vel de philomelis tradere poſſimus. Cæterum gloriã fabularum qualis a patribus ꝓdita eſt, talẽ & pue-ris meis o ales queſtuum, ac luctuum (debeo enim) præbuero de tuis laudibus. Tuũ vero pium: ac ſtudioſum viri amorem concinam crebro vxoribus meis Xantippe: ac Myrrhæ: referens cũ alia mul-ta: tum in primis, quem a diis honorem conſecuta es. Tu quoq; o Chærephon huiuſmodi aliquid fe-ceris. CHAE. Decet igitur plane o Socrates: & quæ abs te dicta ſunt: duplicem vt habeant perſuaſio-nem: ad mulierum inquã cõſuetudinem: ac virorum. Iam igitur Alcyoni ſalutatiõe facta regredi ad vrbem ex Phalerico tempus. SO. Sane quidem igitur ſic faciamus.

FINIS.

MARSILII ARGVMENTVM IN HIPPARCHVM.

PRopoſitum Platonis in Hipparcho eſt docere nos oēs hoīes bonū appetere: cum & illi qui ꝓpter auaritiā aberrare videntur: bonum appetant. Illi ſiquidē lucricupidi ſunt: lucrū vtile eſt: vtile vero bonum: bonū itaq; cupiunt. Etenim lucrū damno cōtrarium. Damnum vero cū obſit, malum: malo igitur contrariū. Cōtrariū malo, bonum: lucrū ergo bonum. Quāobrem cū illi etiā, qui ab appetitu boni declinare videntur, bonū cupiant, nihil iam repugnat: quo minus oēs hoīes bonum appetant. Bonū autē duplex. Vnū finis. Ad finem alterū. Illud propter ſeipſum: hoc propter aliud expetendū. Illius appetitio voluntas: huius electio. Illud venerādum: hoc vtile. Illo fruimur: hoc vtimur. Illius adeptio beatitudo: huius lucrum vocatur. Lucrum igitur eſt boni vtilis acquiſitio, qđ ad venerandi boni conſecutionē cōducere poteſt. Qđ vero ad hoc nō cōfert: nec ip̄m vtile eſt: nec eius adeptio lucrū. Laudāda igitur lucricupiditas, quę oībus natura ineſt. Vituperanda autē opinio falſa: quę dum qđ reuera vtile & lucrum eſt, ignorat, appetitum naturę ad aduerſa retorquet. Hęc omnia Plato latēter docet, dum Socrates definitiones falſas, quas Hipparchus de lucricupiditate refert: & inducēdo & ratiocinādo refellit. Vtitur tamē Plato hac propoſitione: oēs hoīes bonū appetunt: tanq̄ manifeſta ad cōcludendū: ꝙ omnes natura lucrū appetunt, ꝙꝙ hęc appetitio naturalis laudāda eſt. Hęc autē eſt concluſio quā modo quodā directo Socrates tribus argumentandi modis infert .i. exēplo, inductione, ratiocinatiōe. Sed modo quodā cōuerſo ex omni hac diſputatione per argumentationē a minori colligimus propoſitionem illā maxime confirmatā: Omnes .ſ. homines bonum appetūt. quæ huius libri finis vltimus eſt: cum primus finis ſit oſtendere omnes lucricupidos eſſe: neq; id eſſe vituperandum.

Colligit̃ definitio lucri.

Lucri cupiditas oībus natura ineſt.

❡HIPPARCHVS VEL DE LVCRICVPIDITATE VEL STVDIO LVCRANDI.

SOCRATES. HIPPARCHVS.

SO. QVIDNAM Lucricupiditas eſt? & qui ſunt lucricupidi? HIP. Mihi quidē vident̃ qui lucrādū putant ex reb⁹ nulla exiſtimatiōe dignis. SO. Vident̃ ne tibi ſcire, ꝙ nullius pretii ſint, an ignorare? ꝙ ſi ignorare, amētes lucricupidos vocas? HIP. At non amētes appello: ſed callidos atq; improbos, & victos a lucro, cognoſcētes nullius pretii eſſe, ex quibus lucrari audēt: & tamē audēt lucrari ꝑ impudētiā. SO. Num huiuſcemodi lucricupidū vocas? veluti ſi agricola plātans cognoſcēſq; nullius pretii plantā eſſe, dignū tamē putet ex ea lucrari: talē ne ip̄m nūcupas? HIP. Vndecūq; o Socrates lucricupidus quęrendū cēſet. SO. Ne adeo temere verba effundas: veluti alicui ꝓpter acceptā iniuriā infenſus: ſed ad me potius attēdens reſpōde: ac ſi a principio rurſus interrogarē. Cōfiteris lucricupidū cognoſcere quāti ſit, vnde lucrari dignū putat? HIP. Cōfiteor. SO. Quis peritus eſt circa plātarum dignitatē, qua in regione ac tēpore plātare dignū ſit: vt aliqđ & nos ſapientū verborū quib⁹ elegātes cauſidici vtunt̃: in mediū afferamus? HIP. Agricolā arbitror. SO. Num dignū lucro vocas aliud q̃ lucrādū eſſe exiſtimare? HIP. Idipſum. SO. Ne me coneris decipere virū iam ſeniorē, cū adeo iuuenis ſis, reſpōdēs quēadmodū nūc quę ipſe minime putas: ſed reſpōde q̃ veriſſime potes. An cenſes agricultorē quēpiā cognoſcentē arborem quę nullo modo plātatione digna ſit, putare ex ipſa ſe lucraturū? HIP. Non ꝑ Iouē. SO. Equeſtrē pręterea virū intelligētē nullius pretii pabulū ſe equo ꝓbere, ignorare cēſes, ꝙ equū perdit? HIP. Nequaq̄. SO. Nō igit̃ putat ſe ab huiuſmodi pabulis lucraturū. HIP. Minime. SO. Gubernatorē vero q̄ temone & velis nullius extimatiōis nauē muniuerit, ignorare cēſes ꝙ dāno afficiet̃ & periculū incurret, ne ip̄e ſimul & nauis & quęcūq; in naui ſunt, perdant̃? HIP. Nō certe. SO. Haud igit̃ putat ſe ex eiuſmodi inſtrumētis nullius pretii lucraturū. HIP. Minime. SO. Itē belli dux cernēs exercitū vilibus armis confiſum ſperat ne ac dignū putat ex iis lucrū aliqđ aſſequi? HIP. Nullū. SO. Eodē modo tibicē tibiā, & citharista citharā, & arcifer arcū, & vt breui cōplectar, quicūq; artifex, aut ali⁹ quiſq̄ vir perit⁹ organa, ac reliquū apparatū nullius ꝓtii habeat, putat ne ex iis aliquādo ſe lucraturū? HIP. Nō vt apparet. SO. Quos itaq; lucricupidos nūcupas? neq; enī eos quos ſupra retulimus: qui ex reb⁹ nulla ratiōe dignis rentur oportere lucrari. HIP. At hoc modo o mirifice vir, quo ipſe lo-

Prima falſa definitio lucricupiditatis.

Cōfutatio ab inductione.

Secũda defi-nitio falſa lu-cricupidi. Confutatio a rationibus.

queris nullus hoim lucricupidus eſſet. Sed ego eos lucricupidos eſſe intelligo: qui ꝓpter inexplebilẽ auiditatẽ minima queq; atq; vilia: & nullius pretii mirũ in modũ ſitiũt: & in iis etiá lucrum querũt. SO. Nõ tamẽ o vir optime diſcernũt iſta nulliꝰ eſſe ꝑtii. Iá eñ noſipſos in hoc qa eſſet impoſſibile, ra-tionibꝰ redarguimꝰ. HIP. Mihi ſane videt. SO. Si nõ cognoſcũt, ignorãt igit, opinant tamẽ q̃ nullius pretii ſunt, multifaciẽda eſſe. HIP. Apparet. SO. Lucricupidi nõne lucrũ cupiũt? HIP. Profecto. SO. Lucrũ vero dãno cõtrariũ? HIP. Eſt. SO. Eſt ne bonũ alicui dãno affici? HIP. Nemini. SO. Malũ autẽ? HIP. Prorſus. SO. Lęduntur itaq; a dãno hoies? HIP. Lędunt. SO. Malũ igit damnũ? HIP. Malũ. SO. Cõtrariũ dãno lucrũ? HIP. Cõtrariũ. SO. Bonũ ne igit lucrũ? HIP. Certe. SO. Bonũ igit amãtes lu-cricupidos nũcupas? HIP. Videt. SO. Nõ inſanos quidẽ o amice lucricupidos dicis. Sed tu ipſe vtrũ amas qđ bonũ eſt: an nõ amas? HIP. Amo eqdẽ. SO. An eſt bonũ qcq̃ qđ nõ affectes, ſed malũ? HIP. Nõ ꝑ Iouẽ. SO. At forſitã oia bona affectas. HIP. Oia. SO. Interroga iſup & me vtrũ & ipſe: bona eq-dem amare me cõfitebor. ſed ꝑter me ac te, nõne reliqui hoies oẽs amãt bona: mala oderũt? HIP. Vidẽ-tur. SO. Lucrũ autẽ nõne bonũ eſſe cõfeſſi ſumꝰ? HIP. Nẽpe. SO. Oẽs igit lucricupidi vident hoc mo-do: quo vero prius diximꝰ, nullus lucricupidus eſſet. Vtra igit iſtarũ rationũ aliqs vtens nõ aberra-

Tertia defini-tio falſa lucri cupidi. Confutatio a rationibus.

rit? HIP. Siqs o Socrates recte lucricupidũ definiat, eũ vt puto lucricupidũ arbitrabit, q ſtudet iis: & decẽs exiſtimat in iis lucrũ q̃rere, ex qbus boni viri lucrari nunq̃ auderẽt. SO. At nõ tenes qđ paulo-ante inter nos cõuenit: lucrari ſcilicet eſſe vtilitate affici? HIP. Quid tũ? SO. Q; etiá in hoc conſenſi-mus oẽs ſemꝑ bonũ velle? HIP. Cõfeſſi ſumꝰ. SO. Nõne & boni viri omne lucrũ expetẽt: ſi qdẽ huiuſ-modi oẽ bonũ eſt? HIP. Nõ tamẽ ea lucra qbus lędi poſſint. SO. Lędi vocas damnũ pati: an aliud quippiã? HIP. Nil aliud q̃ pati dãnũ. SO. A Lucro ne dãno afficiunt hoies, an a dãno potiꝰ? HIP. Ab vtriſq;. eteñ a dãno: & a turpi lucro dãno afficiunt. SO. Nũ tibi videt aliqd vtile ac bonũ turpe exi-ſtere? HIP. Minime. SO. Nõne pauloante cõceſſimꝰ lucrũ damno malo exiſtẽti, cõtrariũ eſſe? HIP. Fa-teor. SO. Et cũ ſit malo cõtrariũ eſſe bonũ? HIP. Cõceſſimus. SO. Ergo vt vides me conaris decipere de induſtria cõtraria iis aſſerẽs, quę ſupra cõfeſſi ſumꝰ. HIP. Nõ ꝑ Iouẽ o Socrates, Sed ecõtra tu me decipis, ac neſcio quõ in diſputãdo rẽ ſurſum deorſumq; cõuertis. SO. Bona verba q̃ſo. Neq; enim re-cte facerẽ, niſi viro bono & ſapienti parerẽ. HIP. Cuinam? aut qd hoc tandẽ? SO. Conciui meo & tuo

Laudat Hip-parchus Piſi-ſtrati vt remit-tatur acies diſ-putandi.

Hipparcho Piſiſtrati Philedonici filio, qui filioꝝ Piſiſtrati & maior natu erat & ſapientior, qui & alia multa ꝑclara opera ſapiẽtię edidit, & Homeri libros primꝰ in hãc vrbẽ inuexit: coegitq; poetas canto-res carminũ apud Atheniẽſes referre ꝑ ordinẽ: qđ etiá his tẽporibꝰ obſeruãt. Et Anacreonta Teium miſſa naui quiquaginta remorũ in hãc vrbẽ accerſiuit. Simonidẽ praeterea Chium apud ſe ſemꝑ ha-buit, amplis eũ muneribꝰ ornans. Hęc autẽ agebat oia ciues ſuos inſtruere volẽs, vt illis q̃ optime vi-uẽtibus iperaret: ratus minime oportere, alicui ſapientiã inuidere: qppe q honeſtꝰ ac bonus exiſteret. Cũ vero ciues abũde erudiri eſſent: atq; eiꝰ ſapientiã admirarent, cõuertit animũ ad agricolas & pere-grinos erudiẽdos. Atq; ideo colũnas ſiue quadratos lapides i ſingulis vrbis triuiis erexit. Ex ea poſt-modũ ſapiẽtia quã partim didicerat, partim ipſe inuenerat, eliciẽs potiora, elegis icluſit carminibꝰ: & inſtituta ſapiẽtię inſcripſit: adeo vt ciues haud ampliꝰ admirarent egregia illa epigrãmata delphica. Cognoſce teipm: Nihil nimis: & reliqua huiuſcemodi, ſed Hipparchi ꝑcepta veluti ſapiẽtiora vene-rarent. Deinde hac atq; illac ꝑtereũtes, ac legẽdo illiꝰ ſapiẽtiã deguſtãtes ex agris & ſyluis ad reliqua doctrinę inſtituta ꝑgebãt. Erãt autẽ epigrãmata duo in qbuſdã ad ſiniſtrã cuiuſq; colũnę, quę inſcri-

Colũna voca-ta Mercurius loquens. Pręcepta quę-dam Hippar-chi.

bebat Mercurius loquẽs: quęue in medio vrbis ac ꝑpli extabat. In qbuſdã vero ad dexterã, Monumẽ-tũ hoc Hipparchi, Per ordinẽ ꝑge iuſta cogitãs. Itẽ & alia carmina plura atq; ꝑclara i caeteris colũnis intueri licebat. Sed in via Stiriaca inſcriptũ id erat. Monumentũ hoc Hipparchi. Ne amicũ decipias. Quãobrem ego te mihi amicũ fallere nunq̃ auderẽ, & illi tãto viro repugnare. Quo vita functo tres annos ſub fratre illiꝰ Hippia tyrãni depreſſi Atheniẽſes fuerũt. Ipſe vero ab oĩbus ſeniouibꝰ accepiſſẽ ſolũ id trienniũ in hac vrbe tyrannidẽ viguiſſe. Reliqs autẽ tẽporibꝰ, eodẽ pene modo quo Saturno re-gnãte Atheniẽſes vixerũt. Tradit autẽ ab elegãtioribꝰ viris, mortis eiꝰ cauſam extitiſſe nõ eã quę vul-go fertur, ſororis. ſ. Canophorię cõtẽptũ, nã id credere abſurdũ eſt. Sed Harmodiũ amatũ eruditũq; ab Ariſtogitone fuiſſe tradũt, magnũ quiddã futurũ ex hac educatione ſperãte. fore nãq; Hipparchũ aduerſariũ arbitrabat. Interim cõtigiſſe vt Harmodius nobilẽ quẽdã cuius nomẽ nõ ſatis teneo, ama-ret, qui primũ Harmodiũ & Ariſtogitonẽ: veluti ſapientes admirabat. Verũ deinde familiaris factus

Repetitur diſ-putatio ſed conſtructiua. vbi inter hãc & redargutio-nẽ hiſtoriam interiecit.

Hipparcho contẽnere illos coepit: quo illi idignati Hipparchũ interemerũt. HIP. Videris ergo o So-crates vel amicũ me nõ putare, vel ſi putas amicũ, Hipparcho minime credere. Ego enim q̃uo me nõ decipias differẽdo ꝑſuaderi abs te nequeo. SO. Arqui volo tibi perinde ac ſi talis luderem, retractare quicqd ex ſuperioribꝰ libet, ne te deceptũ exiſtimes. Vis ne illud immutari, qđ diximus, oẽs hoies bo-na appetere? HIP. Nolo. SO. Quid vero illud q; damnum, ac damno affici: malum eſſe cõceſſimus? HIP. Neq; id mutari volo. SO. Sed quid illud q; lucrum atq; lucrari, & ipſi damno & ei qđ eſt dam-

ntum pati,contraria ſunt?HIP. Neq; iſtud quidē.SO.At illud forſitan ꝙ lucrari vtpote malo cōtrarium,bonū eſt.HIP.Neq; id retractes.SO.Videt̃ igitur tibi vt apparet,aliquod lucrū bonum eſſe,aliquod vero malū?HIP.Mihi vero.SO.Retracto itaq; tibi hoc.Eſto enim lucrū aliud bonū,malū aliud nihilo tamē magis hoc q̃ illud lucrū eſt,nōne?HIP.Quid īterrogas?SO.Dicam:cibus & bonus eſt & malus.HIP.Eſt.SO.Eſt ne magis cibus alter altero:an ſimiliter cibi ſunt ambo,neq; inquātum cibus vnus ab altero differt,ſed inquantū vnus quidē bonus:alter vero malus?HIP.Eſt vt dicis.SO.Nonne & potus & reliqua oīa,quęcūq; ī ſpecie eadē exiſtētia talia ſunt.vt partim bona: partim mala ſint,nihil inter ſe differunt ſecundū id quo eadē ſunt:quēadmodū homo quidē vnus bonus:malus alius?HIP.Sic eſt.SO.Cęterū neuter illorū:vt arbitror,magis aut minus homo eſt q̃ alius,neq; bon⁹ malo:neq; bono malus.HIP.Vera dicis.SO.Nōne de lucro ſimiliter iudicabimus?ꝙ pariter lucrū tam bonum q̃ malum ſit?HIP.Neceſſe eſt.SO.Nil igit̃ magis lucrat̃:qui bonū lucrū aſſequit̃:q̃ qui malum,neq; iſtorū aliqđ maius lucrū apparet,vt iam cōuenit.HIP.Profecto.SO.Neutro hic aūt magis aut minus adeſt?HIP.Neutro.SO.Tali autē re,cui neutrū horū cōpetit,quomō qs magis vl̕ minus aliquid:aut ageret:aut etiā pateret̃?HIP.Impoſſibile.SO.Poſtq̃ lucra & vtilia ſunt ſimiliter ambo,hoc deinceps aīaduertendum reſtat,ꝓpter qd vtraq; ipſa lucrū appellas:quidnā idē in vtriſq; aſpicis.veluti ſi ipſe modo me rogauiſſes,quare cibū ſeu bonū:ſiue malū ſimiliter cibum appellem,reſpōdiſſem vtiq;,qm̄ vterq; ſicca eſt corporis eſca,ideo vtrūq; cibū noīo,qđ quidē & tu nobis cōcederes,nonne?HIP.Fateor.SO.Et circa potū eadē rurſus reſpōdēdi ratio eſſet,qđ humido corporis alimēto:ſeu bonum ſiue malū ſit,id nomē potus imponit̃,& in aliis eodē modo.Enitere itaq; me ſic reſpōdentē imitari.quidnā idē in lucro bono & malo cernis,ꝓpter cuius pręſentiā vtrūq; lucrū nominas?Q; ſi tibi deſit,qđ mihi reſpōdeas,me dicēte attēde.Nū lucrū appellas oēm poſſeſſionē,quā quis acqſiuerit,vel nihil expendēs,vel expēdēs parū cū plus accipiat?HIP.Id lucrū vocare mihi videor.SO.An huiuſmodi dicis: ceu ſiqs nihil expēdens abūde epulatus ſit:& ex epulis morbū acqſiuerit?HIP.Nō per Iouē.SO.At bonā valitudinē ex epulis adept⁹,lucrū ne an damnū nāciſceret̃?HIP.Lucrū.SO.Nō eſt igit̃ lucrū qđlibet acqrere.HIP.Non certe.SO.Nūquid ita ſe habet,vt nō lucret̃ qui qđuis aſſequit̃,ſiue bonū ſeu malū?HIP.Apparet.SO.Neq; in damnū incurrat:qui in qđuis incurrit,ſiue bonū ſeu malū?HIP.Mihi quidē videt̃.SO.Cernis ergo ꝙ circa idē reuolueris?Lucrū eīm bonū,damnū vero malū apparet.HIP.Ignoro qd dicā.SO.Et iure qdē.Sed pręterea hoc mihi reſpōde.Siqs minus expendens plus acceperit,lucrari hūc diceres?HIP.Nō malū dico,verū ſi auri vel argēti minus erogās,plus accipiat.SO.Enimuero hoc inſup interrogabo,ſi qs dimidiā auri librā erogās,duplū reportaret argentū,lucrū ne,an damnū eſſet?HIP.Damnū ꝑfecto o Socrates:nā pro duodecuplo ꝑtio,duplū ſolūmodo recipit.SO.Verūtamen plus accepit.An nō plus eſt duplū dimidio?HIP.Nō eiuſdē dignitatis ac pretii eſt argentū cuius eſt aurū.SO.Ergo oportet hoc lucro adiicere,aſtimationē.ſ.ac pretiū.Nunc vtiq; argētū plus exiſtēs q̃ aurū haud ęque ęſtimandū ac ꝑtioſum dicis,& aurū minus exiſtēs,pretioſum quoq; ac dignū.HIP.Et maxime,ſic eīm ſe res habet.SO.Ipſa ergo æſtimatio dignitaſq; lucrū cōtinet,ſiue parua res ſiue magna ſit:Indignū vero ęſtimatione ſine lucro eſt?HIP.Profecto.SO.Ipſum pretioſum ac dignū,vocas ne aliter dignū q̃ adeptiōe dignū?HIP.Adeptiōe.SO.Dignū aūt adeptione vtile an inutile?HIP.Vtile.SO.Vtile nonne bonum?HIP.Eſt.SO.O vir omniū fortiſſime,nonne iam tertio & quarto cōcluſum a nobis eſt lucrū bonū eſſe?HIP.Videt̃.SO.Memoria tenes vñ ſermo hic incidit?HIP.Arbitror.SO.At ſi min⁹ ipſe memineris,ego in memoriā reducā.Ex eo eīm ꝙ dubitabas ne boni viri lucra q̃libet acceptare nolint:ſed ex lucris bona dūtaxat,mala vero neq̃q̃.HIP.Hic ſane.SO.Nōne lucra oīa eſſe bona,ſeu magna ſiue pua ſint,ratio nos fateri coegit?HIP.Coegit certe o Socrates me magis q̃ pſuaſit:ſed forſitā deīceps pſuadebit.SO.Nūc tñ ſiue pſuaſ⁹ fueris,ſeu quōcūq; aliter ſis affect⁹,cōſentis nobiſcū lucra oīa & ampla & exigua bona eſſe?HIP.Cōſentio.SO.Et bonos viros oēs bona oīa velle fateris?nec ne?HIP.Fateor.SO.Malos autē dicebas oīa lucra tā exigua q̃ magna cupere.Nōne igit̃ ſecūdum ſermonē tuū vniuerſi hoīes & boni pariter atq; mali lucricupidi eſſent?HIP.Videt̃.SO.Nō recte igit̃ vituperabit quiſpiā lucricupidos,cū ipſe quoq; lucricupidus ſit.

Fit diuiſio vt ex diuiſis colligat definitionem lucri.

Ratio cibi eſt ſiccitas.
Ratio pot⁹ eſt humiditas.

In lucri ratiōe ineſt poſſeſſio acquiſita.

Itē ineſt acquiſitio bona.

Hinc videt̃ vn gēla auri pondo tū valuiſſe duodena pondo argenti.

Itē in lucro ineſt æſtimatio.

Itē in lucro ineſt bonū eſſe.

Cōcludit̃ oēs hoīes lucricupidos eſſe.

HIPPARCHI FINIS.

Argumentum Marſilii in Librum Platonis de Philoſophia,ſeu Amatores.

SVmma hui⁹ dialogi eſt,quid ſit & quale officiū philoſophi definire.Eſt autē philoſophi officiū,diuina noſſe,gubernare humana:in illo contēplatiua philoſophia,in hoc actiua cōprehēdit̃.Philoſophus itaq; primo diuinā:id eſt abſolutā ipſi⁹ boni naturā per ſapientiā cōtemplat̃.Deinde ad id bonū velut ad finē humanas operatiōes dirigēs,humana gubernat.Hęc aūt gubernatio duo reqrit.Primū:vt qd humana natura ſit:& quo pacto ducat̃ ad bonū,a malo remoueat̃,cognoſcat.qđ quidē per prudentiā philoſophus agit.Alterū:vt ſic inſtituat hoīm & affectus &

quid sit ph[ilosoph]i [et] ph[iloso]phi officium

actus ſic tēperet atq; cohibeat,vt ad bonū qđ ſapiētia ipſa inuenerat,& ad qđ prudentia deinde dire xerat,facile tendāt.Id vero p morales virtutes efficit:quas oēs vno iuſtitię noīe Plato cōplectit.Atq; ex iis duob⁹ humanorū gubernatio cōſtat.Eiuſdē autē eſt ſcire recte vnū hoīem,familiā, ac rēpublicam gubernare.Quāobrē qui moralis eſt:idē dñs ciuilis,rex idoneus eſſet.Ex qb⁹ cōcludit in ipſo philoſophātis officio haec oīa cōtineri:ſapientiā:prudentiā:iuſtitiā:moralē:domeſticā: ciuilē ac regiā diſciplinā.Per ſapientiā diuina cognoſcit:p prudētiā iuſtitiāq; humana gubernat,dū rē ſuā:rē familiarē:rēpu.adminiſtrat . Eiuſmodi eſt phi ipſi⁹ officiū: qđ Plato in libris de republica latius explicat:in hoc ſignificat breuius.Ac primo duas aliorū opiniones circa phi officiū cōfutat.Prima videt vel Solonis fuiſſe vel ſimilis alicuius dicētis id eſſe q̄plurima diſcere:ſcđa Hippię ſophiſtę volētis phiam artiū oīum peritiā eſſe.His denię; cōfutatis,ſentētiā quā pręd ixim⁹,breuiter innuit.Socrates ergo fingitur hęc ī ſcholis Dionyſii,q grāmaticę elemēta Platoni tradidit,aduerſus diſcipłos duos Dionyſii diſputaſſe:deinde quę in ſcholis tractauerat:in corona familiariū ſuorū a principio recenſere.

Quę cōtineātur in philoſophātis officio

PLATONIS DIALOGVS DE PHILOSOPHIA,VEL AMATORES. SO.

Occaſio dialogi:q̄ vnū eſt ex conſentaneis ipſi dialogo:& ſi interdum praetermittatur.

Dionyſii grāmatici ludū ingreſſus iuuenes quoſdā vidi honeſtā prę ſe ferentes indolē,claris ortos parētibus,cumq; iis vna eorū etiā familiares. Aderāt autē duo qdā adoleſcētuli inuicē cōtendētes:quę vero eſſet illorū quęſtio haud ſatis aduerterā. Verūtamē de Anaxagora vel Oenopide diſceptare videbant:circulos deſcribētes,& inflexiones quaſdā ſūmo quodā ſtudio manib⁹ imitātes. Ego autē alteri⁹ illorū amicū iuxta quē ſedebā,cubito tangēs,interrogaui cur ita cōtēderēt adoleſcētes:& num magnū quiddā eſſet & pulchrū:in quo tantū ſtudiū ponerēt. Tū ille,qđ ingt magnū & pulchrū! Nugant eīn iſti de iis quę ſublimia ſunt:& philoſophātes garriunt. Huius ego reſpōſum admirat⁹,o adoleſcēs inquā an turpe tibi philoſophari videt! curve tā acerbe reſpondes! Alter vero iuxta eīn aſſidebat aemulus quidā iſtius,cū & me interrogantē:& reſpōdentē illū audiſſet,nō expedit tibi Socrates ingt,interrogare hūc an turpe exiſtimet eſſe philoſophiā,nec ne.Nōne intellexiſti ipſum in tumiditate quadā & ſaturitate atq; ſomnolentia vniuerſam aetatē egiſſe:vt credas aliud q̄q̄ eū tibi reſpōſurū,q̄ q; turpe ſit phia! Erat autē iſte ī muſica erudit⁹,alter autē quē carpebat ī gymnaſtica. Videbaturq; mihi oportere aliū quē prius interrogauerā,miſſum facere:qm̄ haud ſane ī diſputādo:ſed in agēdo potius ſeipm̄ demōſtrabat expertū . Interrogandū autē cenſui illū,q ſapientiorē ſe oſtēdebat:vt ſi quo modo poſſem,ab eo vtilitatē aliquā reportarē.Dixi igit ad eū,in cōmuni me q̄ſtionē ꝓpoſuiſſe.Si autē tu putas meli⁹ iſto te reſpōſurū, illud idē te nūc interrogo:vtrū videat tibi philoſophari pulchrū eſſe an ſecus! Hęc fere dicētes nos audierūt adoleſcentes: atq; omiſſa ea q̄ inter ipſos erat cōtentiōe,ad ea q̄ diſſerebam⁹,audienda,ſeipſos ſilētio parauerūt. Reſpōdit autē ille mihi,& valde quidē ambitioſe. Siquādo o Socrates philoſophari turpe eſſe ducerē,neq; me hoīem putarem: neq; quēuis aliū ſic affectū.Innuēs autē in aemulū dicebat hęc ea voce,vt amici exaudire poſſent.Hic ego:pulchrū igit tibi philoſophari videt! & maxime qdē ingt ille.qđ ergo inquā:num videt tibi fieri poſſe:vt noſcat qs turpe ne aliqđ ſit an pulchrū,niſi a principio qđ ipm̄ ſit nouerit! nō. Noſti igit inquā:q; eſt aliqđ philoſophari! Noui eqdē.Quid eſt! Quid aliud q̄ ſcđm dicta Solonis! Dicebat eīn Solo:ſeneſco ſemp plurima diſcēs.Et mihi qdē videt ſemp ſic oportere aliqđ diſcere eū hoīem:qui philoſophus futurus ſit,ſiue iunior,ſiue ſenior ſit:vt in vita q̄plurima diſcat.Atq; is primo viſus eſt mihi aliqđ dixiſſe.Deinde mecū reputās,interrogaui,an ſibi philoſophia polymathia:id eſt multa diſcere videret.Et ille oīno ingt. Exiſtimas pulchrū aliqđ ſolū eſſe philoſophiā vel etiā bonū! Et bonū quoq; Vtrū in philoſophia id ꝓprium inſpicis,an etiā in aliis eodē pacto iudicas,vt verbi gīa: ſtudiū gymnaſticae,nō modo pulchrū eſſe,ſed etiā bonū! Tūc ille & valde ironice duo diuerſa ꝑtulit . Aduerſus hūc ingt,dicat:q; neutrū ſit.Aduerſus autē te o Socrates & pulchrū & bonū ſimul eſſe confiteor.Ergo in gymnaſiis multū laborē exiſtimas eſſe gymnaſticę ſtudiū! Et maxime quidē ingt ille:quēadmodū in philoſophādo multa diſcere,phiam puto.Atq; ego,credis ne gymnaſticę ſtudioſos aliqđ aliud appetere,q̄ vt eorū corpora bene ſe habeāt! Idipm̄ ingt.Num multi labores bonā corporis habitudinē efficiūt! Quonā pacto ingt ille ex paucis laborib⁹ robuſtū corpus fieri poſſit! At deinceps mihi viſus eſt gymnaſticus ille ꝓuocādus eſſe,vt mihi ex peritia gymnaſticę auxiliū ferret. Illū deinde ꝑcontatus ſum.Quid autē tu taces o vir optime hęc iſto loquēte! Nū & tibi videnť hoīes ex multis laboribus,an tēperatis robur acqrere! Equidē o Socrates aſſerere auſim ex moderatis corp⁹ bene ſeſe habere. Vnde inquā! Nō virū vigilantē dico & eſurientē: & inſuetā ſpinā habentē,& curis extenuatū.Et cū hęc dixiſſet,delectati adoleſcētes arriſerūt. Alter autē ille erubuit. Tūc ego,qđ tu igit,concedis nec paruos:neq; magnos labores habitudinē bonā corporis efficere,ſed moderatos! an repugnas cū

Videtur dialogi formā eſſe bifariā:vt cū collocutionis totius enarratio ſola eſt dialogus:et cū pſonę loq introducuntur.

Ordo queſtionū analyticarū:nō ſcit q̄ ſit:niſi ſciatur quid ſit:neq; qđ ſit,ſi ignoretur an ſit.

Prima definitio philoſophiae ex Solone.

Cōfutatio de ratione aliorū ſtudiorum.

duo ſimus in diſputatione concordes?Libenter quidē inquit huic repugnarē: atq; aduerſus eū vale-
rem,id qđ propoſitū,defendere,etiā ſi cauſam haberē minus validam . Nullius enim pretii eſt. Verū
tecū nihil decet pręter opinionē contendere,ſed confiteor nō multas,immo tēperatas exercitationes
bonū corporis habitū hominibus pręſtare.Cibi autē inquā multi,an moderati?Et cibi ait. Praeterea
compuli eum,vt concederet reliqua omnia quę circa corpus verſantur,temperata quidem prodeſſe
q̄plurimū : pauca vero vel nimia nunq̄. Et ille moderata iuuare confeſſus eſt. At quę ad animā ſpe-
ctant,cum moderata adhibentur,conducunt?an potius immoderata?Moderata. Diſciplinæ autem
nonne ex iis ſunt,quæ animę adhibentur & conferunt?Conſenſit.Ex diſciplinis itaq; quæ temperatę
ſunt:non quæ multę,vtilitatem afferunt?Conceſſit.Quem ergo interrogare merito cōueniret qua-
les ſint labores atq; cibi moderati ad corpus?In hoc tres vna conuenimus:medicum videlicet vel pę-
dotriuam.i.exercitationis magiſtrū interrogandū . Quem vero de ſpargendis ſeminibus,quot mo-
derata ſint?Agricultorem confeſſi ſumus. At vero de ſemente & plantatione diſciplinarum in ani-
ma:quenam merito percontabimur,quales vel quātæ tēperatę ſint? Verum deinceps cū ambiguita-
tis pleni eſſemus,ego iocans inquā,vultis ne poſtq̄ nos in hoc ambigui ſumus,ab iis adoleſcentibus
id quęramus? An forſitan erubeſcimus,quēadmodum procos inducit Homerus nolētes alium quē-
piam pręter ſe arcum intendere?Sed cum orationē meam grauiter ferre viderētur,alia quadam via
id inueſtigare aggreſſus inquā. Qualia eſſe debere coniiciemꝰ quæ oportet philoſophum diſcere:cū
neq; omnia neq; multa ſequi debeat?Suſcipiens vero ſermonē ſapiētior ille ait:pulcherrimas atq; ma-
xime congruas animo diſciplinas eſſe:ex quibus maximā quis gloriam in philoſophia conſequit̄: ma-
ximā vero gloriam adipiſcetur,ſi ſingularum artium peritus eſſe videatur:ſi minus oīum , plurima-
rum ſaltem:earūq; pręſertim quę ęſtimatione ſunt dignę:ea prę cęteris diſcens:quæ liberos homines
decent:quęve intelligentię ratione,nō manuū miniſterio perficiuntur.

Secūda philoſophiæ definitio.

Tum ego,ſic inquā dicis:quē-
admodum in fabrica contingit?in qua fabrum quidē miniſtrum vel ad ſummū quinq; aut ſex minis
emeres:architectū vero neq; drachmarū decem milibus.nam per omnē Gręciam rari admodum re-
periuntur.nunquid tale aliquid ais?Ille me audiens idipſum ſe dicere cōfeſſus eſt.

Declaratio eiꝰ definitionis.

Architecti rari admodum.

Eum mox interro-
gabam verū poſſibile eſſet:duas eundē dūtaxat artes hoc pacto,nedum permultas magnaſq; percipe-
re.Ne ita me dicere putes o Socrates quaſi philoſophantē oporteat ſingulas artes ad ſummū proſe-
qui,quēadmodum artifices:verū vt liberū virum eruditūq; decet:vt potis ſit percipere: quæ a quo-
cunq; artifice proferūtur,prę cæteris oībus qui pręſentes ſint: & ipſe praeterea ita mente coniectare,
vt ſemper ipſe elegātiſſimus ac ſapientiſſimus pręſentium omniū in his:quæ in vnaquaq; arte & di-
cūtur & fiunt,appareat.Atq; ego:adhuc enim quorſum tenderet,ambigebā:intelligo ne inquā qua-
lem dicis eſſe virum philoſophū?Videris enim mihi talem dicere,quales in certamine ſunt pentathli
.i.periti quinq; certaminū erga curſores vel peltaſtas.i.clypeatos iaculatores.Etenim illi a curſoribus
vel peltaſtis in eorum certaminibus ſuperantur atq; ſecundum ordinem obtinent:reliquorum vero
athletarum primi atq; victores.Tale aliquid forte dicebas philoſophię ſtudium pręſtare philoſophis
vt ab iis:qui in quauis arte ſupremi ſunt,in eadem arte intelligētia ſuperentur: dumq; ſecūdum lo-
cum tenent,ſequentes reliquos antecedant,vt philoſophus in ſingulis facultatibus ſecūdæ ſortis exi-
ſtat.Eiuſcemodi mihi videris philoſophantem virum oſtendere. Recte inquit o Socrates accepiſſe vi-
deris quę de philoſopho dicta fuerūt:cum eum pētathlo comparaueris. Eſt enim proculdubio talis:
vt nulli negotio ſeruire penitus velit,neq; in aliqua re vſq; ad ſummum elaborare:ne propter vnius
exactam diligentiam in aliis omnibus facultatibus quēadmodum artifices omnino deficiat:ſed om-
nia mediocriter temperateq; attingat.Poſt hanc illius reſponſionem cupiens planius noſſe quid dice-
ret,interrogaui:bonos viros vtiles ne an inutiles eſſe arbitraretur?Vtiles inquit o Socrates. Nonne
ſi boni vtiles,mali inutiles erunt. Cōſenſit. Quid autem philoſophos viros vtiles vel inutiles putas?

Cōfutatio eiꝰ rationibus.

Ad hæc ille maxime omniū vtiles eſſe philoſophos aſſeuerauit.Age igitur dignoſcamus ſi tu quidē
vera dicis,quomodo vtiles nobis ſunt iſti ſecūdę ſortis homines.Manifeſtum enim eſt q; ſingulis artē
habentibus inferior eſt philoſophus.Annuit.Age inquā ſi vel tu vel ex amicis aliquis tibi chariſſimꝰ
ęgrotaret,vtrū ad curam valitudinis philoſophum illum ſecundariū induceres:an medicū?Vtrūq;.
Ne mihi dicas vtrūq;.Sed vtrum potius? Nullus inquit ambigeret:quin medicū & magis & prius.
Quid autē in naui fluctibꝰ agitata:vtrum te & tua gubernatori:an philoſopho cōmitteres?Guber-
natori equidem. Et in reliquis omnibꝰ:donec artifex aliquis adſit,philoſophus erit inutilis?Apparet
inquit.Philoſophus igitur nunc nobis inutilis eſt,cū artifices adſint. Confeſſi vero ſumus bonos qui-
dem vtiles eſſe:malos inutiles.Coactus eſt deniq; confiteri.Quid ergo poſt hæc abs te petam? An for-
ſitan inhumanū eſt,vltra perquirere?Quicquid lubet inquit . Nihil aliud peto niſi vt iterum conce-
dantur iam dicta:habent autem ſe in hunc modum.Confeſſi ſumus philoſophiam bonum eſſe:& ex-
tare philoſophos:atq; ipſos philoſophos bonos : bonos autem vtiles:malos contra inutiles . Deinde

cōceſſimus: donec artifices adſunt: philoſophos inutiles eſſe, & artifices adeſſe ſemp. Nōne conceſſa hæc ſunt? Sunt. Confitemur igitur vt videtur ſecūdum tuam orationē, ſi quidē philoſophari eſt eſſe ſcientē in artibus eo pacto quo ipſe dixiſti: malos ipſos eſſe & inutiles: q̄diu inter homines artes ſint. Verū non ſic ſe habēt o amice. Neq; philoſophari eſt circa artes ſtudioſe verſari: nec multis negotiis incumbere: neq; multa perdiſcere: ſed aliud quiddā. ſiquidem exiſtimarem & abſurdum hoc eſſe: & mechanicos appellari eos: qui artibus incumbūt. Hoc autem modo planius intelligemus an vera dicam: ſi hoc mihi reſpondeas. Qui equos recte domare ſciunt? verū qui illos meliores reddunt, an alii? Qui meliores. Quid autē canes, num qui illos meliores reddere, iidem & recte illos coercere ſciunt? Omnino. Eadē ergo ars & illos meliores reddit & recte coercet? Eadem. Quid autē, vtrum quę & meliores facit, & recte coercet: eadem cognoſcit bonos & malos, an alia? Eadem inquit. Voles igitur inquā idem de hominibus confiteri: quæ optimos reddit homines, eandem eſſe, quę & recte cohibet, & qui boni ſint, quiue mali: cognoſcit? Proſus inquit. Nonne quæcūq; vnum eadem & multos: & quę multos vnum? Ita. Et in equis pręterea cæteriſq; omnibus eodē modo? Eodem modo. Quænam ſcientia eſt, quę intēperantes & legum trāſgreſſores in ciuitate recte punit? nonne iudiciaria? Proſus. An vocas iuſtitiam aliam quandam pręter iſtam? Non aliam. Nonne qua ſcientia recte caſtigant & puniunt, eadem bonos ac malos dignoſcūt? Eadē. Quicunq; vero vnum norit, plures quoq; cognoſcet? Cognoſcet. At qui multos ignorat, ignorabit & vnum? Conſenſit. Si ergo equus exiſtēs, bonos ac malos equos ignoret, ſeipſum etiā qualis eſt: ignorabit? Cōceſſit. Et ſi bos cum ſit, haud nouerit qui ſint boni aut mali boues, ſeſe etiā qualis ipſe ſit ignorare eum neceſſe eſt? Ita eſt inquit. Eodem quoq; modo ſi canis fuerit? Confeſſus eſt. Nūc vero cum homo quis exiſtens ignoret bonos homines & malos: nonne ſuiipſius etiā ignarus erit, bonus ne ſit an malus? Adnuit. Seipſum ignorare, ſapere eſt vel deſipere? Deſipere. Seipſum itaq; noſſe, ſapere eſt. Cōfiteor inquit. Hoc igit̃ vt videtur & inſcriptio quę in Delphis eſt, præcipit: Prudētiam. ſ. & iuſtitiam colere. Apparet. Hac eadē & recte cohibere ſcimus. Adnuit. Qua ergo recte cohibere ſcim⁹, ea vtiq; iuſtitia eſt. Qua vero & nos ipſos & alios dignoſcere poſſumus: prudentia. Videtur. Eadem igitur eſt iuſtitia atq; prudētia. Apparet. Quinetiam ciuitates tūc optime gubernātur, cum iniuſti dant poenas. Vera narras. Atq; hæc ciuilis ſcientia eſt. Eſt inquit. Quid vero quotiēs vir vnus recte ciuitatem inſtituit, nomen illi conueniens nōne tyrannus & rex? Adnuit. Nonne tyrānica aut regia arte gubernat? Immo. Hæ itaq; facultates eædem ac ſuperiores ſunt. Vidētur. Quid vero cū vir vnus domū recte diſponit, q̄d huic nomē maxime congruit? nōne oeconomus ac domin⁹? Cōuenit. Vtrū & iſte iuſtitia bene regit familiā: an alia facultate? Iuſtitia. Idem eſt igitur vt apparet rex: tyrānus: ciuilis: oeconomus: dominus: prudēs: iuſtus. Atq; vna quoq; ars eſt: regia: tyrānica, ciuilis, dominica, oeconomica, iuſtitia, atq; prudētia. Videt̃. Quid itaq; philoſopho viro: quotiens medicus de ægrotantibus quicq̄ dixerit, turpe eſt non poſſe dicta illius aſſequi, neq; ex ſeipſo aliquid cōiectare: & quādocūq; alius quiſq̄ aliorū artificum? Eodē pacto. Cum autē iudex aut alius quis eorū: quos pauloante retulimus, non abſurdū in iis nec aſſequi dicta: neq; per ſeipſum coniicere? Quid ni eſſet abſurdū o Socrates in tantis rebus nihil habere q̄d cōſulat? Verum igitur inquā & circa hęc philoſophū vt pentathlū eſſe oportere dicimus: & ſecundas poſſidentē partes inutilem eſſe, donec aliquis ex ſuperioribus adſit: vel primū quidē ipſum oportere domū ſuam nulli adminiſtrandam prębere: neq; ſecūdas in hoc partes tenere: ſed ex ſeipſo omnia caſtigare, iuſte diiudicantē, ſi quidē eius familia recte adminiſtrari debeat? Aſſentiebatur ille mihi. Atq; ego addidi. Si etiā ſibi amicus aliquis vitæ ſuæ rationē, aut ciuitas aliquid diſcernēdum aut iudicādum cōmittat: eſſetne turpe illi o amice ſecundū in iis eſſe: aut tertiū: neq; ducem exiſtere? Ita mihi videtur. Abſit igitur o vir optime vt philoſophari ſit plurima diſcere, arteſq; tractare. Cum iſta dixiſſem: ſapiens quidē ille ex antedictis rubore affectus tacuit. Indoctus autē affirmauit ſic eſſe: & cęteri oēs dicta laudarunt.

Aggreditur colligere verā philoſophiæ definitionem ex inductiōe a ratione.
Quæ definitio eſt hæc. Philoſophia eſt qua q̄ſq̄ ſe & alios boni ne an mali ſint cognoſcit. Et philoſophia eſt qua idem ſunt regia, tyrānica, ciuilis, dominica, oeconomica, iuſtitia, atq; prudētia.
Item philoſophia eſt dum ſcim⁹ non plurima diſcēdo, neq; artes tractando.
Pulchræ rationes ab eodem & diuerſo, & cōtrario ſumptæ.
Qui alios, boni an mali ſint ſcit, vel ignorat: hunc etiā ſeipſum aut cognoſcere aut ignorare oportere.
Declaratio inſcriptionis in Delphis, Prudentiā & iuſtitiam colas.

FINIS LIBRI DE PHILOSOPHIA.

Argumentum Marſilii in Librum qui Theages inſcribitur, vel de Sapientia.

DIſtinguitur in hoc dialogo ſapiētia, & vltimū diſtinctionis mēbrum ſic inueſtigādum aſſumitur, vt quo pacto acquirat̃ ab hominibus, pateat. Prima partitiōe ſapientia duplex dicit̃. Vna abſoluta, conditionalis altera. Abſoluta quæ ſimpliciter abſq; additione aliqua ſapientia nominat̃. Conditionalis, quę nō ſimpliciter ſapientia, ſed ſapiētia quædam dicta eſt. Illa ſic definitur. Cognitio earum rerum de quibus haberi ſcientia poteſt. Habetur autem ſcientia de iis: quæ ſemp eadem: & eodē modo ſunt. huiuſmodi ſunt: ſumma rerū principia, & æternę rerum omniū rationes: hæc autē diuina dicūtur: quo fit vt ſapiētia ſit diuinarū rerum ſcientia: quæ quidē abſoluta ſapientia eſt. Conditionalis vero omnibus artibus & facultatibus eſt cōmunis. Nam ſummitas cuiuſq; artis ſapientia quędā vocatur: vt ſapientia gubernatoria: ſapientia aurigaria: ſapiētia militaris,

Ex omnibus aũt quę cũ additione ſapientię nũcupatur, præcipua eſt, quę cęteris vt miniſtris vtitur: cuiuſmodi ciuilis ſapientia eſt. Quę quidẽ facultas cõmune ciuitatis & gentiũ bonũ coniectans, definitur. Hęc tum ciuilis tum etiã regia diſciplina vocatur. Cuius ſubiectum ciuitas eſt. finis cõmune bonum. miniſtrę artes oẽs. Officia duo, leges condere, & conditas exequi. illud per prudentiã nomotheticam, hoc per iuſtitiã legalẽ & iudiciariam agit. Verũ quo pacto quis ciuilem ſapientiã nanciſcatur: in plurimis eius diſputationibꝰ Plato dubitat. Et in pręſenti Theage vtrũ ciuiles homines an ſophiſtę, an cõtẽplatiui dũtaxat philoſophi eã doceant: ꝙ a ciuilibus viris, aut ſophiſtis, aut ſoli cõtẽplationi deditis diſcatur. In Menone & hic quodãmodo negat: ꝙ illi ne filios quidẽ ſuos vnq̃ docuerint: ꝙ iſti rationẽ boni non habeant: ꝙ hi rerum humanarum experti minime ſint. Reſtat igitur, vt hęc aut a philoſophis & cõtẽplandi & agendi apprime peritis percipiatur, aut diuina ſorte contingat. Illi nuſq̃ reperiũtur. Vnde in Menone & in Theage diuino munere fieri aſſerit, vt in animos ciuium tẽperatos dei prouidentia boni ipſius intelligentiã & leges ad id ducentes infundat. Quã ſane notionẽ hic ciuilẽ ſapientiã in Menone pro priori vocabulo vaticiniũ quoddã nominat: ciuileſq; viros furẽtibus cõparat. Sæpe etiã ait nunq̃ a malis genus hominũ ceſſaturũ: niſi aut legitimi philoſophi dominenſ, aut ii qui gubernant rempu. diuina quadã ſorte philoſophentur. Hoc autẽ libro cum Socrates in ſua mẽbra ſapientiã diſtinxiſſet, & hanc ciuilem ſapientiã ſub quadã ironiæ ſpecie: nec a ciuilibꝰ viris, nec a ſophiſtis, nec a ſe vt a philoſopho cõtẽplationi dedito Theagẽ adipiſci poſſe dixiſſet, ſubiunxit tentandã eſſe vim dęmonis, & deniq; voluntatẽ dei precibus exorandã: quaſi illinc iſta diſcãtur, & dei prouidẽtia p medios ſpiritus, ſępe hominibꝰ agendorũ oracula pandat. Eos autẽ miniſtros qui dei iuſſu bonorũ ciuium & legitimorũ principum mentes ad bene gubernandũ illuminant Dionyſius Areopagita principatus nominat. Eſſet hic fortaſſe de dęmone Socratis diſputãdum, ſed argumẽti breuitas prohibet. Quinetiã Maximus Tyrius: & Hermias: & Apuleius de hoc abũde diſſeruerunt. Inducit autẽ hic tres Plato perſonas: Demodocum ciuem Athenienſem vna cum filio ſuo Theage ſapientiã affectante, & Socratem. Incipit vero a Demodoci petitione dialogus.

THEAGES VEL DE SAPIENTIA.

DEMODOCVS. SOCRATES. THEAGES.

DE. INDIGEBAM O Socrates quędã priuatim tecum cõmunicare: ſi quidem otium adſit: vel ſi ſit negotium: neq; id magnum, velim tamẽ mea cauſa te otium agere. SO. Equidẽ otioſus ſum: ſed tui cauſa maxime. Si ergo quid dicere vis licet. DE. Vis ergo ſecedamus huc in proximũ Iouis liberatoris porticũ? SO. Vt lubet. DE. Eamus ergo o Socrates. Oẽs quidẽ plantę eodẽ ſe modo habere videntur: et quæ quidẽ ex terra oriuntur, & aĩalia omnia, & hoĩes ipſi. Enimuero in plãtis facillimũ hoc eſt nobis: qui terrã colimus, præparare quidẽ omnia, anteq̃ plãtemꝰ: & ipſam etiam plantationẽ. poſtq̃ vero qđ plantatum eſt, viuit: tũc cultus ipſius varius eſt: & difficilis: eodemq; modo & de hominibꝰ videtur. Ex meis enim rebus ad alia coniecturã facio. Etenim hæc mihi mei filii ſiue plantatio, ſeu filii generatio appellãda ſit: omniũ facillima extitit. Educatio autem difficilis: & ſemp in timore, maximũ metũ ſui cauſa ſubeunti. Et alia qdẽ multa de hoc dici poſſent. pręcipue vero cupiditas, quæ huic nunc ineſt: vehemẽter me ſollicitat: Eſt enim nõ ingeneroſa: verum talis, vt fallere poſſit. Cupit enim hic o Socrates vt ipſe ait, ſapiẽs effici. Et vt mihi videtur: populares quidã eius æquales in vrbẽ veniẽtes ſuis ſermonibus hũc vehementer incitauerũt: quos hic ęmulari cœpit: & mihi iã pridẽ moleſtus eſt, fas eſſe putans me illius curã ſuſcipere: ac pecuniã ſophiſtæ alicui: q ipm ſapiẽtem reddat, prębere. Mihi aũt pecuniarũ minor eſt cura. Verũ hunc exiſtimo ob hoc eius ſtudium in periculũ non mediocre incurrere. hactenus igitur huic obſtiti, cõſolans: ſed poſtq̃ vlterius nequeo, operæ pretiũ fore duco vt ſibi obtẽperẽ, ne ſine me frequenter cũ aliis viuens corrũpatur. Nũc autẽ ad hoc proficiſcor, vt eum apud aliquẽ ſophiſtarum ſiſtã. Tu igitur peropportune nobis obuiam factus es: quẽ quidem hac in re mihi conſultorẽ maxime cupiebã. Itaq; ſiquid habes quod mihi in iis quæ audiſti conſulere queas, licet & expedit. SO. Cęterum o Demodoce conſiliũ res ſacra dicitur: quod ſi vnq̃ vllũ aliud, hoc eſt in primis, de quo q̃ris. Nõ. n. eſt diuinius aliqđ de quo hõ cõſulere queat, q̃ de eruditiõe ſui atq; ſuorꝝ. Primũ igiť ego & tu cõueniamꝰ, qdnã putemꝰ hoc eſſe, de quo cõſultamꝰ, ne ſæpe numero ego quidẽ aliud illđ exiſtimẽ, tu itẽ aliud: ac deinde lõge diſſentiamus, ridiculi quidẽ exiſtẽtes ambo, & ego q do, & tu q poſtulas cõſiliũ, cũ in nullo inuicẽ cõſenſerimꝰ. DE. Recte qdẽ mihi dicere videris o Socrates. Itaq; faciendũ cenſeo. SO. Atqui recte qdẽ ex parte, nõ tñ oĩno dicebã recte. nã pauliſper id muto. dubito. n. ne forte hic adoleſcẽtulꝰ alia q̃dã q̃ quę nos rebamur, cupiat. ꝙ ſi alia, nos

Occaſio dialogi eſt oratio Demodoci: quo dialogo vt nomen habet ſapientię ita mõſtrat p alia ſtudia q̃ non eſt: ita vt nõ quę ſit: ſed quæ nõ ſit declaretur.

Prouerbium conſilium res ſacra.

Quid præuenire oporteat eos: qui de re conſultare velint.

quoq; abſurdiores eſſemus de alio cõſultantes. Rectiſſimũ igitur mihi videt̃, vt initium hinc ſumen-
tes: ipſum quid cupiat interrogemus. DEM. Apparet id qđ dicis optimũ eſſe. SO. Dic igitur mihi,

Pulchra noĩa imponenda pueris.

qđ pulchrũ nomen eſt puero? quo noĩe ipſum vocabimus? DE. Theages o Socrates. SO. Pulchrum o
Demodoce filio nomẽ impoſuiſti. Sed tu dic mihi Theages, cupis ne ſapiẽs eſſe? ac dignũ exiſtimas eſ-
ſe, vt pater hic tuus virũ inueniat, qui te ſua cõſuetudine ſapientẽ reddat? THE. Cupio. SO. Sapien-
tes autẽ vtrũ vocas hoĩes ſcientiã habẽtes: quoq; rũq; illa ſunt quæ ſcierint, nec ne? THE. Sciẽtes equidẽ.
SO. Quid igit̃, nõne te pater edocuit, quę hic nobiliũ virorũ filii docent̃? ſcilicet literas, citharã pulſa-
re, paleſtrã, & alia certamina? THE. Docuit. SO. Putas præterea te aliqua ſciẽtia idigere, de qua curã
ſuſcipere tui cauſa patrẽ deceat? THE. Puto. SO. Quæ eſt igitur ipſa? dic nobis, vt tibi gratificemur.
THE. Nouit & hic o Socrates, qm̃ perſæpe illi enarraui: ſed de induſtria hęc nũc tecũ loquit̃ quaſi ne-
ſciat q̃ cupiã: hoc eñ modo & in aliis multis mecũ pugnat: neq; vult alicui me tradere. SO. Atq; quæ
hactenus aduerſus hũc abs te dicta ſunt, teſtibus carẽt: nũc autẽ me adhibe teſtẽ: atq; corã me denuo
recẽſe. Quęnã eſt hæc ſapiẽtia: quã appetis? Age ſi cuperes eã, qua hoĩes nauigia gubernant: & ego te
rogarẽ: quãnã o Theages ſapiẽtia indigẽs, patri ſuccẽſes q; te apud aliquos a qbꝰ ſapiẽs reddaris, ſiſte-
re nolit: quãnã ipſam eſſe reſponderes? nonne gubernatoriã? THE. Certe. SO. Sin autẽ illius cuperes

Hic concedit̃ ſapientia conditionalis quę multifariam habetur. Et ſi ſapientię nomẽ habeat illa: q̃ ꝓprie & ſimpliciter eſt ſapiẽtia ab iis quę nõ ꝓprie ſunt ſequeſtra ta, monſtrat.

eruditũ te fieri: qua currus regunt̃, ac patri ſuccẽſeres, ego vero interrogarẽ, quęnã eſſet hęc ſapiẽtia?
nõne aurigariã reſpõderes? THE. Vtiq;. SO. Quã igit̃ nunc cupis? Vtrũ illã quidẽ noſti: nomẽ autẽ
ignoras? vel nomẽ etiã eiꝰ habes? THE. Et nomẽ equidẽ. SO. Dic ergo qđ eſt? THE. Qđ aliud nomen
huic cõgruere qs diceret o Socrates, niſi ſapientiã? SO. Nõne etiã aurigaria, ſapiẽtia eſt? An ignorãtia
tibi videt̃? THE. Nullo modo. SO. An nõ ſapiẽtia? THE. Sapiẽtia. SO. Qua ad qđ vtimur? num qua
ſcimus equorũ iuga regere? THE. Profecto. SO. At gubernatoria nõne & ipſa ſapiẽtia eſt? THE. Mi-
hi quidẽ videt̃. SO. Num & ea eſt, qua naues gubernamꝰ? THE. Ea vtiq;. SO. Ea vero quã nũc optas,
quęnã ſapiẽtia eſt? quidve illa ſcimus adminiſtrare? THE. Mihi quidẽ videt̃ ea qua ſcimus hominibꝰ
imperare. SO. Num qua ægrotãtibus? THE. Minime. SO. Ipſa eñ medicina eſt: nõne? THE. Eſt. SO.
At qua canẽtibus ſcimꝰ in choris ꝓcipere? THE. Nequaq̃. SO. Muſica eñ eſt. THE. Ita. SO. Sed verũ
illa qua certantibus ꝓcipere nouimus? THE. Nequaq̃. SO. Gymnaſtica eñ eſt. THE. Eſt. SO. Verũ
qua qđ facientibꝰ, conare exprimere, quẽadmodũ in ſuperioribꝰ ipſe narraui? THE. Mihi plane videt̃
ea: qua illis: qui ſunt in ciuitate, pręcipit̃. SO. Nõne in ciuitate ęgroti etiã ſunt? THE. Sũt qdẽ: ſed nõ
iſtis ſolũ dico, verũ oĩbus q in ciuitate verſant̃. SO. Intelligo quã artẽ dicis. Videris eñ nõ eã qua præ-

Quibus ꝓſit agricultura.

eſſe nouimus metẽtibus: aut vindemiãtibus: aut plantãtibus: aut ſerẽtibus: aut triturãtibus. ipa eñ
per quã iis imperamꝰ: agricultura eſt. THE. Eſt. SO. Neq; rurſus qua ſecãtibus: vel ꝑforantibus: vel
polientibꝰ: vel torno aliqđ faciẽtibus: nã hęc ad fabros ptinet. THE. Certe. SO. Verũ fortaſſe qua iis
vniuerſis, & agricolis: & fabris: & artificibus oĩbus, ac priuatis cũctis mulieribuſq; & viris imperita-
mꝰ: eã tu ſapiẽtiã dicis. THE. Iſtã ipam o Socrates iãpridẽ dicere volebã. SO. Potes ne dicere an Aegy-
ſthus: qui Agamẽnonẽ apđ Argos interfecit: his oĩbus iperauit quos dixiſti: artificibꝰ, priuatis, viris:
mulieribuſq; vniuerſis: vel aliis qbuſdã? THE. Nõ aliis: ſed iis oĩbus. SO. Quid autẽ Peleus Aeaci fi-
lius in Phthia, nõne iiſdẽ dominatus eſt? THE. Eiſdẽ. SO. Periandrũ vero Cipſeli nonne audiſti apud
Corinthios imperaſſe? THE. Equidẽ. SO. Nõne eiſdẽ in eius ciuitate dominatꝰ eſt? THE. Certe. SO.
Quid vero Archelaũ Perdicæ nuꝑ in Macedonia iperantẽ, nũ iiſdẽ exiſtimas dominatũ? THE. Equi-
dẽ. SO. Hippiã autẽ Piſiſtrati in hac vrbe dominãtẽ: quibuſnã præfuiſſe arbitraris? nõne iiſdẽ? THE.
Quid ni? SO. Bacis vero, & Sibylla: & Emedapus Amphilytus, quonã pacto tibi cognominãdi vide-
rent̃? THE. Nõ alio q̃ vatũ noĩe. SO. Recte dicis, eodẽ modo conare: vt iuenias quo cognomine Hip-
piã & Periãdrũ ꝓpter eũdẽ pricipatũ nomines. THE. Cur aliter q̃ tyrãnos? SO. Ergo quicũq; cupit
more iſtorũ vniuerſis ſuis ciuibꝰ iperare: dñationẽ tyrãnicã appetit: ſeq; tyrãnũ fieri? THE. Ita videt̃.
SO. Hãc tu optas? THE. Videt̃ ex iis q̃ dixi. SO. O ſceleſte nobis ne more tyrãni ꝑeſſe cupis? Ac iãdu-
dũ ſuccẽſes pri: q te ad aliquẽ tyrãnidis ꝓceptorẽ nõ miſerit? Et te Demodoce nõne pudet, cũ olim no-
ueris qđ hic cõcupiſcat? Et ſi habuiſſes quo ipm̃ mitteres, eũ artificẽ illius ſapiẽtię quã appetit: effeciſ-
ſes. Deinde iuides ipi nec vis mittere ſed nũc vides. Cũ vero te corã me accuſauerit: cõſulremꝰ ſimul
ego ac tu. Eſt quo ipm̃ mittamꝰ, vt ꝓpter alicuiꝰ cõſuetudinẽ ſapiẽs tyrãnus efficiat̃. DEM. Per Iouẽ
o Socrates cõſultemꝰ. Eſt eñ vt mihi videt̃ cõſilio opus, & maximo. SO. Sine bone vir, interrogemus
ipm̃ priꝰ. DE. Interroga. SO. Quid ſi Euripide ad aliqđ vtamur o Theages? Inqt.n. ille: Sapiẽtes tyrã-
ni ſapiẽtũ cõſuetudie. Si qs ab Euripide peteret: q̃ in re ſapiẽtũ cõſuetudie ais ſapiẽtes eẽ tyrãnos? quẽ-
admodũ ſi cũ dixiſſet ſapiẽtes agricolę ſapiẽtũ cõſuetudie, ꝑcõtaremur: in quo ſapiẽtũ: qđ putas ipm̃
dicturũ, an aliđ q̃ i re ruſtica? THE. Nihil aliđ. SO. Eodẽq; mõ ſi dixiſſet, ſapiẽtes coci ſapiẽtũ cõſuetu-
die, noſq; iterrogaremꝰ, q̃nã i re ſapiẽtũ, qđ aliđ rñderet, q̃ i coquinaria? THE. Idipm̃. SO. Quid ſi dixiſ-
ſet ſapiẽtes certatores ſapiẽtũ cõſuetudie: & nos i quo ſapiẽtũ iterrogaremꝰ: nõne i certãdo rñderet?

THE.Immo.SO.Poſtq̃ aũt dixit, Sapiẽtes tyrãni ſapientũ conſuetudine:ſi interrogaremus illũ:quã
in re o Euripides ſapientũ:quid eum reſponſurũ putas? THE.Per Iouem neſcio.SO. Vis tibi dicam?
THE.Vt lubet.SO.Hęc ſunt q̃ ait Anacreo ipſam Callicratẽ noſſe.Audiſti carmen? THE. Audiui.
SO.Quid igitur?huiuſmodi ne viri cõſuetudinẽ cupis,qui particeps eſſet eiuſdem artis,cui⁹ & Cal
licrates Cyane nata:ſciretq; tyrannica quę Callicratẽ nouiſſe poeta inquit:vt nobis & ciuitati tyran
nus efficiaris? THE.Iãdudum me mordes Socrates atq; irrides.SO.Quãobrem?nõne ais hanc te ſa
pientiã optare:qua cunctis imperes ciuibus? Atqui haec faciens,aliud ne q̃ tyrãnus eſſes? THE.Opta
rẽ equidem omnium hoĩm vel q̃plurimorũ tyrannide potiri:qđ idem de te ac cęteris oĩbus arbitror:
vel potius Deus eſſe. Verũtamẽ nõ hoc appetere dicebã.SO.Quid tandẽ eſt hoc qđ cupis, nõne ci
uibus pręeſſe? THE.Non vi quidẽ,neq; vt tyrãni,ſed volentibus:quẽadmodum alii in ciuitate ratio
nis cõpotes hoĩes.SO.Dicis ergo qualis Themiſtocles fuit, & Pericles,& Cimo,& quicunq; alii in ad
miniſtratione reipublicę floruerunt? THE.Per Iouẽ iſtos inquã.SO.Quid vero ſi nobilem effici eq̃
ſtrem expeteres:& in ea arte ſapientẽ, ad quoſnã vt hoc aſſequereris, accederes p̃terq̃ ad equeſtres?
THE.Ad nullos alios.SO.Quippe ad hos ipſos qui equeſtri arte pollerent,& qui equis,tum noſtra
tibus,tum alienis q̃plurimis vterent̃.THE.Scilicet.SO.Eodemq; modo ſi ſapienter iaculandi artem
adipiſci cuperes,ad eos qui optime iaculentur,& qui multis tam alienis q̃ ꝓpriis vtuntur ſpiculis, ꝓ
ficiſcereris.THE.Mihi quidẽ videtur.SO. Age itaq; poſtq̃ in ciuilibus erudiri vis: ad alios,vt in iis
ſapiens fias,accedendum putas,q̃ ad hos ciuiles homines, qui diſciplina ciuili ſummopere valent:&
vtunt̃ ea,tũ patria,tũ aliarũ ciuitatũ & gręcarũ & barbararũ? An putas ab aliis ſapientiam conſequi
eorũ:quę iſti ſoli cognorunt? THE.Audiui Socrates ſermones quoſdã,quos tuos aſſerunt, ciuiliũ vi
rorum filios nihilo meliores q̃ cerdonũ eſſe. Et mea q̃dem ſentẽtia vera dicis. Inſipiens ergo eſſem,ſi
mihi perſuaderẽ aliquẽ iſtorũ mihi ſuã ſapiẽtiã traditurum,qui filios q̃dem ſuos minime iuuent: pu
tarẽq; poſſe me vlla in re circa haec cuiq̃ prodeſſe.SO.Quomodo te optime hominũ verteres, ſi cum
tibi filius eſſet:hęc tibi negotia pręberet,& oſtenderet cupere in optimũ pictorẽ euadere:tibi aũt ſuc
cenſeret ꝙ nullam in eo pecuniam horũ gratia cõſumere velles,huius vero rei artifices pictores par
uipenderet,neq; ab eis aliq̃d vellet diſcere:vel tibicinas tibicen effici volens,vel etiam citharoedos,ha
beres ad q̃d eo vtereris, vel quo alio illum mitteres,nolẽtẽ ab iis diſcere? THE.Minime per Iouẽ.SO.
Nunc igitur eadẽ hęc aduerſus tuum patrẽ faciens,miraris ne atq; ſuccẽſes,ſi dubitat ad quid te vta
tur,& quo te mittat:poſtq̃ Athenienſium in adminiſtranda republica ꝓſtãtiſſimorũ,cuicunq; voles
cõmendaturi ſumus:qui tecum ſine pretio verſetur: & ſimul neq; argẽtum eroges, & multo magis
vulgo honoreris,q̃ ſi aliis congrediaris? THE.Quid igitur Socrates nõne tu ex bonis viris es? Si me
ſuſceperis,ſat habeo neq; alium quęrã.SO.Quid hoc dicis? DEMO.Non male dicit o Socrates, neq;
mihi quicq̃ hoc iocundius vtiliuſq; vt arbitror eſſe poſſet,q̃ ſi huic tua conſuetudo placeret:& tu cũ
eo verſari velles:& profecto pudore impedior dicere q̃ vehemẽter affectem.Itaq; ambos vos rogatos
velim:& te vt velis hunc ſuſcipere:& te ne alium q̃ Socratẽ quęras:meq; maximis curis & formidine
plenis obſecro liberetis:q̃m nunc vehemẽter timeo:ne hic cuiuſpiam alterius conſuetudinẽ quęrat,a
quo deinde perdatur.THE.Ne vlteri⁹ mihi timeas mi pater ſi huic ꝑſuadere potes, vt me ſuſcipiat.
DEMO.Recte loqueris:& aduerſus te o Socrates om̃is poſthac ſermo erit. Ego eñ vt breuiſſime lo
quar:me ſimul ac mea omnia vel chariſſima quocũq; indigeas tibi libentiſſime trado: ſi hũc Theagẽ
ſuſceperis:eiq; quoad poteris:benefeceris.SO. Equidem o Demodoce ſtudium hoc tuum non admi
ror:ſi quidem exiſtimas maxime a me hũc iuuari poſſe.Non enim noui cui rei maiorem diligentiam
quiſquis mentem habet adhibere debeat,q̃ vt filium optimũ reddat.Sed vnde tibi hoc ita viſum eſt,
me videlicet tuũ filiũ meliorẽ poſſe ciuẽ reddere q̃ teipſum? Atq; vnde hic ſibi perſuaſit poſſe magis
a me q̃ abs te ad hanc rem iuuari? Id enim vehemẽter admiror:tu enim primum me ſenior es:deinde
multis ac maximis apud Athenieñſes functus es magiſtratibus; neq; alius magis q̃ tu a popularibus
anagyraſiis ac reliquis ciuibus honorat̃.In me aũt horũ aliq̃d neuter veſtrũ videt. Verũ ſi ciuiliũ vi
rorum conſuetudines Theages iſte cõtẽnit,alioſq; quęrit qui adoleſcẽtes inſtruere profitent̃, eſt hic
Prodicus Chius & Gorgias Leontinus & Polus Agrigẽtinus,aliiq; ꝑmulti,qui adeo ſapiẽtes ſunt,vt
vrbes adeuntes nobiliſſimos & ditiſſimos iuuenes ad ſeipſos alliciant: q̃bus licet quocũcũq; ciuium
volunt,grata familiaritate vti:q̃bus ꝑſuadent priori relicta conſuetudine,cũ ipſis cõgredi,magnũ ar
gẽti p̃tium afferentes,& gratiã inſup maximã habẽtes.Ex iis ergo decebat te ac filiũ tuũ aliquẽ elige
re:me vero ad id elegiſſe nõ cõuenit.Nullã eñ ex iſtis beatis & pulchris diſciplinis ꝓfiteor:vellẽ tñ mi
hi illas adeſſe. Verũ ſemp nihil ſcire me dico pręter exiguã quãdã amãdi diſciplinã.hac vtiq; diſcipli
na apud quẽlibet vehemẽtior,tũ ſuperiorib⁹,tũ etiã p̃ſentibus viris eſſe videor. THE. Vides ne pater
Socratẽ hunc nõ multũ familiaritatẽ meam recipere? Nam quãtum ad me attinet,parat⁹ ſum,modo
ipſe velit.ſed hęc omnia ille ioco aduerſus nos dicit.Noui eñ meorũ aequaliũ & aliquanto ſeniorum

Nulli rei maior diligentia adhibẽda q̃ filio.

Munus ſophiſtarum.

Cũ naſo laudatis ſophiſtis indicat vt in eis ſapiẽtia non ſit.

nõnullos,qui cũ antea nullius eſſent ęſtimationis,poſtq̃ familiaritate iſtius vſi ſunt, breui omnium
ſupremi illorũ euaſerũt:quorũ infimi prius fuerant.SO.Noſti quale hoc ſit o Demodoci fili? THE.
Noui per Iouẽ.ꝙ ſi volueris,talis fiã,quales illi fuerũt. SO.Non ita o optime:ſed hoc te fefellit,quale
ſit. ego autẽ tibi dicam.Adeſt mihi diuina quadã ſorte dęmoniũ quoddam a prima pueritia me ſecu
tum.hoc enim vox eſt,quę cũ fit,ſemp eius rei quã facturus ſum,diſſuaſionẽ demõſtrat:prouocat ve
ro nunq̃. Q: ſiquis amicorum mecũ quãdoq; aliqd cõmunicat,extatq; vox,hoc illa diſſuadet,neq; fa
cere ſinit.Cuius quidẽ rei vobis teſtes dabo.Charmidẽ virum bonũ Glauconiſq; filiũ noſcitis:hic ali
quãdo in Nemea ſtadio ſe exercitaturus mecũ communicabat.Ac ſtatim ipſo dicere incipiẽte,ꝙ ſe ex
ercitaturus eſſet,affuit vox,atq; ego ꝓhibui:ſibi enarrãs quẽadmodũ dęmonii vox extiterat, ne ſe ex
erceret.Tum ille:fortaſſe, inquit ſignificat,me victorem non euaſurũ.Ego autẽ & ſi victoria non ſim
potiturus,tñ hoc in tpe me exercens,aliqd proficiã.Atq; ita locutus,certaturus abiit.Operępretium
igit̃ eſt pcõtari quid ſibi ex hoc certamine cõtigerit. Si aũt vultis Clitomachum Timarchi fratrẽ iter
rogare qd ſibi Timarchus dixerit,qñ ꝓpemodum moriturus eſſet ipſe ſimul & Euathlus,ſtadii qdẽ
excurſor qui illum fugientẽ ſuſcepit,referet vobis qd ſibi tũc dixerit.THE.Quidnã? SO.O Clitoma
che inqt,equidẽ q̃primũ moriturus venio, qm̃ Socrati obtemperare nolui.Quidve inqt Timarchus
ego dicam:quãdo ſurrexit ex cõuiuio Timarchus,& Philemon Philemonidis filius interfecturi Ni
ciã Hiroſcamandri . ſoli enim inſidiarũ ii conſcii fuerãt.Timarchus mihi dixit.Quid ais o Socrates?
Vos quidẽ bibite:me vero oportet alio exire,redibo aũt paulopoſt,ſi occaſio contigerit . Tũ mihi ad
fuit vox.Itaq; ne ſurgas inquã,ſolitũ mihi a dęmone ſignũ datũ afferẽs.Quieuit ille. Deinde pauliſp
cõmoratus ardebat iterũ eundi cupiditate:dicẽs, eo iam Socrates.Et quia iterum vocem audiui,rur
ſus illũ cohibui:donec ille tertio latere me cupiens clanculũ,cum ego mentẽ alio diuertiſſem,ſe ſubri
puit.Et ſic profectus ea peregit,ex quib⁹ in mortem incidit. Vnde hęc eadẽ fratri ſuo dixerat,vt ego
nũc vobis,ſe ſcilicet moriturũ venire ꝙ mihi credere noluiſſet.Audietis praeterea ab iis qui in Sicilia
ſunt,quę de exercitus cõflictu prędixerã.Et pręterita quidẽ ab iis,qui illa nouerũt,audire licet.Tenta
re vero dęmonii ſignũ ſiquid forte dicat, nunc etiã poſſumus.In expeditionẽ nãq; exiit Neonus Cali
fili⁹. Mihi aũt ſignũ adfuit, proficiſcitur vero nũc cum Thraſylo aduerſus Epheſum & Ioniam mili
taturus.Ego aũt illum exiſtimo vel interfectũ iri,vel in hmõi aliqd incurſurũ:& de alia negotiatione
vehementer timeo.Haec oĩa tibi ideo dixi:qa potentia haec hui⁹ dęmonii in familiaritates eoꝶ qui me
cum verſant̃,oĩa põt.Multis enim aduerſatur:neq; licet his auxiliũ ferri:qui mecũ inuito dęmone cõ
ſuetudinẽ habẽt,quare impoſſibile eſt mihi cũ iis viuere.Multis aũt hęrere nõ ꝓhibet,ſed conſuetudi
ne nſa nihil oĩno iuuant̃.Quib⁹ aũt fauerit ĩ ipſa familiaritate ptãs daemonii,iſti ſunt de qbus ipſe ſen
ſiſti:breui enim proficiũt.Sed eoꝶ partim hoc bñficium firmũ habent atq; durabile:pleriq; vero quo
ad mecũ ſunt,mirifice pollent.At cũ a me diſceſſerĩt,rurſus nihilo ab aliis differũt. Hoc quãdoq; ac
cidit Ariſtidi Lyſimachi filio.Nam mecũ cõmorans,breui multũ ꝓfecit:poſtea vero in militiã profe
ctus eſt: rediẽs deinde offendit mecũ eſſe Thucydidẽ Meliſſi filium:hic aũt Thucydides pridie mihi
aduerſarius in ſermonibus quibuſdã extiterat.Cum me ſalutaſſet,& quędã inſup allocut⁹ eſſet Ari
ſtides,Thucydidem inquit o Socrates audio gloriari & in qbuſdã tecũ etiam cõcertare: tanq̃ aliqd
ſit.Eſt inquã vt dicis:tum ille,nõne meminit,inqt,anteq̃ tibi adhaereret:tãq̃ mancipiũ ſe fuiſſe?Non
videtur inquã per deos.At ego inqt ille,ridiculus ſum.Quidnã maxime inquã,Quoniã priuſq̃ hinc
abirem,cum quouis diſputare audebã:neq; aliquo videbar in differẽdo deterior,adeo vt coet⁹ pręſtã
tiũ viroꝶ audacter adirem.Nũc aũt contra,fugio quẽcunq; eruditũ eſſe intelligo:adeo pudore abdu
cor ob meã inſcitiã. Vtrum igitur inquã eueſtigio te reliquit ipſa vis?an paulatim?Paulatim inquit.
Quãdo vero in te inceſſit,vtrũ accidit tibi aliquid a me diſcẽti:an aliter?Dicã o Socrates:rem quidẽ
incredibilẽ:verã tñ.Nihil vnq̃ a te vt ipſe ſcis,didici.proficiebã aũt quotienſcũq; tecũ eſſem:& ſi in ea
dẽ ſolũ domo eſſem:nõ tamen in eadẽ parte dom⁹:magis tamẽ quotiens eadẽ in parte.Et mihi quidẽ
videbar multo magis,quãdo in eadẽ parte exiſtẽs,aliqd te dicentẽ intuebar:q̃ cũ alio intuerer. Sed lõ
ge magis proficiebã,cum apud te ſedẽs,te tangebã.Nũc aũt oĩs habitus ille defluxit.Eſt igit̃ o Thea
ges hmõi noſtra cõſuetudo.Si eñ Deo gratũ eſt,ꝑmultum qdẽ & breui proficies.ſin cõtra,minime.
Vide igitur ne tibi tutius ſit ab aliquo illorum erudiri,qui ipſi in ſua poteſtate continent vtilitatem
qua hominibus proſunt : q̃ a me fortuna quadam id aſſequi. THE. Mihi quidem ſic faciendum So
crates videtur:vt conſuetudine noſtra dęmonium id tẽtemus.Quod ſi nobis annuerit, recte omnia
ſin minus,quid agendum ſit inuicem conſultabimus:vtrum alteri cuipiam adhęreamus,vel hoc di
uinum quod tibi inſitum eſt : precibus & ſacrificiis & alio quouis pacto quo vates exponant, placa
re conemur.DEMO.Nihil ad haec o Socrates huic adoleſcenti repugnes: bene enim dicit Theages.
SO.Atqui ſi videtur oportere ſic agere,ſic agamus.

FINIS DE SAPIENTIA.

Aliqua de dæmone Socratis.

Argumentum Marſilii in Menonem De Virtute.

QVatuor eſſe argumentationũ genera, quibus Plato vtitur, exẽplum, inductionẽ, ratiocinationẽ, & enthymema, & quo pacto fiant: ſatis in Alcinoi cõpendio, qđ & nos traduximus, declaraẽ. Vbi etiam tres Platonicorum dialogoꝝ ſpecies inueni mus, & qbus argumẽtationib⁹ in vnaquaqꝫ dialogi ſpecie vti ſoleat. Aut eñ ſolũ ingrit falſave cõfutat dialogus, aut ſolũ vera exponit ac docet, aut in vtroqꝫ verſaẽ. Primus inquiſitiuus & contentioſus. Expoſitiuus alter. Poſtremus mixtus eſt dictus. Meno aũt licet mixtus ſit, maiori tamen ex parte contendit & confutat: & oẽs argumẽtatiões attingit. Vt niſi qs ex aliis Platonis dialogis: qui ad expoſitionẽ magis q̃ ad diſceptationẽ ptinẽt, ſenſa colligat, & Menoni huic adiiciat, difficile ſummã diſputationis huius elicere poſſit. eſt aũt hæc, qđ virtus ſit, & quomodo nobis adſit, inquirere. Id Socrates efficit, dũ quatuor Menonis, Ariſtippi, Gorgię, & Prodici de virtute definitiones confutat: & definitionẽ ſuã poſt illas inductã geminis obiectionibus retractat. Veritas quippe ex redargutione falſitatis elucet. Eſt aũt hoĩs virtus affectio ſiue habitus animę, quo potẽtia naturalis eius q̃optime ſuum opus exercet. quę definitio in libris de republica traditur. Opus cuiuſqꝫ potentię tũc optime exerceẽ, cũ ad finẽ ſuum dirigiẽ. Qđ ad finem confert, vtile diciẽ. Merito igiẽ in hac diſputatione cõmune virtutis officium id eſſe traditur, vt & actiones & ea quibus agendo vtimur, vtilia reddat. Illa itaqꝫ definitio huic dialogo cõſonat, cũctiſqꝫ virtutibus eſt cõis. Virtutũ ꝓfecto ſpecies plures ſunt, pro virium animę & actuũ diuerſitate, in qbus vnã tñ quę dicta eſt cõis virtutis ratio ſemꝑ inſpiciẽ. Prima vis aĩæ mens eſt, cuius actus eſt perpetua contẽplatio veritatis. Sẽcũda ratio, cui⁹ actus veritatis inueſtigatio. Tertia phãtaſia, cui⁹ actus collectio eorũ quę ſenſus eius nuncii porrigũt: pꝑ illa diſcurſus. Atqꝫ hæ ſunt vires animę: quę cognitiuæ dicunẽ. Reſtant tres alię, quas appetitiuas vocant: Voluntas, & iraſcendi vis, & cõcupiſcẽdi. Volũtatis actus, appetere q̃ mens & ratio porrigit. Iraſcibilis, aggredi q̃ ratio & phantaſia ꝓponit. Cõcupiſcibilis actus, adſciſcere quę phãtaſia ſenſuſqꝫ obiiciunt. Sex inſuꝑ iſtis duę ſubiiciuntur: mouẽdi & nutriendi vigor. ſed hę cũ ſupioribus, aut nihil, aut vix, & parũ admodũ in virtute cõmunicant. Affectio mẽtis q̃ contẽplationẽ pficit, ſapiẽtia eſt: q̃ rationis indaginẽ, ſciẽtia, atqꝫ prudẽtia. Sciẽtia qdẽ indagationẽ eoꝝ quę natura facit: prudẽtia conſultationẽ in iis quę nos agimus. Quę phantaſię diſcurſum opinio recta, quã ſagacitatẽ quidã vocant. Iuſtitia voluntatẽ & liberalitas. Iraſcibilẽ fortitudo eiuſqꝫ pediſſequę. Concupiſcibilem cõtinẽtia ſimul & tẽperãtia. His oĩbus id eſt cõe, vt q̃libet earum ſit affectio actũ potẽtiæ naturalis perficiẽs: dũ decorũ reddit & vtilẽ ad finẽ vltimũ conſequendum. Variæ vero virtutes diuerſo modo habenẽ. Sapiẽtia quidẽ natura: eſt eñ ęterna rationũ oĩm in mẽte cõplexio, ꝑpetuuſqꝫ veritatis intuitus. Sciẽtia ꝑ doctrinã philoſophiæ q̃ reminiſcẽtiã ꝑſtat, acqriẽ: dũ ratio quę pẽnas olim abiecit, ad mẽtẽ cõuerſa reminiſcẽdo iterũ alas recuperat. Prudẽtia doctrina ſimul & lõgo vſu rerum aduenit. Recta opinio exẽplis, auctoritate, inductione, ſorte. Iuſtitia fortitudoqꝫ & tẽperantia cætereqꝫ morales virtutes prudẽtię rectęqꝫ opinionis legibus & exercitatione legitima pficiuntur. Vnde duo hęc moraliũ virtutũ principia Plato poſuit, prudẽtiã & rectam opinionẽ. Quãobrem prudentia ſępenumero totius moralis virtutis apud Platonẽ nomẽ vſurpat. Eſt & virtus q̃dam ad rectã opinionẽ attinẽs: qua legitimi principes ac ciues, in agendo honeſti, cõtemplationis tñ expertes bonũ publicũ curant, quã ciuilẽ peritiam nominant. Eamqꝫ Plato facultatẽ, & in Theage & in pręſenti Menone, haud aliter q̃ ſorte diuina, darĩ ciuilibus hoĩbus diſputat. Hac igiẽ ſummula qs mẽtẽ Platonis in Menone colliget: & huiuſmodi ꝑmiſſa diſtinctiõe cõtradictiones renuet, obiectioneſqꝫ vitabit. Diſputationẽ vero illã de reminiſcẽtia geometriciſqꝫ figuris in argumẽto tractare idcirco non placuit: qm̃ nõ vt principalis, ſed vt acceſſoria eſt inſerta. Argumẽtũ autẽ ſummã rei caputqꝫ regtit. Singula quippe diſcutere nõ argumẽti: ſed commentarii potius eſt officium.

Tria dialogi officia.

Vires animæ cognitiuę.

Vires appetitiuę.

Vigores duo.

MENO VEL DE VIRTVTE.

MENO. SOCRATES. PVER. ANITVS.

ME. POtes ne mihi oſtendere Socrates, vtrum virtus doctrina: an exercitatione potius acquiratur? An forſitan nec doctrina, nec vſu ab hominibus comparetur, verũ ipſa natura, vel alio quoq̃ modo hominibus inſit? SO. Hactenus o Meno Theſſalici homines inter Gręcos illuſtres, tum equeſtri facultate, tum etiam diuitiis habiti ſunt. Nunc autem vt mihi videtur, ſapientiæ quoqꝫ gloriam conſequentur: preſertim amici tui Ariſtippi Lariſſæi conciues. Atqꝫ huius rei cauſa vobis Gorgias extitit, qui in vrbem veſtrã ꝓfectus amicos ſibi ob ſapientiam comparauit, cũ reliquos theſſalicos optimates: tũ maxime Alleuadorũ familiã, ex qua amicus tuus Ariſtippus originẽ ducit. Quãobrem ſic vos Gorgias aſſueſecit, vt

Tergiuerſatio Socratis ne rideret: ſed vt eo deueniret vt interrogaret.

Theſſalos aliquãdo floruiſſe eqtibus diuitiis, ac ſapientibus viris.

Gorgias cõcedebat vnicuiq; interrogare quicqd vellet.

intrepide & alto aío interrogãtibus reſpondeatis:quẽadmodũ ſciẽtes decet.quippe & ipſe cõcedebat
græcorũ cuiq; rogare quicquid vellet,ac ſingulis rñdebat. Nobis o amice Meno cõtrariũ contigit:ſi
quidẽ ſapientia noſtra quodãmodo iã exaruit:atq; ex iis locis ad vos diuertiſſe videt. Itaq; ſiquẽ no-
ſtrorum hominũ hoc pacto percontari tentaueris:nemo vtiq; erit:quin tibi ſubridendo reſpondeat.
O hoſpes forte tibi beatus quidam videor,q̃ me noſſe exiſtimas vtrum doctrina,an alia quadã ratio
ne virtus hominibus adſit.Ego vero vſqueadeo ab hac cognitione abſum:vt nec quid ipſa ſit virt⁹ in
telligam.Atqui ipſe quoq; o Meno ſic affectus ſum:in eadem q̃ppe paupertate animi qua & cõciues
mei,ſum conſtitutus:ac me ipſum accuſo:vtpote q̃d ſit virtus penitus ignorantẽ. Cũ vero q̃d ſit ne
ſciam,quonã pacto quale ſit noſſem!Num tibi fieri poſſe videt,vt qui nullo modo quis Meno ſit, no-
uerit,vtrũ tñ bonus:aut diues aut generoſus,an contra ſit noſcat!ME.Mihi quidem nequaq̃. At ve
ro ipſe reuera o Socrates:q̃d ſit virtus ignoras!Iſta de te in patria renunciabimus!SO. Non id quaeſo
ſolum amice domi p̃dices,verũ etiã q̃ nullum vnq̃ vt mihi videt,id ſcientẽ nactus ſim.ME. Ergo ne
Gorgiam quidẽ cũ hic cõmoraretur,aliquando cõueniſti!SO.Eq̃dẽ.ME.An hęc ignorare tibi viſus
eſt!SO.Haud ſatis o Meno memini:ideoq; quid tum mihi viſum fuerit:in pręſentia referre nequeo.
Sed forte & ille nouit:& tu q̃d ille docuerit,tenes:quare ſi placet,ipſe dicas.Nam tu forſitan cũ illo cõ
uenis!ME.Conuenio equidẽ.SO.Eum igitur cũ abſit:omittamus.ipſe vero o Meno,dic per deos ob-
ſecro:quid eſſe virtutẽ exiſtimes:dic inquã,nec inuideas,vt fortunati cuiuſdam mẽdacii redarguar,
ſi q̃dẽ tu & Gorgias id cognoſcere videamini,cũ tñ ego nemini vnq̃ hoc ſcienti occurriſſe p̃dixerim.

Prima virtutis definitio mala.

ME. At o Socrates nequaq̃ difficile eſt id dicere,& primo q̃dẽ ſi lubet quę viri ſit virt⁹, hęc plane eſt
ad ciuilium rerũ adminiſtrationẽ,ſufficientẽ eſſe,iiſq; tractandis amicos iuuare,inimicos lędere, nec
non diligẽter cauere:ne quid ipſe tale aliq̃ñ patiatur . Q; ſi vlterius quę ſit mulieris virtus,noſſe req
ris,neq; id arduũ erit.Eſt enim mulieris virtus , domũ recte gubernare, dum cuſtodit domeſtica,vi-
roq; obedit.Alia quoq; virtus eſt pueri fœmineq; & maſculi:& viri iam ętate maturi : nec non liberi
ſi velis alia & alia ſerui.Atq; alię p̃multę virtutes exiſtunt.Quãobrem haud nobis deeſt:quid de vir-
tutis definitione dicamus.Enimuero ſecundum ſingulas actiones atq; ętates ad opera ſingula ſingu-
lis hominibus virt⁹ adeſt.Totidẽ pręterea & de vitio o Socrates,vt arbitror,dici poſſent.SO. Nõ me
diocriter in hac venatione fortunatus ſum o Meno:ſiquidẽ vnã virtutẽ inueſtigans:examen quoddã

Cõfutatio definitionis redditæ ex inductione.

virtutum apud te habitantium repperi. Verũtamen o Meno ſecũdũ hoc exẽplũ examinis, ſi me quae
ſit apis ipſius ſubſtantia p̃contante,multiplices illarũ eſſe ſubſtãtias reſpõdiſſes,atq; ego iterum te ro
garẽ,nunq̃d ex hoc aís apum ſubſtãtias eſſe diuerſas,quo apes ſunt,an alio quopiam,veluti pulchri-
tudine vel magnitudine,aut alio quopiam huiuſmodi,quid inquã ſic interrogatus potiſſimũ reſpõ-
deres!ME.Q; inuicẽ eo quo apes ſunt,minime differũt.SO.Et ſi ego poſthæc dicerẽ,quid ergo id eſt
o Meno,quo minime differunt:ſed idẽ cunctę ſunt!haberes ne q̃d mihi reſponderes!ME.Haberem p
fecto.SO.Eadẽ itaq; ratione virtutes q̃q̃ multę atq; varię ſunt,vnam tñ ſpeciẽ quandam in omnibus
eandẽ habent qua virtutes exiſtunt : in quã reſpicere decet eum qui reſpõſurus ſit interroganti cuiq̃
quid virtus ſit.Tenes ne quid dicam! ME.Intelligere mihi videor.nõdum tñ vt vellem q̃d quęſitum
eſt,comprehendo.SO. Vtrum vero circa virtutem id ſolum o Meno tibi videtur,aliam quidem viri
eſſe,aliam mulieris:& aliam reliquorũ!An etiã circa ſanitatẽ,magnitudinẽq;,& robur eodem modo,
vt alia quidẽ viri ſanitas ſit,mulieris alia!an poti⁹ eadẽ vbiq; ſanitatis ſpecies eſt:ſi quidem ſanitas ſit,
ſeu viro,ſiue mulieri,ſiue alteri cuilibet adſit!ME.Eadem mihi ſanitas & viri ſimul & mulieris eſſe vi
detur.SO.Nõne igitur ſi quidem robuſta ſit fœmina eadem ſpecie roboris robuſta erit!Cũ vero ean-
dẽ dico:q̃ nihil differt qua robur ad hoc q̃ robur ſit intelligo,ſeu viro,ſiue mulieri inſit. Nũ tibi dif-
ferre aliqua ex parte videtur!ME.Minime.SO.Ergo & virtus,ad id q̃ virtus ſit,differet ne,ſeu iuue
nem,ſeu ſenẽ,ſiue virũ ornet,ſiue fœminam!ME.Mihi quidem o Socrates hoc cęterorũ ſimile nequa
q̃ eſſe videtur.SO.Nõne viri virtutẽ eſſe dixiſti,recte rempublicã gubernare:mulieris vero domum!
ME.Dixi eq̃dẽ.SO.An põt q̃ſq̃ ciuitatẽ vel domũ,aut aliq̃d aliđ recte diſponere,niſi tẽpate ſiue pru-
denter ac iuſte diſponat!ME.Nõ certe.SO.Nõne ſi tẽperate iuſteq; iſtituũt,tẽperãtia, iuſtitiaq; inſti
tuũt!ME.Neceſſe eſt.SO. Vtriſq; igit tã vir q̃ mulier indiget,ſi boni futuri ſint:tẽperãtia ſ.atq; iuſti
tia.ME.Apparet.SO.Quid vero puer ac ſenex dum intẽperati & iniuſti eſſent,num boni exiſterent!
ME.Nequaq̃.SO.At dũ temperati & iuſti!ME.Ita.SO. Vniuerſi igit hoĩes eadẽ ratione boni fiunt:
nã eorũdem participatione boni ſemp efficiunt!ME. Videt.SO . Nunq̃ nõ eadẽ ratione boni fierent
niſi eadẽ illorũ virtus eſſet!ME.Nunq̃.SO.Q̃m ergo eadẽ virtus eſt oĩm, conare in memoriam redu

Secũdã virtutis definitio mala.
Confutatio.

cere q̃dnam hoc eſſe Gorgias dixerit,ac tu vna conſenſeris.ME.Quidnam aliud q̃ p̃eſſe hoĩbus poſ-
ſe!Siquid vnũ in oĩbus exigis.SO.Requiro equidẽ.attamen eadẽ ne pueri & ſerui virtus erit o Meno
p̃eſſe poſſe domino,ac videtur tibi vlterius ſeruus eſſe dum imperat!ME.Haud certe mihi videtur o
Socrates.SO.Neq; enim o optime vir id fas eẽt.ſed hoc rurſus cõſidera:vtrũ dominari poſſe aliquem

putas,ſi iuſte ꝑeſſe adiiciamus.Iniuſte vero nequaq̃.ME.Puto equidẽ.Iuſtitia enĩ virt⁹ eſt.SO. Vtrũ virtus o Meno:an virt⁹ q̃dã?ME.Quo pacto id ais?SO.Queadmodũ de quouis alio:vt ecce de rotũditate dicerẽ eã figurã quãdã eẽ nõ abſolute figurã:atq; ob eã cauſam ita loq̃ret:q̃a alię quoq; figurae ꝑter rotũditatẽ ſunt.ME.Recte admodũ inquis.Atqui & ipſe nõ iuſtitiã tantũ: verũetiam virtutes alias eſſe fateor.SO. At quas dicis alias explica obſecro.Eq̃ .ẽ ſi me de aliis figuris interrogaſſes, vtiq; reſpõdiſſem:ergo & tu quę ſint alię virtutes enarra.ME.Fortitudo:temperantia:ſapientia:magnificentia,cętereq; permultę.SO.Rurſus in idem incidimus.Nam multas iterum virtutes alio quodam pacto inuenimus:dum vnã inquireremus:vnã vero quę per oẽs diffunditur,reperire nequimus. ME. Nõdum queo o Socrates,vt ipſe quęris,vnã in oĩbus virtutẽ queadmodũ in caeteris aſſeq̃.SO.Et iure q̃dem:at ego ſi modo potuero:ꝑducere nos conabor. Cognoſcis ne ſic in cũctis contingere:ſiquis a te petat idẽ q̃d modo dicebã,q̃d figura ſit:ac tu ꝙ ſit rotunditas reſpõderes,& ille tibi quę & ego inferret:vtrũ rotunditas ſit figura:an figura q̃dã,an nõ illi diceres figurã quandã eſſe? ME.Prorſus. SO. Nõne ob id ꝙ alię quoq; figurę ſunt?ME.Ita.SO.Q̃ ſi quales illae ſint:quaerat: e veſtigio reſpõdebis? ME.Eq̃dẽ.SO.Quid etiã ſi de colore ſimiliter q̃d ſit quaerat,& tu ꝙ albedo ſit dicas,ac ille ſic deinde reſumat:vtrũ albedo color ſit,an color aliq̃s,inferres ne colorẽ quẽdam ob hoc eſſe,ꝙ alii quoq; colores reperiantur?ME.Maxime.SO.Si iterũ colores cęteros referre iuſſerit:narrabis vtiq; & alios multos, qui nihilo minus q̃ albedo colores ſint?ME.Narrabo.SO.Si aũt vt ego nunc:ſermonẽ ille percurrat, dicens ꝙ ſemꝑ in multa declinaremus:q̃d ille nequaq̃ fieri permittat.ſed poſtq̃ haec multa vno nomine nũcupas,dicíſq; nihil ex iis eſſe quin figura ſit,q̃uis iſta inter ſe contraria ſint,eſt autem hoc quod non minus rotundum cõtinet q̃ rectum,quã q̃dem figuram nominas,& nihilo magis inq̃s rotũdum q̃ rectum figuram eſſe.an ſic dicis?ME.Sic plane.SO.Nunq̃d cum ita dicis,tunc nihil magis dicis rotũdum eſſe rotundum q̃ rectum,neq; rectum magis rectum q̃ rotundum?ME.Nõ certe o Socrates. SO.Verũtamen aſſeris rotundum nihil magis figuram eſſe q̃ rectum:neq; rectum magis q̃ rotũdũ. ME.Vera narras.SO.Quid ergo id eſt,cui nomẽ hoc figura competit?declarare enitere. Si itaq; ſic percontanti cuipiam de figura ſiue colore diceres:te nequaq̃ q̃d ipſe velit cognoſcere,forte ille vehemẽter admiraretur,ac diceret,an non intelligis ꝙ in iis omnibus idẽ quęro?Vel non haberes o Meno q̃d diceres,ſiquis quęrat quid in rotundo ſit ac recto:& cęteris quas figuras appellas in oĩbus idẽ:explicare quęſo id nitere,vt hoc pacto reſponſionẽ ad quaeſtionem de virtute aliquam mediteris. ME. Nequaq̃,ſed ipſemet o Socrates diſſere.SO. Vis ne tibi gratificer?ME.Omnino.SO.Voles & ipſe deinde virtutis quęſtionẽ ſoluere?ME.Equidem.SO.Expediẽdum iam eſt:decet enim.ME. Et maxime quidem.SO.Age experiamur q̃d figura ſit exprimere:& vide vtrum iſtud admittas.Eſto itaq; id nobis figura,q̃d ſolum ex oĩbus ſemper colorẽ ſequitur.Satis ne tibi hoc eſt:an forte aliud exigis?Ego enim ſat haberẽ,ſi mihi poſthac virtutẽ ipſam oſtẽderes.ME.At iſtud abſurdum quiddã eſt o Socrates.SO.Quãobrẽ?ME.Quoniam figura ſecundũ rationẽ tuam eſt,quae ſemper colorem ſequitur.Si ergo colorem quis noſſe negaret,eodẽ modo quo circa figuram dubitans,quid illi potiſſimũ reſponderes?SO.Vera equidẽ. Nã ſi qui rogat ſapiẽtũ aliq̃s & contentioſorum,ac pugnantium ſit,reſponderem vtiq; me dixiſſe.ꝙ ſi minus recte dixerim:ad te nunc attinet rationem ſumere,ac mea dicta refellere.Sin autem quemadmodum ego nunc & tu,illi amici ſint,velintq; inuicẽ diſputare:decet profecto mitius & magis dialectico more reſpondere.Eſt aũt dialecticus mos praeſtantior non modo verum proferre,ſed iis illud rationibus approbare:quibus & ille qui rogat,plane ſe dignoſcere fateatur Hoc itaq; more nunc tecũ in diſſerẽdo vti conabor.Dic ergo,num finem appellas terminum quẽdã: atq; extremũ?Hęc.n.omnia veluti idem profero:forte vero Prodicus iis tanq̃ differentibus vteretur. Tu autem num dicis terminari aliquid atq; finiri?nihil quippe diuerſum iis verbis intelligo.ME. Dico ſane:& quod ais,intelligere arbitror.SO.Et planũ aliq̃d vocas & ſolidum aliud:cuiuſmodi quę in geometria tractantur?ME.Voco equidẽ.SO.Iam igitur quid figuram eſſe dicam,ex iis percipies: in omni quippe figura id aſſero:figuram eſſe id in q̃d ſolidum definit.Atq; vt ſummatim dicam figurã appello ſolidi terminũ.ME.Colorẽ vero q̃d vocas o Socrates?SO.Procax nimiũ es o Meno:homini iã ſeni onus imponis,ac reſpondere tibi iubes:ipſe aũt memor q̃d Gorgias virtutẽ eſſe dixerit , definire minime vis.ME.At poſtq̃ id mihi declaraueris o Socrates tibi illud referam?SO.Q̃q̃ in imperando ſuperbior es q̃ deceat,gratificabor tñ ac breuiter reſpõdebo.ME.Gratificare obſecro. SO. Vis ne tibi ſecundum Gorgiã reſpondeam?ſic maxime aſſentieris?ME.Quid ni velim?SO.Nõne defluxus q̃dã ſecundum Empedoclem a rebus manare dicũtur?ME.Et maxime quidem.SO.Ac pori.i. meatus in quos & per quos etiã defluxus huiuſmodi manãt?ME.Oĩno.SO.Ex defluxibus aũt q̃dã poris q̃buſdã cõgruere,q̃dã minores:aut maiores eſſe?ME.Sic eſt.SO.Nũq̃d & viſum aliq̃d vocas?ME. Voco. SO.Ex iis iã q̃d velim accipe:vt ait Pidar⁹.Eſt.n.color deflux⁹ q̃dã rerũ viſui cõgruẽs:atq; ſenſibilis. ME.Optĩe mihi o Socrates reſpõdiſſe videris.SO.Forte.n.tibi vt ſolit⁹ es audire nũc reſpõſũ ẽ:& ſiĩ aduer

Tranſlatio de virtutis diſputatione ad figurę diſputationem:vt ad euidentius & notius.

Mos diſputãdi contentioſus: atq; acerbus in quo contẽtio vult eẽ nõ veritatis prolatio.

Mos diſputãdi dialecticus mitius ac melior:i quo vult eſſe veritatis oſtenſio & cõprobatio.

Huius definitionis collectio q̃a eſt ab interrogatis ẽ dialectica:nã ſi eſſet a ſẽſibilibus eſſet analytica.

Defi. dialectica,figura ẽ ſolidi terminus.

Secundũ placita Gorgiae: Color ẽ defluxus rerum viſui cõgruẽs: que etiam dialectica eſt.

Gorgias cõcedebat vnicuiq; interrogare quicq̃d vellet.

intrepide & alto aio interrogãtibus reſpondeatis:quẽadmodũ ſciẽtes decet.quippe & ipſe cõcedebat
græcorũ cuiq; rogare quicquid vellet,ac ſingulis rñdebat. Nobis o amice Meno cõtrariũ contigit:ſi
quidẽ ſapientia noſtra quodãmodo iã exaruit:atq; ex iis locis ad vos diuertiſſe videt̃. Itaq; ſiquẽ no-
ſtrorum hominũ hoc pacto percontari tentaueris:nemo vtiq; erit:quin tibi ſubridendo reſpondeat.
O hoſpes forte tibi beatus quidam videor,ꝙ me noſſe exiſtimas vtrum doctrina,an alia quadã ratio
ne virtus hominibus adſit.Ego vero vſqueadeo ab hac cognitione abſum:vt nec quid ipſa ſit virt⁹ in
telligam.Atqui ipſe quoq; o Meno ſic affectus ſum:in eadem q̃ppe paupertate animi qua & cõciues
mei,ſum conſtitutus:ac me ipſum accuſo:vtpote q̃d ſit virtus penitus ignorantẽ. Cũ vero q̃d ſit ne
ſciam,quonã pacto quale ſit noſſem?Num tibi fieri poſſe videt̃,vt qui nullo modo quis Meno ſit, no-
uerit,vtrũ tñ bonus:aut diues aut generoſus,an contra ſit noſcat?ME.Mihi quidem nequaq̃. At ve
ro ipſe reuera o Socrates:q̃d ſit virtus ignoras?Iſta de te in patria renunciabimus?SO. Non id quæſo
ſolum amice domi ꝑdices,verũ etiã ꝙ nullum vnq̃ vt mihi videt̃,id ſcientẽ nactus ſim.ME. Ergo ne
Gorgiam quidẽ cũ hic cõmoraretur,aliquando cõueniſti?SO.Eq̃dẽ.ME.An hęc ignorare tibi viſus
eſt?SO.Haud ſatis o Meno memini:ideoq; quid tum mihi viſum fuerit:in pręſentia referre nequeo.
Sed forte & ille nouit:& tu q̃d ille docuerit,tenes:quare ſi placet,ipſe dicas.Nam tu forſitan cũ illo cõ
uenis?ME.Conuenio equidẽ.SO.Eum igitur cũ abſit:omittamus.ipſe vero o Meno,dic per deos ob-
ſecro:quid eſſe virtutẽ exiſtimes:dic inquã,nec inuideas,vt fortunati cuiuſdam mẽdacii redarguar,
ſi q̃dẽ tu & Gorgias id cognoſcere videamini,cũ tñ ego nemini vnq̃ hoc ſcienti occurriſſe ꝑdixerim.

Prima virtutis definitio mala.

ME. At o Socrates nequaq̃ difficile eſt id dicere,& primo q̃dẽ ſi lubet quę viri ſit virt⁹, hęc plane eſt
ad ciuilium rerũ adminiſtrationẽ,ſufficientẽ eſſe,iiſq; tractandis amicos iuuare,inimicos lędere, nec
non diligẽter cauere:ne quid ipſe tale aliq̃ñ patiatur . Q; ſi vlterius quę ſit mulieris virtus,noſſe req̃
ris,neq; id arduũ erit.Eſt enim mulieris virtus , domũ recte gubernare, dum cuſtodit domeſtica,vi-
roq; obedit.Alia quoq; virtus eſt pueri fœminęq; & maſculi:& viri iam ętate maturi : nec non liberi
ſi velis alia & alia ſerui.Atq; alię ꝑmultę virtutes exiſtunt.Quãobrem haud nobis deeſt:quid de vir-
tutis definitione dicamus.Enimuero ſecundum ſingulas actiones atq; ętates ad opera ſingula ſingu-
lis hominibus virt⁹ adeſt. Totidẽ pręterea & de vitio o Socrates,vt arbitror,dici poſſent.SO. Nõ me
diocriter in hac venatione fortunatus ſum o Meno:ſiquidẽ vnã virtutẽ inueſtigans:examen quoddã

Cõfutatio definitionis redditæ ex inductione.

virtutum apud te habitantium repperi. Verũtamen o Meno ſecũdũ hoc exẽplũ examinis, ſi me quæ
ſit apis ipſius ſubſtantia ꝑcontante,multiplices illarũ eſſe ſubſtãtias reſpõdiſſes,atq; ego iterum te ro
garẽ,nunq̃d ex hoc ais apum ſubſtãtias eſſe diuerſas,quo apes ſunt,an alio quopiam,veluti pulchri-
tudine vel magnitudine,aut alio quopiam huiuſmodi,quid inquã ſic interrogatus potiſſimũ reſpõ-
deres?ME.Q; inuicẽ eo quo apes ſunt,minime differũt.SO.Et ſi ego poſt hæc dicerẽ,quid ergo id eſt
o Meno,quo minime differunt:ſed idẽ cunctę ſunt?haberes ne q̃d mihi reſponderes?ME.Haberem ꝑ
fecto.SO.Eadẽ itaq; ratione virtutes q̃q̃ multę atq; varię ſunt,vnam tñ ſpeciẽ quandam in omnibus
eandẽ habent qua virtutes exiſtunt : in quã reſpicere decet eum qui reſpõſurus ſit interroganti cuiq̃
quid virtus ſit. Tenes ne quid dicam? ME.Intelligere mihi videor.nõdum tñ vt vellem q̃d quęſitum
eſt,comprehendo.SO. Vtrum vero circa virtutem id ſolum o Meno tibi videtur,aliam quidem viri
eſſe,aliam mulieris:& aliam reliquorum?An etiã circa ſanitatẽ,magnitudinẽq;,& robur eodem modo,
vt alia quidẽ viri ſanitas ſit,mulieris alia?an poti⁹ eadẽ vbiq; ſanitatis ſpecies eſt:ſi quidem ſanitas ſit,
ſeu viro,ſiue mulieri,ſiue alteri cuilibet adſit?ME.Eadem mihi ſanitas & viri ſimul & mulieris eſſe vi
detur.SO.Nõne igitur ſi quidem robuſta ſit fœmina eadem ſpecie roboris robuſta erit?Cũ vero ean-
dẽ dico:ꝙ nihil differt qua robur ad hoc ꝙ robur ſit intelligo,ſeu viro,ſiue mulieri inſit. Nũ tibi dif-
ferre aliqua ex parte videtur?ME.Minime.SO.Ergo & virtus,ad id ꝙ virtus ſit,differet ne,ſeu iuue
nem,ſeu ſenẽ,ſiue virũ ornet,ſiue fœminam?ME.Mihi quidem o Socrates hoc cęterorũ ſimile nequa
q̃ eſſe videtur.SO.Nõne viri virtutẽ eſſe dixiſti,recte rempublicã gubernare:mulieris vero domum?
ME.Dixi eq̃dẽ.SO.An põt q̃ſq̃ ciuitatẽ vel domũ,aut aliq̃d aliđ recte diſponere,niſi tẽpate ſiue pru-
denter ac iuſte diſponat?ME.Nõ certe.SO.Nõne ſi tẽperate iuſteq; iſtituſit,tẽperãtia, iuſtitiaq; inſti
tuẽt?ME.Neceſſe eſt.SO. Vtriſq; igit̃ tã vir q̃ mulier indiget,ſi boni futuri ſint:tẽperãtia ſ.atq; iuſti
tia.ME.Apparet.SO.Quid vero puer ac ſenex dum intẽperati & iniuſti eſſent,num boni exiſterent?
ME.Nequaq̃.SO.At dũ temperati & iuſti?ME.Ita.SO. Vniuerſi igit̃ hoies eadẽ ratione boni fiunt:
nã eorũdem participatione boni ſemp efficiunt̃?ME. Videt̃.SO . Nunq̃ nõ eadẽ ratione boni fierent
niſi eadẽ illorũ virtus eſſet?ME.Nunq̃.SO.Qm̃ ergo eadẽ virtus eſt oĩm, conare in memoriam redu

Secũda virtutis definitio mala.

cere q̃dnam hoc eſſe Gorgias dixerit,ac tu vna conſenſeris.ME.Quidnam aliud q̃ ꝑeſſe hoibus poſ-
ſe?Siquid vnũ in oĩbus exigis.SO.Requiro equidẽ.attamen eadẽ ne pueri & ſerui virtus erit o Meno

Confutatio.

ꝑeſſe poſſe domino,ac videtur tibi vlterius ſeruus eſſe dum imperat?ME.Haud certe mihi videtur o
Socrates.SO.Neq; enim o optime vir id fas eẽt.ſed hoc rurſus cõſidera:verũ dominari poſſe aliquem

putas,ſi iuſte pſſe adiiciamus.Iniuſte vero nequaq̃.ME.Puto equidẽ.Iuſtitia eñ virt⁹ eſt.SO. Verũ
virtus o Meno:an virt⁹ q̃dã?ME.Quo pacto id ais?SO.Queadmodũ de quouis alio: vt ecce de rotũ
ditate dicerẽ eã figurã quãdã eẽ nõ abſolute figurã:atq ob eã cauſam ita loq̃rer:q alię quoq figurae
pter rotũditatẽ ſunt.ME.Recte admodũ inquis.Atqui & ipſe nõ iuſtitiã tantũ: verũetiam virtutes
alias eſſe fateor.SO. At quas dicis alias explica obſecro.Eq.ẽ ſi me de aliis figuris interrogaſſes, vtiq
reſpõdiſſem:ergo & tu quę ſint alię virtutes enarra.ME.Fortitudo:temperantia:ſapientia:magnifi-
centia,cętereq permultę.SO.Rurſus in idem incidimus.Nam multas iterum virtutes alio quodam
pacto inuenimus:dum vnã inquireremus:vnã vero quę per oẽs diffunditur,reperire nequimus. ME.
Nõdum queo o Socrates,vt ipſe quęris,vnã in oĩbus virtutẽ queadmodũ in caeteris aſſeq.SO.Et iu-
re qdem:at ego ſi mõ potuero:pducere nos conabor. Cognoſcis ne ſic in cũctis contingere:ſiquis a te
petat idẽ qd modo dicebã,qd figura ſit:ac tu q ſit rotunditas reſpõderes,& ille tibi quę & ego infer-
ret:vtrũ rotunditas ſit figura:an figura q̃dã,an nõ illi diceres figurã quandã eſſe? ME.Prorſus. SO.
Nõne ob id q alię quoq figurę ſunt?ME.Ita.SO.Q ſi quales illae ſint:quaerat: e veſtigio reſpõdebis?
ME.Eqdẽ.SO.Quietiã ſi de colore ſimiliter qd ſit quaerat,& tu q albedo ſit dicas,ac ille ſic deinde re
ſumat:vtrũ albedo color ſit,an color aliqs,inferres ne colorẽ quẽdam ob hoc eſſe,q alii quoq colores
reperiantur?ME.Maxime.SO.Si iterũ colores caeteros referre iuſſerit:narrabis vtiq & alios multos,
qui nihilo minus q̃ albedo colores ſint?ME.Narrabo.SO.Si aũt vt ego nunc:ſermonẽ ille percurrat,
dicens q ſemp in multa declinaremus:qd ille nequaq̃ fieri permittat.ſed poſtq̃ haec multa vno nomi
ne nũcupas,dicisq nihil ex iis eſſe quin figura ſit,q̃uis iſta inter ſe contraria ſint,eſt autem hoc quod
non minus rotundum cõtinet q̃ rectum,quã qdem figuram nominas,& nihilo magis inqs rotũdum
q̃ rectum figuram eſſe.an ſic dicis?ME.Sic plane.SO.Nunqd cum ita dicis,tunc nihil magis dicis ro
tũdum eſſe rotundum q̃ rectum,neq rectum magis rectum q̃ rotundum?ME.Nõ certe o Socrates.
SO.Verũtamen aſſeris rotundum nihil magis figuram eſſe q̃ rectum:neq rectum magis q̃ rotũdũ.
ME.Vera narras.SO.Quid ergo id eſt,cui nomẽ hoc figura competit?declarare enitere. Si itaq ſic
percontanti cuipiam de figura ſiue colore diceres:te nequaq̃ qd ipſe velit cognoſcere,forte ille vehe-
mẽter admiraretur,ac diceret,an non intelligis q in iis omnibus idẽ quęro?Vel non haberes o Meno
qd diceres,ſiquis quęrat quid in rotundo ſit ac recto:& caeteris quas figuras appellas in oĩbus idẽ:ex-
plicare quęſo id nitere,vt hoc pacto reſponſionẽ ad quaeſtionem de virtute aliquam mediteris. ME.
Nequaq̃,ſed ipſemet o Socrates diſſere.SO.Vis ne tibi gratificer?ME.Omnino.SO.Voles & ipſe de
inde virtutis quęſtionẽ ſoluere?ME.Equidem.SO.Expediẽdum iam eſt:decet enim.ME. Et maxime
quidem.SO.Age experiamur qd figura ſit exprimere:& vide vtrum iſtud admittas.Eſto itaq id no
bis figura,qd ſolum ex oĩbus ſemper colorẽ ſequitur.Satis ne tibi hoc eſt:an forte aliud exigis?Ego
enim ſat haberẽ,ſi mihi poſthac virtutẽ ipſam oſtẽderes.ME.At iſtud abſurdum quiddã eſt o Socra
tes.SO.Quãobrẽ?ME.Quoniam figura ſecundũ rationẽ tuam eſt,quae ſemper colorem ſequitur.Si
ergo colorem quis noſſe negaret,eodẽ modo quo circa figuram dubitans,quid illi potiſſimũ reſpon
deres?SO.Vera equidẽ. Nã ſi qui rogat ſapiẽtũ aliqs & contentioſorum,ac pugnantium ſit,reſpon-
derem vtiq me dixiſſe.q ſi minus recte dixerim:ad te nunc attinet rationem ſumere,ac mea dicta re-
fellere.Sin autem quemadmodum ego nunc & tu,illi amici ſint,velintq inuicẽ diſputare:decet pro-
fecto mitius & magis dialectico more reſpondere.Eſt aũt dialecticus mos praeſtantior non modo ve-
rum proferre,ſed iis illud rationibus approbare:quibus & ille qui rogat,plane ſe dignoſcere fateatur
Hoc itaq more nunc tecũ in diſſerẽdo vti conabor.Dic ergo,num finem appellas terminum quẽdã:
atq extremũ?Hęc.n.omnia veluti idem profero:forte vero Prodicus iis tanq̃ differentibus vteretur.
Tu autem num dicis terminari aliquid atq finiri?nihil quippe diuerſum iis verbis intelligo.ME. Di
co ſane:& quod ais,intelligere arbitror.SO.Et planũ aliqd vocas & ſolidum aliud:cuiuſmodi quę in
geometria tractantur?ME.Voco equidẽ.SO.Iam igitur quid figuram eſſe dicam,ex iis percipies: in
omni quippe figura id aſſero:figuram eſſe id in qd ſolidum definit.Atq vt ſummatim dicam figurã
appello ſolidi terminũ.ME.Colorẽ vero qd vocas o Socrates?SO.Procax nimiũ es o Meno:homini iã
ſeni onus imponis,ac reſpondere tibi iubes:ipſe aũt memor qd Gorgias virtutẽ eſſe dixerit, definire
minime vis.ME.At poſtq̃ id mihi declaraueris o Socrates tibi illud referam?SO.Q q̃ in imperando
ſuperbior es q̃ deceat,gratificabor tñ ac breuiter reſpõdebo.ME.Gratificare obſecro. SO. Vis ne tibi
ſecundum Gorgiã reſpondeam?ſic maxime aſſentieris?ME.Quid ni velim?SO.Nõne defluxus qdã
ſecundum Empedoclem a rebus manare dicũtur?ME.Et maxime quidem.SO.Ac pori.i. meatus in
quos & per quos etiã defluxus huiuſmodi manãt?ME.Oĩno.SO.Ex defluxibus aũt qdã poris qbuſ-
dã cõgruere,qdã minores:aut maiores eſſe?ME.Sic eſt.SO.Nũqd & viſum aliqd vocas?ME. Voco.
SO.Ex iis iã qd velim accipe:vt ait Pidar⁹.Eſt.n.color deflux⁹ qdã rerũ viſui cõgruẽs:atq ſenſibilis.
ME.Optie mihi o Socrates rñdiſſe videris.SO.Forte.n.tibi vt ſolit⁹es audire nũc rñſũ ẽ:& ſil' aduer

Tranſlatio de virtutis diſputatione ad figurę diſputationem:vt ad euidentius & notius.

Mos diſputãdi contentioſus: atq acerb in quo contẽtio vult eẽ nõ veritatis prolatio.

Mos diſputãdi dialecticus mitis ac melior: i quo vult eſſe veritatis oſtenſio & cõprobatio.

Huius definitionis collectio q̃ eſt ab interrogatis ẽ dialectica: nã ſi eſſet a ſẽſibilibus eſſet analytica.

Defi. dialectica,figura ẽ ſolidi terminus.

Secundũ placita Gorgię: Color ẽ defluxus rerum viſui cõgruẽs: quę etiam dialectica eſt.

tisq; ex hac reſponſione facile etiam definire queas,quid ſapor,quid vox,quid odor ſit, cæteraq; hu-
iuſmodi plurima.ME.Prorſus.SO.Atqui tragica o Meno iſta reſponſio eſt.Ideoq; tibi magis q̄ figu-

Illa melior q̄ analytico; vicitior.

ræ definitio placet.ME.Mihi vero.SO.At mihi quidē o Alexidemi fili minime perſuadeo, eſt enim
illa melior.forte etiā nec tibi iſta placebit,vt arbitror,niſi nūc quēadmodū & heri nobis obiicias,te an
teq̄ perficiantur myſteria,diſceſſurū.ſed ꝑmaneas:atq; hic myſteriis initieris.ME.At diu morarer o
Socrates:mō huiuſmodi multa narrares.SO.Nihil vtiq; ꝑtermittā,quin talia quędā & tui ſimul &
mei gratia dicam.Vereor tamen ne minus poſſim huiuſmodi plurima dicere.Cęterum iam ad pro-
miſſa ſeruanda nobis accingere:ac nobis cōiter qd virtus ſit exprime:nec vt feciſti hactenus,deinceps
vnū in multa diſcerpas:quēadmodū dicaces aiūt,mordētes eos q aliqd ſemp in multa diſpertiūt:ſed

Tertia virtutis definitio mala.

Quarta definitio.

dimittēs eā integrā atq; ſanam,dic tandē qd virtus ſit.exempla vero loquēdi a me accepiſti.ME.Vi-
deť mihi o Socrates virtus eſſe,vt poeta inqt,gaudere honeſtis ac poſſe.Atq; ego idipſum virtutem
voco:honeſta quidē appetere:eaq; cōſequi poſſe.SO.Nū honeſta cupientē,bona cupere dicis?ME.Oi
no.SO.Nunqd ita loqueris quaſi ſint nōnulli qui bona cupiāt,qdā vero q mala?ME.Immo.SO.Nō
oēs igiť o optime vir bona tibi appetere videnť?ME.Mihi nequaq̄.SO.Quidam itaq; mala?ME.Ita.
SO.An ita dicis,quaſi q̄ mala ſint,bona eſſe opinenť:aut etiā noſcētes q̄ mala ſint,nihilominꝰ illa cu
piant?ME.Vtrūq; aio.SO.An cenſes aliquē cognoſcētē mala q̄ mala ſint,illa tamē appetere?ME.Ar
bitror.SO.Quid aūt exoptare hūc dicis?nū hęc ſibi adeſſe?ME.Adeſſe ſane:nam qd aliud optet?SO.
Vtrū qui mala deſiderat,mala eſſe cognoſcēs,iuuare illa cum adſint,exiſtimat?an vnūquodq; potiꝰ
ſua ꝑſentia lędere?ME.Sunt certe q mala ꝓdeſſe putent:nec deſunt,qui obeſſe cognoſcant.SO.Vidē

Confutatio quartę definitionis.

tur tibi mala noſſe q̄ mala ſint,qui mala ꝓdeſſe cuiq̄ opinanť?ME.Haud ſane id mihi videť.SO.Ex
iis igitur patet eos non appetere mala:qui illa minime norint:ſed illa potius:quę bona eſſe putauerit
cum tamen mala ſint.Quapropter ignorantes illa,bonaq; exiſtimātes,perſpicuum eſt bona potiꝰ ex
optare.An non?ME.Sic iſti ſe habere videnť.SO.At vero qui mala qdē affectant,vt ipſe inquis,eaq;
cuicūq; accidūt,obeſſe cenſent,noſcunt ne q̄ illorū ꝑſentia lędenť?ME.Neceſſario ſequiť.SO.Quid
vero lęſos hoïes:nōne iſti miſeros eſſe,quatenus læſi ſunt,opinanť?ME.Hoc quoq; neceſſariū.SO.Mi
ſeros aūt nōne infelices?ME.Reor eqdē.SO.Eſt ne aliqs,q miſer & infelix eſſe velit?ME.Nō videtur.
SO.Nemo igiť mala vult,ſi qdē talis eſſe minime velit.Nā qd aliud eſt eſſe miſerū,q̄ cupere mala,in
eaq; incurrere?ME.Vera loq videris o Socrates:nemo eīn vult mala.SO.Nōne pauloante dixiſti vir
tutem eſſe bona velle,ac poſſe?ME.Dixi eqdem.SO.An non ex eo qđ dictū eſt:voluntas quidem ipſa
omnibus adeſt,atq; hac ratione nullus alio melior?ME.Apparet.SO.Ergo ſi quidē eſt alius alio meli
or,nec id ſcđm ipſam voluntatē,ſequiť vt ſecūdum ipſam potētiā ſit melior.ME.Sequiť.SO.Secūdū
igiť rationē tuā hoc eſt virtus,bonorū cōparandorū poteſtas.ME.Sic prorſus ſe habere videtur,vt
nunc accipis.SO.Animaduertamus poſthac,vtrū id vere aſſeras necne:forte enim bene loqueris.bo
na vēdicare poſſe,virtutē eſſe dicis?ME.Iſthuc ipſum.SO.Bona vero nōne hæc vocas,ceu ſanitatem
diuitias:aurūq; & argentū plurimū poſſidere:honoribus ꝑterea & magiſtratibus in repu.fungi?nū
alia q̄dam ꝑter iſta bona nūcupas?ME.Nequaq̄:ſed omnia bona huiuſmodi eſſe dico.SO.Eia aurum
atq; argentum acqrere virtus eſt,vt inquit Meno magni regis patrius hoſpes.Vtrū vero addis huic

Quæ media ſunt inter mala & bona ea non eſſe bona niſi virtutis pars adſit.

lucro o Meno:iuſte ac ſancte lucrari?an nihil intereſt,ſed & ſi iniuſte quis iſta poſſidet,nihilominus
quęſtū huiuſmodi virtutē vocas?ME.Nequaq̄ o Socrates:ſed vitiū.SO.Omnino igiť,vt videť,huic
poſſeſſioni:iuſtitię,vel tēperantię,vel ſanctitatis,aut alterius virtutis ꝑſentia opus eſt.Alioqn virtus
minime erit:q̄uis bona ſibi vendicet.ME.Qui enim ſine iis virtus exiſtat?SO.At nō cōparare aurū
& argentū,quando minime iuſtū ſit,aut ſibi,aut alteri:neq; etiam virtꝰ eſt hęc egeſtas?ME.Videtur
So.Nihilo magis igitur horum bonorum copia virtus erit q̄ inopia.Verum vt videtur,quodcunq;
cum iuſtitia ſit,virtus eſt:quod aūt abſq; illa:eiuſq; ſimilibus,prauitas.ME.Videtur mihi neceſſari
um eſſe qđ dicis.SO.Nonne vnūquodq; horum pauloante virtutis partem eſſe diximus,iuſtitiam &
temperantiam:cæteraq; huiuſmodi?ME.Diximus plane.SO.Siccine o Meno me deludis?ME.Quor
ſum hæc o Socrates?SO.Q̄m cum te oraſſem:ne amplius virtutē diſcerperes:& exempla reſponden-
di dediſſem,id tu neglexiſti,dicens virtutē eſſe,bona cum iuſtitia cōparare poſſe:iuſtitiam vero vir-
tutis partē cōfeſſus es.ME.Sic eſt.SO.Nonne efficitur ex iis:quæ iā cōceſſiſti,virtutē eſſe agere cum
parte virtutis quicquid agitur?Iuſtitiam enim & huiuſmodi ſingula virtutis particulas confiteris.
ME.Quid tū?SO.Quia cū rogaſſem,vt totā ipſam virtutē oſtenderes,qd ipſa ſit,nullo mō explicu
iſti:omnem vero actionem quęcunq; cum parte virtutis ſit,virtutem eſſe dixiſti:quaſi quid tota vir
tus ſit ſummatim prędixeris:atq; ipſe iam pcepturus ſim,ſi tu eam in particulas diuidas.Eadem igiť
quęſtio rurſus o Meno tibi ſuboritur:quid virtus ſit:ſi quidem oïs actio cū virtutis parte ſit virtꝰ.Id
nāq; tunc dicitur:cum omnis actio cū iuſtitia virtus eſſe definiť.An nō eadem iterum q̄ſtione opus
eſſe vides?Num putas quēpiam virtutis partē aliquā noſſe,q totiꝰ naturā minime nouerit?ME.Nō

videtur.SO.Si enim memineris quę in ſuperioribus de figura tibi reſpondi,reiecimus vtiq; reſpon-
ſionem illam quę per ea fit quibus vlteriori probatione opus eſt,nec dum rata habentur.ME. Et me-
rito quidem reiecimus.SO.Neq; tu igitur o vir optime,cũ quęritur:quid ipſa vniuerſalis:ac tota ſit
virtus:ſecundum partes eius reſpondens eam quęrentibus patefacies:neq; aliud qcq̃ dũ eodẽ modo
reſpondeas,ſed rurſus eadem interrogatione opus erit:quidnã virt⁹ ſit:qua ſuppoſita iſta dicis. Nũ
aliquid tibi dicere videor?ME.Mihi quidẽ probe loqui videris.SO.Reſponde itaq; iterum a pricipio:
quid eſſe virtutem & tu & amicus ille tuus aſſeritis.ME.Audiuerã equidem o Socrates anteq̃ te allo
querer/officiũ tuum nihil aliud eſſe q̃ dubitare,& aliis ſcrupulos dubitationũ iniicere . Et nũc quidẽ
vt mihi videris,me pręſtigiis,& veneficiis incãtationibuſq; perturbas:adeo vt ambiguitatis ſim ple-
nus.Ac mihi videris omnino/ſi tamẽ te iocando mordere aliquãtulum decet: q̃ ſimillimus eſſe tũ for
ma/tum cęteris omnibus latiſſimo illi piſci marino qui torpedo dicitur:ille ſiquidẽ hominem ſibi p-
pinquantem/atq; tangentem/ſtupidum reddit.Et tu quoq; nunc me ſtupefacis.Reuera eñ & animũ
ſimul & os ſtupidum habeo:heſitoq;: nec quid tibi reſpondeam inuenio : q̃q̃ milies iam de virtute
permulta & aduerſus q̃plurimos diſputaui:& vt mihi viſus ſum,q̃ optime.At in pręſentia/nec etiã
quid ipſa ſit virtus proferre vllo pacto valeo.Itaq; caute tibi conſuluiſſe te cenſeo/ q nunq̃ alio pere-
grinaris.Nam ſi aduena in aliena vrbe hęc ageres/vtpote pręſtigiator quidam/atq; veneficus/ſuppli
cio forſitan afficeteris.SO.Callidus es o Meno:ac ferme nunc me decepiſti.ME.Quamobrem o So-
crates?SO.Aduerti iam quam ob cauſam imitatione quadã me depinxiſti:quanam alia de cauſa/niſi
vt ipſe quoq; te contra depingam? Viri enim honeſto habitu prȩditi cum effinguntur/delectari ſo-
lent.illud quippe conducit.honeſtorum enim honeſtę ſunt & imagines.At ego perſonã tuam mini-
me effingam.Equidem ſi piſcis ille ſtupidus ipſe alios reddit ſtupidos/ei ſum perſimilis:ſecus autem
minime.Neq; ipſe fœcundus/cęteros titubare compello:ſed maxime omnium ego dubitans/dubita-
re quoq; alios facio. Etenim in pręſentia/quid virtus ſit/haud certe noui:tu tamen forte priuſq̃ mihi
occurreres/noueras:nũc vero ignoranti mihi aſſimilis euaſiſti. Veruntamẽ vna tecum diſcutere hoc
inſtitui:quidve ſit virtus inueſtigare . ME.At quo tramite id inueſtigabis o Socrates:quod quidem
omnino quid ſit ignoras?Quale enim tibi proponens id quod ignoras inquires? Aut etiam ſi in illud
incidas,quonã ſigno id quod ignoraueras eſſe illud agnoſces?SO.Intelligo quid velis o Meno. At tu
animaduertis ne,q̃ litigioſam argumentatiõem in medium adduxiſti? q videlicet homo,neq; q̃d no
ſcit,neq; quod ignorat inquirit.Nam ſi noſcit,nulla inquiſitione opus eſt. Sed neq; q̃d neſcit inueſti-
gat:non enim nouit quid quęrat.ME.Nõne recte induci o Socrates hãc rationem exiſtimas?SO. Ne
quaq̃.ME.Potes dicere cur tibi non placeat?SO.Poſſum.Id enim a viris ac mulieribus diuinarum re
rum peritis quandoq; percepi.ME.Quis iſtorum ſermo?SO . Verus:vt mihi videtur,atq; pręclar⁹.
ME.Quis inquã iſte?& quinam teſtantur?SO.Qui hoc aſſerũt:religioſi viri ſunt, ac religioſę etiam
mulieres,quibuſcunq; cura extitit:vt eorum quę profitentur rationẽ reddere poſſent. Tradit pręter
ea Pindarus,& quicunq; ex poetis diuini ſunt,talia quędam:quę aduerte quęſo,num vera tibi videã
tur.Ferunt enim hominis animũ immortalẽ eſſe:eũq; tum decedere,quod qdem mori vocant, tũ ite
rum redire,interire vero nunq̃.Quam ob cauſam vitam q̃ ſanctiſſime agere monent.Quicunq; eñ
poenas antiquę miſerię Proſerpinę iam dederũt,iis illa ad ſupernum ſolem nono anno rurſus animã
reddit,quouſq; in reges gloria celeritate ſapientiaq; pręſtantes euadant.Reliquum autem tempus
ſancti heroes inter homines vocant.Cum ergo animus immortalis ſit,ac ſępius in hanc vitam redie-
rit,viderit q; perſępe & quę in hac,& quę in alia vita ſunt:omniaq; perceperit,nihil vtiq; reſtat , quin
ipſe didicerit.Quãobrem nihil mirũ eſt,ſi eorum quę ad virtutem & ad alia ptinent,reminiſci poſſit
quippe cũ olim illa cognouerit.Cũ eñ tota natura cognata ſit,ac ſibimet conſona,& animus cuncta
didicerit,nihil prohibet hominem vnius cuiuſdam reminiſcentem,quã diſciplinam vocant , reliqua
oĩa recuperare:ſiq; adeo fortis ſit,vt q̃rendo minime fatiget.Quęrere igitur ac diſcere reminiſcentia
eſt.Quapropter litigioſę illi argumẽtationi nequaq̃ credere decet:pigros enim nos quodãmodo red
deret.Ea quoq; mollioribus hominibus mirifice placet.Ratio autem noſtra ſolertes rerum inueſtiga-
tores efficit:qua ipſe vtpote vera fretus,vna tecũ quid ſit virtus, perſcrutari deſidero.ME. Immo o
Socrates,ſed nũ abſolute id aſſeris nos minime diſcere?quã diſciplinã vocamus reminiſcentiã eſſe?po
tes ne hoc ita eſſe me docere?SO.In ſuperioribus quoq; o Meno te callidũ eſſe dixi.Et nũc rogas vtrũ
docere te poſſim:cum ante nullam eſſe diſciplinam,ſed reminiſcentiam aſſeruerim:vt eueſtigio mihi
ipſi repugnare videar.ME.Per Iouẽ o Socrates nõ hoc aio,ſed potius conſuetudine quadã ita locut⁹
ſum.Q; ſi qua ratione illud mihi oſtendere potes,oñde obſecro.SO.Haudquaq̃ facile eſt : tui tñ grã.
explicare conabor. Verũ huc ad me vnũ aliquẽ iſtoꝝ q te ſequuntur,accerſe:vt in eo demonſtrationẽ
hãc experiamur.ME.Libẽter,heus tu huc aduẽta.SO.Gręc⁹ ne eſt?& gręce loqt?ME.Et grȩc⁹ eſt:&
in domo mea genitus atq; educatus.SO.Attẽde igit nũ illi memorẽ:an doceã.ME.Attendam certe.


Relaxatio diſputationis a moribus diſputãdi Socratis.

Menonis ambiguitas circa iquiſitionem eius qd neſcit.


Pindari & diuinorũ poetarũ ſnia de aĩe imortalitate.

Quę diſciplina ſcd̃m illos. Quę reminiſcentia eſt.


Oſtenſio Socratis diſciplinam eſſe reminiſcentiam.




SO. Dic age o puer, cognoſcis ne tale hoc ſpatiũ quadrãgulũ eſſe? PV. Eq̃dẽ. SO. Habet ne quadrangulus has oẽs quatuor lineas æquales? PV. Habet. SO. An non & iſtas quę p mediũ ꝑtrahunt, ęq̃les habet? PV. Et iſtas. SO. Nõne & maior & minor eſſe poteſt? PV. Poteſt. SO. Si ergo ſit hoc latus duorꝫ pedũ, & iſtud quoq; duorũ, quot pedum totũ ipſum erit? Sic autẽ cõſidera: ſi latus hoc duorum eſſet pedũ, illud vero vnius, eſſet ne pluſq̃ ſemel duorũ pedũ hoc ſpatium? PV. Semel.



SO. Quoniam vero alterum quoq; latus, duorum pedum eſt, num aliud q̃ bis duorum pedum fit? PV. Iſtuc ipſum. SO. Duorum ergo bis pedum efficitur. PV. Ita. SO. Quotnam ſunt bis duo pedes? computa. PV. Quatuor. SO. An non fieri poſſet ſpatium aliud ad hoc duplum, habens ſimiliter omnes æquales lineas quemadmodum iſtud habere vides? PV. Prorſus. SO. Quot pedum erit? PV. Octo. SO. Age iam conare mihi dicere, qualis eſt qualibet illius linea, huius ſiquidem duorum pedum: linea vero illius dupli, qualis? PV. Patet o Socrates eſſe duplam. SO. Cernis o Meno, me nihil ex his docere, ſed ſingula potius interrogare? Et nunc iſte noſſe ſe putat, qualis ea ſit a qua ſpatium octo pedum conficitur. An nõ tibi videtur? ME. Mihi quidem. SO. Nouit igitur? ME. Minime. SO. Putat autem a dupla. ME. Ita. SO. Aſpice deinceps hunc per ordinem, vt oportet reminiſcẽtem. Tu autem dic amabo a dupla linea duplum ſpatium naſci fateris? tale ꝑfecto dico, qđ non hac longum illa breue, ſed ęquale vndiq; quemadmodum iſtud, duplum vero iſtius, octo pedum. ſed inſpice an tibi adhuc a dupla fieri videatur. PV. Mihi plane. SO. Nõne huius dupla hæc ſit, ſi aliam æqualem huic adiiciamus? PV. Prorſus. SOCRA. Ab hac fore dicis octo pedum ſpatium: ſi quidem quatuor huic ęquales efficiantur? PVER. Aio. SO. Deſcribamus iterum igitur ab hac æquales quatuor, aliud ne q̃ quod octo pedum vocas, ſuborietur? PV. Hoc ipſum. SO. Nonne in ipſo ſunt hæc quatuor, quorum quodlibet iſti quadrupedali æq̃le eſt? PV. Certe. SOCRA. Quantum itaq; ſit? an non quater tantum? PV. Quidni? SO. Nũ duplũ eſt id quod quater tantum? PV. Non per Iouem. SO. At quotuplum? PV. Quadruplum.






SO. A dupla ergo o Puer nõ duplum, ſed quadruplum ſpatium procreatur. PV. Vera loqueris. SOCRA. Quater enim quatuor ſex & decem complent, nonne? PV. Sic eſt. SOCRA. Octo pedum autem ſpatium a qua linea? nõne ab hac quadruplum? PV. Fateor. SOCRA. Quartum vero hoc ab hac dimidia? PV. Ita. SOCRA. Age igitur octo pedum nonne hui⁹ dupliũ eſt: illius vero dimidium? PV. Immo. SOCRA. An non erit ergo a maiori linea q̃ hæc tanta, & a minori q̃ illa tanta? PV. Mihi quidem videtur. SO. Sic vtiq; recte loqueris. quod enim tibi videtur, id reſponde: ac mihi dicas, hæc ne duorum pedum, illa quatuor? PV. Ita. SO. Oportet itaq; octo pedum ſpatii lineam maiorem eſſe linea ſpatii bipedalis, minorem vero quadrupedalis linea. PV. Oportet. SO. Annitere vt nobis qualis ſit dicas. PVER. Tripedalis. SOCRA. Nõne ſi tripedalis eſt, dimidium huius aſſumemus, eritq; tripedalis? Duo nãq; ii, is autem vnus: & hinc eodem modo, duo quidem iſti: iſte autẽ vnus: ſitq; hoc quod ais ſpatium. PV. Ita. SO. Nõne ſi hęc trium eſt & illa trium, totũ vtiq; ſpatiũ ter triũ pedum cõficitur? PV. Apparet. SO. Ter vero tres, quot pedes ſunt? PVER. Nouem. SO. Duplum autem quot pedum eſſe ſupra oportuit? PV. Octo. SO. Non ergo a tripedali ſpatium octo pedum exoritur. PV. Non profecto. SO. A quali igitur conare nobis liquido exprimere: qđ niſi numerare velis, ſaltem a quali demõſtra. PV. Per Iouem o Socrates haud noui.








Qui ſi de ignorantia ad dubitationẽ acceſſerit quis: tũc melius affectus eſt.

SOCRA. Aduertis iterum o Meno quantum hic ad reminiſcendum proficiat. Nam ab ipſo principio diſputandi nequaq̃ nouerat, quę ſit octo pedum ſpatii linea: quemadmodum nec in preſentia noſcit: verum tunc ſe noſſe illam opinabatur, & audacter nimium quaſi ſciens reſpõdebat: nec deeſſe ſibi quicq̃ putabat: nunc autẽ egere ſe iam exiſtimat, & vt ignorat, ſic ſe ignorare fatetur. ME. Vera dicis. SO. Nonne melius nunc ad id qđ ignorat affectus eſt? ME. Hoc quoq; arbitror. SO. Cum ergo ambigere ipſum compulerim, & piſcis illius more ſtupidum fecerim, num aliquid obfuit? ME. Non vt mihi videtur. SO. Operęprætium itaq; fecimus ad veritatem inueniendam: nunc enim vtpote ignorantię ſuæ conſcius libenter & ſponte perquirere: at tunc ſine controuerſia, & ſæpe, & aduerſus q̃plurimos loq ſe recte arbitrabat: dũ ſpatiũ duplũ, duplã lõgitudine lineã habere oportere profitetur. ME. Videtur. SO. Nũ cẽſes ipſum ſtuduiſſe vnq̃ id vel inuenire, vel diſcere, qđ cum ignoraret, noſſe rebat: priuſq̃ in hãc ãbiguitatẽ īcideret: qua & ſuã ignorãtiã re dep̃hẽdit, & ſciam appetere cœpit? ME. Nequaq̃ o Socrates. SO. Profuit igit̃ ſibi ſtupor eiuſmodi. ME. Videt̃. SO. Cõſidera itaq; ex


Ab inſtantiis q̃s excitatur: vt ignorantiam ſuam animaduertat.

hac ambiguitate ꝙ iſte vna mecū inueſtigās nihil me docētē:ſed potius interrogante reperiet. Obſeruato obſecro diligēter, num vnq̄ docere hūc ac demōſtrare illi quicq̄ videar potius q̄ eiuſmodi opiniones ſingulas ſciſcitari. Tu em̄ dic: hoc ne ſpatiū quadrupedale ē? Intellexti? PV. Equidē. SO. Nū & hoc aliud ęquale iſti apponere licet? PV. Licet. SO. Et tertiū iſtud vtriq; iſtorū ęquale? PV. Et iſtud. SO. Nonne hoc qđ in angulo eſt complere licet? PV. Prorſus. SO. Hęc inde ęqualia ſpatia quatuor naſcerētur? PV. Ita. SO. Totū igiť hoc quotuplū ad iſtud efficiť? PV. Quadruplū. SO. Oportebat aūt duplū nobis contingere, nū recordaris? PV. Maxime. SO. Nonne haec linea ab angulo in angulū aliquē porrecta, in duo vtrūq; ſpatiū diuidit? PV. Ita. SO. Ergo quatuor hę lineę ęquales fiūt, id ſpatiū cōprehendentes? PV. Fiunt. SO. Conſidera itaq; quale eſt id ſpatium. PV. Haud intelligo. SO. Nōne cum hęc quatuor ſint, dimidium cuiuſq; linea queq; ſecat intrinſecus? PV. Secat. SO. Quot igiť tanta in hoc ſunt? PV. Quatuor. SO. Quot autem in iſto? PV. Duo. SO. At quatuor ad duo quotupla ſūt? PV. Dupla. SO. Hoc itaq; quot pedū ſit? PV. Octo. SO. A qua potiſſimum linea? PV. Ab hac. SO. Ab ea ne q̄ quatuor pedum eſt: ab angulo ꝓtracta in angulum? PV. Ita. SO. Hāc vero diametrū ſophiſtę nūcupāt: & ſi huic nomē eſt diametrus: a diametro: vt ipſe ais o Puer, duplū ſpatiū naſcereť. PV. Prorſus o Socrates. SO. Quid tibi Meno videť? reſpōdit ne hic vnq̄ ex alterius q̄ ſuiipſius opinione? ME. Nunq̄, ſed ex ꝓpria ſemper. SO. Verū tamen haud nouit, vt pauloante confeſſi ſumus. ME. Vera loqueris. SO. Inerant igitur huic opiniones huiuſmodi. ME. Inerant. SO. Huic igiť ignorāti opiniones de iis quę ignorat vere inſunt. ME. Apparet. SO. Nūc igiť huic opiniones tales quaſi per ſomniū ſuſcitatę ſunt. ꝙ ſiquis interroget hūc talia quędam ſępe & multa, certo ſcies hūc iſta, ſiqs alius nouit, ꝑfecte ſciturū. ME. Videtur. SO. Nōne ergo nemine prorſus docēte, ſed interrogante potius iſta ſciet ex ſeipſo ſcientiā ad ſe reuocās? ME. Sic eſt. SO. Reſumere vero ſcientiā in ſeipſo, an non reminiſci diciť? ME. Prorſus. SO. At vero ſcientiam quā hic nunc habet, aut accepit aliqñ, aut ſemper habuit. ME. Verū. SO. Et ſi habuit ſemper, ſciens ſemper extitit. ſin qñq; percepit, hac in vita nequaq̄, nemo enim hūc geometrica docuit, cū in cęteris omnibus quęcunq; vel ad geometriam, vel ad alias diſciplinas pertinent, hęc eadem ſit facturus. Eſt ne aliquis a quo hic cuncta didicerit? Veriſimile eſt te illū cognoſcere, pręſertim cū penes te & natus & nutritus fuerit. ME. Noui equidē hunc neminē docuiſſe. SO. Has ne opiniones habet? ME. Neceſſariū o Socrates id apparet. SO. Sin autē vtpore in ꝑſenti vita minime adeptus, haud nouit, patet eum in alio quodā tempore habuiſſe, atq; didiciſſe. ME. Apparet. SO. An non tempus iam fuit, cum nōdum homo hic erat? ME. Iſtuc ipſum. SO. Ergo ſiqñ tēpus ſit in quo homo non ſit, inerunt tamen ipſi opiniones verae: quae ſciſcitando expergefactę, ſciētię fiunt: certe per omne tēpus hęc hoīs anim⁹ ſciet. nam oīne per tēpus, aut eſt, aut nō eſt homo. ME. Videtur. SO. Nōne igitur ſi ſemꝑ rerum oīm veritas in animo eſt, immortalis extitit? Quāobrē audacter & magna cū ſpe oportet, q̄ in ꝑſentia minime ſcimus, hoc eſt minime recordamur, vt reminiſcamur ingrere. ME. Bene mihi neſcio quo modo o Socrates loqui videris. SO. Mihi quoq; o Meno: atq; cętera non admodum diſputando aſſeuerarē. ꝙ aūt dum putamus quę qs ignorat: eſſe quęrenda: potiores efficacioreſq;, ac mīn⁹ pigri ſumus, q̄ ſi ignota, nec inueſtiganda eſſe, nec inueniri poſſe arbitraremur, de hoc inquā ſiquo modo poſſem & verbis, & ope decertarē. ME. Hoc quoq; recte dicere videris o Socrates. SO. Vis ne igiť poſtq̄ cōfeſſi ſumus ignota ꝑſcrutari licere, quid virtus ſit, cōiter inueſtigemus? ME. Q̄ maxime: gratius tamen mihi eſſet audire prius, qđ in principio diſputationis interrogaui, vtrū virtuti incūbendū ſit, quaſi ꝑ doctrinā percipi poſſit, vel natura potius inſit, vel alio quopiā pacto hoībus adſit. SO. Atqui ſi tibi o Meno quēadmodū mihi ipſi imperarē, haud prius vtrū doceať necne virtus ꝑſcrutaremur, q̄ qđ ipſa ſit indagaſſem⁹. poſtq̄ vero nec tu te tibi dn̄ari contendis vt liber viuas, ac me vt tuo arbitratu reſpōdeā obſecras, iā vtiq; rn̄debo. Videť igiť cōſiderādū eſſe quale ſit qđ nōdum qd eſt cognouim⁹. Attamē paulíſꝑ a ꝓpoſito tuo declina: idq; ex ſuppoſitiōe cōſiderare ꝑmitte: vtrū doctrina vel alio pacto virtus poſſideať. Ex ſuppoſitione aūt ſic dico, quēadmodū geometrę ſępe diſcutiunt: poſtq̄ illos qſpiā interrogauit: veluti an poſſit in hūc circulum trigonus hic extendi: vbi quis dixerit nōdum ſe noſſe an hoc huiuſmodi ſit verum: ſuppoſitionē arbitror talē conducere. Si enim eſt hoc ſpatium tale, vt ad poſitā eius lineam protēdens ab eo deficiat, quale ipſum protēſum eſt, aliud quiddam euenturum puto: & aliud item, ſi talia quędam pati nequeat. ꝑ ſuppoſitionem ergo diſputare decreui de iis quę contingunt circa productionē illius in circulum: an fieri poſſit nec ne. Sic & nos de virtute: quoniam, nec quid, nec quale ſit nouim⁹: ſupponentes hoc, vtrum doceri poſſit in hunc modum quaeramus. Si virtus eſt






Monſtrať animus immortalis eſſe.



Quo pacto liceat diſputare de re qualis ſit qñ nō cōpertū ſit: quid ſit.

Spatium triangulare hoc.

Hoc theorema diſcutitur in li. iiij. Euclidis ꝓpoſitiōe ſecunda.



aliquid eorũ q̃ circa animũ verſanť,aut doceri poterit,aut nõ.Pricipio.n.ſi aliud eſt q̃ ſciẽ
tia, nũ doceri poterit an nõ:vel potiꝰ:vt mõ diximꝰ, memoria reuocari?nihil referat apud
nos vtro noie vtamur.ſed an doceri poterit?an id oĩbꝰ manifeſtũ,ꝙ p̃ter ſciẽtiã nihil hõ do
ceť?ME.Mihi ſane videť.SO.Sin autẽ ſciẽtia q̃dã virtus eſt,doctrina pcipiť?ME.Quid ni?
SO.Hoc ergo q̃primũ expediť:nã ſi talis ſit,doceť:aliter vero nequaq̃.ME.Prorſus.SO.Poſthac inue
ſtigandũ cẽſeo vtrũ virtꝰ ſciẽtia:aut aliud quiddã ſit.ME.Mihi quoq; idẽ q̃rẽdũ eſſe videtur.SO.An
virtutẽ aliud q̃ bonũ eſſe dicimus?& hęc nobis poſitio ſtabilis permanet,virtutẽ ſcilicet eſſe bonum?
ME.Valde.SO.Si qdẽ eſt aliqđ ſeorſum a ſcientia bonũ,nõne virtus forſitã ſcientia nulla erit?ſin au
tẽ nullũ bonũ eſt quin ſciẽtia cõprehendať,ſcientiã eſſe virtutẽ ſuſpicantes,recte vtiq; ſuſpicabimur?
ME.Sunt hęc vera.SO.Quinetiã virtute boni ſumus?ME.Sumus.SO.Et ſi boni,vtiles?oĩa q̃ppe bo
na,vtilia.ME.Sic eſt.SO.Ergo & virtus vtile quiddã.ME.Ex iis quę confeſſi ſumus, neceſſario ſequi
tur.SO.Conſideremus rurſus in ſingulis qualia ſint,quę nobis proſunt:ſanitas ne & robur,formaq;
atq; diuitię cęteraq; huiuſmodi conferre dicunť?ME.Ita.SO.Eadẽ haec aliqñ nocere fatemur. An tu
aliter ſentis?ME.Sic certe ſentio.SO.Vide itaq; quo ducẽte haec obſint,quoue proſint.nõne cũ rectꝰ
vſus pręeſt,iuuant,cõtra vero nocent?ME.Prorſus.SO.Pręterea q̃ circa animũ verſanť cõſideremꝰ.
Temperantiã aliquid vocas,& iuſtitiã,& fortitudinẽ docilitatẽq;,& memoriã,& magnificentiam,&
huiuſmodi reliqua?ME.Eqdem.SO.Aduerte quęſo,quęcunq; ex iis ſciẽtię nequaq̃ eſſe videntur:ſed
aliud quiddam pręter ſcientiam:nonne interdũ iuuant:aliquando lędunt,veluti fortitudo remota
prudentia?num fortitudo aliud eſt q̃ audacia quędã,& quando cũ ratione vir audet,iuuať,cũ abſq;
ratione,lędiť?ME.Sic eſt.SO.Temperantia quoq; & docilitas eodẽ modo,cũ ratione quidẽ pcepta,at
q; cõdita emolumẽto ſunt,cõtra aũt detrimẽto?ME.Q̃maxĩe. SO.Vt ergo ſummatim dicã, oẽs ani
mę impetus,atq; oẽs declinationes ducẽte prudẽtia ad beatitudinẽ tendũt,imprudẽtia vero ad con
trariũ.ME.Videť.SO.Quapropter ſi virtus aliquid eſt eorũ q̃ cõſiſtunt in aĩo,neceſſarioq; vtilis eſt,
prudẽtiã hãc eſſe oportet:quippe cũ oĩa q̃ ſunt circa animũ ipſa quidẽ ſecundũ ſeipſa,nec cõferentia,
neq; noxia ſint:adiuncta vero prudẽtia,vel imprudẽtia ſtatim aut vtilia,aut noxia fiãt.Hac itaq; rõ
ne virtutẽ cũ maxime oĩm cõferat,prudẽtiã quãdã eſſe concludiť.ME.Mihi ſane videtur.SO.Quin
etiã in aliis q̃ mõ dicebamus:opulẽtiã atq; ſi\'la tũ vtilia eſſe,tũ noxia:nõne quẽadmodũ prudẽtia cęte
ris animi viribꝰ & officiis p̃ſidẽs,vtilia reddit:imprudẽtia vero cõtraria,ſic & illis animus recte vtẽs
atq; ducẽs bona efficit,nõ recte aũt mala?ME.Prorſus.SO.Recte aũt ducit animꝰ prudẽs,ĩprudẽs ab
errat.ME.Sũt hęc vera.SO.Quãobrẽ oĩno aſſerẽdũ eſt cętera qdẽ hũana oĩa referri ad animũ:& q̃ in
aĩo ſunt,ad prudẽtiã,ſi mõ bona futura ſunt:eaq; rõne prudẽtia ipſum cõferẽs erit,virtutẽ vero cõ
ferre p̃duximꝰ.ME.Oĩno.SO.Ergo prudẽtiã virtutẽ,aut vniuerſam,aut ptẽ aliquã cõfitemur? ME.
Recte mihi hęc oĩa dici videnť.SO.Nõne ſi hęc ita ſe habẽt,haud natura boni hoĩes erũt?ME. Haud
mihi videnť.SO.Id p̃terea cõtingeret,ſi natura boni fierẽt.Adeſſent pfecto nobis q filios noſtros na
tura bonos dignoſcerẽt,eoſq; nos illorũ indiciis ſeligẽtes ĩ arce q̃dã cõſeruaremꝰ: illos multo magis q̃
aurũ obſignãtes,neq; corrũpet:ſed poſtq̃ adoleuerint,vtiles eſſent in rẽp.ciues. ME.Cõſetaneũ hoc
o Socrates.SO.Cũ vero natura boni minime ſint:nũ forſitã diſciplia?ME.Neceſſariũ id apparet. Ac
ſcdm poſitionẽ noſtrã ſequiť,vt ſi ſciã virtus eſt,doctrina pcipiať.SO.Forte p Iouẽ.vereor tñ ne id te
mere cõfeſſi fuerimꝰ.ME.In ſupioribꝰ plane id recte dici viſum eſt.SO.At nõ in p̃terito ſolũ,ſed in p̃
ſenti etiã & futuro tpe tale videri debet,ſiqđ in eo ſinceri futurũ eſt. ME. Quidnam ĩpedimẽti eſt?ad
qđ potiſſimũ reſpiciẽs ſuſpicaris ac diffidis,ne forte virtꝰ ſciã minime ſit?SO.Dicã tibi o Meno:virtu
tẽ qdẽ doceri poſſe,ſi qdẽ ſciã eſt,nequaq̃ reiicio,q̃ſi minus recte ſit dictũ:ꝙ vero ſciã ſit : vide an iure
diffidã.Age id mihi rñde.Siqđ doceri põt:nõ de virtute ſolũ,ſed de quolibet alio loquor,an nõ illiꝰ p̃
ceptores diſcipuloſq; eſſe aliquos neceſſe ẽ?ME.Mihi qdẽ videť.SO . At cõtra cuiꝰ nec doctores extẽt
nec auditores,ſi id doceri nõ poſſe cõiiciamus,nõne pbabiliter cõiectabimus?ME.Sic eſt.ſed num vir
tutis p̃ceptores nullos eſſe cẽſes?SO.Sæpenumero ſiq huius magiſtri eſſent omni ſtudio inueſtigaui
nec vnq̃ inueni:& ſi vna cum cęteris pluribus,atq; iis, vt videbať,huius facultatis peritis id quęſiui.
Et nũc quidem opportune o Meno,iſte iuxta nos aſſedit:quẽ inq̃ſitiõis huius participẽ faciamus.Ac
merito ad id ſocium adhibebimus:hic enĩ primũ diuite & ſapiẽte patre Anthemione natus eſt:q pro
fecto nõ caſu quodã,aut alicuiꝰ largitione opulentus euaſit:quẽadmodum nup Thebanus Iſmenias
Polycratis pecunias nactus:ſed prudentia ppria,atq; vigilãtia lucratus eſt.pręterea nec ſupbus ciuis
neq; inflatus aut difficilis,verũ modeſtus,& frugi faciliſq; vir extitit.Deinde hũc bene educauit eru
diuitq;:cuiꝰ rei teſtis eſt oĩs Atheniẽſis populus,q eũ ad ſummos eligit magiſtratus. par eſt vna cum
huiuſmodi viris,an ſint aliq virtutis magiſtri,& q ſint,paſſim ĩueſtigare.Ergo age o Anyte, q̃re me
cũ vnaq; cũ hoſpite tuo Menone, q̃nã huius rei pręceptores ſint,& in hũc modũ cõſidera.ſi vellemus
Menonem hunc optimũ fieri medicum,ad quos potiſſimum doctores perducęremus?nõne ad medi

An virtus doctrina cõparetur,q̃nt:ac primo oſtẽdiť cõparari qua ſcientia eſſe crediťur, nec etiam natura cõſiſtere.

Merita prudẽtię & imprudẽtię.

Prudẽtiã, aut virtutẽ totam aut partẽ virtutis eſſe.

Non eſſe p̃ceptores virtutis tradendę oſtenditur.

coſ! ANY. Prorſus. SO. Et ſi cerdonẽ optimũ euadere cuperemus, an nõ ad cerdones! ANY. Ita. SO.
Et in aliis eodẽ modo! ANY. Omnino. SO. Sic iterũ de medicis mihi dicas, cũ diximus mittẽdũ hunc
eſſe ad medicos ſi medicũ fore velimus, an nõ id ſentiebamus, vt ſiſti debeat apud eos dũtaxat: qui ar
tẽ illã ꝓfitenť, ac mercedẽ pro ea palã ab auditoribus capiũt, nõne huiꝰ ratio habenda eſt, ſi modo illũ
prudenter locaturi ſimus! ANY. Sic eſt. SO. Et de tibiarũ ſono, ac cęteris omnibus ſimiliter iudican-
dũ. Neq; enim mediocris inſcitia eſſet, dũ ſtuderemus quẽpiã tibicinẽ fieri: cõmendare iis nolle qui fa
cultatẽ hanc pollicenť, mercedẽq; ꝓ reportant, ſed hoc onus illis imponere, qui nec doctrinam ſibi vẽdi
cant: nec eſt apud illos vllus in hac arte diſcipulus: qua inſtrui hunc quẽ mittimus deſideramus. An
non procul a ratione id eſſet! ANY. Per Iouẽ nõ modo abſq; ratione, verũetiã dementia quędam. SO.
Probe loqueris. Nũc itaq; licet tibi cõiter vna mecũ de hoc hoſpite tuo Menone deliberare: hic eñ o
Anyte iãpridẽ mihi dixit, ſe hãc ſapientiã virtutẽq; appetere: qua hoĩes ciuitates & domos recte gu-
bernant, filioſq; ſuos q̃ optime educant: ac ciues & hoſpites tũ admittere tũ dimittere ſciunt: vt bono
viro dignũ eſt. Meditare igiť ad quẽ potiſſimũ huius cõparandę virtutis gratia hunc mittere deceat
An ex his quę modo diximus patet: cõmittendũ his eſſe, qui ſe docturos talia pollicenť: ſeq; palã cui-
q; gręcorũ diſcere volẽti ſemp exponũt: huius diſciplinę praeſcriptum pretium capientes! ANY. At
quos dicis o Socrates! SO. Noſti quodãmodo & ipſe hos eſſe qui publice ſophiſtę vocanť. ANY. Her
cle bona verba quęſo o Socrates. Nullus cognatorũ: vel familiariũ, vel amicorũ, aut ciuiũ, aut hoſpi-
tum in tantam inſaniam incidat, vt iſtis adhaerens, inde ꝑdať. eorũ quippe cõſuetudo manifeſta illoꝝ
qui eos ſectanť: peſtis eſt. SO. Cur ita dicis Anyte! nũ ii qui ſoli ex omni hominũ genere ꝓdeſſe homi
nibus profitenť, tanto cęteris deteriores ſunt, vt nõ modo nõ iuuent quẽadmodũ alii: qđ ipſis tradi-
tũ ſit, verũ cõtra corrũpãt: atq; huius gratia vulgo mercedẽ exigant! Equidẽ nõ video qua ratione ſi
dẽ tibi adhibeã. Noui eñ virum vnum Protagorã, qui plures ob hanc ſapientiã pecunias cumulauit
q̃ aut Phidias ille cuius tam perſpicua pulchraq; opera extant: aut decem alii ſculptores lucrati fue-
rint. ANY. Atqui abſurdũ eſſet, ſi qui calceos veteres conſuunt, veſteſq; reſarciunt, latere nõ poſſent
dies triginta, deteriores reddẽtes q̃ acceperint. SO. Caeterũ ſi talia facerent, breui fame perirẽt. Prota-
goras aũt vniuerſam gręciã annos pluſq̃ quadraginta decepit, dũ familiares peruerteret: deterioreſ
q; redderet q̃ accepiſſet. Nã reor illũ vita deceſſiſſe natũ annos pene ſeptuaginta: quadraginta vero
in hac arte verſatũ. Ac ꝑ omne illud tẽpus, vſq; in hãc diẽ clarus extitit. neq; Protagoras tãtũ, ſed alii
quoq; permulti, partim priores illo, partim etiã nũc vitã agentes. Vtrũ ſcđm orõnẽ tuã dicemus eos
conſcios decipere atq; lędere iuuenes, an ſeipſos quoq; latere, & inſanos hoc pacto illos eſſe, q a nõnul
lis oĩm ſapiẽtiſſimi iudicanť! ANY. Lõge abeſt, vt inſanire dicanť o Socrates: ſed multo magis iuue-
nes: qui illis argentũ tradũt. Atq; his etiã deteriores ſunt ſiq illos quorũ ad ſe cura ꝑtinet, iis cõmit-
tũt. Oĩm poſtremo inſaniſſimę ſunt reſpub. q̃ illos excipiũt, neq; expellũt, ſiue qs aduena ſeu ciuis hoc
opus aggrediať. SO. Nũ aliqs te ſophiſtarũ o Anyte ĩiuria vnq̃ affecit! vel qđ illis ita ſuccẽſes! ANY.
Nulla mihi vnq̃ cũ aliquo illoꝝ cõſuetudo fuit: neq; meorũ aliquẽ illis vti ꝑmitterẽ. SO. Nunq̃ ergo
illorũ mores expertus es. ANY. Neq; ſim: qđ tũ! SO. Quanã rõne dignoſces bonũ ne an malũ ſit cuiꝰ
nullũ feciſti ꝑiculũ! ANY. Liqdo iſtos noui quales ſunt: ſiue exptus ſim, ſiue nõ. SO. Vates forſitan es
o Anyte: hoc. n. te alia rõne nouiſſe ex iis: q̃ mõ dixiſti: admodũ admirarer. Verum nõ eos q̃rimus, ad
quos ꝑfectꝰ Meno inficiať, hi nãq; ſi vis ſophiſtę ſint. Sed opẽ patrio feras amico: oſtẽde illi cuinã adhę
rẽs eoꝝ, q tã amplã vrbẽ colunt, eã quã narrauimꝰ virtutẽ adipiſceť. ANY. Cur ipſe nõ indicas! SO.
At quos ego magiſtros exiſtimauerã, in mediũ iã ꝓduxi: verũ ſecundũ rõnem tuã nihil oĩno profeci.
Ac forte vera loqueris. Itaq; tu quoq; iam ꝑtẽ tuã huius muneris exple. Oſtẽde ad quẽ Athenięſiũ
ꝓficiſcatur. profer cuiuſuis nomẽ. ANY. Quid opus eſt hominis vnius nomẽ audire! quẽcũq; Athe-
nienſiũ nactus fuerit ex bonis clariſq; hominibus, melior illius familiaritate, ſi modo paruerit, euadet
q̃ conſuetudine ſophiſtarũ. SO. Vtrũ vero ii ꝓclari boniq; viri ex ſeipſis nullo inſtituente tales effecti
ſunt, eaq; tñ docere alios poſſunt: licet ipſi a nullo didicerint! ANY. A ſenioribus viris pręclaris: atq;
bonis ꝑcepiſſe arbitror. An nõ tibi videnť in hac ciuitate multi inſignes & optimi homines extitiſſe!
SO. Mihi qdẽ o Anyte eſſe hic viros ciuilis adminiſtratiõis ꝑitos, nec pauciores olim fuiſſe videť. Sed
nũ ꝓceptores idonei virtutis ſuę fuere! hoc eñ eſt de quo nunc diſſeriť, nõ vtrũ ſint aut fuerint hic vi
ri boni, ſed vtrũ virtꝰ doceri poſſit: & ob hoc vtrũ viri boni ſiue ſuperiores ſiue ꝓſentes virtutẽ eam
qua ꝓditi ſunt tradere alteri norint: an forte, nec tradi alteri, nec recipi virtus poſſit. Id inquã eſt, qđ
dudũ ego, ac Meno inq̃rimus. Sic aũt ex ipſa tua oratione conſidera. Num Themiſtoclẽ virũ bonũ fu
iſſe fateris! ANY. Maxĩe oĩm. SO. Et ꝓceptorẽ bonũ virtutis ſuę, ſiqs alius virtutis magiſter ſit, The
miſtoclẽ extitiſſe! ANY. Reor equidẽ dũmodo voluiſſet. SO. Nũ cenſes ipſum noluiſſe alios quoq; bo
nos fieri! filium ſuũ ꝓſertim! an putas inuidiſſe filio, & de induſtria virtutẽ ꝓpriã minime cõmunicaſ
ſe! Audiſtin Themiſtoclẽ filiũ ſuũ Cleophãtũ in equeſtri facultate ſtrenuũ effeciſſe: adeo vt eqs rectꝰ in-

Carpuntur ſo phiſtę, atq; itẽ rũ relaxatur diſputatio.

Protagorã do cuiſſe pluſq̃ annos quadra ginta.

ſiſteret:rectuſq; ex equo iacularet:cęteraq; ꝑmulta ſtupēda ꝑficeret,in q̄b⁹ ille diligēter erudiri cura
uit,ſapientēq; in ſingulis,q̄ p̄ceptores eruditi callebāt,effecit:hęc a maioribus accepiſti? ANY. Audi
ui.SO.Nemo igit̄ naturā filii vtpote malā culpauerit.ANY.Nullus forte.SO.Quid vero ad hoc:au
diſti ne ab aliquo ſeniore aut iuniore Cleophātū Themiſtoclis filiū bonū ac ſapientē in q̄bus pater fu-
erat,extitiſſe?ANY.Nunq̄.SO.Nū Themiſtoclē arbitramur alienis artib⁹ imbuere filiū voluiſſe:pa-
terna vero virtute nihilo vicinis ſuis ꝓſtātiorē facere curauiſſe:ſi quidē doceri virtus vllo pacto poſ-
ſet?ANY.Forte ꝑ Iouē minime.SO.Talis igit̄ hic virtutis magiſter fuit:quē ipſe vnū ex antiq̄s opti-
mū aſſeris.Cōſideremus iā & aliū Ariſtidē Lyſimachi filiū.nōne hūc quoq; bonū fuiſſe cenſes?ANY.
Et maxīe q̄dē.SO.An nō & iſte filiū ſuū Lyſimachū in oībus q̄ p̄ceptores vlli ꝓfiterent:optime Athe
nięſiū oīm eruditū euadere voluit?Nū quouis alio meliorē virū eū fecit? hūc etenim allocutus es, &
qualis ſit optime noſti.Preterea ſi vis Periclē virū magnopere ſapientē cōſidera,duos vt te minime ꝑ
terit,filios educauit:Paralū & Xāthippū.ANY.Noui equidē.SO.Hos vt ipſe noſti tum in equeſtri
peritia,tū in muſica,tū etiā in certaminibus prę cęteris Athenięſibus inſtruxit.Ac deniq; in nullo eo
rū quę arte ꝑcipiūt,inferiores aliis eſſe voluit: bonos aūt viros an nō fore cupiebat?voluiſſe q̄dē exiſti
mo:ſed id doceri minime potuiſſe.Ne aūt putes paucos ignobiliſſimoſq; Athenięſiū id aſſeq nō poſſe:
aduerte iterū ꝙ Thucydides duos filios educauit,Meliſiā atq; Stephanū,quos & cętera diligēter edo
cuit,& palęſtrā in primis,vt in ea Athenięſes reliquos ſuparit.Vnū q̄dē Xāthię:Eudoro alterū cōmē
dauit:hi vero in palęſtrę ludo cęteris oībus illis tꝑibus precellere putabant. nonne meminiſti? ANY.
Audiui equidē.SO.Neq; vero iſte cū q̄ ſumptu maxīo diſcebant,filios callere voluerit,virtutē ſolam
quā abſq; pecuniis tradidiſſet:ſi mō doceri potuiſſet,aſſeq filios noluiſſe putādus ē. An forte Thucy
dides ignobilis erat:nec amici ſibi plurimi tā ciues q̄ cōmilitones & ſocii aderāt?Quinimo & āpla fa-
milia ortus & ſummæ cuiuſdā auctoritatis tum apd̄ cōciues ſuos,tū etiā apd̄ oēs gręcos erat.Ideoq;
ſi ꝑ doctrinā cōparari bonitas potuiſſet,inueniſſet ſaltē vel ciuē aliquē vel ꝑegrinū,qui filios eius bo-
nos efficeret, ſi minus ipſi ad id docedū ocii a reip.negotiis ſupfuiſſet.Sed vide o amice Anyte,ne for-
te virtus doceri neq̄at.ANY.O Socrates liberius q̄ decet,hoīes mihi vituperare videris. Itaq; tibi cō
'Athenis peri-
culoſum erat
quēq̄ aliquem
iniuria afficere.
ſulo ſi mō parere vis:vt tibi caueas:forte eñ alia in vrbe leue eſt,vel iniuria,vel beneficio ciues affice-
re:in hac aūt graue nimiū ac ꝑiculoſum:neq; id te fugere arbitror.SO.O Meno Anytus hic ſuccēſe
re mihi videt̄:neq; id miror.prīo.n.hos me viros vituperare cēſet,deinde ſe vnū ex iis arbitrat̄. Verū
hic ſiq̄ñ didicerit q̄d ſit hoīb⁹ detrahere,haud vlteri⁹ ſuccēſebit:in p̄ſentia vero ignorat.At ipſe mihi
dicas vtrū apud nos clari,ac boni viri ſint?ME.Sunt certe.SO.Volūt ne iſti iuuenib⁹ ſeipſos p̄cepto-
res exponere?atq; id ꝓfiteri?vel virtutē doceri poſſe fatent̄?ME.Nō ꝑ Iouē o Socrates: ſed interdū ab
illis doceri poſſe virtutē,alias nō poſſe audies.SO.An hos dicimus hui⁹ rei magiſtros,inter quos nō
dū id cōuenit?ME.Nequaq̄ mihi videt̄ o Socrates.SO.Quid vero,nū ſophiſtas ſiq̄dē ii ſoli id ꝓdicāt
magiſtros virtutis exiſtimas?ME.Gorgiā in hoc vehemēter admiror & amo,ꝙ nunq̄ illū hoc pollicē
tē audias.Immo & alios ridet,quotiēs polliceri ſentit:putat aūt hoc dūtaxat ꝓmittēdū eſſe,eloquētes
ſcilicet vehemēteſq; hoīes reddere.SO.Nō ergo ſophiſtę hui⁹ p̄ceptores eſſe tibi vident̄.ME. Neſcio
q̄d dicā o Socrates.nā mihi quoq; idē q̄d plurimis accidit:tū.n.p̄ceptores puto:tū nego.SO.Scito nō
tibi ſoli hoc cęteriſq; ciuilibus euenire,vt interdū doceri virtutē credatis,alias vero negetis,verūetiā
Theognidis
p̄cepta digna
cognitu.
poetæ Theognidi eadē oīno dicēti.ME.Quibuſnā carminibus? SO.Elegis in hunc modū. Hos ꝓpe
bibe & comede,cū iis vna ſedeto:iis obſeq̄re:quorū magna poteſtas. a bonis eñ bona perdiſces. Quod ſi
malis adhęſeris,quā habes mētē ꝓculdubio ꝑdes. Vides iā ꝙ in iis ita loquit̄,quaſi virtus diſci poſſit?
ME.Apparet.SO.At vero paulo poſt ſic inq̄t.Si ſana mēs homini tradi poſſet , multā ſane magnāq;
mercedē q id efficerent reportarent.Neq; bono ex patre filius malus eſſet prudētibus monitis ꝑſua-
ſus.verū docēdo nūq̄ ex malo bonū hominē facies.Cernis hūc circa eadē cōtraria ſibiipſi ꝓferre?ME.
Videt̄.SO.Nū aliq̄d aliud noſti,cuius q p̄ceptores eſſe ꝓfeſſi ſunt,deinde id nedū docere alios poſſe:
ſed ne ipſi quidē ſcire dicant̄:ſed in eo ipſo improbi eſſe,cui⁹ ſe aſſerūt p̄ceptores,& qui clari eſſe in eo
dicunt̄,nunc doceri poſſe:nūc vero nō poſſe ferant?eos ne q in hac cōtrouerſia ſunt, preceptores nun
cupas?ME.Minime.SO.Ergo ſi neq; ſophiſtę,neq; boni clariq; viri huius rei doctores ſunt,multo mi
nus cæteri præceptores erūt.ME.Certe.SO.Si non ſunt præceptores neq; diſcipuli etiam.ME.Sic vt
ais mihi videtur.SO.An non confeſſi ſumus illud,cuius nec magiſtri neq; diſcipuli ſunt,doceri mi-
nime poſſe?ME.Confeſſi ſumus.SO.Et virtutis nuſq̄ pręceptores reperiuntur?ME.Nuſq̄.SO.Si nō
præceptores,neq; diſcipuli etiam. ME.Sic apparet. SO. Virtus ergo doceri neq̄t.ME.Sic videtur, ſi
quidem nos recte diiudicauimus.Quāobrem vehementer admiror o Socrates bonos vllos inter ho-
Prodicus præ-
ceptor Socra-
tis.
mines reperiri,& quę ſit ratio qua boni fiunt,ambigo.SO.Videmur o Meno ego ſimul & tu paruī
pretii eſſe. videtur Gorgias quoq; te:ac me Prodic⁹ haud ſatis erudiiſſe.Itaq; maxime omniū ad noſ
ipſos reuocanda mens eſt,quęrenduſq; aliquis qui hoc vno nos meliores efficiat.Haec autem dico ad

ſuperiorē inq̄ſitionē reſpiciēs,q̄a nos ridicule latuit,ꝙ nō ſolū ducēte ſciētia negotia recte,atq; bñ ꝑcedūt,vel forte nos ſubterfugit,qua rōne boni hoīes efficiunẽ.ME.Quo pacto id ais o Socrates?SO.Sic ꝙ qdē bonos viros vtiles eſſe oporteat,ꝓbe cōfeſſi ſumus,cū nunq̄ ſe res aliter habeat:nōne?ME.Ita.SO.Q; ve vtiles futuri ſint,ſi recte agendis p̄ſint etiam ꝓbe inter nos cōuenit.ME.Probe.SO.Q; vero nullus recte p̄eſſe poſſit,niſi ſit prudēs,haud ſatis recte aſſeueraſſe videmus.ME.Quō recte dicis?SO.Dicā.q iter nouit Lariſſam,vel alio quouis ꝓficiſcatur,& alios ducat:nōne recte atq; bene ꝑducet?ME.Prorſus.SO.Quid vero ſi quis recte opinaẽ,q̄ via ferat Lariſſam,nunq̄ tñ ꝓfectus ſit neq; ſciuerit:nōne iſte quoq; recte duceret?ME.Valde.SO.Et donec rectā opinionē habet,de qb⁹ alter ſciētiam:nihilo deterior dux erit exiſtimās qdē vera,ſciens minime:q̄ is qui iſta nouit?ME.Nihilo certe.SO.Vera ergo opinio ad recte agēdū nihilo min⁹ q̄ prudētia valet.Atq; id eſt qd in cōſideratiōe virtutis in ſupioribus p̄termiſimus:dū ſolā prudētiā recte agēdi ducē aſſereremus.hæc aūt erat opinio vera.ME.Videẽ.SO.Nū igiẽ nihilo minus recta opinio q̄ ſcīa cōfert?ME.Hoc vtiq; minus confert o Socrates,ꝙ quicūq; ſciētiā habet ſemꝑ aſſequitur:q vero rectā opinionē:interdū quidē cōſequiẽ,nō nunq̄ vero fallië.SO.Quid ais?qui recta opinione incedit,nōne q̄diu opinaẽ recte,ſemꝑ voti cōpos efficië?ME.Neceſſariū apparet.Quāobrē miror,quare cū ita ſit:ſciētia tñ longe admodū p̄ſtātior habeatur q̄ recta opinio:& cur vtraq; illarū aliud quiddā ſit,dubito.SO.Noſtin quā ob cauſam id mireris?an ipſe vis tibi dicā?ME.Dic prorſus.SO.Quia Dędali ſtatuas nunq̄ conſideraſti:forte vero neq; apud vos extāt.ME.Quorſum hæc?SO.Q̃m hę niſi ligenẽ,diſcedūt atq; aufugiunt:ligatę ꝑmanēt.ME.Quid tū?SO.Ex eius artificiis,qd ſolutū eſt,haud multę ęſtimationis eſt,inſtar fugitiui hoīs.neq;.n.permanet.ligatū vero admiratione dignū.pulcherrima.n.opa ſunt.Cuius hęc gratia dico?Verarū opinionū gratia:hæ quippe quouſq; ſtabiles perſeuerāt,pulchra q̄dā opa ſunt,oīaq; bona ꝑficiūt.Attamē diu cōſiſtere nolūt:ſed ex hoīs aīo cōfeſtim effugiunt:quapropter nō multi pretii ſunt donec qs illas ratiocinatione a cauſis ducta liget.hæc vero amice Meno reminiſcētia eſt,vt ſupra inter nos cōuenit.Poſtq̄ vero ligatę ſunt,primo qdē ſciētię fiūt:deinde p̄ſeuerātes.ꝓpterea q; ſcīa recta opinione p̄ſtantior eſt,ab eaq; vinculo quodā diſcrepat.ME.Per Iouē o Socrates congrua cōparatio.SO.Quinetiā ipſe non tanq̄ ſciēs:ſed vt cōiectās ita loquor.Q; vero eſt aliud qddā vera opinio atq; ſciētia,plane mihi cōiicere videor.Sed & ſi qcq̄ aliud me ſcire faterer,quę ſane pauca dicerē,vnū hoc iis q̄ ſcirē adnumerarē.ME.Probe o Socrates loq̄ris.SO.Quid vero?nonne hoc quoq; recte,ꝙ vera opinio opus qdlibet ducēs nihilo peius q̄ ſcīa illud aſſequië?ME.Hoc quoq; verū.SO.Nihil igiẽ vera opinio q̄ ſcientia deterior,nec minus ad actiones vtilis eſt:neq; vir verā opinionē habēs q̄ ſcīa p̄ditus.ME.Ita eſt.SO.Quinetiā virū bonū vtilē eſſe cōuenim⁹.ME.Cōuenimus.SO.Si igiẽ hoīes nō ꝑ ipſam ſciam ſolū boni atq; vtiles ciuitatibus eſſent,ſi mō inuenirenẽ:ſed etiā ꝓpter opinionē rectā:horū vero neutrū natura hoībus ineſt,neq; ſcīa,neq; vera opinio,neq; etiā aduentitia hęc ſunt:nū videẽ iſtoꝝ aliqd natura ineſſe?ME.Mihi nequaq̄.SO.Nōne poſtq̄ natura nō inſunt:neq; boni etiā viri natura erunt?ME.Non ſane.SO.Quoniā vero nequaq̄ natura,vtrū doctrina conſiderabamus?ME.Ita.SO.Et doctrina cōparabilis viſa eſt ſi ſit prudētia virtus?ME.Eſt.SO.Et ſi cōparabilis ꝑ doctrinā,prudētia quoq; viſa ē?ME.Prorſus.SO.Ac ſi p̄ceptores eēnt,doceri poſſe,ſi nō,minime?ME.Sic eſt.SO.Et p̄ceptores eius eſſe cōi cōſenſu negauimus?ME.Negauimus.SO.Concluſimus itaq;,neq; doceri illam,neq; prudētiam eſſe.ME.Cōcluſimus.SO.Pręterea bonū ipſum eſſe conceſſim⁹.ME.Cōceſſimus.SO.Bonū aūt & vtile eſſe recte ducēs.ME.Maxime.SO.Recte deniq; ducere duo hęc ſola,verā opinionē atq; ſciētiā:qbus homo p̄ditus recte ducit.Quę eñ fortuna cōtingūt,imperio hoīs nequaq̄ fiunt:quib⁹ aūt homo ad rectū dux eſt,duo hęc opinio vera:atq; ſciētia.ME.Idē mihi videẽ.SO.Igiẽ cū virtus doctrina ꝑcipi nequeat,nequaq̄ ſciētia eſt.ME.Nō apparet.SO.Cū ergo duo ſint bona atq; vtilia,alterū illorū excipiẽ:neq; erit in actiōe ciuili ſciētia ducēs.ME.Nō vt mihi videẽ.SO.Nō ergo ſapiētia q̄dā,neq; vt ſapiētes ipſi ciuiles hoīes rēpublicā adminiſtrant:cuiuſmodi q Themiſtoclis temporibus:& quos pauloāte Anytus retulit,extiterūt.Vñ nec cęteros tales quales ipſi ſunt,reddere poſſunt:vtpote qui ſciētia nulla ſint tales.ME.Sicut ais eſſe videẽ o Socrates.SO.Si nō ſcientia,reſtat vt opinione recta vtētes ciuiles viri ciuitates gubernēt,haud ſecus ad prudētiam ſe habētes,ac vates diuinoq; furore correpti.Et.n.hi vera q̄plurima nūtiāt:nihil tñ eorū q̄ loquunẽ intelligūt.ME.Sic eē videẽ.SO.Nonne igiẽ o Meno diuinos hmōi viros appellare decet:q mēte nequaq̄ vtētes multa tñ ac magna & agēdo & dicēdo diſponūt?ME.Prorſus.SO.Quāobrē merito diuinos vocabimus,quos mō p̄dixim⁹ vates furēteſq; ac poeticos hoīes vniuerſos:ciuileſq; hoīes nō min⁹ q̄ reliquos diuinos exiſtimabim⁹ diuino afflatos numine deoq; penitus occupatos:q̄nquidē rēpu.dirigūt:multa maximaq; dicentes,q̄ nequaq̄ intelligunt.ME.Maxime.SO.Mulieres quoq; o Meno bonos viros diuinos nuncupāt.Et Laconici quotiens bonū quendā virū cōmendare volūt,Diuinus hic vir aiunt.ME.Et recte quidem loqui videntur o Socrates:q̄q̄ Anytus hic tibi forte talia loquenti ſuccenſet.SO.Haudquaq̄ mihi curę

Excogitatur opinio recta : quæ etiā vera opinio vocaẽ.

Mōſtraẽ cōuenientia rectę opinionis atq; ſcientię.

Dędali ſtatuę.

Dīa inter rectam opinionem & ſciētiā.

Recta opinio eſt reminiſcentia.

Duo recte ducunt vera opinio atq; ſcīa.

Qui bon⁹ vir eſt:is diuinus appellatur.

Vñ ad ſe virt⁹ eſt: cum hoc enim o Meno alias diſſeremus. Si autem nos in omni hac diſputatione recte pſcrutati ſumus, virt⁹ vtiq; nec doctrina neq; natura nobis aderit: verũ diuina ſorte abſq; mẽte in eũ q illã ſortitus fuerit, influet: niſi forte qs ex ciuilibus talis exiſtat, vt aliũ quoq; ciuilẽ efficere poſſit. Q; ſi extiterit, talis hic inter viuẽtes erit, qualẽ Homerus ait Tireſiã inter mortuos eſſe: ſic dicẽs. Sapiẽtia praſtat ſolus iis, qui apud inferos: cęteri vero vmbrę volitãt. Silr̃ & ciuis hic ad alios tanq̃ ad vmbras ſe haberet. Vera eñ res quo ad virtutẽ eſſet. ME. Optime mihi dicere videris o Socrates. SO. Ex hac itaq; rõne o Meno diuina ſorte virtus adeſſe cuicũq; adſit apparet. Veritatẽ tñ de hoc pſpicuã tũ deniq; cõprehẽdemus, cũ anteq̃ quo pacto virt⁹ adſit q̃rat̃, qd ipſa ſecũdũ ſeipſam ſit, inueſtigare tentarim⁹. Nũc aũt hora iã eſt: vt hinc alio abeã. Ipſe vero qd tibi pſuaſum eſt, Anyto huic hoſpiti tuo iterũ perſuade vt mitior ſit. Nam ſi ei hoc perſuaſeris, Athenienſes quoq; iuuabis.

Argumentum Marſilii in Alcibiadem primum, vel de Natura hominis.

CAndidiſſimus Platonis noſtri liber q Alcibiades primus inſcribit̃: Alcibiade ipſo venuſtior & om̃i carior auro, qd hõ eſt, qd ei⁹ officiũ doceт. Eſt aũt hõ aĩa rõnalis mẽtis pticeps, corpe vtẽs. Ex hac definitione illius officiũ trahit̃ trifariã diſtributũ. Vt. n. rõalis aĩa ẽ, ĩ ſeipſam circulo quodã rõcinatiõis ſeſe aĩaduertẽdo reflectit̃. Vt mẽtis pticeps, ĩ diuinã mẽtẽ velut riuul⁹ ĩ fontẽ ſuũ refluit. Vt vtẽs corpe: hũanis negotiis gubernãdis ĩcũbit. Perfectũ igit̃ & abſolutũ hoĩs officiũ ẽ, prĩo qdẽ vt naturam ſuam animaduertat: deĩde ab illa tãq̃ ab imagine & effectu ad diuinam mẽtem exemplar eius & cauſam cõuertat̃. A q̃ hoĩs aĩm⁹ illuſtratus, ipm̃ bonũ, ipm̃ vtile, ipm̃ pulchrũ, ipm̃ iuſtũ intelligit ſuũq; bonũ, vtile pulchrũ, iuſtũ pfecte cõphẽdit. Vñ qd bonũ: qd vtile alioꝝ hoĩm qbuſcũ verſat̃: qbuſve impat: noſcit. cũq; bonũ abſolutũ, bonũ ſui: bonũ alioꝝ cognouerit: ad ſeipm̃ iam & aliũ vnũquẽq; curãdũ ſcd̃m cogniti boni normã debet accedere. Philoſophię ſtudio, moralis, mathematicę, theologię op⁹ eſt: vt ad ſeipm̃ & ad mẽtẽ ſui cauſam redeat. Moralis q̃ppe & mathematica diſciplina aĩum in corp⁹ merſum ĩ ſeipm̃ reſtituit: theologia ſupra ſe rapit, & extra ſeipſum attollit in deũ. Mẽtis diuinę idearũq; cognitio ſapiẽtia dr̃. Suiipſi⁹ notitia, & ſui ſuorũq; boni vtiliſq; ĩuẽtio ex diuinę mẽtis intuitu manãs prudẽtia nuncupat̃. Prudẽtia ſane vt bonũ intelligit, hũanas actiones tã publicas q̃ priuatas ad finẽ optimũ refert. Vt vtile, p cõmoda media ꝓpriaſq; vias, qb⁹ ad finẽ pueniat, dirigit. Vt pulchrũ, qs ordo, qs modus in hoc ꝓgreſſu q̃ſi quodã itinere ſit ſeruãdus inſtituit. Vt iuſtũ: q̃ diſtinctio ſingulorũ opũ, q̃ obſeruãtia ĩpoſiti ordinis, qd̃ ſuppliciũ trãſgrediẽtis, qd̃ p̃miũ legẽ hui⁹ itineris obſeruãtis pſcribit. A phĩa igit̃ ad ſapiẽtiã, a ſapiẽtia ad prudẽtiã fit acceſſus: prudẽtia vero magiſtra vitę diſciplinã ſui cuiuſq; rei familiaris & reip. tribuit: hõ p prudentiã gubernat: domus autẽ & ciuitas p amicitiã publicã iuſtitiãq; ſeruant̃. Publicã amicitiã voco cõſenſionẽ illã qua cuncti ſub eadẽ lege & pricipe lĩbẽter cõueniũt: & ad eũdẽ finẽ reſpiciũt. Iuſtitiã publicã nomino legitimã diſtinctionẽ q̃ ſinguli licet ſub eodẽ principe, & ad eũdẽ finẽ hoc eſt publicũ bonũ, diuerſo tñ tramite proficiſcunt̃: variãq; officiorũ diſtributionẽ ꝓ natura & dignitate vniuſcuiuſq; a natura, & legibus aſſignatã ſeruãt ꝓprioq; munere ſine vſurpatione alieni fungunt̃. Inſunt in hoc dialogo theologicę dictiones duę, ipſum idẽ, ipſum, & ipſum vnũquodq;. Circa hoĩem illa ſignificat aĩam vt idęã: hæc aĩam in corpe. Sed de iis latius in cõmentariis, q̃ in decem hos Platonis dialogos ſcribere iam inſtitui.

Ipſum idem: ipſum vnum quodq;.

ALCIBIADES PRIMVS VEL DE NATVRA HOMINIS. SO. ALCI.

SO. OFili Clinię admirari te arbitror q̃ cũ prim⁹ ipſe oĩm amare te cœperĩ, cęteris deſinẽtibus te diligere, ſolus in bñuolẽtia pſeuero: & cũ amici reliq frequẽtiori cõſuetudine tibi quotidie moleſti fuerint, ego tot annis minime ſalutauerim. Hui⁹ aũt rei cã nõ humanũ q̃ppiã, ſed repugnãtia q̃dã dęmonii fuit, cuius potẽtiã in ſequẽtib⁹ audies. Nũc vero cũ nõ vltra repugnet, huc ita pfectus ſum. Spero inſup nec in poſterum nobis aduerſaturũ. Supiori aũt tẽpore cõſiderabã quo pacto erga tuos amicos te gereres. Qui q̃uis multi eſſent atq; ſupbi, nemo tñ ex illis fuit, quin abs te faſtu ſupatus abierit. Quã ve ob cauſam illos cõtẽpſeris, explicabo. Ais eñ te nulla in re hoĩbus aliis indigere. quippe q̃ tibi inſunt: ita eſſe p̃clara vt nec ad corporis, nec ad animi bona cuiuſq̃ egeas. Exiſtimas te in primis procero, atq; decoro corporis habitu plurimũ excellere. Atq; id apud oẽs conſtat. Nobiliſſimo p̃terea genere ortũ te prędicas prę cęteris q in hac vrbe ſunt, ciuitatũ gręcarũ ampliſſima: ex paterno quidem latere amicos: atq; cognatos adeſſe q̃plurimos & optimos viros: q tibi omnia cũ opus fuerit: ſubminiſtrare poſſint. Maternos quoq; nec his inferiores, neq; etiã pauciores. Sed multo maiorem iis omnibus auctoritatem afferre tibi ad res agendas Periclem Xãthippi filium: quẽ quidem pater tu⁹ tutorem tibi fratriq; reliquit: qui nõ in hac ciuitate ſolũ: quęcunq; vult, poteſt: ſed in omni Gręcia: &

Occaſio dialogi in quo itroductur Alcibiades iuuẽis pulcherrimus Gręcoꝝ generoſus diues habens indolem & ſpẽ magno rũ geſtoꝝ: vt oſideretur natura hoĩs non eſſe in his partibus.

Athenę gręcarũ vrbiũ ampliſſimę.

in multis etiã ac latis barbarorũ generibus. Adderẽ quoqꝫ ãpliſſimas tuorũ diuitias, niſi te ſcirẽ in iis
minime oĩm gloriari. Horũ oĩm cauſa faſtu elat⁹ familiares oẽs ſupbia ſupaſti. Atqꝫ ipſi vtpote ĩferio
res tibi ceſſerũt. Neqꝫ vero iſta te latuere. Quãobrẽ neqꝫ me etiã fugit admirari te, quo aĩo in beneuo
lentia pſeuerauerim, quam ve ſpem de te cõceperim, ꝙ aliis te relinquentibus ipſe ſolus omniũ perſti
ti. AL. At iſtud forte neſcis o Socrates, te nũc me paulo ꝑueniſſe. Venerat enim in animũ mihi, vt te
prior adortus hęc eadẽ te rogarẽ, Quidnã vis? qd ſperans me turbas: vt ſemp vbicũqꝫ ſum, tu quoqꝫ
obſeruantiſſime adſis? Reuera enim quod ſit cõſiliũ tuũ admiror, illudqꝫ libenter audirẽ. SO. Audies
igitur hoc a me vt decet ꝗprimũ, ſi quidẽ vt ais noſſe deſideras quid cogitẽ. Ego eñ tanq̃ expectanti,
& auſcultaturo id referã. AL. Et maxime qdẽ: dicas modo. SO. Vide itaqꝫ. neqꝫ eñ mirũ videri debet:
ſi quẽadmodũ vix incepi, ita vix deſinã. AL. O vir optime dic iã, audiã eñ. SO. Dicendum eſt ꝓfecto.
Arduũ quidẽ eſt, cũ eo q amicos cęteros ſupauerit, amicitiã cõſuetudinẽqꝫ inire. Audendũ tñ ſniam
meã exprimere. Egdem o Alcibiades ſi te cognouiſſem iis rebus quas ſupra narrauimus, eſſe conten
tum, vitãqꝫ illis tuã mãcipauiſſe: iãdiu vt mihi qdẽ videor, beneuolentiã erga te meam depoſuiſſem.
Nunc aũt alias quaſdã tuas de teipſo cogitationes arguã: intelligas quã ob cauſam cũ ſemel tibi mẽ
tem adhibuerim: nunq̃ deſtiti. Videris mihi ſane ſi qs deus tibi dixerit o Alcibiades: Nunquid viue
re vis ea ſola poſſidẽs q̃ nũc habes? an ſtatim obire niſi pſtantiora q̃dã aſſeq liceat? mortẽ potius electu
rus. At vero q̃ nũc ſpe vitã agas aperiã. putas. n. ſi mox in Athenienſis populi cõcionẽ aſcẽderis: qđ q
dẽ paucos poſt dies futurũ exiſtimas: Athenienſibus demõſtraturũ te maiori dignum eſſe honore, q̃
aut Pericles ſit, aut alius quiſq̃ fuerit eorũ: qui ſuperioribus ſęculis floruerunt: qđ ſi oſtenderis, maxi
mę apud ciues tuos auctoritatis fore. Atq ſi plurimũ hac in vrbe poſſis, oĩm quoqꝫ Gręcorꝫ, atqꝫ etiã
Barbarorũ quicũqꝫ eãdẽ quã & Gręci ĩcolũt regionẽ clariſſimũ te futurũ. Et ſi deus idẽ imperiũ Eu
ropę cõceſſerit: trãſire tñ in Aſiã & ibi rebus agẽdis prięeſſe vetuerit, nõdũ electur⁹ mihi videris cum
his ſolis vitã degere, niſi nomẽ tuũ atqꝫ potẽtiã, vt ita dicã, p oĩa hoĩm genera ꝑpagare. Teqꝫ arbitror
ꝑter Cyrũ ac Xerxẽ neminẽ memoria dignũ exiſtimare. Qꝫ igiť hmõi ſpe nutriris, non cõiecto eqdẽ,
ſed certo ſcio. forte etiã & tu cõfiteberis: vtpote tui cõſcius, me vera dixiſſe. AL. Quid hęc o Socrates
ad eã rationẽ quã aſſignare volebas, ob quã me nõdũ deſerueris? SO. Ego tibi dicã o amice Cliniæ &
Dinomachis fili. has cogitatiões tuas ad optatũ finẽ ꝑducere, abſqꝫ me minime potes: vſqꝫ adeo in te
ac tua negotia me poſſe cõfido. Quapropter deũ ipſum cẽſeo nõ pmiſiſſe olim me tecũ diſſerere: atqꝫ
ego expectaui donec ille pmitteret. Vt eñ tu ſperas ciuitati tuę oſtẽdere poſſe omni te apud eã hono
re dignũ eſſe, atqꝫ his demõſtratis nihil adeo magnũ reſtare, qđ nõ ſtatim cõficere poſſis, ſic & ipe plu
rimũ apud te poſſe cõfido cũ primũ oñdero cũctis me digniorẽ eſſe, nec tutorẽ, neqꝫ cognatũ, neqꝫ ali
um quẽpiã ꝑter vnicũ me deo fauẽte tibi eã potẽtiã quã deſideras traditurũ. Qꝫ diu igiť eras iunior,
necdũ in ſpẽ tantã veneras, mea quidẽ ſnia, deus tecũ diſputare ꝓhibuit, ne fruſtra cõtẽderẽ. Nũc ve
ro impulit. nũc igiť audies. AL. Lõge mihi nũc mirabilior videris o Socrates poſtq̃ loq mecũ cœpiſti
q̃ dũ tacitus me ſequebaris: q̃q̃ etiã tunc aſpectu talis maxime videbaris. Si igiť vtrũ ego hęc mente
verſarẽ necne, vt videť, optime cognouiſti, etiã ſi minus verbis expſſero: nihil iã negotii erit vlterius
ad te pſuadendum: eſto ſane. Si ergo hæc ipſe maxime intẽdo quonã mõ p te cõſequar: nec ſine te iſta
pficiẽť? potes ne dicere? SO. Interrogas ne an ꝓlixũ ſermonẽ incepturus ſim, quales audire ſolitus es?
Neqꝫ vero id mei moris eſt. Verũtñ oſtẽdere tibi poſſum vt arbitror, hęc ita ſe habere: mõ in hoc vno
dũtaxat mihi obſeq velis. AL. Niſi arduũ quiddã exigas, cõcedo. SO. Nũ difficile tibi videť ad interro
gata rñdere? AL. Nequaq̃. SO. Reſponde igiť. AL. Interroga. SO. An te interrogẽ vt cogitãtẽ ea q̃ co
gitare te dixi? AL. Eſto ſi placet vt tandẽ quid feras videam. SO. Age vtiqꝫ. intẽdis vt ſupra dixi breui
adire Atheniẽſem populũ cõſulturus. Si tibi igiť mox ad cõcionẽ ꝓfecturo ego obuius dicerẽ: o Alci
biades poſtq̃ Atheniẽſes de aliquo deliberare cõſtituerunt: ſurrexiſti & tu deliberaturus: vtrũ de iis
q̃ tu melius q̃ illi calles? qd rñderes ad hæc? AL. Reſponderẽ ſane de iis q̃ meli⁹ noſſẽ. SO. Quę igiť no
ſti de iis quoqꝫ es cõſultor bon⁹? AL. Quid ni? SO. Nõne hęc ſola cognoſcis, q̃ ab aliis didiciſti, vel ipſe
p te inueniſti? AL. Quęnam alia? SO. Eſt aliquid qđ quandoqꝫ didiceris vel inueneris cũ nolles inueni
re vel diſcere? AL. Nõ eſt. SO. Nunquid voluiſti vnq̃ inquirere ſiue diſcere quæ te ſcire putabas? AL.
Nunq̃. SO. Quę nũc ſcis, fuit q̃ñqꝫ tẽpus, q̃ñ te ignorare putabas? AL. Neceſſe eſt. SO. Atq q̃ didiciſti
ferme & ipſe cognoui: ꝙ ſi qd me fugerit dicas. Didiciſti. n. vt memini literas, citharã pulſare, palęſtrã
nã inflare tibias noluiſti. Hęc ſunt quorũ tu ſciam habes: niſi quid clãculũ forte didiceris. puto autẽ
nec noctu neqꝫ die exiſſe te domo nos latentẽ. AL. Nullos ꝑterq̃ horũ triũ pceptores audiui. SO. An
quotiẽs Atheniẽſes de literis cõſultabũt, quo pacto ſcribi debeãt, ad cõſiliũ accedes? AL. Nõ p Iouem.
SO. At cũ de lyra pulſanda? AL. Nullo mõ. SO. Neqꝫ de palęſtris etiã in concione diſceptare cõſueue
rũt. AL. Minime. SO. Q̃ñ igiť & qua de re cõſultantibus? nõ enim cũ de ędificiis. AL. Non certe. SO.
Aedificator eñ melius q̃ tu cõſulet. AL. Ita. SO. Neqꝫ tñ cũ de vaticinio diſceptabunt. AL. Nequaq̃

Captat a te ipſa bñuolentiã & attẽtionem.

A pſona dicẽtis.

Duobus modis cognoſcimus, aut inueniendo aut diſcendo.

Alcibiades inflare tibias noluit.

SO.Fatidicus enim hęc melius q̃ tu.AL.Melius.SO.Seu paruus ſiue magnus,ſeu formoſus ſiue de-
formis,vel generoſus,vel ignobilis.AL.Certe.SO.Sciētis eñ officiũ eſt nõ diuitis de vnoquoq; cõſu
lere.AL.Quid ni?SO.Atq; ideo ſeu diues ſit ſiue paup ille q monet,nihil intererit apud Atheniẽſes,
qñ deliberabũt q̃ rõne ciues bñ valeãt,ſed q̃rẽt dũtaxat vt medicus ſit conſultor.AL.Et merito. SO.
Qñ igiť & in qua cauſa idoneus cõſultor eris?AL.Qñ de negotiis eoꝝ deliberabũt. SO. An cũ de re
nauali q̃rent,quales oportet naues fabricare ? AL. Non o Socrates.SO. Naues eñ ſtruere neſcis. Eſt
ne haec cauſa,an aliud quiddam?AL.Nil aliud.SO.At vero de quibus eorum negotiis dicebas? AL.
Cũ de bello o Socrates,vel pace,aut alio quopiã ciuitatis negotio.SO.Nũ dicis cũ diſputabũt qb⁹cũ
pax retractãda ſit,& aduerſus quos bellũ gerẽdũ,& quo pacto?AL.Profecto.SO.Oportet aũt quib⁹
opꝑęptiũ eſt hęc indicere?AL.His ipſis.SO.Et tũc ſolũ qñ melius?AL.Oĩno.SO.Atq; tãdiu q̃diu pſ-
ſtat?AL.Certe.SO.Si ergo q̃rerẽt Atheniẽſes aduerſus quos palęſtra vel pugnis certandũ ſit, & quõ
ipſe melius q̃ gymnaſii magiſter cõſuleres?AL.Gymnaſii magiſter melius.SO.Potes ne dicere ad qđ
ille reſpiciẽs admonebit qbus cũ luctandũ ſit palęſtra vel nõ:& qñ & quo pacto?Tale aliqd dico:non
ne cũ iis certãdũ,cũ qb⁹ cũ operęptiũ eſt?AL.Cũ iis vtiq;.SO.Et q̃tũ pręſtat?AL.Et q̃tũ pſtat.SO. Et
tũc,qñ melius?AL.Prorſus.SO.Quinetiã cãtorẽ oportet pulſare citharã,& ſaltare ad cãtilenæ ipſi⁹
excẽplar.AL.Oportet.SO.Nõne tũc qñ meli⁹?AL.Tũc certe.SO.Et tãtũ quãtũ meli⁹? AL. Cõfiteor.
SO.Quid ergo poſtq̃ ipſum melius in vtriſq; nominaſti,& in pulſatione citharę,ſecundũ cantilenã
& in palęſtra,qđ vocas in recto ad cãtũ ſono melius?queãdmodũ ego in palęſtra voco gymnaſticum.
Tu aũt qđ illud appellas?AL.Haud intelligo.SO.Sed conare me imitari.Eqdẽ ipſum melius reſpon-
derẽ id qđ p oĩa recte ſe habet.Recte vero ſe habet qđ ſecũdũ artẽ ſit:nõne?AL.Idipſum. SO. Nonne
ars gymnaſtica?AL.Quid ni?SO.Id ſane quod melius in palęſtra, vocaui gymnaſticũ.AL.Vocaſti q
dem.SO.An nõ recte?AL.Mihi videť.SO.Age igiť & tu:decet enim te quoq; recte diſſerere.Dic pri
mũ q̃ ars eſt,ad quã ptinet recte canere,ſonare,ſaltare.Vniuerſa hęc ars quomõ nũcupať? nondũ po-
tes exprimere?AL.Nõdũ.SO.Verũ ſic enitere,q̃nã huius artis deę?AL.Muſas ne o Socrates ais?SO.
Equidẽ.inſpice iã qđ ab his cognomẽ ars illa nanciſciť?AL. Muſicã dicere mihi videris. SO.Dico ve-
ꝗ.Quid igiť eſt, qđ ſecũdũ hãc recte pficiť?queãdmodũ mõ in illa arte ego tibi qđ ſecundũ artẽ recte
fieret gymnaſticũ nominaui.Tu quoq; in hac eodẽ mõ quid ais & quõ fieri?AL.Muſicũ mihi videť &
muſice.SO.Bñ dicis.age & iã ipm̃ qđ in bello meli⁹,& in pace ipſum qđ melius,qđ nuncupas? queãd
modũ in ſuperiorib⁹ dixiſti in vnoquoq; meliori: in vno quidẽ qđ magis muſicũ,in altero vero quod
magis gymnaſticũ.Conare in iis ſimiliter ipſum melius pnunciare.AL.Non habeo quid dicam.SO.
At vero turpe eſt ſi qs te de cibis aſſerẽtẽ:ꝙ melior eſt iſte q̃ ille & qñ & quãtus,deinde interroget qđ
ipſum melius nũcupas o Alcibiades,habere in iis quid reſpondeas,qđ videlicet ſalubrius,q̃uis te me
dicũ eſſe nõ pfitearis:in illo vero cuius te peritum eſſe gloriaris: & tanq̃ eruditus cõſultur⁹ aſſurgis
ſi deſit tibi qđ rñdeas interrogat⁹ qđ melius ſit. Nõne inquã turpe hoc eſt?AL. Turpiſſimũ.SO.Cõſi
dera itaq; & conare nobis oſtẽdere quorſum tẽdit ipſum melius in pace quibuſcũ oportet cõficiendã
& in bello etiã cõtra quos oportet?AL.Et ſi igro,nequeo tñ id inuenire.SO.Aiaduertiſti cũ bellũ ge-
rimus,qđ ſit qđ accuſamus,& quõ nũcupem⁹ illud quo ad bellũ incitamur?AL.Aiaduerti equidem
ad arma nos puocari,cũ decepti ſum⁹,vel coacti,vel aliqua re priuati.SO.Age dicas quo differt pa-
ti illa hoc vel illo modo?AL.Cũ dicis hoc vel illo mõ,intelligis ne idẽ,ac ſi diceres iuſte vel ĩiuſte?SO.
Idipſum.AL.Oĩno quidẽ & ſcđm totũ differt.SO.Aduerſus quos vt bellũ ineant Athenienſes hor-
taberis?Nũ aduerſus iniuriã inferentes an iuſte agentes?AL.Durũ eſt id qđ interrogas:nã & ſi qs pu
taret iuſtos etiã viros opprimẽdos,nõ tñ id tibi confiteretur.SO.Nõ enim legitimũ hoc vt videť.AL.
Minime.SO.Neq; bonũ apparet.in his ergo tu circa id qđ iuſtũ eſt,verba facias.AL. Neceſſe eſt.SO.
Ita ꝙ melius interrogarẽ in bello gerẽdo aut nõ gerẽdo,& quibuſcũ oportet vel nõ,& qñ oportet vel
non oportet,id qđ iuſtius eſt an non?AL. Videtur.SO.Vtrum igiť o amice Alcibiades te pręterit:ꝙ
hoc ignoras?vel ſi me inſcio ad pceptorẽ pfectus es,vnde diiudicare didiceris qđ iuſtius & quid iniu
ſtius : age & mihi hũc oſtende:vt illi me diſcipulum atq; hoſpitẽ reddas.AL.Mordes o Socrates.SO.
Nõ per deũ mihi & tibi amicũ: quẽ iureiurãdo minime fallerẽ: ſed ſi habes:dic qs eſt.AL.Quid ſi nõ
habeã?nõne putas aliter me iuſta atq; iniuſta poſſe dignoſcere?SO.Immo ſi qdẽ inueneris.AL.An nõ
cenſes inueniſſe me?SO.Et maxime quidẽ modo q̃ſiueris.AL.Deinde nõ credis me q̃ſiſſe? SO.Credo
equidẽ modo te ignorare putaueris. AL.An nõ fuit tempus,cũ ſic me haberẽ?SO.Bene dicis: ſed ſcis
aſſignare nobis id tempus,quando nõ rebaris te iuſtorũ,atq; iniuſtorũ cognitionẽ habere?Age ſupe-
riori anno iſta quęſiſti nec extimabas te ſcire,vel extimabas?Ac vera reſponde,ne fruſtra diſputatio-
nes pcedãt.AL.Putabã ſcire.SO.Tertio vero ãno añ id tempus & quarto,& quĩto,nõne eodẽ pacto?
AL.Eodẽ.SO.Atq ante hęc tpa nõne eras puer?AL.Erã.SO.Tũc ſane noui te cognoſcere putauiſſe.
AL.Quõ nouiſti?SO.Sępenumero te puerũ audiui cũ apud ludi magiſtros,atq; alibi ĩ calculoꝝ iactu

Quid melius in vnoquoq; ſtudio vel re: & illud eſt qđ per omnia recte ſe habet.

Dignoſciť q inuenit, inuenit qui quęrit, quęrit qui putat ſe ignorare.

cæteriſq; puerilibus ſtudiis exercereris, tanq̃ de iuſtis atq; iniuſtis minime dubitantẽ: verũ audacter loquentẽ de quocũq; puero ſermo incidebat, ꝙ malus & iniuſtus eſſet, & iniuſte ageret. Num vera loquor? AL. Quid me oportebat facere, cum quis iniuria me afficeret? SO. Tu ſi te ignorare contigerit vtrum inferatur iniuria nec ne, tũc quæris qd agere te oporteat? AL. Per Iouẽ non ignorabã quidẽ, ſed plane intelligebã iniuriam mihi fieri. SO. Ergo putabas etiã dum eſſes puer, iuſta & iniuſta dignoſcere. AL. Et ſciebã equidẽ. SO. Quo in tempore inueneras? Nõ enim in illo cũ te ſcire credebas. AL. Nequaq̃. SO. Quãdo igitur hęc ignorare putabas? Cõſidera, non enim id tẽpus inuenies. AL. Per Iouem o Socrates qđ dicam nõ habeo. SO. Non ergo per inuẽtionẽ iſta cognoſcis. AL. Nõ videor. SO. Sed pauloante neq; per diſciplinã etiam percepiſſe dicebas. ꝙ ſi nec inueneris neq; didiceris, quonam pacto & vnde cognoſcis? AL. Forte haud recte reſpõdi cum ſcire me per inuentionẽ aſſerui. Id vero in hunc modũ ſe habuit, didici ipſe quoq; vt arbitror quẽadmodum alii. SO. Rurſus in idẽ relabimur: dic nobis a quo didiciſti. AL. A vulgo. SO. Nõ ad ꝓbatos refugis ꝓceptores, cũ ad vulgus te refers. AL. An non ſufficiunt ad hęc docenda hi? Nonne etiam docere poſſunt, quę ꝑtinent ad talares ludos & quæ non? etſi viliora hæc ſunt q̃ iuſta. An nõ ſic tu quoq; putas? SO. Puto. AL. Deinde nõne minora quędam, atq; etiã nõnulla maiora tradere poſſunt? SO. Arbitror eqdẽ. AL. Enimuero multa docere poſſunt meliora ludo talari. SO. Quęnam iſta? AL. Vt eſt gręce loqui. Ab iis enim didici, nec pręceptorẽ vllum habui pręter iſtos, quos tu magiſtros haud ſatis ꝓbatos eſſe dicebas. SO. O generoſe huiꝰ quidem rei vulgares hõmines idonei pręceptores ſunt: & merito in hac doctrina laudantur. AL. Cur? SO. Quoniã habent, qđ bonos decet præceptores habere. AL. Quid hoc? SO. Nõne ſcis oportere eos qui aliqd docturi ſunt: priuſq̃ doceant: intelligere? AL. Quid ni? SO. Intelligentes autẽ cõſentire inuicem neq; differre? AL. Ita. SO. In quibꝰ igitur diſſentirẽt, ea ſcire illos aſſereres? AL. Minime. SO. Horũ ergo quomodo boni eſſent magiſtri? AL. Nullo modo. SO. Videtur ne tibi diſſentire multitudo, ſiquãdo interrogetur qd lapis: & quid lignũ? An nõ in idem feruntur oẽs, cũ lignũ volunt aut lapidẽ capere? atq; eodẽ pacto in cunctis huiuſmodi? AL. Intelligo ferme ꝙ tale quiddã græcã locutionẽ eſſe dicis. nõne? SO. Dico equidẽ. atq; idcirco in iis nõne cõueniunt vt diximus & priuatim & publice ciuitates inuicem neq; dubitãt: hę quidẽ hoc, hę vero aliud quiddã vocãtes? AL. Nõ dubitãt. SO. Merito ergo iſtorũ idonei pręceptores eſſent. AL. Nẽpe. SO. Itaq; ſiquẽ in his vellemus eruditũ euadere, recte hũc in doctrinã multitudinis mitteremus. AL. Prorſus. SO. Si autẽ noſſe vellemꝰ nõ modo qui hoĩes & qui equi ſunt, verũ etiã qui ex illis maxime curſu valeãt: & q nõ: nunqd vulgus erudire poterit? AL. Nequaq̃. SO. Sufficiẽs hęc tibi cõiectura erit, ꝙ nec ſciant vulgares oẽs: neq; apti horũ pręceptores ſint: qm̃ de iis inter ſe nequaq̃ cõueniunt. AL. Videtur. SO. Q; intelligere cupiamus nõ tantũ qui ſint homines, ſed qui bene valeãt vel ægrotẽt, nunqd multitudo docebit? AL. Non. SO. Multitudinẽ hęc docere nõ poſſe facile aduertes, ſi diſcordes opiniones cõſideraueris. AL. Sane. SO. De iuſtis autẽ hominibus atq; rebus multitudo ſecum ipſa & cũ aliis cõſentit? AL. Minime per Iouem o Socrates. SO. At in iis magnopere diſcrepat? AL. Summopere. SO. Arbitror nec vidiſſe te vnq̃: nec audiſſe hoĩes de ſanis & ægrotis inter ſe adeo diſſentire, vt ob iſta bellũ gererẽt, ſeq; inuicẽ interimerẽt. AL. Nunq̃. SO. Cæterũ de iuſtis atq; iniuſtis q̃ acriter diſſentiant: et ſi ipſe vt arbitror nõ vidiſti: audiſti tamẽ cũ ex aliis multis, tum etiã ex Homero in Odyſſea atq; Iliade. AL. Oĩno o Socrates. SO. Nonne igitur hæc oĩa poemata ſunt de iuſti atq; iniuſti diſcrimine? AL. Sũt. SO. Pugnęq; & interitus ob eandẽ profecto diſſenſionẽ ĩter Achiuos Troianoſve fuerũt: eadẽq; ratiõe ĩter procos Penelopis & Vlyſſem. AL. Vera refers. SO. Reorq; & inter Atheniẽſes Lacedęmonas atq; Bœotios, qui prius in Tanagra, deĩde in Coronia perierũt, vbi etiam pater tuus Clinias oppetiit, nulla alia de re q̃ de iuſti iniuſtive differẽtia pugnã tam acerbiſſimã extitiſſe. AL. Vera loqueris. SO. Eos itaq; dicemus illa ſciuiſſe de quibꝰ tam acriter cõcertarũt: vt de iuſto & iniuſto altercãtes oĩa extrema ſubirent? AL. Nõ videtur. SO. Nonne in eos pręceptores te refers, quos ipſemet ignorare conſentis? AL. Videor. SO. Quonam pacto conueniens eſt te iuſta & iniuſta cognoſcere in quibus ſic aberras: nec didiciſſe ab aliquo videris: neq; per te etiã inueniſſe? AL. Ex iis q̃ tu dicis nõ eſt cõſentaneũ. SO. Vides iterũ Alcibiades hoc te nõ recte dixiſſe? AL. Quid? SO. Q; me aiebas hęc dicere. AL. Quid autẽ? nõne ipſe dicis me circa iuſta & iniuſta ignarũ eſſe? SO. Nequaq̃. AL. Ego ne igitur? SO. Tu inquã. AL. Quonã mõ? SO. Sic intelliges. ſi te interrogẽ vtrũ vnum aut duo plura ſint, reſpõdebis ne duo? AL. Duo. SO. Quãto? AL. Vno. SO. Vter noſtrũ erit qui dicet duo vno plura q̃ vnum? AL. Ego. SO. Nonne ego quidem interrogabam: tu reſpondebas? AL. Ita. SO. De iis ergo vter noſtrũ dicere videtur? num ego interrogans, an tu reſpondens? AL. Ego. SO. Quid autẽ ſi quęram quot ſunt in Socrate literæ: tu vero reſpõdeas, vter noſtrũ erit qui dicet? AL. Ego. SO. Age dic vno verbo: quotiẽs interrogatio fit atq; reſpõſio, vter eſt qui dicit? interrogans ne an reſpondens? AL. Reſpondẽs mihi videtur o Socrates. SO. Ego in ſuperioribus ſemp interrogaui. AL. Semper. SO. Tu vero reſpõdiſti. AL. Reſpondi. SO. Quę igitur dicta ſunt hactenus vter

Quid oportea teat eẽ in bõis pręceptoribꝰ.

Qui doceri velit linguã: is in multitudinẽ mittẽdus. linguę eñi magiſter eſt populus.

Q; vulgus neſciat docere.

Ilias & Odyſſea ſunt de diſcrimine iuſti & iniuſti.

noſtrum dixit! AL.Ex iis quę conceſſa ſunt,ego dixiſſe videor.SO.Nõne dictum eſt ꝙ Alcibiades bo
nus Clinię filius iuſtorũ atq; iniuſtorũ inſcius,ſe ſcire putabat,et atq; concionẽ Athenienſiũ aſcenſu-
rus,ea cõſulens q̃ neſciret! Sũt hęc vera! AL.Sunt.SO.Euripidis illud nũc nobis o Alcibiades occur-
rit. Abs te quippe iſta videris audiſſe nõ a me.Neq; ego hęc,ſed tu dixiſti:me autẽ fruſtra accuſas.Et
pfecto bene dicis.furioſum eñ qddã aggredi o vir optime ſtatuiſti,docturꝰ illa q̃ neſcias neq; diſcere
cures.AL.Reor o Socrates Athenienſes & alios gręcos raro quænã iuſtiora,quęve iniuſtiora ſint,q̃re-
re.talia eñ putãt eſſe pſpicua.his igiẽ omiſſis,quæ cõducãt agẽtibus inqrũt. Neq; eñ eadẽ eſſe iuſta
& vtilia puto,quin multis iniuſte agẽtibus iniuſtitia pfuit.alios cõtra iuſte agẽtes nil ipſa iuſtitia iu
uit.SO.Alia ergo iuſta erũt,alia cõferẽtia.Nunqd vero noſſe te putas q̃ vtilia ſunt hoĩbus,& quã ob
cauſam! AL.Et qd phibet Socrates!niſi rurſus exquiras a quo didicerim,aut quomodo ipſe inuene-
rim.SO.Tale qddã nũc agis,ac ſiqd nõ recte dicas,poſſitq; id oſtẽdi p eandẽ rationẽ qua ſupiora,ipſe
tamẽ noua q̃dã exiſtimes audienda,nouaſq; demõſtrationes ĩ mediũ adducẽdas, quaſi priores diſciſ
ſę & cõfractę ſint inſtar apparatuũ atq; veſtiũ qbus in ſcæna vtunẽ: qbus quidẽ tu nõ amplius indua
ris,niſi qs aliud qddam purũ immaculatũq; afferat.Ego autẽ miſſa faciẽs ſermonis tui prælu dia,ni-
hilominꝰ interrogabo,vnde vtilia didiceris,& qs magiſter fuerit:& reliqua cũcta q̃ priꝰ,vna interro-
gatiõe requirã. Verũtamẽ eodẽ vt arbitror reuolueris:neq; oſtẽdere poteris qua ratiõe vtilia diſcipli
na ne,an inuẽtione cognoueris.Quãdo vero adeo deliriis deditus es:vt nõ libẽter ſermonẽ eundẽ gu
ſtaturus videare:hoc qdẽ dimitto,noſcas ne an nõ,qd vtile quidve inutile ſit Athenienſibꝰ.Vtrũ au
tẽ eadẽ ſunt iuſta & vtilia,an diuerſa,cur nõ demõſtras:aut ipſe me interrogans,vt ego te,aut ſi placet
per teipſm tua tãtũ oratiõe diſcurrẽs! AL.Haud ſcio o Socrates,an aduerſus te diſputare valerẽ. SO.
At o bone vir concionẽ me in pſentia,populũ ve eſſe puta: nõne illic te vnicuiq; pſuadere oportebit!
AL.Oportebit.SO. Nõne eiuſdẽ eſt poſſe vni ſeorſum aliqd demõſtrare,nec nõ multis ſimul in iis q̃
cognoſcit! ſicut grãmaticus vnũ pariter ĩ literis ac multos erudit:& in numeris eodẽ modo qs pote-
rit vni ac multis oſtẽdere! AL.Certe.SO.Hic autẽ eſt arithmeticus.AL.Eſt.SO.Et tu ergo q̃ pluribꝰ
eadẽ vni pſuadere potes. AL.Cõſentaneũ eſt.SO.Sũt aũt hęc videlicet q̃ cognoſcis.AL.Profecto.SO.
Hoc vero dũtaxat differt rhetor q apud populũ loquiẽ,ab eo q in hmõi cõgreſſu: ꝙ ille ſimul vniuer
ſis,hic ſeorſum ſingulis pſuadet.AL.Videẽ.SO.Age cũ eiuſdẽ eſſe appareat multis atq; vni oſtende-
re,meditare nũc corã me atq; enitere vt oſtẽdas mihi qđ iuſtũ eſt,aliquãdo nõ pdeſſe.AL.Cõtumelio
ſus es o Socrates.SO.Nũc p cõtumeliã demõſtraturꝰ ſum tibi cõtraria eorꝫ quę tu mihi nõ vis. AL.
Dic.SO.Reſpõde modo interrogãti.AL.Minime,ſed tu ipſe dicas.SO. Nõne vis q̃ maxime pſuade-
ri! AL.Prorſus.SO.Si dixeris hęc ita ſe habere,an nõ eris maxime pſuaſus! AL.Mihi quidẽ videẽ.SO.
Reſpõde igiẽ:nã niſi a teipſo audieris iuſta oĩa vtilia eſſe,alteri dicẽti nõ credes.AL.Non:ſed iã reſpõ
dendũ eſt:nihil enim nociturũ exiſtimo.SO.Vates profecto es,verum dic. Iuſtorũ quædam conferre
aſſeris:quędam minime! AL.Aſſero.SO. Quid autẽ horum partim eſſe pulchra:partim contra! AL.
Quomodo hoc interrogas!SO.Vtrum quiſpiã tibi aliquãdo viſus ſit turpia quidẽ facere,ſed tamen
iuſta! AL.Mihi nunq̃.SO.Omnia itaq; iuſta etiam pulchra.AL.Ita.SO.Rurſus pulchra vtrum om-
nia bona,an partim bona,partim mala! AL.Arbitror equidẽ o Socrates nõnulla ex pulchris mala eſ-
ſe.SO.Et turpia quędam bona! AL.Certe.SO.Nunquid tale quiddã dicis,perinde ac ſi nõnulli dum
in prælio amico vel propinquo cuidam opem ferre vellent: vulnerati perierint:qui vero debitũ auxi-
lium non pręſtiterunt incolumes inde diſceſſerint! AL.Et maxime quidẽ.SO.Nõne auxilium huiuſ
modi pulchrum appellas:vbi quis ſeruare conatur quos oportebat!eaq; fortitudo eſt! AL. Profecto.
SO.Malũ vero vocas ob interitus ac vulnera! AL. Voco.SO.An non eſt aliud fortitudo,aliud mors!
AL.Aliud.SO.Non ergo ſecũdum idem pulchrum ſimul ac malum eſt,amicis opem ferre.AL. Nõ
videtur.SO.Vide itaq; vtrum qua ratione pulchrũ,etiam bonũ ſit.Quẽadmodum in iis. Secũdum
fortitudinẽ enim cõcedis pulchrũ eſſe auxilium ferre,Ipſa autẽ fortitudo bonũ ne an malũ! Sic vero
cõſidera:vtra eligeres adeſſe tibi,bona an mala! AL.Bona.SO.Nõne maxima bona maxime optares:
ac minime omniũ his priuari velles! AL.Quid ni!SO. Quid de fortitudine dicis!quãto illam precio
cõmutares! AL.Ne viuere quidẽ vellẽ,ſi timidus eſſem.SO. Extremũ ne malũ tibi videẽ eſſe timidi-
tas! AL.Mihi vero.SO.Aeque ac mori vt videẽ.AL.Aeque.SO. Morti atq; timiditati vita & forti-
tudo cõtraria ſunt! AL.Sũt.SO.Et hęc quidẽ maxime optares adeſſe tibi,illa minime! AL.Certe.SO.
An nõ ex eo ꝙ hæc optima illa peſſima eſſe cenſes! AL. Valde.SO.Igitur auxiliũ ferre amicis in præ-
lio:pulchrũ quidem vocabas ſecũdum boni.i.fortitudinis actionem.AL. Videor ſane.SO. Secũdum
vero actionẽ mali id eſt mortis malũ. AL.Mihi quidem videtur.SO.An nõ congruũ eſt ſic vnãquãq;
actionẽ denominare!ſi enim eã prout malum fert malã appellas,cõtra prout fert bonũ,bonam voca-
re decet. AL.Videẽ.SO.Nõne etiam qua bonum,pulchrũ:qua malum turpe! AL.Maxime.SO.Cum
ergo dicis auxiliũ ipſum in bello,pulchrũ eſſe: ſed malum:idem eſt ac ſi dixiſſes ipſum bonũ quidem

Qua quid bonum hac pulchrũ:qua malũ hac turpe.

malū tamē.AL.Vera mihi dicere videris o Socrates.SO.Nihil igitur pulchrū quatenus pulchrum
malum eſt:neq₃ turpe quicq̄ quatenus turpe bonū.AL.Non videt̄.SO.Preterea hūc in modū contē-
plare.quiſq₃ pulchre agit,nōne bene agit?AL.Vtiq₃.SO.Bene autē agētes,nōne felices?AL.Quid ni?
SO.An nō felices ꝓpter bonorū poſſeſſionē?AL.Et maxime.SO.Acquirūt autē hęc,ex eo ꝙ pulchre
ac bene agūt?AL.Certe.SO.Igit̄ bene agere bonū.AL.Quid ni?SO.Nōne pulchrum actio bona?AL.
Certe.SO.Idē itaq₃ rurſus apparet nobis pulchrū ac bonū.AL.Apparet.SO.Quicqd igit̄ inueniemꝰ
pulchrū eſſe,idē quoq₃ bonū exiſtere hac ratiōe reperiemꝰ.AL.Neceſſe eſt.SO.Bona autē cōferūt nec-
ne?AL.Cōferūt.SO.Meminiſti qd ſupra de iuſtis cōfeſſi ſimus?AL.Reor iuſta agētes neceſſariū eſſe
pulchra facere.SO.Pulchra vero agētes:nōne etiā bona?AL.Ita.SO.Et bona ꝓdeſſe?AL.Penitꝰ.SO.
Iuſta igit̄ o Alcibiades vtilia ſunt.AL.Videt̄.SO.Hæc nōne ipſe dixiſti,ego autē interrogaui?AL.Ap-
paret.SO.Siqs igit̄ ſurgat Athenieſibꝰ vel Peparethiis cōſulturꝰ putās iuſta ſe & iniuſta dignoſcere,
dicatq₃ ſcire ſe iuſta interdū eſſe mala,nōne ipm irrideres,cū tu aſſeras eadē iuſta & vtilia eē?AL.Per
deos o Socrates qd dicā neſcio:ſed abſurdo quodā modo habere me videor.Nūc eñ alia vident̄ mihi
interrogāte te:nunc alia.SO.Ignoras o amice quęnā hæc affectio ſit?AL.Ignoro.SO.Si qs te interro-
gaſſet duos ne an tres oculos habeas:manuſve duas an quatuor:aut aliud quiddā huiuſmodi:putas
illi te tū hoc tū illud,an idē ſemp reſpōſurū fuiſſe?AL.Et ſi de me ipſo iā vereor,puto tamē eadē reſpō-
ſurū.SO.An nō huiꝰ cauſa eſt,quia cognoſcis?AL.Arbitror.SO.De qbꝰ igit̄ inuitus cōtraria reſpō-
des,cōſtat illa te ignorare.AL.Conſentaneū eſt.SO.Nōne circa iuſta & iniuſta,pulchra & turpia:bo-
na & mala,vtilia & inutilia reſpōdēdo te erraſſe fateris?deinde nō manifeſtū eſt,ob eā cauſam erraui-
ſe,ꝙ ignoraueris?AL.Videt̄ mihi.SO.Nū ita ſe res habet:cū qs aliqd ignorat,illiꝰ animū circa id er-
rare neceſſe eſt?AL.Quid ni?SO.Scis ne quo pacto i cęlū aſcēdas?AL.Minime ꝑ Iouē.SO.Aberrat cir-
ca hęc opinio tua?AL.Nō certe.SO.Scis autē huiꝰ cauſam?an me dicere mauis?AL.Dic.SO.Q̄m cū
neſcias nō putas te ſcire.AL.Quomodo rurſus id ais?SO.Inſpice tu quoq₃ vna mecū,quæ neſcis,co-
gnoſciſq₃ te ea neſcire,num in illis laberis,quēadmodū de parādis obſoniis noſti ſane ꝙ neſcis?AL.Pe-
nitꝰ.SO.Vtrū circa hęc opinaris quomodo parare cōueniat,atq₃ erras?an potius ſciēti cōcedis?AL.
Hoc pacto.SO.Quid ſi nauigares,nūqd opinareris & ingreres quomō gubernaculū eſſet ad interna-
ne an ad externa flectendū:atq₃ vtpote neſcius aberrares:vel potiꝰ gubernatori cōcedens,quietē agē-
res?AL.Gubernatori.SO.Non igit̄ erras in iis q̄ neſcis,ſi neſcire te noueris.AL.Non videt̄.SO.Cer-
nis errores in actiōibꝰ eſſe ob hāc ignorātiā:ꝙ qui neſcit ſcire ſe putat?AL.Quo pacto id ais?SO.Tūc
agere aggredimur,cū noſſe putamꝰ qd agimꝰ.AL.Ita eſt.SO.Q₃ ſiqui ignorātię ſuę cōſcii ſūt,aliis
ſe cōmittūt.AL.Quid ni?SO.Quapropter hi ex ignorātibꝰ ſoli ſine culpa vitā agūt:ex eo ꝙ alioꝝ cu-
rę ſe credūt.AL.Profecto.SO.Quinā peccāt?nō eñ ſciētes.AL.Nō certe.SO.Poſtq̄ neq₃ ſcientes,neq₃
ex ignorātibꝰ ii qui ignorātię ſuę cōſcii ſunt,errāt,quinā alii reſtant,q̄ ii qui cū neſciāt,ſcire ſe putāt?
AL.Nō alii ſed hi.SO.Hęc igit̄ ignorātia maloꝝ cauſa eſt & vituperāda inſcitia.AL.Nēpe.SO.Et qñ
circa maxima eſt:tūc deterrima atq₃ turpiſſima.AL.Maxime.SO.Num habes qcq̄ maius q̄ iuſtū,bo-
nū vtile?AL.Nequaq̄.SO.Nōne circa hęc erraſſe te aſſeris?AL.Aſſero.SO.Q₃ ſi erras nōne ex ſupio-
ribꝰ ꝑſpicuū eſt ꝙ nō modo in maximis rebꝰ inſcius es,verū etiā cū ſis ignarus ſcire te putas?AL.Vi-
deor.SO.Papę:o Alcibiades:quo preſſus es morbo?hūc eq̄dē noīare horreſco.Verūtamē cū ſoli ſimꝰ,
dicēdū eſt.In turpiſſima nāq₃ inſcitia o optime verſaris,vt ipſe oratiōe tua de te arguis.Quāobrē priꝰ
te ad ciuilia cōfers,q̄ ſis gubernādi peritus.Neq₃ te ſolū morbꝰ hic tenuit:verū etiā oēs q hāc rēp.ad-
miniſtrarūt,preter admodū paucos,ac fortaſſe p̄ter tutorē tuū Periclem.AL.Fertur o Socrates non
caſu quodā ſapiēs euaſiſſe Pericles:qn mltis ac ſapiētibꝰ viris familiariter vſus fuiſſe Pythoclide i pri-
mis & Anaxagora:& nūc etiā tā grādis natu,ſapiētię gratia Damone vtit̄.SO.Nū quē vidiſti ſapiē-
tem,qui in ea re i quā ipſe ſapit,aliū ſapiētē efficere nō poſſet?veluti q te in literis erudiuit,ipſe quidē
erat ſapiēs,teq₃ pariter reddidit ſapientē:Et eodem pacto quēuis aliū poterat.AL.Profecto.SO.Et tu
quoq₃ eruditus ab illo,alium inſtruere poteris.ALCI.Potero.SO.Similiter citharoedus & magi-
ſter gymnaſii.AL.Penitꝰ.SO.Optima igit̄ hæc cōiectura eſt:quoſdā aliqd noſſe,cū aliū quoq₃ doctū
ab ipſis oſtēdere poſſunt.AL.Mihi qdē videt̄.SO.Habes quē dicere poſſis a Pericle ſapiētē factū a filiis
incipiēs?AL.Quid ſi Periclis filii ſtolidi nati ſunt?SO.At vero fratrē tuū Cliniā?AL.Quid Cliniā in
mediū adducis hoīem inſanū?SO.Poſtq̄ Clinias qdē furit,filii vero Periclis ſtolidi nati ſunt,tibi quā
cauſam adſcribemꝰ,ꝓpter quā te cū talis ſis:negligat?AL.Ego ipſe vt arbitror,in culpa ſum,cū illi mē-
tē nō adhibuerim.SO.Verū ex aliis Athenieſibꝰ vel hoſpitibꝰ,dic quē vel ſeruū,vel liberū ſapiētiorē
ſua cōſuetudine fecerit,ſicuti ego tibi oſtēdere poſſū ꝓpt Xenonis familiaritatē Pythodorū Iſolochi
& Calliā Calliadę filios fctōs eē dignos ſapiētesq₃ viros,quoꝝ vterq₃ cētū minas Xenoni tradidit.AL.
Per Iouē nō habeo quē dicā.SO.Eſto.Quid ergo de teipſo cogitas?vtrū q̄lis nūc es,& i poſterū fore?an
curari quodā modo?AL.Cōmuni cōſilio opus eſt o Socrates.Etenim tua dicta itelligo eiſq₃ aſſentior,

Felices ſunt ob bonorum poſſeſſionē.

Ignorātia cauſa eſt reſpondendi varia & nō eadem.

Optima coniectura eſt ſcilitis.

Nam qui rempu.adminiſtrãt,pręter admodũ paucos,ineruditi mihi quoq; videtur.SO.Quid tum? AL.Si periti eſſent,oportebat aggredientẽ cũ illis pariter cõcertare:poſtq̃ didiciſſet ac ſeipſum exercuiſſet,tunc demũ tanq̃ ad athletas ꝓficiſci. Nunc autẽ poſtq̃ & iſti imperiti ad rempu.acceſſerunt, quid exercitatiõe opus eſt mihi?quid ſtudio diſciplinę? Noui enim ꝙ naturę dotibus lõge hos ſuperabo.SO.Papę quidnã o optime dixiſti?q̃ indignũ indole tua,ac reliq̃s quæ tibi adſunt. AL. Quorſum hęc o Socrates?SO.Grauiter enim fero ob mutuã inter nos beniuolentiã.AL.Quidnam? SO.Q; dignũ putaueris aduerſus hoĩes qui hic ſunt,fore tibi certamẽ.AL. Aduerſus quos igitur? SO. Decet ne vt id quęrat vir qui tanti ſe facit? AL.Quid ais?nõne aduerſus iſtos mihi certamen?SO.Si pugnaturã triremẽ gubernare ſtatueres,ſatis ne tibi eſſet,tuis cõnautis in gubernatiõe pręſtare?an hoc exiſtimares quidẽ adeſſe oportere,reſpiceres autẽ ad ſtrenuos aduerſarios:nõ vt nunc facis,ad ꝓpugnatores tuos,quibꝰ te tantũ oportet excellere,vt nõ cõtra illos pugnãdũ exiſtimes,ſed eos potius paruipẽdens,ceu miniſtris aduerſus externos hoſtes vtaris,ſi quidẽ reuera egregiũ aliq̃d facinus edere velis te ac repu.tua dignũ? AL.At id quidẽ cogito. SO. Q; dignũ eſt vt ſat tibi factũ putes ſi ſis tuorũ militũ pręſtãtiſſimus:non autẽ reſpicias ad hoſtium duces,qua ratione illis excellas,coniectãs ad eos ſemꝑ,& cõtra illos te muniens? AL.Quos dicis o Socrates?SO.Noſtin vrbẽ noſtrã cũ Lacedęmoniis, ac magno Perſarũ rege vndiq; bellũ gerere? AL. Vera dicis.SO .Nõne cum habeas in animo huiꝰ ciuitatis dux fieri,recte ſenties,ſi putaueris aduerſus Lacedęmoniorũ Perſarũq; reges certamẽ te ſubiturum? AL. Vera dicere videris.SO.Nõ o bone vir: ſed ad Midiam coturnicũ nutritorẽ te decet inſpicere,& alios huiuſmodi,qui ciuilia tractare ſimiliter aggrediunꝫ adhuc ſeruiles,vt mulieres dicerent:habẽtes in animo pilos ob ruſticã imperitiã, necdum illos abiicientes,verũ adhuc barbariem redolentes:atq; ita affecti ꝓdeunt adulaturi ciuitati:nõ autẽ imperaturi. Ad iſtos inquã intueri te decet:ac teipſum negligere,neq; diſcere quęcũq; ad eruditionẽ pertinent:cũ ſis tãtũ certamẽ aditurus: neq; te in q̃bus oportet exercere:& quę ſunt preparãda parare:atq; ita inſtitutũ ciuilẽ adminiſtrationem capeſſere. AL.O Socrates vera mihi dicere videris. Arbitror tamẽ Lacedæmonioꝝ duces regeſq; Perſarũ nihilo ab aliis diſcrepare.SO.At o vir optime aĩaduerte queſo:qualis hęc ſit opinio tua. AL. Qua in re?SO. Num exiſtimas teipſum diligẽtius curaturũ ſi illos formidaueris:potẽteſq; cẽſueris? An ſi minime eos timueris? AL.Si potẽtes illos exiſtimauero.SO. An cenſes tuiipſius curã in aliquo tibi poſſe nocere? AL.Nullo modo:at cõtra,maxime iuuare.SO. Vnũ quidẽ hoc in primis tantũ malum iſta tua opinio cõtinet. AL. Vera dicis.SO.Secũdũ vero ꝙ falſa eſt.atq; id ex veriſimilibꝰ aduerte. AL.Quomodo?SO. Vtrũ cõſentaneũ ſit meliores eẽ naturas ĩ nobili genere q̃ ignobili? AL.Manifeſtũ ꝙ in generoſo.SO.Nõne bene nati,ſi bene etiã nutrianꝫ,ita demũ ad virtutẽ ꝑueniunt? AL.Neceſſe eſt.SO.Cõſideremus itaq; illis noſtra cõparãtes:primũ quidẽ vtrũ Lacedęmonioꝝ Perſarũq; reges ignobiliori q̃ nos genere orti videanꝫ. An ignoramus illos quidẽ ab Hercule: hos autẽ ab Achemene genus ducere?Herculis autẽ & Achemenis origo in Perſeum Iouis filiũ reducitꝫ. AL.Et noſtrum quidẽ o Socrates in Euryſacem:Euryſacis in Iouẽ.SO. Atqui noſtrũ o generoſe Alcibiades in Dędalum etiã:Dędalus autẽ in Vulcanũ Iouis filiũ. Verũ iſtorũ maiores ab iis incipiẽtes reges ſunt ex regibꝰ vſq; ad Iouẽ.Illi q̃dẽ Argorũ & Lacedęmonis.Hi vero Perſidis ſemꝑ:ſępe etiã vt & nũc Aſię.Nos autẽ ſuperioreſq; noſtri priuati. Q; ſi te oporteret ꝓgenitores ac patriã Euryſacis oſtendere Salaminã,vel Aeaci etiã prioris Aeginã Artaxerſi Xerſis filio,quos te riſus reportaturũ putas?Sed vide ne generis dignitate ac etiã educatiõe illis ĩferiores ſimꝰ. Nũquid audiſti quãta ſit Lacedęmonioꝝ regũ dignitas?quorũ vxores publice obſeruanꝫ ab Ephoris.i.præfectis:vt quoad fieri poteſt,rex nõ ex alio latẽter q̃ Heraclidarũ genere oriaꝫ. Perſarũ vero rex adeo excellit,vt nemo ſuſpiceꝫ regẽ ex alio q̃ ex ipſo genitũ eſſe.Quãobrẽ regis vxor nõ ab alio q̃ metu cuſtodiꝫ: poſtq̃ vero natus eſt primogenitus qui ſuccedit in regno,primo quidẽ eũ diẽ oẽs q ſub regno ſunt celebrãt:atq; ita ĩ poſterũ quotannis natalẽ regis diẽ ſacris ac feſtis oĩs Aſia colit. Cũ vero apud nos q̃s naſciꝫ,ne vicini q̃dẽ,vt ait comoedus multũ ſentiũt o Alcibiades.Deinceps nutriꝫ puer:nõ a quauis nutrice:verũ ab eunuchis,q reliquorũ circa regẽ optimi videanꝫ: quibꝰ & alia q̃ ſpectãt ad curã pueri demãdanꝫ:ac ꝑcipue vt natũ q̃pulcherrimũ reddant,cõponẽtes mẽbra eius atq; dirigẽtes. Atq; hęc facientes magno in honore habenꝫ.Cũ autẽ pueri ſeptimũ ætatis annũ ĩpleuerũt,ad equeſtris artis magiſtros ꝓficiſcunꝫ.deĩde ĩ venationẽ tendũt. Anno vero quartodecimo puerũ ſuſcipiũt hi quos regios pędagogos appellãt. Sũt ii profecto electi ex oĩbus Perſis ętate ſua ꝑcipui,quatuor:ſapiẽtiſſimꝰ:iuſtiſſimꝰ:tẽperatiſſimꝰ:atq; fortiſſimꝰ. Quorũ primꝰ magicã Zoroaſtri Oromãſi filii docet. eſt autẽ illa deorũ cultꝰ. Atq; idẽ tradit inſtituta regia. Secũdus admonet:vt in oĩ vita ſit verax. Tertiꝰ ne vlla cupidine ſupereꝫ:vt liber viuere cõſueſcat:ac reuera rex imperãs primũ iis q̃ in ſe ſunt,nec vlli ſeruiẽs. Quartꝰ deniq; ĩpauidũ illũ & ĩtrepidũ reddit: nequãdo q̃ppiã metuẽs ſeruꝰ fiat. Tibi aũt o Alcibiades Pericles ĩſtituit pędagogũ Zopyrũ Thracẽ oĩm ſeruorũ ſuorũ pręſenio inutiliſſimũ. Narrarẽ ꝓterea tibi reliquã educationẽ:&

In animo pilos habere: videꝫ ꝓuerbiũ factũ a ſordide fœtõ caſeo vel pane ad animũ ruſticũ imperitũ & barbarum.

Conſentaneũ eſt i genere nobili q̃ ignobili naturas meliores ineſſe.

Perſarũ regũ educatio.

Magica Zoroaſtri deorũ cultus eſt.

diſciplinā aduerſariorū tuorū:niſi prolixitatē vererer. Quinetiā ſatis hęc ſunt ad cętera quę ex iis ſequūtur,oſtēdēda. Tuę vero aliorūve Athenienſiū generatiōis educatiōis & diſciplinę nulli vt ita dicam ꝓpinquorū cura eſt,niſi forte amici id curēt.Si autē diuitias delitiaſq; & veſtiū luxurioſū ornatum vnguentorūq; odores,ac miniſtrorū ſequentiū turbam aliāq; Perſarū mollitiē cōſiderare volueris,ipſe tecum tui gratia erubeſces,ſentiens quāto ſis illis inferior.Rurſus ſi reſpicere velis ad Lacedęmoniorꝫ tēperantiā,modeſtiā,facilitatē,māſuetudinē,magnanimitatē,moderationē,cōpoſitionē,fortitudinē,conſtātiā,tolerātiā: victorię cupiditatē:& amorē glorię,puerū te in iis oībꝰ iudicabis.Si qd rurſus opulētię tribuis,& in hac putas aliqd eſſe,neq; hac a nobis ſilētio pretereať. Modo eñ ſentias vbinam ſis,& Lacedęmoniorū diuitias intuearis,cognoſces ꝑfecto nos ab illis longe admodū ſuparí. Quicqd enim agrorꝫ,aut ſui,aut Meſſanię poſſidēt:nemo vtiq; dubitaret,quin amplitudine & vbertate ac ſeruorū tū aliorū ꝗ Eleticorū frequētia,& equorꝫ praeterea,aliorūq; pecorū quę fert Meſſania copia noſtros exuperet.Cęterū hęc oīa in pręſentia omitto.Auri vero & argenti apud Lacedęmonas copia tanta,quātam ne vniuerſa quidē reliqua Gręcia poſſidet.Multa enim iā ſęcula inferť quidē illuc ex vniuerſa Gręcia,ſępe etiā ex barbaria:efferť autē nuſꝗ.Sed reuera quēadmodū apđ Aeſopum vulpes leoni dixit de ferarū veſtigiis,ſic & nūmorū veſtigia ingredientiū Lacedęmonē trita quidē videnť in puluere,egredientiū vero nuſꝗ apparēt. Vnde cōiectare licet Lacedęmonios auri atq; argēti graecorū omniū eſſe ditiſſimos. Quinetiā rex illorū pecunioſiſſimus eſt.Ex iis enim maxima pars ad ipſum ꝑuenit. Tributū pręterea regi pergrāde impendiť. Et res qdē Lacedęmoniorꝫ quo ad reliquos Gręcos amplę,quo ad vero Perſas regeſq; Perſarū:anguſtę.Retulit quippe nobis vir quidam grauis vnus ex iis:q ad Perſarū regē ꝓfecti erāt,ſe quādoq; integrū pene diē latā ac fertilē peragraſſe ꝓuinciam,quā incolę vxoris regię zonam appellant . Eſſe quoq; aliā noīe calyptram.i.ornatū capitis muliebrē:atq; ita multas alias regiōes pulchras ac fertiles ad ornatū reginę referri,noīaq; ſingulis locis a ſingulis ornamentis impoſita.Quāobrē opinor ſiquis diceret Amiſtridi Xerſis quidē vxori,regis autē matri,Dinomaches filiū in animo habere cū ſuo pugnare,cū Dinomachi ornatus adſit forte quinquaginta minarū:filio vero agri plethra in Erchiaſis minus ꝗ trecēta: eā admiraturā qua re fretꝰ Alcibiades audeat cū Artaxerſe pugnare.Reorq; illam arbitraturā hūc virū in nulla alia re niſi diligentia ſapiētiaq; confiſum id aggredi.hęc quippe ſola apud gręcos aeſtimatione digna exiſtere.Q; ſi forte audiret Alcibiadē iſtum certamē tantū inire:primo quidē nondū integros viginti annos natū,deinde oīno indoctū,nec amico ſuo obediētē,dicēti prius diſcendū exercendūq;,ꝗ tantū regē inuadat, arbitror illā admiratione cōcitam interrogaturā quidnam ſit quo adoleſcēs iſte cōfidat. Cui ſi reſpōderemꝰ,pulchritudine,peritate,nobilitate,diuitiis,animo te fidere,nos o Alcibiades inſanire putaret:hęc apud ſuos oīa potiora conſpiciens.Eodēq; modo Lampidonem Leotychidę filiā:Archidami vero vxorē,Agidis autē matrē,qui oēs reges extitere,miraturā cū norit qualia circa ſe ſunt,te tā male inſtructū filio ſuo nō dubitare bellum indicere. Atqui nōne turpe videť,ſi hoſtiū mulieres rectius de nobis ſentiunt,ꝗ noſipſi:quēadmodū cōtra illos noſipſos accingere debeamꝰ?Cęterū o beate mihi parēs,& illi qđ in Delphis eſt,epigrāmati,noſce teipm:qm̄ ii ſunt aduerſarii noſtri,nō quos ipſe rebaris,quos quidē nulla re alia,niſi induſtria & arte ſuperare poſſumꝰ. Quibus ꝑfecto ſi inferior fueris, gloria quoq; apud gręcos & barbaros tibi deerit:quā ſic ardēter videris appetere,vt nemo vnꝗ aliqd ardētius cōcupiuerit.AL.Quā igiť curā adhibēdā cenſes o Socrates?An potes oſtēdere?Mihi eñ ſupra ꝗ dici poſſit,vera dixiſſe videris.SO.Poſſum quidē,verū cōmuni conſilio opus eſt qua ratione ꝗ optimi efficiamur.Ego eñ nō te tantū verū etiā me diſciplina īdigere dico. Nā vnū ſolū eſt,quo a te differo.AL.Quid?SO.Curator meꝰ melior eſt & ſapiētior ꝗ tuus Pericles. AL. Quis hic o Socrates? SO.Deus o Alcibiades,qui me vetuit ante hūc diē tecū differere:cui credēs,aſſero te ꝑ nullū aliū niſi ꝑ me claritatē cōſecuturū.AL.Iocaris o Socrates.SO.Forſitā,vera tñ loquor,ꝙ ambo curatiōe indigemꝰ:īmo hoīes vniuerſi:cęterū nos ꝗplurimū.AL. Q; qdē ego īdigeā haudquaꝗ mētiris.SO.Neq; etiā ꝙ ego ipe.AL.Quid igiť agendū?SO. Nec haeſitandū,neq; etiā mollitię indulgendū eſt o amice. AL.Nō decet o Socrates.SO.Nō certe:ſed ſimul cōſiderādū. Verū dic mihi,an optimi eſſe volumꝰ? AL.Certe.SO.In qua facultate?AL.Qua videlicet viri boni.SO.Quanā in re boni?AL.In rebꝰ agendis.SO.In qbꝰ?num in equeſtri negotio?AL.Nō.SO.Ad equeſtres eñ iremꝰ.AL.Profecto.SO. Nunquid in nauis gubernatiōe dicebas?AL. Nequaꝗ.SO. Ad nautas eñ iremus.AL.Iremus.SO.In quo ergo negotio,& quorū hoīm officio?AL.In iis ꝗ clari boniq; Athenienſiū viri agūt.SO.Claros ac bonos prudētes ne an imprudentes appellas?AL.Prudentes.SO.In quo vnuſquiſq; prudens: in eodē bonus?AL.Certe.SO. Imprudens autem malus?AL. Malus.SO. Calceorum ſutor prudens ad calceorum opus?AL.Prorſus.SO.Bonus ergo ad haec?AL.Bonus.SO.Quid vero in veſtibus cōficiendis: nonne cerdo hic imprudens?AL.Ita.SO.Malus ergo ad hęc?AL.Ita.SO.Idem itaq; ſecūdum hanc rationem bonus atq; malus erit. ALCI. Videtur. SO. An dicis viros bonos malos etiam eſſe? ALCI.

Lacedęmoniorꝫ laudes.

Aeſopi fabula.

calyptra

Prouincię appellatę ab ornamētis mēbrorū reginę.

In quo quiſꝗ prudens in eodem bonus.

Nequaq̃.SO.Quos tandē bonos vocas? AL.Eos qui in ciuitate pręeſſe poſſunt.SO.Nō tamē equis?
AL.Nō certe.SO.At hoībus? AL.Hominibꝰ.SO.Num hoībus ęgrotātibꝰ? AL.Nō.SO.An forte na
uigātibus? AL.Nō iis dico.SO.Metētibus ne? AL.Neq; his.SO.Aliqd ne vel nihil faciētibus? AL. Fa
ciētibus.SO.Quid tandē facientibus? id mihi declara.AL.Cōmercia inquā agētibus,atq; inuicē mu
tuo ſe vtētibus,quēadmodū nos in ciuitatibus vitā agimus.SO.Nunqd imperare eos dicis homini-
bus,qui hoībus vtunt? AL.Aio.SO.An gubernatoribus qui remigibꝰ vtūtur? AL.Non.SO.Hęc eñ
gubernatorię facultatis virtus eſt.AL.Eſt.SO.Fortaſſe imperare dicebas tibicinibus:qui canentibus
praſunt:choreiſq; vtunt.AL.Neq; his.SO.Hoc nāq; ad facultatē chori magiſtrā ptinet? AL.Oīno.
SO.Quid deniq; vocas imperare poſſe hoībus,qui vtūtur hoībus? AL.Praeſſe hoībus cōmunicanti
bus inuicem in reip.adminiſtratiōe:atq; cōmerciis.SO. Quęnam haec ars eſt? quēadmodū ſi te iterū
interrogarē,quę facultas efficit vt ꝑeſſe ſciamus in nauigatiōe cōmunicantibus.AL.Gubernatoria.
SO.Cōmunicātibus autē in cantu,vt pauloante dicebaſ,quae ſcientia ꝑeſſe docet? AL.Quā tu nup
aiebas,chori diſciplina.SO.In repu.vero cōmunicātibꝰ:quā ſcientiā vocas? AL.Bonū cōſiliū o Socra
tes.SO. Num tibi videſ gubernatoꝝ ars carere cōſilio? AL.Minime.SO.Eſt ipſa quoq; bonū cōſiliū?
AL.Mihi ſane videſ.SO.Ad nauigantiū ſalutē.AL.Recte loqueris.SO.Qđ vero bonū conſiliū vocas
ad quidnā ſpectat? AL.Ad meliorē ciuitatis inſtitutionē eiuſq; ſalutē.SO.Quanā re ꝑſente vel abſen
te melius diſponiſ atq; ſeruaſ? Ceu ſi ipſe me rogares,quo ꝑſente aut abſente bene ſe habent corpora:
reſpōderem vtiq; ſanitate ꝑſente:morboq; remoto.Idē & tu exiſtimas? AL.Idē. SO. Q; ſi idē quaeras
de oculis,eadē ratiōe reſpōdebo,pulſa cęcitate:adhibito viſu.Et aures curari fugata ſurditate,admo
to vero auditu? AL.Recte.SO.Ciuitas aūt quo remoto: quove adhibito melior fit,ac melius inſtitui
tur? AL.Mihi quidē videſ o Socrates:quando amicitia eſt inter ciues:odia vero & ſeditiones abſunt.
SO.Amicitiā vocas cōſenſionē:an diſſenſionē? AL.Conſenſionē.SO.Per quā artē ciuitates circa nu-
meros conſentiūt? AL.Per arithmeticā.SO.Priuati vero,an nō ꝓpter eandē? AL.Nēpe.SO.Et vnuſ-
quiſq; ſecū ipſe? AL.Certe.SO. Per quā artem quiſq; ſecum ipſe cōſentit de palmo & cubito vter qđ
ex iis maior ſit,nōne per metiendi peritiā? AL.Quid ni? SO.Nonne etiā priuati inuicē atq; ciuitates?
AL.Immo.SO.Et de ponderibus eodē pacto.AL.Adſentior.SO.Conſenſio igiſ,quā dicebas,quaenā
eſt? circa quid? quę ars illā pręſtat? Etenim iſta cōſenſio talis eſt vt inſit reipublicę & priuato vnicuiq;
ad ſeipſm & ad alios.AL.Conſentaneū.SO.Quę igiſ eſt? ne pigeat reſpōdere:at prompte enarra. AL.
Reor equidē eſſe amicitiā & conſenſionē qua pater ac mater filiū,& frater fratrē,& vxor virum amā-
tes cōſentiunt.SO.Putas ne o Alcibiades virū cū vxore circa lanificium conuenire,imperitū cū peri-
ta? AL.Nequaq̃.SO.Neq; oportet quidē.muliebris enim haec diſciplina eſt.AL.Profecto.SO. Quid
vero mulier cum viro circa opus militare cōueniet:cū id haudquaq̃ didicerit.AL.Minime.SO.Vi-
rile enim id rurſus eſſe diceres.AL.Equidē.SO.Sunt ergo diſciplinę quaedam mulierū,quaedā viro-
rum ſecūdum orationē tuā.AL.Quid ni? SO.In iis itaq; mulieribus cū viris cōſenſus eſt nullus.AL.
Nullus.SO.Neq; amicitia igiſ,ſiquidē amicitia conſenſio quaedā eſt.AL.Non videſ.SO.Ideoq; qua-
tenus mulieres officia ſua exercent,nō amātur a viris.AL.Non apparet.SO.Neq; viri etiā a mulie-
ribus,dum virilia tractant.AL.Nō.SO. Non ergo tunc optime ciuitates inſtituūtur,cū ſinguli ope
ribus ſuis incumbunt.AL.Ego tamē id o Socrates arbitror.SO.Quomodo hoc ais amicitia ſublata,
qua pręſente confeſſi ſumus bene conſtitui ciuitates,aliter vero cōtra? AL.Atqui mihi videſ ob hoc
inter hoīes conſiſtere amicitiā,ꝗ quiſq; ſuū officiū exequatur. SO. Non tamē id pauloante dicebas;
nunc aūt quo pacto rurſus ais cōſenſione adhibita amicitiā fieri? an poteſt circa hęc cōſenſus exiſtere,
quorū ii quidē periti,ii vero imperiti ſunt? AL.Fieri nō poteſt.SO. Iuſta ne an iniuſta faciunt,cū ſin-
guli quę ad ſe attinent exequūtur? AL.Iuſta ꝑfecto.SO.Iuſte igitur agētibus ciuibus in ciuitate non
eſt amicitia.AL.Neceſſariū hoc itidem videſ o Socrates.SO.Quā itaq; dicis amicitiā ſiue conſenſio-
nē,circa quā nos ſapiētes & cōſultores eſſe oportet,vt boni viri ſimus? neq; eñ percipere poſſum quę
nam ſit,aut in qbꝰ exiſtat:cū ex oratiōe tua interdū in eiſdē ineſſe,nōnunq̃ ab eiſdē abeſſe videaſ.AL.
Per deos o Socrates neq; ipſe qdē quid dicā intelligo:videorq; iādiu me ipm latuiſſe,cum me turpiſſi
me habeā.SO.Cōfidere decet.Nā ſi hoc demū aīaduertiſſes annos quīquaginta natus,arduū ſane fo
ret:teipſm curare.nūc vero in ea es ętate:in qua id aduertere decet.AL.Quid igiſ hoc aduertentē fa-
cere oportet? SO.Reſpōde ad ea quę interrogabo te Alcibiades.Qđ ſi feceris,ac deus voluerit: ſiqua
modo fides meis eſt vaticiniis adhibēda,tu ſimul & ego melius nos habebimꝰ.AL.Ita erit quo ad me
reſpondentē attinet.SO. Age qd eſt ſeipſm curare,ne ſaepe noſipſos lateamus,nō curātes noſmet:cū
id agere opinemur.Et quādo id homo agit? num quotiens ſuorū,totiens & ſui curā habet? AL.Mihi
quidē videſ.SO.Quid? num pedes tunc quis curat,cū eorū quę pedū ſunt,ſibi cura eſt? AL. Non in-
telligo.SO.Dicis ne eſſe aliquid ipſius manus quēadmodum anulus eſt? AL.Dico equidē.SO.Num
alterius mēbri q̃ digiti anulum eſſe cenſes? AL.Minime.SO.Et pedis calceum eodem modo? AL.Ita.

Quid ſit ſeipſum quēq̃ curare.
Nā aggrediſ hinc docere:q̃ ſit natura hominis:quum monſtrauerit hactenꝰ q̃ & in quibꝰ nō eſſet.

SO.Cū calceorū curā habemꝰ,tūc pedū nobis cura eſt? AL.Haud ſatis te teneo o Socrates.SO.Quid vero o Alcibiades,vocas ne aliqd rectā alicuius curationē? AL.Voco.SO.An nō cū qd melius fit:tūc eiꝰ rectā curationē eſſe dicis? AL.Dico.SO.Quę ars calceos meliores efficit? AL.Cerdonica.SO.Cerdonica igit̃ calceoꝝ curā habemꝰ? AL.Hac ipſa.SO.Nūquid & pedes etiā cerdonica? vel ipſa potius, qua pedes reddimꝰ meliores? AL.Illa.SO.Pedes autē meliores nōne qua & reliquū corpꝰ? AL.Videt̃. Hęc nōne gymnaſtica? AL.Maxime.SO.Ergo gymnaſtica pedes curamꝰ,cerdonica vero illa q̄ pedū ſunt.AL.Prorſus.SO.Et gymnaſtica quoq; manꝰ:annularia vero illa q̄ ſunt manuū.AL.Sic eſt.SO. Et gymnaſtica corpꝰ,textoria aūt & aliis facultatibꝰ ea q̄ corporis ſunt.AL.Oīno.SO.Alia igit̃ arte vnūqdq;:alia q̄ illiꝰ ſūt,curamꝰ.AL.Videt̃.SO.Nō ergo cū ſua qs,tūc etiā ſe curat.AL.Nullo pacto. SO.Nō eñ eadē ars vt videt̃ q̄ nos & q̄ nr̃a curat.AL.Nō apparet.SO.Age itaq; quanā arte noſipſos curare poſſumꝰ? AL.Nō habeo qd dicā.SO.At hoc tñ inter nos cōuenit:ꝙ nō qua noſtroꝝ aliqd melius efficimꝰ,nos curamꝰ:verū qua noſipſos ad meliorē frugē ducimus.AL.Vera narras.SO.Noſſe ne vnq̄ poſſemus q̄ ars meliorē facit calceū niſi calceū ipm̄ nouerimꝰ? AL.Fieri neqt.SO.Neq; etiā q̄ annulū efficit meliorē ignorātes annulū.AL.Verū.SO.Sciemꝰ ne vnq̄ qua arte meliores euadamꝰ, q̄diu noſipſos ignorauerimꝰ? AL.Nūq̄.SO.Vtrū facile qddā ſit ſeipm̄ cognoſcere:ac ridiculꝰ fuerit, q̄ tēplo Apollinis id inſcripſit,an potiꝰ arduū qppiā,nec cuiuſuis hoīs opꝰ? AL.Mihi qdē o Socrates, aliqn̄ viſū eſt facile hoc & cuiuſuis officiū eſſe:nōnunq̄ vero oīm difficillimū.SO.Sed ſiue facile hoc ſit o Alcibiades ſiue difficile,nobis ſane ſic ſe habet vt ipm̄ itelligētes,etiā qua ratiōe curādi ſumꝰ,intelligamꝰ.Ignorātes vero cōtra.AL.Eſt vt dicis.SO.Age quō ipm̄ idē inueniemꝰ:forte vero ſic qd ſimus ipi iuenire poterimꝰ.At hoc ignorātes nūq̄.AL.Recte loq̄ris.SO.Attēde ergo p Deū,cū alio ne q̄ mecum tu diſputas? AL.Tecū.SO.Et ego nōne tecū? AL.Et tu mecū.SO.Socrates igit̃ eſt q diſputat.AL.Eſt.SO.Alcibiades vero q audit.AL.Ita eſt.SO.Nōne ſermone vel ratiōe Socrates diſputat? AL.Quid ni?SO.Diſputare aūt & ſermone vel ratiōe vti idē quodāmō vocas? AL.Idē.SO.Vtēs aūt & quo vtit̃,nōne aliud? AL.Quō dicis?SO.Quēadmodū cerdo icidit qdē circulari & ſemicirculari organo atq; aliis inſtrumētis.AL.Eſt vt dicis.SO.Nōne aliud qddā eſt,q diuidēdo vtit̃:alia vero quibꝰ vtit̃? AL.Quid ni?SO.Itē aliud citharœdus,aliud quo citharā pulſat? AL.Aliud.SO.Hoc paulo ante interrogabā,an vtēs & quo vtit̃,ſemp aliud eē videat̃.AL.Videt̃.SO.Cerdonē incidere dicimꝰ iſtrumētis tātū,an etiā manibꝰ.AL.Et manibꝰ.SO.Et iis ergo vtit̃.AL.Vtit̃.SO.An nō & oculis vtēs coria incidit? AL.Prorſus.SO.Vtētē vero aliud qddā ab iis qbꝰ vtit̃ eſſe cōceſſimꝰ.AL.Cōceſſimꝰ.SO. Cerdo igit̃ & citharœdus aliud qddā ſunt,q̄ oculi & manus qbus vtunt̃.AL.Apparet.SO.Nōne toto corpore hō vtit̃? AL.Penitꝰ.SO.Aliud vtiq; vtēs,& quo vtit̃.AL.Sic eſt.SO.Hō ergo eſt a ſuo corpore aliud.AL.Videt̃.SO.Quid eſt igit̃ hō? AL.Ignoro.SO.Scis eſſe id qđ corpe vtit̃.AL.Scio.SO. Aliud ne vtit̃ ipo q̄ aīa? AL.Nil aliud.SO.An nō iperās? AL.Imperās.SO.Quinetiā neminē hoc alit̃ ęſtimaturū puto.AL.Quidnā?SO.Quin ex tribꝰ,vnū aliqd hō ſit.AL.Ex qbꝰ?SO.Aut animā videlicet,aut corpꝰ:aut totū ipm̄ ex vtriſq; cōpoſitū.AL.Cur nō?SO.Verūtñ id qđ iperat corpori hoīem eſſe cōfeſſi ſumꝰ.AL.Cōfeſſi ſumꝰ.SO.Quid igit̃ hō: Nū ſibiipſi corpꝰ iperat? AL.Nullo modo.SO. Subiici eñ illud diximꝰ.AL.Certe.SO.Nō eſt igit̃ hoc qđ q̄rimꝰ.AL.Nō vt videt̃.SO.At vtrūq; ſimul forſitan corpi dñat̃,atq; id hō eſt.AL.Forte.SO.Immo minime oīm:nā altero illorū nō dñante: nulla cōiectura eſt,vt ſimul vtrūq; dñet̃.AL.Recte loq̄ris.SO.Cū vero nec corpꝰ nec ſimul vtrūq; ſit hō,reſtat vt arbitror,aut nihil oīno hoīem eſſe,aut ſiqd eſt,nihil aliud eſſe q̄ aīam.AL.Prorſus.SO. Adhuc ne liqdiꝰ mōſtrari tibi oportet,aīam eē hoīem? AL.Nō p Iouē,hæc eñ ſufficere mihi vident̃. SO.Et ſi nō in itegrū hęc diſcuſſa ſunt,mediocriter tñ inducta in p̄ſentia ſufficiūt.Nā tūc demū penitꝰ cōprehēdemꝰ,cū iuenerimꝰ qđ nūc,q̄a latiorē ſpeculationē regreret,p̄termiſimꝰ.AL.Quid iſtđ? SO.Qđ paulo ante ſic eſt dictū,ꝙ prius cōſiderādū ſit ipm̄ idē,nūc vero p eo qđ qdē eſt ipm̄ idē, cōſideratumꝰ ipm̄ vnūqdq; qd eſt.Idq; forte ſufficiet.Nihil eñ in nobiſipis pricipalius eſſe q̄ aīam dicere poſſemꝰ.AL.Nō certe.SO.Nōne decēs eſt ita putare,me.ſ.ac te cōſpirare inuicē aīa ad aīam vtentes ſermonibꝰ? AL.Et maxime qdē.SO.Hoc itaq; erat qđ paulo ante dicebamꝰ:ꝙ Socrates cū Alcibiade diſputat oratiōe vtēs nō ad p̄ſonā tuā vt apparet:ſed ad Alcibiadē verba dirigēs:hoc aūt aīa eſt.AL. Mihi ſane videt̃.SO.Aīam igit̃ noſſe iubet:qui p̄cipit Noſce teipm̄.AL.Videt̃.SO.Quicūq; igit̃ corpus cognoſcit:ſua qdē nō ſeipm̄ nouit.AL.Sic eſt.SO.Atq; ideo nullꝰ medicus vt eſt medicus,neq; gymnaſticus vt gymnaſticꝰ ſeſe nouit.AL.Nō vt videt̃.SO.Multo minꝰ agricolę aliiq; opifices ſe cognoſcūt: neq; eñ ſe,neq; ſua ſed remotiora q̄dā ſcđm artes ſuas cōſiderāt.iis eñ intēdūt,qbꝰ corpus curat̃.AL.Vera narras.SO.Quare ſi prudentia eſt ſeipm̄ cognoſcere,nullus iſtorū ſcđm ſuā artē eſt prudēs.AL.Non vt videt̃.SO.Ob hoc mechanicæ artes iſtę:nō autē boni viri diſciplinę vident̃.AL. Prorſus.SO.Nōne rurſus qcūq; corporis curā habet ſua qdē nō tñ ſeipm̄ curat? AL.Apparet.SO.At vero cui pecunię curę ſunt,nec ſe,nec ſua,ſed quę procul a ſuis ſunt:curat.AL.Videt̃.SO.Non ergo

Aliud eſſe id quod vtit: & quo vtitur.

Homo ē aliud q̄ corpꝰ ſuū.

Hominē non aliud eſſe q̄ animam.

ſuis indulget qui pecunias cumulat. AL. Recte. SO. Quiſq̧ etiã corpus Alcibiadis amauit vnq̃, non
Alcibiadẽ ipm̃, ſed quæ Alcibiadis eſſent: amauit. AL. Vera loq̃ris. SO. Qui vero te amat, amat ani-
mũ. AL. Neceſſario ſequi ex ratiõe tua videt̃. SO. Nõne tui corpis amator, cum primũ ſpecies deflo-
reſcit: abiẽs deſerit? AL. Apparet. SO. At vero q animũ tuũ diligit, nũq̃ deſerit donec ad meliorẽ fru
gem pueniat. AL. Cõſentaneũ. SO. Hãc ego ob cauſam te minime deſero: verũ in amicitia pſeuero re
liqs ſeneſcẽte corpore abeũtibꝰ. AL. O q̃ bene facis mi Socrates: ne in poſterũ me deſeras obſecro. SO.
At enitere vt q̃pulcherrimus fias. AL. Conabor. SO. Sic ſe tua res habet. nec fuit vnq̃, nec eſt vt opi-
nor Alcibiadis Cliniç filii amator vllus pter vnũ & illũ quidẽ amabilẽ, Socratẽ Sophroniſci & Phena
reręc filiũ. AL. Vera dicis. SO. Nõne dixiſti me aliquãtulũ pueniſſe, cũ te ſalutatũ veniſſẽ? nã ſtatuiſſe
te vt prior me ipſe cõueniẽs interrogares, quãobrẽ ſolus ego te nõ reliquerim. AL. Sic erat. SO. Hæc
pculdubio cauſa: qm̃ amator tui ſolus erã: cæteri vero tuoꝝ. Tua ſane labunt̃ tẽpore. Tu autẽ nunc
primũ floreſcis: ac deinceps quidẽ niſi ab Athenienſi poplõ corrũparis: ac turpior euadas: nunq̃ te de
ſeram. Id enim vehemẽter timeo, ne amator popłi factꝰ nobis corrũparis. Multi enim & ingenui qui-
dẽ apud Atheniẽſes id paſſi ſunt. Nã bene pſonatus eſt magnanimi Erechthei populus: ſed illũ nuda
tũ cõtueri oportet. Adhibe igit̃ hãc quã dico cautionẽ. AL. Quã? SO. Exue illũ priꝰ o beate ac diſce
quęcunq̧ ſcienda ſunt, anteq̃ tractent̃ ciuilia: vt rẽpublicã adeas ferens tecũ alexipharmacũ. i. medici
nã phibentẽ mala: ne qd aduerſi aliquãdo patiaris. AL. Bene mihi dicere videris o Socrates: verũ co-
nare iã nobis exponere qua ratiõe noſmetipſos curemus. SO. Nõne ſatis iã a nobis in ſuperioribꝰ de-
finitũ eſt? Quid eñ ſimus cõueniẽter ſupra cõcluſimus. Timebamꝰ enim ne in hoc decepti noſipſos
forſitan lateremus: alicuiꝰ alterius nõ noſtri curã habẽtes. AL. Eſt vt dicis. SO. Deinde cõceſſum eſt
animę curã habendã: ſemp̧ ad ipſam reſpiciendũ. AL. Manifeſtũ eſt. SO. Corporũ vero pecuniarũq̧
curã aliis relinquendã. AL. Quid ni? SO. Quonã igit̃ pacto iſta pſpicue noſceremus, poſt q̃ hoc intelle
cto nos quoq̧ ipſos intelligemus? an forte p deos ipſam inſcriptionẽ delphicã recte monentẽ: cuiꝰ ſu-
Explicatio delphicę iſcriptionis noſce teipſum. pra mentionẽ fecimus, nondũ intelleximus? AL. Quidnã aĩaduertẽs ſic ais o Socrates? SO. Dicã tibi
quid ſuſpicor hãc inſcriptionẽ nobis cõſulere. neq̧ vero paſſim eius exẽplar: ſed in viſu ſolũ inueniri
poſſe videt̃. AL. Quomodo, id ais? SO. Contẽplare tu quoq̧: ſi oculo noſtro quẽadmodũ homini con
ſuluiſſet, Vide teipſum: quomodo id admonuiſſe arbitraremur? nõne vt ĩ illud inſpiceret oculus: ex
cuius intuitu ſeipſum viſurus eſſet? AL. Conſtat. SO. Cõſideremꝰ itaq̧ in quid potiſſimũ intuentes,
illud ipm̃ ſimul ac noſipſos videremus. AL. In ſpecula, & alia huiuſmodi. SO. Recte loqueris. ſed ocu-
lo quo videmus, an nõ ineſt huiuſmodi quiddã? AL. Valde. SO. Num aduertiſti q̧ facies hoĩs in ocu
lũ intuẽtis in oppoſiti viſu relucet velut in ſpeculo, quã ſupremã vocamus pupillã, ſimulacrũ inſpi-
ciẽtis exiſtẽs? AL. Aduerti. SO. Oculus igit̃ ita demũ ſeipm̃ cernit, cũ in oculũ inſpicit: in idq̧ pterea
intẽdit: qđ oculi optimũ eſt: & quo oculus ipſe videt. AL. Apparet. SO. Si autẽ in aliud quoddã hoĩs
mẽbrũ reſpexerit, vel in quoduis aliud, pręterq̃ in id cuiꝰ hoc eſt ſimile, haudquaq̃ ſeipm̃ pcipiet. AL.
Verũ. SO. Oculus ergo cũ ſeipm̃ viſurus eſt, in oculũ reſpicere debet: atq̧ in eũ oculi locũ, in quo vir
tus eſt oculi. Is autẽ viſus atq̧ pupillę acies eſt. AL. Sic eſt. SO. Eodẽ pacto & aĩa: o amice Alcibiades:
ſi ſeipſam noſcere vult, in animã intueat̃, in eũq̧ pcipue locũ aĩę: in quo ineſt virtus aĩę, ſapiẽtia, & in
aliud cuiꝰ hoc eſt ſimile. AL. Mihi quidẽ videt̃ o Socrates. SO. Num reperire poſſumꝰ quippiã in aĩa
diuinius illo circa qđ intelligẽtia ſapiẽtiaq̧ verſat̃? AL. Nequaq̃. SO. Id igit̃ animę diuini ſimile eſt: in
qđ ſane qs intuẽs: & omne diuinũ: Deũ ſcilicet & ſapientiã cernẽs, ſic ſeipſum prorſus agnoſcet. AL.
Apparet. SO. Seipſum vero cognoſcere, prudentiã eſſe cõcedimus. AL. Prorſus. SO. Si autẽ nec nos
ipſos cognoſceremus, nec prudẽtes eſſemus, poſſemus ne noſtra ſeu mala, ſiue bona cognoſcere? AL.
Quomodo hoc fieri poſſet o Socrates? SO. Impoſſibile tibi forte videt̃ queq̃ nõ cognoſcentẽ Alcibia-
dem, tamẽ quę Alcibiadis ſunt, q̧ Alcibiadis ſint cognoſcere? AL. Impoſſibile p Iouẽ. SO. Nec noſtra
q̧ noſtra ſint, niſi prius noſipſos? AL. Nullo modo. SO. Si noſtra ignoremꝰ nec ea quę noſtroꝝ ſunt in
telligemꝰ? AL. Nõ vt videt̃. SO. Nõ igit̃ recte oĩno cõſenſimꝰ, cũ ſupra quoſdã eſſe aſſereremꝰ, qui ſe
ignorãtes, ſua tamẽ dignoſcerẽt. Atqui nec ea etiã quę ſuoꝝ. hęc eñ cũcta dignoſcere vniꝰ atq̧ eiuſ-
dẽ artis officiũ eſſe videt̃: ſeipm̃ ſcilicet & quę ſua ſunt, & quę ſuoꝝ. AL. Videt̃. SO. At qui ſua igno-
rat, ignorat & aliena. AL. Cur nõ? SO. Nũ igit̃ ſi aliena, etiã quę ciuitatũ ſunt ignorabit? AL. Neceſſe
eſt. SO. Nunq̃ ergo hic vir ciuilis eſſet. AL. Non certe. SO. Nec œconomicus etiã. AL. Neq̧ hoc. SO.
Nec qđ agit, intelliget. AL. Minime. SO. Ignorãs autem, nonne errabit? AL. Maxime. SO. Qui aber-
Nemo felix niſi ſapiens. mali ſunt miſeri. rat, an non male aget & priuatim & publice? AL. Quid ni? SO. Male agens nonne miſer? AL. Et maxi
me quidem. SO. An vero & ii quibus cum hæc agit? AL. Et hi quoq̧. SO. Nemo itaq̧ felix eſſe poteſt
niſi ſapiens bonuſq̧ ſit. AL. Nemo. SO. Sequitur vt mali homines miſeri ſint. AL. Apprime. SO. Nõ
ergo qui diues ſit, ſed qui prudens, miſeriam vitat. ALCI. Videtur. SO. Quãobrem nec mœnibus
nec nauibus triremibuſq̧ atq̧ naualibus: o Alcibiades, nec multitudine nec amplitudine ſine vir-

tute ciuitas ad felicitatẽ indiget. AL. Nõ profecto. SO. Si recte ciuitatẽ gubernaturus es, virtute im-
buendi ſunt ciues. AL. Quid ni? SO. Num dare qs põt aliis, qđ ipſe nõ habet? AL. At quo modo? SO.
Ergo virtute prius ornatus ipſe debet eſſe, quicũq; nõ ſibi tantũ ac ſuis ſed reip. etiã & iis q̃ ad eã ſpe-
ctant imparaturus eſt. AL. Vera dicis. SO. Nec igit̃ principatꝰ neq; licẽtia quodcũq; libuerit, faciendi
aut tibi, aut reip. verũ iuſtitia potius & prudẽtia cõparanda. AL. Apparet. SO. Iuſte eñ ac prudẽter
agẽtes & tu ſimul & tua reſpu. deo gratũ opus efficietis. AL. Decẽs eſt. SO. Et quẽadmodũ ſupra di-
ximus, in diuinũ ſplẽdorẽ intuẽtes agetis. AL. Videt̃. SO. Quinetiã illuc reſpiciẽtes voſmet veſtraq;
bona pſpicue diſcernetis. AL. Certe. SO. Nõne ſic recte atq; bene agetis? AL. Agemꝰ. SO. Enimuero
fideiubere paratꝰ ſum vos ſi ita vixeritis felices fore. AL. Locuples certe fideiuſſor. SO. Cõtra, ſi iniu-
ſte vixeritis deſpiciẽtes ĩ tenebras diuinitatis expertes, cõſimilia iſtis opera, vt cõſentaneũ eſt, efficie-
tis, voſipſos penitꝰ ignorãtes. AL. Videt̃. SO. Cui eñ o amice Alcibiades poteſtas adeſt qđcũq; libue-
rit, cõficiendi: mẽte vero captus eſt: qdnã cõueniẽs eſt, illi cõtingere? ſiue priuatꝰ ille quidẽ ſiue reſpu.
ſit. Veluti ſi ægrotãti cuidã libera licẽtia ſit, rationẽ medici nõ habẽti, ſed tanq̃ tyrãnidẽ exercẽti, vt
nemo eũ abſterrere valeat, quid illi euenturũ eſt? Nõne veriſimile eſt vt corpꝰ corrũpat? AL. Vera lo-
queris. SO. Quid vero, ſi in naui apud quẽpiam oĩs licẽtia ſit qđcũq; videat̃ agẽdi: mente tamẽ & gu-
bernãdi peritia careat, num cernis q̃ ei & ſociis euentura ſint? AL. Opinor equidẽ illũ ſeipſm vna atq;
ſocios perditurũ. SO. Nõne igit̃ omni reipublicę, omniq; imperio & dñationi vbi virtus deeſt: cõtin-
git vt male agat? AL. Neceſſe eſt. SO. Nõ ergo tyrannis optime Alcibiades aut nobis aut reipublicæ
paranda eſt, ſed virtus, modo felices eſſe velimꝰ. AL. Vera dicis. SO. Cæterũ anteq̃ virtus adſit pſtat
viro nõ modo puero, regi a meliore q̃ regere. AL. Apparet. SO. Nõne qđ melius eſt idẽ & pulchrius?
AL. Sic eſt. SO. Qđ pulchrius, decẽtius? AL. Quid ni? SO. Decet itaq; malũ ſeruire: melius enim eſt.
AL. Decet. SO. Seruilis ergo prauitas. AL. Apparet. SO. Liberalis autẽ virtus. AL. Ita eſt. SO. Nõne o
amice ſeruitus fugienda? AL. Maxime quidẽ o Socrates. SO. Aduertis quomodo te nũc habeas? vtrũ
libere an contra? AL. Et maxime qdẽ: vt mihi videor: hoc ſentio. SO. Noſti ne quo pacto id qđ nũc te
occupat, fugare queas? nolim eñ iſtud ĩ claro hoĩe noĩare. AL. Noui equidẽ. SO. Quomodo igit̃? AL.
Si ipſe volueris o Socrates. SO. Haud recte loq̃ris Alcibiades. AL. At quomodo dicẽdũ eſt? SO. Si deꝰ
voluerit. AL. Dico eqdẽ: atq; hoc inſup addo: q̄ periclitabimur figuras inuicẽ cõmutare: tuã quidẽ
ego induẽs, tu autẽ meã, fieri enim nõ poteſt, quin ego te deinceps ducam, tu autẽ a me ducaris. SO.
O generoſe nihilo igit̃ meus in te amor a ciconia differt, ſi poſteaq̃ ꝓpe te velut ĩ nido amorẽ alatum
fouerit ab illo iterũ nutriatur. AL. Profecto ſic ſe res habet, & incipiam hinc iã iuſtitiã meditari. SO.
O q̃ te velim perſeuerare. Timeo autẽ naturæ tuæ diffidẽs, huiuſq; ciuitatis robur intelligens, ne id
me ſimul ac te vincat.

FINIS ALCIBIADIS PRIMI.

Argumentum Marſilii Ficini Florentini in Alcibiadem ſecũdum, vel de Voto.

QVoniam ſecũdus Alcibiades liber ꝓfecto ſanctiſſimꝰ de voto inſcribit̃, ſummatim
colligẽdũ eſt, quid votũ, qđ ĩ voto petendũ, & quãdo, & quomodo. Definitio voti
partim ab Orpheo: partim a Platone ſumpta hęc eſt. Votũ eſt ardẽs affectus caſti Quid votum
animi Deo deditꝰ, & qđ bonũ videt̃ exoptãs. Huic affectui Zoroaſter & Orpheus
ſuffumigatiões & characteres adhibuerũt: quotiẽs ad ſõda numina preces dirige-
rẽtur. Mercuriꝰ ac Plato cũ ſupremi numinis maieſtatẽ venerabant̃, externas oẽs
cerimonias auferebãt: ſolã ac purã fragrãtiã animi reliquẽtes. Sed de his oĩbus in
noſtris cõmentariis diligẽtius. In voto petẽdũ Plato vult bonũ: idq; ex eo patet, q̄ petitionẽ hãc poetę Quid petendum in voto.
Lacedęmoniorũq; teſtimonio cõprobat: eãq; tutam & prudẽti & imprudẽti eſſe putat: votũq; huiuſ-
modi & a quolibet & ſemp fieri poſſe. Petitionẽ vero certi cuiuſdã & ꝓprii boni tũc demũ eſſe ſecurã:
cũ prudentiã qs fuerit cõſecutus: alias aũt periculoſam. Vbi multa de prudẽtia differit: q̃ tu vir oĩm
prudẽtiſſime Coſme lege obſecro diligẽter, vt quãti faciat prudẽtiã prorſus agnoſcas. Vniuerſalis er-
go precatio, qua bonũ ſolũmodo petit̃, ſemp fieri poteſt: ꝓpria vero qua certũ aliqđ qđ bonũ videtur
optat̃, tũc faciẽda cũ quid poſcẽdũ eſt qs nouerit. tũc id noſcet, cũ quid bonũ quid malũ eſt: intellexe-
rit. Id intelliget: cũ a mẽte didicerit. Diſcet, cum ſe ad illã cõuerterit. Cõuertet: cũ purgauerit animã
tenebraſq; expulerit. Purgabit cũ ſeipſm legitimę philoſophię dediderit. Tradet cũ ſuã ignorãtiã reco-
gnouerit. Noſce ergo teipſm, tẽplo Apollinis eſt inſcriptũ, ne qs temere deũ oraturus accederet. Quo Noſce te ipſum.
autẽ ordine ĩ oratiõe ꝓpria ſit orãdũ, Mercuriꝰ in oronibꝰ ſuis, & in ſuis hymnis Orpheus, & Pytha-
goras ĩ carminibꝰ aureis docuerũt, quorũ ritus alias exponemꝰ. Plato deĩde hos theologos imitatus,
in li. de pulchritudine orantẽ ſic Socratẽ introducit. O amice Pan atq; cætera numina date obſecro Oratio Socratis ad Deos.
vt intus pulcher efficiar: et quęcũq; mihi extrĩſecus adiacẽt, intrĩſecis ſint amica. Sapientẽ ſolũ diui-
tẽ putẽ. Tantũ vero huiꝰ auri tradite, quãtũ nec ferre nec ducere alius q̃ vir tẽperãs poſſit. Quid pe-
tit Socrates? Bonũ. Qđ bonũ? Sapiẽtiã: hoc eſt veritatis diuinę cognitionẽ: quã dare ſolꝰ deꝰ põt: quã

accipere ſolus animus pulcher,id eſt tẽperatus,purus,cãdidus valet. Quid poſcit ĩ primis?vt dignũ
ſapiẽtia faciat. Temerarii nãpe hoĩs eſt munus aliqđ quo indignus eſt petere. Quis diuina ſapiẽtia di
gnus?q lumẽ eiꝰ ferre paratꝰ eſt. Quis paratꝰ?qui ꝑ cõtinẽtiã prĩo,deĩde ꝑ tẽperãtiã:poſtremo ꝑ ſancti
moniã,id eſt ciuilẽ:purgatoriã purgatiq; virtutẽ animi:ſic animũ expiauerit:vt pulcher hoc eſt purꝰ
oĩno nitiduſq; euaſerit:& virtutẽ iã exemplarẽ:diuinã ſcilicet ſapientiã ſolã:vtpote theſaurũ oĩm di
uitiarũ optauerit. Idcirco Socrates deũ patrẽ oĩum & miniſtros eius amice adſpirare ꝓcatur: vt illo
rũ benigno ꝓpitioq; fauore purgatꝰ euadat. Corporea vero & externa leuiter ꝑtranſit:eligẽs illa ſic ſe
habere:vt trãquillã puritatẽ animi nõ impediãt. Deĩde pulchritudine hac iã parta: optat vt ſapiẽtiã
ſolã hoc eſt dei cognitionẽ eſſe opulentiã oẽm ſufficiẽtiãq; aeſtimet:ſolãq; ſitiat. Poſtremo ꝙſi per ante
dicta paratus fulgidũ hoc aurum diuinę ſapientię poſtulat. Neq; id ſuperbe:neq; remiſſe tamẽ. Mini
mã quippe veritatis cognitionẽ intẽperati hoĩes ſortiunt̃:ſummã & infinitã in ſeipſo deus amplectit̃:
magnã vero & amplã vir tẽperãs adipiſcit̃. Tantũ igitur huius auri poſtulauit:quãtũ ſolus ferre vir
tẽperãs valet. Hoc equidẽ eſſe aurũ ignitũ arbitror:qđ emendũ Ioan. in Apocalypſi pręcepit.

ALCIBIADES. II. VEL DE VOTO. SOCRATES ALCIBIADES. SOCRA.

Occaſio dial. DEVM Neo Alcibiades ꝓcaturus accedis? AL. Et maxĩe qdẽ o Socrates
SO. Triſtitiã quãdã prę te ferre videris:& oculos ĩ terrã figere,tanq̃ ali
quid tecũ ipſe p̃meditãs. AL. At qd ad hęc p̃meditatiõe opꝰ eſt o Socra
tes? SO. Maxima vt mihi videt̃:nã dic per Iouẽ obſecro:nõne putas deos
quę ꝓcamur:& priuatim:& publice:nõnunq̃ partim cõcedere:partim
minime?& aliis qdẽ annuere:aliis vero cõtra? AL. Oĩno qdẽ. SO. Nonne
igit̃ tibi videt̃ magna ꝓuidẽtia opꝰ eſſe:ne qs ſeipſm lateat dũ magna pe
tit mala,credẽs bona ſe poſcere: Dii autẽ in eo ſint habitu:in quo rogãti
bus annuũt? quẽadmodũ Oedipũ ferũt obſecraſſe deũ:vt filii de regno
ꝑſno ferro decernerẽt. Cũq; liceret p̃ſentiũ maloꝝ abſolutionẽ poſcere:
alia ĩſup ĩprecabat̃. Vñ ad effectũ iſta venerũt:atq; ex iis alia mlta & gra
uia:q̃ referre ſingula nequaq̃ opꝰ eſt. AL. At tu furentẽ qdẽ hoĩem ĩ exẽpli adduxiſti.nã quẽ putas ſa
nę mẽtis hoĩem audere talia petere? SO. Inſanire nõne cõtrariũ eſt ei:qđ eſt prudẽtẽ eſſe? AL. Prorſus.
SO. Nũ ex hoĩbus alii ĩprudẽtes:alii prudẽtes eſſe tibi vident̃? AL. Vident̃ ſane. SO. Age itaq; cõſide
remꝰ qnã iſti ſint. Eſſe eñ alios qdẽ imprudẽtes:alios vero prudẽtes:nõnullos ĩſanos,iã cõuenit. AL.
Negat Plato eſſe medium inter ſanũ & ęgrum. Cõuenit. SO. Pręterea bene valẽtes aliqui ſunt. AL. Sũt. SO. Aegrotãtes alii. AL. Oĩno. SO. Nõ ergo
iidẽ ſunt. AL. Nõ certe. SO. Sunt ne alii qdã:qui neutrũ iſtorũ patiant̃? AL. Nequaq̃. SO. Neceſſe eñ
hoĩem vel ęgrotare vel nõ ęgrotare. AL. Videt̃. SO. De prudẽtia vero & ĩprudẽtia idẽ iudicas? AL.
Inter prudentem & imprudentem nõ eſſe medium. Quomodo dicis? SO. Opinaris hoĩem:aut prudẽtẽ:aut ĩprudentẽ eſſe oportere? An tertiũ ꝑterea me
diũ quiddã:quo nec prudẽs nec ĩprudẽs homo ſit? AL. Nihil ꝓfecto. SO. Neceſſe igit̃ alterũ iſtorũ pa
ti. AL. Apparet. SO. Recordaris cõceſſiſſe te inſaniã prudẽtię eſſe contrariã? AL. Equidẽ. SO. Nonne
Vni non poſſe eſſe duo cõtraria:ſed ſi cõtraria probata fuerunt, illa duo ſunt idẽ. etiã nullã eſſe mediã paſſionẽ:q̃ hoĩem nec prudẽtẽ nec ĩprudẽtẽ efficiat? AL. Cõſenſi qdẽ. SO. Quin
etiã duo eſſe eidẽ rei cõtraria quo pacto poſſunt? AL. Nullo. SO. Imprudẽtia igit̃ atq; ĩſania idẽ eſſe vi
dent̃. AL. Vident̃. SO. Si ergo oẽs ĩprudẽtes inſanire dixerimꝰ: recte dicemꝰ:& ex tuis ęqualibꝰ:nec
nõ ętate maioribꝰ qcũq; ſũt ĩprudẽtes:ĩſanos eſſe. Nõne putas ꝑpaucos eſſe ĩ hac vrbe prudẽtes:ĩpru
dẽtes plurimos:quos ĩſanos appellas? AL. Equidẽ. SO. An cẽſes nos tutos ĩter hos inſanos ita verſari:
qn ꝓcuriamur ab iis:ac verberemur:& ꝙcũq; furioſi facere cõſueuere patiẽtes:iãdiu penas non fuiſſe
daturos? Sed vide o beate:ne alit̃ ſe res habeat. AL. Quo pacto ſe habet o Socrates? Apparet eñ nõ ita
eſſe vt putarã. SO. Nõ certe vt mihi videt̃:verũ ſic cogitãdũ eſt. AL. Quõ ais? SO. Dicã tibi. Ponimꝰ
aliquos ęgrotãtes eſſe:nec ne? AL. Oĩno qdẽ. SO. Nũqd neceſſariũ opinaris oẽm ęgrotũ cruciari dũta
xat podagra,vel febri,vel lippitudine? An etiã poſſe aliis morbis affici:cũ multę ſint morboꝝ ſpecies
pręter iſtas? AL. Sic mihi videt̃. SO. Oĩs lippitudo morbꝰ tibi videt̃? AL. Mihi certe. SO. Et oĩs morbꝰ
etiã lippitudo? AL. Nõ mihi quidẽ:neſcio tamẽ qd afferã. SO. Si dicẽti mihi mentẽ adhibeas,& ambo
ſimul inueſtigemus,fere qđ volumꝰ cõſeqmur. AL. Adhibeo q̃ maxime poſſum. SO. Nõne cõuenit
ĩter nos lippitudinẽ oẽm eſſe morbũ:nõ oẽm tamẽ morbũ lippitudinẽ eſſe? AL. Cõuenit. SO. Et recte
quidẽ cõſenſiſſe videmur. Etenĩ febricitãtes ęgrotãt oẽs:nõ tamẽ qcũq; ęgrotãt etiã febricitãt:vel po
dagra aut lippitudine afficiunt̃. Sed omne qdẽ huiuſmodi cõmuniter morbꝰ eſt. Differre autẽ medi
ci dicũt illoꝝ curationẽ:nõ eñ oẽs aut ſimiles ſunt:aut ſimiliter ꝑtractant̃:verũ ſcđm vim ꝓpriã ſin
guli morbi tamẽ ſunt oẽs. Quẽadmodũ opifices aliquos eſſe ponimꝰ.nõne? AL. Prorſus. SO. Et cerdo
nes:& fabros,ſculptoreſq;,& q̃ plurimos alios:quos referre ſingulos referre nil opꝰ eſt:qui ve ptes opi
ficii diſcretas habẽt:ac oẽs qdẽ opifices ſũt:nõ tñ fabri oẽs,neq; coriarii,neq; ſculptores:at cũcti gene
ratim opifices. AL. Sic eſt. SO. Eadẽ quoq; ratiõe imprudentiã inter ſe plurimi partiunt̃:& q maiorẽ

ſortiũtur imprudẽtiæ partẽ:inſani furenteſq; vocanť:qui vero aliquãto minorẽ ſtolidi,atq; attoniti. *Plura genera ĩprudẽtię eſſe.*
Qui autẽ honeſtiorıbꝰ vocabulis eadẽ ſignificare volũt:partim quidẽ magnanimos appellãt:partim
ineptos: quidã nõ malos innocuos,& inexpertos,& ſtupidos. Inuenies quoq; alia multa nõia:quibus
oĩbus ĩprudẽtia ſignificať.Diſcrepãt autẽ,vt in ſuperioribꝰ diſcrepare apparuit,ars ab arte: & a mor
bo morbus.Tibi vero qd videť? AL.Idipſm.SO.Sed vt redeamꝰ vnde digreſſi ſumꝰ:ꝓpoſitũ fuit ĩ diſ
putationis exordio:q prudẽtes:quive ĩprudẽtes eſſent diiudicare.Cõuenimus autẽ tales aliquos eſſe
nõne? AL.Cõuenimus.SO.Prudẽtes exiſtimas quicũq; agẽda dicẽdaq; cognoſcũt? AL. Equidẽ.SO. *Prudentes q callent agẽda & dicenda.*
Imprudẽtes eos q neutra vidẽt? AL.Eos ipſos.SO.Nõne q vtraq; hęc ignorãt,ſeipſos latẽt: & agẽtes:
& loquẽtes:q̃ nõ oportet? AL. Apparet.SO.Ex his hoĩbus vnũ o Alcibiades,Oedipũ eſſe dicebã.Repe
ries quoq; nr̃is tẽporibus plurimos nõ impetu cõcitos:vt ille:neq; putãtes mala ſibiipſis:ſed bona po
tius exoptare. Ille ſiqdẽ vt nõ optabat:ita nec putabat . Sũt vero nõnulli:qui horũ cõtraria patiunť.
Reor equidẽ te primũ ſi forte deus ille ad quẽ exorãdũ accedis:ſeſe oculis offerẽs:te priuſq̃ aliqd obſe *Agitur de q̃litate rogationis.*
crares:interrogaret,ſatis ne tibi ſit Athenienſiũ tyrãnide potiri : q; ſi hoc quiddã exiguũ æſtimares:
adderet & Græcorũ oĩm:& ſi viderit te neq; iſtis etiã acqeſcere: niſi totius etiã Europę adiiciat:neq;
id quidẽ tibi ſufficere niſi eadẽ die ſentiãt oẽs Alcibiadẽ Cliniæ filiũ tyrãnũ eſſe:atq; ideo hęc tibi cõ
cederet oĩa:reor inquã ab eo te ingẽti cũ lætitia rediturũ:ac ſi maxima bona eſſes feliciter cõſecutus.
AL.Arbitror o Socrates,& quẽcũq; aliũ quiſq eandẽ ſortẽ aſſequereť.SO.Nõ tamẽ eligeres aĩę tuę
loco adeſſe tibi Græcorũ oĩm atq; etiã barbarorũ tyrãnidẽ.AL.Nõ vt opinor:quippe cũ nullo modo
vſurus eſſem.SO.Quid ſi vſurus qdẽ ſis:male tamẽ:& cũ nocumẽto? Neq; ſic quidẽ? AL.Nõ ꝑfecto.
SO.Cernis ergo tutũ nõ eſſe:aut quę offerunť:temere acceptare:aut optare:ſiqs ꝓpterea incõmoda *Non tutũ eſſe oblata temere acceptare:aut optare temere.*
ſubiturus ſit:vel vitã ꝑtinus amiſſurus.Multos aũt referre poſſemꝰ:q cũ tyrãnidẽ affectaſſent:inq; il
lius adeptionẽ ardẽti ſtudio cõtẽdiſſent:vtpote bonũ aliqd adepturi:ꝓpter tyrãnidẽ circũuẽti ĩſidiis
periere.Puto etiã audiuiſſe te nõnulla heri ac nouiſſime geſta:cũ Archelaũ Macedonũ tyrãnũ tyran *Tyrannorũ euentus.*
nidis amãtẽ delitias:aliqs huiuſcemodi delitias nõ minꝰ q̃ ille ſitiẽs ĩterfecit : vt tyrãnꝰ mox beatuſq;
futurꝰ.Cũ vero triduũ aut quatriduũ tyrãnide potitꝰ eſſet:rurſus ab aliis ex ĩſidiis oppreſſus periit.
Vt autẽ referamꝰ:q̃ nõ ex auditu pcepimus:ſed ipſi nos p̃ſentes ĩſpeximꝰ:vides inſup ex nr̃is ciuibus
quicũq; p̃fecturã exercitꝰ affectãtes nacti ſunt illã:partim etiã iis tpibus exules oberrare:partim mor
te dãnatos eſſe.Et ſiqui forſitã in extremis periculis,& timoribꝰ ſtrenue rẽ geſſiſſe viſi ſunt:nõ modo
in ip̃o exercitu:verũ etiã poſtq̃ in vrbẽ rediere: nõ minoribꝰ ab inſidiatoribꝰ ciuibꝰ:q̃ a militibꝰ calũ
niis affecti ſunt:vt plæriq; illorũ optauerĩt deniq; ſe priuatos vixiſſe,potius q̃ ĩ publico munere. Q;
ſi p̃icula & labores huiuſmodi:ad aliquã nobis vtilitatẽ afferrẽt:ꝑfecto hoc ſtudiũ nõ nihil ratiõis ha
beret.Nũc vero lõge cõtra res ſe habet.Inuenies prętere a eodẽ pacto nõnullos hoĩes:q filios votis exo
prãt:at cũ filios adepti ſunt:in calamitates doloreſq; maximos incidũt.Nã plęriq; cũ nati ꝑ oẽm ęta
tẽ.ĩprobi ꝑſeuerẽt:vniuerſam vitã mœrore cõficiũt.Qui vero ꝓbos filios nacti aduerſo quodã caſu il
lis orbãtur:nihilominꝰ q̃ ſupiores illi miſeri ſunt:vt prorſus eligerẽt:nunq̃ ſe filios genuiſſe. Et q̃uis
hęc atq; alia multa huiuſcemodi manifeſta ſint:raro tamẽ inueniret:q vel a datis abſtineret:vl' ſi orã
do ĩpetraturus eſſet:votũ omitteret.Permulti etiã neq; ab acqſita tyrãnide : neq; a parta p̃tura:neq;
ab aliis ĩnumeris:q̃ cũ poſſidenť lędũt potius:q̃ ꝓſint,diſcederẽt:qn potiꝰ orarẽt ſibi illa cõcedi ſiquã
do nõ adſint. Interdũ breue poſt tẽpus p̃terita vota dãnant:ad cõtraria recurrẽtes. Quãobrẽ vereor
eqdẽ ne hoĩes temere deos incuſent:q̃ſi mala ab iis inferanť:ii vero ſeu ꝓteruitate quadã,ſiue inſipiẽ
tia ſibiipſis dolores morte acriores pariũt . Quare prudẽs mihi videť poeta ille:q amicis inſipiẽtibus
vſus dũ eos videret & agẽtes & orãtes q̃ illis minime cõducebãt:cũ tamẽ eis vtilia viderenť: ꝓ oĩbus
ſic ait.Iupiter rex optima qdẽ nobis & vouentibꝰ:& nõ vouentibꝰ tribue . Mala autẽ poſcẽtibꝰ quoq; *Proba poetæ rogatio.*
abeſſe iube.Recte igiť & caute loqui poeta mihi videť:tu vero ſiqd habes in aĩo,qđ aduerſus hęc ꝓfe
ras,ne ſileto. AL.Difficile eſt o Socrates in iis q̃ bene dicta ſunt:cõtradicere. Illud aũt cogito:quantũ
malũ ſit hoĩbus ignorãtia: quãdoqdẽ ꝓpter hãc nos latet cũ male qd agimus:& qđ deterrimũ eſt:ob *ignorãtia*
eã peſſima nobis quãdoq; p̃camur:qđ qdẽ nemo putaret. Sed illud qlibet opinareť: poſſe videlicet ſe
ſibiipſi non peſſima:ſed optima petere.hoc eñ reuera execratiõis cuiuſdã nõ voti ſimile eſſet.SO. At
forte/o optime,diceret quiſpiã te ſimul ac me ſapiẽtior,haud ſatis recte nos loqui:dũ ſic temere igno
rãtiã vituperamꝰ:niſi hæc adiiciamꝰ:quęnã,& quorũ ignorãtia ſit. Quibuſdã nãq; certo modo affe *De ignorãtiæ bonitate,& malitia.*
ctis bonũ forte eſt ignorãtia,quẽadmodũ aliis malũ.AL.Quid ais? Eſt ne qcq̃ qđ alicui q̃ocũq; ſe ha
bẽti ignorare aliquãdo p̃ſtet q̃ cognoſcere? SO. Mihi ſane videť,tibi minime.AL.Nõ ꝑ Iouẽ.SO.Enĩ
uero nec illud te aduerſus matrẽ patraſſe vnq̃ velle iudicabo : qđ Oreſtẽ:& Alcmæona:& ſiqui tales
fuere,cõmiſiſſe ferunt.AL.Bene ominare ꝑ Iouẽ o Socrates.SO.Nõ decet o Alcibiades,eum qui ingt
te nolle iſta feciſſe:iubere vt bene omineť:ſed potius ſiqs cõtraria diceret.Poſtq̃ facinꝰ tã horrẽdũ tibi
videť:vt ne ꝓnũciari qdẽ facile debeat:putas Oreſtẽ ſi prudẽs fuiſſet:& qd bonũ ſibi nouiſſet:ſcelꝰ tã

Quę ignorã-tia mala.

tũ auſurũ fuiſſe? AL. Nõ certe. SO. Neq̃ aliũ vt arbitror vllũ. AL. Nulli. SO. Malũ igiť vt videť igno rãtia optimi: & qđ optimũ eſt ignorare. AL. Mihi ſane videť. SO. Nõne & illis, & cæteris oibꝰ? AL. Fateor. SO. Cõſideremus pterea & hoc: qđ euẽturũ eſſet: ſi tibi quoq̃ adeſſet ignorãtia q̃dã, qua Periclẽ nõ cognoſceres: dũ opinareris meliꝰ eſſe Periclẽ tutorẽ atq̃ amicũ tuũ interficere: ac ſũpto gladio ad fores illiꝰ pperãs ĩterrogares nũ intus ſit: volẽs illũ dũtaxat nec aliũ queq̃ occidere: domeſtici aũt illũ intus eſſe reſpõderẽt. Neq̃ tamẽ dico te qcq̃ hmõi cõcupiſcere: ſed an videať tibi: qđ quidẽ nihil phi bet: ignorãti qđ ſit optimũ: adeſſe poſſe ĩterdũ opinionẽ: vt ĩudices qđ eſt peſſimũ: nõnũq̃ optimũ eẽ. An nõ tibi videť? AL. Oĩno qdẽ. SO. Ergo ſi domũ ĩgreſſus: videſq̃ illũ opineris aliũ eẽ: nũ ipm pimeres? AL. Nõ p Iouẽ: vt mihi videor. SO. Nõ. n. quẽ ſors offerret, ſed quẽ ſtatueras: nõne? AL. Profecto. SO. Nũ & ſi frequẽter ĩuaderes: ſemp aũt ignorares Periclẽ: vnq̃ ĩ eũ irrueres? AL. Nũq̃. SO. Oreſtẽ vero putas vnq̃ manꝰ illaturũ fuiſſe matri: donec eã minime cognouiſſet? AL. Nõ arbitror. SO. Neq̃ eñ ille quęcũq̃ occurreret mulier: ſed matrẽ ſuã dũtaxat necare decreuerat. AL. Sũt hęc vera. SO. Itaq̃ hoibus ſic affectis: & in iiſdẽ opinionibꝰ inuolutis: ignorare talia pſtat. AL. Videť. SO. Vides iã q̃ ignorãtia q̃dã hoibꝰ certo quodã modo diſpoſitis bonũ qddã eſt: nõ autẽ vt tibi videbať malũ? AL. Apparet.

Paradoxa quedam. Sciẽtiarũ poſſeſſio nocua abſq̃ optimi cognitione.

SO. Pręterea ſi volueris: qđ deinceps ĩ mediũ affereť mirabile dictu, diſcutere: forte pbabile tibi videbiť. AL. Quid iſtud o Socrates? SO. Videť ſane cæterarũ oĩm ſciẽtiarũ poſſeſſio: niſi qs ſciẽtiã optimi nactꝰ fuerit: raro qdẽ pdeſſe: obeſſe plerũq̃ illi q ſit huiuſmodi ſciẽtiis pditus. Sic autẽ cõſidera. Nõne neceſſariũ tibi videť: cũ aliqđ facturi, vel dicturi ſumꝰ: oportere nos prius qdẽ, vel putare cognoſcere, vel vere cognoſcere qđ prõptius agere, & loqui debemꝰ? AL. Mihi plane videť. SO. Nũ rethores ſtatim, vel cũ ſciunt cõſulere, vel ſaltẽ ſcire ſe putãt: cõſulunt nobis paſſim: ii quidẽ de bello & pace: illi vero de moenibꝰ cõſtruẽdis: vel de portubꝰ pręparãdis muniendiſq̃: & vt ſũmatim dicam quicqđ ipa ciuitas agit aduerſus aliã ciuitatẽ, vel ĩ ſeipſa: rethorũ cõſilio pficit? AL. Vera narras. SO. Vide & quę ſequũtur: ſi fieri põt. Vocas aliquos prudẽtes: ĩprudẽtes alios? AL. Voco. SO. Et multos quidẽ ĩprudẽtes: prudẽtes vero paucos? AL. Profecto. SO. Nõne ad aliqđ reſpiciẽs: vtroſq̃ nũcupas? AL. Immo. SO. An eũ q iſta cõſulere norit, niſi ſciat docere vtrũ meliꝰ: & qđ meliꝰ: prudẽtẽ dices? AL. Nequaq̃. SO. Neq̃ vt arbitror qcũq̃ pugnare norit: ignoret tñ qñ, & quãtũ meliꝰ. AL. Sic eſt. SO. Neq̃ ſiqs quẽpiã perimere ſciat: & pecuniis ſpoliare, ac exulẽ a patria facere: niſi ſciat etiã qñ & quẽ melius ſit. AL. Minime.

Qui prudens ſit appellãdꝰ.

SO. Quicũq̃ igiť horũ aliqđ nouerit, modo adſit etiã ſciẽtia optimi: quę qdẽ eadẽ & vtilis ſciẽtia eſt: hũc forte prudẽtẽ vocabis. AL. Hũc ipm. SO. Prudẽtẽq̃ ipm dicemꝰ ſufficiẽtẽ eſſe ſibi & patrię cõſultorẽ: ĩprudentẽ vero cõtra, qdnã tibi videť? AL. Idẽ. SO. Quid autẽ ſi qs equitare, aut ſagittare ſciat: vel palęſtrã: vel pugillariã: vel aliud quoddã certamẽ exercere: aut aliud aliqđ eorũ q̃cũq̃ p artẽ nouimꝰ: quo noĩe appellas eũ qui ĩtelligit qđ ĩ arte melius fiat? an nõ ſcđm equeſtrẽ artẽ equitẽ: ſcđm pugillariã pugilẽ: tibicinariã tibicinẽ: atq̃ in aliis eodẽ modo? an ſecus? AL. Sic certe. SO. Nũ tibi videť: q horũ aliqđ ĩtelligit: vir prudẽs appellãdus? an lõge adhuc abeſſe? AL. Lõge p Iouẽ. SO. Qualẽ igiť ciuitatẽ eã putabis: q̃ ex peritis ſagittariis, & tibicinibus, athletiſq̃, ac cęteris artificibꝰ cõſtet: ſint inſup admiſti militarẽ callẽtes artẽ: & q ad interimẽdũ pmpti: necnõ inflati ob ciuiliũ rerũ adminiſtratiões: deſit aũt optimi ſciẽtia: & q norit qñ, & ad quẽ vnoquoq̃ illorũ vti pręſtat? AL. Ignobilẽ o Socrates. SO. Maxime hoc vt arbitror diceres: ſiqñ cerneres vnũquẽq̃ illoꝝ ambitioſum, & plurimas ſibi partes reipu. partiẽtẽ ad hoc vt potẽtiſſimꝰ ſit: potẽtiſſimũ inquã in eo qđ ſcđm artẽ ipſam eſt optimũ: ab eo vero qđ ſibi & reipu. optimũ: pcul aberrãtẽ: quippe q opinioni ſine mente crediderit. Cũq̃ hęc ita ſe haberẽt, nõne recte diceremꝰ hãc ciuitatẽ tumultꝰ q̃plurimi iniq̃tatiſq̃ pleniſſimã? AL. Recte p Iouẽ. SO. An nõ neceſſariũ nobis viſum fuit primũ qdẽ putare nos cognoſcere, vel reuera cognoſcere hoc qđ prõpte facturi dicturiue ſumꝰ? AL. Viſum eſt. SO. Nõne ſiqs agit qdẽ qđ nouit aut noſſe exiſtimat: addit aũt ſciẽtiã optimi: ſequiť vt vtiliť agat ad ſeipm, & ad rẽp. AL. Quid ni? SO. Cõtra vero nec ad ciuitatẽ: neq̃ etiã ad ſeipm? AL. Ita eſt. SO. Quid autẽ? nũc tibi ita videť: an aliter? AL. Nõ aliter. SO. Dixiſti vocare te plures ĩprudẽtes: prudẽtes pauciores? AL. Equidẽ. SO. Diximus ne iterũ plures ab eo: qđ eſt optimũ: aberrare: vtpote q opinioni abſq̃ mẽte vt plurimũ cõſenſerit? AL. Diximꝰ plane. SO. Prodeſt igiť multis: neq̃ noſſe qcq̃: neq̃ putare ſe noſcere. ſiqdẽ prõptiores erũt ad illa efficiẽda: q̃ vel noſcũt: vel cognoſcere opinanť. Agẽtes autẽ: ſibi nocebũt crebrius q̃ cõferẽt. AL. Veriſſima loq̃ris. SO. Cũ ergo dicebam reliquas oẽs ſciẽtias: ſi abſit ſciẽtia optimi: obeſſe ſæpius, q̃ pdeſſe illas haberi: nũ recte loq tũc tibi videbar? AL. Et ſi tũc minime: nũc ſaltẽ o Socrates. SO. Oportet itaq̃ ciuitatẽ & aiam: q̃ recte victura ſit: hãc pculdubio cõplecti ſcientiã: quẽadmodũ ægrotantẽ, medicũ: & qui pſpere nauigare velit, gubernatorẽ. Nã quo magis animꝰ ſine hac ſciẽtia circa diuitias vel corporis robur: aut aliud tale verſabiť: eo maiora ex iis peccata cõmitti neceſſe eſt. Qui vero multis ac variis artibꝰ & ſciẽtiis ornatꝰ eſt: ſit autẽ expers iſtius ſciẽtiæ: ductꝰ a ſingulis aliis: nõne merito multa tẽpeſtate iactabiť? quippe cũ abſq̃ gubernatore oberret in pelago breui tẽpore peritu-

rus?Huic certe cõuenire videꝰ illud poetę carmē: ī quo quēdā vituperās inqt. Multa quidē nouerat:
ſed male nouerat oīa.AL.At vero id poetę dictū nihil mihi videꝰ ꝓpoſito noſtro cõgruere.SO.Immo
quadrat penitꝰ:verū ꝑ ænigmata & hic & cęteri ferme oēs poetę loquunꝰ.Eſt eñ ipa natura vniuerſa
poeſis ænigmatū plena:nec quiuis eā dignoſcit.Ad hāc illiꝰ naturā accedit: ꝙ ſiqñ inſit in hoīe inui-
do:nolēte ſua ſenſa cęteris hoībus reuelare:mirū eſt q̄ difficile cognitu ſit:qđ poeta ſenſerit.Neqꝫ eñ
Homerū diuiniſſimū ſapiētiſſimūqꝫ poetā ignoraſſe putes,ꝙ ſcire male īpoſſibile ſit: ipe eñ eſt q inqt
Margitē multa qdē ſcire:male autē ſcire oīa. ſed ænigmate ſenſū occultat:vt arbitror:male pro malū
ponēs:ſcit aūt ꝓ ſcire. Vñ cõpoſitio qdā extra carminis mēſurā cõficiꝰ.qđ vero ſentit:hoc eſt.Multa
quidē ſciuit:ſed malū ſibi fuit hęc oīa ſcire.Patet igiꝰ ꝙ ſi erat illi malū multa ſcire: ipſe quoqꝫ malus
erat:ſiqua fides ſupradictis ſermonibꝰ adhibēda eſt.AL.Mihi certe videꝰ o Socrates.Quibꝰ eñ ver-
bis crederē vnq̄:niſi iis credā?SO.Et recte qdē tibi videꝰ:& mihi rurſus eodē modo.ſed age ꝑ Iouē:vi
des ne quāta q̄liſqꝫ ſit ī hoc ambiguitas?in hac ipe verſatꝰ eſſe videris.ſurſum eñ deorſumqꝫ iactatus
nuſq̄ ſane conſiſtis:ſed qđ olim aſſeuerabas:nūc dānas.Si forte deus quē oraturus accedis:oculis ſeſe
tuis obiiciēs:anteq̄ voueas:ita roget:an tibi aliqd ex iis q̄ in pricipio dicta ſūt: habere ſatis ſit:vel tibi
licētiā ꝑſtet qđ lubeat poſtulādi:qdnā tibi opportunū fore putares?vel acceptare q̄ deus offerret:vel
poſcere?AL.Per deos o Socrates qd reſpõdeā nõ habeo:ſed īſanū qddā mihi videꝰ:temere deū ꝓcari:
ac diligēter conſiderādū neqꝫ ſeipm̄ lateat:mala petēs:cū bona ſe putat orare:ac paulopoſt: vt tu di-
cebas,ad cõtraria vota ſe trāſferat.SO.Nõne prudētior nobis poeta: cuiꝰ in pricipio diſputatiõis mē
tionē fecimꝰ:q precabaꝰ mala etiā ab orātibꝰ abeſſe?AL.Mihi qdē videꝰ.SO.Lacedęmonii quoqꝫ o Al
cibiades:ſiue hūc poetā imitātes:ſeu ex ſeipſis aīaduertētes:idē votū tā priuati,q̄ publice ſeruāt:orā-
tes deos:pulchra cū bonis ſibi tribuere:nec plura illos ꝓcari qs audiret.Neqꝫ tñ ad hęc vſqꝫ tēpora mi
nus:q̄ cęteri hoīes felices ſunt.Siqd aūt illis vnq̄ minus ꝓſpere ſucceſſit:nõ eſt oſo illorū in cauſa:qñ-
quidē ī diis eſt vt arbitror,q̄ ꝓcamur:tribuere vel cõtra.Volo inſup aliud qddā tibi referre:qđ aliqñ
a ſeniorıbꝰ qbuſdā accepi.Dicebāt eñ accidiſſe:vt quotiēſcūqꝫ bellū Athenięſes cū Lacedęmoniis ge-
rerēt:niſi tū terra:tū mari īfortunati eſſent:nec victores vnq̄ redirēt.Qua re ꝑturbatos Athenięſes cū
nõ haberēt qbꝰ machinamētis tātā vitarēt calamitatē:decreuiſſe Hammonē cõſulere,quā ob cauſam
dii Lacedęmoniis:potiuſq̄ Athenięſibꝰ victoriā largirenꝰ:cū ipſi tñ ſacrificia:tū plura:tū decētiora q̄
reliqui Gręci offerrēt:ſimulacris doniſqꝫ tēpla ornātes:vt nemo aliꝰ:põpaſqꝫ quotānis ſumptuoſiſſi-
mas:& venuſtiſſimas celebrarēt:& oī ſūptu:q ad rē diuinā ſpectat,cūctis Gręcis magnificētiores exi-
ſterēt:cū Lacedęmoniis nulla eſſet iſtorū cura,adeo circa diuinū cultū parcis: vt aīalia mutilata paſ-
ſim mactarēt:& ī aliis oībꝰ cerimoniis lõge admodū parcioribꝰ q̄ Athenięſes:cū tñ pecuniarū nume-
ro a nobis nõ ſupereñ.Poſteaq̄ hæc dixiſſet nūcius,interrogās quo pacto a ꝑſenti calamitate liberari
poſſent:nõ multa ad hęc reſpõdiſſe ꝓphetā.Deū eñ nõ ꝑmittere.vocātē vero Athenięſiū nūcium in
hūc modū fuiſſe locutū.Hęc dicit Hammo:placere ſibi magis Lacedęmonioꝝ bñdictionē:q̄ reliquoꝝ
cūcta Gręcoꝝ ſacra:nec plura iis reſpõdiſſe.Benedictionē vero nullā prorſus aliā deus mihi dixiſſe vi
deꝰ:q̄ illoꝝ oſonē: ꝑmultū eñ illa a cęteris differt. Reliqui nāqꝫ Gręci partim auratis cornibꝰ boues
ſacrificātes:partim donariis egregiis tēpla ornantes:q̄cūqꝫ occurrūt : ſeu bona,ſiue mala a diis petūt.
Dii vero cū illos īprecātes audiūt:ditiſſimas illoꝝ põpas & ſacrificia nõ acceptāt. Quāobrē diligēter
cõſiderādū mihi videꝰ:qd dicendū ſit:qdve nõ dicēdū.Inuenies quoqꝫ apud Homerū alia horū ſimi-
lia.Inquit eñ Troianos cū ſuburbanū ędificiū molirenꝰ:dicare diis īmortalibus ꝓtioſa ſacrificia boū.
Nidorē vero ex littore ſuauē,ad cælū vſqꝫ vētis extolli: ſed beatos Deos illo minime veſci:qppe qbus
Ilion:& Priamꝰ:& Priami ppľs odio ſiut.Itaqꝫ nil Troianis ꝓderat:cū aduerſos deos haberēt: ſacra ac
munera temere illis offerre.Neqꝫ eñ eiuſmodi eſt dei natura:vt ducaꝰ muneribꝰ quēadmodū īprobꝰ
fœnerator.Sed nos nimiū deliramꝰ:ſiquādo nos Lacedęmoniis ꝓpt munera acceptiores deo eſſe duci
mus.Etenī graue eſſet:ſi deus ad donaria & ſacrificia nr̃a reſpiceret potiuſq̄ ad animū:vtrū iuſtꝰ ſan
ctuſqꝫ ſit.Ad quē equidē deū arbitror mľto magis attēdere:q̄ ad mľti ſūptus põpas atqꝫ ſacra:q̄ nihil
prohibet eū:q multa in deū hoīeſqꝫ peccauerit:ſeu priuatꝰ ſit:ſiue reſp.ſingulis annis ꝑficere. Deꝰ au
tē vtpote a muneribꝰ incorruptꝰ,ſpernit hęc oīa: vt ipſe eiuſqꝫ ꝓpheta prędixit.Vnde ꝑſpicuū eſt:&
apud deū:& apud hoīes ſanę mētis: iuſtitiā: & prudētiā ꝓcipue honorari. Prudētes autē iuſtiqꝫ ſunt
qui ſciūt:quę erga deū:& hoīes agere:atqꝫ dicere deceat.Cupio tamē ex te audire:qd in iis ipe ſentias.
AL.Mihi vero o Socrates haud ſecus q̄ tibi ac deo videꝰ : neqꝫ enim fas eſſet a deo me diſſentire. SO.
Recordaris dixiſſe te in plurima dubitatiõe diſcrimineqꝫ verſari:ne teipm̄ lateres:cū mala qñqꝫ ꝓ bo
nis optares?AL.Memini.SO.An vides nõ ſatis tutū tibi eſſe ad orādū pergere: neqñ te deus audiens
imprecantē iſta tua ſacrificia renuat:aliud vero quiddā fortuitū reportes?Mihi ergo videꝰ operępre-
tiū eſſe quietē agere.nā oſone Lacedęmonioꝝ ꝓpt magnanimitatē:id eñ nomē honeſtiſſimū eſt oīm:
quibꝰ inſipiētia ſignificaꝰ:nõ exiſtimo vti te velle.Quare neceſſe eſt expectare,donec diſcaꝰ quēadmo

Poetas ꝑ ænigmata loqui

Poeſis ænigmatū plena.

Propheta reſpõdebat pro deo Hammone.

Natura dei cõtra munera.

Q: apud deos & apud hoīes iuſtitia & prudentia honoratur.

Qui prudentes & iuſti ſint

Magnanimitas nomen eſt honeſtiſſimū inſipientię.

dũ ad deũ:atq; ad hoĩes habere ſe deceat. AL. Quĩ erit o Socrates? & qs p̃ceptor? Iocũdiſſime eñ hunc hoĩem, quiſqs erit, agnoſcã. SO. Hic eſt cui tu curę es. Verũ mihi videt̃, quẽadmodũ Diomedi Mineruam inqt Homerus ab oculis nebulã abſtuliſſe: vt diſcerneret deũ ab hoĩe: ſic & ab animo tuo prius oportere caliginẽ: quã nũc offundit̃, auferre: deĩde illa ꝓpius admouere, p̄ quę ſeu bonũ, quid ſit: ſiue malũ dignoſcas: nunc enim impos eſſe videris. AL. Auferat ſeu nebulã ille velit: ſiue quodcũq; aliud. Etenim paratꝰ ſum nihil penitus pretermittere: qđ ille p̃ceperit: quiſqs deniq; ſit: modo ipſe ſim melior euaſurus. SO. Atqui ille mirũ in modũ tibi ꝓuidet. AL. In illud itaq; tẽpus hoc ſacrificiũ differre optimũ fore cẽſeo. SO. Et recte qdẽ: tutius eñ eſt: q̃ tanto periculo ſe ſubiicere. AL. Sic eſt o Socrates. Interea tamẽ qm̃ mihi bene cõſuluiſſe videris: hãc tibi coronã imponã. Diis aũt & coronas: & reliqua oĩa quęcũq; decet tũc demũ offeremus: cũ diẽ illã aduẽtaſſe cognouero. Aduẽtabit autẽ q̃primũ: diis volẽtibus. SO. Id equidẽ & quodcũq; aliud das: libẽter accipio. Quẽadmodũ vero Creon apud Euripidẽ vidẽs Tireſiam coronatũ: & audiẽs a p̃cipio coronã ꝓpter artẽ a militibꝰ accepiſſe, ait: Augurũ ponebã triũphales coronas: ĩ tẽpeſtate eñ verſamur, vt ipe noſti. ſic & ego hãc abs te coronationẽ augurii pono. Videor aũt mihi nõ minori q̃ Creon tẽpeſtate iactari: deſidero eñ oĩbus amicis tuis excellere.

FINIS SECVNDI ALCIBIADIS.

Argumentũ Marſilii Ficini in Minoem Platonis Lib. Vel de Lege.

Quid lex?

MInos de lege requirit: vt qd lex cõiter: quot eiꝰ ſpecies: vnde ſit: paucis comprehẽdamus. Siqs Platonis verba in hoc libro de lege: & in libris de legibꝰ: necnõ de rep. diligẽter aduertat: ſic legẽ vniuerſali definitiõe deſcribet. Lex eſt vera gubernãdi ratio: q̃ ad finẽ optimũ p̄ cõmoda media gubernata dirigit: trãſgredienti poenã: obediẽti p̄miũ ſtatuẽs. Quo fit vt inſtitutiões principũ cũ veræ nõ ſunt: nec ad optimũ recto calle ꝓficiſcunt̃: leges minime ſint: ſed decreta: edicta: iſtituta potiꝰ ſint q̃ leges. A lege nãq; legitimũ: a legitimo iuſtũ: a iuſto bonũ: rectũ, verũq; opus ſępenumero noiat̃: ꝓpterea legẽ verã bonãq; eſſe neceſſe eſt. Sequit̃ etiã vt lex ęterna ſit: ac penitus immutabilis: & apud oẽs gentes eadẽ de eiſdẽ: ſi modo vera ſit. nã q̃ tpibus lociſq; & opinionibꝰ ꝑmutat̃ nõ lex: ſed inſtitutio nũcupat̃. Legis autẽ ſpecies: vt ex Timęo: Phaedroq;: & Gorgia colligit̃, quatuor ſunt. Pria diuina: quã ꝓuidẽtiã Plato vocat. Scđa cęleſtis, quã fatũ. Tertia mouẽs: quã naturã. Quarta hũana: quã prudẽtiã naturalẽ. Prima ĩ mẽte diuina: quã Saturni legẽ Orpheus & Plato eſſe volũt.

Species legis quatuor.

Secũda in ſupiori aĩæ mũdi parte: quã Iouis. Tertia ĩ mouẽte inferioriq; illiꝰ potẽtia: quã primę Veneris. Poſtrema ĩ hoĩs mẽte: quã ſecũdę Veneris legẽ vocãt. Prima a ſũmo bono: qđ ſupra mentẽ eſt, profluit. Scđa a mẽte & ſummo bono. Tertia a ſũmo bono: mente, & vniuerſali aĩa. Quarta a ſũmo bono itidẽ: & mẽte: & aĩa. Oẽs vero ad ipm bonũ iterũ reflectunt̃. Prima ĩ ideis: circa ſũmũ bonũ: ſupra rationes. Scđa ĩ ratiõibꝰ: circa ideas: ſupra ſemina. Tertia ĩ ſeminibꝰ: circa rationes: ſupra formas. Quarta ĩ notiõibꝰ: circa rõnes: ſup actꝰ & artes: quã regiã legẽ appellãt ſupni regis imitatricẽ. Vñ vero lex ꝓficiſcat̃: ex iis q̃ dicta ſũt: elicit̃. Ab ipo qppe rerũ p̃cipio oẽs: ſed vario modo: vt dictũ eſt: manãt. Quãobrem oẽs illuſtres cõditores legũ inuentionẽ legũ in deũ: ſed p̄ diuerſa noia: atq; media retulerũt. Zoroaſter Bactrianis Perſiſq; leges tradẽs: in Oromaſim. Triſmegiſtus ægyptiis: ĩ Mercuriũ. Moyſes Iudęis rectiſſime ĩ patrẽ totiꝰ naturę deũ. Minos Cretẽſibus ĩ Iouẽ. Charõdas Carthaginiẽſibꝰ in Saturnũ. Lycurgus Lacedęmoniis in Apollinẽ. Draco & Solõ Atheniẽſibꝰ in Mineruã. Põpilius Romanis in Aegeriã. Mahometꝰ Arabibus in Gabrielẽ. Xamolchis Scythis ĩ Veſtã. Plato noſter Magneſiis & Siculis in Iouẽ: & Apollinẽ. Arcadibus autẽ, & Thebanis: & Cirenaicis leges poſtulãtibꝰ: denegauit.

MINOS VEL DE LEGE. SOCRATES. MINOS.

Quũ interrogamur ſimpliciter: nõ recte dubitari de eo: qđ eſt para

SOCRA. QVIDNAM Lex apud nos eſt? MI. De qua lege interrogas? SO. Eſt ne aliquid quo lex a lege ſecundũ q̃ lex eſt, differat? Aduerte plane quid quæram? Sic enim iterrogo: ac ſi quęſiſſem: quid eſt aurũ: & ſi tu eodẽ modo: de quo auro quæram interrogares: haud recte percontari cenſerẽ. Neq; enim aurũ ab auro ſcđm q̃ aurum: neq; lapis ſcđm q̃ lapis a lapide differt: eodemq; modo lex a lege nil diſcrepat: ſed oẽs idem ſunt. Etenim lex vnaquęq; illarũ ſimiliter eſt: nec vna magis & alia minꝰ. De hoc ipo igit̃ vniuerſo: quid lex eſt: generatim interrogo. qđ ſi in prõptu nunc habes: explica. MI. Et quid aliud lex o Socrates eſſet: q̃ quę lege inſtituunt̃? SO. An ſermo tibi videt̃ ea eſſe q̃ ſermone dicunt̃: vel viſus q̃ vident̃: vel auditꝰ q̃ audiunt̃? aut aliud ſermo: aliud ꝓnũciata: aliud viſus: aliud viſa: & auditꝰ aliud atq; audita: nec nõ lex aliud: aliud lege mãdata? Sic ne: an aliter tibi videt̃? MI. Sic vtiq;. SO. Nõ ergo lex eſt: q̃ lege p̃cipiunt̃. MI. Nõ videt̃. SO. Quid itaq; ſit lex: in hũc modũ cõſideremꝰ. Si quis de iis: quę modo diximus: percontet̃ dicens: poſtq̃ viſu aſſeritis quę vident̃ percipi: qđ eſt viſus

Colligit̃ definitio p̄ trãſlationem factã ad alia.

quo illa percipiũtur, reſpõderemus vtriq; eſſe ſenſum huiuſmodi qui per oculos colores declarat: & de
auditu interrogãti, ſenſum qui p aures vocẽ haurit. Eodẽq; pacto ſi roget, poſtq̃ lege legitima conſti-
tuũtur, qd eſt lex, qua iſta legitima fiũt: vtrũ ſenſus aliqs vel declaratio: quẽadmodũ quę diſcunt, de-
clarante ſciẽtia cõprehẽdũtur, & inueniunt inuẽtione mõſtrãte, quẽadmodũ ſalubria & noxia medi-
cina mõſtrãtur: quę vero dii cogitãt, vt vates ferũt, diuinandi facultate noſcũtur. Vaticiniũ nãq; re-
rum taliũ inuẽtio eſt an nõ? MI. Prorſus. SO. Quid horũ pręcipue legẽ eſſe pręſumimus? inſtituta ne
iſta atq; decreta? MI. Mihi quidẽ videt. Quid enim aliud quiſpiam legẽ eſſe dixerit? ex quo apparet id
totum qd rogabas: legẽ ciuitatis inſtitutũ eſſe. SO. Opinionẽ ne ciuitatis legẽ vocas? MI. Equidẽ. SO.
Et forte recte loqueris. forſitan vero in hũc modũ melius intelligemus. Aliquos ſapientes vocas? MI.
Voco. SO. Nõne ſapientes ſapiẽtia ſapientes ſunt? MI. Ita. SO. Et iuſti iuſtitia iuſti? MI. Prorſus. SO.
Ergo & legitimi lege legitimi? MI. Nempe. SO. Iniqui autẽ iniquitate iniqui? MI. Certe. SO. Legitimi
vero iuſti? MI. Ita. SO. Iniqui autẽ iniuſti? SO. An nõ pulcherrimũ quiddã lex atq; iuſtitia? MI. Sic eſt.
SO. Turpiſſimũ vero iniuſtitia atq; iniqtas? MI. Turpiſſimũ. SO. Et illud quidẽ ciuitates: ac reliqua
oĩa ſeruat: hoc autẽ peruertit: atq; corrumpit? MI. Ita. SO. Ergo legẽ oportet: vt pulchrũ aliquid cogi
tare: & vt bonũ quęrere. MI. Quid ni? SO. An nõ inſtitutũ ciuitatis legẽ eſſe diximus? MI. Diximus.
SO. Nõne decreta quędã bona: nõnulla etiã mala ſunt? MI. Sũt certe. SO. Lex tamẽ mala nõ erat. MI.
Nõ certe. SO. Nõ igit ita ſimpliciter aſſerendũ eſt: legẽ ciuitatis inſtitutũ eſſe. MI. Nequaq̃ mihi vide
tur. SO. Neq; enim cõgruit iniquã conſtitutionẽ legẽ eſſe. MI. Nõ. SO. Verũtamẽ opinio quędã lex
mihi quoq; videt: cũq; praua opinio minime ſit: an nõ perſpicuũ eſt, ſi quidẽ eſt opinio: probã opinio-
nem eſſe? MI. Cõſtat. SO. Proba vero opinio: nõne vera opinio eſt? MI. Eſt. SO. At opinio vera verita-
tis inuentio? MI. Certe. SO. Lex itaq; veritatis inuẽtio eſſe vult. MI. At quomodo o Socrates ſi lex ve-
ritatis inuẽtio eſt: nõ iiſdẽ ſemp legibus circa eadẽ vtimur: cũ rerũ veritas inuẽta ſit? SO. Nihilominꝰ
lex veritatis inuentio eſſe vult. Q; ſi nõ iiſdẽ: vt videt, legibꝰ homines vtũtur: nõ ſemp veritatẽ: quã
lex expetit: reperire poſſunt. Sed age videamꝰ: an hinc nobis liquidius pateat: ſiue iiſdẽ ſemp: ſiue alias
aliis viuamus legibus: & num cuncti hoĩes eiſdẽ: aut aliis alii. MI. Verũ neq; id cognitu difficile eſt o
Socrates: ꝙ neq; iidem ſemp eiſdẽ: nec alii ſemp aliis viuunt. Neq; enim leges noſtrę hoĩes ſacrificare
permittũt: apud Carthaginiẽſes autẽ iuſtũ ſanctũq; habet: adeo vt eorũ nõnulli Saturno filios litẽt:
qd ipſe forſitan audiuiſti. Nec modo barbari hoĩes diuerſas ac nos leges ſequũtur: verũetiã qui Lyciã
incolunt: hi ſiquidẽ & Athamãtis ſucceſſores qualia ſacra offerũt, cũ tamẽ Gręci ſint? nos quoq; au-
diuiſti quales quondã leges circa ĩferias ſeruauerimꝰ: hoſtias iugulãtes anteq̃ efferret cadauer: eoſq;
qui vrnas ducerẽt aduocãtes. Et qui iis antiquiores: defunctos etiã domi ſepeliebãt: quorũ nos iis tẽ-
poribus nihil oĩno ſeruamus. Innumerabilia pterea ad idẽ exẽpla referre poſſemus. Ampla.n. puincia
patet ad oſtẽdendũ: ꝙ nec nos iiſdẽ ſemp nobiſcũ: nec hoĩes inuicẽ legibꝰ vitã agũt. SO. Nil miri eſt,
o vir optime, ſi tu recte loqris: me vero id latuit. Verũ donec ipſe p te ipſum q̃ tibi vident, plixa oratio
ne narrabis: egoq; rurſus idẽ faciã: nunq̃ vt arbitror: cõſentiemus. At ſi cõmunis diſceptatio propo-
nat: forſitan cõgruemus. Itaq; ſi id vis: interrogans ipſe me: cõmuniter vna mecũ cõſidera: ſinautem
reſpondere mauis: reſpõde. MI. Volo equidẽ o Socrates, ad qdcunq; libuerit rñdere. SO. Age igit: nũ
iuſta putas iniuſta, iniuſtaq; iuſta eſſe? An iuſta potiꝰ iuſta: iniuſta vero dũtaxat iniuſta? MI. Eqdẽ quę
iuſta ſunt: iuſta: nec nõ iniuſta quęcunq; iniuſta ſunt. SO. An nõ quẽadmodũ hic: ſic & vbiq; gentiũ
exiſtimat? MI. Ita. SO. Et apud Perſas nõne? MI. Et apud Perſas. SO. An nõ & ſemp? MI. Et ſemp. SO.
Verũ q̃ plus trahũt: grauiora hic cenſent: quę minus: leuiora: vel huiꝰ oppoſitũ? MI. Nõ: immo plus
trahẽtia grauiora, minꝰ trahẽtia leuiora. SO. Nũ & in Lycia & Carthagine idẽ? MI. Idẽ. SO. Pulchra
qppe vt videt: vbiq; pulchra putant, turpia cõtra, turpia: nõ aũt pulchra, turpia: vel turpia pulchra.
MI. Ita eſt. SO. Nonne p oĩa generatim: q̃ vera ſunt: eſſe cenſent: non aũt q̃ minime vera: tũ apud nos:
tũ apud hoĩes vniuerſos? MI. Videt. SO. Ergo qſq; a vero aberrat: a legitimo quoq; aberrat. MI. Secũ
dum rõnem tuam o Socrates eadẽ legitima ſemp & inter nos: & inter cęteros eſſe vident. At cũ nos
VErū his auditis, Socratē dixiſſe ait vti primā ſermonis primi ſuppoſitionē iterum legeret. Qua lecta ſtatim ſic intuliſſe. Quomodo id dicis o Zeno, ꝙ ſi multa ſunt ea quę ſunt, oportet illa ſimilia, atq; diſſimilia eſſe. hoc aūt eſſe impoſſibile. Neq; enim diſſimilia ſimilia, neq; ſimilia diſſimilia eſſe poſſe. Nōne ſic dicis? Sic certe reſpondiſſe Zenonē. Nōne ſi impoſſibile eſt, diſſimilia ſimilia eſſe, & ſimilia diſſimilia, īpoſſibile etiā multa eſſe? Nā ſi multa eſſent, impoſſibilia iſta cōtingerent. Nū hoc eſt qd ſermones tui volūt? neq; aliud qcq̃ intēdūt, q̃ p oīa q̃ dicunt̃ aſſerere ꝙ multa non ſint: huiuſq; ipſius vnāquāq; rationē coniecturā eſſe putas, ac totidē cōiecturas inueſtigaſſe te cēſes, quot rationes attuliſti ꝙ multa nō ſint? Sic ne dicis? An ipſe nō recte percipio? Immo reſpondiſſe Zenonē, optime qd hęc ſcripta ſentiūt, intellexiſti. Intelligo dixiſſe Socratē o Parmenides ꝙ Zeno hic non amicitia ſolū conſpirare vult tecū: ſed iis etiā, q̃ cōpoſuit. Idē em̄ quodāmō qd & tu, ſcripſit, verū pmutatiōe q̃dā nos decipere tentat, q̄ſi aliud q̃ tu dicat. Nā tu in poematib⁹ vnū ais eē ipſum oē, atq; huius argumēta q̃pulcherrima exhibes. Hic vero rurſus nō mlta eſſe ait: cōiecturaſq; & ipſe pmultas ac validas ꝓbet. Dū ergo alter vnū dicit, alter nō multa, & eū in modū vterq; loquitur: vt nō videant̃ idē inferre, cū tn̄ eadē ferme dicāt, vident̃ nobis iſta ſupra nos dici. Ita eſt o Socrates, dixiſſe Zenonem. nō oīnino tn̄ veritatē eoꝝ q̃ ſcripta ſunt, perſenſiſti: q̄uis ceu canes Lacenę bn̄ trāſcurris & inueſtigas dicta. Sed primū qdē hoc te latuit, ꝙ non oīno ſic ſe extollūt huiuſcemodi ſcripta, vt eā ob cauſam ſcripta ſint, quā tu putas, vt hoīes celēt: quaſi egregiū qddā hinc efficiat̃. Verū tu qdē cōtingēs qddā dixiſti. Sūt aūt hęc reuera cōſcripta in ſuffragiū Parmenidis aduerſus eos, q illum carpere nituntur dicētes, ſi qdē vnū ſit omne, ridicula plurima huic opinioni, ac etiā repugnantia ſibi penitus euētura. Hęc quoq; ſcripta eos q multa eſſe volūt, impugnāt, ac plura obiiciūt: vt pateat multo abſurdiora ex opinione illorū ſeq, ꝙ ſcilicet multa ſint, q̃ ex opinione Parmenidis ꝙ ſit vnum ſi qs diligēter examinauerit. Ob hāc itaq; cōtentionē in ipſa iuuētute librū cōpoſui, quē ſurripiēs qſpiam edidit anteq̃ cōſultare mihi liceret, an efferēdus eſſet in lucem nec ne. Id ergo te fugit o Socrates, ꝙ exiſtimas nō a iuuenili certamine, ſed a ſenili ambitione ſcriptū fuiſſe. Verūtamen vt dixi non inepte cōiecíſti. Accipio inqt Socrates, & puto ſic ſe vt dicis habere.

Opa conſcripta premebãtur atq; cõſulto edebantur in lucem.

¶ De Ideis quaedam.

SEd hoc mihi reſpōde, putas ne eſſe ipſam per ſeipſam ſpeciē quādam ſimilitudinis? & huic aliā quādam cōtrariā diſſimilitudinis ſpeciē? in q̄bus duobus & ego & tu participemus, & alia quę vtiq; multa vocamus? atq; ea quęcūq; in ſimilitudine pticipāt ſimilia fieri eatenus quatenus participant? quae vero diſſimilitudine diſſimilia, & quae vtriſq; vtraq;? Q; ſi oīa in vtriſq; contrariis exiſtētibus participāt, & quia vtrorūq; participia ſunt, ſimilia & diſſimilia inter ſe ſunt, qd mirū? Si qs em̄ ipſa ſimilia diſſimilia eſſe diceret, vel diſſimilia ipſa ſimilia, mōſtrū qoddā

vt arbitror eſſet. Sin autem participantia in vtriſq; quiſpiã vtraq; pati aſſereret: nihil mihi o Zenõ mirandũ eſſe videret. Neq; etiã id mirarer: ſiquis cũcta vnũ diceret: ex eo ꝙ in vno participãt: atq; hæc eadẽ rurſus multa: qa multitudine quoq; participant. At ſi qđ ipm vnũ eſt, hoc ipſum multa eſſe oſtẽderit: & ipſa multa vnũ: iam ſummopere admirabor. Ac de cęteris omnib⁹ eodẽ modo. Nã ſi genera ipſa & ſpecies & in ſeipſis aſſerat iſta cõtraria in ſe recipere: admiratiõe pfecto dignũ erit. Etenĩ ſiquis me vnũ ac multa eſſe demonſtret: cur mirandũ? ſiquidem volens multa me aſſerere: dixerit alia eſſe dextera mea: ſiniſtra alia: alia anteriora: alia poſteriora: & ſuperiora deniq; ac inferiora ſimiliter: multitudinis qppe vt arbitror: pticeps ipſe ſum: & qñ vnũ me oſtẽdere velit: dixerit ꝗ e nobis q ſeptẽ ſumus: ego vnus hõ ſim: vnius pticeps: ſimiliter nihil mirum. Quãobrẽ vera vtraq; affirmanẽ. Si ergo quiſpiam talia conetur vnum & multa eadem demonſtrare: lapides videlicet: ac ligna: & reliqua huiuſcemodi, vnum & multa ipſum oſtẽdiſſe fatebimur: non tamen vnum multa: neq; multa vnũ: neq; mirabile quippiã pdicaſſe: ſed qđ oẽs confiteremur. At ſiqs eoꝝ ꝗ paulo ãte dixi: primũ quidẽ ſpecies ipſas ſcđm ſeipſas ſeorſum diſtingueret: veluti ſimilitudinem: diſſimilitudinẽ: multitudinẽ: vnũ ſtatũ: motum: cæteraq; hmõi: deinde in ſeipſis iſta cõmiſceri ſecerniq; poſſe aſſereret: obſtupeſcerẽ equidẽ o Zenõ. Et ſi ea ꝗ ſcripſiſti: vt virũ fortẽ decet: ptractata eſſe reor: multo tñ magis mirarer atq; lętarer: ſiqs poſſet hanc eandẽ q̃ſtionẽ in ipſis ſpeciebus penitus implicitam quẽadmodũ in rebus, ꝗ videntur, expoſitũ eſt: ita & in iis ꝗ rõne cõprehendunẽ: clarius explicare. Dũ hęc Socrates diceret: aiebat Pythodorus ſe putaſſe Parmenidẽ & Zenonẽ in ſingulis eſſe aduerſus Socratem indignatos: eos autem ſumma quadam attentione auſcultaſſe: ac frequenter alterutrũ reſpicientes ſubriſiſſe: quaſi Socratem admirãtes. Vñ cũ finẽ Socrates loquẽdi feciſſet, dixiſſe Parmenidem. O Socrates, ꝗ dignus es admiratiõe ppter impetũ: quo ad rõnes promptus accedis.

VErum mihi dicas oro. Tu ita vt dicis ſeorſum quidẽ ipſas ſpecies diſcreuiſti: ſeorſum etiã ſpeciebus participãtia: videturq; tibi qddã eſſe ipſa ſeorſum ſimilitudo: cuius & nos participes ſumus: & vnũ rurſus ac multa: & omnia quæcũq; nuper a Zenone audiſti. Mihi quidem videtur, Socratẽ reſpondiſſe. Nũ talia q̃dam inqs: rogaſſe Parmenidẽ: ceu iuſti ſpeciem quandã ipſam p ſeipſam, & pulchri, & boni: atq; oĩm deniq; talium? Prorſus. Nunqd ſpeciem hoĩs ſeorſum a nobis, & cæteris eiuſdem generis: & ignis etiã: & aquæ ſpeciem? Sæpenumero inqt Socrates ĩ hac ſum ambiguitate verſatus: vtrum de iis perinde vt de ſupioribus dicendũ ſit: an ſecus. Vtrum de iis etiã dubitaſti o Socrates: ꝗ ridicula forte quis putet: ſicut de pilis, luto ve: & macula: & aliis ignobiliſſimis rebus atq; viliſſimis: nũ ambigis vtrum ponenda ſit horũ cuiuſq; ſeparata ſpecies: aliud quiddam ab illis exiſtens: vel eorum quę nos pertractamus: ſiue nõ? Nullo pacto inquit Socrates: ſed hæc quæ videmus hæc & eſſe: ſpeciẽ vero quãdã illorũ eſſe putare, forte nimis ridiculũ eſſet. Aliquando me olim ea cogitatio perturbauit: ne quid forte ſit de omnibus idem: poſtq̃ vero pauliſper inſtiti, inde diſceſſi: metuens ne in profundam delirationem merſus forte perirem. Vnde reuerſus ad ea quæ ſpecies habere prædixim⁹: circa illa iam verſor. Iuuenis adhuc es, o Socrates: necdum te philoſophia complexa eſt. Amplectetur autem vt mea fert opinio: quãdo nihil iſtorum neglexeris: nũc vero ad opiniones hominum ob ætatem reſpicis.

AT hoc mihi dicas. Videtur ne tibi vt aiebas, ſpecies quędã exiſtere: & ea ꝗ illis pticipant: illarũ cognomẽta ſortiri? veluti ſimilitudine pticipãtia ſimilia: magnitudine magna: pulchritudine atq; iuſtitia, pulchra & iuſta vocari? Et maxime qdẽ inqt Socrates. Nõne quodcunq; ſpeciei particeps ſit: vel totã ſpeciẽ: vel partẽ accipit? An eſt alius pręter iſtos participãdi modus? Et qs alius? Socrates ait. Vtrũ videẽ tibi tota ſpecies in vnoquoq; multorũ eſſe vna exiſtens? an aliter? Quid prohibet eſſe vnam? Vnũ ergo & idẽ in multis ſeorſum poſitis totum ſimul vnum erit: atq; ita ipſum a ſeipſo ſeorſum exiſtet. Nequaq̃ inqt Socrates. Verũ ſicut dies vnus deniq; vbiq; ſimul adeſt: nec ipſe tamẽa ſeipſo ſecernitẽ: ita nil phibet quãlibet ſpeciem vnam & eãdem ſimul multis adeſſe: nec tñ a ſeipſa ſecerni. Belle o Socrates vnum idẽ ſimul in multis oſtendis: ac ſi ſuper multos velamen quoddam extendẽs: dicas vnũ in multis totum eſſe. nõne tale quiddã dicis? Forſitan. An ergo totũ velamẽ ſingulis: vel pars eius alia alteri aderit? Pars. Diuiſibiles igiẽ inqt o Socrates ſpecies erunt: & quę illis participant: partẽ capient: nec ampli⁹ in quolibet tota: ſed pars cuiuſq; vnũ erit. Sic apparet. Voles ne o Socrates vnam ſpeciem reuera diuidi: ac etiã vnam eẽ? Nullo mõ. Conſidera itaq;: ſi ipſam magnitudinẽ partiaris: & vnumqđq; plurium magnorum parte magnitudinis minore ꝗ ipſa ſit, magnũ erit: nõne procul a ratione videbiẽ? Prorſus. Quid vero, ipſius ęqlis parte vnumqđq; paruum participans: habebit quo minore exiſtẽte ꝗ ipſum ęquale, id quod habet ęquale alicui ſit? Impoſſibile. Sed & aliqs noſtrum ipſius parui partem habebit: qua ipm paruũ maius eſt: quippe cum ea pars ipſius exiſtat: atq; ita ipſum paruum maius erit. Id autem cui ablata pars adiicitur, min⁹ erit: & nihilo maius ꝗ antea fuerit. Iſtud inqt fieri nõ poſſe. Quo igiẽ mõ o

Socrates ait:cętera ſpeciebꝰ participabũt : cũ nec ſcd̃m totas:neq; ſcd̃m ꝑtes capere queant?Per lo-
uẽ ñ leue q̃dda hoc ad determinãdũ videt̃.Ad illd̃ aũt q̃d ais?Quidnã?Reor te ex hoc vnã quãlibet
ſpeciẽ ponere.Cũ plura q̃dã magna tibi videant̃,vna q̃dã forſan idea tibi videt̃,ꝓ oĩa reſpiciẽti:vnde
ip̃m vnũ magnũ eſſe putas.Vera dicis.Quid ſi ip̃m magnũ atq; alia q̃ magna ſunt aĩo eodẽ modo
ꝑ oĩa reſpicias?nõne vnũ quiddã magnũ iterũ apparebit,quo hęc oĩa magna videri neceſſe eſt?Ap-
paret.Iccirco alia iã magnitudinis ſpecies ꝑter ipſam magnitudinẽ,& participantia magnitudine,
iterũ elucebit:& in iis oĩbus alia rurſus:qua vniuerſa ſint magna:necamplius vna q̃q; ſpecies vna
erit:ſed nũero potius infinitę.At forſitan, inquit Socrates,q̃libet harũ ſpecierũ notio q̃dã eſt:nec
alibi eſſe q̃ in animis põt.ſic enĩ vnaquęq; vna erit:nec cõtingent vlteriꝰ q̃ dicebant̃.Quid ergo?in
quit.q̃libet notio vna eſt?notio aũt nulliꝰ notio?At hoc ĩpoſſibile.Sed cuiuſdã?Cuiuſdã ſane.Exiſtẽ
tis vel nõ exiſtẽtis?Exiſtẽtis.Nũ vniꝰ cuiuſdã,q̃d notionẽ illã in oĩbus ſequẽtẽ intelligere licet,ideã
vnã?Prorſus.Praeterea nõne ſpecies erit hoc q̃d intelligit̃ vnũ eſſe,ſemꝑ in oĩbꝰ idẽ?Neceſſariũ hoc
quoq; videt̃.Quid vero?inq̃t Parmenides.an non neceſſe eſt,cũ cętera ſpeciebꝰ ꝑticipent,ex notioni
bus vnũq̃dq; cõſtare,& intelligere ſingula?vel cũ ſint notiões:nihil tñ intelligere?Sed neq; id inq̃t
rõnẽ habet:verũ q̃ maxĩe ſic iſta mihi ſe habere vident̃:has q̃dẽ ſpecies tanq̃ exẽplaria in natura cõ
ſiſtere:caetera vero iis ſĩlia fieri:atq; eſſe ſimulacra:nec aliter iſta ſpeciebus participare,q̃ ꝙ illis ſĩlia
fiunt.Si q̃d igit̃ vt ais ſpeciei ſimile eſt:nũ poſſibile eſt ſpeciẽ ipſam nõ eẽ ſimilẽ eiꝰ q̃d ipſi ſimile fa-
ctũ eſt:quatenus ipſi factũ eſt ſimile?An cogitari põt ſimile nõ eſſe ſimili ſimile?Non certe.Sĩle autẽ
nõne vnius eiuſdẽ ſpeciei neceſſario ꝑticeps eſt,cuius & illud cui ſimile ſit?Neceſſe eſt.At quo ſĩlia
participãtia ſĩlia fiunt:nõne illud ipſa ſpecies erit?Oĩno.Nõ igit̃ põt q̃cq̃ ſpeciei ſimile eſſe,nec ſpe-
cies alteri.Nã ꝑter ipſam ſpeciẽ,ſpecies alia ſemꝑ emergeret:ꝙ ſi illa cuiq̃ ſit ſimilis,alia rurſus.nec
vnq̃ ꝓgreſſus iſte ceſſabit:q̃a noua ſpecies ſemꝑ occurret:ſi ſpecies ꝑticipanti ſĩlis ſit.Veriſſima lo
q̃ris.Nõ ergo ꝑ ſimilitudinẽ caetera ſpeciebus participãt: ſed aliꝰ q̃dã ꝑterea q̃rendus eſt ꝑticipãdi
modus.Apparet.Cernis o Socrates quãta ſequit̃ ambiguitas:ſiquis quaſi ſpecies ſint:ipſas ſcd̃m ſe
ipſas diſtinguat?Et maxime inq̃t.Scito inſuꝑ te nõdũ vt ita dixerim cõprehendere,quãta ſit diffi-
cultas,ſi vnũq̃dq; exiſtentiũ vnam ſpeciẽ ſemꝑ quiddã diſtinguẽdo poſueris.Quomõ id inq̃t?Mul
ta q̃dẽ alia ſunt:ſed hoc ẽ maximũ:ſiq̃s aſſerat illas dignoſci nõ poſſe,cũ ſint tales quales eẽ ſpecies
oportere dicimus.Eum ſane q̃ iſta diceret,nõ poſſet aliquis redarguere,niſi multarũ rerũ peritꝰ ſit
qui dubitat:& ĩgenioſus:velitq; ꝑterea ſequi demõſtrantẽ,dũ plurima longo ordine trãſigit. verũ
tamẽ nec etiã ꝑſuaderi poterit:q̃ ignotas illas eſſe coget.Cur o Parmenides?ait Socrates. Quoniã
o Socrates arbitror & te,& quẽuis aliũ quicũq; eſſentiã quãdã cuiuſq; ipſam ſcd̃m ſeipſam exiſtẽ-
tem ponit,nullã nobis ĩeſſe ſpeciẽ cõceſſurũ. Quo enĩ pacto,inq̃t Socrates,ipſa ſcd̃m ſeipſam eſſet?
Recte loq̃ris.Nonne igit̃ quęcũq; ex ideis inuicẽ reſpiciunt q̃ ſunt ipſę,ad ſeipſas eſſentiã habẽt,nõ
aũt ad ea q̃ circa nos ſunt:ſeu ſimulacra,ſiue quomodocũq; illa quiſpiam noĩet:q̃bꝰ nos participã-
tes ſingula eſſe denoĩamur?Quę vero circa nos ſunt illis ęquoca:ipſa ſimiliter ad ſeipſa nõ ad ſpe-
cies ſunt:& ſui ipſoꝝ nõ illarũ q̃cũq; rurſus ſĩlr nũcupãt̃.Quomõ dicis?inq̃t Socrates. Veluti ſiq̃s
noſtrũ alicuius dñs aut ſeruus ſit,nõ ipſius dñi q̃d dñs eſt,ſeruus exiſtit:neq; ipſius ſerui q̃d ſeruꝰ
eſt,dñs eſt qui dñs dicit̃:ſed hęc vtraq; eſt tanq̃ hõ.Ipſa vero dñatio ſeruitutis ipſius exiſtit id q̃d ẽ
& ipſa iterũ ſeruitus eodẽ mõ ipſius dñatiõis eſt ſeruitꝰ:nec ea q̃ nobis inſunt ad illa: nec etiã q̃ il-
lic ſunt,ad nos referunt̃:ſed vt dixi,ipſa ſui ipſoꝝ & ad ſeipſa ſunt:& q̃ hic ſunt ſimiliter ad ſeipſa
Scĩa eſt verita- reſpiciũt.Intelligis ne q̃d dico?Prorſus intelligo.nõne & ſciẽtia ipſa q̃d ſciẽtia eſt,illiꝰ ipſiꝰ q̃d eſt ve
tis & eius q̃d ẽ. ritas,ſcientia eſt?Oĩno q̃dẽ.Quęlibet rurſus ſciẽtiarũ,q̃ eſt q̃d eſt , alicuius exiſtentiũ eſt ſcientia.an
non?Profecto.Sciẽtia vero noſtra,nõne veritatis q̃ circa nos,ſciẽtia erit?Et rurſus vnaquęq; noſtra
ſciẽtia,vniuſcuiuſq; eoꝝ q̃ circa nos ſunt,ſciẽtia?Neceſſe eſt.Verũtamẽ ipſas ſpecies neq; nos habe
re,neq; circa nos eſſe poſſe aſſentiris?Nõ ꝓfecto.Cognoſcunt̃ ne ipſa ſciẽtię ſpecie gñã ipſa q̃ ſingu
la ſint?Certe.Quã ſpeciẽ nos haud habemus.Non certe.Nulla igit̃ ſpecies a nobis cognoſcit̃:cũ ip-
Ip̃m pulchrũ ſius ſciẽtię participes minime ſimus.Non apparet.Ignotum itaq; nobis ipſum pulchrũ, & ip̃m bo
& ip̃m bonum num eſt:& omnia deniq; quae vt ideas eſſe ſupponimus.Videtur.Conſidera & hoc etiam grauius.
nobis ignotũ. Quidnam?Num fateris ſi eſt ipſum quiddam ſcientiae genus:multo illud pręſtantius eſſe hac no-
ſtra ſcientia:& ipſam pulchritudinem,ac reliqua eodem pacto?Immo . Nonne ſiquid aliud eſt ipſi-
us ſcientiae particeps:nullum niſi deum dices ſupremam habere ſcientiam? Neceſſe eſt.Num po-
terit deus cum ipſam ſcientiam ſit amplexus,haec noſtra dignoſcere?Cur nõ?Quoniam inquit Par
menides confeſſi ſumus o Socrates:neq; ſpecies illas ad noſtra vim habere quam habent : neq; no-
ſtra etiam ad ſuperna:verum vtraq; ad ſeipſa referri.Conſenſimus plane.Ergo ſi apud deum ſup-
ma ipſa dominatio eſt:atq; ipſa ſuprema ſcientia , nunq̃ aut dominatio ipſa nobis dominabitur:
aut ipſa ſcientia nos,vel aliud noſtrorum quicq̃ cognoſcet:ſed & nos ſimi liter diis minime impe-

rabimus imperio noſtro:neq; diuinũ quicq̃ ſcientia noſtra percipiemus.Et illi item eadem rõne nec
noſtri erunt dñi:neq; res humanas cum dii ſint,aīaduertent.At nõne valde mirabilis,inqt,hic ſer
mo videbit̃:ſiquis deum cognitiõe priuauerit?Hęc qdẽ o Socrates,inqt Parmenides,aliaq; p̃ter haec
multa neceſſe eſt ſpeciebus cõtingere:ſi quidẽ hę rerum ideae ſint:& aliqs ipſam quandã vniuſquãq;
ſpeciem determinet.Vnde vacillat q̃ſquis haec audit:ac dubitat ne forte ideae nihil ſint oĩno,vel ſi
ſint,neceſſe eas eſſe humanae naturae ignotas exiſtimat:adeo vt q hęc dicit,inferre aliqd videatur.
Et vt pauloante dixi,mirũ eſt q̃ ſit incredibile:& viri admodũ ingenioſi,p̃cipere poſſe q̄ ſit genus
qddã cuiuſq;:& ipſa ſcdm ſeipſam eſſentia.necnon mirabilioris viri officiũ eſt:hęc poſtq̃ inuenerit:
alios docere poſſe ſufficiẽter oĩa diſcernentem.Aſſentior o Parmenides,inqt Socrates:quę eñ di-
cis menti meae mirifice conſonant.Verũtamen,inqt Parmenides:ſiqs p̃dictis rationibus motꝰ ſpe-
cies rerum exiſtentium auferat:neq; ſpeciẽ ipſam vniuſcuiuſq; diſtinguat:haud ſane repiet:quo cõ
uertat intelligentiã:cum nõ p̃miſerit ideam vniuſcuiuſq; rerum exiſtentium eãdẽ ſemp̃ exiſtere:&
in hunc modũ diſſerendi etiã facultatẽ funditꝰ ſubuertet.Talem quãdã rõnẽ tu quoq; p̃cipue ſen
ſiſſe mihi videris.Vera dicis.Quid itaq; de philoſophia facies?quo his ignoratis te vertes? haudq̃
q̃ diſcernere id in p̄ſentia videor. Anteq̃ exercitatꝰ ſis o Socrates:definire aggrederis qd pulchrũ:
iuſtum:bonum:& aliarũ q̃libet ſpecierũ.hoc eñ pridẽ aĩaduerti:hic te audiẽs vna cum hoc Ariſto
tele diſputantem.Pulcher ſane:atq; diuinus mihi crede impetus iſte tuꝰ:quo ad rõnes aduolas.Cę
terum collige teipſum:diligẽtiuſq; te in ea facultate exerce:q̃ inutilis eſſe videt̃:& a multis nuga-
tio:ſiue garrulitas nuncupat̃:dũ iuuenis es:alioquin te veritas fugiet.Quis exercitationis huiuſce
modus eſt Parmenides?Iſte inqt:quem a Zenone audiſti.Sed etiã illud tuum aduerſus hunc dictũ
miratꝰ ſum,cũ diceres nõ in iis q̃ oculis p̃cipiunt̃:eorũq; errore cogitationẽ ſiſtere oportere:ſed ad
ea cõſcendere:q̃ quis maxime rõne cõprehẽdere:ac ſpecies eſſe putaret.Neq; in hunc modũ arduũ
eſſe videt̃:ſimilia videlicet:atq; diſſimilia:cęterave:q̃ rebus exiſtẽtibus cõpetũt,explicare.Et p̃be q
dem dixiſti.Eſt autẽ p̃ter hoc:illud etiã obſeruandũ: vt nõ modo ſi eſt aliqd ſupponas: ac deinde q̃
p̃ueniunt ex ſuppoſitione cõſideres:verũetiã ſi nõ ſit,id ip̃m ſupponas, ſi p̃fectius exercitari volue-
ris.Quo pacto id ais?Verbi cã,ſi velis circa iſtã ſuppoſitionẽ quã Zeno iuexit:ſi m̃lta ſunt:qd euẽ-
turũ eſt ipſis multis ad ſeipſa & ad vnũ:& vni ad ſeipſum & ad multa.Ac rurſus ſi nõ ſunt m̃lta:
iterũ cõſiderandum quid accidat vni atq; multis,tũ ad ſeipſa:tũ inuicem.Et rurſus ſi ſuppoſuerit
eſſe ſimilitudinẽ:vel nõ eſſe:qd potiſſimũ ex vtraq; ſuppoſitione cõtingat:tam iis q̃ ſuppoſita ſũt:
q̃ caeteris oĩbꝰ ad ſeipſa pariter:atq; inuicem.Eadẽ quoq; de diſſimilitudine ratio eſt:de motu:ſta-
tu:gñatione:corruptione:eſſe:atq; non eſſe:& vt vno verbo cõplectar:de quocũq; ſupponit̃ aut eſ
ſe:aut nõ eſſe:ſiue quãuis aliã paſſionem ſuſcipere:cõſideranda ſunt q̃ ex ſuppoſitione p̃ueniãt ad
ſeipſum:& ad quodlibet aliorũ qdcũq; elegeris:& ad plura:& ad vniuerſa ſimiliter : & alia rurſus
ad ſeipſa atq; ad aliud qdcũq; aſſumpſeris: ſiue vt exiſtens:ſiue vt nõ exiſtens ip̃m poſueris:ſi mo-
do abſolute exercitatus veritatem ſis penitus inſpecturus.Arduum inquit opus adducis,nec te oĩ
no intelligo.Sed cur ipſe non ſupponis aliqd,illud eo modo percurrens,vt clarius intelligã?Gran-
de o Socrates onus ſeni imponis.Tunc Socrates,cur non ipſe o Zeno hanc rem diſcutis?Cui Zeno
ſubridens reſpõdit:ipſum o Socrates oremus Parmenidem:neq; enim leue quiddam eſt,qd ait. An
non vides quãtum ſit negotium quod iubes?Q; ſi plures eſſemus:haud ſane id poſtulare deceret.
Indecorum nãq; huiuſmodi quaedam in conſpectu multorum tractare:atq; id ſeni praecipue.Igno
rant enim multi q̄ abſq; hoc diſcurſu,ac peruagatione per omnia impoſſibile ſit mentis veritati
coniunctę compotem fieri.Ego igitur o Parmenides vna cum Socrate precor:vt & mihi etiam li-
ceat tanto tempore tranſacto haec audire. Cum vero haec intuliſſet Zeno, retulit Antipho dixiſſe
Pythodorum:ſe quoq;,& Ariſtotelem,ac reliquos omnes obſecrauiſſe Parmenidem:vt qd dixerat:
demonſtraret:neq; aliter faceret.Tunc demum Parmenides,neceſſe eſt inquit obtemperare:& ſi mi
hi videor in id qd paſſus eſt Ibycius equus,incidere.Cui profecto equo Athletae ſeniori curruum
ſubituro certamen:& propter experientiam euentum extimeſcenti,Ibycus ipſe ſe cõferẽs,inuitus ĩ quit,& ipſe iam ſenex ad amores regredi cogor.Eadem ratione ego mihi admodum trepidare vi- Equꝰ ibycus.
deor:cũ cogito quo pacto poſſim iam grandis natu tam profundum diſſerendi pelagus tranſnata
re.Obſequendum tamen:cum & Zeno ipſe roget:Iidem enim ſumus.Vnde igitur icipiemus?quid
ve primum ſupponemus?An vultis poſtq̃ negotioſum ludum ingreſſi ſumus,a me ip̃o meaq; ſup
poſitione in primis exordiar:de ipſo vno ſupponens:ſiue vnum ſit:ſiue non,quid accidat?Prorſus ĩ
quit Zeno.Quis igitur mihi reſpondebit ? An iunior?minus enim negotii p̄bebit:& quae ipſe ſen-
tit,maxime reſpondebit:vt eius reſponſio minus me defatiget. Paratus ſum o Parmenides,Ariſto
teles inquit.me nãq; ſignificas:dum iuniorem reſpondere iubes.Sed age:vt lubet interroga me:tã-
q̃ libentiſſime reſponſurum.

DE VNO.

Prima ſuppoſitio, ſi vnũ ſit. q̃ ĩtelligẽda eſt ſi vnum. Nam verbũ ẽ, ꝓponitur gr̃a oſoñis. & primum argumẽtum ẽ a contrario.

AGe igiť ſi vnum eſt, nõ vtiq; multa erit ipſum vnũ. At quomõ? Neq; igiť partem eſſe illi⁹ aliquã: neq; totũ eſſe ipm̃ oportet. Curnã? Pars vtiq; toti⁹ pars eſt. Eſt. Quid vero? Nonne totũ eſt cui nulla pars deeſt? Prorſus. Vtrinq; igiť ipm̃ vnũ ex ptibus eſſet: totũq; exiſtens: ac partes habens. Neceſſe eſt. Vtrinq; rurſus ipſum vnum multa potius, q̃ vnum eẽt. Verũ. Oportet aũt nõ multa: ſed vnum ipm̃ exiſtere. Oportet ſane. Itaq; nec totũ erit: neq; ptes habebit, ſi vnũ fuerit ipſum vnum. Non certe. Si nullam habet partem: nec pricipium etiam, neq; finẽ, neq; mediũ habebit. partes eñ ipſi⁹ hæc eſſent. Probe. Quinetiã principiũ & finis, termini cuiuſlibet ſunt. Quidni? Infinitum igiť ipm̃ vnum, cum principio fineq; careat. Infinitũ. Ergo & abſq; figura: neq; enim rotundi: neq; recti particeps eſt. Cur? Rotũdũ porro id eſt: cuius extrema vndiq; a medio ęque diſtant. Id nempe. Rectum vero cuius mediũ extremis vtriſq; e regione eſt. Sic eſt. Nõne ptes haberet ipm̃ vnum: multaq; eſſet: ſi rectę vel circularis figurę eſſet pticeps? Omnino quidẽ. Iccirco neq; rectũ eſt, neq; rotũdũ, cũ ptes etiam nullas habeat. Recte. Quinetiã cũ tale ſit, nuſq̃ eſt. nã neq; in alio: neq; in ſeipſo eſſe poteſt. Quãobrẽ? Si in alio eſſet: circulo quodã ab eo in quo eſſet, cõcluderetur: paſſimq; ab illo: ac multis partibus tangeretur. At cum vnũ impartibile ſit, & rotũditatis expers, impoſſibile eſt multifariã circulo tangi. Impoſſibile. Sin in ſeipſo eſſet, ipm̃ ſeipſum cõplecteretť: nõ aliud quiddã q̃ ipſummet exiſtens: ſi quidem in ſemetipſo ſit. nõ eñ põt quicq̃ in aliquo eſſe: quin ab illo etiam comprehẽdať. Impoſſibile certe. An non aliud qddã eſſet ipm̃ vt cõprehendẽs: aliud vt cõprehenſum? nunq̃ enim idem ipſum totum vtraq; hæc ſimul pateretur & ageret. quo ſit, vt ipm̃ vnũ nõ vnum vlterius: ſed duo ſit. Eſt vt dicis. Nuſq̃ igitur eſt ipſum vnum: quandoquidẽ nec in alio: nec in ſemetipſo ẽ. Nuſq̃. Cõſidera queſo, nũ qđ hmõi eſt, aut ſtare: aut moueri valeat. Cur nõ? Qm̃ qđ moueť: vel fertur: vel alteratur. hi quippe ſoli ſunt motus. Eſto. Si ipm̃ vnum ex eo quod eſt alteretur: impoſſibile eſt vlterius eẽ vnum. Impoſſibile. Iccirco ſecũdũ alteratiõnẽ non moueť. Non, vt videtur. Nũquid ſecundum progreſſionẽ? Fortaſſis. Atqui ſi ipm̃ vnum feratur: vel in eodẽ motu ſphęrico circũfertur, vel locum alium ex alio mutat. Neceſſe. Nonne qđ circulo circunferť, in medio conſiſtere oportet: atq; alias ſui ptes: quæ circa medium voluantur: habere? Cui vero nec mediũ: neq; pars vlla cõuenit: quomodo id cogitari poteſt in circulum circa mediũ volui? Nullo pacto. An locum tranſiẽs alias alibi ſit: atq; ita mouetur? Forte. Nũ eſſe ipſum in aliquo, vt impoſſibile iam redargutum eſt? Immo. An non multo magis impoſſibile ipſum in aliquo fieri? Nõ intelligo quomõ. Si in aliquo aliqd ſit: neceſſe eſt nõdum in illo penitus eſſe: ſi quidem adhuc in illo cõtinue fiat: nec etiã extra illđ prorſus extare: ſi quidẽ in eo iã fiat. Neceſſe ẽ. Si ergo aliud qcq̃ hoc patiť: id ſolum patitur: cuius partes aliquę ſunt. partim enim in illo iam eſt, qđ patitur: partim ſimul extra. qđ aũt nullis ptibus conſtat, nunq̃ in aliquo totum eſſe: ac totum ſimul abeſſe poterit. Vera. Qđ vero neq; ptes habet vllas: neq; totũ eſt: multo magis etiã ĩpoſſibile ẽ: ſiue ſcđm ptes, ſiue ſcđm totũ alicubi fieri. Apparet. Ergo nec aliquo ꝓgẽs, nec alicubi ingrediẽs locũ mutat: neq; in eodem reuolutum: neq; etiã alteratũ. Nõ videť. Secũdum quẽlibet igiť motũ imobile eſt ipm̃ vnũ. Immobile. Præterea ipſum vnũ in nullo eſſe poſſe aſſeuerauim⁹. Aſſeuerauim⁹. Haud igiť aliqñ i eodẽ eſt. Quãobrẽ? Quoniam iam in illo eſſet: in quo eodem eſt. Prorſus. At vero nec in ſeipſo: neq; in alio ipſum vnum eẽ poterat. Non certe. Nunq̃ igitur ipſum vnum in eodem exiſtit. Nunq̃ vt videtur. Qđ vero nunq̃ in eodẽ exiſtit: neq; quietem agit: neq; ſtat. Neq; enim poſſibile. Iccirco ipſum vnum nec ſtare neq; moueri videtur. Non apparet. Itẽ nec alteri: neq; ſibiipſi etiam idem eſt: rurſuſq; nec a ſeipſo: nec ab alio quodam alterum. Quid ita? Si a ſeipſo alterum ſit: ab vno alterum eſſet: nec eſſet vnũ. Vera. Et ſi alteri idem fuerit: illud quidem erit: nec ipſum quod eſt. quapropter nec vlterius erit ipſum quod vnum: ſed aliud quiddam præter vnum. Sic eſt. Ideo idem alteri vel a ſemetipſo alterum dici nunq̃ debet. Nunq̃ plane. Sed neq; alterum ab alio eſſe poteſt: donec vnum eſt. neq; enim vni congruit: vt ab aliquo alterum ſit: ſed ſoli ei qđ alterum eſt ab alio. Alteri autem nulli conuenit. Probe. Ex eo igitur q vnum eſt: non erit alterũ. An ipſe putas? Nequaq̃. Q; niſi hoc, nõ ſeipſo: ſi nõ ſeipſo: neq; ipſum. Ipſum vero nullo modo alterum exiſtens a nullo alterum eſt. Recte. Neq; tamen ſibi ipſi idem erit. Cur non? Non ea eſt ipſius vnius natura quæ ipſius eiuſdem natura eſt. Quare? Quia nondum cũ idem ſit aliqd alicui: vnũ efficitur. Qua de cauſa? Qđ multis idem ſit, multa, nõ vnum fieri neceſſe eſt. Verum. At ſi ipſum vnum atq; ipſum idem nihil diſcreparent: quotiens quid idẽ fieret, vnum quoq; ſemper efficeretur: quotiẽſq; vnũ, ſemꝑ & idẽ. Et maxime quidẽ. Quapropter ſi ipſum vnum ſibimet idem fuerit, non vnum ſibi exiſtet: atq; ita vnum exiſtens, nõ vnũ erit. Impoſſibile id qdẽ. Impoſſibile igiť ipſum vnũ: aut alterũ ab alio: aut ſibiipſi idem eſſe. Impoſſibile. Hac itaq; rõne vnũ: nec idẽ: nec alterũ: aut ſibi: aut alteri eſſe poterit. Nõ profecto. Sed neq; ſimile: neq; diſſimile cuipiã: aut ſibi aut alteri. Quã ob cãm? Quia ſiľe eſt: qđ ipſi⁹ eiuſdẽ ẽ pticeps. Nẽpe.

Quid rotũdũ.
Quid rectum.

Rõnes: quib⁹ pellitur idem eſſe in ſe.

Latio & alteratio ſunt ſoli motus.
Qđ circulo moueť in medio conſiſtere.

Pati ꝑ partes.

Alia eſt natura vnius q̃ natura eiuſdem.

Ipſum tñ idem ab vno natura ſecerni ex ante dictis apparuit. Apparuit certe. Verūtamē ſiqd pręter id qd eſt vnum eſſe, ipſum vnum recipit, patitur iam plura eſſe q̄ vnum. Id autē impoſſibile eſt. Ita. Ob hanc cām nunq̄ ipſum vnum, idē eſſe vel ſibi vel alteri patiſ. Nō videſ. Ergo nec ſimile aut ſibimet aut alteri eſſe pōt. Sic apparet. Nihilo tñ magis eſſe alterum ſuſtinet. etenim plura q̄ vnum eſſe contingeret. Plura ſane. Qd alterum vel a ſe, vel ab alio fit, diſſimile quoq; aut ſibiipſi, aut alteri cuidam efficiſ, quippe cum illud etiam qd idem eſſe recipit: ſimile fiat. Probe. Vnde ipſum vnum cum nullo mō ſuſceperit alterum: nunq̄ quoq; diſſimile ſiue ſibimet ſiue alteri fiet. Nunq̄ profecto. Quāobrem nec ſimile neq; diſſimile vnq̄ aut ſibi aut alteri ipſum vnum eſt. Non, vt videſ. Pręterea cum huiuſmodi ſit, nec æquale etiam, nec inęquale cuiq̄ vel ſibi vel alteri. Quid ita? Qd æquale eſt earūdem menſurarum eſt quarum & illud cui æquale dicitur. Sic eſt. Qd maius eſt vel minus, quo ad illa quibus cōmenſurabile eſt, minoribus quidem plures menſuras habet: maioribus autem pauciores. Certe. Quibꝰ autem incommēſurabile: quo ad hęc quidem minorū, quo ad illa vero, maiorum menſurarum erit. Quid ni? Nonne impoſſibile eſt, qd nullo modo ipſius eiuſdē eſt particeps aut mēſuras eaſdem aut aliud qduis idē ſortiri? Impoſſibile. Itaq; nec ſibi: nec alteri erit æquale, qppe cum menſuris eiſdem non vtatur. Minime, vt apparet. Quinetiā ſi pluribꝰ aut paucioribus menſuris circūſcribetur: totidem partibus quot & menſuris cōſtabit: ruſuſq; nō amplius vnum erit: ſed tot potiꝰ, quot & mēſurę inſunt. Recte. Q; ſi vnius mēſuræ ſit, ęquale vtiq; ipſi mēſurę fieret. Verumtñ impoſſibile eſſe apparuit, ipſum vnum æquale cuiq̄ eſſe. Apparuit certe. Qd igiſ nec vniꝰ menſuræ eſt particeps, neq; multarum, neq; etiam paucarū, nec vllo modo ipſius eiuſdem, nunq̄ ſibiipſi vt videtur erit æquale: nec etiā alteri: nec maius præterea aut minus vel ſemetipſo vel alio. Sic prorſus ſe habet. An forte antiquius aut iunius aliquo vel etiam coætaneum ipſum vnum apparet? Quid prohibet? Id ſane. Quoniam ſi eādem ætatē vel ſecū vel cum alio quopiam aget, æqualitate & ſimilitudine temporis participabit. oſtenſum eſt tamen, nec æqualitatē nec ſimilitudinē ipſi vni vllam adeſſe poſſe. Oſtenſum profecto. Nonne hoc quoq; diximus nec inæqualitatis neq; diſſimilitudinis compos exiſtere? Q; maxīe. Quo igitur pacto qd huiuſmodi eſt, ſenius aut iuniꝰ aliquo vel ætate par vlli eſſe poterit? Nullo modo. Ergo ipſum vnum non iunius non ſenius nō ætate par aut ad ſeipſum aut ad aliud erit. Nō apparet. Itē nec in tpe etiam vllo pacto ipſum vnū cum tale ſit, erit vnq̄. Etenim neceſſe eſt quicquid eſt in tempore, ſeipſo ſemper ſenius fieri. Neceſſe. Et qd ſeniꝰ, ſemp iuniori ſenius. Cur nō? Itaq; qd ſeipſo fit ſenius: ſeipſo etiam ſimul iunius fit. ſiquidem aliquo ſenius eſſe debet. Quomodo dicis? Hoc modo. Oppoſitum alterum alteri nihil fieri oportet, oppoſito altero iam exiſtente: ſed hoc iam exiſtente, iam eſſe pterito illo pteriiſſe: futuro fore. dum vero fit vnum oppoſitum, alterum quoq; oppoſitū nec pteriiſſe: nec fore: nec eſſe: ſed fieri: nec aliter eſſe. Neceſſe. At vero ſenius oppoſitū quiddā eſt iuniori, nec alteri penitus vlli. Eſt. Qd ergo ſeipſo fit ſeniꝰ neceſſe eſt ſil' quoq; ſeipſo iunius fieri. Videſ. Quinetiam nec longiori ſeipſo tpe neq; breuiori fieri, ſed per ęquale ſemper tēpus ſecum ipſo fieri: & eſſe: & fuiſſe: futurum eſſe: ac fore. Neceſſaria quoq; hęc ſunt. Neceſſariū ergo videtur, qdlibet eorum quæ in tempore ſunt, atq; hoc tali participant, eādem ſecum ipſo ætatem agere: ac ſenius ſeipſo ſimul & iunius fieri. Apparet. Ipſi vero vni nulla pręſus ex iis paſſionibus accidit. Nulla. Nullius ergo tpis particeps, nec in aliquo tēpore. Non ſane vt ratio dictat. Quid igiſ? ipſum erat, fuit, fiebat, nonne participationē temporis quandoq; præteriti ſignificare videntur? Quinimmo. At vero erit: fiet: factum fuerit, an non futurum nobis deſignant? Futurū. Eſt autē & fit, præſentis ſunt tēporis notę. Omnino quidem. Si ergo ipſum vnū nullo pręſus participat tempore: nec fuit vnq̄ nec fit: neq; eſt: neq; fiet: neq; factum erit: neq; erit. Veriſſima hæc ſunt. Num pōt quicq̄ eſſentia aliter q̄ ſecundū iſtoꝝ aliqd participare? Non aliter. Nullo mō igiſ eſt ipm vnum. Haudquaq̄ videſ. Nō itaq; ita eſt vt ſit vnum, eſſet eñ iā ens & eſſentię pticeps immo vt videſ ipſum vnū neq; vnū eſt: neq; eſt: ſiquid huic rōni credēdū. Apparet. Ei vero qd nō eſt: num eſt vel ipſi vel ipſius aliquid? At quomodo? Non itaq; nomē illi eſt, non ſermo, non ſcientia q̄dam: non ſenſus: nō opinio. Non videtur. Quapropter nec nominatur, nec dicitur, nec opinione cogitatur: nec cognoſcitur: neq; ab aliquo ex iis quæ ſunt, ſentitur. Haud ſane videtur. An poſſibile ē iſta circa ipſum vnum ſic ſe habere? Non, vt mihi videtur.

Quiq æquale.

Verbū ē, fuit, erit, fit, fiet, factū eſt, cōſignificat tempus.

In verbo eſt, nō mō eſt tps, ſed ēt eſſentia.

De vno negatur eſſe.

Non entis non eſt qcq̄, & in non ente non eſt qcq̄.

Sċda ſuppō̄ circa vnum ſi ſit.

Vis ne iterum ad ipſam ſuppoſitionem velut a principio redeamus: conſiderātes ſiquid forte redeuntibus nobis aliter ſe habere videatur? Volo equidem. Nonne ſi ipſum vnum eſt, confeſſi ſumus quæ circa illud eueniunt: cuiuſmodi eſſe oporteat? Profecto. Meditare iterum a principio: vnum ſi eſt, nunquid poſſibile eſt ipſum eſſe, eſſentia vero nequaq̄ pticipare? Impoſſibile. Eſſentia autem vnius, non idem qd ipſum vnum erit. alioquin ſi idem: nō vtiq; illiꝰ eſſentia eſſet: neq; ipſum vnum illa participaſſet: ſed quotiens pferreſ vnum eſſe, ſimile qddā ſignificaretur: ac ſi vnū, vnum diceremus. Nunc autem non eſt huiuſmodi ſuppoſitio noſtra. S. ſi vnum, quid

ram euenturum ſit,ſed ſi vnum eſt.nonne ita?Proſus ſic eſt.Nonne ita dicit̃,tanq̃ aliud ſignificet
ipſum eſt:aliud ipm̃ vnum?Neceſſe.Num aliud q̃ ꝙ ipſum vnum eſſentia ipſa participat? hoc eni
eſt qđ ꝓfertur:quotiens quis ſummatim ꝙ vnum eſt,profert.Omnino.Rurſus itaq; dicam⁹,vnũ ſi
eſt,q̃dnã contingat.Age id aduerte.An non neceſſe eſt hãc ſuppoſitionẽ ipm̃ vnũ eiuſcemodi prae-
dicare quaſi partes habeat?Quonam modo?Hoc.Si ipm̃ eſt de vno ente dicit̃:& ipſum vnũ de en-
te vno:eſt autem idem eſſentia & vnum:eodem exiſtente vno qđ ſuppoſuimus, nonne neceſſe ẽ to
tum quidẽ vnum ens ipſum eſſe,eiuſq; partes tam vnũ q̃ eſſe exiſtere?Neceſſe.Vtrum vero vtran
q; harum partium partem dũtaxat appellamus?An partem totius partẽ ꝓdicare oportet?Totius.
Totum igitur eſt,qđ vnum eſt:ac partem habet.Penit⁹.Quid aũt?num hæ ptes vnius entis.ſ.vnũ
An vnũ & ens ſit idem. & ens,ita ſe inuicem deſerunt:vt ipſi enti vnum,& ipſi vni ens deſit?Non certe.Igit̃ vtraq; pars &
vnum ſimul & ens complectitur:adeo vt pars quælibet ex duabus ſaltem pticulis conſtituat̃. & ſe
cundum eandẽ rationẽ quæcũq; particula occurrit,vtraq; ſemp in ea claudantur.etenim vnũ ſem
Q; vnũ circa eſſentiã etiam ſit multa. per ens,& ens vnum mutuis nexibus amplectuntur. Vnde cũ vbiq; in quauis particula duo emer
gãt,neceſſe eſt nunq̃ vnum exiſtere.Omnino.Nõne hac ratione vnum ens:infinita multitudo erit?
Videt̃.Age queſo:& hac pge.Qua?Diximus vnũ eſſentia participare inquantũ eſt?Diximus.Et ob
hanc cauſam vnum ens multitudo eſſe apparuit?Sic eſt.Quid autem,ſi ipſum vnũ qđ eſſentię par
ticeps eſſe diximus,ipſum ſecundum ſeipſum ſolũ intelligentia cogitemus,ſeorſum ab illo:quo pti
cipare ꝓdiximus?nunqd vnũ ſolũ apparebit?vel etiã multa hoc ipm̃?Vnũ ſolũ puto.Cõſideremus
iam & aliud quiddã.alterũ quiddã eſſe neceſſe eſt ipſi⁹ eſſentiã:alterũ vero ipſum.ſiqdẽ nõ eſſentia
ipſum vnum:ſed vt vnũ,eẽntia pticipat.Neceſſe eſt.Q; ſi alterũ eſſentia:alterũ vnũ:ipm̃ vnũ nõ ex
eo ꝙ vnũ:ab eſſentia alterũ eſt: neq; eſſentia inquantũ eſſentia ab vno eſt altera:ſed ꝑ id qđ eſt ip-
ſum ꝑ ſe alterũ,& ipm̃ ꝑ ſe aliud,altera ſunt inuicem.Prorſus.Quãobrẽ ipſum alterum nec vni nec
eſſentiæ idem eſt.Verũ.Quid ergo?ſi ex iſtis elegerimus ſiue eſſentiã & alterum,ſeu eſſentiam &
vnũ,ſiue vnum & alterũ,nonne in qualibet aſſumptione eliciemus aliqua quæ iure ambo appella-
ri poterũt?Quo modo?Hoc modo inquã.licet ne eẽntiã dicere?Licet.Rurſuſq; dicere vnũ?Et iſtud.
Nonne vtrũq; illorum dictum eſt?Dictũ vtrũq;.Quotiẽs eſſentiam & vnũ dico:an non ambo dico?
Dicis.Et ſi eſſentiã atq; alterũ ſiue alterũ atq; vnũ,nonne ĩ iis ſingulis ambo dico?Prorſus.Quę ve
ro ambo recte appellata ſunt:nunquid poſſunt ambo eſſe:neq; tñ eſſe duo?Nequaq̃.At q̃ duo ſunt
cogitari ne ita poſſunt,vt nõ illorum vtrũq; vnũ ſit?Minime.Quoniã igit̃ iſta ſimul duo ſunt,iccir
co vnũqdq; vnũ exiſtit.Videt̃.Si vnum qđlibet eorũ eſt:& vtrũq; vnũ mutuo quodã cõiugio iui-
cẽ eſt cõnexum,nõne tria vniuerſa reſultant?Maxie.Tria vero nõne imparia:duo aũt paria? Quid
ni?Et cũ duo ſint:nõne neceſſe eſt etiã bis adeſſe:& cũ tria,ter?ſiquidẽ duob⁹ ineſt bis vnũ:trib⁹ ve
ro ter vnũ.Neceſſe.Duob⁹ deniq; exiſtẽtib⁹ ac bis:neceſſe eſt duo bis eẽ:& tribus exiſtẽtib⁹ atq; ter
nonne neceſſe eſt rurſus tria ter eſſe?Quid ni?Quid vero?trib⁹ exiſtẽtib⁹ atq; bis:& duobus atq; ter
exiſtẽtibus,neceſſe eſt tria bis eſſe,ac bis tria?Neceſſe eſt oĩno.Erunt igit̃ pariter paria,impariterq; ĩ
paria,necnõ imparia pariter:& impariter paria.Certe.Si hæc ita ſe habent,nũ putas vllũ numerũ
relinq;q non neceſſario illic inſit?Nullũ.Iccirco ſi eſt vnum,neceſſe eſt & numerũ eſſe.Proculdubio.
Itẽ ſi numerus eſt,multa vtiq; ſunt:& infinita entium multitudo.Au non infinitus numerus mul
titudine etiã particeps eſſentiæ ſit?Maxime.Q; ſi totus ipſe numerus eſt eſſentiæ particeps, vnaq̃
q; etiã pticula numeri eſſentia pticipabit.Prorſus.Per oĩa ergo quę multa ſunt,eſſentia diſtribui-
tur,nec ab aliquo eorum quę ſunt,abeſt:ſeu minimũ hoc ſit,ſiue maximum.Atq; id dubitare abſur
dum eſt.quo mõ enim eſſentia ab aliquo eorum q̃ ſunt,abeſſe poteſt?Nullo. Diuiſa eſt igit̃ quoad
fieri poteſt in minima & maxia:atq; in omnia q̃ quomodocũq; ſunt,maximeq; oĩm diſtributa:& in
finitæ ſunt eſſentię partes.Sic ſe res habet.Plurimę igit̃ illius partes ſunt.Plurimę certe.Quid ve-
ro?eſt ne quicq̃ ex iſtis qđ quidem pars eſſentiæ ſit:nõ tamen pars ipſa vnum quiddam ſit? At quo
pacto id fieret?Verũ poſtq̃ vt arbitror eſt,neceſſe eſt ipſam ſemp q̃diu ẽ,vnũ aliquid eſſe: nihil autẽ
eẽ impoſſibile eſt. Abſq; dubio.Nõ ſolũ ergo vniuerſę eſſentiæ:ſed illi⁹ etiã ſingulis ptib⁹ vnũ adeſt,
partẽ nullam deſerens,ſiue maior illa quidem ſeu minor ſit:ſiue quomodocũq; ſe habeat.Sic eſt.Nũ
quid cum ſit vnum,vbiq; ſimul eſt totum?Diligenter id inſpice.Intueor:atq; hoc eẽ impoſſibile vi
deo.Diuiſum itaq;,niſi totum.Neq; enim aliter vniuerſis ſimul eſſentiæ partibus q̃ diuiſum ade-
rit.Sic eſt.Cæterum quod partibile eſt,neceſſario totidem eſt:quot partibus cõſtat.Neceſſario.Hac
de cauſa haud recte paulo ante dicebamus eſſentiã in partes plurimas diſtributã:q̃ppe cum non in
plures q̃ ipſum vnum ſed pares diſcreta ſit.Neq; enim ens vni:neq; vnum enti deeſt:ſed duo hęc
potius per omnia penitus coęquãtur.Oĩno ſic apparet. Ipſum itaq; vnum ab eſſentia diſtributum
infinita multitudo eſt.Patet.Nõ mõ igit̃ vnum ens mlta eſt:ſed & ipſum vnum ab eſſentia diſtribu
tũ multa eſſe oportet.Oportet ſane.Quinetiã ex eo ꝙ oẽs partes,totius ptes ſunt,terminatũ ſecũ-

dũ totũ vnũ erit. An nõ cõphenduť oẽs a toto ꝑticulæ? Cõprehẽduť. Qđ aũt cõprehendit, ter-
minus eſt? Eſt. Propterea vnũ ens, vnũ quodãmõ ẽ & multa, totũq; & ꝑtes, necnõ finitũ & multitu-
dine ĩfinitũ. Apparet. Nõne cũ terminatũ ſit: extrema quoq; habet? Neceſſariũ eſt. Præterea ſi totũ
eſt, prĩcipiũ mediũq; & finẽ habebit? Nũ totũ aliqđ abſq; iis tribꝰ repiri põt? Et ſiqđ ipſoꝝ ab eo qđ
vnũ, diſtat: totũ ne vlteriꝰ erit? Minime. Quãobrẽ prĩcipiũ mediũq; & finẽ vnũ habet. Habet. Me-
diũ vero æquo interuallo ab extremis vndiq; diſtat, nõ em̃ aliter eſſet mediũ. Nõ certe. Præterea
cũ tale ſit vnũ: figuræ cuiuſdã eſt ꝑticeps, ſeu rectę, ſiue rotũdę, ſiue alteriꝰ ex vtriſq; cõpoſitę. Parti-
ceps ꝓculdubio. Quĩetiã ſi hmõi ẽ, ipm̃ ĩ ſeipſo & ĩ alio erit. Quonã pacto? Quęlibet ps ĩ toto ẽ: nec
extra totũ penitꝰ vlla. Eſto. Singulæ ne ꝑtes ſub toto claudunť? Ita. At vnũ cũctæ ſuæ ꝑtes exiſtit:
nec qđ plus vel minꝰ q̃ vniuerſæ. Sic ẽ. Nõne & totũ vnũ ẽ? Quid ni? Si oẽs ꝑtes toto claudunť, eſt
ꝙ oĩa vnũ & ipm̃ totũ, cõtineť aũt ſub toto ſingula, ab vno vtiq; vnũ cõtinebiť: atq; ita vnũ ipm̃ ĩ
ſemetipſo iã erit. Videť. Verũtñ totũ ĩ ꝑtibus minime ẽ, neq; ĩ oĩbus, neq; ĩ aliqua. ſi em̃ ĩ oĩbus: ne-
ceſſe eſt & in vna: & ſi in vna q̃dã nõ ſit: in cũctis eſſe nõ poterit. Si aũt hoc qdẽ vnũ cũctis cõſtat, &
in eo totũ, nõ vno, quo pacto ampliꝰ ĩ oĩbꝰ erit vnũ? Nullo. Sed nihilo magis ĩ ꝑtibꝰ qbuſdã. Nã ſi q-
buſdã totũ inſit: maius ĩ minori erit. Id aũt ĩpoſſibile. Impoſſibile. Cũ igiť totũ nec in pluribus, nec
vna, neq; etiã cũctis ꝑtibꝰ inſit: an nõ neceſſe eſt ipm̃ eſſe ĩ alio quodã, vel nuſq̃ exiſtere? Neceſſe. Nõ-
ne ſi nuſq̃ ſit: nihil penitꝰ erit? & tñ cũ totũ ſit, neq; ſit in ſeipſo, reſtat vt conſiſtat in alio? Penitus.
Qua igiť vnũ totũ ẽ, ĩ alio eſt: qua vero oĩa ꝑtes eiꝰ ſunt, & ipm̃ cũctæ ꝑtes, eſt ipm̃ in ſeipſo. Ideoq;
neceſſe eſt vnũ tũ in ſeipſo: tũ etiã in alio eſſe. Proculdubio. Et cũ talis ſit vniꝰ natura: an nõ neceſ-
ſario ſequitur, vt ſtet atq; etiam moueatur? Curnam? Stat q̃ppe: ſiqdẽ ipm̃ in ſeipſo cõſiſtit. Etenim
inhærẽs vni, nec ex eo digrediens, in eodẽ eſt ĩ ſemetipſo. Eſt profecto. Verũ qđ in eodem ſemper eſt
ſtare ſemper oportet. Oportet. At qđ in alio ſemper: contra neceſſe eſt nunq̃ in eodem eſſe: ſi nun-
q̃ in eodem, nũq̃ p̃terea ſtare. qđ vero non ſtat: moueri oportet. Sic eſt. Neceſſe eſt igitur vnum, cũ
in ſeipſo ſemper & in alio ſit, ſemper quoq; ſtare atq; moueri. Videtur. Quinetiam idem oportet
ipſum ſibiipſi eſſe, & a ſeipſo alterum, & quo ad alia ſimiliter idem & alterum: ſi modo quæ ſupra
dicta ſunt, illi competunt. Qua ratione? Omne quidem ad vniuerſum ſic ſe habet. vel enim idem ẽ,
vel aliud. ſi nõ idem aut aliud, pars vtiq; erit illius aduerſus qđ ita ſe habet: vel vt totum ad par-
tem erit. Patet. Nunquid ipſum vnum ſuiipſius pars eſt? Nequaq̃. Nõ igitur quo ad ſeipſum totũ
erit quaſi pars ſui ſit. Neq; enim poſſibile. An forte alterũ eſt vnum ab vno? Minime. Nõ itaq; a ſe-
ipſo alterũ. Nõ certe. Si nec alterũ nec totum neq; pars quo ad ſeipſum eſt, quid iam aliud reſtat, q̃
vt idem ſibi ſit? Iſtuc ipſum. Quid vero? qđ alibi eſt q̃ ipſummet in eodẽ exiſtẽs in ſemetipſo: nonne
cogitur alterum a ſeipſo fieri: ſi quidẽ alibi q̃ ipſummet exiſtat? Mihi quidem videtur. Huiuſmodi
plane patuit eſſe vnum, in ſeipſo ſcilicet & in alio eſſe. Patuit ꝑfecto. Ex hoc igiť conſtat vnum eſſe
a ſeipſo alterum. Videtur. Siquid vero ab aliquo alterũ eſt: nonne ab altero alterum? Neceſſe. Quę-
cũq; vnum minime ſũt, nũ ab vno altera, & vnũ alterũ ab iis q̃ nõ vnũ? Quid ni? Ideo vnũ ab aliis oĩ-
bus alterũ appebit. Alterũ. Aſpice p̃terea, nũ alterũ ipſum, & ipſum idem cõtraria ĩuicẽ ſint. Cur
non? Volet ne vnq̃ idem in altero vel alterum in eodem conſiſtere? Nunq̃. Ergo ſi nunq̃ alterum ĩ
eodẽ eſt: nihil eſt ex iis q̃ ſunt, in quo ꝑ aliqđ tp̃s ipm̃ alterum ſit. Nã ſi per aliqđ tempus ſit in ali-
quo: per id tẽpus in eodem ipſum alterum erit. An non? Poſtq̃ vero nunq̃ in eodem conſtat, nunq̃
profecto in aliquo eorum quæ ſunt, ipſum alterum erit. Vera dicis. Iccirco nec in iis quæ non ſunt
vnũ, nec in vno erit alterum. Non ſane. Sequitur vt vnum ab iis quæ non vnum, & quæ nõ vnum
ab vno per ipſum alterum altera eſſe nequeant. Sequitur plane. Q; niſi participent ipſo altero, alte-
ra ſecundum ſeipſa inuicẽ eſſe non poterũt. At quonam pacto? Atqui ſi nec ſeipſis, nec ipſo altero
altera ſunt, altera eſſe inuicẽ nullo pacto poſſunt. Nullo. Præterea quæ vnũ non ſunt, vno minime
participant. neq; enim eſſent non vnum: ſed quodammodo vnũ. Verũ hanc ob cauſam q̃ non ſunt
vnũ, neq; etiam numerus ſunt. Alioquin non penitus vnius eſſent expertia, ſiquẽ numerũ habeãt.
Non certe. An vero quæ non ſunt vnum, partes vnius ſunt? An ſic forte vno participarẽt: quæ nõ
ſunt vnum? Participarent. Si itaq; hoc qdẽ omnino vnũ eſt, illa vero nõ vnum, nec ps vnũ erit eoꝝ
quæ non vnum, neq; totum ad illa, quaſi ipſa ſint partes: neq; rurſus quæ non vnũ, vnius ꝑticulæ:
neq; etiã tota quaſi vnũ pars exiſtat. Non profecto. Cæterum aſſeruimus, quæ neq; tota, neq; ꝑtes
ſunt, neq; inuicem altera, eadem inuicem eſſe debere. Aſſeruimus. Fatemur ne igiť vnum cum ita
ad ea q̃ non vnũ, ſe habeat, illis idẽ eſſe? Fatemur. Ergo vnũ, vt videť, alterũ qddã ẽ ab aliis & a ſeipſo
rurſuſq; ſibi & illis idẽ. Sic rõ pſuadet. Nũqđ ſimile quoq; & diſſimile ſibiipſi ac cæteris? Forte. Poſtq̃ alte-
rum ab aliis eſſe patuit: alia quoq; ab illo altera erunt. Quid prohibet? An non ita ab aliis alterum
vt ab illo & alia: nec magis quicq̃ neq; minus? Quid ni? Si nec magis, nec minus, reſtat vt ſimiliter.
Similiter. Porro ſi vni contigit vt alterum ſit ab aliis eodem modo quo ab illo alia: ex hoc ſeq̃tur

Vnũ eẽ & vnũ & m̃lta & totũ & ꝑtes & finitũ & infinitum.

Oẽ totum hẽt pricipium medium & finem.

Quõ ĩtelligať vnũ ab vno & ſeipſo cõtineri.

Qđ nuſq̃ ẽ, nihil penitꝰ eſſe.


Quõ q̄cq̃ ſtat & mouetur.

vt eadē conditio quædam,tā vni,q̄ aliis cōpetat.Quid ais?Hoc.vnūquodq; nomē nōne ſuū habet ſignificatum?Habet.Idem vero nomē,vel ſæpi⁹ vel ſemel pnūcias.Eqdē.Vtrū qñ ſemel pfers,illud appellas cuius ē nomē:qñ vero ſæpius,nō illud?An poti⁹ ſiue ſemel ſeu ſæpe nomē idē pnūcies:neceſſe eſt te ſemp idem innuere?Idē ſemp.Nōne & ipm alterū nomē eſt ad pprīū aliqd ſignificādū ipoſitū?Eſt.Quotiēs igiť nomē hoc pfers,ſiue ſemel,ſiue ſæpius,nō ad aliud refers,neq; aliud qcq̄ noias q̄ id,cuius hoc nomen eſt.Neceſſe.Quando itaq; dicimus alterū eſſe vnū ab aliis:& illa ab vno altera,bis nomē hoc alterum pnūciantes,nūq̄ ad aliud qddā ſignificandum īducim⁹:q̄ naturā cui⁹ pprīū nomen eſt.Oīno qdē.Si ergo vnū alterū eſt ab aliis,& alia ab vno altera,patiēs illud idē alterū qđ in aliis eſt,ſecūdū illud,nō ſecundū aliud qddam,alterum eſt ab aliis vnū.qđcūq; vero idē patiť ſimile eſt.an non?Immo ſecūdū.Qđ aūt vnū habet vt ſit ab aliis alterū:ſecūdū hoc idē qđlibet cuilibet ſimile eſt,qđlibet ei eſt a quolibet alterū.Videť.Eſt ne ſimile diſſimilib⁹ cōtrariū?Eſt ſane.Nōne & ipm alterum ipſi eidē?Et iſtud.Verūtamē hoc etiā patuit ꝙ ipſum vnū aliis idē.Patuit plane Contraria vero paſſio eſt eſſe aliis idē,& eſſe ab aliis alterū.Nimiū.Qua tñ alterū,ſimile appuit.Et hoc.Qua igiť idē,diſſimile erit ſecundum paſſionem cōtrariam paſſionis illius q̄ ſimile fecerat.ſimile autem nōne faciebat ipm alterum?Prorſus.Ipſum ergo idem diſſimile reddet: alioquin ipſi⁹ alterius cōtrarium minime erit.Apparet.Ex iis concluditur vnū ſimile atq; diſſimile aliis eſſe.qua ſane alterum,ſimile:qua vero idem,diſſimile.Talem vt videtur rationem habet.Et hanc quoq; habet.Quam?Vt qua idem paſſum eſt,non alienum ſit paſſum.ſi non alienū paſſum fuerit,neq; diſſimile etiam.ſi non diſſimile:reſtat vt ſimile.ſin autem aliud ſuſceperit: & alienum.ſi alienum:etiam diſſimile ſit.Vere dicis.Vnū ergo & quia cæteris idem,& quia alterū,ſecundum ambo hæc & ſecundum horum vtrunq; ſimile atq; diſſimile aliis erit.Maxime.Nōne & ſibiipſi eodem modo,ſi quidem alterum a ſeipſo & ſibiipſi idē appuit:ſecūdū ambo atq; vtrunq; ſimile pariter atq; diſſimile apparebit?Nimium.Conſidera præterea quæſo quonam pacto vnū ad tangēdum,vel non tangendū ſeipſum & alia ſeſe habeat.Conſidero equidem.Ipſum vnum in ſeipſo toto eſſe conſtitit.Probe.An non & in aliis vnum?Et in aliis.Quatenus igitur in aliis,alia tangit.quatenus in ſeipſo tangere quidem alia impeditur,ſeipſum vero tangit,cum in ſeipſo ſit.Apparet.Hac vtiq; ratiōe vnum & ſe:& alia tangit.Tangit.Quid vero ad hæc?Nonne quodcūq; tacturum aliquid eſt,prope illud qđ tacturum eſt,iacere oportet,atq; eam ſedem occupare,quæ ſequitur illius ſedē,in qua cum primum fuerit tanget? Neceſſarium hoc eſt.Ideo vnum quoq; ſi ſe tangere debet,continuo poſt ſeipſum extare oportet,proximā loco in quo ipſum eſt,ſedem occupans.Oportet omnino.Nonne vnum ſi duo eſſet:hæc efficeret,& duobus ſimul in locis exiſteret: donec vero vnū eſt minime?Eſt vt dicis.Eadem ergo neceſſitas efficit:vt vnum nec duo ſit:neq; ſeſe tangat.Eadem.At nihilo magis alia tanget.Quamobrem?Quoniam diximus qđ tacturum aliquid eſt,ſeorſum poſitum,proximum illi quod tangendum eſt,eſſe oportere.Tertium vero præter hæc intermedium nullum.Vera.Quapropter duo ſaltem adeſſe oportet,quotiēs futurus eſt tactus.Oportet.Sin autē præter terminos duos tertium quiddam medium interuenerit:tria quidem per ordinem ſubſequentur:tactus autem gemini.Prorſus.Atq; ita ſemper vno quodam adiecto: vnus quoq; tactus adiicitur.Ex quo contingit ipſos tactus a numerorum multitudine vno exuperari.quanto enim prima duo tactus ipſos exuperarunt,ita vt plura nūero q̄ tactus eſſent,tanto deinceps vniuerſus numerus vniuerſos tactus excedit.Etenim in poſterum vnum ſimul additur numero:& vnus tactus tactibus ipſis apponitur.Recte.Quot igiť ea quæ ſunt numero ſunt,totidem ſemper & tact⁹ vno duntaxat excepto.Vera loqueris.Itaq; ſi vnum eſſet ſolum,nec vſq̄ duo,tactus quoq; nullus eſſet.Quonam modo?Diximus quæ alia ſunt ab vno,nec eſſe vnum,nec vno etiam participare donec alia ſint.Diximus.Ex iis conficitur,vt non ſit ī aliis numerus vnus.quippe cū vnū illis minime adſit.Enimuero quo pacto id fieri poſſet?Vnde alia nec ſunt vnū,nec duo,nec alio quouis numero deſignata.Non ſane.Ipſum igitur vnum ſolummodo vnum eſt.duo aūt non ſunt.Non,vt apparet.Et ſi duo non ſunt,tactus quoq; nullus erit.Nullus.Ergo nec vnū alia tangit,nec illa vnum nullo exiſtente tactu.Non prorſus.Omnibus iis de cauſis,vnum ſe,& alia tāgit pariter & non tāgit.Sic videtur.An eſt præterea æquale pariter & inęquale,tum ſibi,tum etiam cęteris?At quo pacto?Si maius eſſet vel minus vnū q̄ alia:aut alia rurſus maiora ſiue minora q̄ illud,non vtiq; vnū ex eo ꝙ vnum:& alia ex eo ꝙ alia q̄ vnum,aut maiora,aut minora inuicem ex ipſis ſuis eſſentiis eſſent:verum ſi præter rationes ſuas,vtraq; æqualitatem inſuper haberent:æqualia inuicem exiſterent:ſin hæc quidem magnitudinem,illa paruitatem,aut ipſum vnum magnitudinem,alia paruitatem haberent,cuicunq; ſpeciei magnitudo adeſſet:maior exiſteret:cuicunq; paruitas,minor.Neceſſe.Nonne ſunt duæ quædam huiuſmodi ſpecies magnitudo & paruitas?Etenim niſi eſſent:nūq̄ contrariæ inuicē exiſterent,ac rebus ipſis ineſſent.Eſt vt dicis.Igitur ſi vni paruitas accidit,vel to

ti vni vel parti cuipiam inſidet.Neceſſarium. Si toti inſederit, vel æqua extenſione per integrum
vnũ intus amplificabitur,vel externis limitibus circũplectetur.Plane. Ex æquo ꝑfecto vni infuſa
paruitas æqualis proculdubio vni erit:circũplectens aũt,maior.Quid ni? Num potis eſt paruitas
æqualis cuiq̃ eſſe vel amplior?effectuſq̃ magnitudinis & æqualitatis inferre?& ab officio ſuo deſi
ſtere?Impotens ꝓculdubio.Vnde cõcludit̃ in toto vno paruitatem eſſe non poſſe. Reſtat forſitan
vt ſit in parte.Reſtat.Non tamẽ in tota parte.eadẽ porro efficeret aduerſus partẽ,quę & aduerſus
totũ effecerat.quippe vel æqualis erit vel maior illa ipſa ꝑte ſemp,cuicũq̃ inſit. Neceſſario ſequit̃.
Nulli igit̃ vnq̃ rei paruitas inhęrebit:cum neq̃ parti,neq̃ toti inhęreat. Ex quo fit vt nihil futu-
rũ ſit paruũ ꝑter ipſammet paruitatẽ.Videt̃.Sed neq̃ etiã magnitudo inerit.quippe aliud quicq̃
pręter ipſammet magnitudinem maius eſſet, vtputa id,cui ĩerit magnitudo.Verũtamẽ nihil eſt
paruũ:quod qdẽ ſupari oportet a magno:ſiqd magnũ ſit.Etenĩ quo pacto paruũ aliqd reperies:cũ
paruitas in nullo reſideat?Vera loq̃ris.Quinetiã magnitudo ipſa nullo erit alio maior q̃ paruita-
te:neq̃ paruitas ipſa alio quopiã q̃ ipſa magnitudine minor.Nullo.Quãobrẽ cętera ꝑter vnũ neq̃
maiora,neq̃ minora q̃ vnũ erũt:cũ magnitudinis paruitatiſq̃ expertia ſint.Neq̃ habebũt hęc duo
aduerſus ipm̃ vnũ vim aliquã,qua vel excedãt vel excedãtur:ſed inter ſeipſa id efficiẽt.Neq̃ etiã
ipm̃ vnũ,aut hiſce duobus,aut aliis quibuſlibet maius vel minus erit:vtpote qd̃ tã magnitudinis
q̃ paruitatis eſt expers.Sic vtiq̃ apparet.Ideoq̃ cũ nec maius nec minus ſit vnũ q̃ cętera:nec ſupe
rabit alia,neq̃ ab aliis ſuperabit̃.Abſq̃ dubio.Nonne qd̃ nec ſupat nec ſuperat̃,neceſſario ſequitur
vt ęque ſe habeat?& ſi ęque,vt æquale ſit?Immo.Pręterea & ad ſeipm̃ ſi ſeipm̃ vnũ habet,vt expers
& magnitudinis & paruitatis,nec ſeipm̃ exuperet,nec a ſeipſo exuperetur:ſed æque ſe habẽs ęqua
le ſemp ſibi ſit.Et maxime qdẽ.Itaq̃ vnũ ſibi cęteriſq̃ æquale.Videt̃.Verũtamẽ cũ vnũ ĩ ſeipſo ſit,
extrinſecus ſeſe circuit:atq̃ ita ſe cõplectens ſeipſo amplius extat: cũq̃ etiã compħẽdatur, angu-
ſtius eſt.quo fit vt vnũ tũ maius,tum etiã minus ſeipſo ſit. Fit vtiq̃. Nonne hoc quoq̃ neceſſariũ
eſt,nihil ſcilicet ꝑter vnũ & alia reperiri?Neceſſarium.Item quicquid eſt,an non ſemper alicubi eſſe
oportet?Oportet.Inſuper qd̃ in aliquo eſt:nõne ſemper in maiori minus?Neq̃ enĩ aliter aliud eſſet
in alio.Eſt qd̃ dicis.Poſtq̃ vero nihil eſt ꝑter vnũ & alia,oportetq̃ iſta in aliquo eſſe:nonne in ſe in-
uicem hęc viciſſim eſſe neceſſe eſt?aliaq̃ in vno:& in aliis vnũ:aut nuſq̃ prorſus exiſtere?Conſtat.
Quia ergo vnũ eſt in aliis,ideirco alia maiora ſunt q̃ vnũ:vtpote quę vnũ cõtinent. vnũ autẽ aliis
minus,ex eo ꝙ continetur.Quia vero alia in vno ſunt: vnũ aliis ob eandem rationem maius eſt:
illa vero minora.Videtur.Vnũ itaq̃ æquale maiuſq̃ & minus ſeipſo & aliis eſt. Apparet. Atqui
ſi maius & minus & æquale:æqualium erit menſurarum pluriũq̃ & pauciorum quo ad ſeipſum
atq̃ ad alia:& ſi menſurarũ,partium etiam.Quid prohibet?Eaſdem ergo mẽſuras pluresq̃ & pau
ciores habẽs:numero quoq̃ plus atq̃ minus erit,& ad ſeipſum & ad cętera:necnõ æquale ſibi atq̃
aliis ob eaſdẽ cauſas.Quonã pacto?Quibus maius eſt,pluresq̃ illa mẽſuras habet: quotq̃ mẽſuras
totidẽ & partes:& quibus minus eſt,eodẽ modo:quibuſve æquale,ſimiliter.Sic eſt. Nonne cum ſe
ipſo maius minuſq̃ ſit,& æquale:æqualiũ mẽſurarũ pluriũq̃ & paucioꝝ quo ad ſeipſum eſt par-
ticeps:& poſtq̃ menſurarũ,etiã partiũ?Quid ni?Habenſq̃ partes ſibiipſi ęquales,multitudine etiã
æquale ſibi erit,plures vero plus:pauciores deniq̃ minus numero ſemetipſo?Videtur. An nõ ad
alia ſimiliter ſe vnũ habebit?Quia maius illis apparet,neceſſe eſt plus q̃ illa numero eſſe:quia vero
minus magnitudine,etiã numero minus:qa deniq̃ æquale ĩ magnitudine,numero quoq̃ par eſſe.
Neceſſario fit.Hac iterũ rõne vnũ,par,plus,minus ſecũdũ numerũ ſeipſo erit:ac cęteris.Erit ſane.
Nũquid & tempore vnũ participat:eſtq̃ & fit iunius ac ſenius ſeipſo ſimul & aliis?& rurſus cõtra
nec iunius neq̃ ſenius ſeipſo vel aliis dũ participat tẽpore? At quomodo id fieri poteſt?Eſſe profe
cto illi cõpetit.ſiquidẽ vnũ eſt.Competit.Ipſum eſſe autem quid aliud eſt q̃ eſſentiæ cũ ꝓſenti tẽpo Quid verbũ
re participatio:quẽadmodũ ipſum erat cũ pręterito,& ipſum erit cũ futuro eſſentiæ ipſius cõmu eſſe.
nicatio?Iſtuc ipſum.Ergo ſi ipſo eſſe participat,neceſſe eſt tẽporis quoq̃ eſſe particeps. Nimirum.
Nõne fluentis tẽporis?Certe.Sẽper ergo ſenius ſeipſo fit.ſiquidẽ ſecũdũ tẽpus percurrit. Neceſſe.
Recordamur ne ꝙ ſenius ſemp fit ſenius eo qd̃ iunius fit?Recordamur.Nõne igitur poſtq̃ vnum
ſeipſo fit ſenius:ſeipſo dũ iunius fit,fit & ſenius?Neceſſariũ eſt.Fit ergo ꝑ hũc modũ iunius ſeipſo
ac ſenius.Fit.Senius aũt nõne tũc eſt,quãdo ꝓſens iã tẽpꝰ attingit:qd̃ mediũ eſt ipſius erat & erit?
Neq̃ enĩ currens ex ꝓcedente in poſterũ,ꝓſens ipſum ſupergreditur.Non certe.An nõ deſinit tũc
fieri ſenius cum primũ pręſens tãgit?nec tum fit,ſed eſt iam ſenius?Procedens enim ab ipſo pręſen
ti nequaq̃ compħẽditur.Qd̃ nãq̃ procedit,ſic ſe habet vt vtrũq̃,ꝓſens ſcilicet futurũq̃ attingat:
pręſens quidem relinquens,futurũ appħendens,inter vtrũq̃ medium præſens futurũve cadens.
Vera.Si vero neceſſe eſt quodcũq̃ fit,ipſum pręſens minime tranſgredi:cum primũ illud nactum
eſt,fieri deſinit,eſtq̃ tunc iam illud qd̃ fiebat.Apparet. Vnum igitur quando ſenius factum ipſum

preſens aſſequitur, deſiſtit fieri,eſtq iam ſenius.Omnino. An nõ illo ſenius eſt:quo fiebat ſenius? fiebat aũt ſeipſo.Ita.Senius vero iuniori ſenius?Eſt.Iunius ergo ſeipſo tũc eſt vnũ, quãdo ſenius factũ,preſens aſſequitur. Neceſſe.Ipm ꝑterea pſens ſemp vni adeſt per vniuerſum eſſe.ſemper.n. eſt preſens q̃diu eſt. Quid ni?Semper ergo vnũ eſt & fit iunius atq ſenius ſemetipſo. Videtur.Quin etiã longius ne vel breuius tẽpus eſt,aut fit q̃ ipſummet:an potius equũ? Aequũ. Verũ qđ aequale tempus eſt,aut fit,eandẽ agit aetatẽ.Quid prohibet?Qđ aũt eãdẽ aetatẽ implet, neq ſenius neq iunius eſt.Nequaq̃.Quapropter vnũ cũ aequale tempus ad ſeipſum & ſit & fiat: neq ſenius neq iunius ſeipſo aut eſt aut efficitur.Haud ſane mihi videtur.Quo aũt mõ ad alia ſe habet?Neſcio qđ dicã.Hoc tñ potes dicere,ꝙ alia ab vno,ſi quidẽ altera ſunt,nõ alterũ,plura ſunt q̃ vnũ.Nã ſi altera, vnũ eſſent.Altera vero cũ ſint,plura q̃ vnũ ſunt,& multitudinẽ habẽt.Habẽt ꝓfus. Multitudo autem maiorem numerum q̃ vnũ habet.Certe.Quid vero?ex iis quę ad numerum ſpectãt,quęnam prius fieri ac facta fuiſſe dicemus?num quę plura ſunt:an q̃ pauciora?Quę pauciora. Qđ ergo pauciſſimũ,primũ.Id autẽ eſt vnũ.an non?Immo. Vnũ ergo primũ factũ omniũ quę numerum capiunt.habent autem caetera omnia numerum:ſiquidem alia ſunt,non aliud.Habẽt profecto.Primo autem factum prius fuit,alia vero poſterius.poſterius autem facta,iuniora ſunt q̃ qđ ante factũ.Ideoq alia hoc pacto iuniora q̃ vnũ ſunt:vnũq illis antiquius.Certe.Quid autẽ ad hoc?Num vnũ effici pręter naturam ſuã poteſt?vel id potius impoſſibile?Impoſſibile. Verũtamen partes habere vnũ apparuit.ꝙ ſi partes, principiũ quoq mediũq & finem.Plane.Nõne omniũ primo principium fit,& vnius,& reliquorum cuiuſq,ac poſt principium caetera vſq ad finem omnia?Quid ni?Fatemur ne hęc reliqua omnia partes totius atq vnius eſſe? & illud ipſum vna cum fine vnũ totũq factum fuiſſe?Fatemur.Finis tandem,vt arbitror,poſtremo fit:cũq hoc ſimul vnũ ſecũdũ ſui naturam completur.Quamobrem ſi neceſſe eſt vnũ haud pręter naturam ſuam effici,cum fine ſimul confectum,poſtremũ omniũ naturę ſuae iure perficitur.Apparet.Iunius itaq aliis vnum eſt:aliaq vno antiquiora.Sic iterum mihi videtur.Quid autem? principium aut aliqua alia pars ſiue vnius,ſiue cuiuſlibet alterius,ſi modo pars non partes ſit,nonne vnũ eſt? ſiquidẽ pars exiſtit. Neceſſarium iſtud eſt.Ex hoc ſequitur vnũ ſimul cum primo effecto fieri:ſimulq etiam cũ ſecundo: ac etiam reliquorum quęcunq fiunt,nulli vnq̃ deeſſe:donec ad extremũ vſq percurrens vnũ totum fiat,nõ a primo,nõ a medio,non ab vltimo, non ab alio prorſus vllo in generatione excluſum. Verum.Eandem ergo vnũ quã & cętera omnia aetatem agit.quapropter ſi non pręter naturam ſuam natum eſt ipſum vnum:neq prius neq poſterius q̃ cętera: ſed ſimul potius factum eſt. Ideoq ſecundũ hanc rationẽ vnũ neq ſenius neq iunius aliis,neq alia vno:ſecundũ vero rationẽ ſuperiorẽ vnũ & ſenius ſimul & iunius cęteris omnibus,atq econuerſo reliqua cuncta vno.Omnino ſic eſſet.Hoc ergo modo ſe habet,& tale eſt effectum. Verum quidnam ſentis de eo ꝙ dicitur fieri vnũ ſenius atq iunius aliis:aliaq vno:ac etiam neq iunius,neq ſenius fieri?Vtrum eadem ratione ſe habet circa ipſum fieri,qua circa ipſum eſſe habere ꝓdiximus,an aliter?Quid dicã ignoro. Ego autem tantũ dicã,ꝙ ſiquid eſt antiquius alio:antiquius quo ad illud vltra fieri,q̃ antea ſcđm aetatis interuallum fuiſſet,minime poteſt:neq etiã qđ iunius eſt,in poſterũ iunius fieri.Nã aequalia inaequalibus addita,ſeu tẽpori,ſiue cuilibet alteri eodẽ interuallo diſtare quo & antea,illa ſemper efficiunt.Nihil prohibet.Non igitur id qđ eſt,illo qđ vnum eſt,aut antiquius aut iunius fieri poteſt. quandoquidem eadem ſemper diſtantia aetatis intercidit:ſed & eſt:& fuit hoc quidẽ ſenius illud autem iunius: fit vero minime.Eſt vt dicis.Ita id qđ vnum eſt,cęteris quęcunq ſunt,nunq̃ vel iunius vel ſenius efficitur.Nunq̃.Sed aſpice poſt hac num alia quadam ratione & iuniora hęc & ſeniora fiant. Quanam?Hac inquam. Vnum ne antiquius aliis & alia vno eſſe conſtitit? Quidnum?Quãdo quidem vnum ſenius eſt q̃ caetera:longius q̃ illa tempus extitit.Quinimo.Aduerte.

Nã ſi tricubito vt lõgiori & bicubito vt breuiori parem cubitum addideris:feceris cũ illo quadricubitum:cũ hoc vero tricubitũ.ſed quadricubitũ ſuperat tricubitũ minore particula q̃ tricubitũ ſuperat bicubitũ. Nã tricubitũ ſuperat bicubitũ dimidio ipſius bicubiti: & quadricubitũ ſuperat tricubitũ tertia parte tricubiti. quae minor eſt particula q̃ dimidiũ.qđ idem inuenitur in caeteris additis quibus lõgiores ſuperant breuiores.eadem denominatę ex lõgioribus idẽ faciũt.vt tria ſuperãt duo vna tertia.& quatuor ſuperãt tria vna quarta:quę minor eſt q̃ tertia.



Quod pauciſſimũ:primum & vnum.

Primo oim principiũ fit.

Aduerte iterum. ſiquando lõgiori & breuiori tempori par tẽpus adiiciam⁹: nũ ęqua particula diſ-
crepabit lõgius a breuiori, an minore? Minore. Vnũ igiť nõ tãto ætatis iteruallo alia deiceps exce
det, quãto prius exceſſerat: ſed par tempus ac cætera ſortitũ: minus ſemp̃ q̃ prius ab illis ætate di-
ſtabit. An non? Profecto. Nonne quod minus excedit aliqd ætate q̃ prius, iunius fit q̃ prius: quo ad
illa quibus erat antiquius? Iunius ꝓculdubio. Si illud iunius, an non illa aduerſus vnum ſeniora q̃
prius erũt? Penitus. Quod ergo iuni⁹ ante fiebat: ſenius fit ad illud qđ ante fiebat, eratq; antiqui⁹.
eſt autẽ nunq̃ antiquius: verũ illo ſemp̃ antiquius fit. illud porro iuueneſcit: hoc cõtra ſeneſcit, qđ
rurſus antiquius, iuniori iunius ſimiliter efficitur. Nam cũ iſta in contrariũ tendant, cõtraria in
uicem fiũt. Iunius qdẽ ſeniori ſenius: ſenius contra iunius iuniori. Facta vero fuiſſe nequeũt. Nam
ſi facta fuiſſent: nõ amplius fierent: ſed iam eſſent. Nunc vero & iuniora, & ſeniora inuicem efficiũ
tur. Vnum qdem cęteris iunius fit, ex eo ꝙ ſenius eſſe apparuit & prius effectum. Cętera vero ſeni
ora q̃ vnum fiunt: ex eo ꝙ poſteriora facta fuerit. Et ſecundũ eandẽ rationẽ cætera quoq; ſimiliter
ad vnum ſe habent: quippe cum antiqora & priora illo facta fuiſſe apparuerint. Idẽ mihi quoq; vi
detur. An non qua ratione neutrũ illorũ altero vel iunius fit vel ſenius, ſecundũ ꝙ pari numero i
nicem differunt: neq; vnum aliis antiquius aut iunius fieret, neq; alia vno? Qua vero ratione alte
ra ſemp̃ parte differre neceſſe eſt priora poſterioribus & poſteriora prioribus, ex hoc neceſſe eſt ſe-
niora & iuniora inuicẽ fieri: tum cætera vno: tum cæteris vnũ? Et maxime quidẽ. Omnibus igitur
his de cauſis vnum ex ſeipſo, & aliis ſenius ac iunius eſt & fit: rurſuſq; neq; iunius neq; ſenius ſe-
ipſo vel cæteris aut eſt: aut vnq̃ efficitur. Prorſus. Poſtq̃ vero vnũ temporis eſt priceps: ſeniuſq; &
iunius fieri poteſt: nonne p̃terea neceſſe eſt præteriti, præſentis, atq; futuri eſſe particepsꝫ cum par
ticipet tempore? Neceſſario ſequitur. Erat igitur vnum & eſt & erit: fiebatq; & fit & fiet. Quid ni?
Eſſet quoq; illi aliquid & illius: eratq; & eſt & erit. Maxime. Ideoq; ſcientia de illo eſſet, opinioq; ac
ſenſus. quippe cũ & nos in præſentia hęc de illo vniuerſa tractemus. Recte ais. Nomen item ac ſer
mo ipſi adeſt: nominaturq; & diciť. Et quotcunq; huiuſmodi circa alia reperiunť, circa vnũ quoq;
exiſtunt. Omnino quidem ſic ſe res habet.

VErum tertio iam ſic iterum diſſeramus. Vnum ſi eſt quemadmodum ſupra diximus: an
non neceſſe eſt ipſum cum ſit vnum & multa, atq; iterum neq; vnum neq; multa: & par-
ticipans tp̃e: q̃a vnũ ẽ, eſſentia p̃ticipare aliq̃ñ: q̃a vero nõ eſt, nõ p̃ticipare aliq̃ñ? Neceſſa-
riũ hoc ẽ. Nũ poſſibile eſt dũ participat, tũc minime participare? Vel q̃ñ non participat, participa
re? Impoſſibile. In alio itaq; tempore particeps, in alio vero eſt expers. hoc .n. modo duntaxat fieri po
teſt, vt particeps atq; expers eiuſdẽ ſit. Probe. Nunqd eſt id tempus quando accipit eſſe: & quando
eſſe amittit? aut quo pacto eſſe poteſt: vt aliquando idẽ habeat, aliquãdo vero non habeat: niſi alias
id capiat: alias aũt amittat? Nõ aliter. Accipere eſſentiam: nonne fieri appellas? Equidẽ. Eſſentia ve
ro priuari nonne deſtrui? Et maxime. Vnum igitur, vt videtur, aſſumens atq; deponẽs eſſentiam,
fit & interit. Neceſſarium. Cũq; vnũ & multa ſit, genitũq; atq; deficiens, nõne q̃ñ fit vnũ deſinit eẽ
multa: q̃ñ vero m̃lta, deſinit eẽ vnum? Valde. Et cum fiat vnũ & m̃lta: an nõ diſgregari & cõgre-
gari oportet? Oportet. Quietiã quotiẽs diſſimile ſimileq; efficiť, nõne aſſimilari, &, vt ita dicã, diſſi
milari oportet? Immo. Et q̃ñ mai⁹ & min⁹ atq; ęq̃le, creſcere, decreſcere, atq; ęq̃ri? Sic eſt. At quotiẽs
ex motu in q̃etem, vel ex q̃ete i motũ trãſit, oportet hoc nõ vno i tẽpore eẽ. Quanam rõne? Poſtq̃
ſcilicet prius ſteterit, moueri poſtea: cumq; antea motum fuerit: deinde conſiſtere. Etenim abſq;
tranſmutatione hæc pati nequit. Nequit. Tempus vero nulli eſt, in quo quippiã ſic habere ſe poſ-
ſit: vt ſimul neq; ſtet, neq; etiã moueať. Nullum. Veruntamen neq; tranſit abſq; tranſmutatione.
Haud conſentaneũ eſſet. Quando ergo tranſit? neq; eñ dũ ſtat: neq; dum moueť tranſit: neq; dum
in tempore eſt. Nõ certe. An eſt hoc mirabile quiddã, in quo tunc eſt: cũ tranſit? Quidnam? Momẽ-
tum indiuiduum inquã. hoc enim momentum certũ quiddã ſignificat: ex quo in vtrunq; tranſ
itur. Neq; enim ex ſtatu, dum ſtat: neq; ex motu, dum mouetur, adhuc tranſit. Verum momen-
tanea ipſa natura atq; miranda: media motus quietiſq; interponitur: ac nullo prorſus in tempo
re eſt: necnon in hanc atq; ex hac, quod motum eſt, tranſit in ſtatum: & quod quieuit, in motum.
Apparet. Vnum itaq;, ſi quidem ſtat atq; mouetur, in vtraq; proculdubio tranſit. Solo enim hoc
modo vtraq; facit. Tranſiens autem, momento indiuiduo tranſit. Cũq; migrat, nullo in tempore
eſt: neq; ſtat tunc neq; mouetur. Minime. Nunquid eodem modo ad cęteras mutationes ſeſe ha-
bet? quando ex ipſo eſſe in interitum migrat: vel ex nõ eſſe in ipſum fieri: medium tunc fit quorũ-
dam motuũ ac ſtatuũ: nec eſt tunc neq; non eſt: neq; fit etiam neq; interit? Videtur. Eadem quoq;
ratione ex vno migrans in multa, & e multis in vnũ: nec vnum eſt neq; multa: nec cõgregať neq;
diſgregatur: & ex ſimili in diſſimile: rurſuſq; ex diſſimili in ſimile migrans, nec ſimile neq; diſſimi
le: neq; aſſimilatum, neq; vt ita dicam diſſimilatũ: & ex paruo in magnũ, & in ip̃m ęquale, & cõtra

Tertia ſuppõ hoc eſt ſi vnũ conſideratur ſub eſſe.

Inuenitur mo-mẽtũ & inſtãs. Momentũ mediũ motus & q̃etis.

ria tranſiens:non paruum:non magnum:non creſcens:non decreſcẽs:non adęquans.Non videtur. Hæc igitur vniuerſa vnum ſi eſt,patitur.Quid ni?

Quarta ſuppoſitio.

AN non cõſiderandum eſt qd prætcrea patiantur alia:ſi vnum eſt?Conſiderandum.Dicimus ne vnum ſi ẽ,alia ab vno,pati aliquid oportere?Dicimus.Nõne qa alia ſunt q̃ vnũ,nõ vnũ ſunt?alioquin alia q̃ vnũ non eſſent.Probe. Nõ tamen penitus vno priuata ſunt : ſed quodãmodo vno participant.Qua ratione?Quoniã alia ab vno,ex eo q; partibus conſtant, alia ſunt q̃ vnum.q; niſi partes haberent,vnum penitus eſſent.Recte.Partes autem eius quod totum eſt, partes eſſe aſſeruimus.Aſſeruimus plane.Atqui totũ ipſum vnum ex multis eſſe oportet: cuius partes ſunt quę partes appellãtur.quęlibet enim partiũ nõ multorũ pars:ſed totius exiſtit.At quomodo iſtud?Siqd multorũ pars eſſet qbus ipſum ineſſet:ſuiipſius quodãmõ eſſet pars:hoc aũt impoſſibile:& aliorum cuiuſq;. ſiquidem omniũ.vnius eñ non exiſtens pars,præterq̃ hui⁹,aliorũ erit. At q; ita vniuſcuiuſq; pars non erit.Non exiſtens vero pars cuiuſq;,nullius ex multis erit.Et ſi nulli⁹ oim iſtorum aliqd eſſe,quorũ nullius eſt vel pars vel aliud quodlibet,impoſſibile.Apparet quidẽ. Non ergo multorum nec oim pars eſt quęcunq; ſit pars,ſed vni⁹ cuiuſdam ideę,& vnius cuiuſdã quod totum vocamus:factũ ex cunctis vnum atq; pfectũ.huius inquã pars eſt: quæcunq; ſit pars. Omnino quidem.Si ergo alia partes habent,toto atq; vno participant.Maxime.Vnde vnum totũ pfectum,partes continens,alia ipſa ab vno,eſſe neceſſe eſt.Neceſſe.Quinetiã de vnaquaq; pte eadẽ ratio eſt. Etenĩ huius vnius participem eſſe oportet.Nã ſi vnaquæq; illarum pars eſt: hoc ipm qđ dicitur,vnaquæq;,vnũ quodãmodo ſignificat.diſtinctũ eñ quiddã ab aliis & ſecundũ ſeipſum exiſtens ſignificat:ſi modo vnaquæq; erit.Recte.Erit autẽ vnius particeps,ſi aliud quiddã q̃ vnũ fuerit:alioquin haudquaq̃ participaret: ſi ipſum vnum eſſet.At vero vnum eſſe aliquid , pter ipſum vnum nil poteſt.nihil participare vno neceſſe eſt & totũ ſimul & partem.Ipſum nanq; vnũ totum erit,cuius ptes ſunt partes ſingulæ:vnũquodq; vero vnũ,ps totius,quęcũq; pars totius exiſtat.Sic eſt.Nõne igitur cum alia ſint q̃ vnũ,vno participant oia quæ pticipant?Quid ni?Alia vero q̃ vnũ multa quodãmodo ſunt.Nam ſi alia pter vnũ,nec vnũ neq; plura vno eſſent,nihil penitus eſſent. Nihil ſane.Poſtq̃ autẽ plura vno ſunt,quæ vnius partis,& vnius totius participia ſunt:nonne neceſſe eſt multitudine infinita eſſe ipſa participantia vno?Quonã pacto?Hoc plane.Aliud quiddam q̃ vnũ iſta ſunt , neq; etiam vno participant:tunc cum primũ vnũ participant.Certe.Nõne multitudines ſunt:in quibus non ineſt vnum ? Multitudines certe. Q; ſi velimus intelligentia ipſa ex iis aliqd q̃ minimũ excerpere,an non neceſſe erit illud extractũ, vtpote quod vni⁹ eſt expers,multitudinem eſſe non vnũ?Neceſſe.Nonne tibi ſic ſemp conſideranti ipam ſecundũ ſeipſam alterã ſpeciei naturam,quantũcunq; illius inſpexeris:infinitum multitudine ſemper occurret ? Et maxime quidem.Verũtamen poſtq̃ vnum quælibet pars effecta eſt:terminum iam ptes inuicẽ , & ad totũ habent, necnon ad ptes totum.Valde quidem.Itaq; aliis q̃ vnũ contingit ex ipſo vno,& ex ſeipſis iam in vno cõmunicãtibus,alterum quiddã in ipſis fieri,quod quidem terminũ inuicem prębuit: natura aũt illorũ ſecundũ ſeipſa.,i ĩfinitatem.Manifeſtũ eſt.In hunc itaq; modum alia q̃ vnũ, tum tota:tũ etiam ſecundum particulas:& infinita ſunt,& termino quodam pticipant.Prorſus. Nõne inſuper ſimilia diſſimiliaq; inuicem & ſibiipſis? Quamobrẽ? Qua quidem infinita ſunt ſecundum ipſorũmet naturam omnia, idem quodammodo ex hoc inuicem patiuntur.Patiunt.Item qua cuncta participant termino,ex hoc quoq; idem omnia patiuntur.Quid ni? Qua tamẽ illis cõuenit vt finita ſint ſimul & infinita,quę ſunt cõtrariæ paſſiones,q̃ maxime fieri poteſt,diſſimilia ſunt . Nimium.Ergo ſecundum vtranq; paſſionem ipſa ſibimet & inuicẽ ſimilia erunt. At vero ſecundum ambas vtrinq; ſimul q̃ maxime contraria atq; diſſimilia.Conſtat.Sic igitur alia eadem ſibiipſis & inuicem,ſimiliaq; & diſſimilia erunt.Erunt.Et eadem iterum atq; altera inuicem:agitataq; & ſtantia,cæteraſq; contrarias paſſiones ſuſcipiẽtia, illa quæ alia ſunt q̃ vnum,facile reperiemus: quippe cum prędictas iam paſſiones ſuſceperint.Recte dicis.

Quinta ſuppoſitio.

NOnne præterea ſi hæc tanq̃ perſpicua prętermittamus:ac rurſus vnum ſi eſt , conſideremus:alia q̃ vnũ ſic etiam ſe habebunt?An ſic ſolum?Prorſus.Eſt ne igitur a principio iterum diſſerendum,vnum ſi eſt,quid alia pati oporteat?Diſſerendum. An non ſeorſum quidem vnũ ab aliis:ſeorſumq; alia erunt ab vno?Curnã? Quia nihil eſt alterũ præter iſta quod aliud ſit q̃ vnũ,aliudq; q̃ cętera.vniuerſa qppe cõprehẽſa ſunt:cũ vnũ & alia dictũ eſt. Vniuerſa.Quare nihil præter hæc reſtat in quo velut eadem in ſede & vnũ & alia conſideãt.Nihil prorſus . Nunq̃ igitur i idẽ vnũ aliaq; cõcurrũt.Nunq̃.Seorſum ergo.Seorſum. Dictũ pterea fuit ipm reuera vnũ partes nullas habere.At quomõ habere poſſet?Neq; totũ igit vnũ aliis inerit: neq; eius particulæ ſiquidẽ ſeorſum eſt ab aliis:nulliſq; pticulis cõſtituit.Ita eſt . Nullo itaq; modo alia vno participabũt:cum neq; totum ipſum neq; partem capiant. Nullo,vt videtur.Atq; icc irco alia nullo pacto

vnũ ſunt:neq; in ſeipſis vnũ aliquod habẽt.Minime.Vñ nec multa ſunt alia.Etenĩ ſi multa eſſent
vnũquodq; illorũ, vtpote pars totiꝰ,vnũ eẽt.Nũc aũt nõ vnũ,nõ multa,nõ totũ,nõ ꝑtes,alia ſunt,
poſtq̃ nihilo vnũꝰ ꝑticipãt.Probe.Quapropter nec duo,nec tria ſunt,nec vnũ illis ineſt.ſiqdẽ vno ꝑi-
ſus orbanť.Sic ẽ.Itaq; nec ſimilia,neq; diſſimilia,nec eadẽ ſunt alia vni:neq; illis ſimilitudo ac diſſi-
militudo ineſt.Si enĩ ſimilia atq; diſſimilia ipſa eſſent,ex eo ꝙ i ſeipſis ſimilitudinẽ diſſimilitudinẽq;
haberẽt,duas vtiq; cõtrarias iuicẽ ſpẽs tũ ipſa alia q̃ vnũ i ſeipſis cõprehẽderẽt.Apparet.Fieri tñ nõ
põt,vt q̃ nullo participãt,duo q̃dã i ſeipſis accipiãt.Nõ certe.Neq; ergo ſimilia,neq; etiã diſſimilia
ſunt:neq; pariter ambo.etenĩ ſi ſimilia vel diſſimilia ſint,vna q̃dã altera ſpecie ꝑticiparẽt:& ſi ambo
duabꝰ q̃buſdã cõtrariis ſpẽbus.hęc aũt ĩpoſſibilia eẽ patuit.Vera dicis.Nõ igiť eadẽ,nõ altera, nõ
agitata,nõ q̃eta,nõ oriẽtia,nõ ꝑeũtia,nõ maiora,nõ minora,nõ ęqua,nõ deniq; aliđ q̃cq̃ huiꝰ gñis
ſortita ſunt.Nã ſiq̃d tale ſuſceperit,vno quoq;,& duobꝰ,& tribus,pariq; & ĩpari ꝑticiparẽt:quoꝝ ꝑ
ticipatio illis vetita ẽ,vno ꝓrſus carẽtibus.Veriſſima haec ſunt.His ergo de cauſis,vnũ ſi eſt,omĩa
eſt vnũ,& nihil eſt,& ad ſeipm̃,atq; ad alia eodẽ modo.Omnino ſic ſe res habet.

At vero ſi vnũ nõ ſit,q̃d contingat,nõne poſthac cõſiderãdũ eſt?Cõſiderandũ.Quęnã haec ſuppoſitio eſt:ſi vnũ non eſt?Nũ aliquo differt ab iſta,Si nõ vnũ nõ eſt?Differt ſane.Num ſolũmõ differt?vel etiã oĩno cõtraria eſt haec,ſi nõ vnũ nõ ẽ,illiꝰ,ſi vnũ nõ ẽ?Cõtraria oĩno

Sexta ſuppoſitio.

Quid aũt?ſi q̃ſpiã dixerit,ſi magnitudo nõ eſt,vel paruitas nõ eſt,vel aliđ q̃cq̃ hmõi,nõne in ſingu
lis demonſtraret ꝙ aliud q̃ddã exprimeret ipm̃ non ens?Oĩno.Nonne igiť nũc declarat ꝙ alterum
q̃ddã ꝑter alia ipm̃ non ens dicit:q̃ñ dicit,vnũ ſi non eſt:& ĩtelligimꝰ q̃d dicat?Intelligimꝰ.Primum
igiť aliq̃d q̃đ cognoſci poteſt,exprimit:deinde alterũ q̃ alia,cũ ait vnum,ſiue eſſe illi adiiciens, ſiue
non eſſe,nihilominus cognoſciť q̃d non eſſe dicať,q̃q; differens q̃ddã eſt ab aliis.an nõ?Neceſſe.In
hũc itaq; modũ a pricipio dicendũ:vnũ ſi non eſt,q̃d eſſe oportet.In primis itaq; ipi hoc oportet ac
cidere,vt videť:eſſe videlicet quãdã eius ſcientiã:aut nihil intelligere nos q̃d dicamus:q̃ñ vnum ſi
non eſt,ꝓferimus.Vera loqueris.An non & alia altera eſſe q̃ illud,vel neq; illud alterũ q̃ alia ꝑdi-
cari?Maxĩe.Ergo diuerſitas quoq; praeter ſciẽtiã illi adeſt.neq; enĩ aliorũ diuerſitatem dicit,quãdo
vnũ alterũ q̃ alia vocat, ſed ſuĩpſiꝰ diuerſitatẽ.Apparet.Quinetiã ipſiꝰ illiꝰ,& alicuius,& huiꝰ, &
huic,& horũ,atq; oĩm huiuſcemodi ꝑticeps ipm̃ nõ ens diciť.Neq; enĩ vnũ diceret,neq; ab illo alte
rã,nec illi q̃cq̃ eſſet,nec illius,neq; aliq̃d appellareť,niſi ꝑticeps eſſet ipſius alicuius,& caeterorũ tali
um.Recte.Eſſe tamẽ vnũ niſi exiſtat,ĩpoſſibile eſt.ꝑticipare vero multis nihil ꝓhibet.Verũ.Neceſ
ſe eſt:ſi q̃dẽ ipſum vnũ illud dũtaxat,nec aliud non eſt.ꝙ ſi nec vnũ, nec illud, neq; etiã erit,ſed de
alio quodã ſermo habeť,nihil pronũciari oportet.ſin autem vnũ illud dũtaxat,non aliud ꝑſuppo
ſitũ eſt,non eſſe ipſius illius,aliorũq; multorũ ꝑticeps dicendũ eſt.Et maxime quidem.Quamobrẽ
diſſimilitudo illi eſt ad alia.nã cum alia altera ſint q̃ vnũ,extranea eſſe oportet.Oportet.Extranea
vero nonne aliena?Quid ni?Aliena aũt nonne diſſimilia?Diſſimilia plane.Atq; ſi vni diſſimilia ſunt
diſſimili diſſimilia erũt.Plane.Aderit itaq; & vni diſſimilitudo:ſcđm quã alia ipi diſſĩlia ſunt. Vi-
detur.Et ſi illi diſſimilitudo ad alia cõpetit:nonne ad ſeipſum ſĩlitudo conueniet?Quonã modo?Si
vni inſit diſſimilitudo ad vnũ,haud ſane de hmõi quodã vt de vno ſermo habereť:neq; ſuppoſitio
de vno,ſed de alio quopiã fieret.Prorſus.Neq; vero deceret.Non certe.Ob hãc cãm oportet vni ſi
militudinẽ ad ſeipm̃ adeſſe.Oportet.Itẽ nec ęq̃le aliis ẽ.Etenĩ ſi aeq̃le,eſſet iã ꝑfecto:ac ſimile illis ſe
cũdum aequalitatem exiſteret.Vtraq; tñ haec ĩpoſſibilia,cũ vnũ minime ſit.Impoſſibilia.Poſtq̃ vero
cęteris aequale non eſt:nonne & alia neceſſe eſt illi aequalia nequaq̃ eſſe? Neceſſe. Quae autem non
aequalia:inęqualia ſunt?Inaequalia.Inaequalia vero inaequali cuipiã inaequalia ſunt?Certe.Vnde &
inaequalitatis ꝑticeps vnũ apparet:ſecũdum quã caetera ipſi inaequalia ſunt.Particeps profecto.Cę
terum ad inęqualitatẽ magnitudo ac paruitas attinet.Attinet.Et magnitudo ergo & paruitas ta
li vni conuenit.Videť.Magnitudo rurſus & paruitas ſemper inuicem diſtant.Diſtant.Ideoq; me-
dium q̃ddã ſemp interuenit.Sane.Num reperis mediũ aliud inter hęc ꝑter aequalitatem?Nullum
aliud.Cuicũq; igiť magnitudo & paruitas accidit, accidit quoq; aequalitas horũ obtinens mediũ.
Conſtat.Vni igitur dũ non eſt,aequalitas,magnitudo,paruitas accidere videnť.Videntur.Praeter
ea & eſſentia ꝑticipare quodãmodo ipſum oportet. At quomodo? Habere ſeipm̃ oportet eo mo-
do quo diximus.niſi enim ſic ſeſe haberet,haudquaq̃ vera pręedicaremus,dũ vnũ non eſſe fatemur.
Sin autem vera,manifeſtũ eſt ꝙ ea quae ſunt,proferimus.nonne?Sic eſt.Cum vero nos vera praedi-
care diximus, neceſſe eſt vt ea quę ſunt,aſſerere nos profiteamur.Neceſſe.Eſt ergo vnũ vt vide
tur nõ ens.ſi.n.nõ ſit nõ ens,ſed aliq̃d ipſiꝰ eẽ remittat ad hoc vt nõ ſit,ſtatĩ erit nõ ens.Oĩno q̃dẽ.
Oportet igiť illđ tanq̃ vinculũ ipſiꝰ non eẽ,habere ipm̃ eẽ non ens,ſi debet non eſſe:perinde vt ipm̃
ens ipſius eſſendi vinculũ,habet ipm̃ non eſſe non ens,vt ꝑfecte rurſus eẽ liceat. Ita enim ipm̃ ens
maxĩe erit:& ipm̃ nõ ens,maxime non erit,ſi ipſum ens q̃dẽ participet eſſentia eſſendi ens,non au-

Negatiua ex ſubiecto infinito eſt contraria negatiuę ex finito ſubiecto

Si res ſit:& oratio ex ea vera eſt.ſi oratio ex re facta vera ſit:& res vera.

tem eſſentia eſſendi non ens,ſi omnino eſſe debeat: ipſum vero non ens nō participet eſſentia non eſſendi nō ens,ſed eſſentia nō eſſendi ens:ſi qdē nō ens penitus videri debeat.Veriſſima hæc ſunt. Nōne igiť poſtq̄ ens nō eſſendi pticeps eſt, & nō ens ipſius eſſendi pticeps,vnū quoq; cum non ſit, ipſo eſſe pticipare neceſſe eſt,ad hoc vt vere nō ſit!Neceſſe.Eſſentia igiť adeſſe videť vni ſi non ſit. Videť.Atq; non eſſentia rurſus:ſi qdē minime ſit.Quid ni!Nū pōt aliqd,qđ certo quodā modo affectū,ſic habere ſe diciť,nō ſic ſe habere:cū nōdum ex huiuſmodi habitu tranſmutatū ſit!Non poteſt.Quodcūq; igiť ſic ſe & non ſic ſe habet,mutationē quandā patiť.Patitur.Mutationē vero motū ne,an aliđ qddā eē dicem⁹!Motū. Vnū aūt nōne & ens & ñ ens apparuit!Apparuit.Ergo & ſic; & nō ſic ſe habēs.Videť.Vnū ergo nō ens moueri videť.ſi qdē mutationē ex ipſo eſſe ī nō eē recipit. Patet. Enimuero ſi nuſq̄ in natura rerū adeſt:cū non ſit,nō vtiq; aliunde alio migrare poteſt.Quo pacto eñ poſſet!Nō ergo moueť ex eo q̄ tranſeat.Minime.Neq; tñ in eodē cōuerteť. Eteñ ipm idē nuſq̄ attingit.ens nāq; ē ipſum idē.nō ens aūt in aliquo eorū q̄ ſunt,eſſe impoſſibile eſt.Impoſſibile certe.Nō ergo vnū cū nō ſit,in eo cōuerti:in quo minime eſt:vnq̄ poſſet.Nunq̄.Neq; etiā alteratur vnū ab ſeipſo,ſiue ſit:ſiue nō ſit.haud eñ ſermo de vno vlterius habereť:ſi qdē a ſeipſo alteratum fuiſſet:verū de alio quodā pręter vnū.Probe.Si neq; alteratur,neq; in eodē reuoluitur,neq; pgreditur, quonā pacto mouebiť!Nullo.Qđ vero moueri neqt,qetem agere neceſſe eſt:& qđ qeſcit cōſiſtere. Neceſſe. Igiť vnū ſi nō eſt:ſtat atq; mouetur. Videtur.Qui etiā ſi moueť, neceſſe eſt procul dubio alterari. quatenus enim quid mouetur,eatenus non eodē modo quo prius, ſed alio ſeſe habet.Plane. Ergo vnū dū moueť etiā alterať.Profecto. Verūtamē nullo modo motum, nullo modo alteratur.Nullo penitus.Quamobrem vnum qđ nō eſt:qua quidem mouetur abſq; dubio alteratur:qua vero non mouetur minime alteratur.Minime.Ideoq; vnum,ſi non ſit,alteratur:atq; etiam minime alteratur.Conſtat.Qđ quidem alteratur:an non alterum q̄ antea fieri,priſtinumq; habitum exuere oportet:qđ vero nō alteratur:nec fieri:neq; etiam interire!Neceſſario ſequitur. Vnde vnum qđ nō eſt:quia alteratur:efficitur ac perit:quia vero nō alteratur,nec fit nec īterit.Atq; ita & fit pariter atq; interit.Rurſuſq; neq; fit neq; interit.Sic eſt.

Septima ſuppoſitio.

Quid ſignificet non ens.

RVrſus iam ad principium redeamus,liquido inſpecturi vtrum hæc deinceps quemadmodum hactenus,an aliter eſſe videantur. Operæpretium hoc eſt. Nonne iam diſſeruimus quid circa vnum accidat:ſi ipſum minime ſit! Diſſeruimus. At quotiens non ens proferimus,nihil aliud nobis ſignificat q̄ eſſentię abſentiā ab illo qđ quidem non eſſe pronunciamus.Nil aliud. Vtrum quando dicimus nō eſſe aliquid,aliquo modo ipſum nō eſſe intelligimus aliquo modo eſſe!An potius hoc ipſum,nō eſt,quotiēs pnunciať:ſimpliciter ſignificat qđ nullo prorſus modo vſq̄ eſt:& cum nō ſit,nulla ex parte eſt eſſentiæ capax!Abſolute id ſignificat.Neq; ergo eſſe ipſum non ens poterit:neq; alio quoq̄ modo eſſentiam attingere.Minime. Fieri autē & interire,num aliud eſt,q̄ illud quidē eſſentiam accipere,hoc autem amittere! Nil aliud. Ergo cui nulla huius pars cōuenire poteſt:nunq̄ aut accipit ipſam,aut amittit.Nunq̄. Vni ergo poſtq̄ nullo modo eſt,neq; nāciſci:neq; abiicere,neq; aliquo pacto eſſentiam capere conuenit.Decens eſt. Nō itaq; interit ipſum vnū cū nō ſit,neq; fit,vtpote qđ nulla ex parte eſt eſſentiæ capax.Non videtur.Neq; rurſus aliquo pacto alteratur.Iam enim & fieret:& periret: ſi hoc pati poſſet. Verum.Si minime alteratur,an non etiā neceſſe eſt nequaq̄ moueri!Neceſſe.Neq; tamē ſtare alicubi,qđ nullo modo eſt aſſeremus.quod enim ſtat,in aliquo eodem ſemper eſſe oportet.Quid ni!Sic plane ipſum cum nō ſit,nunq̄ aut ſtare aut moueri fatebimur.Nūq̄.Pręterea nihil ex iis quæ ſunt,illi adeſt. Iam enim eſſentia participaret:vtpote qđ alicuius exiſtentis eſſet particeps.Manifeſtum eſt. Nō magnitudo igitur illi:non paruitas:non ęqualitas accidit.Non profecto.Sed nihilo magis ſimilitudo aut diuerſitas illi vel ad alia:vel ad ſeipſum aderit. Nequaq̄ videtur. Nū & alia vllo modo illi eſſe poterūt: cum nihil prorſus ipſi eſſe queat!Haud licet.Quapropter alia non ſimilia illi:non diſſimilia:nō eadem:non altera ſunt.Nō ſane. An vero ipſum qđ illius:vel ipſum qđ illi:vel quid:vel hoc:vel huius:vel alterius:vel alteri:aut quondam:aut deinceps:aut nunc:ſeu ſcientia, ſiue opinio, ſiue ſenſus,an ſermo:an nomen,an aliud quoduis ex iis quę ſunt,circa ipſum qđ minime eſt:exiſtet!Minime.His igitur rationibus vnum ſi non eſt,nullo prorſus modo aut vſq̄ ſeſe habet.Non ſane videtur vllo modo aut vſq̄ ſeſe habere.

Nō ens ſimpliciter eſſe nō poteſt:neq; eſſentiam attingere.

Suppoſitio octaua.

ESt ne iterum diſputandum vnum ſi non eſt,quid alia præter vnum pati oporteat!Diſputandum.Primum igiť & alia eē illa oportet.niſi enim alia ſint:haud ſane de ipſis aliis diſſereretur.Sic eſt.Et ſi de aliis ſermo ſit,alia profecto altera ſunt.an non ob idem ipm aliud & ipm alterū appellas!Eqdē.Alterū nōne ab altero alterū,& aliđ ab alio aliđ eē dicimus!Vtiq;.Ergo ipſis aliis ſi mō alia futura ſint:aderit aliqd a quo alia erūt.Neceſſe.Quidnā id potiſſimū erit!Ab vno qdē alia nō erūt,cū illđ minie ſit. Nō certe.Inuicē itaq; alia ſunt. Id eñ ſolū reſtat,alioquin a nullo

alia futura ſūt. Recte. Idcirco ſecūdū multitudines ſingula inuicē alia ſūt. Etenī ſecūdū vnū neque unt, nō exiſtēte vno. Verū qlibet vt videt̃ aceruus illorū, multitudine infinit⁹ exiſtit. Et ſi qđ minimum apparet, quiſpiā ſūpſerit, velut in ſōno ſōniū, repēte ꝑ eo qđ vnū viſū fuerat, multitudo occurrit, & ꝑ eo quod minimū apparuerat, q̄ maximū iā ad illa q̄ ex eo ſelecta & diſcreta ſūt, apparet rectiſſime. Talib⁹ inquā aceruis diuerſa inuicē alia ꝑter vnū erūt, ſi nō exiſtēte vno, alia ſūt. Q̄ maxime. An nō plures aceruī erūt: quorū qlibet vn⁹ prima fronte videbit̃, null⁹ tñ vn⁹ erit: cum ipſū vnū minime ſit? Certe. Numer⁹ itē illoꝝ aliquis eſſe videbit̃? ſiqdē & vnū quodlibet, cum tñ multa ſint. Valde qdē. Paria ꝑterea & imparia falſo videbunt̃, vno ꝑrius abſēte? Falſo. Quod iſup exiguū in illis primo videbit̃, vt dictū eſt, e veſtigio q̄ maxima & q̄ plurima quo ad ſingula ꝑua, q̄ etiā multa ſūt, ſe nobis oſtērat. Quid ꝓhibet? Quin etiā aceru⁹ qſq; ęqlis mltis ꝑuiſq; aceruis eſſe videbit̃. Nā haud liqdo ex maiori i min⁹ trāſiſſe videret̃, niſi pri⁹ in mediū ꝑueniſſe viſus eſſet. hoc autē phātaſma quoddā ęqualitatis erit. Veriſimile eſt. Nōne ad aliū aceruū terminū habēs ipſū ad ſeipſū: neq; pricipiū: neq; mediū: neq; finē habet? Qua de cauſa? Quia ſemp cū qs horū aliqd itelligētia cōtuet̃, ante pricipiū ſēp aliud occurrit pricipiū, & poſt finē, alter ſemp finis ſubſequit̃: necnō in medio, alia ſemp iteriora q̄ mediū: ſempq; minora. ob id quia neq̄t vnū aliquid i his accipi: cū vnū minime ſit. Veriſſima loqueris. Diſcerpi deniq; neceſſario arbitror vt diſperſum, quodcūq; intelligētia quis aſſumpſerit. ſemp enim aceruus vnius exps accipit̃. Proculdubio. Nōne hoc tale eminus & obtuſe ꝑſpiciēti vnū apparet? Neceſſe. Cōminus aūt & acute itelligēti vnūquodq; multitudine infinitum? ſiquidē ab vno nō exiſtente deſerit̃. Prae caeteris neceſſariū hoc eſt. In hūc itaq; modum infinita, & finē habentia, & vnū & multa, quaelibet alia apparere oportet, ſi non vnū, ſed alia ꝑter vnum ſunt. Oportet vtiq;. An nō ſimilia quoq;, & diſſimilia videbunt̃? At quomodo? Nā cū velut adumbrata eminus ꝑſpiciēti vnū appareāt oia, in eodē aliquo cōmunicare: ſimiliaq; eſſe videbunt̃. Prorſus. At vero propius accedenti, multa & altera, atq; ipſo diuerſitatis phantaſmate altera ſibi ipſis & diſſimilia. Sic accidit. Similes itē atq; diſſimiles ipſos aceruos: tū ſibimet: tū inuicē apparere neceſſe eſt. Et maxime quidem. Nōne etiam eoſdē & alteros inuicē & cōtiguos ſibi, & ſeorſum a ſeipſis, omnibuſq; motibus agitatos, & vndiq; ꝑmanentes, orientes, & occidentes, ac neutra omniaq; huiuſmodi: quę quidem percurrere facile nobis eſſet, ſi vno non exiſtente multa fuerint. Veriſſima narras. Nona ſuppoſitio.

REdeuntes iam iterū ad principiū, declaremus, vnū ſi non eſt, quid nam aliis pręter vnum euenturū ſit. Declaremus. Principio igit̃ vnū alia nō erūt. Quomodo enim? Neq; tamen multa. In iis enim q̄ multa ſunt, ineſt & vnū. Etenim ſi nullū illorū eſt vnum, cuncta nihil ſunt: quapropter neq; multa. Vera loq̄ris. Cū itaq; vnū haud inſit aliis: nec multa nec vnū ſūt. Nō plane. Neq; etiam apparent vnū aut multa. Curnā? Quoniā alia cū iis quae non ſunt: nullū prorſus cōmercium habent: neq; quicq̄ ex iis quae minime ſunt, ad aliquid aliorū attinet. nā nulla pars iis quę non ſunt, adeſt. Verū. Neq; igitur opinio de eo quod minime eſt, nec phantaſma cęteris ineſt, neq; vllo modo id quod non eſt, ab aliis opinione concipitur. Nō certe. Quapropter ſi vnū non eſt, nihil ex aliis opinione cōcipitur aut vnū aut multa eſſe. Nā abſq; vno multa opinari penit⁹ impoſſibile. Impoſſibile nimiū. Ergo ſi vnū nō eſt, alia neq; ſunt, neq; opinione etiā cogitātur vnū aut multa eſſe. Non videntur. Vnde neq; ſimilia: neq; etiā diſſimilia. Nō. Neq; tamen eadem, aut altera, neq; contigua, neq; ſeiuncta: neq; reliqua quotcunq; in ſuperioribus tanq̄ quę ad ipſa alia ſpectare viderentur, enarrauimus, iam ad ipſa alia ſpectant: vel ſpectare vidētur: vnum ſi minime ſit. Vera. Nonne vt ſummatim loquar: ſi dixerimus, vnum ſi non eſt: nihil eſt: recte dicemus? Et maxime quidem. Hoc itaq; dictum a nobis ſit, atq; illud ꝑterea: ꝙ vt videtur, vnum ſiue ſit, ſiue non ſit, tū ipſum, tum etiam alia ad ſeſe, atq; inuicem omnia omnino ſunt atq; nō ſunt: apparentq; inſuper: & nō apparēt. Veriſſima quidem hęc ſunt.

Argumentū Marſilii Ficini Florentini in Philebū Platonis librū: vel de Summo Bono.

HVius libri ꝓpoſitū eſt, de ſummo aię bono diſſerere. qđ qdē ſummū bonū cū cōditione quadā dicit̃: cū ipm rerū omniū principiū ſummū bonū abſolute dicat̃. De hoc igit̃ qđ cū conditiōe bonū, hoc in libro: de eo quod abſolutū, in Parmenide diſputat̃. Ab abſoluto aūt hoc manat: quēadmodū lumē quoddā ab ipſo luminis totius fonte depēdet. Quāobrē in Phaedone & Thęteto dictū eſt a Platone ſummū aię bonū dei ſimilitudinē eſſe. Nihil vero ſolis ſit ſimile: niſi quadā luminis ipſi⁹ iſuſiōe. Vñ & aię bonum erit itegra diuini luminis cōſecutio. Id lumen in mentem primo: in voluntatē deinde deſcendit. In mente veritas: in voluntate gaudium: in mente ambroſia: in voluntate nectar, a Platone hic & in Phędro cognominatur. Itaq; ſummum hominis bonum in ſapientiae voluptatiſq; mixtione locauit. Sed ante in ſola vel ſapientiae vel voluptatis ratiōe beatitudinē conſiſtere poſſe negauit: ex eo ꝙ triplex boni ſummi cōditio in neutro re

Summū aię bonum.

Quid ambroſia: quid nectar.

Sūmū bonū in ſapientię & voluptatis mixtione.

Tres cõditiões ſummi boni.

periaẽ.Ea eſt,vt ſummopere pfectũ ſit:& ſufficiens,& expetẽdũ.Perfectũ,ga nihil ſibi deeſt.Sufficiẽs, quia nihil deeſt illi,qđ ipm capit.Expetẽdũ: quia in illo & ex illo eſt:qocqđ appeti poteſt.Vñ quia pfectũ,ſufficiẽs:quia ſufficiens,expetendũ.Sane quia ſibi ſat eſt,alteri ſufficit:quia ſufficit alteri,deſideraẽ ab altero.Hęc neq; ſoli ſapiẽtiæ neq; voluptati:ſed mixto cuidã ex vtraq; cõpetere demõſtrãtur.vbi de voluptatis & ſapiẽtiæ gñe,origine:atq; natura pmulta dicũẽ:de ĩfinito & termino:de cõpoſito & cõpoſitiõis pricipio.Ac demũ cõcludiẽ ſummũ in natura bonũ,& abſolutũ,eſſe mẽſuram

Sũmũ in natura bonũ & abſolutũ eſſe mẽſuram vniuerſorum. Qui bonorũ gradus.

vniuerſoꝝ:hoc ẽ totius naturę pricipiũ.Sũmũ vero bonũ mẽtis & aĩæ eſſe illius primi poſſeſſionẽ,q̃ mixtiõi ex ſapiẽtia & voluptate p veritatẽ cõmẽſurationẽ & puchritudinẽ cõuenit.Quapropter ĩ primo bonoꝝ gradu reꝝ oim mẽſura poniẽ:in ſcđo veritas:commenſuratio:pulchritudo:in tertio mens ſapiẽtiaq;:in quarto ſciẽtia:ars:& opinio:in quito tẽperata voluptas.Btũſq; vir dicïẽ:q & ſapientiã diuinoꝝ adeptꝰ eſt:& humanorũ pitiã ſciẽtia quadã & arte & opiniõe cõſtantẽ:gaudio cõtẽplatiõis totꝰ exultat:voluptati ſenſuũ catenꝰ ſe cõmittit:q̃tenus ſapiẽtia ſciẽtiaq; & gaudiũ impedimẽtũ inde nullũ accipiũt.Introductio ad dialogũ eiuſmodi eſt.Cũ multa de ſummo bono vltro citroq; Socrates Philebuſq; cõtuliſſent:atq; eẽt Philebus iã diſputãdo defeſſus:Protarcho nup aduenięti gratulatꝰ ẽ:annuitq; vt prouĩciã ĩ diſputãdo ſuã ſuſciperet.Protarchꝰ vtpote adoleſcẽs ſubito eſt aſſenſus. Ad quẽ cõuerſus Socrates,conſidera ingt quã tutelã ſuſcipias:neq; temere ad diſputationẽ pperes.Immo audi vtriuſq; ſententiam prius:et eam quæ tibi recta ratione examinãti probabilior apparet,accipe defendendam.Sed iam ad dialogum veniamus.

PHILEBVS PLATONIS VEL DE SVMMO BONO.

SOCRATES.PROTARCHVS.PHILEBVS.

SO. Vide o Protarche quẽ nũc a Philebo ſermonẽ accepturꝰ ſis,& ad quẽ poticuiꝰ rõ tibi nõ cõſonet,pugnaturus. Vis ne vtrãq; ſentẽtiã breuiter reſumamus?PRO.Volo eqdẽ.SO.Philebus quidẽ ingt animãtibꝰ oibꝰ bonũ eſſe lętitiã:voluptatẽ:delectationẽ:cęteraq; huius generis oĩa.Noſtra autẽ aduerſus illũ diſceptatio eſt,vt nõ iſta qdem ſint ipm bonũ:immo ſapere:intelligere:meminiſſe:& quæ hiſce cognata,opinio recta veriq; rõnis diſcurſus:meliora & potiora ſint q̃ voluptas oibus quęcũq; horũ capacia ſunt:eorũq; adeptio maxime oĩum vtilis ſit & pręſentibus & futuris.Nũ ſic vtriq; quodãmõ diximꝰ o Philebe?PHI.Et maxĩe qdẽ.SO.An ſuſcipis o Protarche eã q̃ tibi nũc oblata eſt,diſputationẽ?PRO.Neceſſe eſt me illã ſuſcipere.SO.Philebꝰ qdẽ nř iã dicẽdo defeſſus eſt:oportet tñ quid ĩ iis verũ ſit,oĩ ſtudio definire.PRO.Oportet ſane.SO.Age igiẽ pter hęc id ĩſup aſſeueremus.PRO.Quidnam?SO.Qz vterq; nřm habitũ quẽdã & affectionẽ animi:quę cũctis hoibꝰ vitã beatã prębere valeat,demõſtrare conabiẽ.Nõne?PRO.Certe.SO.Et vos pfecto habitũ affectionẽq; lętandi:nos aũt ſapiẽdi.PRO. Sic ẽ.SO.Siqs vero habitus pſtãtior iſtis appareat,q voluptati cognatior videaẽ,a tali vita cũ ſtabilis ſit:atq; hęc firmiter hẽat:vtriq; nimiũ ſupabimur:voluptas aũt ſapiẽtiã ſupabit.PRO.Profecto. SO.Sin aũt ſapiẽtię ſit ppĩgor,vincet vtiq; ſapiẽtia voluptatẽ,voluptas cõtra ſuccũbet.Nũ iſta cõceditis?PRO.Mihi qdẽ concedẽda videnẽ.SO.Philebo aũt qdnam videẽ?PHI.Mihi ſane voluptas pſtare videẽ:ſempq; videbiẽ.Ipe aũt noueris o Protarche.PRO.Cũ iã nobis Philebe cõceſſeris diſputatiõis officiũ:haud ãpliꝰ apđ te aſſentiẽdi Socrati vł diſſẽtiendi ptãs erit.PHI.Vera dicis.SO. At nũc expiatiõis gfa deã ipam primũ iuoco,atq; teſtor.PRO.Et nos quoq; teſtes erimꝰ te iſta dixiſſe.Ver deĩceps o Socrates vna cũ volẽte Philebo vł quõcũq; vis,conemur abſoluere.SO.Anni-

Verꝰ veriſſime dicitur voluptas eſſe.

tamur pfecto ab ipa dea exordiẽtes,quã hic Venerẽ nũcupatã igt:ſed veriſſimũ nomẽ eiꝰ voluptatẽ eẽ.PRO.Recte nimiũ.SO.Reuerẽtia vero mihi ſemp erga deoꝝ noĩa,nõ hũana q̃dã formido eſt: ſed maximũ quẽq; timorẽ exupat.Et nũc qdẽ Venerẽ quẽadmodũ ipi gratũ ẽ,ſic appello:voluptatẽ vero variã eẽ ſcio:ab eaq; vt dixi pricipiũ faciẽtes:quã hẽat naturã iueſtigare debemꝰ.Etenĩ quãtũ ad auditũ attinet,ſimpliciter vnũ appet:formas tñ varias admodũ,& ĩuicẽ quodãmõ diſſimiles

Plures modi delectandi.

ſuſcipit.Attẽde enĩ.delectari dicimꝰ itẽperãtẽ hoiem:delectari ipa tẽperãtia tẽperãtẽ:delectari ĩſipientẽ ĩſipiẽtibꝰ opiniõibꝰ ac vana ſpe vndiq; plenũ:delectari ẽt ſapiẽtia ſapiẽtẽ.has vtiq; voluptates ſiqs diſſimiles neget,merito ĩſipiẽs eẽ videbiẽ.PRO.Hę qdẽ o Socrates ex cõtrariis rebꝰ pueniũt, neq; tñ ĩuicẽ ipę cõtrarię.nõne voluptatí voluptas ĩ qbꝰ voluptas ẽ,ſui ipſiꝰ videlicet oĩm maxĩe ſimillima erit?SO.Enĩuero o beate neq; color a colore ex eo q̃ color vnuſqſq; ẽ,differt.Attñ nigrũ albo præter id q̃ differt,etiam contrarium eſſe vniuerſi cognoſcimus.Quinetiã figura ad figurã eodẽ modo ſe habet:genere porro vnũ eſt vniuerſum:partes aũt generis huiꝰ,ptim longe inter ſe differentes,partim etiã cõtrariæ ſunt:cęteraq; hmõi multa reperiemus.Quãobrem noli huic rõni quę cõtraria ſingula vnũ efficit,credere.Vereor enim ne forte voluptates quaſdam inter ſe contra

rias reperiamus.PRO.Forte,at qd hoc rõni noſtræ obſtabit?SO.Ob id certe obſtare dicimus ꝙ ipſa
cum diſſimilia ſint alio quodã nomine nuncupas. Ais enĩ voluptaria oĩa bona eſſe:voluptaria vero:
quin voluptaria ſint nulla ꝓhibet ratio.Cũ aũt ex iis multa ſint mala & bona quędam vt diximus:tu
tamen oĩa bona nuncupas.Ac etiam diſſimilia inuicẽ cõfeſſurus es,ſi quis coegerit. Quid ergo in cũ
ctis voluptatibus,tam malis,q̃ bonis idẽ cõmuniter inuenit:cuius gratia omnes bonum nuncupas?
PRO.Quid ais o Socrates?An putas quempiã,cum poſuerit voluptatem ipſum bonum eſſe,inde cõ
ceſſurum tibi quaſdam bonas nõnullas malas eſſe?SO.Verũtamẽ diſſimiles eſſe multas:pleraſq; etiã
inter ſe contrarias cõfiteberis.PRO.Haud ſane in quantũ voluptates ſunt.SO. Rurſus in idem rela-
bimur o Protarche.Dicemus voluptatẽ nihilo a voluptate differre:ſed omnes ſibi inuicem cõſimiles
eſſe.Et exempla in medium pauloante inducta nihil mouebũt: contendemuſq; inſtar eorum q inepti
& rudes in diſputationibus ſunt.PRO.Quemadmodum dicis?SO. Q; ſi ipſe te imitans atq; repu-
gnans dicere auſim diſſimillimum diſſimillimi omniũ eſſe ſimillimũ,eadẽ q̃ & tu afferre potero. Vn
de rudiores q̃ deceat,apparebimus:Et ratio nobis excidet atq; defluet.Reuocemus igitur eã retracte
muſq;.forte enim viciſſim agẽtes: & quaſi eaſdẽ in anſas redeuntes:aliquo pacto cõueniemus.PRO.
Dic quo modo?SO.Pone me iterum interrogatum abs te o Protarche.PRO. Quidnam?SO.Sapien
tia,ſcientia,mens: & q̃cunq; ego a principio ponens,bona vocabam: rogatus quid ipſum bonum ſit,
nõne idem qđ & ſermo tuus,patientur?PRO.Qua ratione?SO.Cunctę nãq; ſcientiæ multæ videbũ
tur:earumq; nõnullæ diſſimiles inuicem. ꝙ ſi q̃ etiam contrariæ ſint:nunqd preſenti diſputatione di
gnus fuero,ſi hoc ipſum veritus,nullam ſcientiã ſciẽtiæ diſſimilem dixerim?Sic tãdem ſermo noſter
tanq̃ fabula euaneſceret,nos aũt ruditate quadã ſeruaremur.At ſic fieri minime decet,quin poti⁹ ſa-
lutis ratio habenda eſt.Mihi igitur:& in tua:& in mea oratione ex ęquo id placet. Vt multę videlicet
voluptates atq; diſſimiles ſint,multę pręterea differenteſq; ſcientię.Differentiam itaq; mei ac tui bo-
ni o Protarche minime abſcondentes,ſed in lucem potius educentes:diſcutere audeamus : ſiquo pa-
cto per redargutionẽ ſignificatur:vtrum voluptatem ipſum bonum,vel ſapientiam,aut tertiũ qddã
præter iſta,nũcupare deceat.Nunc enim nequaq̃ iſtud cõtendere debemus,vt quę ipſe pono aut quę
tu,vincant,ſed vt illi qđ veriſſimũ eſt:fateamus. PRO.Sic oportet.SO.Hoc item multo magis mu-
tua confeſſione aſſeueremus.PRO. Quidnam?SO.Qđ homines oĩes fatigat:tum volentes tũ etiã
nolentes,aliquos præcipue:& aliquando.PRO.Dic planius.SO.Sermonem q nunc incidit inquã na
tura mirabilem,Multa vnum eſſe: & vnũ multa mirabile dictu.Atq; facile eſt aduerſus eum qui al-
terutrũ poſuerit dubitatiões mouere.PRO.Nunqd ais cũ quiſpiã me verbi cauſa Protarchũ vnum
natura genitũ aſſerit:deinde me rurſus multos atq; cõtrarios prędicat:magnũ,paruũ,grauẽ, leuem
eũdẽ hoĩem aliaq; permulta?SO.Tu qdem o Protarche inducis ea circa vnum,ac multa mirãda,q̃ di
uulgata ſunt,& vt ita dicam ab omnibus iam conceſſa,ꝙ minime tentanda ſint,veluti puerilia quæ-
dam,& facilia cognitu,ac maxima diſputationi futura obſtacula,ſiquis admiſerit:neq; etiam mirabi
lia hæc habẽda inquã:cũ qs cuiuſq; mẽbra parteſq; ratione diuidẽs vniuerſa hęc illud vnũ eſſe fatetur
deinde talia quędã refellit,deridens quaſi monſtra fateri cogat,ꝙ vnum multa infinitaq; ſit,multaq;
vnũ.PRO.Tu vero quęnã alia dicis o Socrates,q̃ nõdũ conceſſa circa ſermonem eundem diuulgata
ſint?SO.Quando quiſpiã o puer,ipſum vnũ nihil ex iis,quæ oriuntur:& occidunt,ponit vt pauloan
te nos diximus,tunc tale vnũ, haudquaq̃ refelli debere cõceſſum eſt.At cũ vnũ hoĩem affirmare co-
natur,bouẽ vnũ,pulchrũ vnũ,vnũq; bonũ,tunc ſane in iis vnitatibus:& huiuſcemodi rebus anxium
ſtudium cum diuiſione ambiguitas fit.PRO.Quo pacto?SO.Primo quidem vtrum admittẽdũ ſit, Prima dubita tio circa vnita tem.
einſcemodi quaſdam vere exiſtẽtes vnitates eſſe:Deinde quomodo quãlibet earũ vnã ſemp eãdemq;
eſſe putandũ:nec generationẽ nec interitũ ſuſcipientẽ:ſitaq; in vnitate firmiſſimã: poſtremo vtſiquid
in rebus genitis:& infinitis quęq; ponenda ſit,ſiue diſperſa,multaq; ex vna iã facta:ſiue tota ipſa ab ſe Secunda du bitatio.
ipſa ſeorſum:qđ quidem maxime omnium impoſſibile videretur,vnum idemq; ſimul in vno multiſ Tertia dubita tio.
q; fieri.Non illa igitur o Protarche,ſed iſta ſunt,quę circa vnũ:& multa male accepta,omnis difficul
tatis defectuſq; ſunt cauſa: bene aũt examinata facilitatis,atq; facũdię.PRO.Oportet nos o Socrates
hoc primũ in p̃ſentia diſcutere,vt & ego fateor:& hos oẽs talia cõcedere tibi exiſtima.forte vero nſic
pręſtat Philebũ quaſi malũ(vt dicitur)qđ bene iacet rogãdo nõ mouere.SO. At vnde potiſſimum Prouerbium malum qđ bene iacet:non moueas.
exordiemur,cũ multa:& varia in his dubitationibus pugna inſit?hinc ne? Dicimus vtiq; idẽ vnũ ac
multa rationibus:& ſermonibus factũ,ſemp per ſingula quę dicunt:& nunc:& olim vndiq; circũcur
rere.Idq; neq; nunc incepit,neq; deſinet vnq̃:ſed eſt:vt mihi videtur, hęc rationum ſermonumq; im
mortalis:& indeficiens nobis inſita paſſio.Cũ primũ adoleſcens aliquis id guſtauit:ſecũ ipſe cõgratu
lat:quaſi quẽdã theſaurũ ſapiẽtię nactus:& voluptate plenus exultat;ac furit: omnẽq; diſputationẽ
prõpte ꝑtentat:atq; ſermonẽ vndiq; diſcutit:tũ quidẽ in alteram partem reflectẽs:& in vnũ cõmiſcẽs
tũ vero explicãs iterũ:& in multa diſtribuẽs:vbi certe in dubitationẽ difficultateq; ſeipſum prio ac ꝑ

cipue deiicit,deinde ꝑrimũ quẽq; ſiue iunior,ſiue ſenior,ſiue ęqualis ſit,nec patri,nec matri, nec audientiũ cuiq̃ parcens,ferme etiã nec aliis animantibus,nedũ hominibus.quandoquidem & barbarorũ nemini parcat,modo interpretẽ nãciſcatur.PRO.An non vides o Socrates nos qui adſtamus oẽs iuuenes eſſe?non metuis ne vna cũ Philebo,ſi nos ita obiurgaueris,in te impetum faciamus?verũtamen:Intelligimus enim qđ dicis,ſi quis modus eſt:ſi qđ machinamẽtũ ad hãc ꝑturbationẽ benigne quodãmodo e diſputatione reiiciendã:ac viã quandã in rationẽ atq; ſermonẽ cõmodiorẽ reperiẽdã,ipſe id meditare:nos vero pro viribus te ſectabimur:Neq; enim exiguus eſt ſermo pñſens o Socrates.

Via pulchrior donũ deorũ qđ ſemper dilexit Plato.

SO.Non certe o pueri,ſic enim Philebus vos appellauit.Nulla tñ eſt via pulchrior,neq; eſſe poteſt q̃ illa quã ſemp ego dilexi.At illa me ſępe fugiẽs deſertũ inopẽq; deſtituit.PRO.Q uęnã iſta?dic modo.SO.Q uã declarare haud nimiũ difficile eſt,vti vero difficillimũ.Q uęcũq; enim ꝑ artem adinuenta ſunt:hac in lucẽ hoĩbus ꝓdierunt:Aĩaduerte q̃ſo quã dico.PRO.Dic tãtũ.SO. Donũ ꝑfecto deorũ

Priſci & nobis ꝓſtãtiores & diis propinquiores.

ad hoĩes vt mihi videtur ꝑ Promethęũ quędã vna cũ luciđiſſimo quodã igne deſcendit.Etenim priſci nobis praeſtantiores,diiſq; propinquiores:haec nobis oracula tradiderũt:q, cũ ex vno:& multis cõſtent vniuerſa quę ſemp eſſe dicunť,terminũq;:& infinitũ innatum habeant:oportet nos in his ſic ſe habentibus:vnã ſemper ideã de quolibet generatim ponentes inqrere: eam inſitã inuenturos, quã ſi

Hoc loco qs noſſe potẽſt:quũ ponatur ſciẽtiã eſſe virtutem:& virtutem in medio critate:q; ſciẽtia ſit etiam in quadã medio critate,id eſt inter terminũ & infinitum.

cõprehendamus,poſt vnã:ſi quo mõ duę ſint ꝑſcrutari:ſi minus id pateat,tres,aut aliũ numerũ quęrere,& quodlibet eorũ quę ſunt vnũ,rurſus eodẽ pacto diuidere quouſq; ipſum in principio vnũ,nõ modo q; vnũ multaq; & infinita ſit:verũ etiã quot ſit,aliqs noſcat.Infiniti aũt ideã nõ prius ad multitudinẽ adhibere q̃ qs numerũ oẽm inter infinitũ : & vnũ mediũ cadentẽ percipit.Tunc demũ vnũ quodlibet oĩm abeuntiũ in infinitũ dimittere.Dii ergo vt diximus, ſic nobis inueſtigare : diſcere:& alterutrũ docere dederũt.Qui vero nunc extant ex hominibus ſapientes,vnũ quidẽ ac multa vtcũq; contingit,velocius atq; tardius q̃ decet inducunt:& poſt vnũ infinita cõtinuo:media vero illos effugiunt.Quibus diſputãđ ratio,tum dialectica:tum etiã litigioſa diſcreta eſt.PRO.Q uæ modo dixiſti o Socrates,partim intelligere mihi videor:partim clarius audire deſidero.SO. Perſpicuum hoc

Vſq; ad ſpecialiſſima ꝓcedendum.

conſtat in literis o Protarche qđ diximus.Itaq; in his quas didiciſti:id accipe.PRO. Quonam pacto?SO.Vox inquã ex ore nobis erũpẽs vna eſt:& infinitę rurſus voces numero:& cũctorũ pariter:& cuiuſq;.PRO.Q uid ni?SO.Neutro tamẽ horũ ſapiẽtes efficimur,nec q; eius infinitũ,nec iterũ q; eius

Nã circa media.i.ſpecies verſatur oĩs dialectica diſputatio,& litigioſa:& ſiqua alia ſubintelligi poteſt.

vnũ cognoſcimus:ſed quia & quot:& quales ſint,tenemus. hoc enim vnumquęq; noſtrũ grãmaticũ reddit.PRO. Veriſſima loqueris.SO.Idẽ quoq; muſicũ hoĩem facit.PRO.Q ua ratione?SO.Vna quodãmodo & in hac arte vox eſt.PRO.Q uid ni?SO.Duo itẽ ponẽda ſunt graue:& acutũ: ac tertium tonus medius:nõne ita?PRO.Ita.SO. Verũtamẽ nondũ ſapiẽs muſicus eris:ſi haec ſola cognoueris:& iſta ignorans:vt ita loquar,nullius eris in muſica ꝓtii.PRO.Nullius.SO.Sed poſt q̃ o amice acceperis quot interualla vocis numero ſunt circa graue atq; acutũ:& qualia,nec non interuallorũ terminos:& quotcũq; ex his cõpoſitiones proueniunt.Q uę maiores noſtri cõſpiciẽtes nobis eorũ ſectatoribus,vt huiuſmodi quędã harmonias appellaremus,tradiderũt.In motibus praeterea geſtibuſq; corporis alia q̃dã talia ineſſe mõſtrarũt:quę ꝑ nũeros mẽſurata rythmos atq; mẽſuras vocari iuſſere.co

Hac ratione & Ariſtoteles voces in decẽ gña coegit.

gitare praeterea q; eadẽ ratione de vnoquoq; quod vnum,& multa eſt,cõſiderare debemus. nã quando iſta ſic accipis,ſapiẽs tunc euadis.Cũ vero & aliud qcq̃ ita cõprehẽdis,ſapiẽs rurſus circa illud efficeris.Infinita aũt ſingulorũ en in ſingulis multitudo te ſapientiae:rationis,numeri reddit expertẽ:

Circa finita.i. media ſapientia eſt.

Circa infinita non eſt ratio.

vtpote in numerũ nullũ alicuius q̃nq; reſpicientẽ.PRO.Praeclare hęc o Philebe Socrates mihi dixiſſe videť.PHI.Mihi quoq;,ſed quid ad rẽ hic ſermo?quidue ſibi vult?SO.Recte id o Protarche Philebus iſte quęſiuit.PRO.Prorſus:Reſpõde igiť.SO.Efficiam qđ vultis:cũ de his iiſdẽ paulisper etiã diſputauero.Vt enim ſiquis vnũ aliqđ accipit,is vt diximus,haud mox in infiniti naturã,ſed in aliquẽ numerum deſcendere debet:ita viciſſim:ſiquis infinitum primo ſumere cogitur,nequaq̃ in vnum cõtinuo:ſed in numerũ quẽdam qui multitudinẽ aliquã habeat debet intendere,ex oĩbuſq; tandẽ in vnũ definere.Qđ vero nunc diximus:rurſus in literis coniectari licet.PRO.Q uomõ?SO. Poſt q̃ infinitã

Theuth homo diuinus apud Aegyptios.

De ſpeciebus literarum.

vocẽ cogitauit:ſiue deus aliqs,ſiue homo diuinus:qualis apud Aegyptios Theuth fuiſſe fertur, primo in ipſa vocis infinitate vocales literas conſiderauit,q̃ nõ vna:ſed plures ſunt: rurſuſq; alias quae non vocis,ſed phthongi participes eſſent.Atq; harũ numerũ certũ ſimiliter definiuit.Tertiã deinde ſpeciẽ literarũ diſtinxit,earũ quas nunc mutas vocamus: poſtremo liquidas mutaſq; diſcreuit vſq; ad quodlibet vnũ:vocaleſq; & medias eodẽ modo:donec earũ capiẽs numerũ,in vnaquaq; : & cũctis elemẽtũ vocauit.Cũq; videret neminẽ ipſum vnũ ſeclũdũ ſeipſm ſeorſum a reliqs ꝑcepturũ,huiuſmodi vinculũ meditatꝰ:vt vnũ exiſtẽs,& has oẽs vnũ quodãmõ faciẽs:vnã in tẽpus artẽ noĩe grãmaticã ſtatuit.PHI.Haec planius q̃ ſupiora videlicet ipſa inuicẽ cõparata o Protarche cõprehendi.Idẽ tñ,& nunc,& ſuperius in hac diſputatione deſidero.SO.Nũ hoc o Philebe requiris:qđ videlicet ad ſermonẽ noſtrũ iſta conferant?PHI.Ita id eſt qđ dudũ ego vna & Protarchus requirimus.SO.Nunquid hoc

affecuti,reqrítis tũ iãpridẽ vt inquis?PHI.Q uonã pacto?SO.An nõ de ſapientia & voluptate nobis
ab ipſo principio diſceptatio extitit,vtrũ ex iis eligendũ?PRO.Immo.SO.Etenim vnũ illorũ vtrũq;
eſſe diximus.PRO.Diximus profecto.SO.Hoc ipſum prior ſermo reqrit : quõ vnũ,& multa vtrũq;
horũ eſt:quove pacto non infinita cõtinuo,ſed certũ numerũ quodlibet prius accepit,q̃ infinitũ por-
rigeretur.PRO.Haud ſane in leuẽ nos queſtionẽ circulo quodã,neſcio quo modo, flectẽs Socrates o
Philebe deduxit.Q uare age:cõſidera vter noſtrũ ad preſentẽ interrogationem reſpondeat.Forte eñ
ridiculum eſt,me diſputationis totius ſucceſſorẽ,ex eo qđ reſpondere ad id modo nequeã:rurſus hoc
ipſum tibi imperare.Attñ ridiculũ multo magis eſſet neutrũ noſtrũ id poſſe. Meditare itaq; qd aga-
mus.ſpecies enim voluptatis a nobis querere nunc Socrates mihi videtur: Vtrũ ſint, nec ne,quotq;
praeterea,qualeſve ſint:& de ſapientia eadẽ ſimiliter pcontari.SO.Vera loqueris o Callie fili:Niſi eñ
id circa quodlibet vnũ,ſimile:idem,& contrariũ,quẽadmodũ oratio precedens oſtẽdit:obſeruare poſ
ſimus,nullus vnq̃ noſtrũ vllius erit ad aliquid pretii. PRO. Sic ferme o Socrates ſe res habere videt.
Verum praeclarum temperato viro cuncta dinoſcere.Secunda vero nauigatio quedam videtur ſeip
ſum minime latere.quorſum aũt iſta nunc dixerim:declarabo.Ipſe nobis o Socrates congregationis
huius auctor extitiſti: teq; ipſum ad inueſtigãdũ quid ex humanis rebus optimũ ſit:praebuiſti.Nam
cum Philebus voluptatẽ,delectationẽ,laetitiam,& reliqua huius generis:hominibus optima eſſe aſſẽ
reret,tu illi ſtatim contradixiſti,non ea q̃ diceret eſſe optima,ſed illa potius que ſepenumero in memo
riam nobis ſponte reducimus recte agentes,vt memoria repetita vtraq; examinent:dicis aũt:vt vide
tur ipſe qđ recte appellandum erit praeſtantius voluptate bonũ eſſe,mentẽ,ſcientiã, intelligẽtiã,artẽ,
& reliqua huiuſcemodi:q̃ capeſſere potiuſq̃ illa debemus.Cũ igitur hec vtraq; ambiguitate quadam
dicta fuiſſent:nos ioco quodam minati ſumus nõ prius te dimiſſuros q̃ huic controuerſiae certa quã
dam determinatione finis ſufficiens imponeretur. Tu vero conceſſiſti qdem,teq; ipſum ad id exequẽ
dum nobis exequendũ expoſuiſti.Nos autẽ dicimus vt pueri ſolent:q; recte datorũ ablatio nulla eſt:
pone igitur iam hunc diſputandi modũ ad ea:q̃ dicta ſunt.SO. Q uẽ dicis?PRO. Q; dubitationum
ſcrupulos iniicis:eaq; interrogas:quorũ ſufficientẽ reſponſionẽ in pſentia tibi reddere non poſſemus.
Neq; enim diſputationis huius finem exiſtimare debem⁹ noſtrorũ omniũ ambiguitatem. Atq; ſi mi
nus id nos valemus:tibi agendũ eſt:pollicitus eñ es.Ad haec itaq; tu conſulta,vtrũ voluptatis & ſa-
pientie ſpecies diſtinguendae:an potius dimittendae:an alio quoq̃ modo queas ac velis: q̃ nunc inter
nos dubitata ſunt,aperire.SO.Nihil iã graue futurũ formidare me decet:qñ quidẽ tu ſic haec dixiſti.
Eo nãq; q; ſi velim dictum eſt,ois penitus formido fugat:accedit,q; deorũ aliqs ad haec memoriã no-
bis aliquã ſuppeditaſſe videtur.PRO.Quo pacto,& quorũ memoriã?SO.Cũ olim ſiue ſomnians,ſi-
ue vigilans quaſdã rationes audiuerim,nũc de voluptate,& ſapientia cogito horũ neutrũ eſſe bonũ:
ſed tertiũ aliqd:qđ aliud eſt q̃ vtrũq;,& ambobus eſt melius.idq; ſi nunc nobis liqdo pateat,voluptas
a victoria pcul aberit:bonũ quippe idẽ qđ illa nequaq̃ erit.Sic ne?an aliter?PRO.Sic vtiq;.SO. Speci
ebus itaq; voluptatis ad diuiſionẽ haud amplius,vt mea fert opinio,indigebimus:qđ in ſequentibus
clarius innoteſcet.PRO.Preclare loqris:perge ſic obſecro.SO.Paucula quaedam prius aſſeueremus.
PRO.Q uenã?SO.Ipſius boni ſortẽ videlicet:vtrũ neceſſe eſt pfectũ ipſum,aut non pfectũ eſſe.PRO.
Omniũ o Socrates pfectiſſimũ.SO.Q uid vero:ſufficiẽs ne bonũ ipſum eſt?PRO.Q uid ni? & in hoc
ipſum ab omnibus:q̃ ſunt,differre neceſſe eſt cunctiſq; praeſtare.SO.Hoc quoq; de illo maxime vt arbi
tror neceſſariũ eſt aſſerere,q; omne cognoſcẽs idipſum venat,& appetit apphẽdere: cupiẽs atq; ipſum
in ſe,& alia circa ipſum poſſidere:ceterorũq; nihil curat,pterq̃ q̃ vna cũ bonis pficiũt.PRO.His repu
gnare nõ licet.SO.Cõſiderem⁹ igit diiudicemuſq; voluptatis,& ſapie vitã,ſeorſũ inſpiciẽtes.PRO.
Quo pacto inqs?SO.Neq; in voluptatis vita ſapiẽtia inſit:neq; in ſapiẽtie vita voluptas.Oportet eñi
ſi qdẽ iſtorũ bonũ eſt nullius amplius indigere : ſi vero indigũ apparet,haud vlteri⁹ reuera nobis eſt
bonũ.PRO.Nõ certe.SO.Num volumus in teipſo periculũ facere?PRO.Prorſus.SO.Reſponde igi
tur.PRO.Dic amabo. SO. Optares ne o Protarche plenã ſũmis voluptatib⁹ oẽm vitã agere? PRO.
Quid ni optem?SO.Nũqd alio quopiã indigere te vltra putares,qñ pfecta harũ poſſeſſiõe frueteris.
PRO.Nequaq̃.SO.Aduerte itaq;:num ipſa ſapientia indigeres,& intelligentia,& conuenienti ratio
cinatione,& aliis quecũq; horũ cognata,an nõ rei alicuius viſu?PRO.Et qđ?oia porro haberẽ,ſi volu
ptate fruerer.SO.Et ita viuens,per oẽm vitam pcipuis voluptatib⁹ abundares?PRO.Profecto. SO.
Si mẽte,memoria,ſciẽtia,opinione vera penitus carens,primo qdẽ hoc ipſum,gaudeas ne,an nõ gau
deas te ignorare neceſſe eſt,cũ ſis omni ſapiẽtia vacuus.PRO.Neceſſe.SO.Et cũ memoria ſis priuat⁹
haud ſane te aliqñ delectatũ fuiſſe recordaberis:nec vlla voluptatis repente incidentis reſtabit memo-
ria:& opinione vera orbus,dũ laetaberis:letari te minime opinabere. Ratione quoq; captus:q; in po-
ſterũ voluptatẽ aliquã adepturus ſis,ratiocinari non poteris.Duces aũt nõ hoĩs vitã,ſed pleumonis
cuiuſdã,i.ſpõgie marine:aut oſtree marine pſimilẽ.ſunt hec vera?An aliter pter hec ſentire poſſum⁹?

Secũda nauigatio quedã eſſe videtur ſe ipſum non latere.

Neq; voluptatem neq; ſapientiã eſſe ſummũ bonũ ſed tertium.

Conditio & ſors boni eſt triplex vt pfectum eſſe ſufficiens & expetendum.

PRO.Ex quo pacto aliter?SO.An vita nobis huiuſmodi expetenda?PRO.Mutũ me o Socrates pſens
rõ reddidit.SO.Ne deſiſtamꝰ hic obſecro:ſed iã mẽtis vitã in mediũ adducẽtes vlterius cõſideremꝰ.
PRO.Qualẽ inquis?SO.Vtrũ aliquis viuere ſic eligeret,vt ſapiẽtiã,mẽtẽ,ſcientiã,memoriã omnem
omniũ poſſideret:voluptate vero nulla penitus frueretur,nec rurſus afficeret moleſtia: ſed ſine vllo
tali affectu viueret?PRO.Neutra ex iis o Socrates vita aut mihi aut alteri:vt arbitror,eligẽda vide-
tur.SO.Quid ait o Protarche vita ex ãbobus in vnũ cõgrediẽtibꝰ mixta,& cõmunis effecta?PRO.
Ex voluptate ais ſapientiaq;,& mẽte?SO.Hãc ipſam dico.PRO.Vnuſquiſq; ſane hanc ipſam potius
q̃ ex ſuperioribus alterutrã eliget:neq; vnus optabit qdẽ,alius minime: ſed idẽ oẽs pariter expetent.
Triũ vitarum que optima. SO.Videmꝰ ne igit̃ qd ex iis ſeq̃t?PRO.Prorſus qdẽ ꝙ tres vitę ꝓpoſitæ ſunt: ex duabꝰ,neutra ſuffi
ciẽs:aut optãda vel hoĩbus vel cęteris animãtibꝰ.SO.An nõ circa hęc iã id cõſtat ꝙ neutra ipſum bo
nũ poſſidet?etenĩ pfecta & ſufficiens eſſet:& vniuerſis plantis,& animantibus exoptanda,quęcunq;
ſic ſemper viuere poſſent.Siquis vero ex nobis alia eligat,ꝑter naturã eius qđ reuera affectandum eſt
eliget,neq; id ſponte:ſed ex ignorantia vel infelici quadã neceſſitate.PRO.Hęc ita ſe habere vidẽtur.
SO.Qꝫ ergo Philebi deã haud idẽ qđ ipm bonũ exiſtimare oporteat:ſatis iã dictũ eſſe videt̃.PHI.Sed
neq; etiã tua mens o Socrates.prædictas enim obiectationes patit̃.SO.Forſitã o Philebe mea:non tñ
verã diuinãq; mentẽ ſic arbitror:ſed aliter ſeſe habere.Palmã igitur,& victoriã quin vitę cõmuni tra
dere debeamus,nihil ob mẽtẽ dubito: Secundas aũt partes cui potius tribuamus: diiudicãdũ reſtat.
forte nanq; vitæ cõmunis cauſam vnus ex nobis mẽtem: alter voluptatẽ eſſe contendet:atq; ita bo-
nũ ipſum neutrũ erit iſtorum.forte vero quis horũ alterutrũ cauſam eſſe cẽſebit.De hoc itaq; aduer-
ſus Philebũ præcipue decertarẽ:ꝙ hac in vita ꝑmixta quicquid illud deniq; ſit:qđ ab hac vita ſuſce-
ptũ,expetendã ipſam bonãq; reddit:mens ipſa,nõ voluptas illi cognatior eſt,& ſimilior. Atq; ex hac
ratione voluptas nec primas,nec ſecundas etiã partes reuera tenebit: longius autem aberit a tertia
ſorte:ſiqua meæ menti fides nunc eſt adhibẽda.PRO.Atq; o Socrates voluptas iã proſtrata videtur
rationibus tuis ꝑcuſſa:nã & ſpe victorię decidit.De mente vero dicendũ:ꝙ non ſapienter ſibi victori
am vendicaret.Eadẽ quippe pateretur.voluptas autẽ ſecunda ſorte priuata:oĩno iã ab eius amatori-
bus contemnetur:neq; enim ęque pulchra vlterius apparebit.SO.Quid igitur?nonne dimittere illã
pręſtat:nec exquiſita examinatione:redargutiõeq; affligere?PRO.Nihil ais o Socrates.SO.An quia
impoſſibile quiddã protuli,affligi voluptatẽ?PRO.Nõ ob hoc tantum verum etiã ꝙ ignoras noſtrũ
nullũ prius abire te dimiſſurum:q̃ ad horũ finẽ ratione deueneris.SO.Papę o Protarche: lõga admo
dũ oratio ſequẽs:ferme vero nec facile qddã nunc:Conſtat enim aliis quibuſdam iaculis pręter ratio
nes ſuperiores opus eſſe:ſiquis palmã menti ſecundã cõparaturus accedat.forte vero aculei quidam
hi quoq; ſunt.nõne oportet?PRO.Quid ni?SO.Principium itaq; huius ponentes caute,& diſtincte
accipere amitamur.PRO.Quale principium dicis?SO.Oĩa quę nunc in vniuerſo ſunt:bifariam di
ſtinguamus. Immo ſi vis trifariã.PRO.Quonã pacto?SO.Accipiamus nõnulla ex iis quę nũc a no-
bis ſunt dicta.PRO.Quęnã?SO.Deũ profecto dicebamus ex iis quę ſunt:alterũ quidẽ infinitum al-
terũ vero terminũ oſtẽdiſſe.PRO.Omnino quidẽ.SO.Has vtrq; ſpecies duo illa eſſe ponamus: Ter-
tiũ illud:qđ vnũ ex vtriſq; cõmixtum.Ridiculus tamen videor,dum ſufficienter ſecũdum ſpecies di
uidere,atq; dinumerare cõtendo.PRO.Quid ais o bone vir?SO.Quarto adhuc genere opus eſſe cõ
ſtat.PRO.Quonam?SO.Cauſam alternæ cõmixtionis iſtorũ conſidera.Eamq; præter tria illa quar-
tum ponito.PRO.Nunquid & quinto inſuper indigebis aliquo diſcernente?SO.Forte.non tamẽ in
præſentia vt arbitror. Si autem opus fuerit:ignoſces mihi quintã vitam ſectãti.PRO.Quid obſtat?
SO.Principio ergo ex quatuor tria ſeligentes,duoq; ex tribus,ſic ſe habere conſideremus, vt vnum
quodq; duorũ ſit multa:diuiduum inſuper atq; diſperſum.Rurſuſq; in vnũ vtrũq; ducẽtes,cogita-
re nitamur quomodo vtrũq; vnum multave ſit.PRO.Si planius eadem dixeris,forte aſſequar. SO.
Duo ꝓfecto quæ ꝓpoſita ſunt,iſta dico finitũ,& infinitũ.ꝙ aũt infinitũ multa quodãmodo ſit:cona-
Qꝫ īfinitum ſit multa. bor oſtẽdere:finitũ vero impoſterũ differatur.PRO.Differatur. SO.Attende igitur:arduum nanq;
atq; maxime dubitandum eſt:qđ conſiderare te iubeo:Attamen animaduerte.Primũ aũt circa cali-
Magis ac minus finẽ reiiciunt & quantũ. dius frigidiuſq; conſidera:vtrũ terminũ aliquẽ in eis inuenias.An potius magis ac minus dũ iis ge-
neribus inſunt,finẽ reiiciant,fine nanq; adhibito,ipſa etiam finirent̃.PRO.Vera loqueris.SO.Semp
tamen in ipſo calidiori & frigidiori magis ac minus eſſe fatemur.PRO. Et maxime qdem. SO.Sem
per ergo nobis hæc ratio monſtrat ab iis finẽ abeſſe,& cũ fine fine ſint:oĩno infinita fieri.PRO. Vehe
menter o Socrates.SO.Euge amice Protarche aduertiſti:nũc ꝙ hoc ipſum vehemẽter abs te mõ ꝓnũ
ciatũ,& ipſum quoq; qđ remiſſe dicitur:eãdem vim habent:quã ipſum magis ipſumue minus. Vbi
cũq; enĩ adſunt,haud quantũ vnũqđq; eſſe ꝑmittũt:ſed ſemp vehemẽtius remiſſiori: & viciſſim ve-
hemẽtiori remiſſius oĩbus actionibus inferẽtia,plus ac minus efficiũt:quãtũ vero ſemp obſcurãt.Ni
ſi enĩ deleãt quãtũ:ſed & ipſum,& mẽſuratũ ſedẽ ipſius qđ dicitur vehemẽtius,& remiſſius magiſq;

& minus occupare permittant, hæc ipſa repente e ſua ſede pellentur. Neq enim calidius, & frigidius
vltra reſtarent, ſi quantũ ſuſceperint. Diffugient nempe nec vltra conſiſtent ipſum calidius, & frigi-
dius: quantũ vero regnabit: ꝑgreſſione ceſſante. Quãobrem hac ratione calidius, & frigidius infini-
ta iam eſſe conſtat. PROTAR. Sic apparet o Socrates: verũtamen vt ipſe dixiſti: haud facile iſta per
cipi poſſunt. Forte vero deinceps iterũ reperita, interrogantẽ pariter & reſpondẽtẽ conſpirare inuicẽ
declarabunt. SO. Bene dicis: atq ita pro viribus agendũ eſt. ſed intuere primũ: num id ſignũ ponam⁹
infinitæ naturæ: ne ſingula tranſcurrentes orationẽ in longũ nimiũ protrahamus. PRO. Quodnam
dicis? SO. Quæcunq magis ac minus vehementer atq remiſſe, nimiſq, & huiuſmodi q̃dã amittũt
cuncta in vnũ infiniti genus reducenda ſunt: quẽadmodum ſupra diximus: aſſerentes omnia quę di
uidua diſperſaq ſunt, in vnũ oportere colligi: ſecundũq vim vnã: vnã quandã naturã ſignificari. Me
miniſtin? PRO. Memini. SO. Quæ vero talia quędã minime capiunt, ſed eorũ contraria, & cũcta, pri
mo quidem ęquale ipſum atq ęqualitatem: poſt ęquale mox duplum: & ſingulas inde proportiones
quaſcunq ad numerũ numerus, & ad menſurã menſura demonſtrat: hæc inquã omnia in genus fini
ti merito referremus. Quid ais ad hęc? PROTAR. Pręclare nimiũ o Socrates. SO. Agedum ex vtriſ
q cõmixtũ quã ideã ferre dicemus? PRO. Id mihi tu dices vt arbitror. SO. Immo Deus: ſi modo quis
deus meas preces exaudiat. PRO. Obſecra igitur, & contemplare. SO. Contemplor ſane. Ac mihi vi
detur deorũ aliquis nobis amice nunc aſpiraſſe. PRO. Quo pacto id ais? & qua coniectura vteris? SO.
Dicam plane: tu vero attentis auribus adſta. PRO. Dic modo. SO. Calidius ne aliqd nunc. & frigidi
us dicebamus? PRO. Certe. SO. Adde pręterea ſiccius, & humidius: plus ac paucius: veloci⁹ atq tar
dius: maius, & minus. Ac deniq quotcũq in ſuperioribus ad naturã vnã magis minuſue ſuſcipientẽ
redegimus. PRO. An infiniti naturam inquis? SO. Hanc ipſam cõmiſce poſthac vna cũ iis progeniẽ
termini. PRO. Quã? SO. Progeniẽ. ſ. termini. quã profecto decebat nos in vnũ colligere quẽadmodũ
de infinito fecimus: neq dum collegimus. at forte nunc idẽ ages: his quippe vtriſq conciliatis: illa cõ
tinuo patefiet. PRO. Quã dicis, & quomodo? SO. Progeniẽ æqualis, & dupli, & quæcunq differẽtiũ
mutuam cõtrarietatem fugat: cõmenſurata vero, & conſona faciens, numerũ efficit. PRO. Intelligo.
dicere nanq mihi videris ſi iſta miſcẽtur: generationes quaſdam ex eorum ſingulis euenturas. SO.
& recte videor. PRO. Dic igitur. SO. Nonne in morbis recta horum communio ſanitatis naturam
genuit? PRO. Omnino. SO. In acuto autem etiã graui/ veloci/ & tardo cum infinita ſint: hęc & ter-
minũ peperit: & perfectionẽ muſicę pręſtitit. PRO. Pręclare. SO. Quinetiam rigori & æſtui tradita:
id qđ multum/ & minus/ & infinitũ dicitur abſtulit: mẽſuratum aũt atq vna cõmẽſuratũ adhibuit.
PRO. Quid ni? SO. Ex iis temperies anni/ & quęcũq pulchra ſunt cuncta manarunt infinitis inuicẽ
finitiſq coeuntib⁹. PRO. Certe. SO. Atq alia inſup innumerabilia prętermitto/ veluti cum ſanitate
pulchritudinem atq robur. In animis quoq permulta atq præclara: petulãtiam quippe/ & vniuer-
ſam improbitatẽ dea hęc animaduertẽs o bone Philebe omni termino voluptatũ expletioniſq carere
legem/ & ordinẽ quibus termin⁹ ineſt: iis appoſuit: eam q tu ſic infici ac perdi: ego contra ſeruari di-
co. Tibi vero Protarche quidnam videtur? PRO. Hæc prorſus ſecundum meã ſentẽtiã ſunt aſſerta.
SO. Nonne tria hæc iam protuli, modo intelligas? PRO. At apprehendere arbitror. Vnum quidem
infinitum aſſeris. Secundum autem in iis quæ ſunt terminum. Tertium vero illud quid dicere velis
haud ſatis teneo. SO. Copia te o mirifice vir, generationis eius qđ eſt tertium ſtupefecit: q̃q̃ & infini-
tũ multa genera cõtinebat: q̃ tamẽ genere ipſius magis minuſue ſignata: vnũ apparuerũt. PRO. Ve
ra narras. SO. Verũtamen neq terminus multa continebit: neq q vnũ natura eſſet, vlla difficultate
admittebamus. PRO. Quo enim modo? SO. Nullo modo: Sed tertium ſcito me dicere vnum hoc qđ
cunq ex iis naſcitur, generationem videlicet in eſſentiam, ex menſuris vna cum termino conſtitutis.
PRO. Intellexi. SO. Cęterum quid præter hæc tria, quartum genus ſit, diſcutiendũ reſtat. Cõmunis
autẽ iſta diſceptatio eſt. Vide nũ tibi neceſſarium videatur: quodcunq gignitur: per aliquã cauſam
gigni. PRO. Mihi plane: Quomodo enim abſq ea fieret? SO. Et efficiẽtis natura noĩe dũtaxat a cau-
ſa differt: efficienſq, & cauſa vnum merito vocabunt. PRO. Merito. SO. Quinetiã factum ac geni-
tum ſolo nomine diſcrepabũt. PRO. Certe. SO. Præcedit quidẽ atq ducit natura ſemper qđ efficiẽs
eſt: qđ vero factũ eſt ab eo genitumq ipſum ſequitur. PRO. Prorſus. SO. Nõ ergo idem: ſed aliud eſt
cauſa: & qđ ad generationem cauſæ ſeruit. PRO. Quid ꝓhibet? SO. An nõ genita ipſa: & ex q̃bus gi-
gnunt oĩa, tria nobis genera ꝓbuerunt? PRO. Maxime. SO. Omniũ aũt iſtorũ opificẽ quartũ ponim⁹
cauſamq vocamus: vtpote aliud q̃ddam q̃ illa ad ſufficiẽtiã demonſtratum. PRO. Ponim⁹ abſq du
bio. SO. Verũ iã decet cũ quatuor diſcreta ſint: ſingulorũ memorię gratia ſingulatim illa dinumera
re. PRO. Vtiq. SO. Primũ igit infinitum dico: ſecundũ terminũ: tertiũ, mixtã ex iis genitãq eſſenti
am. Poſtremũ mixtionis generationiſq cauſam: ſi quartũ vocẽ: nunqd errarẽ? PRO. Nullo pacto. SO.
Agedũ deinceps quæ nobis oratio, & quid potiſſimũ inquirentes ad hæc deuenimus? nonne id erat?

Signum infinitæ naturæ.

Quę in genere infiniti.

Quę in genere finiti.

Recta horũ cõio .i. æqualis vel dupli vel cæterorũ. Morb⁹ eſt in excedente vel ceſſãte calido frigido humido & ſicco. hic autẽ ſi ad quãdam proportionẽ dixeris, ſanitas ẽ.

Quærebamus nẽpe cuinã ſecundæ victoriæ partes concederentur, voluptati ne, an potius ſapiẽtiæ? An non ita? PRO. Ita certe. SO. Poſtq̃ iſta in hunc modũ diſtinximus, nonne melius iudicabim⁹ cui prima, cuiue ſecũda victoriæ palma danda ſit, ex iis quæ ſupra in certamẽ venerũt? PRO. Forte. SO. Victricẽ ſane poſuimus vitã ex voluptate, & ſapientia mixtã. PRO. Immo. SO. Qualis ſit, & cui⁹ generis hęc vita quodãmodo cernimus. PRO. Cernimus. SO. Pars nempe tertii generis. Neq; enim qđ

Genitũ nõ eſt mixtũ ex duob⁹ quibuſuis ſed ex iſinito & termio duobus conſtat.

ex duobus quibuſdã mixtũ illud eſt: ſed qđ ex infinitis omnibus a termino nexis. Quapropter merito ſuperatrix hæc vita illius pars erit. PRO. Et recte admodũ. SO. Eia Philebe dulcis illa tua ac ſimplex vita ad qđ prædictorum genus pertinere iure putabitur? Sic autem reſponde anteq̃ explicetur. PHI. Dic modo. SO. Voluptas ac dolor terminũ habẽt: an potius ex eorum genere ſunt, quæ magis minuſue ſuſcipiunt? PHI. Ita ex iis quæ magis o Socrates: neq; enĩ voluptas omne bonũ eſſet, niſi ſua pte natura, & ſecundũ multitudinẽ, & ſecũdũ id qđ magis, infinita exiſteret. SO. At neq; etiã dolor o Philebe omne malũ: quãobrem aliud quiddam nunc conſiderare debemus q̃ infiniti naturam: qđ voluptatibus partem boni aliquã pręebeat. Enimuero ex iis indeterminatis vita illa tua ſit. Sapientiã autem ſcientiãq;, & mentem in qđ potius ex prædictis o Protarche atq; Philebe referẽtes: aduerſus pietatem nequaq̃ peccabimus? haud enim mediocre periculum nobis imminere videt̃: recte aut non recte tractantibus quod modo quęſitum eſt. PHI. Deum o Socrates tuũ extollis. SO. Et tu o amice deã tuam. Verum ad id qđ quęſitum eſt redeũdum. PRO. Probe loquitur Socrates o Philebe. Ideoq; præſtanda illi fides eſt. PHI. An non o Protarche pro me dicturum te promiſiſti? PRO. Maxime. Nũc autem hæſito, & vereor: teq; adeſſe nobis o Socrates tanq̃ prophetam obſecro: nequid nos tibi circa certatorem aberrantes: præter melodiam canamus. PHI. Fides adhibẽda Protarche: nihil enim difficile iubes. SO. Equidem Deũ reuera vt Philebus inquit extollens iocando te turbaui: interrogans cuiuſnam generis mens & ſcientia eſſent. PRO. Maxime quidem o Socrates. SO. Facile tamen: omnes ſiquidem ſapientes ſeſe extollẽtes conſentiunt, intellectum eſſe cęli terręq; regem: ac forte recte loquũtur.

Intellectũ eẽ cęli ac terræ regem.

q; ſi vis: hoc genus diffuſius examinabimus. PRO. Dic arbitratu tuo o Socrates nihil prolixitatẽ veritus, neq; enim moleſtus eris. SO. Pręclare loqueris: hinc igitur interrogãtes exordiamur. PRO. Vnde? SO. Vtrũ o Protarche dicẽdũ eſt vniuerſum hoc agi ab irrationali quadam temerariaq;, & fortuita poteſtate. An contra, quẽadmodũ maiores noſtri ſenſerunt, ordine quodã mẽtis, & ſapientię mirabilis gubernari. PRO. Nulla eſt comparatio. Nam quod modo dicebas o Socrates, prophanũ mihi videtur: fateri autem mente oĩa hęc exornari, ſentẽtia q̃dã cõſpectu mũdi ſoliſq;, & lunæ cęterorũq; ſyderũ: & oĩs deniq; cęleſtis circuit⁹ digna ẽ: nec ego vnq̃ de iis aliter loq, aut ſentire auſim. SO. Vis ne igitur qđ a priſcis aſſertũ eſt: nos itẽ cõfiteamur? hæc videlicet ita ſeſe habere: nec modo putem⁹ alia ſine periculo proferri nõ poſſe, verũetiã vna cũ illis vituperationis periculũ ſubeamus, ſiq̃ vir aliq̃s durus ac vehemẽs, iſta nõ ſic: ſed ſine ordine ferri contenderit? PRO. Quid ni velim? SO. Age igit̃ qđ ſequitur cõtemplare. PRO. Dic iam. SO. Quę circa corpora viuentium ſunt, ignẽ, aquam, ſpm̃, atq; terrã fluctuantium inſtar: vt aiunt, in cõpoſitione ineſſe conſpicimus. PRO. Et maxime quidẽ: in iis enim ſermonibus reuera propter ambiguitatẽ fluctuam⁹. SO. Ergo de vnoquoq; eorũ quę circa nos ſunt: id accipe. PRO. Quidnam? SO. Q; vnumquodq; horum apud nos exiguum ac vile, nec vllo

De vilitate elementorũ apđ nos.

modo ſincęrũ, & integrũ: nec vim natura ſua dignam ferẽs. quod quidẽ in vno aĩaduertẽs: de reliquis oĩb⁹ idẽ exiſtimato: Velut ignis, eſt quidẽ apud nos, eſt etiam in vniuerſo. PRO. Eſt. SO. Nõne ignis hic noſter exiguus, imbecillus, & vilis: ſed qui vniuerſi ꝓprius quãtitate mirãdus & pulchritudine, & omni quæ ad ignẽ pertinet: poteſtate? PRO. Vera nimiũ loqueris. SO. An vero ſit: alitur, ducit̃ ab igni noſtro mũdi totius ignis, vel cõtra, & meus, & tuus, & animantiũ reliquorum oĩs ab illo? PRO. Hæc reſponſione digna nõ ſunt. SO. Recte eadẽ quoq; de animaliũ ac mũdi terra diceres: & de aliis oĩbus quæ ſupra quęſiuimus: ſimiliter reſponderes. PRO. Quiſnam reſpondens aliter: ſanę mẽtis æſtimetur? SO. Nemo forſitan: ſed iam ad reliqua. Omnia quippe nunc dicta in vnum compoſita contuentes, corpus appellamus. PRO. Quid ni? SO. Idem quoq; de hoc, quem mũdum dicimus, accipe. Eadem ſiquidem ratione corpus eſt, ex eiſdẽ cõpoſitum. PRO. Recte loq̃ris. SO. Vtrum ex hoc corpore noſtrũ corpus omnino: vel contra ex noſtro ipſum nutritur, & quæcunq; pauloante memorauimus ſuſcepit, & habet? PRO. Neq; hoc etiã o Socrates in quæſtionẽ cadere debet. SO. Quid hoc? debet ne an non? PRO. Dic quale ſit. SO. Noſtrum corpus animam habere fatebimur? PRO. Conſtat. SO. Vndenam o amice Protarche ſuſcepit, niſi mundi corpus, qđ eadem quæ & noſtrum ac etiam præſtantiora continet, animã habeat? PRO. Aliunde nequaq̃. SO. Neq; enim exiſtimandũ o Protarche quatuor illa terminum, infinitum, mixtum, & cauſę genus in iis quartum cunctis exiſtens; quod iis quidem q̃ apud nos ſunt animã corpuſq; pręebet, dum imprimit vmbram: labefactatoq; corpore remedia parat: & in aliis alia conſtituit atq; reſtituit, omnem atq; integram ſapientiam vocitari: cumq; eadẽ hęc in vniuerſo cęlo eiuſq; partibus amplioribus inſint: ac præterea puriora pſtantioraq; exiſtãt:

in eis tamen preclariſſimorum pretioſiſſimorumq; naturam minime reperiri.PRO. Nullā profecto
rationem id haberet.SO.Quāobrem rationē illā vlterius proſequentes licebit aſſerere, ea quę ſępe
numero prædicauimus:infinitū prorſus in omni conſiſtere,ſufficientemq; terminum cauſamq; illis
haud ignobilem ſemper adeſſe ornantē diſponentēq; horas,& menſes,& annos:mentē, & ſapientiā
merito nuncupatam.PRO.Merito.SO.Sapientia vero atq; mēs,abſq; anima nunq̄ eſſent.PRO.Nū
q̄ certe.SO.Ergo in Iouis ipſius natura regiā animā:regiāq; mentē ineſſe propter vim cauſæ confite
beris:& in aliis rē alia pulchra vt illorū cuiq; dici placet.PRO.Maxime.SO.Præcedentem o Protar
che ſermonem nequaq̄ temere inductum putes:his enim qui olim mētem omni mundo ꝑſidere oſtē
derunt,adminicula prębet.PRO.Prębet ſane.SO.Meæ vero petitioni reſponſum porrigit,q; mēs eſt
progenies omniū cauſæ quæ vnū quiddā ex quatuor his:quæ relata ſunt:aſſeritur.habes iam igitur
noſtram expoſitionē.PRO.Habeo,& ſufficienter quidem.Et ſi cum ante reſponderis,me hacten⁹ la
tuiſti.SO.Remiſſio ſtudii o Protarche ſępenumero iocus eſt.PRO.Pręclare loqueris.SO.Nunc igit̄
o amice in quo genere ſit:quāve habeat vim:ad ſufficiētiam ferme monſtratum eſt.PRO.Omnino.
SO.Quinetiā voluptatis genus iampridē patuit.PRO.Nimium.SO.Reminiſcamur iam & horū
circa vtraq;:q; mens quidem cauſæ cognata eiuſdēq; cū illa generis ferme erat:voluptas aūt infinita,
eiuſq; generis:qđ nec principium nec medium neq; finem in ſeipſo ſuapte natura continet,aut aliqñ
continebit.PRO.Quid ni reminiſcamur?SO.Oportet itaq; poſthac in quo horū vtrūq; conſiſtit: &
propter quā paſſionem fit,quotiens fit,aduertere.Vtq; voluptatis primo genus ipſum inueſtigaui
mus,ſic & iſta circa illam primo nunc inquiremus.Seorſum tamen a dolore voluptatem ſufficiēter
examinare non poſſumus.PRO.Si hac gradiendum eſt,hac vtiq; gradiamur.SO.Num idem tibi
qđ mihi de horum generatione videtur?PRO.Quid iſtud?SO.Cōmuni in genere fieri ſecundū na
turam dolor voluptaſq; vident̄.PRO.Cōmune id genus amice Socrates,repete obſecro, quidnā ex
iis quæ ſupra diſtincta ſunt,ſignificare velis.SO.Pro viribus o mirifice vir id agam.PRO.Bene inqs.
SO.Cōmune profecto intelligamus:qđ ex quatuor tertium numerauimus.PRO.An qđ poſt infini
tum finitumq; locaſti:in quo ſanitatem,& harmoniam vt arbitror poſuiſti?SO.Recte dicis:ſed nunc
dicendis maxime mentem adhibe.PRO.Dic iam.SO.Harmonia inquā ſoluta in animantibus: vna
naturæ ſolutionē generationemq; dolorū eo in tempore fieri.PRO.Cōſentaneum.SO. Rurſus har
monia contemperata,& in ſui naturam protinus reſtituta voluptatem fieri dicendū eſt: ſi modo res
maximæ verbis paucis concludendę ſunt.PRO.Reor equidem te recte o Socrates dicere.clari⁹ tamē
exprimere eadem annitendum.SO.An non vulgaria,& notiſſima cognitu facilia ſunt?PRO.Quæ
nam iſta?SO.Fames quidē ſolutio eſt:atq; moleſtia?PRO.Eſt.SO.Comeſtio vero repletio atq; volu
ptas?PRO.Ita.SO.Sitis iterum corruptio ſolutioq;,& dolor.Vis autem humore qđ arefactū eſt refi
ciens,voluptas eſt.Diſcretio inſuper,& diſſolutio præter naturam ęſtu quodam effecta moleſtia.At
ſecundum naturam reſtitutio refrigeratioq; voluptas.PRO.Prorſus.SO.Concretio quoq; humo
ris præter animalis naturam frigore facta,dolor.Contra humido liqueſcente,& in ſuam redeūte na
turam reditus iſte voluptas.Ac ſummatim conſidera,num æqua tibi hæc oratio videatur.Quotiēs
corrumpitur animata ſpecies ex infinito,& termino ſecundū naturam,vt diximus genita, eiuſmodi
corruptio dolor eſt.Cum vero hæc in eſſentiam ſuam refluit:regreſſum hūc dicimus voluptatem.
PRO.Eſto.Videt̄ enim hoc mihi admodū veriſimile.SO.Hanc vnā itaq; voluptatis,& doloris ſpe
ciē in iis paſſionibus vtriſq; ponamus.PRO.Ponat̄.SO.Pone deinceps expectationē harū in anima
paſſionū.Expectationē inquā quæ voluptaria antecedit,ſperantē:gaudentē, atq; ſuauē:quę vero mo
leſta, formidoloſam ac mœſtā.PRO.Eſt igitur hęc voluptatis,& doloris ſpecies alia,ſeorſum a cor
pore ſolius animæ ab expectatione profecta.SO. Recte accepiſti:In iis vtiq; vt mea fert opinio, vtriſ
q; ſincęris exiſtentibus,nec mixtis voluptate videlicet atq; dolore liquido diſcernem⁹ num volupta
tis vniuerſum genus amandū ſit:an hoc potius alteri cuiq̄ ex ante dictis attribuendū:voluptati ve
ro atq; dolori ceu calido,& frigido cæteriſq; talibus cōpetat,vt interdū amanda ſint:alias nō amāda
vtpote quę bona minime ſint:ſed quandoq; certū aliquid ſuſcipientia:naturam boni ſequant̄.PRO.
Recte ais oportere ſic incedere qui talia ꝑſcrutatur.SO.Primū igitur id inſpiciam⁹,ſi verū eſt qđ di
cebat̄,deſtructis illis dolorē:refectis voluptatē ſequi:cū neq; deperdunt̄,neq; etiam recreantur: quā
potiſſimū habitudinē tūc aīalibus tribuere debeamus.intentus itaq; animo mihi reſpōde:nū tibi ne
ceſſariū videat̄ quodlibet aīal eo ipſo in tempore nullo modo lętari vel angi.PRO.Neceſſariū certe.
SO.Eſt ergo ſtatus hic tertius pręter mœrentis,& gaudētis affectū.PRO.Eſt profecto.SO.Agedū
huius meminiſſe conare.ad iudicandam ſiquidem voluptatem reminiſci vel non permultum refert
breuibus tamen aliquid de ipſa ſi vis perſtringamus.PRO.Dicas ergo:quid iſtud?SO.Eum qui cō
templationis vitam eligit,nihil ita viuere prohibet.PRO.Seorſum a lętitia,& moleſtia dicis?SO.Di
ctum ēm in cuiuſq; vitæ cōparatiōe virū cōtēplatiōi deditū nihil vlla ex parte vel gaudere vel angi.

Sapientia & mēs nō abſq; anima.

Iocus ſepenumero remiſſio ſtudij eſt.

Qñ gignitur dolor ĩ cūctis rebus & voluptas.

Status medi⁹ voluptatis & doloris.

Vita cõtēplati ua nec cum lę titia neq; cum triſtitia eſt di uiniſſima.

Abſurdũ eſt deos vel læta ri vel triſtari.

PRO.Omnino ſic dictum.SO.Nonne ſic illi conuenit?Ac forte nil mirũ eſſet,ſi vita hæc cæterarum omnium diuiniſſima ſit.PRO.An abſurdũ eſt deos gaudere vel contra triſtari?SO.Abſurdũ oĩno indecens enim vtrunq; eſt.At hoc deinceps inueſtigemus:ſiquid ad hanc diſputationē conferat:ac mēti ad ſecũdas victorię fortes,ſi minus ad primas poſſimus,accommodabimus.PRO.Recte loque ris.SO.Atqui alia ſpecies voluptatũ,quã animę propriã aſſignauimus,memoria cõſtat.PRO.Quo pacto?SO.Primũ quid memoria ſit accipiendum videtur:Immo ante eam quid ſenſus:ſi planius hęc elucidare velimus.PRO.Quo pacto inquis?SO.Pone ex omnibus corporis paſſionib⁹ quaſdã in cor pore prius extinctas,q̃ in animam tranſfluant:paſſione vacuã dimittentes:Alias per vtrũq; diffuſas & quandã quaſi concuſſionē,tam ꝓpriam,q̃ cõmunem vtriq; pariter inferētes.PRO. Ponãtur. SO. Et paſſiones per vtrũq; minime propagatas:ſi latere dixerimus animã,& per vtrũq; manãtes innote ſcere animæ,an recte dicemus?PRO.Certe.SO.Ipſum ergo latere nullo modo vt dicere videor,obli uionis generationem eſſe exiſtimes:Eſt enim obliuio memoriæ exitus.Ea vero in iis quæ modo dice bantur nõdum erat.Eius autem quod nec eſt nec fuit,iacturam fieri aliquam abſurdum.PRO. Ab ſurdum.SO.Nomina ergo dũtaxat pmulta.PRO.Quomodo?SO.Pro eo quod latere animam dixi mus:quando abſq; paſſione corporei tumultus exiſtit:quã nunc obliuionē vocare videris,inſenſatio nem,vt ita loquar,potius nominato.PRO.Teneo te.SO.Motum autē in cõmuni corporis,& animæ paſſione factũ,ſi ſenſum vocaueris,haud ab re nominabis.PRO.Vera loqueris.SO.An nõ percipim⁹ iam quid ſenſum vocari velimus?PRO.Percipimus.SO.Senſus prẽterea cõſeruationē recte quis me moriam mea ſententia nuncupabit.PRO.Recte nimium.SO.Et a memoria reminiſcentiã diſcrepare fatemur:necne?PRO.Forte.SO.An non in hoc præcipue?PRO.Quonam?SO.Quotiens quæ cum corpore paſſa eſt aliquando anima,eadem ſine corpore in ſeipſa reſumens animaduertit:tũc meminiſ ſe eam aſſerimus:an non?PRO.Valde quidē.SO.Quinetiam quando memorię paſſa iacturam,dein de vel ſenſu,vel diſciplina monente eam iterũ reuocat in ſeipſa,reminiſci putatur.Atq; hæc iam me morias reminiſcẽtiaſq; vocam⁹.PRO.Probe loqueris.SO.Cuius aũt gratia hæc dicta ſunt oĩa idē? PRO.Quidnam?SO.Ne animę voluptatem abſq; corpore q̃ maxime atq; perſpicue capiamus:atq; vna concupiſcentiã.per hęc enim vtraq; iſta declarata videntur.PRO.Pergamus iã ad reliqua Socra tes.SO.Multa conſiderare decet:voluptatis originem omnemq; formã eius inueſtigantes.Et nunc q dem primo videndum quid eſt,& vnde naſcitur concupiſcentia.PRO. Videamus iã obſecro: Nihil eñi amittemus.SO.Immo o Protarche cũ qđ modo quęrebamus inuenerimus amittemus aliqd cir ca iſta,videlicet dubitationē.PRO.Q; belle vicem reddidiſti:at iam quæ ſequunt̃ expediamus.SO. Nõne famē atq; ſitim,& huiuſmodi multa,cõcupiſcentias quaſdã eſſe diximus?PRO. Maxime.SO. Ad quidnam idē reſpicientes res adeo diuerſas vno nomine nuncupamus?PRO.Per Iouem haud fa cile dictu o Socrates. dicendũ tamē. SO. Ab eiſdem rurſus exordiamur.PRO.Quibus?SO.Dicim⁹ ne ſitire aliquē?PRO.Dicimus.SO.Hoc aũt eſt exhauſtum eſſe.PRO.Quid ni?SO.Et ſitis concupi ſcentia eſt?PRO.Eſt.SO.Potionis ne?PRO.Potionis.SO.An nõ repletionis potus?PRO.Huius cer te.SO.Vacuus igitur,& exhauſtus contraria eorum quę patitur appetit.Nam cum vacuus ſit: im pleri cupit.PRO.Manifeſtum eſt oĩno.SO.Quid ergo?qui primo exhauſtus eſt num poteſt,vel ſenſu vel memoria quadam eius repletionem attingere:qđ nec pręſenti in tempore, nec aliquando paſſus eſt?PRO.Nullo modo.SO.Sed eum qui cupit,aliquid cupere confitemur.PRO.Quidni? SO. Non ergo qđ patitur:appetit.Sitit enim.ſitis autē indigentia eſt:is tamen repletionem affectat. PRO.Ita SO.Aliquid igitur eius qđ appetit expletionē attinget.PRO.Neceſſe.SO.Corpus quidem nequit nam exhauſtum eſt.PRO.Certe.SO.Reſtat vt anima repletionē p memoriã cõſequatur. PRO.Pa tet.SO.Nã quo alio cõſequeretur?PRO.Nullo ferme.SO.An aduertimus quid nobis ex his rationi bus efficiatur?PRO.Quid iſtud?SO.Corporis cupiditatē eſſe ratio hęc non dictat.PRO.Quo pa cto?SO.Quoniã paſſionibus eius cõtrariũ conatũ aĩalis oĩs ſemp oſtendit.PRO.Penitus.SO.Impe tus aũt in cõtraria q̃ paſſiones trahēs:memoriã cõtrariã paſſionibus innuit.PRO.Oĩno.SO.Ratio itaq; oſtēdēs memoriã ad cõcupita rapientē,aĩę oẽm impetũ,& cupidinē,principatũq; oĩs viuẽtis ex plicuit.PRO.Recte nimiũ.SO.Sitire igit̃ vel eſurire corpus noſtrũ,aut aliqd eiuſmodi pati,nequaq̃ rõ hęc admittit.PRO.Vera loqueris.SO.Hoc pręterea circa iſta cõſiderabimus,ꝙ hęc rõ quãdã vi tę ſpeciē in iis demõſtrare velle videt̃.PRO.In qb⁹,& de q̃ vita loq̃ris?SO.In replēdo inquã,& euacuã do:& oĩbus q̃ ad ſalutē ſiue pnicie animaliũ attinēt:Et ſiqs noſtrũ in alterutro cõſtitut⁹ affligit̃,tũc ſe cũdũ mutatiões lętat̃.PRO.Sic eſt.SO.qd:quotiēs in horũ medio pmanet?PRO.Quomõ in medio? SO.Ob paſſionē qppe triſtat̃.ſed voluptatũ iterim pteritarũ meminit.Ceſſat qdē triſtitia:nõdum tñ impletur:quid tũc dicēdũ?nõne in medio paſſionũ eſſe?PRO.Dicēdũ.SO.Vtrũ dolētē oĩno vel cõ tra gaudētē?PRO.Non gaudentē per Iouē:ſed dupla potius affectũ triſtitia:ſecũdũ corpus in paſſio ne:ſecundum aĩam in expectatiõis ardore.SO.Quonã modo Protarche dolorē duplũ aiebas?Nonne

Memoria eſt ſenſus conſer uatio.

Paſſio corpo ris eſt:ſed cor poris non eſt cupiditas.

Sitire nõ cor poris ſed ſic catũ eſſe cor poris eſt.

vacuus quiſpiam certā aliquando repletionē ſperat!aliquando contra deſperat:PRO.Maxime.SO.
Num dum aſſequi ſperat,ipſa recordatione gaudere videtur!ſimulq; vacuus eo in tēpore cruciari!
PRO.Neceſſe.SO.Tunc igitur & homo,& animalia reliqua,lętātur ſimul ac mœrent.PRO.Appa
ret.SO.At cū vacuus aliquis expletionē oīno deſperat,nonne tūc paſſio duplex circa dolores exorit:
quā ipſe pauloante intuitus,ſimpliciter duplam opinabaris!PRO.Vera hæc ſunt.SO.Hac taliū paſ
ſionum diſceptatiōe ad id vtamur.PRO.Ad quid ais!SO.Vtrum voluptates has atq; moleſtias ve
ras:an falſas:an partim veras:partim falſas dicere debeamus!PRO.Quo pacto o Socrates volupta-
tes atq; moleſtię falſę eſſe poſſunt!SO.Quomodo etiā o Protarche timores veri vel falſi!aut expecta-
tiones verę:ſeu minime verę!aut opiniones verę vel falſę!PRO.Opiniones equidē cōfiterer:ſed hæc
reliqua minime.SO.Quid ais!diſputationē tamen haud breuē inceptare videmur.PRO.Vera nar-
ras.SO.At ſi pręcedētibus ſit cōueniens o viri illius fili cōſiderandū eſt.PRO.Iſtud forte.SO.Omne
igitur ſuperuacuū,& quicqd pręter ꝓpoſitū eſt,dimittendū.PRO.Recte.SO.Dic itaq;.cōtinua nēpe
me admiratio tenet ſemp circa eas quas nūc induximus quęſtiones.PRO.Quo pacto inquis!SO.An
nō ſunt ex voluptatū numero falſę quędā,alię verę!PRO.Quomodo id fieri poteſt!SO.Neq; igiē re-
uera,falſove lętari aut triſtari dicit:vt tu ais:neq; inter furētes,& inſanos inuenit aliquis:qui gaude
re videat cū nō gaudeat:aut dolere quādo nō doleat.PRO.Hęc oīa ſic ſe habere o Socrates oēs admi
ſimus.SO.Num recte!an forte differendū eſt:recte ne vl' nō iſta dicant!PRO.Differendū quidē mea
ſentētia.SO.Diſtinguamus igit euidentius:qđ modo de voluptate atq; opinione dictū eſt.Eſt ne ali-
quid apud hoīes:opinari!PRO.Eſt.SO.Et lętari!PRO.Et lętari.SO.Quin & opinione conceptū ali
quid eſt!PRO.Cur non!SO.Et hoc quo gaudēs gaudet!PRO.Et hoc.SO.Qui opinat,ſiue recte ſeu
nō recte opinetur,ipſum tamē qđ reuera eſt opinari,nō perdit.PRO.Quo enim modo!SO.Gaudēs
etiam,ſiue recte gaudeat ſiue non,ipſum tamen qđ reuera gaudere eſt,haud amittit.PRO.Immo &
hæc ita ſe habent.SO.Quo igit pacto opinio vera,& falſa ſit:voluptas ſolūmodo vera:cum tamen
opinari vere atq; lętari vtraq; ſimiliter acceperint!PRO.Conſiderandū hoc eſt.SO.Nunquid ex eo
ꝙ opinioni verum,& falſum indita ſunt! nec ſolum ob hæc opinio facta eſt.Sed qualis quædā opinio
vtraq;!Hoc ne conſiderandū inquis!PRO.Ita.SO.Præterea inueſtigādum eſt,an voluptas,& dolor
ea ipſa dūtaxat,quæ ſunt permaneant:nunq̄ vero qualia quædā efficiātur.PRO.Patet.SO.Verum
haudquaq̄ difficile eſt ꝙ qualia quædā fiant inſpicere.Iam pridem cōceſſimus voluptates atq; mole-
ſtias,magnas,& paruas:vehementes remiſſaſq; fieri.PRO.Conceſſimus.SO.Q; ſicui ex his praui-
tas adiiciatur,prauam ſic opinionē,prauā itidē voluptatē effici cōfitebimur.PRO.Quid prohibet!
SO.Quid ſi rectitudo vel cōtrarium rectitudinis horū cuiq̄ admoueatur,num rectā opinionē:quę
rectitudinē ſubiit:ac voluptatē ſimiliter appellabimus!PRO.Neceſſario ſequit.SO.Et ſi qđ opinio
ne cōprehendit,ſit fallax,nonne opinionē falſam potius q̄ rectā vocabimus!PRO.Immo.SO.Item
ſi voluptatē vel dolorē circa id quo gaudemus vel angimur,aberrare cernamus,num rectā aut bonā
voluptatē dicemus:aut aliquo pręclaro nomine honorabim⁹!PRO.At id fieri nequit,ſi quidē volu
ptas ipſa delinquat.SO.Verūtamen ſępenumero nobis voluptas ex opiniōe falſa exorit.PRO.Pro-
culdubio.attamē opinionē o Socrates eiuſcemodi falſam dicimus:voluptatē vero ipſam nemo vtiq;
falſam denominaret.SO.Prompte nimiū o Protarche voluptatis rationē in pręſentia tueris.PRO.
Minime:verum quę audio loquor.SO.Nihil ne o amice apud nos differt voluptas ab opinione recta
ſcientiaq; proficiſcēs,ab ea quæ falſam opinionē,& ignorantiā ſequit!PRO.Cōſentaneum eſt haud
breui quodā interuallo diſtare.SO.Verū ad hāc ipſam diſtantiā perſcrutādā deueniam⁹.PRO.Duc
age qua lubet.SO.Ecce hac te duco.PRO.Quanam!SO.Opinio quædā vera eſt,quædā falſa.PRO.
Eſt.SO.Has ſępenumero voluptas dolorq; ſequit.PRO.Sequit.SO.An non ex ſenſu ac memoria in
nobis opinio naſcit:fitq; vt opinione pro arbitrio differam⁹!PRO.Pręcipue.SO.Nōne ſic circa hęc
nos habere putandū!PRO.Quomodo!SO.Fateris ne nōnunq̄ hominē procul aliqua confuſe proſpi
cientem,velle clarius obiecta diſcernere!PRO.Fateor equidē.SO.Is igitur ſic a ſeipſo quodāmodo
ſciſcitabitur.PRO.Quo pacto inquis!SO.Quidnam illud eſt qđ iuxta ſaxum ſub arbore procul ap-
paret!An hæc ille proferre ſecum tibi videtur,dū eiuſmodi quædā aſpicit cuiuſmodi ſibi quandoq;
apparuerūt!PRO.Quid ni!SO.Deinde veluti ſibiipſi reſpōdens,homo ille eſt inquit:id quaſi verita
tem aſſecutus.PRO.Nimiū.SO.Rurſus forte mutata ſentētia opus quoddā a paſtoribus fabricatū
eſſe aſſerit.PRO.Maxime.SO.Q; ſi quis illi adſit,quæ animo ſecum ipſe voluerat in vocē fundens:
eadem rurſus pręſenti diceret.Ac ſermo tunc fieret:qđ ante opinionē vocauimus.PRO.Manifeſtū.
SO.At ſi ſolus ſit:hoc idem ſecū ipſe repetēs,quādoq; longū tēpus ſeruās in ſeipſo ꝓcedit.PRO.Prorſus.SO.Quid ergo:idē ipſe in iis q̄ & ego,ſentis!PRO.Quid iſtud!SO.Videt mihi tūc hoīs aīa libri
cuiuſdā ꝑſimilis.PRO.Qua ratiōe!SO.Memoria ī idē cū ſenſib⁹ incidēs,& illę quę circa iſta paſſiōes
ſūt,verba q̄dā in aīa quodāmō inſcribere mihi vident.cūq; vera cōſcribūt paſſionē hmōi verā opinio

Ex ſenſu & memoria fit hic opinio.

Anima libri & tabulæ raſę in qua nihil eſt depictū ſimilis.

nem dicimus:& orationes in nobis verę ab hoc ipſo proficiſcuntur. At cum ſcriba hic noſter falſa reſignat,contraria veris eueniunt.PRO.Omnino ita mihi videtur: & ea quę dicta ſunt libenter accipio.SO.Accipe alium eorũ quę tunc fiunt in animis noſtris opificem.PRO.Q uẽ?SO.Pictorem:qui poſt ipſum ſcriptorem,dictorũ imagines in aĩa pingit.PRO.Q uomodo hunc,& quãdo id agere dicendum?SO.Quando ab aſpectu ſiue alio ſenſu dicta,& opinione percepta,quis educens,dictorũ,& opinione perceptorũ imagines in ſeipſo quodãmodo contuetur.an hoc in nobis efficitur?PRO.Vehementer.SO.Nonne verarum opinionũ ſermonũq; imagines verę:falſę vero falſorum.PRO.Omnino.SO.Si modo recte hæc diximus,hoc in iis prӕterea cogitemus. PRO. Quid hoc?SO.Vtrum circa præſentia atq; prӕterita hoc nobis accidere neceſſe ſit,circa futura nequaq̃?PRO.Eadẽ ratione circa tempora oĩa.SO.Nonne voluptates atq; moleſtię ipſius animę proprię in ſuperioribus dictę ſunt voluptates & dolores corporis antecedere?ꝓptereaq; & prægaudere:& prӕdolere nos ob futura contingit.PRO.Vera narras.SO.Vtrum inſcriptiones atq; picturę quas pauloante nobis imprimi volebamus,ad pręſens pręteritũve reſpiciunt,ad poſterum minime?PRO.Ad omnia.SO.Num idcirco iis aſſentiris,ꝙ hęc oĩa ſpes quædã ad futurũ tempus exiſtunt: noſq; per omnẽ vitam perpetua ſpe nutrimur?PRO.Prorſus.SO. Age ad hoc pręter illa reſpõde.PRO.Quid rogas?SO.Vir iuſtus,& pius,& probus,nonne deo amicus eſt?PRO.Quid ni?SO.Iniuſtus,& improbus contra ſe habet.PRO.Contra.SO.Plurima tamẽ vt dicebamus vnuſqſq; ſpe ducitur.PRO.Sane.SO.Sermones ſunt in vnoquoq; noſtrũ,quas ſpes nominamus. PRO. Inſunt.SO. Q uinetiam phantaſmata picta. nã cuiq; licet fingere ſe cumulũ auri maximũ poſſidere,oblectamẽtiſq; variis abũdantem, omni ſuauitate perfundi.PRO.Nil ꝓhibet. SO. Num dicendũ interna hęc ſcripta bonis viris,quia deo amici ſunt:vera ſępe euadere?malis ſępenumero contra?PRO.Dicendũ certe.SO.Et malis viris oblectationes nihilominus adſunt ſępe confictę:ac deniq; falſę.PRO.Quid ni adſint? SO.Falſis igitur voluptatibus praui vt plurimũ geſtiunt,boni hoĩes veris aluñt.PRO.Neceſſariũ penitus.SO.Inſunt ergo ſecundũ hanc rationẽ falſę quędã animis hominũ voluptates:imitãtes tamẽ veras,nimiũve ridiculæ:ac dolores eodem pacto.PRO. Inſunt vtiq;.SO.An licebat ſic opinãti oĩno:quę nec fuerũt,nec ſunt,nec erũt,in ſeipſo formare?PRO.Licebat.SO.Atq; hęc erant:quę tunc opinionẽ falſam:& opinari falſo efficiebãt.An non?PRO.Erant. SO. Nõne in illis reddẽdus eſt habitus aliquis voluptatibus moleſtiiſq; contra reſpondens? PRO. Quomodo?SO.Q; licebat alicui reuera lætari,quoquo modo vel temere geſtienti:nõ tamẽ iis quę ſunt aut ante fuerũt,plerũq; etiã lętari in iis:quę nunq̃ eueniẽt. PRO. Hęc quoq; o Socrates neceſſaria ſunt.SO.Et eadẽ ratio de timoribus,& cupidinibus:cęteriſq; huiuſmodi:ſępe.ſ.illa falſa exiſtere.PRO.Eadẽ profecto.SO.Num opiniones ob aliud bonas vel prauas:q̃ ꝙ veræ vel falſæ ſint appellamus?PRO.Ob hoc ipſum. SO. Nec voluptates malas ob aliud,q̃ quia falſę?PRO.Omnino o Socrates cõtrarium ꝓtuliſti:forte enim ob falſum ſolũ voluptates,& moleſtias valde malas eſſe haudquaq̃ aſſerere decet: in maximã ac multiplicem prauitatẽ aliter incidentes.SO. Malas vtiq; voluptates,& ꝓpter prauitatẽ tales,paulopoſt ſi placuerit,referemus,falſas autem inſup alio modo:tum ſępe tum multas in nobis,& eſſe,& fieri,dicendũ eſt:hoc enim ad iudicandũ fortaſſe nobis confert.PRO.Quid ni?modo ſint.SO.Atqui o Protarche vt mea fert opinio,ſunt: hęc autẽ ſentẽtia q̃diu apud nos manet,a redargutione procul eſſe impoſſibile eſt.PRO. Probe. SO. Aggrediamur iterum athletarũ more hanc diſputationẽ.PRO.Aggrediamur.SO. In ſuperioribus diximus:ſi quidẽ meminerimus, quãdo cupiditates diuiſim nobis ineſſent,tũc corpus paſſionib9 ab aĩa diſcrepare.PRO.Recordamur:dictaq; hęc ꝓculdubio ſunt.SO.Nõne cupiebat aĩa contrariũ corporis habitũ?Receptaculũ autẽ doloris,& voluptatis quæ paſſione fit,erat corpus? PRO. Erat.SO. Collige qđ ex his ſequiť.PRO.Dic.SO.Quotiens iſta concurrũt,cõgrediunť quoq; voluptates atq; dolores,eorũq; ſenſus,quę cõtraria ſunt:qđ profecto nũc patuit.PRO.Apparet.SO.Hoc quoq; nõne inter nos conuenit?PRO.Quidnã? SO.Vtrũq; magis minuſve ſuſcipere,voluptatẽ pariter atq; dolorẽ:& ad genus infiniti referri.PRO.Conuenit certe.SO.Quędã igiť coniectura horũ recte iudicandorũ nobis adeſt.PRO.Vbinam,& quomodo? SO.Nõne propoſitũ in hoc iudicio nobis eſt paſſim dinoſcere:quænã ex his maior,quæ minor:quæ magis,quo intẽſior voluptas.ſ.ad moleſtiã,& ad moleſtiam moleſtia:ac voluptas iterum ad voluptatem?PRO.Hæc quidẽ talia ſunt:& iſtud iudicii noſtri propoſitũ. SO. Quid vero in aſpectu,eminus aut cominus magnitudines inſpicere,veritatẽ obſcurat,falſaq; opinari cõpellit:In doloribus autẽ,& voluptatibus idẽ minime fit?PRO.Multo magis o Socrates.SO.Id vtiq; illi qđ pauloante narratũ fuit contrarium eſt.PRO.Quid ais?SO.Tunc enim opiniones hæ falſę ac verę effectę dolores vna & voluptates paſſione ſua ꝓprius ĩplebant.PRO. Vera narras.SO.Nũc autẽ hæ ex eo ꝙ paſſim trãſmutare eminus & cominus videanť,& ad ſe inuicẽ cõparenť:voluptates quidẽ ad dolores:maiores vehemẽtioreſq; videnť,& dolores rurſus ad voluptates cõtra.PRO.Talia q̃dã neceſſe eſt ob eas cauſas fieri.SO.Q; ſi quãto vtraq; maiora vł minora

Voluptas & triſtitia ꝓprię animę præcedunt voluptates & dolores corporis.

Cõcludiť ineſſe veras & falſas voluptates & dolores.

q̃ reuera ſint apparēt:tūne fidē ipſe ademeris:nonne id qđ cū appareat quidē vtrūq; nō tamē ſit,neq; recte apparere dices: neq; vnq̃ eiuſmodi voluptatis vel moleſtię portiões rectas aut veras audebis aſſerere?PRO.Sic eſt.SO. Poſt haec igiť inſpiciamus,utrum hac ratione in mediū afferamus voluptates atq; moleſtias falſas multo magis q̃ iſtae ſint quę & apparent in viuētibus & exiſtunt.PRO. Quales dicis & quomodo?SO.Dictū eſt ſępenumero:ꝙ quorūlibet natura corrupta cōcretionibꝰ,ſiue diſcretionibus,repletionibus vel euacuationibus,incremētis quibuſdā vel decrementis,dolores,moleſtiae,cruciatus,caeteraq; id genus exoriuntur.PRO.Saepe iam dictū.SO. At cū in naturā ſuam reſtituuntur,reſtitutionē talē voluptatē circa nos poſuimus.PRO.Probe.SO.Quid autē cum circa noſtrum corpꝰ horū nihil accidit?PRO.At quādo id cōtigit o Socrates?SO.Nihil ad rē o Protarche iſta tua petitio.PRO. Curnam?SO.Quia nihil impedies me:qđ ante rogaueram rurſus interrogare.PRO. Quid illud?SO.Niſi fiat o Protarche tale quid dicā:quid neceſſe eſt ex hoc nobis contingere?PRO. An id dicis videlicet corpore in neutrā partē exagitato?SO.Idipſum.PRO.Conſtat o Socrates neq; voluptatē neq; dolorē eoipſo in tēpore percipi.SO.Recte nimiū reſpondiſti. Verū vt arbitror id ſentis,ꝙ neceſſe ſit ex iis vnū aliquid ſemꝑ nobis accidere,quēadmodum ſapientes tradūt,cuncta quippe ſurſum deorſumve iugiter fluūt.PRO.Ferūt ſane:nec male loqui videntur.SO.Quomodo enim male?cū mali minime fuerint. Verū impendētem ſermonē euitare volo:hac autē fugere cogito: tuq; vna mecū fugito.PRO.Dic qua?SO.Iſta ſane ſic ſe habere iis dicamus. Tu vero reſpōde: Vtrū quicquid vnq̃ patitur aīal idem & ſentiat patiendo:neq; dum creſcimus/noſipſos lateamus/neq; dum aliquid aliud huiuſmodi patimur?an cōtra oīno?ferme enim talia quędā vniuerſa nos fugiunt.PRO. Cōtra oīno.SO.Haud igitur recte dictū eſt a nobis quod modo diximꝰ,mutatiões ſurſum deorſumve factas,voluptates & dolores inferre.PRO.Cur nō?SO.Sic aūt rectius ac tutiꝰ dicere licet.PRO. Quomodo?SO.Mutationes quidē magnae voluptates doloreſq; afferunt:mediocres autē & exiguę minime.PRO.Rectiūs iſto modo q̃ illo o Socrates dicitur.SO.Enimuero ſi iſta ſic ſe habent/mox vita in ſuperioribꝰ narrata redibit.PRO.Quęnam?SO.Quā abſq; moerore & lętitia ponebamꝰ.PRO. Vera loqueris.SO.Ex iis triplicē vitā ponamus:ſuauē,triſtē,neutrā.An tu aliud ſentis?PRO.Haud aliter q̃ ita:triplicem videlicet vitam eſſe.SO.Non igitur idem erit nō dolere qđ & laetari.PRO.Nequaq̃.SO.Quotiēs ergo audis omniū dulciſſimū eſſe vniuerſam vitā ſine moerore tranſigere,qđ tūc ſibi velle id dicentē exiſtimas? PRO. Dulce eſſe,ſignificare ille mihi videtur idipſum qđ dicitur non dolere.SO.Pone tria quędā vt lubet:& vt pulchrioribus vtamur noībus,alterū aurum,argentū alterum,neutrū reliquū nominato.PRO.Ponātur.SO.Qđ horū neutrū eſt: poteſt ne alterū ex iis fieri:vel argentū vel aurum?PRO.Nequit.SO. Vita igitur media ſiquādo ſuauis vel moeſta dicitur:aut exiſtimatur:nequaq̃ recte vel exiſtimatur vel dicitur.PRO.Certe.SO.Attamen o amice aliquos haec loqui & opinari ſentiunus.PRO.Maxime.SO.An igitur gaudere tunc,quādo non moerent:exiſtimant?PRO.Aiunt quidē.SO.Nonne tunc gaudere putant?non enim pronſiciarent.PRO.Apparet.SO.Falſo de lętitia opinantur,ſiquidem vtriuſq; natura gaudii.ſ.& indolentię diuerſa eſt.PRO. Diuerſa profecto.SO.Vtrum eligemus penes nos haec eſſe quēadmodū nuper tria vel duo dūtaxat:dolorem quidē hominibꝰ malū:abſentiā autē triſtitiā,ex hoc ipſo bonā exiſtentē:dulcem cognominari?PRO.Quomodo id o Socrates,fiat a nobiſipſis quęramus:non enī intelligo.SO.Reuera aduerſarios huius o Protarche Philebi haud intelligis.PRO. Quoſnam inquis?SO.Eos qui rerum naturā praecipue callere ferūtur:qui voluptates funditus tollunt.PRO.Quid ni?SO. Dolorum effugia eas oēs vocāt:quas Philebi ſectatores nūcupant voluptates.PRO. His ne credamus o Socrates cōſulis? SO.Nequaq̃:ſed tanq̃ vatibus quibuſdā vtamur nō arte: ſed indignatione quadā nō ingeneroſae naturae vaticinantibus:& in principio a voluptatis affectu nimiū abhorrētibus:nihilq; in ea ſinceri eſſe volentibus adeo: vt ipſas quoq; eius illecebras maleficam quādā illaqueationē potius q̃ voluptatē vocēt. His ergo ad haec vtere:cōſiderans praeterea & reliqua:quibus ardentiſſime inuehuntur. Poſt haec autē quas veras exiſtimē voluptates,accipito:vt ex vtriuſq; ſermonibus vim eius conſiderātes:ad iudicandū deniq; cōparemus.PRO.Recte inquis.SO. Hos igitur tanq̃ propugnatores ſecūdum indignationis illorū veſtigium ꝓſequamur.Reor equidē tale quiddā eos innuere:altius atq; longius ordiētes:ꝙ ſi velimus ſpeciei cuiuſq; naturā cognoſcere,velut duri naturā vtrū ad duriſſima reſpiciētes,ſic maxime cognoſceremꝰ:an ad exigue dura. Oportet te o Protarche iis indignātiū interrogationibus quēadmodū & mihi reſpōdere.PRO.Oportet ſane:illiſq; reſpōdeo,ad primas magnitudines ſuſpiciendū.SO.Si voluptatis genus quā naturā habeat noſſe velimus:nō in paruas voluptates longeq; a ſuprema remotas:verū in eas quae ſupremę vehemētiſſimęq; dicunť,aſpiciendū. PRO. Quilibet nunc iſta tibi cōcederet.SO.Nōne in prōptu pręcęteris poſitę ſunt,quę maxīę voluptates ſunt,vt ſępe iam dicimus,ipſę ſcilicet circa corpus?PRO.Quid ni?SO. Vtrū vehemētiores in aegrotantibus q̃ bene valentibus reperiuntur?Caueamus obſecro:ne temere reſpondentes delinquamus,

Magnae mutationes voluptates & dolores afferūt,exiguae nequaq̃.

Triplex vita ſuauis triſtis neutra.

Repellit quidam opinio:

Opinio quorūdā voluptatem tollentiū. Voluptates eſſe effugia dolorum.

Quae ſpectāda quū ſpeciē dignoſſe oporteat.

Vtrū voluptates maiores in ſanis an in aegris.

PRO.Quonam pacto? SO. Forte enim in bene valentibus fateremur.PRO. Veriſimile eſt.SO.An non voluptates illę excedunt magnópere:quarum ardentes cupidines adſunt?PRO. Verum id eſt. SO.Nonne febribus & huiuſmodi morbis affecti homines & ſitiunt vehementer & algent:& quodcunq; pati corpore conſueuerũt,magis admodũ q̃ cæteri patiunt? quo fit:vt magis indigeant:indigentiáq; replentes,vehementius delectẽtur. An verum hoc eſſe negabimus?PRO.Omnino vt dictũ eſt apparet.SO.Quid vero num recte ſentire videbimur aſſerentes: ſiquis ingentiſſimas voluptates cernere velit,non ad ſanitatẽ,ſed ad morbũ reſpiciendũ? Et vide ne me hac mente rogare te cenſeas, pluribus ne oblectationibus ægrotantes q̃ bene valentes deliniant: ſed magnitudinem & vehementiam voluptatis vbinam fiat interrogare putato:perſcrutãdum quippe qua conſtet natura,prædiximus:quáve dicant:qui nullo modo eſſe illam aſſeuerarunt. PRO. Teneo pene qđ inquis.SO. Forte nil minus o Protarche oſtendes.Reſponde modo.In laſciuia & petulantia non plures inquã: ſed vehementiores & intenſione maiores voluptates q̃ in vita tẽperata vides. Dic amabo,mẽtem adhibẽs. PRO.Percepi quid velis,& exceſſum cerno q̃plurimũ. SO. Temperatos nẽpe prouerbium nihil nimis pręcipiens ſemper continet:& huic illi obtemperant. Intemperantes autem & diſſolutos homines voluptatis feruor ad furorem vſq; occupãs immoderatis clamoribus exultare compellit. PRO. Recte loqueris.SO.Et ſi verum hoc eſt: patet in quadam deprauatione,tum animæ,tum corporis: potiuſq̃ in virtute vehementes voluptates,vehemẽteſq; cruciatus conſiſtere.PRO.Patet certe.SO. An non aliquas e multis elicere decet inueſtigãtes qua ratione ingentes vocari debeant? PRO. Neceſſe eſt.SO. Aduerte itaq; talium morborũ voluptates qua ratione ſe habeant. PRO.Qualiũ?SO. Deformiũ voluptates,quas illi,quos indignãtes vocauimus,penitus horrent. PRO.Quales inquã? SO.Velut in ſcabiei medela quæ fricãdo fit,cæteriſq; huiuſmodi:haud alio pharmaco indigẽtibus. hanc paſſionem proh dii immortales,voluptatẽ ne an dolorem potius nuncupabimus? PRO. Malũ quiddam o Socrates mixtum hoc eſſe videt.SO. Non tamen Philebi gratia in hunc ſermonẽ incidimus.Sed quia niſi hæ voluptates,& quę haſce ſequũtur,inſpiciantur:nunq̃ ferme qđ quæſitũ nunc eſt,diiudicare valebimus.An non ad iſtarũ cognatas pergendum eſt?PRO. Num eas inquis:quę in mixtione cõmunicant?SO.Has ipſas.Sunt igitur mixtiones corporis quidẽ ipſius in corporibus, animæ in anima.Et dolores animæ,& corporis voluptatibus mixtos reperiemus:eamq; vtroruſq; commixtionẽ interdum voluptatẽ,interdum vero dolorem cognominatam.PRO.Quonam pacto?SO. Vt ecce,cum quis in reſtitutione:vel corruptione ſimul contraria patitur:algens ſæpe caleſcit:& calens aliquando refrigeſcit:quęrens vt arbitror id aſſequi:illud abiicere. Qđ vtiq; dicitur,amaro dulce permixtũ,cum difficultate reiectionis adſiſtens:moleſtiam: ac deinde agreſtem congreſſum conficit.PRO.Præcipue verũ eſt,qđ in præſentia dicitur.SO.Nõne harum mixtionum quędam ex ęquo vtrinq;,quædam ex alterutro excedẽte conflantur?PRO.Nihil prohibet.SO.Dic igitur ex earũ numero quę doloris pluſq̃ delectationis continent/eas eſſe quę ſcabiẽ ſequũtur:& quę titillatiões: quando quod intus eſt/feruet atq; tumeſcit:neq; perfricando aut exagitando quis attingit:quod vero circa cutem eſt ſolum,diffundit. Tum ſane illa ferentes ad ignem/& in contrarium ambiguitate quadam ſępenumero tranſmutantes inextimabiles voluptates pariũt:aliquãdo contra interioribus ad exteriorum moleſtias voluptatibus mixtas:in vtram partem declinatio fiat/exhibẽt ex eoq; cõmixta per violentiam diffundant:vel diſperſa confundant/ſimulq; voluptatibus dolores admoueãt.PRO. Vera narras.SO.Nonne iterum cum voluptas amplior ſecundum talia vniuerſa cõmiſcetur,tunc portio doloris innexa titillat:& leui quadam triſtitia afficit?Atq; iterũ voluptatis vberior pars ĩfuſa prouocat,& interdũ proſilire compellit,& omniformes colores,omnigenas figuras,omnimodos ſpiritus cum omni incitamento,& exclamationes cum inſania parit?PRO.Summopere.SO.Cogit prętерea o amice de ſe,tum ipſum,vel tum alium exclamare,ꝙ his voluptatibus delinitus ac liqueſcens propemodũ moritur:eoq; magis eiuſcemodi voluptates ſectatur quiſq;,quo intẽperatior quis & imprudẽtior eſt.Atq; has inſup ſummas oblectationes prędicat: & eũ qui iis delitiis totam vitam mulcet,beatiſſimũ arbitratur.PRO.Omnia quę apud multos in exiſtimationẽ veniunt o Socrates collegiſti.SO.De voluptatibus o Protarche quæ in cõmunibus corporis paſſionibus extrinſecus intrinſecuſve miſcentur,eſt dictum.De iis vero quæ miſcentur in anima,contraria quędam ad corpus coniiciuntur,voluptatẽ.ſ.cũ dolore,& dolorem cũ voluptate in vnam mixtionẽ concurrere.Et hæc in ſuperioribus percurrimus,ꝙ quando exhauritur,repletionẽ cupit:& ſperans gaudet,exhauſtus angitur. Iſta tunc quidem teſtimoniis minime confirmauimus: nunc vero dicimus ꝙ anima a corpore diſcrepante in iis omnibus quorum haud ſatis multitudo cõprehenditur:mixtio vna doloris,& voluptatis emergit.PRO.Recte nimiũ loqui videris.SO. Vna præterea doloris voluptatiſq; congreſſio reſtat.PRO.Quęnam?SO.Quã ſæpe ipſam in ſeipſa animã accipere diximus.PRO.Qua ratione hoc aſſerimus?SO.Iram:timorem:deſiderium: lamentationem: amorem:æmulationem: inuidiam:

Sentẽtia quorundã de ingẽti voluptate.

Mixtiões voluptatis & doloris in corpore.

Mixtiões voluptatis & doloris animę in anima.

Voluptates animæ in anima.

& huiuſmodi reliqua. An non hęc omnia dolores quoſdã ipſius animę ponis? PROTAR. Equidem. SO. Nonne dolores huiuſmodi plenos miris quibuſdã voluptatibus inuenire licet? An forte in memoriam nobis illud reducere oportet? q̃ quẽadmodum apud Homerũ accidit virum vel prudẽtem iraſci: eo tamen pacto vt eius affectus dulcior mellẽ ſit iugiter diſtillãte: ſic cõtingat in vita vt aliqua iræ dulcedo miſceatur: et voluptates in lamentationibus atq; deſideriis triſtitiæ mixtæ ſint: PRO. Nequaq̃: verum ſic hęc nec aliter accidunt. SO. Quinetiã meminiſti eos qui tragicis ſpectaculis adſtãt: dum delectantur, ſæpe lugere. PRO. Memini. SO. Et in comoediis animi noſtri affectũ ad oblectationem ſimul atq; moerorẽ declinare ſenſiſti. PRO. Haud ſatis aduerti. SO. Non enim facile eſt o Protarche affectum huiuſmodi vbiq; cõprehendere. PRO. Non certe vt mihi videtur. SO. Ipſum igitur tãto magis accipiamus, quãto eſt obſcurior: vt in cæteris facilius quis voluptatis triſtitięq; cõcurſum percipere valeat. PRO. Dic iam. SO. Inuidiæ nomẽ pauloante inductũ: vtrum dolorẽ quẽdam ſignificare cenſes, nec ne? PRO. Cenſeo. SO. Inuidus tamẽ proximorũ aduerſis lætari deprehẽditur. PRO. Vehemẽter. SO. Malum quidẽ ignorantia eſt: & vt nũc loquimur, ſtolidus habitus. PRO. Quid ni? SO. Ex his aſpice ridiculum ipſum quã naturã habeat. PRO. Dic modo. SO. Eſt vtiq; ſummatim deprauatio quædã habitus alicuius denominata: & ex omni genere improbitatis ea eſt: quę cõtrariam conditionẽ habet, q̃ delphica ſcripta pręceperint. PRO. Inquis o Socrates, præceptũ hoc, noſce teipſum? SO. Aio. Oppoſitum huic eſſet, ſi forte præciperetur: Nullo modo teipſum noſce? PRO. Eſſet. SO. O Protarche conare nunc id trifariã diſtribuere. PRO. Dic tu, ego enĩ nequeo. SO. Ais ergo me nũc iſtud diuidere oportere? PRO. Aio equidẽ. & qđ maius eſt obſecro. SO. Nonne quiſq; ex iis qui ſeipſos ignorant, ſecundũ tria id neceſſario partitur? PRO. Quomodo? SO. Primo enim ſecũdum pecunias. opulentiorem quippe q̃ ſit aliquãdo ſeipſum exiſtimat. PRO. Multi quidem ita decipiuntur. SO. Plures etiam: qui maiores formoſioreſq; ſe putant: & quæcunq; ad corpus attinent: ſupra q̃ veritas patiatur habere. PRO. Plures profecto. SO. Plurimi deniq;, qui animi dotes maiores q̃ habeant habere ſe putant. PRO. Et maxime quidem. SO. Quãtum vero ad virtutes animi pertinet: nõne vulgus ſapiẽtiam prorſus ſibi vendicans: plenũ eſt cõtentionibus falſaq; ſapientię ipſius opinione? PRO. Quid ni? SO. Si quis ergo paſſionem hanc omnẽ malum quiddam vocarit, recte nimium appellabit. PRO. Maxime. SO. Hoc iterum o Protarche bifariam partiendum ſi debemus ridiculam inuidiam cognoſcentes miram voluptatis, & modeſtiæ mixtionem inſpicere. PRO. Quomodo bifariam partiendum? SO. Ita: quicũq; hãc falſam de ſe opinionem ſtulte præſumunt, quẽadmodum & omnibus hominibus, ſic & iis etiam accidat, neceſſe eſt: vt quidam eorum robur ac potentiam in iis quæ profitentur, poſſideant: quidã vero nequaq̃. PRO. Neceſſarium eſt. SO. Hac ergo ratione diſtingue: quicunq; ex iis imbecilles ſunt: neq; vlciſci iniurias: neq; ſibiipſis opem ferre valent, merito ridiculi nuncupantur: qui vero poſſunt, terribiles, & robuſti, & hoſtiles iure vocantur. Ignorantia enim potentũ robuſtorũq; hoĩm hoſtilis atq; teterrima res eſt. hæc enim, & quęcũq; eius ſimilia, proximis oĩb9 noxia. ſin autem imbecillis ignorantia ſit, ridiculorum naturam ſubit. PRO. Recte loqueris. Attamen voluptatis doloriſq; concurſus, nondũ in iis nobis patuit. SO. Liuoris primo vim accipe. PRO. Dic. SO. Triſtitia quædam: & lætitia iniuſta eſt. PROTAR. Neceſſariũ hoc eſt. SO. Aduerſariorum malis lætari nec iniuſtum nec inuidum eſt. PROTAR. Non. SO. Malis autem amicorum lætari potiuſq̃ triſtari, nonne inuidi eſt atq; iniuſti? PROTAR. Eſt. SO. Ignorantiam omnibus malam eſſe diximus. PROTAR. Et recte quidem. SO. Amicorum igitur præſumptionem ſapientiæ atq; pulchritudinis, & quotcunq; pauloante diximus tribus in ſpeciebus fieri: ridicula quidem cum imbecillia, odioſa vero cum valida: hunc inquã amicorum habitum nonne fatemur: cum quis habet innoxium aliis eſſe ridiculum? PROTAR. Fatemur ſane. SO. Hunc quoq; cum ignorantia ſit, malum eſſe? PROTAR. Certe. SO. Lętamur ne, an triſtamur, dum hunc irridemus? PRO. Lætamur plane. SO. Voluptatem vero in amicorum malis, nonne a liuore proficiſci prędiximus? PROTAR. Certe. SO. Nos igitur in amicorum rebus ridiculis ſubridentes miſcere voluptatem dolori, dum inuidiæ lætitiam addimus, ratio iſta concludit. liuorem quippe triſtitiam quãdam animæ iandudum eſſe conſtitit: deriſionem vero lætitiam: ſimulq; hęc eo in tempore congredi patuit. PROTAR. Vera loqueris. SO. Ratio igitur nobis hæc dictat: nos non modo in ipſis ſpectaculis res geſtas repræſentantibus: & in aliis multis eodem pacto, ſed in totius vitæ quadam veluti tragoedia atq; comoedia dolores voluptatibus immiſcere. PROTAR. Impoſſibile eſt iſta tibi o Socrates nõ cõcedere, etiã ſiquis alteri parti potiſſimũ adſtipularetur. SO. Iram, deſiderium: lamentationẽ: metum: amorẽ: ęmulationem: inuidiam ꝓpoſuimus: cæteraq; huiuſmodi: in quibus ea quę iã ſæpe repetimus, coire nos diximus reperturos: an non? PRO. Ita. SO. Num aduertimus de lamentatione: ira: atq; inuidia ſuperiora pertractauiſſe? PROTAR. Quid ni aduerterimus? SO. Multa igitur reſtant. PRO. Multa. SO. Ob quã vero potiſſimũ cauſam mixtũ in comoediis affectũ declaraſſe me tibi exiſtimas? nõne fidei gratia? quia

Nomen inuidiæ nouũ fuiſſe.

Cognomina ignorantiæ.

Quis ſit ridiculus.

Ignorãtia potentũ teterrima res.

Quæ liuoris vis.

ipſa in amorib⁹ timoribuſq;,& aliis mixtio facilius oſtēdi poteſt.Quā tu ex teipſo dinoſcēs:& quę di
cta ſunt ſeruās,me dimitte:nec me cogas ad illa ſingulatim ordine deſcendentem:in longū diſputa-
tionē ꝓducere.Verū ſimpliciter id accipito:& animā abſq; corpore:& abſq; aīa corpus:& mutuum
etiā vtrorūq; cōgreſſum,in oībus perturbationibus voluptatis,& doloris habere cōcurſum.Dic er-
go:num me dimittas,aut ad multā noctem detineas.Reor enim te ſi pauca quędā dixero:me dimiſ-
ſurum.nam horū omniū craſtinū tibi ſermonē polliceor:in pręſentia vero ad iudiciū qđ Philebus in-
ſtituit,pergere cupio.PRO.Praeclare inquis o Socrates:& idcirco quę reſtant vtcunq; tibi placuerit,
enarrato.SO.Secundū naturā quidē poſt mixtas voluptates neceſſitate quadā ad puras quodāmo-

De puris voluptatibus.

do deueniemus.PRO.Recte nimiū.SO.Conabor equidem permutando nobis eas ſignificare.Dicen
tibus voluptates oēs dolorū ſedationes eſſe haud prorſus aſſentior.Caeterum vt dixi,iis quaſi teſtib⁹
vtor ad oſtendendū pleraſq; videri cū nō ſint,voluptates:nec nō aduerſus eas,quę cū ingentes mul
taeq; appareant mixte tamen triſtitię ſunt:& in ſedatione quadam ingentium dolorum circa corpo-
ris animęq; defectum verſantur.PRO.Quas deniq; voluptates veras o Socrates merito cēſere quis

Quae verę voluptates.

debet?SO.Eas vtiq; quae circa decoros colores atq; figuras:& odores plęroſq;,& harmonias cōſiſtūt,
& quaecunq; indigentias habent ſenſibus occultas ac ſine moleſtia.repletiones vero patentes,& ſua-
ues,& triſtitia vacuas exhibent.PRO.Qua ratiōe o Socrates hęc ſic dicimus?SO.Certe quę loquor:
haud ſtatim perſpicua ſunt:verūtamen explicare conandū.figuarū enim pulchritudinē:nō vt ple-
riq; forſitan intelligerēt:vtputa animaliū:vel picturarū quarūdam dico:ſed rectum quiddam,& cir
culare:& ab iis ea ꝗ tornis fiunt:plana vel ſolida:& quae canonibus.i.regulis atq; angulis conſtruun-
tur:ſi modo haec tenes.haec ſiquidē nequaꝗ ad aliquid aliud reſpicientia quēadmodum caetera pul-
chra dico:ſed pulchra ſemp ſuapte natura,voluptates ꝓprias nullo modo motuum delectationibus
conuenientes,habentia colores item eadē ratione pulchros atq; gratos eſſe.ſed nūquid intelligimus?
vel quid ſupereſt?PRO.Annitor equidē o Socrates:verū ipſe quoq; lucidius explicare nitere.SO.Di
co praeterea,& vocum oblectamenta perſpicua nimiū atq; ſuauia:vnam aliquā puram penitus cōci
nētia melodiam:ad nihil aliud comparata:ſed natura perpulchra:& innatas afferentia voluptates.

Genus voluptatū odores ſequētiū:minus diuinū.
Diſciplinarū voluptates duplices.

PRO.Hoc quoq; verū eſt.SO.Genus autē voluptatū odores ſequentiū,minus diuinū eſt:ꝙ autem
ipſis neceſſarii dolores nequaꝗ miſcent:& vbicūq;,& in quocūq; id ineſſe cōtingit,hoc illis oīne op-
poſitū ponerē.Atq; ita duas voluptatū ſpecies modo intelligas:iam collegim⁹.PRO.Intelligo.SO.
Hic item diſciplinarū voluptates addamus,ſi & iſtę famem diſcendi nequaꝗ continere vidētur:neq;
propter diſciplinarū auiditatem a principio dolores inferre.PRO.Aſſentior.SO.Quid vero,ſiquis
doctrina imbutus,inde obliuiſcatur,nonne triſtitiā quādam ſequi vides?PRO.Non natura quidē:
ſed quadā paſſionis cogitatione,cū quis orbatus ꝓpter indigentiā triſtatur.SO.Caeterū o beate:nos
in pręſentia non opinionis:ſed naturae paſſiones tractamus.PRO.Vere aſſeris ꝙ doctrinae obliuio
abſq; triſtitia fiat.SO.Voluptates igitur diſciplinarū doloris expertes,nec multorū hominū,ſed pau
corū admodū eſſe fatendū.PRO.Fatendum ꝓculdubio.SO.Poſtꝗ voluptates puras ab impuris ſe-
creuimus,addēda eſt iā vehemētibus voluptatib⁹ immoderatio,remiſſioribus moderatio.Eaſq; etiā
quę intēſius:remiſſius:magnū:paruū:raro:crebro,ſuſcipiūt,ad infiniti gen⁹ qđ per animā corpuſq;
ſecundū magis minuſve diſcurrit:referre decet:quae vero iſta non capiunt,& ad cōmenſurati genus
potius referendae.PRO.Recte inquis o Socrates.SO.Poſt haec id inſuper circa voluptates inſtituen
dum.PRO.Quid iſtud?SO.Vtrum dicēdum ſit conferre ad veritatem,purum ipſum atq; ſincęrū?
an vehemēs:multū:magnum:ſufficiens?PRO.Quid tibi vis:dum iſta rogas o Socrates?SO.Nihil
o Protarche in ipſa diſceptatione voluptatis,& ſcientiae praetermittere vellem.ſiquidem vtriuſq; il-
lorū portio quaedam pura:quaedā impura eſt:vt vtrunq; purū in iudicium veniens,& mihi,& tibi,
& iſtis deniq; cūctis ad iudicandū,ſe apertū expeditūq; prębeat.PRO.Scite.SO.Age igitur de oībus
quae genera pura vocamus,in hunc modū cogitemus,vnū aliquod ex illis primū in medium inducē
tes.PRO.Quid potiſſimū eliciemus?SO.Album ſi vis.primo genus cōſideremus.PRO.Volo equi-
dem.SO.Quo modo ita albi,& quae puritas erit?Vtrum qđ maximū quiddam eſt ac plurimum,an
quod ita ſincęrum,vt nihil in eo coloris alterius inſit?PRO.Cōſtat plane,quod pręcipue ſincęrū eſt.
SO.Probe,nōne hoc veriſſimū o Protarche,& pulcherrimū alborū omniū affirmabimus:nō autē qđ
plurimū aut maximū?PRO.Recte.SO.Si ergo qđ paruū purūq; albū eſt,mixto multoq; albo,albius
pulchriuſq;,& verius eſſe dicam⁹,recte penit⁹ aſſerem⁹?PRO.Recte ꝓculdubio.SO.Nunqđ exēplis
hmōi plurib⁹ ad iudicādū voluptatē egebim⁹?an poti⁹ hīc noſſe ſufficiet,ꝙ vniuerſa voluptas par-
ua ꝗ magna,pauca ꝗ multa mō a dolore remota ſit ſuauior eſt,& verior ac deniq; pulchrior?PRO.

Voluptatis generationē ſēp eſſentiā vero nūꝗ exiſtere.

Exēplū id vnicū ſat eſt.SO.Quid vero ad hoc?An audiuim⁹ voluptatis qdē generationē ſemp:eſſen
tiā vero nūꝗ exiſtere?Modeſti enim qdā,& faceti viri hoc ferūt:eiſq; gr̄a habēda eſt.PRO.Quid tū?
SO.Viſne id interrogādo ꝓcurrā?SO.Dic,& interroga modo.SO.Sūt igiť duo qdā:vnū qdē ſecū-

dum ſeipſum:alterũ ſemp aliud appetens.PRO.Quã rationẽ:& quæ iſta eſſe dicis? SO. Hoc ſuapte natura ſummopere venerãdum:illud vero deficiens.PRO.Exprime clarius.SO. Vidimus ſæpenumero pulchra quædã bonaq; obiecta:& quoſdã inſuper:qui ea nimiũ affectarẽt. PRO. Vidim⁹.SO. Iſtis ergo duobus exiſtentibus duo quædam alia conſimilia quęre:per omnia quęcũq; dicimus alteri tertiũ eſſe.PRO. Profer obſecro Socrates clari⁹ adhuc qđ ſentis.SO. Nihil variũ o Protarche,ſed iocamur.Dicimus autẽ q ex iis quæ ſunt:aliquid ſemper eſt alterius gratia:aliquid vero cuius gratia ſemper id qđ alterius gratia fit:efficitur.PRO. Vix tãdem ob crebram repetitionẽ percepi.SO.Forte etiã procedente diſputatione clarius cõprehendemus.PRO. Quid ni?SO. Duo hæc altera iterũ adſumamus.PRO.Quænam?SO.Alterum quidẽ omniũ generationẽ:eſſentiam alterũ.PRO.Equidem duo hæc abs te accipio eſſentiã:& generationẽ.SO.Recte:vtrũ autẽ horum alterius gratia dicimus?generationẽ ne eſſentiæ gratia?vel eſſentiam inquantũ eſſentia nuncupatur,hoc eſt ſecundũ id qđ exiſtit,gratia generatiõis?An percipis?PRO. Videor:ſed per deos quid me interrogas?SO.Eiuſcemodi aliud o Protarche interrogo:num fabricatio nauium nauigii gratia fit?An cõtra nauigium fabricationis nauiũ?Et de oĩbus quęcũq; talia ſunt idẽ dico.PRO.Cur non ipſe o Socrates tibi ipſi reſpondes?SO.Nihil prohibet:Attamen tu quoq; concurre.PRO.Immo.SO. Generationis gratia in quã pharmaca & organa oĩa omnẽq; materiam oĩbus adhiberi: ſingulas autem generatiões ſingularum eſſentiarũ:vniuerſam deniq; vniuerſæ eſſentię gratia. PRO.Perſpicue admodũ. Nonne & voluptas,ſi quidem generatio eſt,alicuius eſſentię gratia neceſſario fiet:PRO.Quid ni?SO. Quod tale eſt:vt eius gratia fiat,qđ ſemp alterius gr̃a fit,in boni ſorte locatur:qđ vero alterius gratia : in aliã ſortẽ o vir optime reducendũ videtur.PRO.Neceſſarium id oĩno.SO.Quãobrem ſi voluptas generatio eſt,ad aliam q̃ boni ſortem merito referemus. PRO. Merito certe. SO. Nonne vt in principio diſputatiõis huius prædixi: dicenti voluptatis quidẽ generationẽ,eſſentiã vero nullam exiſtere,habenda gratia eſt?Conſtat enim hunc voluptatẽ bonum prædicantes:penitus deriſurum.PRO.Magnopere.SO.Quinetiã hic idẽ eos qui generatiõi impẽſius ſtudẽt,ridebit atq; deſpiciet.PRO.Quo pacto:& quales ais?SO.Eos qui dum famem ſitimq; reſtingũt: vel aliquid aliud ex iis quę generatio curat ac ſedat,generatione lætant:quaſi ipſa ſit:aiuntq; vitã ſe minime electuros,niſi ſitiant:& eſuriant:atq; aliis quę hæc ſequũtur:afficiantur.PRO. Videntur ſane.SO.Eius autẽ qđ fieri eſt,cõtrarium deſtrui ipſum cuncti fatemur.PRO.Neceſſario.SO. Corruptionẽ generationẽq; eligit quiſq; hęc expetit:nõ autẽ tertiã illã vitã,quã & lętitia & triſtitia vacuã,intelligẽtię vero quoad fieri poteſt puriſſimę cõpotẽ propoſuim⁹. PRO.A ratiõe ꝓcul o Socrates erit,quicunq; voluptatẽ nobis,bonũ aſſeuerabit. SO. Procul admodũ:quãdo quidẽ & hac prętereã ratiõe oſtẽdere licet.PRO.Qua?SO. Cur enim nõ abſurdũ ſit,cũ nihil bonũ decorũve ſit,ſiue ĩ corpore,ſiue in aliis vllis prąterq̃ in aĩa:in ea tamẽ ſolũmodo voluptatẽ bonũ vocare?fortitudinẽ vero:tẽperantiã:intelligentiã:ac reliqua quęcũq; bona ſortit⁹ eſt anim⁹,minime!Ac pręterea hoĩem voluptatis expertẽ:dolore vero affectũ:malũ tunc,dũ dolet aſſerere:licet omniũ optimus ſit:& eũ cõtra:qui voluptatib⁹ delinitur:quo magis geſtit,eo virtute pręſtantiorẽ dicere.PRO.Hæc o Socrates oĩa ſupra q̃ dici poſſit abſurda ſunt.SO.Ne tamẽ voluptatis vniuerſæ examinationẽ penitus ꝓſequi,mentẽ vero,& ſcientiã ꝑtermittere videamur,age iã ſiquid ſordidũ adiacet illis,excutiamus. Donec ad puriſſimã eorũ naturã deniq; penetrãtes,& ipſam inſpiciẽtes,ad ipſum iudicium,tum harũ,tum voluptatis partibus veriſſimis vti poſſimus.PRO.Scite.SO.Nõne aliud nobis ſcientiã circa doctrinas:aliud circa educationẽ vel nutritionẽ exhibet?PRO.Sic eſt.SO.In iis facultatibus primũ quæ manibus vtũtur:inueſtigemus:vtrũ in illis aliquid ſcientiã magis,aliquid minus inſit : oporteatq; aliquid puriſſimũ impurius aliquid arbitrari.PRO.Decet profecto.SO. Præcipuas vtiq; a ſingulis diſcernendũ. PRO. Quales,& quo pacto?SO. Vt ecce ſiquis ab oĩbus artibus ſegregaret numerãdi dimetiendiq;,& ponderãdi peritiam:vile quiddã vt ita dicam eſſet:qđ vniuſcuiuſq; reſtaret.PRO. Vile profecto.SO.Reſiduũ quippe imaginatione quadã ac ſenſuũ experientia & exercitatiõe:coniecturiſq; incederet: quas pleriq; artes vocant:cura,& labore vim adeptas.PRO.Neceſſaria prorſus inducis. SO. An nõ vbi muſica iis plena eſt,concẽtum primo cõtẽperat,nõ mẽſura:ſed diligẽtiæ potius cõiectura: & vniuerſa eius pulſandi facultas mẽſurã chordę cuiuſq; coniectura morę ꝑquirit:adeo vt obſcuritatẽ plurimã mixtam habeat:ſtabilitatẽ vero ꝑpaucam! PRO. Veriſſime.SO.Quinetiã medicinã:agriculturã:gubernatoriã:militarẽ ſimiliter inſtitutas eſſe reperiem⁹.PRO.Quã maxime.SO. Architecturã vero mẽſure plurimę,& inſtrumẽta: quib⁹ frequẽtius vtiť vt ꝑſpicacẽ maxime,ita maxime præ multis facultatib⁹ artificioſam efficiũt. PRO.Quonã pacto?So.In ipſa ꝑfecto nauiũ,& domorũ cõſtructiõe:multiſq; aliis ad lignariũ fabrũ quodãmodo ꝑtinẽtibus vtiť amuſſi regulaq;, torno,circino,filo,ꝑpẽdiculo:inſtrumẽto quoq; ad dirigẽda ligna idoneo.PRO.Recte admodũ o Socrates inqs.SO. Ponamus igiť eas q̃ dicũtur artes ĩ ordine duplici:muſicã qdẽ ĩ opib⁹ ſectãtes ꝑſpicacię minoris ꝑticipes:architecturę ve

Q: voluptas nõ ſit bonũ.

Id cuius gr̃a fit:bonum.

Abſurda dicentium ſolam voluptatẽ eſſe bonum.

De puritate ſcientiarum.

Potiſſima in artibus.

Muſica vſuaria & ſine menſura.

Debilitas medicinę agriculturæ gubernatoriæ militaris.

Nobilitas architecturæ.

Artes in duplici ordine.

ro pediſſequas aliquáto maioris.PRO.Ponam⁹.SO.Harum omniũ perſpicaciſſimas,quas paulo ani
te primas vocauimus.PRO.Numerandi peritiã:& quas cũ illa ſupra iunxiſti,innuere nunc mihi vi
deris.SO.Prorſus:ſed num o Protarche has iterũ duplices affirmare,an aliter debem⁹?PRO.Quas

Arithmetica duplex vulgarium & philoſop.

inquis?SO.Arithmeticam primo,nonne aliã vulgariũ,aliam philoſophantiũ?PRO.Quanam ratio
ne quis partiẽs aliam atq; aliam arithmeticam aſſeret?SO.Haud exigua diſcrepãtia o Protarche.Illi
porro vnitates inęquales eorum,quę ſecũdum numerũ ſunt,dinumerant:veluti duos exercitus:bo-
ues duos:duo quę minima:duo etiã quę maxima:hi vero nunq̃ eos ſequerẽtur,niſi quis partiũ vni-
tatem aliã ab alia vnitate nullo diſcrepantẽ poſuerit.PRO.Q̃ optime loqueris,dum multam infers

Geometria duplex.

diuerſitatẽ eorũ qui circa numerũ verſant̃:adeo vt decens ſit,in duo quędã diuidere.SO.Quid vero
cõputandi:& dimetiendi ſecundũ architecturam mercaturã ve facultas,itemq; ſecũdũ philoſophiã
geometria ratiocinatioq; diligẽs:vtrũ vna quędã an duę potius artes?PRO.Priorem ego reſponſio
nem ſequutus:mea quidem ſentẽtia duas eſſe ponerem.SO.Probe:ſed num intelligis cui⁹ gratia in
mediũ hęc induximus?PRO.Forſitan:attamẽ quod nũc quęſitũ eſt explanare te velim.SO.Diſpu-
tatio noſtra quę iam diu proportionẽ quãdam ęqua diuiſionis cõuerſione voluptatibus reſpondentẽ
quęrit:videtur mihi nunc nõ minus q̃ ab initio aſſecuta fuiſſe quod quęrit:dũ indagat:num ſit ſcien
tia quędã alia ſciẽtia purior,quẽadmodũ voluptate voluptas.PRO.Cõſtat horum gratia iſta tracta
ta fuiſſe.SO.Quid autẽ nõne in ſuperioribus aliam artem in alia eſſe repertũ eſt:clarioreq; aliam:&

Artes differunt vt ſunt philoſophantis & non philoſophantis.

obſcuriorẽ aliam?PRO.Maxime.SO.In iis autẽ an non artem quãdã ratio velut aequiuocã proferẽs
& quaſi vnã innuens,rurſus quaſi duę ſint:inquirit:num perſpicuitas puritaſq; illarũ penes philoſo
phantes aut nõ philoſophãtes exiſtat?PRO.Et maxime quidem id inquirere mihi videtur.SO.Qua
le huic reſpõſum o Protarche reddemus?PRO.O Socrates ad miram ſciẽtiarũ differentiã declaran-
dam deſcẽdim⁹.SO.An nõ reſpõſio facilis?PRO.Quid ni?aſſeramus itaq; has artes longo interual-
lo a caeteris diſcrepare.Ab iis pręterea legitimorũ philoſophorũ artes mirum in modũ ſincęritate:&
veritate circa menſuras numeroſq; differre.SO.Sunto igitur iſta ex tua ſententia:noſq; tibi creden-
tes audacter importunis diſputatoribus reſpõdeamus.PRO.Quidnam?SO.Duas arithmeticas eſ
ſe ac duas metiendi artes aliaſq; facultates harum comites plurimas:geminationẽ habẽtes huiuſmo-
di:& in nomine vno cõmunicãtes.PRO.Demus ſecũda fortuna his quos importunos vocaſti reſpõ-
ſionẽ hanc o Socrates.SO.Has ne ſciẽtias q̃ maxime ſincęras atq; ſupremas aſſeueramus?PRO.Om

Logica artibus oib⁹ praefertur.

nino.SO.Verũtamen o Protarche nos differẽdi facultas ipſa renueret:ſiquã ipſi aliã praeferremus.
PRO.Quã rurſus hãc dicere decet?SO.Eam quę omnẽ modo inductã peritiã noſcit.hãc enim cum
circa id qđ eſt,& vere eſt,& ſemper eodẽ modo ſe habet,verſetur,arbitror omnes,quibus modo aliqđ
ſanę mentis adſit,longe omnium veriſſimã cognitionẽ eſſe protinus conceſſuros.Tu vero o Protar-

Gorgias prętulit artẽ dicẽdi cunctis artibus.

che quid ſentis?PRO.Gorgiã ſępe audiui dicentẽ perſuadendi facũdiam artibus cunctis pręcellere:
quippe quę cũcta nõ vi:ſed ſpõte ſibi ſubiiciat:longeq; omniũ artiũ optima ſit.Nũc vero nec tibi,nec
illi aduerſari velim.SO.Arma mihi videris dicere voluiſſe:verũ pudore adduct⁹ ꝑtermiſiſſe.PRO.
Sunto hęc vt lubet.SO.Ego ne in cauſa ſum vt min⁹ bene acceperis?PRO.Quid?SO.Nondũ o ami
ce Protarche quę ars aut ſcientia,oĩbus antecellat:eo ꝙ maxima potiſſimaq; & vtiliſſima omniũ,ex
te quęſiui:verum quę ꝑſpicuum,ſincęrum,veriſſimũ contempletur:q̃uis parua ſit ac minime vtilis:

Determĩatio duarũ artium quarũ alterutra videt̃ aliis praecellere.

hoc profecto eſt:qđ modo quaerimus.At vide nihil Gorgiam laceſſas,ſi eius arti vtilitatis laudẽ pręſtantiãq; concedas:ei vero quã ipſe modo narraui facultati veritatis pręcellentiã tribuas:quẽadmo-
dum ſupra de albo dixeram,ꝙ licet paruum:ſi tamen purum eſſet:multo:& in puro ſecundũ verita
tis exceſſum praeſtaret.Et nunc quidẽ ſufficienter diſcutientes,ne reſpiciamus in vllas diſciplinarũ
vel cõmendationes vel cõmoda.Sed ſiqua ex natura ſua vis animi veritatẽ amare inducitur:eiuſq;
gratia cuncta peragere:hanc diximus perſcrutantes puritatem mentis:& ſapientię.conſiderandum
an probabile ſit:a differendi ſcientia maxime poſſideri,vel aliam potius praeſtantiorẽ hac perquirere.
PRO.Conſidero equidẽ:concedoq; difficile inueniri poſſe aliã vel artem vel ſcientiã veritati propin
quiorẽ.SO.Nũquid tale quiddam cogitans haec modo dixiſti?ꝙ videlicet artes multę:& quęcũq; cir
ca haec verſantur,primo quidem opinionibus vtuntur:& quae circa opiniones conſiſtunt,ex inſtitu
to perquirunt:ſiue etiam quae ad naturam ſpectant:indaganda quis putet:puta quae circa mũdum
ſunt,quomodo videlicet mũdus factus eſt:quomodo patitur aliqđ,quomodo agit:per omnẽ vitam
ſcrutatur.fatemur haec,an non?PRO.Vtiq;.SO.Nec circa ea quae ſemper exiſtunt:ſed quae fiebant
fiuntq;:& fient,hic verſat̃.PRO.Vera loqueris.SO.Num ex iis quae nunq̃ aut in pręterito,aut futu
ro,aut praeſenti eodẽ modo ſe habẽt:aliquid exactiſſima veritate ꝑſpicuum eſſe dicemus?PRO.Nõ
licet.SO.Etenim in iis quę nullã prorſus ſtabilitatẽ habẽt,quo pacto nos ſtabile quicq̃ aſſeq̃remur?
PRO.Nulla vt arbitror ratione.SO.Neq; mẽs igitur neq; ſciẽtia vlla circa iſta eſt veritatẽ ſupremã
habẽs.PRO.Cõſentaneum.SO.Te igitur:& me:& Gorgiam:atq; Philebũ valere ſinamus:hoc autẽ

ratiōe nūc afferam⁹.PRO. Quid iſtd?SO.Q; illa nobis facultas firmitatē:puritatē:veritatē:ſynceri
tatē continet:q̄ circa ea q̄ ſemp̄ eodē modo & ſimpliciſſima ſunt:ſtudet:aut qd̄ ſecundo loco illis pxi
mū.Reliqua oīa poſteriora dicēda.PRO.Vera numiū.SO.At qui illa noīa q̄ circa talia quędam pul
cherrima oīm ſunt:an non rebus quoq; pulcherrimis aſſignanda?PRO.Par eſt.SO.Mens & ſapiētia
noīa ſunt oīm pretioſiſſima.PRO.Sunt. SO.Hęc igiť intelligentiis eius qd̄ vere eſt exactiſſima rōne
pfecta atq; tributa recte vtiq; acōmodanť.PRO.Prorſus.SO.At q̄ ipē ī iudiciū ſupra pduxi,nō alia
q̄ noīa haec excitauīt.PRO.Haud alia.SO.Cęterū ſiquis voluptatis,& ſapiētię mixtionē nobis velut
opificibus ppoſitū eſſe ex quibus,& in quib⁹ cōſtet,dixerit,an ſic merito cōparabit?PRO.Et Maxime
quidem.SO.Itaq; deinceps miſcere conandū.PRO.Conandū plane.SO.Nonne hęc prius admonere
pręſtabit?PRO.Quę?SO.Quæ & antea memorauimus:pręclarum nempe prouerbiū illud quo dici
tur,quę pulchra ſunt,& bis & ter repetenda eſſe.PRO.Quid ni?SO.Per Iouē ſic exiſtimo ſupiora di-
cta fuiſſe.PRO.Quō?SO.Philebus voluptatē inquit finē rectū cunctis animalib⁹ eſſe,oīaq; ad eā in-
tendere oportere:atq; id bonū ipm̄ vniuerſis exiſtere:pręterea duo haec noīa bonū & iocundū eidem
naturæ cōgruere.Socrates autē primū id eſſe minime inquit:vtq; duo noīa ſunt,bonū atq; iocundū,
duas etiā differentes eſſe naturas.Quinetiā ſapientiā magis q̄ voluptatē boni participē eſſe. Nonne
haec o Protarche ſunt,quę dicebanť?PRO.Maxime.SO.Hoc quoq;,& tunc & in praeſentia cōceſſiōe
dignū.PRO.Quale?SO.Ipſius boni naturā hoc praecipue ab aliis diſcrepare. PRO. Quonam? SO.
Cuicunq; hoc adeſt ex viuentibus ſemp & omnino & vndiq;:id nullo alio indiget,perfectāq; ſufficiē
tiā continet,ita ne?PRO.Ita prorſus.SO.An nō ratione ipſa conati ſumus alterū ſeorſum ponentes:
ab altero.ſ.voluptatē ſeorſum a ſapientia atq; conuerſo ſic ī vitā cuiuſq; reſpicere? PRO. Certe. SO.
Viſū ne tūc nobis ex his alterutrū ſufficiēs eſſe?PRO.Et quō id videri debuerit? SO.Q; ſiquid forte
tūc aberratū fuit:nūc ſaltē reſumēs aliquis rectius aſſeueret:memoriā:ſcientiā:ſapientiā:veram opi-
nionē:eiuſdē ideæ ponēs,conſiderānſq; vtrū abſq; his aliquis,vel ſe,vel aliū aut eſſe quoquo modo aut
fieri ſit electurus:nedū voluptatē ſeu plurimā ſeu vehemētiſſimā ſine iis eligere debeat.Siquidem his
priuatus neq; reuera gaudere ſe opinabiť:neq; qua conditione affectus ſit:noſcet:neq; affectus ipſius
memoriā per tēpus aliqd̄ reſeruabit.Eadē quoq; de ſapiētia dicas.Nū quiſpiā pcul ab omni vel mini-
ma voluptate ſapiētiā adipiſci q̄ cū voluptatib⁹ quibuſdā malit:aut voluptates oēs ſine ſapientia po-
tius q̄ cū ſapiētia quadā?PRO. Nullus o Socrates. Verūtamē nil opus eſt hęc totiēs iā repetere. SO.
Quapropter horum neutrum pfectū & omnibus expetēdum,ac penitus bonum.PRO.Neutrū.SO.
Aut igitur bonū ipſum pſpicue,aut figurā eius aliquā ſumere decet:vt quēadmodū diximus:cui po
tiſſimū ſecūdæ ſortes tribuēdæ ſint,videamus.PRO.Scite admodū loqueris. SO. An non ſemitā ad
bonum ipſum quandā ingreſſi ſumus?PRO.Quā?SO. Si quis hoīem aliquē quęrēs,domū quā inha
bitat,primū didicerit,adminiculum ſane ad eum inueniendū ingens habebit.PRO.Quid ni?SO.Ita
& nos praeſens atq; ſuperior ratio monuit ne in ſimplici vita,ſed mixta bonum ipſum indagaremus
PRO.Omnino.SO. Spes attamen certior:in eo quod pulchre mixtū q̄ in oppoſito nos qd̄ quęrimus
reperturos.PRO.Certior ſane.SO.Miſceamus igiť o Protarche diis ante vouētes ſiue Dionyſius,ſi-
ue Vulcanus:ſiue alius quiſpiā deorū ſortitus eſt mixtionis officiū.PRO.Ita prorſus agendum.SO.
Atqui nobis tanq̄ vinum miſcentibus quibuſdā,fontes adſtant.Et melli quidē voluptatis fontē com
parare quis poteſt. Verū ſapientiæ fontē ſine vini vi ſobriū aquæ cuipiā acri:atq; etiam ſaluberrimę.
Hos ergo liquores q̄ pulcherrime in vnum confundere ſtudeamus.PRO.Studendum certe.SO.Dic
āge primū:ſi omnē voluptatē cū omni ſapientia miſceamus:nū pulchre iunxerimus? PRO. Forſitan
SO.Verum minime tutū.Quo tamen pacto ſecurius miſceamus,me nūc declaraturū cōfido. PRO.
Dic quomodo.SO.Patuit ne in ſuperioribus alia voluptas,alia rurſuſq; ſcientia:ſcientia eſſe ſyncęri
or?PRO.Patuit plane.SO. Scientia quoq; a ſcientia differens:& altera quidem circa illa quæ oriun
tur & occidunt:altera circa ea quæ neq; fiunt neq; intereunt,ſemperq; ſecundum eadem eodem mo-
do ſe habent.Atq; hāc ad veritatē ipam reſpicientes:illa veriorē eſſe putamus.PRO. Recte admodū.
SO.Si vtriuſq; portiones veriſſimas inuicem connectamus, nunquid iſtarū mixtio ſufficiēs erit ad
vitā nobis optabiliſſimam exhibendam?aut alio pręterea quodam alterius rationis egebimus?PRO.
Mihi quidem ſic videtur agendum.SO.Eſto igitur nobis vir quidā ſapiens qui norit quid ipſa iuſti
tia ſit,rationēq; intelligentiæ comitem habeat, nec nō reliqua cuncta quęcūq; ſunt ſimiliter calleat.
PRO.Eſto ſane.SO.Num hic ſufficienti ſcientia praeditus erit ſi circuli & ſphaeræ ipſius diuię ratio
nē teneat,humanā vero hanc ſphaeram & hos circulos prorſus ignoret,dū ī architectura ſimilibuſq;
operibus canonibus.i.regulis circuliſq; vteť? PRO.Ridicula erit o Socrates cognitio noſtra,ſi in di-
uinis duntaxat verſetur.SO.Quid ais?nū falſi canonis atq; circuli impuram & inſtabilem artem in-
ſerere vna & immiſcere debem⁹?PRO.Neceſſarium hoc eſt:ſi modo quis noſtrum vel viā quę ducat
domum reperturus ſit. SO.An vero & muſicam?quam paulo ante diximus cōiecturis imitatiōeq;

Mens & ſapiētia noia pretioſiſſima.

Prouerbium Quæ pulchra ſunt:& bis & ter repetunda.

Quo boni natura ab aliis diſcrepet.

Dionyſio & Vulcano eſt dedita mixtio.

plenã a puritate ꝓcul abeſſe? PRO. Neceſſariũ id quoq̃, ſi quidẽ vita noſtra, aliq̃n vita futura ſit. SO. Vis ergo tãq̃ ianitor turba pulſus atq̃ coactꝰ: ego nũc fores pandã: ſciẽtiaſq̃ oẽs cõfluere iã & cõfundi ſinã, cũ pura paſſim deteriorẽ? PRO. Haud noui o Socrates lędi aliquẽ a ſciẽtiis aliis: q primas habeat. SO. Permitto iã cũctas in Homeri receptaculũ quadã valde poetica mixtione cõfluere. PRO. Miſſæ ſint oĩno. SO. Rurſus ad voluptatũ fontẽ ꝓficiſcẽdũ videt̃: q̃n em̃ ipſas miſcere cogitauimꝰ: verarũ tñ portiones primũ nobis eductę minime ſunt: verũ ꝓpter ſciæ totiꝰ amorẽ in idẽ cõcurrere ſcias vniuerſas: priuſq̃ voluptates pmiſimꝰ. PRO. Vera loq̃ris. SO. Verũ tp̃s iã vrget, vt de voluptatibus cõſultemus: vtrũ oẽs coaceruãdę: an primę dũtaxat, ac veræ ſint admittendę. PRO. Permultũ ad ſecuritatẽ intereſt primas veraſq̃ admittere. SO. Harũ ergo cõmercium admittat̃. At qd deinceps? ſi q̃ neceſſarię ſunt: quẽadmodũ & ibi, hæ quoq̃ in mixtionẽ excipiendę? PRO. Quid ꝓhibet? SO. Neceſſarias igit̃ quoquo mõ accipiamus. Si aũt quẽadmodũ artes oẽs noſſe innocuũ & cõferẽs in vita eſſe cõſtitit: ita nũc de voluptatibꝰ cõſtet: videlicet ꝙ oĩbꝰ frui innoxiũ & vtile ſit: forte erunt oẽs oĩbꝰ immiſcẽdę qd ad hęc? PRO. Qua rõne de his loq̃mur? Quid agemꝰ? SO. Nõ a nobis Protarche tale aliqd ſed ab ipſis voluptatibꝰ ſciẽtiiſq̃ quęrendũ. PRO. Quid iſtud? SO. O amicę ſiue voluptates ſiue alio quodã cognomẽto appellare vos deceat: vtrũ eligitis cũ oĩ ſapiẽtia cõgredi: an eẽ ſeorſum a ſapiẽtia? Reor equidẽ hoc illas neceſſario reſpõſuras. PRO. Quid? SO. Q; quẽadmodũ in ſuperioribꝰ dictũ eſt neq̃ poſſibile multũ: neq̃ vtile eſt genus alterũ oĩno ſeorſum ab altero eſſe. Oĩm vero generũ optimũ ſi vnũ vni cõparet̃ nobis fore putamꝰ genus ipſm: quo tũ cætera oĩa tũ etiã ſingulę nr̃ę vires ꝑfectę noſcunt̃. PRO. Et recte quidẽ reſpõdiſſe illas merito cõfitebimur. SO. Rurſus igit̃ interrogandũ reſtat mentẽ & ſapiẽtiã: cũ in ipſa mixtiõe quodãmodo voluptatibꝰ egere dicamꝰ: qualibꝰ ꝓcipue voluptatibus egeant. PRO. Merito. SO. Noſtra vero poſthac interrogatio talis erit: vtrũ pręter illas voluptates veras cõueniat vobis vehemẽtiſſimarũ ingẽtiſſimarũq̃ voluptatũ cõmerciũ: forte ſic illę reſpõdebũt.

Quæ voluptates abiiciũtur a ſapientia & q̃ admittuntur.

Nõ cõueniũt o Socrates nobis hmõi voluptates. Hę nãq̃ nobis ipedimẽta ĩnũerabilia pbẽt. Aias ſiquidẽ quas incolimus, voluptates furioſæ ꝑturbãt, nec adoleſcere nos pmittũt: nr̃aſq̃ progenies vt plurimũ ꝑ negligentiã iuferẽtes obliuionẽ omnino corrũpũt. Alias autem voluptates veras ac puras quas ipſe narraſti, ferme nobis domeſticas arbitrare. Ac pręter iſtas, illas inſup: q̃ cũ ſanitate & temperantia cæteriſq̃ virtutibꝰ capiunt̃. has em̃ quæ virtutis tanq̃ deę cuiuſdã pediſſequę ſunt, liberi admittimus. Quæ vero cũ dementia & alia improbitate congrediunt̃, eas mẽti miſcere abſurdũ eſt: q̃n quis velit cernẽs q̃ pulcherrimã & cõcordẽ mixtionẽ atq̃ tẽperiẽ: in ea perdiſcere quid in homine & vniuerſo ſuapte natura ſit bonũ: quamve ideam ipſius exiſtere diuinandũ. An nõ ſapienter: & tanq̃ ſui compotẽ hęc mentẽ reſpondere, & de ipſa & de memoria rectaq̃ opinione dicemꝰ? PRO. Omnino quidem. SO. Atqui & hoc neceſſariũ eſt: nec vnq̃ aliter fieri poſſet. PRO. Quid iſtud? So. Cui veritatem nõ miſcemus, nunq̃ id verũ aut fieret aut factũ eſſet. PRO. Quo.n.mõ? SO. Nullo. verũ ſiquid huic mixtioni vlterius deeſt, dicite quęſo ipſe vna atq̃ Philebus. Mihi em̃ tãq̃ mundus quidam incorporeus animato corpori pulchre dominaturus ſermo hic pactus fuiſſe videtur. PRO. Mihi quoq̃ o Socrates idem videri ſcito. SO. Nonne ſi boni ipſius & huius talis habitationis veſtibulũ nos nup ingreſſos eſſe dicamus, forſitã recte quodãmodo ꝓfitebimur? PRO. Mihi ſane videt̃. SO. Quid in hmõi mixtione pretioſſimũ, atq̃ maxime cauſa ꝙ cõſtitutio hæc omnibꝰ gratiſſima ſit, nobis eſſe videtur? Si.n.id nouerimus, diſceptabimꝰ inde, vtrũ voluptati vel menti cognatius ac ꝓpius in vniuerſo cõſiſtat. PRO. Scite. Id em̃ ad iudiciũ nobis ꝓpoſitũ maxime conferet. SO. Atqui nequaq̃ inuentu difficile eſt, q̃ cauſa ſit, ob quã mixtio quęq̃ vel plurimi vel minimi facienda ſit. PRO. Quo pacto inquis? SO. Nemo hoc ignorat. PRO. Quid hoc tandem? SO. Q; quęcunq̃ & qualiſcunq̃ mixtio menſuræ & commẽſurati naturę minime particeps: ex neceſſitate q̃ mixta ſunt: immo & ſeipſam pri°o diſꝑdit. Neq̃ em̃ tẽperies hęc eſt: ſed tãq̃ intẽperatus quidã paſſim: fortuituſq̃ cõcurſus nobis accidere ſolet. PRO. Vera loqueris. SO. Nunc quidẽ nos ipſius boni potẽtia in naturã pulchri ſe trãſferens clam fugit. Menſura em̃ cõmenſuratioq̃ pulchritudo plane ac virtus vbiq̃ fit. PRO. Prorſus. SO. Quinetiam veritatẽ diximus ipſis in ipſa tẽperie cõmiſceri. PRO. Omnino. SO. Q; niſi bonũ ipſm vna idea cõplecti poſſimus: ſaltem vna cũ tribus, pulchritudine: cõmenſuratione: veritate comprehẽdẽtes: dicamus id vniuerſum velut vnum, cauſam eorũ quę in mixtione ſunt: eſſe: & ꝓpt̃ hoc tanq̃ quod bonũ ẽ mixtionẽ fieri bonã. PRO. Recte nimirũ. SO. Quiſq̃ iam o Protarche idoneus voluptatis & ſapientię eſſet iudex: vtrum iſtorum optimo cognatius pręſtantiuſq̃ & apud homines & apud deos eſſe cõtingat. PRO. Conſtat quidem: Attamẽ ratione id quoq̃ ꝑcurrere pręſtat. SO. Secundũ quodlibet igitur horum trium: de voluptate & ſapientia iudicemus. Videndũ em̃ vtri vnũquodq̃ trium cognatius afferamus. PRO. Num de pulchritudine: veritate: mẽſuraq̃ loqueris? SO. Certe. primum igitur veritatem ſume Protarche: cumq̃ ſumpſeris, ad tria iam reſpice, mentem, veritatem, & voluptatem: & poſtq̃ diu mature conſideraueris: tibi ipſi reſponde: vtrum voluptas an mens veritati pro-

Quid pulchritudo.

pinquior.PRO.Quid diuturna meditatione opus eſt?permultũvt arbitror intereſt. Voluptas enim
maxime omnium temeraria.fertur enim de venereis voluptatibus:q̃ ingentiſſimę omniũ æſtimantur
ꝙ peierantibus illis,dii prorſus ignoſcunt,quaſi pueri quidam ſint,nullius intelligentiæ compotes.
Mẽs aũt aut idẽ eſt qđ veritas:aut oĩm certe ſimillima atq; veriſſima. SO.An poſt hac menſurã illam
moderationemq; conſiderandum reſtat: voluptas ne an ſapientia ſit eius capacior? PRO. Id quoq;
quod nunc infers,exploratu perfacile eſt.Reor equidem nihil voluptate,eiuſq; exultatione immode-
ratius inueniri poſſe:nihil cõtra,mente & ſcientia moderatius.SO.Præclare: verũtamen tertiũ quo
q; reſponde.Mens ne pulchritudinis magis eſt particeps:an ipſa voluptas?qd ve pulchri⁹?an mẽs vo-
luptate an contra?PRO.Mentẽ quidẽ & ſapientiã Socrates nemo vnq̃ aut reuera aut falſo deformẽ
vel vidit:vel aliquo pacto cogitauit:aut fuiſſe vnq̃:aut eſſe:aut deĩde futurã.SO.Recte. PRO.Siquẽ
vero voluptates pręſerti maximas proſequentẽ aduertimus,vel ꝙ ridiculæ vel ꝙ obſcoenæ ſint, ipſi
quidem erubeſcimus:atq; celamus:noctis tenebris talia concedentes: quaſi ſint diurni luminis indi-
gna conſpectu. SO. Cunctis igitur o Protarche:& ꝑ nuncios & voce præſenti declarato:ꝙ volupta-
tis poſſeſſio neq; primũ eſt neq; ſecũdum bonum.Sed primũ circa menſurã & moderatũ, & opportu
nũ & vniuerſa quæcũq; talia ſempiternam vocẽ approbationẽq; dixiſſe putãdũ. PRO. Apparet vtiq;
ex iis q̃ modo ſunt dicta.SO.Secundum deinde circa cõmenſuratũ,& pulchrũ,perfectũ,atq; ſuffici-
ens,& quotcũq; huius ordinis ſunt.PRO. Videt̃.SO. Tertiũ vt ipſe vaticinor, ſi mentẽ ſapientiamq;
poſueris,haud ꝓcul a veritate diſcedes.PRO.Forte.SO.Quarta vero ſũt q̃ ipſius animę propria po-
ſuimus:ſcientiæ & artes opinioneſq; rectę,q̃ ideo tribus illis ſtatim ſuccedunt:quia bono ſunt q̃ vo-
luptas cognatiora.PRO.Forſitan.SO.Quinto loco pone voluptates eas,quas expertes moleſtię defi
nimus:puras nominantes aĩæ ipſius ſcientias:ſenſus autẽ ſequentes.PRO.Fortaſſis.SO.In ſexta ve-
ro progenie, inquit Orpheus,cantilenæ ornatum finite.Noſtra quoq; oratio in ſexto iudicio finiri vi
detur.vnde nihil deinceps nobis aliud reſtat:niſi vt dictis caput adhibeamus.PRO. Decet profecto.
SO.Tertio iam orationẽ eãdẽ conſeruatori deo vouentes breuiter perſtringamus.PRO.Qualẽ inq̃s?
SO. Philebus quidẽ inquit omnẽ penitus voluptatẽ nobis ipm̃ bonũ eſſe. PRO. Tertium o Socrates
modo nuncupaſſe videris:orationẽ ipſam rurſus repetere.SO.Hoc ipm̃.quod autẽ ſequit̃,audiamus
Equidẽ quod mõ narraui conſiderans orationẽq; Philebi aliorũq; innumerabilium grauiter ferens il
liq; repugnãs,mẽtẽ inquã longe admodũ meliorẽ potiorẽq; voluptate vitæ hominũ eẽ. PRO.Dicta
hęc ſunt.SO.Suſpicat⁹ tamẽ eſſe & alia multa intuli.ꝙ ſi apparuerit aliqd ambobus hiſce pręſtãti⁹,ꝑ
mente ipſa aduerſus voluptatẽ de ſecunda forte pugnarẽ:voluptaſq; ſecundis etiam honoribus ſpo-
liaretur.PRO.Hæc quoq; dixiſti.SO.Præterea cum dixiſſem bonũ ipm̃ eſſe omniũ ſufficientiſſimũ
neutrum ex iis tamen ſufficiens eſſe conſtitit.PRO. Vera narras.SO.Et cum in hac oratione mens
& voluptas poteſtate ſufficientiæ perfectioniſq; carere viſæ fuiſſent,neutra eſſe bonum ipſum appa-
ruit.PRO.Recte admodum.SO.Quinetiã cũ tertiũ quiddã vtraq; melius eſſe conſtiterit,mẽs vtiq;
longo quodã interuallo ꝓpinquior potiori ſuperantiq; ideæ q̃ voluptas eluxit. PRO. Quid ni? SO.
Ergo nonne quintum gradum ex ea ſententia quã pręſens iudiciũ protulit,voluptatis potentia ſor-
tietur?PRO. Videtur.SO.Primũ tamen voluptati locum boues darent,& equi,& bruta deniq; vni
uerſa:ex eo ꝙ eius illecebris mancipata ſunt.quib⁹ plurimi fidem præſtantes:haud ſecus q̃ augures
auibus:voluptates ad bene viuendum potiſſimas omniũ arbitrant̃:ferarumq; amores,locupletiores
teſtes aſſerunt:q̃ amores eorũ qui in philoſophica muſa ratione vaticinantur.PRO. Veriſſima o So
crates te narraſſe cuncti fatemur.SO.Nonne ergo me iam dimittis?PRO.Exiguũ adhuc quiddam
reſtat o Socrates.Non debes tanq̃ iã defatigatus priuſq̃ nos,deſiſtere:ego vero quæ reſtant in memo
riam tibi reducam. FINIS PHILEBI.

Mẽs,aut eſt ipſa veritas aut ſimillima.

Voluptas immoderatiſſima mẽs & ſcientia moderatiſſima.

Mẽtem nemo deformem videt.

Voluptates ſequẽtem videntes erubeſcim⁹.

Primũ bonũ.
Secundum.
Tertium.
Quartum.
Quintum.
Sextum.

Argumentum Marſilii Ficini Florentini in Hippiam,vel de pulchro vel de Honeſto,ad Pe-
trum Medicem patriæ patrem.

DE pulchro in Phędro,Sympoſio,& Hippia diſputat̃.In Hippia,quia Socrates agit
aduerſus Hippiam Sophiſtã,qui cum ignoraret:ſe ſcire putabat,q̃ ignorãtia ani-
mum reddit indocilem, quid pulchrum ſit,non ſatis docet:ſed quid non ſit,oſten-
dit:& opiniones falſas redarguit.Sophiſtã vocat eum q ſe ſapientẽ videri magis
q̃ eſſe ſtudet,pecuniarum honoriſq; gratia. Talem vero Hippiam eſſe in ꝓœmio
declarat̃,& in fine ꝓœmii.Sumpta occaſione ab oratione quadam Hippiæ quę de
pulchris officiis differebat, interrogat Socrates,quid ipm̃ ꝑ ſe pulchrum quo reli
qua omnia pulchra fiunt.Oportet enim particularia ad vniuerſale,qđ in particularibus: & vniuer-
ſale qđ in particularibus ad ipm̃ qđ ſupra ſingula eſt,vniuerſale referre.Nam ſinguli hoĩes pulchri,ꝑ
formã quandã ſingulis cõem pulchri reddunt̃:forma vero cõmunis pluribus a diuina ſpecie velut a

ſigillo character imprimitur,qm̄ oīs multitudo ad vnū quod in multitudine:& vnū qđ in multitu-
dine,ad vnum quod ſupra multitudinē eſt,reducit̃.Quare cum multa ſint pulchra,oportet ſingula
per pulchritudinē cōmunē omnib⁹:& oībus inſitam eſſe pulchra:& pulchritudinē quæ in oībus eſt,
ſicut in alio ē,nō in ſeipſa,ſic ab alio:non a ſeipſa pēdere. Vnūquodq̧ e ſingulis pulchris: pulchrū hoc
Plato vocat formā in oībus:pulchritudinē,ſpeciē & ideā ſupra oīa:ipm̄ pulchrū. Primū ſenſus attin
git opinioq̧.Scđm ratio cogitat. Tertiū mens intuet̃.Interrogatus Hippias:ter ſcđm ſenſum opinio
nēq̧ definit.Quib⁹ cōfutatis,Socrates ter quoq̧ definit. Bis quidē ſecundū rōnē.Poſtremo ſcđm mē
tē.Sophiſta eīn ſenſu opinioneq̧ incedit:philoſophus rōne potius,atq̧ mente.In primis Hippias pul
chrā virginē,ipm̄ pulchrū eſſe reſpōdet.Qđ eſſe falſum ex eo cōſtat:q̄ nō oīa q̄ pulchra ſunt,p̄ virgi
nē pulchra fiunt.Et virgo:ſi cū brutis cōparet̃,pulchra,ſi cū diis,deformis apparet.Quare nō magis
pulchra q̄ turpis eē videt̃. Tū Hippias aliđ quoddā ſimiliter e ſingulis pulchris:nō cōe reſpōdet.Au
rū quippe ipm̄ pulchrū,quo oīa pulchra fiunt. Qđ ea rōne reſpuit Socrates,qm̄ aurū quibuſcūq̧ cō
uenit,pulchra illa facit.Alia vero deformat.Ergo nō ſimpliciter pulchra facit,ſed cum decet.Quocir
ca nō ſui magis q̄ alterius rōne res ornat. nec aurum ſolū eſt quo cūcta ornant̃: ſed argentū quoq̧ &
ebur:cęteraq̧ hmōi. Tertio loco aliud quiddā infert,qđ etiā p̄priū eſt,potius q̄ cōe:pulchrum inquit
corpe bn̄ valere,diuitē eſſe & honoratū, ſenem mori,ſepeliri a filiis:ſepeliſſe parentes.Falſum hoc eſſe
patet,q̄a non res oēs p̄ter hoīem hoc ipſo pulchræ reddunt̃.p̄terea hoc int̃ hoies forte pulchrū: īter de
os deorūq̧ filios,turpe,vbi parentes nō moriunt̃. His redargutis q̄ circa ſingula corporea p̄ ſenſum
& opinionē Hippias adducebat,Socrates iā ad altiora tendēs,nō qđ ſenſus opinioni ſed qđ opinioni
ratio porrigit infert.Primo eīn decorū pulchrū dicit.Qđ quidē incorporeū eſt magis,pluribuſq̧ cō-
mune.Id tn̄ hac diuiſiōe refellit.Decorū aut videri ſolū pulchra:aut tam videri q̄ eſſe præſtat.Si pri-
mū:deceptio q̄dā circa pulchrū,potiuſq̄ ipm̄ pulchrū,decorū exiſtit. Vera eīn pulchritudo,pulchra
eſſe facit:quēadmodū vera magnitudo,magna:etiā ſi nō videant̃.Si ſecundū dixeris,falſo dixeris.Nā
ſi ipm̄ pulchrū quotiēs eſſe dat pulchra:videri quoq̧ pariter largiret̃ quęcunq̧ pulchra ſunt: vt ſūt:
ita oīb⁹ apparerēt.Id eē falſum:cōtētiones de reb⁹ pulchris & cōtrouerſię nobis oſtēdūt.Scđo aliud qđ
dā etiā:qđ rō opinioni offert,adducit. Vtile porro pulchrū vocat. Vtilitas īcorporeū quiddā multiſ
q̧ cōe.Nec mirū eſt,cogitationē circa decens & vtile decipi.Illud quippe ordinē partis ad partē,parti
umq̧ ad totū:hoc aūt ordinē totius cuiuſdā ad totū aliud habet:ordo vero pulchritudinē rep̄ſenta-
re videt̃.Quapropter decens vel vtile:facile q̄s p̄ pulchro accipit.Q; decēs pulchrū nō ſit,cōſtitit:q̄
nec vtile,ſic oſtēdit. Vtile eſt qđ potentiā ad aliq̄d faciendū habet.Potentia igit̃ & vtilitas idē. Quic-
quid agimus potentia quadā agimus:ſed mala vt plurimū facimus:potētia itaq̧ & vtilitas malū vt
plurimū inferunt:pulchrū aūt nūq̄ mali cauſa. Ergo nō ſimplicit̃ quęcunq̧ vtilitas pulchrū. At ſaltē
quæ ad bonū cōfert,reſpondebit quiſpiā:aduerſus quē ſic argumentat̃.Quod ad bonū tendit cōduci
bile.Conducibile bonū efficit:qđ aliquid efficit,aliud eſt q̄ id quod efficit̃:quapropter aliud conduci
bile:aliud bonum.Conducibile & pulchrū,idē.Ergo pulchrū & bonū aliud. Neq̧ pulchrū igit̃ bonū
neq̧ bonū pulchrū:qđ prorſus abſurdum. Tandē ſenſus opinionis:cogitationiſq̧ cōuictis erroribus
mens rōni dictat:pulchrū eſſe gratiā quandā:q̄ aīam:p̄ mentē:viſum:& auditū mouet & allicit. Qđ
ſane partim ex hui⁹ dialogi calce,partim ex Phædro & Sympoſio Platonis elicit̃. Qua ratione gratia
Quid pulchrū hęc inſit:& quo noīe nūcupāda,inquirit Socrates:nec tn̄ ambitioſo ſophiſtæ declarat:q̄ Phędro reue
lauit,& Agathoni : qui q̄uis ignorarent:ſuā tn̄ ignorantiā agnoſcentes,dociles erant. Gratia p̄fecto
pulchritudo eſt:nō ratione ſenſus: quia menti nō cōueniret,& cæteris ſenſibus æque vt auditui vi-
ſuiq̧ cōpeteret. Nō rōne mentis: quia oculos aureſq̧ effugeret.Nō voluptatis etiā ratione:quia hęc
nō in auditu & viſu dūtaxat:ſed in omnib⁹ ſenſib⁹ reperit̃.Nō ratione auditus ſolū,non eīn menti vi
ſuiq̧ congrueret.Nō ratione viſus.Auditui nāq̧ mētiq̧ deeſſet. Non ratione auditus viſuſq̧ ſimul:
quia in viſu audituq̧ vna coniūctis pulchritudo ineſſet. In vnoquoq̧ vero illorū ſeorſum ab altero
agēte:pulchritudo nulla . Volumus autē gratiam illā tribus animi viribus cōmuniter p̄cipi:tribus
quoq̧ obiectis earū ineſſe cōmuniter. Quapropter addit voluptates mētis viſus audituſq̧ ex eo pul
chras eſſe q̄ maxime oīm voluptatū innoxiæ ſunt & optimę.Si optimas idē qđ cōducibiles intellexe
ris,redibit ſup̄ior ambiguitas.Conducibile bonū facit:ergo boni cauſa.Cauſa & effectum aliud.Ergo
aliud conducibile,aliud bonū.Quo ſequit̃,aliud pulchrū aliud bonū eſſe.Ideo neq̧ pulchrū bonum,
neq̧ bonū pulchrū.Sin autē optimas.i.innoxias:faciles:ſpiritales:lucentes:vitaleſq̧,vt ita dixerim,ex
poſueris,veri compos efficieris. Nam pulchritudo nihil aliud eſt q̄ ſummi boni ſplendor, fulgens in
iis quę oculis,auribus,mente,p̄cipiunt̃,perq̧ illa ad ipm̄ bonū, viſum,auditū, mentēq̧ conuertens.
Quo fit vt pulchritudo circulus quidam diuinæ lucis exiſtat a bono manans,in bono reſidēs:per bo
num & ad bonum ſempiterne reflexus.Hoc Socrates myſteriū quod a Diotima Sibylla didiciſſe aſſe
ruit,non ſophiſtis ſed diſcipulis reuelauit.Quid ipm̄ bonū,ip̄m vnū rerū oīm principiū,act⁹ purus:

actus ſequentia cuncta viuificans: quid ipſum pulchrū? Viuificus actus e primo fonte bonorū effluens, Mentem primo diuinā idearū ordine infinite decorans. Numina deinde ſequentia menteſq; rationū ſerie cōplens. Animas tertio numeroſis diſcurſibus ornans. Naturas quarto ſeminibꝰ: formis quinto materiā. Sol ꝑfecto corpora viſibilia & oculos videntes ꝓcreat. Oculis: vt videant, lucidum infundit ſpiritū. Corpora vt videant, coloribus pingit. Neq; tñ ꝓprius oculis radius, ꝓpriive corporibus colores: ad viſionem perficiendā ſufficiunt: niſi lumen ipſum vnū ſupra multa a quo multa & ꝓpria lumina oculis & corporibus diſtributa ſunt, adueniat: illuſtret: excitet: atq; roboret. Eodem modo primꝰ ipſe actus. i. deus ſpeciē actumq; rebus ſingulis, ꝓducendo largitus eſt. Qui ſane actus cū in ſubiecto patiente ſuſceptus fuerit, debilis eſt, & ad operis executionē impotens. Sed diuini ſolis perpetua & inuiſibilis lux, vna ſemꝑ oībꝰ adſtat: fouet: viuificat: excitat: complet: & roborat. De quo diuine Orpheus Cuncta fouens atq; ipſe ferens ſup omnia ſeſe. Vt eſt actus oīm roboratq; bonum dicit: vt viuificat: lenit: mulcet: & excitat, Pulchrū. Vt in obiectis q̃ noſcenda ſunt: tres illas cognoſcentis aīę vires allicit Pulchritudo. Vt in cognoſcente potentia eam applicat cognito, Veritas. Vt bonū ē, ꝓcreat, regit, & complet. Vt pulchrū: illuminat gratiāq; īfundit. Pręparata autē eſſe oportet oīa ad gratiā diuini fulgoris excipiendā. Corpora quidem proportione: q̃ ordine, modo: & ſpecie cōſtat. Voces harmonia: q̃ numeris interualliſq; conficitur. Officia, moꝝ rectitudīe ad finē bonū. Diſciplinas ordine ad obiectū verum. Animā puritate per auerſionē ab inferis: & cōuerſionem ad ſupera. Mentē: ꝑ ęternū in ipſum bonū, intuitū. Per hęc oīa gradatī diuīæ pulchritudinis radiꝰ penetrat. Circa corpus ī æqualitate numeroſa refulget, loco motuiq; ſubiecta. Circa voces: in Harmonia, extra certū locū, ſed motu diſperſa Circa officia diſciplinaſq; & animam: in motu quidē: ſed ratione vitali conſiſtens. Circa mentem ſupra motū: in æterna idearū ſerie micans. Circa ipſum bonū: actus purus: vitā & gratiā omnibꝰ inſerēs. Hęc precor Petre Medices vir omnium præclariſſime: ſolita diligētia legas. Nam & tuæ mētis mirā pulchritudinē prorſus agnoſces: & q̃ ꝓxime ad ipſum pulchrū de quo hic diſputatur, accedas, animaduertes.

PLATONIS HIPPIAS MAIOR VEL DE PVLCHRO TRANSLATVS E GRAECO IN LATINVM A MARSILIO FICINO FLORENTINO AD PETRVM MEDICEM PATRIAE PATREM.

SOCRATES. HIPPIAS.

SO. Sapiens & pulcher Hippia, q̃ raro Athenas accedis? HIP. Non datur o Socrates otiū. Nā Elienſes ciues quotiēs cū externis gentibꝰ aliquid ē tractandū, mihi pręcæteris legationes cōmittūt: idoneū me iudicē ac nunciū exiſtimātes eorū q̃ apud ſingulas ciuitates dicunt. Quāobrē ſępe & ad alias vrbes: ſæpius etiā & de maximis rebꝰ Lacedęmonē legatꝰ acceſſi. Quo fit vt hęc loca: qđ ipſe q̃rebas minꝰ frequētē. SO. Hoc certe o Hippia ſapientis perfectiq; viri ꝓpriū eſt. Tu quidē priuatim: multis ab adoleſcentibus acceptis pecuniis: ad plura etiā ꝓdeſſe illis q̃ q̃ acceperis: vales. Atq; iterū publice patriā tuā tueri, vt decet eū: q nō contemnendus vulgo, ſed ſummo in pretio ſit habēdus. Cæterū: q̃nā o Hippia cauſa, ꝙ priſci illi q ſapientū cognomē adepti ſunt, Pittacus, atq; Bias, & q Thaletis Mileſii tpe: quive deinceps vſq; ad Anaxagorā, ſapientię ſtudio floruerunt, vel oēs vel plurimi ciuilibus actionibus abſtinuere? HIP. Quid aliud putas Socrates illos continuiſſe q̃ imbecillitatē ingenii, cū nō poſſent vtraq; priuata & publica prudēter adminiſtrare? SO. An quemadmodū cæterę artes incrementū tpe ſuſceperūt, adeo vt noſtri tpis artifices ſuperioribꝰ longe pręcellant, ita & facultatē veſtrā, ſtudiū videlicet ſophiſtarum, in melius creuiſſe dicendū, ac veteres ſapientiæ ſtudioſos ſi vobiſcum comparent: viles admodū extitiſſe? HIP. Recte omnino loqueris. SO. Ergo ſi hodie Bias in vitam reſurgeret, a nobis irrideret. quēadmodū ipſum Dędalū ſculptores aiunt: ſi reuiuiſcens talia fabricaret, qualia quondā ex quibꝰ ſibi gloriā cōparauit: ridiculū fore. HIP. Sic ſe res habet vt ais o Socrates. Veruntamen priſcos homines præferre ſemper recentioribus conſueui: vt & viuentium inuidiā & defunctorum indignationem vitarem. SO. Probe o Hippia & ſentire & loqui mihi videris. Ego quoq; teſtari poſſum te vera loqui. Nam reuera veſtra facultas adaucta eſt: vimq; ſuſcepit ad publica vna cum priuatis adminiſtranda. Gorgias ſiquidem hic Leontinus ſophiſta huc patriæ legatus acceſſit: vtpote qui eſſet in ciuilium rerum gubernatione Leontinorum omnium praſtātiſſimus. Vbi ad populum concionari pręclare iudicatus eſt. Deinde priuatim diſputans & cum iuuenibus verſatus: multas in hac vrbe pecunias cumulauit. Quinetiam ſi audire vis: amicus noſter Prodicus & ſæ-

Occaſio dialogi cū prouocatione & tentatione erga ſophiſtā. in quo garrulitas & iactātia audaciaq; ſophiſtę patefit.

Sapientes priſcos ciuilibus actionibus abſtinuiſſe.

Q; priſci ſint pręferēdi ſemꝑ recētioribus.

De Gorgia.

De Prodico.

pe alias publicis muneribus functus eſt: vt nuper ex Chio inſula veniens, cum publice in concilio di-
xiſſet, ſummopere probatus eſt: & priuatim differens, iuueneſq; erudiens pecunias innumeras eſt lu
cratus. E priſcis autem illis nullus vnq̄ dignum putauit, argenti mercedem ſequi: aut propriam ſapi
entiam in coetu diuerſorum hoīm oſtentare: adeo inepti & ignaui erant: eoſq; quāti argentū ſit late-
bat. Sed vterq; illorū quos modo retuli, plus argenti ſapiētia ſua q̄ alius quis artifex ex q̄libet arte cu

Protagoras ăte Gorgiam & Prodicum.

mulauit. Idē ꝓ Protagoras añ illos effecit. HIP. Nihil o Socrates egregiū hac ī re noſti. Nā ſi videres
quantū ego argenti lucratus ſum, obſtupeſceres. Mitto alia. Verum in Siciliam q̄nq; ꝓfectus, vbi tūc
Protagoras habitabat: ſummoq; in honore habebať, me admodū ſenior, breui pluſq̄ centū & quinq̄-
ginta minas collegi: & ex regione quadam anguſta: Inyca noīe, pluſq̄ minas viginti: cūq; domū rediiſ
ſem, patri dedi, q̄d quidē tā ille q̄ reliqui ciues vehemēter admirati ſunt. Enimuero me plures ferme
pecunias q̄ duos alios ſimul quoſcunq; vis ſophiſtas cōgregaſſe exiſtimo. SO. O rem pręclaram: po-
tiſſimū Hippia id argumētum eſt: quanto & tu & alii huius ſaeculi ſapiētes veteres ſuperatis. Nā pri
mo quāta inſcitia Anaxagorae fuiſſe videť? Cui contra ac vobis contigit. Amplū quippe patrimoniū

Anaxagoras diſſipauit magnū patrimonium vt philoſopharetur.

neglexiſſe diſſipaſſeq; dicitur: adeo ſtulte philoſophabať: deq; caeteris illorū tēporū ſapientib⁹ alia quę
dā hmōi tradūt. Quapropter optimā hāc attuliſſe cōiecturā videris: ꝗ ſapiētes nři ſuperiorib⁹ praeſtēt
multiq; in hoc cōſentiunt, ſapientē in primis ſibiipſi ſapere oportere. huius aūt hęc eſt ſumma, vt ar-
gentum plurimum acquiratur. Et de iis ſatis. hoc autem mihi dicas: cum multas vrbes adieris: vbi
nam potiſſimū lucratus es. Num Lacedaemone: quo frequentius es profectus? HIP. Non ꝑ Iouē o So-
crates. SO. Quid ais? nunquid minimū? HIP. Immo nihil penitus vnq̄. SO. Mōſtrum eſt quod dicis
o Hippia: dictuq; mirabile. Reſponde ad haec. Vtrū ſapiētia tua illos qui tecū verſantur diſcūtq;, me
liores ad virtutem efficere poſſit: nec ne? HIP. Et maxime quidē. SO. Numqd Inyciorū ciuiū filios me
liores reddere potuiſti? filios autem Spartanorū minime? HIP. Abſit. SO. An forte ſiculi meliores fie-
ri ſtudent: Lacedaemones negligunt? HIP. Immo & Lacedęmones idem affectant. SO. Num pecunia-
rum defectu tua conſuetudine caruerunt? HIP. Nequaq̄: diuites enim ſunt. SO. Cum igitur ſapienti
am affectarent, & ſuppeterent facultates: tuq; illos voti compotes reddere poſſes, cur non inde locu-
pletiſſimus rediiſti? An forte ipſi Lacedaemones melius q̄ tu filios ſuos erudiunt? Vis ita dicamus?
Ac tu conſentis? HIP. Nullo modo. SO. Vtrum iuuenibus Lacedaemone perſuadere non potuiſti, vt
tibi adhęrentes magis proficerent ad virtutem: q̄ ſi cum ſuis vixerint? an parentes inducere non po-
tuiſti: vt tibi filios potius q̄ diligentiae ſuę committerēt, ſi modo filiorum curam haberent? Neq; enī
adeo inuidebant filiis, vt optimos euadere nollent. HIP. Equidem inuidiſſe non arbitror. SOCRA.
Nunquid Lacedaemon bonis legibus inſtituta eſt? HIP. Bonis profecto. SO. In huiuſmodi vero guber
nationibus virtus maxime omnium honoratur. HIP. Maxime quidem. SO. Tu autē hanc aliis tra-
dere, prae caeteris hominibus optime noſti. HIP. Prorſus o Socrates. SO. Qui facultatem equeſtrem
egregie docere poteſt nonne in Theſſalia magis q̄ in reliqua graecia coleretur, lucrareturq; plurimū?
ſimiliterq; & alibi vbicunq; haec ars in pretio eſt? HIP. Conſentaneum id quidem. SO. Qui ergo po-
tis eſt praeclariſſimis virtutis praeceptis iuuenes inſtituere, cur non Lacedaemone ſummopere hono-
retur, ibiq; innumeras affatim pecunias cumulet: ac ſimiliter in quacunq; ciuitate graecorum vir-
tus maximi aeſtimať? At forte in Sicilia magis & in Inyca putas iſta credere debem⁹ Hippia. Si tu iuſ
ſeris credendum eſt. HIP. Non eſt o Socrates mos patrius Lacedaemoniis mutare leges: neq; ꝑter cō-
ſuetudinem filios educare. SO. Quid ais? Lacedaemonis haud patrium eſt, recte agere? ſed aberra-
re? HIP. Nunq̄ id ego aſſererem. SO. Recte vero agerent: ſi melius: non ſi deterius iuuenes erudirēt
HIP. Recte: verū peregrinas diſciplinas lex illorum non admittit. Alioquin ſiquis vnq̄ alius ibi quan
doq; diſciplinę gratia lucratus eſſet, ſcito me plurimū fuiſſe lucraturum. Lętātur ergo cum me audi
uint, atq; laudāt: ſed vt dicebam: lex illorum peregrina vetat. SO. Legē o Hippia perniciem ciuitatis,
an ſalutem vocas? HIP. Conditur mea quidem ſententia vtilitatis gratia lex: nonnunq̄ tamen obeſt:
ſi male ſit poſita. SOCRA. Nonne vt maximum quoddam ciuitati bonum legem condunt latores
legum: legeq; ſublata cum iniquitate ſimul viuere in ciuitate non poſſumus? HIP. Vera loqueris.
SOCRA. Quotiens igitur a bono aberrant hi qui leges ferre nituntur, a legitimo legeq; diſcedunt.
Quid ad haec? HIP. Exacta quidem ratione ſic ſe res habet o Socrates. non tamen ſic homines nomi-
nare conſueuerunt. SOCRA. Vtrum o Hippia qui cognoſcunt: vel qui ignorāt? HIP. Vulgus. SO
CRA. Qui verum cognoſcunt: vulgus ſunt? HIP. Nequaq̄. SOCRA. At vero qui ſapiunt hi quod
vtilius eſt magis legitimum, q̄ quod inutile, reuera omnibus hominibus eſſe cenſent. nonne fateris?
HIP. Fateor equidē ita reuera eſſe. SO. An non ita eſt, vt ſcientes exiſtimant? HIP. Prorſus. SOCRA.
Praeſtat autem vt tu ais, Lacedaemonios diſciplina tua licet peregrina q̄ patria imbui. HIP. Et vera
loquor. SO. Quinetiā quaecunq; vtiliora ſunt, magis ligitima dicis? HIP. Dixi equidē. SOCRA. Er-
go ſecundum rationem tuā magis e lege eſt, vt Lacedaemoniorū filii ab Hippia q̄ a parētib⁹ doceanť

quandoquidē tu magis q̄ illi reuera prodeſſes.HIP.Prodeſſem pcul dubio Socrates.SO.Preter legem
igitur agūt Lacedęmonii:cū tibi filios ſuos erudiēdos auri oblata mercede nō tradāt.HIP.Aſſentior
equidē:videris eīn pro me dicere.Quāobrē repugnare tibi nō decet.SO.Bonarū legū expertes Laco-
nas eſſe inuenim9:& in reb9 quidē maximis:cū tñ meliorib9 legib9 q̄ reliqui gręci vti videant̄.Te ve-
ro qñ potiſſimū laudāt Hippia:& quib9 reb9 audiendis prę:ipue delectant̄?An videlicet cum illa nar-
ras,q̄ ipſe egregie noſti,aſtra cæleſteſq; pgreſſus?HIP.Nullo mō hæc ſuſtinēt. SO.Nū geometrię ſer-
mo illos oblectat?HIP.Minime omniū:nam pauci admodū ex illis:vt ita dicā:numerare ſciūt.SO.Lō-
ge igitur abeſt vt ratiocinationes cōputationeſq; libenter audiāt. HIP.Longe per Iouē.SO.Nūquid
illa quæ tu acutiſſime omniū hominum intelligis,literarū ſyllabarūq; diſtinctiones: rhythmorū har-
moniarumq; naturas?HIP.Quas o bone vir harmonias ac literas?SO.At quæ tandē iſta ſunt,quæ
audientes illi lætantur,teq; laudant?Tu ſaltē referas,poſtq̄ ego inuenire non poſſum.HIP.Stirpē he-
roum atq; hominū:& antiquarum vrbiū conſtructiōes:ac ſummatim omnē antiquitatis hiſtoriam
attente audiunt.Quocirca illorū cauſa ediſcere:meditariq; hui9 generis oīa coactus ſum.SO.Qȝ bñ
tecū actū eſt o Hippia,q; Lacedæmonii moleſte ferant,ſi quis nr̄os principes incipiēs a Solone receſeat.
Alioquin eorū noībus ediſcēdis fatigari te oportuiſſet.HIP.Quid fatigari Socrates?ſemel audiēs qn-
quaginta noīa,memorii reperā.SO.Probe loqueris:ſed ego te memoria pollere non aduerterā. Qua-
propter Lacedæmonios te merito delectari tāq̄ multarū rerū perito iam intelligo:teq; perinde vti,ac
aniculis pueri ad confabulandi iucunditatē.HIP.Per Iouē o Socrates nup ibidē de pulchris ſtudiis:
quibus incūbere iuuenē decet,differēs admiratiōi fui. Extat eīn de iis a me cōpoſita luculēta quædā
orō:q̄ præcipue verborū elegantia pollet:forma vero & principiū orationis eiuſmodi eſt: poſtq̄ capta
eſt Troia:Neoptolemus Neſtorē interrogauit,q̄ ſint pulcherrima ſtudia,quib9 incūbēs iuuenis, vir
illuſtris euadat.Cui reſpōdens Neſtor multa & pulchra pcepta recēſet.Hāc equidē orationē ibi oſtē-
di, & hic quoq; tertia hinc die in Phidoſtrati ludo:atq; inſup alia multa auditu digna oſtenſurus ſū.
Eudic9 eīn Apimāti filius me rogauit. Quare da operā vt tu quoq; adſis:& alios tecū ducas: quicū-
q; dicēda audiendo iudicare ſciant.SO.Fiēt iſta ſi deus voluerit Hippia.In pſentia autē breue quiddā
de hoc ipſo reſpōde:nā opportune me admonuiſti.Nup eīn o vir optime,cū in ſermone quodā:alia vt Hic videre ē
pulchra laudarē:alia vituperarem vt turpia:hanc quiſpiā in mediū dubitationē induxit,me valde cō- artē tētatiuā.
tentioſe ſic interrogās. Vñ o Socrates pulchra turpiave cognoſcis?potes ne quid pulchrū ſit defini-
re?Ego aūt ob ignauiā meā hęſitaui,neq; qđ accōmodate reſpōderē habui:atq; ex cœtu hominū abi-
ens mecū ipſe iratus ſum, ruditatēq; meā vehemēter vituperaui:ac minatus ſum,cū primū quēpiam
veſtrū:q ſapientiā pfitemini:obuiū haberē,conaturū me id audire ac diſcere,& diligenter pręmedita-
tū,ad eū q rogauerat reuerſurū:vt rurſus eadē de re pugnarē.Quapropter nūc tu vt dicebā ppor-
tune veniſti.Doce obſecro me qđ ipſm pulchrū eſt.Conare inquā diligentiſſime oēm reſpōdēdo rē ape-
rire:ne iterū redargutus irridear.Noſti eīn perſpicue:idq; exiguū qddā eſt:e multis q̄ tu calles. HIP.
Exiguū p Iouē Socrates:& nulli9 vt ita dicā pretii.SO.Facile itaq; diſcā:neq; vllus vlteri9 me refellet.
HIP.Nullus certe. Vile nāq; & rude ſtudiū meū eſſet.SO.Per Iunonē bene loqueris Hippia.ſi virum
illū capiam9.Verū ne tibi impedimēto ſim, imitatus illū te reſpondente rationes reſumam vt me ma-
gis exerceas.Ferme eīn in reſumendis ſermonibus:quoquo modo peritus ſum.Si ergo nihil tua inter-
eſt:repetere cupio:vt vehemētius firmiuſq; perdiſcā.HIP.Repete vt lubet:nam vt modo dicebā:non
ardua quæſtio eſt:ſed ad difficiliora te reſpondere docerem,vt nemo te refellere poſſit.SO.O q̄ bene
loqueris.Ac poſtq̄ tu iubes:eius ipſe perſonam indutus te iam interrogare aggredior.Si illi ſermonē
tuum de pulchris diſputātem officiis oſtendiſſes,cum primum finē dicendi feciſſes, de nullo alio pri- Extorſio:vt
us q̄ de pulchro quæſiſſet.mos eīn hic ſuus:& in hunc modū interrogaſſet.O Eliēſis hoſpes nōne iu- confiteatur rē
ſtitia iuſti ſunt quicunq; iuſti?Reſponde quęſo Hippia tanq̄ percontāte illo.HIP.Iuſtitia pfecto.SO. eſſe.
An non aliquid hæc ipſa iuſtitia eſt?HIP.Prorſus.SO.Et ſapientia ſapientes ſunt quicunq; ſapiunt:&
bono ſimiliter bona oīa quæ bona ſunt?HIP.Quid phibet?SO.Sapientiā vero & bonum ſecundum
ſe eſſe oportet.Nam ſi ipſa non eſſent alia per illa nunq̄ talia fierent.HIP.Sic eſt.SO.Nōne & pulchra
omnia ipſo pulchro ſunt pulchra?HIP.Pulchro certe.SO.Eſt ne igitur ipſm pulchrū?HIP.Eſt procul Cōceſſo rē eē
dubio.SO.Hic ille ſtatim quæret.Dic hoſpes:quid hoc ipſm pulchrum eſt?HIP.Num qui hæc inter- querit qđ ſit.
rogat audire indiget quid eſt pulchrum?SO.Non mihi videt̄:ſed aliud quiddā eſt ipſum pulchrum Quid pul-
HIP.Quid hoc ab illo differet?SO.Nihil ne tibi videtur?HIP.Nihil certe:non eīn differt. SO.Con- chrū & quid
ſtat autem te melius noſſe.Conſidera tamen:non quæ res pulchra eſt,ille petit:ſed quid ipſū pulchrū ipſm pulchrū
eſt.HIP.Intelligo iam o bone vir:& quod ipſum pulchrum eſt,reſpondebo adeo vt nunq̄ redarguar. interrogatio
Si verum dicere oportet,ſcito Socrates virginem pulchram ipſm pulchrum eſſe.SO.Præclare o Hip- nes differētes
pia & decore admodum reſpondiſti.Nunquid ergo ſi hoc reſpondero:ad interrogata reſpōſum erit Prima defini-
& recte:neq; refellar?HIP.Qua te ille ratione corripiet:ſi quod omnibus videtur:& de quo audiētes tio falſa pul-
chri.

ſinguli pro te teſtabuntur,reſponderis!SO.Eia q̃belle!Sed mecum ipſe o Hippia quod dicis animad-
uerto.Ille ſiquidem ita quodammodo percontabitur.Age reſponde mihi o Socrates.Quid eſt ipſum

Confutatio definitionis.

pulchrum:quod ſi ſit,hæc omnia quę pulchra dicunt:per ipſm pulchra ſunt!Ego autem reſpondebo
Si pulchra virgo ipſm pulchrum eſt propter quod hæc pulchra fiunt.HIP.Putas ne illum te reprehē
dere vlterius auſurum:quaſi non pulchrum ſit quod dicis!Vel ſi forte auſus fuerit non ab omnibus
irriſum iri!SOCRA.Q; quidem audebit o vir mirifice certo ſcio.Vtrum vero auſus,ridiculus etiā
ſurus ſit , res ipſa oſtendet. Quæ tamē ille inferet,tibi dicere cupio. HIP.Dic iam. SO. Q; lepidus es
o Socrates.dicet pulchra equa,nonne pulchrum!quam in oraculo deus ipſe laudauit . Quid ad hæc
o Hippia!pulchram equam nonne pulchram eſſe fatebimur!nam quo pacto quod pulchrum eſt, eſſe
pulchrum negabimus!HIP.Vera narras o Socrates:recte quippe deus cecinit:pulcherrimę enī equę
apud nos naſcuntur.SO.Addet ille poſt hæc.lyra pulchra nōne pulchrum!HIP.Ita.SO.Quęret ite
rum.noui enī eius morem o vir optime.pulchra olla tan non pulchrum!HIP.Ha Socrates,quis adeo
rudis eſt:vt in re ſeria tam vilia nomina miſceat!SO.Talis ille eſt o Hippia:non enim comptus iucū-
duſq;:ſed ſordidus:nihilq; aliud pręter veritatem curans.Attamen reſpondendum illi eſt:& ego pręfabor.ſi olla a bono figulo ficta ſit:ęqualis & rotunda ſatiſq; cocta: quales ſunt ollæ quædam vtrinq;
auritæ atq; perpulchrę:quæ ſex patinas capiunt,ſi de tali inquam olla interroget: reſpōdendum pul
chram exiſtere.Quomodo enim quod pulchrum eſt,nō eſſe pulchrū aſſereremus!HIP. Nullo pacto
o Socrates.SO.An nō & olla rogabit illa pulchra pulchrum!Reſpōde amabo. HIP.Sic eſſe arbitror.
pulchrum quoq; vas hoc eſt cum ex arte eſt fictū:ſed totū hoc ſi cum equa & virgine aliiſq; ſpecioſis
omnibus comparetur:tali cognomento indignum eſt.SO.En Hippia iā intelligo quid interroganti

Heracliti ſpecioſiſſima ſimiarum.

illi qui petit obiiciendum ſit.O vir ignoras q̃ ſcitum ſit illud Heracliti : Specioſiſſima ſimiarū defor-
mis eſt cum alio genere animaliū comparata.necnō ollarum pulcherrima turpis eſt,ſi cum virginū
genere conferatur:vt ſapiens Hippias iudicauit.Nonne ſic Hippia!HIP.Recte nimiū reſpōdiſti.SO.
Audi.deinceps enī ſcio ſic inferet.Quid ſi quis genus virginum o Socrates,cum deorum genere con
ferat,nōne idē patiet quod & olla collata cū virgine!An non formoſiſſima virginum deformis eſſe vi

Heracl. homo ſapientiſſim⁹ eſt ſimia erga deos.

debit!nonne Heraclitus quē tu in teſtimoniū adduxiſti,hoc idem tradit:hominem ſcilicet ſapientiſſi
mum ad deū ſimiā apparere quo ad ſapientiā & formam & alia oīa!Confitebimur Hippia ſpecioſiſſi-
mam virginē cū deorum genere cōparatā eſſe deformē!HIP.Quis huic Socrates contradixerit.SO.
Si hęc admittamus ridebit illico,& in hūc modum me iterū cōpellabit.Recordaris Socrates qd inter
rogatus fueris!At ego:recordor equidem me interrogatum fuiſſe quid ipſum pulchrū ſit.Tum ille
dicet: interrogatus quid pulchrū ſit:reſpōdes:quod non magis pulchrū q̃ turpe eſſe cōtingit : vt tu
ipſe fateris.ita videri dicā! Dic quidnā tu amice mihi reſpōdendū conſulis.HIP.Hoc ipſm.SO. Quin
etiā q; ad deos genus hominū pulchrū minime ſit, cōcedet.Sin autem ab initio te dicet ille: rogaſſem
quid pulchrū turpeq; eſt:& tu mihi eadē q̃ in pſentia reſpondiſſes:recte quidē.pręterea num tibi ipſm
pulchrum quo decorantur omnia: pulchraq; apparent:quotiens illa ſpecies adeſt,virgo videtur eſſe
vel equa,vel lyra!HIP.Si id ille quęſiuerit Socrates:facillime reſpōdebit qd ipſm pulchrū ſit,quo cęte
ra omnia decorantur:cuiuſve pſentia pulchra videntur.Ineptiſſimus nempe homo eſt nihilq; pclarę
quæſtionis inducit.Si enim tu illi reſpōderis pulchrum ipſum quod quęrit:nihil aliud eſſe q̃ aurum

Secunda definitio falſa.

hęſitabit pfecto:neq; te confutare tentabit.Conſtat enim apud omnes,cuicunq; hoc adeſt licet turpe
illud antea viſum fuerit:pulchrum videri auro peromatum.SO.Neſcis Hippia q̃ moleſtus vir ille ſit.
q̃ve difficile dicētibus aſſentiatur.HIP.Quid tum o Socrates!quod recte dicitur, concedat neceſſe ē

Confutatio.

hoc enim ſi reſpuerit:ludibrio omnibus erit.SO.Atqui reſponſionem hanc non modo non accipiet:
ſed acriter me mordebit.O inflate vir dicet,Phidiā rudem artificem putas! Et ego illi vt arbitror nul
lo modo putare me dicam.HIP.Et recte quidem.SO.Recte pculdubio.poſtq̃ vero peritum artificem
Phidiam eſſe conceſſero,hæc inſuper addet. Exiſtimas id quod pulchrum vocas Phidiam ignoraſ-
ſe! At ego quid maxime dicam ! Tum ille , quoniam Mineruæ oculos non aureos fecit : neq; reli-
quum vultum,neq; pedes, neq; manus:quandoquidem ſi aurea fuiſſent,pulcherrima extitiſſent:ſed
eburnea reddidit,in quo certe propter inſcitiam aberrauit : cum ignoraret aurum eſſe: cuius præ-
ſentia pulchra omnia fiunt quibuſcunq; adhęret.quid ad hæc Hippia!HIP.Nihil arduum.Recte enī
feciſſe fatebimur . Nam eburneum quoq; pulchrum eſt.SOCRA.Sed ille. Cur non pupillas etiam
oculorum eburneas fecit:ſed lapideas inueniens quoad fieri potuit,lapidis cum ebore ſimilitudinem
Num pulchrum lapidem,pulchrum eſſe o Hippia reſpōdebimus! HIP.Immo certe cum decens eſt.
SOCRA.Cum vero non decēs,turpe fatendum:necne!HIP.Fatendū ſane cum minime decet. SO-
CRA.His adiiciet ille: o vir ſapiens ebur & aurum nonne cum decent:pulchra omnia reddunt!con

Tertia definitio falſa.

tra vero cum dedecent!Renuemus ne an potius admittemus ! HIP. Fatebimur plane quicquid ali-

quid decet,pulchrũ efficere. SO. Hic ille inferet: Vtrũ decet pulchrę ollę de qua ſupra diximus,plenę bonorum leguminũ auream tudeculam addere an ficulneam? HIP. Proh Hercules:qualem hominẽ narras. Cur non eius nomẽ profers? SO. Haud agnoſceres hominẽ,licet nomen audires. HIP. Verũtamen in praeſentia indoctũ illum eſſe cognoſco. SO. Curioſus nimiũ eſt o Hippia. Caeterum quid dicemus? Vtram potius e duabus tudeculis legumini & ollę cõgruere? an ficulneam? ſuauiorem quippe odorem praeſtat,neq̃ collidens frangenſq̃ ollam diffundet legumina:nec aqua ignẽ extinguet: neq̃ comeſturos homines,pretioſo priuabit obſonio. Cõtra vero aurea tudecula. Quãobrem videtur mihi ficulnea magis decere q̃ aurea,niſi tu cõtradixeris. HIP. Decet ſane magis:q̃uis ego cum homine talia perquirẽti minime diſputarem. SO. Probe nimirum o amice. Tibi enim talibus nominibus vti non conuenit,cum tam ſpecioſo amictu calceiſq̃ ornatus ſis: & inter omnes graecos ſapiẽtia polleas: me autem nihil ꝓhibet: quo minus cum illo verſer. me igitur ante erudias:meiq̃ gratia reſpõdere digneris. Ille nãq̃ ſic deĩde perget. Si ficulnea decet magis,q̃ aurea:nõne pulchrior? HIP. Pulchriorẽ reſpondebis o Socrates,poſtq̃ qđ decet:pulchrius q̃ qđ dedecet,es confeſſus. SO. Nunquid Hippia cõfitendum ficulneam pulchriorem eſſe q̃ auream? HIP. Vis tibi dicam Socrates,quomodo pulchrum definiens,prolixis eum ſermonibus liberabis? SO. Quid ni velim? modo tamen prius mihi dixeris vtram e duabus illis tudeculis decentiorem pulchrioremq̃ exiſtere: reſpondendum ſit. HIP. Atqui ſi vis illam quae ex ficu eſt,pulchriorem eſſe reſponde. SO. Nunc iam dicas qđ pauloante incoeptabas. Hac enim reſponſione qua ipſum pulchrum aurum eſſe aio,nihilo pulchrius vt arbitror aurum,q̃ lignum ficulneum apparebit. Nunc denuo quid ipſum pulchrum aſſeris? HIP. Dicam equidem: requirere nanq̃ mihi videris tale quiddam pulchrum reſpondere qđ nunq̃ alicui turpe videri queat. SO. Omnino o Hippia: & nunc recte accipis. HIP. Audiam:ſcito Socrates,ſiquis habeat,quod aduerſus hoc inferre valeat,autumare me,nihil vnq̃ penitus laudaturum. SO. Dic per deos cito. HIP. Aio equidem ſemper:apud quẽlibet & vbicunq̃ pulcherrimum eſſe:vt ſanus aliquis ſit,diues & honoratus inter graecos vſq̃ ad ſenectutem: & ſicut parentes ſuos defunctos egregio funere decorauit,ſic a filiis ſuis praeclare:atq̃ magnifice ſepeliatur.

Quarta definitio falſa.

SO. Hui:hui:o Hippia q̃ mirifice & excellenter & vt te decet:dixiſti.per Iunonem valde te amo,quia mihi videris ſumma cum beniuolentia pro viribus auxiliari. Virum tamen illum nondum comprehendimus: ſed nunc effuſius nos,mihi crede,ridebit. HIP. O ineptum riſum.cum enim nihil aduerſus iſta proferre valeat,rideat autem,ſeipſum ridebit, praeſentibuſq̃ omnibus ipſe ludibrio erit. SO. Forte ſic ſe res habet:forte etiam ex hac reſponſione,vt ego vaticinor: non ſolum illudere me audebit. HIP. Quid vltra? SO. Si baculum habuerit:neq̃ ego ſtatim fugero,cędere me conabitur. HIP. Quid ais? An tuus ille dominus? ſi tibi iniuriatus fuerit,nõ dabit poenas? an iniuſta veſtra ciuitas? cędereq̃ ſe mutuo ciues permittit? SO. Nullo modo. HIP. Nõne igitur punietur:ſi te iniuſte percuſſerit? SO. Non iniuſte quidem o Hippia,ſi talia reſponderem: ſed iure mihi videtur. HIP. Mihi quoq̃,quandoquidem & tu haec putas. SO. Vis tibi dicam,quã ob cauſam me talia reſpondentem,verberibus dignum putem? An tu me prius,q̃ iudices,verberabis? vel rationem admittes? HIP. Graue hoc eſſet o Socrates:ſi nõ admitterem.ſed qua ratione id ais? SO. Dicam eodem modo quo & pauloante,imitatus illum, ne coram te verba,quib[9] ille mecum vtitur, proferam dura nimium & abſurda. Nam ſic me proculdubio alloquet̃. Dic age o Socrates:iniuſte cędi illum cenſes,qui dithyrambum tantum inconcinne pronuncians,tam procula propoſita quęſtione abierit? At ego quonam pacto interrogabo? tum ille. quia oblitus es quaeſitum fuiſſe,ipſum pulchrum,qđ omnia quibuſcũq̃ ineſt,pulchra efficit:lapidem:lignum:hominem:deum:actionẽ deniq̃ omnẽ: & diſciplinam,hoc ipſum o vir pulchrum quid eſt perquiro.tu vero non magis audiſti me:q̃ ſi lapis coram aſſediſſes: & molaris quidem,nec aures neq̃ cerebrum habens. q̃ ſi ego perterritus ad haec ita reſpondeam:num grauiter feres Hippia? HIP. Quonã modo? SO. Sic inquã. Hoc tamen Hippias pulchrum eſſe dixit:q̃uis ego illum vt tu me nunc,interrogaſſem:qđ omnibus pulchrum,ſemperq̃ exiſtit. Quid ais? An moleſte feres,ſi haec dixero? HIP. Certo ſcio o Socrates qđ dixi,omnibus eſſe pulchrum,& ita videbitur.

Confutatio quartae definitionis.

SO. An & erit? dicet ille: ſemper enim pulchrum. HIP. Omnino. SO. Nonne & erat,interrogabit. HIP. Et erat. SO. Ad haec ille,& nunquid Elienſis hoſpes inquit,Achilli pulchrum eſſe,poſt genitores ſuos naturę concedere: & auo illius Aeaco,aliiſq̃ quicũq̃ ex diis nati ſunt: & ipſis deniq̃ diis? HIP. Quid hoc? Macarię Herculis filię ad expiandum ſcelus:ſacra facito:prophanae enim ſunt o Socrates huiuſmodi quaeſtiones.

Macaria filia Herculis.

SO. Quid vero? percontante alio haec aſſerere, non valde prophanum? HIP. Forſitan. SO. Forte igitur tu is es ille dicet,qui cuilibet ac ſemper pulchrum eſſe dicis a filiis funere honorari,parentibus parentare. An non ex oĩbus vnus Hercules erat, aliiq̃,quos antea memorauimus? HIP. At vero non diis dicebam. SO. Nec heroibus etiam vt videris. HIP. Non certe,quicunq̃ deorum filii fuerunt. SO. Illis vero qui non deorum? HIP. His ipſis. SO. Ergo ſecũdum ſermonẽ tuum ex heroum numero Tantalo quidem & Dardano atq̃ Zeto graue pro-

phanum & turpe eſt:Pelopi vero,aliiſq́ſimiliter genitis:pulchrum.HIP.Ita mihi videt.SO.Ad hęc
ille.tibi ergo videtur,qđ in ſuperioribus non dicebas,ſepelire parẽtes, a filiis ſepeliri,quãdoq́ & qui-
buſdã turpe contingere,immo impoſſibile eſſe,hoc oĩbus eſſe pulchrũ. Quãobrem ſimiliter hoc atq́
ſuperiora illa.ſ.virgo & olla afficit:atq́ etiam ridicule magis,aliis pulchrũ eſt,aliis minime.Quocir-
ca ſic me ille corripiet.Nondũ hodie potes o Socrates,quid ipſum,de quo quaeritur,pulchrũ ſit:ex-
primere!Et merito me ita iurgabit,dum ſibi talia reſpõdebo.Talis eſt vt plurimũ diſputatio noſtra.
Quãdoq́ vero tanq̃ imperitiã meam & inſcitiã miſeratus,ipſe mihi occurrit,interrogans:vtrũ tale
quiddam pulchrũ ipſum eſſe mihi videatur: vel de quouis alio diſputetur. HIP. Quomodo id ais o
Socrates!SO.Dicam.O beate Socrates inquit,ita reſpõdere talia deſine:inepta quippe ſunt:& facile
refellũtur. Sed aduerte:num tale quiddã ipſum pulchrũ appareat:qđ nos ſupra tetigimus,cũ aurũ
diceremus,quibus decens eſt,eſſe pulchrũ:contra,quibus minime.Atq́ alia oĩa,quibus ipm decens,
eiuſq́ natura cõpetit:pulchra fieri.Vide igitur num hoc ipſum pulchrũ ſit: ego autẽ iſta paſſim cõ-

Quinta defi-
nitio pulchri.
Confutatio.

cedere conſueui.Nã quid obiiciam nõ inuenio.Tibi vero decorũ,ipm pulchrũ eſſe videt!HIP.Omni-
no o Socrates.SO.Caueamus ne in aliquo decipiamur. HIP.Cauendũ certe.SO.Vide itaq́,decorũ
id vocamus,qđ aduenies videri pulchra ſingula facit: qb⁹ adeſt : vel qđ eſſe efficit:vel ex iis neutrũ!
HIP.Mihi quidẽ videt.SO. Vtrũ qđ apparere pulchra facit,perinde ac ſiquis deformis,amictu cal-
ceiſq́ decoris ornet,pulchrior appareat!Nõne ſi decorũ ea quibus ineſt, pulchriora q̃ ſint,videri fa-
ciat,quaten⁹ decorũ eſt,deceptio q̃dã circa pulchrũ decorũ eſſet!Neq́ eſſet hoc qđ quęrim⁹ Hippia!
Illud q̃ppe quęſiuim⁹,quo res oẽs pulchrę,pulchrę ſunt,quẽadmodũ oĩa magna,exceſſu magna ſũt.
hoc enim oĩa magna ſunt. Atq́ etiã ſi non videant,excedant tamẽ,magna eſſe neceſſe eſt. Sic & pul-
chrũ quęſiuimus,quo pulchra ſunt oĩa,ſiue appareant,ſiue nõ: quid eſſet. Decorũ quidẽ nõ eſt:pul-
chriora enim q̃ ſint: videri facit,inquantũ decorũ eſt vt ipſe aiebas : qualia vero ſunt,videri nõ ſinit.
Qđ autẽ pulchra eſſe facit quẽadmodũ pauloante dicebã,ſiue appareãt:ſiue nõ,qđ eſt dicendũ!hoc
nẽpe quaerit ſi modo pulchrũ quaerit.HIP.Atqui decorũ o Socrates,& eſſe & apparere pulchra,cum
adeſt:efficit. SO. Igit impoſſibile eſt,q̃ reuera pulchra ſunt nõ videri pulchra,dũ adeſt qđ videri fa-
cit.HIP.Impoſſibile.SO.Cõfitebimur hoc o Hippia!oĩa reuera pulchra inſtituta & ſtudia: exiſtima-
ri etiam pulchra ab oĩbus!vel cõtra:ignorari : adeo vt de his hoĩes priuatim & publice acerrime pu-
gnent!HIP.Ignorari potius o Socrates arbitror.SO. Nõ tamẽ ignorarent,ſi vt pulchra ſunt:ita pul-
chra etiã apparerẽt . apparerent autẽ:ſi decorũ pulchrũ eſſet,neq́ eſſe ſolum: ſed videri etiã pulchra
cogeret.Quãobrem ſi decorũ eſt,qđ pulchra facit eſſe,eſt vtiq́ qđ quęrimus,pulchrũ:nõ tamẽ id qđ
videri cogit.ſin autẽ videri dũtaxat,decorũ efficit:nequaq̃ pulchrũ ipm eſt,qđ pe tim⁹.eſſe nãq́ illud
cõpellit.Apparere autẽ ſimul & eſſe:neq́ pulchra neq́ aliud quicq̃ efficere idẽ poteſt.Eligamus iam,
vtrũ decorũ eſſe putemus,qđ videri pulchra,vel qđ eſſe facit. HIP. Qđ videri o Socrates arbitror.
SO.Papę:q̃ lõge nos Hippia ipſius pulchri cognitio fugit:poſtq̃ decorũ,aliud quiddã p̃ter ipm pul-
chrum eſſe apparuit.HIP.Per Iouem o Socrates mihi quidẽ abſurde nimiũ.SO.Caeterũ o amice nõ-
dum dimittamus:neq́ enim omnẽ abieci ſpem quid ſit pulchrũ inueniendi.HIP. Omnino ſperandũ
o Socrates:neq́ enim inuentu difficile:mihi quippe conſcius ſum,q́ ſi pauliſper ad me ipm in ſolitu-
dine me reciperem,exactius q̃ exprimi poſſit,tibi id explicarem:vt nihil vltra requireres.SO.Heu ne
alta id voce dicas o Hippia:ne indignatũ,longius nos effugiat:nõ vides quãtum nos hactenus fati-
gauerit!Verũ nihil dico.Tu enim cũ ſolus eris,facile vt puto inuenies.Sed age p deos me p̃ſente inue-

Nunc agit nõ
tẽtãdo,ſed in-
dagãdo quid
ſit.
Ponitur vtile
vt quaerat ge-
nus pulchri.

nias:& ſi vis vt hactenus ita deinceps:vna mecũ perquire.Si inueniem⁹ bene erit.ſin minus,ego qui-
dem mea ſorte cõtentus ero.Tu vero poſtq̃ abieris,facile inuenies.ſi tamẽ nũc inueniamus,haud am-
plius tibi moleſtus ero,qđ tecũ ipſe excogitaueris flagitans. In p̃ſentia vero cõſidera,num tibi id pul-
chrum eſſe videatur.Attende obſecro diligẽter ne delirem.Hoc vtiq́ pulchrũ eſto,qđ vtile eſt. Cu-
ius quidẽ rei hinc maxime coniecturã facio:pulchri oculi ſunt:nõ qui impotes videndi:ſed qui potẽ-
tes & vtiles ad videndũ.HIP.Certe.SO.Et vniuerſum corpus ita pulchrũ dicim⁹:aliud ad curſum:
aliud ad luctã.Itẽq́ animalia oĩa:vt pulchrũ equũ,gallumq́,& coturnicẽ:& apparatus oẽs:atq́ vehi-
cula:tum terreſtria:tum maritima,naues atq́ triremes,inſtrumẽta quoq́ omnia tam ad muſicam q̃
ad artes alias pertinẽtia:item ſi vis ſtudia atq́ leges:ſingula haec eadem ferme ratione pulchra voca-
mus:reſpicientes ſcilicet qua cõditione vnũquodq́ natum:vel fabricatũ:vel locatũ eſt:quodve vtile
eſt:& qua ratione vtile,& ad quid vtile:& quãdo vtile,pulchrũ eſſe dicẽtes: qđ vero ſcdm hęc inuti-
le turpe.An non idem tibi quoq́ videtur o Hippia!HIP.Mihi vero.SO. Probe igitur nunc dicimus
prę cęteris oĩbus qđ vtile eſt ipſum pulchrũ eſſe.HIP.Probe admodũ o Socrates.SO.Nõne qđ effice-
re aliquid poteſt,ad id vtile eſt,ad qđ & potẽs!impotens contra:inutile!HIP.Prorſus.SO. Potẽtia er-
go pulchrũ,impotentia turpe.HIP.Maxime:nam & alia nobis omnia ſic eſſe teſtantur:& ciuilia pręe-
cipue.Quoniã in ciuitate ſua atq́ repu.potentem eſſe,omniũ eſt pulcherrimũ,impotentẽ vero tur-

piſſimū.SO. Pręclare loqueris.Sed nunquid ob hanc ipſam rationē,ſapiētia pulcherrimū omniū,in=
ſipiētia cōtra turpiſſimū?HIP. Tu vero quid putas?SO.Siſte parūper o dulcis amice.Nam de eo qđ
dicimus ſuſpicor,atq; timeo.HIP.Quid metuis Socrates?nōne ſcite dicta hęc ſunt?SO.Velim equi=
dem:ſed mecū hoc animaduerte: vtrū quis vnq̄ qđ neq; ſcit,neq; poteſt,efficiat. HIP. Nequaq̄.quo
enim pacto,qđ nequit:ageret?SO.Qui delinquūt,& mala agunt:efficiuntq; ignari,ſi hęc nō potuiſ=
ſent,nunquid egiſſent?HIP.Minime.SO.At vero potentia poſſunt,quicūq; poſſunt:non enim impo
tentia.HIP.Non certe.SO.Poſſunt autem omnes facere quę faciunt?HIP.Proculdubio.SO.Mala ve
ro multo plura q̄ bona,omnes homines ſtatim ab ineunte aetate per omnē vitam agunt: neq; ſponte
delinquūt.HIP. Vera loqueris.SO.Quid porro?hanc potentiā: atq; haec vtilia quę ad malorū execu
tionem cōducunt:num pulchra vocabimus:an longe aliter?HIP.Lōge abſunt a pulchro o Socrates.
SO.Non ergo potēs nobis & vtile vt videtur ipm̄ pulchrum exiſtit.HIP.Immo:ſi modo bona poſſit:
ad eaq; cōferat.SO.Illud igitur reprobatum eſt,ꝙ potens & vtile ſimpliciter pulchrū ſit.Sed nūquid
hoc erat o Hippia:ad qđ animus noſter reſpiciebat?Ipſum ſcilicet potēs & vtile ad bonū conficiendū:
pulchrū eſſe.HIP.Mihi quidē videtur.SO.Hoc cōducibile eſt,an non?HIP. Valde.SO.Sic vtiq; pul=
chra corpora,pulchra inſtituta legū: & ſapientia: & alia quae pauloante retulimus,omnia ex eo pul=
chra ſunt quo cōducibilia ſunt.HIP. Conſtat.SO.Conducibile itaq; ipm̄ nobis pulchrum eſſe vide= Conducibile
tur.HIP.Maxime omniū.SO .Atqui conducibile eſt,qđ bonū efficit.HIP.Idipſum.SO.Efficiens au= an genus pul=
tem nihil aliud eſt: q̄ cauſa.HIP.Nihil.SO.Ergo boni cauſa pulchrū eſt.HIP.Eſt profecto.SO.Aliud chri.
vero eſt cauſa:aliud id cuius cauſa eſt.Neq; enim cauſa ipſius cauſę cauſa eſſe poteſt.Qđ hinc maxi=
me coniectare licet. Nonne cauſam efficientē eſſe conſtitit?HIP.Plane.SO.Ab efficiente vero effectū
fit:non efficiens.HIP. Verum eſt.SO.Aliud efficiens,aliud effectum.HIP.Aliud certe.SO. Non er=
go cauſa ipſius cauſa eſt,ſed eius qđ ab ipſa efficitur. HIP. Sic eſt. SO. Itaq; ſi pulchrum boni cauſa
eſt,a pulchro fit bonū.Et ob hanc cauſam vt videtur,prudentiam aliaq; pulchra omnia exoptamus:
quia opus,qđ ex his gignitur id eſt bonum,exoptādum eſt. Vnde per ea quę inuenimus:pulchrū ad
bonum ideam patris cuiuſdam habere videtur.HIP.Omnino quidem.praeclare enim loqueris.SO.
Num & hoc pręclare:ꝙ neq; pater filius eſt:neq; filius viciſſim pater?HIP.Et hoc.SO.Enimuero nec
cauſa effectū eſt,nec effectum,cauſa.HIP. Vera loqueris. SO. Per Iouem o vir optime,neq; pulchrū
bonum eſt,neq; bonum pulchrū.An tibi ex his quę dicta ſunt,fieri poſſe videtur?HIP.Non mihi:nō
per Iouem.SO.Placet nobis iſtud: & aſſerere volumus,ꝙ neq; pulchrū bonū,neq; bonum pulchrum.
HIP.Non per Iouem non mihi placet.SO.Per Iouem mihi quoq; o Hippia nihil minus ex his quę di
cta ſunt:placet.HIP.Ita ſane videtur.SO.Haud amplius igitur ſermo ille vt ſupra,egregius eſſe vi=
detur:quo id pulchrū aſſerebatur,qđ conducibile vtileq; & potens ad bonum aliquod efficiendum.
immo ſi poſſibile eſt,abſurdior iudicandus q̄ ſuperiores illi,quibus virginē:& ſingula quę ſupra nar
rauimus:pulchrū ipſum nuncupabamus.HIP. Apparet.SO.Equidē o Hippia quo me vertā neſcio:
hęſito enim & ambigo.tu vero num forte qd habes?HIP.In pręſentia minime:ſed vt alias dixi:ſi me=
cum aīaduertero,inuenturū me aliquid certo ſcio.SO .At videor mihi ob intelligendi ardentē auidi
tatem morā tuam nequaq̄ toleraturus. Sed ecce nūc aliud quiddā mihi in mentē venit.Attēde obſe Delectans an
cro vtrum qđ nos delectat:nō de qualibet voluptate loquor:ſed de illa quę per viſum atq; auditum: gen⁹ pulchri.
vtrū inquā tale quiddā pulchrū ſit vocādum.Nam quo pacto repugnare poſſum⁹:cum pulchri ho=
mines variiq; apparatus:picturę & figmēta pulchra,intuentes nos delectēt?Cantus quoq; pulchri &
voces:vniuerſaq; muſica:ſermones,& confabulationes ſimiliter nos afficiant?Quapropter ſi audaci
illi pertinaciq; homini reſpōderemus,pulchrū eſſe,qđ per viſum auditūq; delectat,nonne audaciam
eius reprimeremus?quid putas?HIP.Nūc mihi o Socrates quid ipm̄ pulchrū ſit:ſcite dictū videtur.
SO.Quid vero:ſtudia pulchra ac leges,propterea pulchra dicemus : ꝙ per viſum auditūq; iucunda
ſint:an alia quadā ſpecie contineri?HIP.Haec ita forte o Socrates,& ſi hominē latēt.SO. Per canem o
Hippia non illum:quē ego maxime omniū vererer,quotiēs delirarē:aut aliquid dicere ꝓfiterer,cū ni
hil dicerem.HIP.Quē dicis?SO.Socratem Sophroniſci filiū:qui nihilo magis mihi cōcederet vt hęc
indiſcuſſa facile iudicarem,q̄ vt ſcire putarem quae neſcio.HIP. Atqui mihi quoq; poſt q̄ ipſe dixiſti,
aliud quiddā id qđ ad leges attinet,eſſe videtur .SO.Quieſce aliquātulum o Hippia. Nam in eandē
circa pulchrū ambiguitatē incidiſſe videmur,in quā pauloante: dum putamus quiddā certi nos ha
bere.HIP.Quo pacto id ais Socrates?SO.Dicā equidē qđ mihi videt̄,vt ſiquid veri dico:inſpiciam⁹.
Haec ꝑfecto quae ad ſtudia legeſq; pertinent,forte nō extra ſenſum vidēdi & audiendi exiſtere viderē
tur. Verū ſuſtiineam⁹ hūc ſermonē qui aſſerit:qđ his ſenſibus gratū eſt eſſe pulchrū:nec leges in me
diū ꝑducamus. At ſiqs nos interroget,ſiue is quē retuli,ſiue quiuis alius in hūc modū:Quid o Hip
pia atq; Socrates:id dūtaxat iucundū qđ ſenſib⁹ duobus ꝑcipitur,pulchrū eſſe cenſetis:quę vero cęte
ros ſenſus ſuauitate perfundūt,cibos,potus,veneris actus,aliaq; huiuſmodi pulchra eſſe non dicitis?

An forte neq; dulcia hęc: neq; in ſenſibus praeterq̃ in audiendo videndoq; voluptatẽ aliquã ponitis? Quid inquã o Hippia reſpõdebimus? HIP. Magnas quoq; ineſſe aliis ſenſibꝰ voluptates aſſentiemur. SO. Sed ille, qua de cauſa dicet: cum non minus q̃ alię voluptates hę ſunt, pulchri eas cognomẽto priuatis? Quoniã reſpõdebimus: nemo eſt qui nos nõ rideat, ſi dicamꝰ nõ dulce comeſtionẽ eſſe: ſed pulchrũ: ſuauẽq; odorem nõ ſuaue eſſe: ſed pulchrũ. Veneris quoq; motus dulciſſimũ quiddam eſſe: quilibet nobiſcũ pugnabit. Oportet autẽ, ſiquis hoc potiatur, ita potiri: vt lateat, quaſi viſu turpiſſimũ ſit. Cum haec dixerimus Hippia, ille forſitan reſpondebit. Intelligo equidẽ ꝙ iandiu vos pudor impedit quo minus voluptates huiuſmodi pulchras denominetis: quia hominibꝰ non videantur. Ego vero non id quęrebã: qđ vulgo pulchrũ videtur: ſed qđ pulchrũ ipſum eſt. At illi nos id repetemus, pulchrum eſſe qđ iam propoſuimus: partẽ ſcilicet eam iucundi, quae per oculos aureſq; delinit. Tu vero Hippia quo te vertes? an forte quid aliud inferemus? HIP. Non alia praeter hęc o Socrates reſpõdendum. SO. Pręclare dicitis inferet ille. Si ergo ſolum qđ per viſum, auditũq; gratũ aduenit, pulchrum eſt: qđ per alium ſenſum delectat: minime pulchrũ. Confitebimur ne? HIP. Confitebimur. SO. Ille vero ſic iterũ. An qđ per viſum iucundum, per viſum & audirũ iucundũ eſt? Et qđ per auditum iucundum, per auditũ & viſum etiam? Ad haec nos: nullo modo qđ per alterũ eſt, per vtrũq; eſſe. hoc enim quęrere nobis videris. Nos vero diximus quoduis e duobus his iucundis ipſum per ſe pulchrũ eſſe: & ſimiliter ambo. nõne ſic reſpondendũ? HIP. Sic prorſus. SO. Tum ille: nũquid a iucundo, iucundũ eoipſo ꝙ iucundum eſt, differt? haud quaero vtrũ maior minorve ſit voluptate voluptas: aut magis ac minus: ſed vtrũ ex pluribus voluptatibus vna quaedã hoc ipſo ab alia differat, ꝙ haec quidẽ voluptas ſit, illa minime. Nobis quidẽ non videri dicemus. HIP. Non videri plane. SO. Hic ille inferet. Nõne propter aliud quiddã, q̃ propterea ꝙ voluptates ſint, has potiſſimũ voluptates e numero omniũ elegiſtis, tale quiddã in vtriſq; inſpicientes, ꝙ videlicet naturã quãdam habent ab aliis differentem: ad quã profecto reſpicientes, pulchras eſſe illas aſſeueratis? neq; enim viſus voluptas idcirco pulchra eſt: quia per viſum fit. Nam ſi illius pulchritudinis hęc eſſet cauſa, nullo modo quae per auditum fit, pulchra eſſet, cum per viſum nequaq̃ efficiatur. Nos autẽ vera illum dicere confitebimur? HIP. Confitebimur ſane. SO. Neq; rurſus auditus voluptas, ex eo pulchra: quia per auditum fiat: alioquin quę per viſum percipitur pulchra non eſſet: quippe cũ non eadem ſit cum illa quę per auditum efficitur. Eum virum qui iſta dicit o Hippia vera loqui fatebimur? HIP. Vera nimirũ. SO. Verũtamen vtręq; inquiet pulchrę ſunt, vt dicitis. Dicimus ne? HIP. Dicimus certe. SO. Habent igitur cõmune quiddã atq; idem: qđ eas pulchras efficit: quodve ambabus cõmuniter ineſt, & vnicuiq; proprie. Neq; enim aliter ambę pulchrę eſſent & quęlibet. Age mihi tanq̃ illi reſponde. HIP. Ita mihi vt ais, videri reſpondeo. SO. Si enim voluptates hę aliquid ambę ſuſciperẽt: qđ non earum quaelibet pateretur, nunq̃ huiuſmodi paſſione pulchrę exiſterent. HIP. Sic eſt o Socrates: Qui enim fieri poſſet, vt qđ neutra illarum patitur, ambę perpetiantur? SO. Non tibi videtur. HIP. Atqui & rerum iſtarum & locutionum huiuſmodi penitus imperitus eſſem. SO. Iucunde quidem o Hippia. cęterũ ego forte periclitor, videri mihi aliqđ intueri, qđ ita ſe habere, vt tu ais, minime poſſit. Video autẽ nihil. HIP. Nõ periclitaris o Socrates, ſed nimiũ deſpicis. SO. Enimuero huiꝰ generis permulta mihi in mentẽ veniunt: quibus fidem non pręſto: quoniã non ꝓbãtur abs te: qui argẽti plus ſtudio ſapientię q̃ cęteri noſtri temporis cumulaſti. Ego autẽ o amice, vtpote qui nihil vnq̃ lucratꝰ ſum: cogito ne mecum forte ioceris ex induſtriaq; deludas: adeo mihi multa videntur. HIP. Nemo melius q̃ tu intelliget Socrates: vtrũ ioceris necne, ſi hęc quę tibi occurrũt ꝓferre coeperis: nihil enim dicere videberis: quoniã nunq̃ reperies, qđ nec ego patior, neq; tu, ambos perpeti. SO. Quomodo inquis Hippia? forte tu aliquid dicis, qđ ego minus intelligo. Verum auſculta me, qđ ſentio planius explicabo. Mihi quidem videtur: qđ neq; cõtingit me eſſe: neq; ſum, neq; tu ſimiliter, hoc ambos pati nos poſſe. Item alia quę ambo patimur, neutrũ noſtrum exiſtere. HIP. Monſtra rurſus afferre videris o Socrates: & magis certe q̃ pauloante. Attende modo. Si ambo iuſti eſſemus, nonne & ſinguli? Vel ſi iniuſtus vterq;, nõne & ambo? Aut ſi ſani ambo, an nõ vterq;? Et ſi quilibet noſtrum laborat in aliquo, vel vulneratus eſt, vel percuſſus: ſiue aliud quiduis paſſus fuerit: nõne idem ambo perpetimur? praeterea ſi aurei, vel argẽtei: vel eburnei: ac etiã ſi vis, generoſi, aut ſapiẽtes, aut honorati, vel ſenes, vel iuuenes, aut aliud quiduis humanũ ambo eſſemus: nonne omnino neceſſariũ eſſet hoc quęlibet noſtrũ eſſe? SO. Omnino quidem. HIP. Caeterum ipſe o Socrates res ipſas integras non conſideras: neq; illi quibuſcũ diſputare es ſolitus: pulſatis illico pulchrũ, & aliud quodcunq; diſputandũ ſuſcipitis: & vnũquodq; differẽdo diuiditis: atq; idcirco ita vos latent: magna & vniuerſa corpora continuã eſſentiã ex natura ſortita. Et nunc adeo circa haec te veritas fugit, vt putes eſſe paſſionẽ aliquã vel eſſentiã: quę circa ambo quędã verſetur: circa vero ſingula minime: atq; viciſſim quę circa ſingula quidẽ ſit, circa ambo vero nequaq̃: adeo irrationales: temerarii: inepti: fatui eſtis. SO. Talia quidẽ nřa ſunt, Hippia: nõ qualia qs optaret: vt trito ꝓuerbio fer

Prouerbium. Si non qđ cupis: id velis quod poſſis.

tur,ſed qualia eſſe poſſunt.ſed ipſe ſemꝑ admonendo nos iuuas. Etenim prius,q̄ nos in his admone-
res,q̄ ſtolide affecti eſſemus:adhuc tibi clarius aperiã:ſi quę de his ſentimꝰ retulero.Dicam ne?HIP.
Scienti Socrates referes: Noui enim omnẽ eorũ:qui in diſputãdo verſantur:conditionẽ. Verũtamen
ſi cupis,enarra.SO.Cupio equidẽ. Enimuero ita rudes eramus,anteq̃ tu haec diceres,vt de me ac te
opinaremur,ꝙ vterq; noſtrũ vnus ſit:neq; tamẽ ambo id ſimus:qđ quiſq; noſtrũ.non enim vnus,ſed
duo ſumꝰ.Adeo fatui eramus.Nũc vero abs te didicimus,ꝙ ſi duo ambo ſumꝰ,duo ſimiliter vtrũq;
noſtrũ eſſe neceſſe eſt:et ſi vnus vterq;:vnũ pariter ambos.Impoſſibile enim eſt vniuerſali & cõtinua
eſſentię ratione ſecundũ Hippiã,aliter ſe habere.Sed qđ ambo erant,idem & ſingula:& contra qđ ſin
gula,pariter ambo.Nũc igitur a te perſuaſus hic ſedeo,prius tamẽ o Hippia id mihi memora,Vtrũ
vnus ego tuq; ſimus:vel tu duo & ego duo.HIP.Quid ais Socrates?SO.Haec ipſa quae dico. Vereor
enim aperte corã te loqui:nam mihi ſuccenſes:turbaſq;:quando dicere aliquid tibiipſi videris.Simul
autẽ mihi dicas:nõne vterq; noſtrũ vnus eſt,& vnũ eſſe eſt paſſus?HIP.Omnino.SO.Q; ſi vnus,im
par quoq;.an non vnum impar exiſtimas?HIP.Equidẽ.SO.Num & ambo cũ ſimus duo: impares ſũ
mus?HIP.Nequaq̃.SO.Sed pares ambo?HIP.Pares.SO.Nunqd ex eo ꝙ ambo pares,par etiã vterq;
noſtrũ?HIP.Minime.SO.Nõ ergo neceſſe eſt oĩno vt modo dicebas,quęcũq; ambo,ſingulos,& quae-
cunq; ſinguli ambos eſſe.HIP.Non in rebus huiuſmodi:ſed in his quę ipſe ſupra narraui.SO. Sat ha
beo Hippia. Nã iſta ſufficiunt poſtq̃ alia ſic:alia aliter ſe habere videntur. Dixi equidẽ ſi recordaris,
vnde ſermo hic eſt ortus,voluptates ꝑ viſum & per auditũ,non hoc pulchras eſſe,qđ quaevis earum
habet,ambae nequaq̃:vel qđ ambae:ſed ſingulae minime:immo eo qđ & ambae habẽt & ſingulę:& id-
circo ambas & ſingulas pulchras eſſe:& tu conceſſiſti:& ego hac de cauſa per illam ipſam eſſentiam,
quę ambas ſequit̃:ambas eſſe pulchras,ſi modo pulchrę ſunt:cenſui: per eam vero quę alterã deſerit,
minime.Et nũc quoq; idem exiſtimo. Verũ mihi tanq̃ a principio dicas,ſi voluptas quae per viſum,
& quę per auditũ fiunt,ambae & ſingulae pulchrae ſunt,qđ ipſas pulchras efficit:nonne ambas & ſin-
gulas ſequit̃?HIP.Prorſus.SO.An ex eo ꝙ ſingulae atq; ambae ſunt voluptates pulchrę ſunt?vel hac
ratione aliae quoq; voluptates nõ minus pulchrę?nihil enim minus voluptates illas eſſe cõſtitit.me-
miniſtin?HIP.Memini.SO.Sed quia per viſum & auditum fiunt:idcirco pulchras eſſe illas eſt dictũ.
Vide num vera loquar.Sic enim vt memini diximus:pulchrũ eſſe qđ iucundum non quidẽ per ſen-
ſus quoſlibet:ſed qđ per viſum dũtaxat atq; auditũ.HIP.Sic prorſus.SO.Nõne paſſio haec ambas ſe-
quitur:ſingulas minime?Non enim ſingulę illarũ quẽadmodum ſupra diximus,per ambas ſunt:ſed
ambae quidẽ per ambas:ſingulę minime.Eſt ita?HIP.Eſt.SO.Non ergo hoc ſingulę pulchrę ſunt,qđ
non ſingulas ſequitur.Qđ enim ambo dicit̃:nõ ſequit̃ ſingula.Quãobrem ambo illa vocare pulchra
ſecũdum ſuppoſitionẽ licet:ſingula vero nequaq̃:an aliter dicimus?Nonne hoc neceſſariũ eſt? HIP.
Videt̃.SO.Dicendũ ne ambo quidẽ pulchra eſſe:ſingula vero nequaq̃?HIP. Quid ꝓhibet?SO. Hoc
mihi amice obſtare videt̃:ꝙ quędã ſic adeſſe aliis iudicata ſunt,vt ſi ambobus adſunt,adſint & ſingu
lis:& cõtra ſi ſingulis,& ambobus. Talia vero erãt quę tu narraſti.HIP.Erãt certe.SO.Quę autẽ ego
retuli minime:e quorũ numero erat:qđ ambo dicitur:& qđ ſingula.Eſt ne ita?HIP.Eſt.SO. Vtrũ ti
bi videtur o Hippia ex his quę ipſe expoſuiſti pulchrum eſſe?Vt ſi ego robuſtus & tu,ambo robuſti.
Item ſi ego iuſtus & tu,ambo,& cõtra,ſi ambo,& ſinguli. Vel nihil prohibet ita cõtingere,vt in ipſis
paribus & imparibus accidit. Vbi ambo aliquãdo paria ſunt:imparia ſingula:& aliquãdo paria:nec
nõ ſingula interdũ talia ſunt,vt exprimi nequeant,ambo queant,& interdũ nequeãt.Aliaq; huiꝰ ge-
neris plurima quę mihi occurrere dixeram.Quorũ in numero pulchrũ ponis?num ita tibi de hoc vt
mihi apparet?nimis enim abſurdum eſſe mihi videtur:vt ambo pulchri ſimus nõ ſinguli. Vel cõtra,
ſinguli pulchri,non ambo:aut aliud quodlibet talium. Ita ne ipſe eligis vt ego?An illo potius modo?
HIP.Sic equidẽ.SO.Recte agis Hippia:vt a longa inquiſitione nos liberemus. Si enim ex his eſt pul-
chrum:haud amplius qđ per viſum:& auditum delectat:pulchrum erit . Ambo nãq; pulchra facit:
ſingula minime.Hoc autem impoſſibile:vt inter nos conuenit.HIP.Conuenit certe.SO. Impoſſibile
igitur qđ per viſum,& auditum iucundum:pulchrũ eſſe.nam ſi id pulchrũ eſſet:impoſſibile aliquid
ſequeretur.HIP. Vera haec ſunt.SO.Hic cõtentioſus ille dicet:exponite iterũ a principio,poſtq̃ iſtud
vos fefellit,quid eſſe pulchrũ hoc dicitis,qđ ambabus voluptatibus ineſt:propter qđ iſtas prae cęte-
ris honorantes pulchras vocatis.Neceſſariũ mihi videtur o Hippia,vt reſpõdeamus,ꝙ innoxię ſunt
prę cęteris voluptatibus atq; optimę:tam ambę q̃ ſingulę.An tu aliquid aliud habes,quo ab aliis diſ
ferant?HIP.Nihil:reuera enim optimę ſunt.SO.Tum ille:hoc igitur pulchrũ eſſe dicitis: conducibi
lem voluptatẽ?Videri equidem reſpondebo:tu vero?HIP.Et ego.SO. Ille vero ad haec. Nonne con-
ducibile eſt quod bonum efficit?Efficiens autem & effectum aliud eſſe conſtitit. vnde eodem relabi-
mur.Neq; enim bonum pulchrum eſſet: neq; pulchrum bonũ : ſi quidem aliud vnũquodq; illorum
eſſet . Ita eſſe nos illi,ſi ſapiemus,illico reſpondebimus . Nefas enim eſt : recte loquenti non aſſentiri,

Definitio alia falſa pulchri.
Confutatio.

Alia definitio falſa pulchri.

HIP. Quid tu aliud Socrates cuncta hęc eſſe ducis:q̃ imminutiones quaſdã:conciſioneſq̧ ſermonũ:
vt ante dixi:in minima reſolutas? Illud vero pulchrum & multifaciendũ eſt: vt quis valeat, præclara
oratione habita in iudicio, vel cõcilio, vl' alio cõuentu publico ad quẽ verba fiunt: auditoribus pſua-
ſis: nõ minima quędã: ſed maxima pręmia reportare ſuiipſius: rerũ ſuarũ: amicorũq̧ ſalutẽ. Hęc ſane
omiſſis minutis his quęſtiunculis complecti decet: ne demens eſſe videaris: dum deliramenta: & nu-
gas, vt modo, ptractas. SO. O amice Hippia, tu quidẽ beatus es, qui noſti, quib⁹ ſtudere hoĩem decet:
& ipſe abunde vt aſſeris, ſtuduiſti. Me vero mira quędã fortuna detinet: quippe qui aberro ſemp atq̧
mendico. Quotiẽs autẽ inopiam meã ſapiẽtibus vobis oſtendo: verbis rurſus a vobis obiurgor. Obii
citis enim cõtinuo: quæ & tu nunc obieciſti: me ſcilicet ſtolida: exilia: & nihilifaciẽda tractare. Demũ
cum perſuaſus a vobis: eadẽ quę & vos pfero, optimũ eſſe elegãter orare in iudicio, & alio quouis coe
tu, & ad votũ peragere, rurſus nõnulli e noſtris, & ille vir qui me ſemp redarguit, grauiter increpãt.
Proximus ille vir mihi genere eſt, & vna mecum habitat. Ergo cũ primũ domũ ingreſſus ſum: & ille
me talia dicentẽ audit, interrogat quid non erubeſcam de pulchris operibus diſputare: cũ adeo ma-
nifeſte circa pulchrũ redargutus ſim, q ipſum pulchrũ quid ſit, ignorẽ. Inquit eñ. qua ratione intelli
ges quę oratio pulchre cõpoſita ſit, quę nõ, aut aliã quãlibet actionẽ pulchrã eſſe, vel turpẽ, dum pul-
chrum ipſum, quid eſt, ignoras? Et quãdo ita affectus es, viuere te q̃ mori praſtare putas. Contingit
itaq̧ mihi qđ modo dicebã, vt & a vobis & ab illo male audiam. Sed forte operępretiũ eſt hæc oĩa to-
lerare: neq̧ enim id abſurdũ, quid lucratus fuerim. Tantũ vero Hippia cõſuetudine vtrorũq̧ pfecit
vt prouerbiũ illud dicens: Pulchra difficilia eſſe: intelligere mihi iam videar.

Prouerbium. Pulchra cognitu difficilia. qđ vt certa definitio redditum eſt.

FINIS HIPPIAE.

Argumentũ Marſilii Ficini Florentini in Platonis Lyſidem, Vel de Amicitia, ad
Petrum Medicem patriæ patrem.

VBi Socrates cũ ſophiſtis eorũq̧ ſectatoribus diſputat: opiniones falſas redarguit:
veras ſignificat potius, q̃ doceat. Nã acuta ingenia redargutis falſis: exiguo dein
de veſtigio vera venant. Qđ in Euthydemo: Protagora: Menone: Hippia: Euthy
phrone: & Lyſide patet. Vbi vero cũ diſcipulis & ſtudioſis ſui ſermonẽ habet: oſtẽ
dit ac docet. qđ quidẽ ex multis dialogis intelligit. In Lyſide igit cũ de amicitia in
ter ſophiſtarũ diſcipulos diſputet: cõfutandis falſis potius, q̃ monſtrãdis veris, So
crates ſtudet. Quę vero ſit de amicitia: & amore Platonis ſẽtẽtia: ex hoc libro cõii
cere: ſed ex libris de legibus aliiſq̧ multis cõprehẽdere poſſumus. Amicitiã eſſe vult, honeſtã ppetuę
voluntatis cõmunionẽ. Huius finẽ eſſe, vitã vnã. Principiũ eius: cognationẽ. Medium autẽ amorem.
Vt honeſtã dicit: excludit improborũ hominũ cõtubernia: laſciuorũq̧ cõgreſſus. Vt ppetuæ: leues
adoleſcẽtulorũ beniuolẽtias: etiã ſi honeſtę ſint: nõdum amicitias appellãdas monet. Vt volũtatis: ſi
gnificat nõ ſimilitudinẽ opinionis cuiuſdã vel artis ad amicitiã perficiẽdã ſufficere. Vt cõmunionẽ:
beniuolentiæ viciſſitudinẽ indicat. Huius finis eſt, vt e duobus animis vnus volũtate fiat: ex vna vo
luntate vita vna: ac demũ ex vna vita, numinis vnius eiuſdẽq̧ ideę fruitio. Principiũ quo cõmunio-
nis huius deſideriũ excitatur: cognatio eſt. Cognatio cõuenientiã in idea: ſydere: genio & quadã ani-
mę: corporiſq̧ affectiõe ſignificat. Nã qui ex vno pẽdẽt, in vnũ: p vnũ, atq̧ ad vnũ reuerti nitunt. Me
diũ & quaſi quidã ad amicitiã trames, amor exiſtit. Cũ autẽ amor pulchri deſideriũ ſit: & amicitia ab
amore & ducatur pariter & dicat: neceſſe eſt eos qui amici futuri ſunt, pulchros eſſe. Pulchros inquã
quorũ animi pulchri. Homo enim animus eſt: Corpus hoĩs inſtrumentũ: & quiſq̧ pulchrũ amat cor
pus: nõ hominẽ: ſed ea quę ſunt hoĩs amat. Quãobrem quotiens cognatio illa adeſt: & animorũ pul-
chritudo cõcurrit, perfecta naſcit amicitia. Si corporis forma huic animorũ pulchritudini adiuncta
eſt, citius amare incipiũt, & breui amicitiæ habitũ aſſequũtur. Qđ in Platonis Dioniſq̧ mutua beni
uolẽtia contigit. Sin autẽ forma corporis cũ animi deformitate cõiungitur, nõ honeſtę cõmunionis,
ſed turpis cõgreſſus cupido exoritur. Vnde non amicitia: immo petulantia primũ, deinde diſcordia
proficiſcit. Quare ſi cognatio deeſt: amici nunq̃. Si adeſt cognatio, deeſt omnis pulchritudo: interdũ
beniuoli potius, q̃ amici. Sin autẽ cognationi pulchritudo corporis: nõ animi eſt adiuncta, pro amici
tię deſiderio obſcœni cõgreſſus ardor exorit. Cũ vn⁹ aĩo pulcher: turpis alter, admonitiõis & incre-
pationis ſtudiũ cognatio illa parit. Q; ſi pulcher vnius animus: alterius nec pulcher eſt, nec turpis:
docẽdi diſcẽdiq̧ inuicẽ voluntas ex cognatiõe puenit. Tandẽ ex increpatiõe illa & hac doctrina ami
citia naſcitur. Qđ quidẽ in Phædrum & Alcibiadẽ Socratis amor oſtẽdit. At vero cognatio pulchri
tudinẽ vtrinq̧ nacta, cito indiſſolubilẽ procreat amicitiã. Idq̧ in Platonis Aſteriſq̧ beniuolẽtia cõſti
tit. Atq̧ hęc vt e multis colligit, de amicitia Platonis noſtri ſentẽtia eſt. In hoc autem dialogo: primo
eos qui amore abutunt: & ſub amicitię ſpecie turpi libidini ſeruiunt, increpat. Deinde eos qui ex ſola

corporis forma, amari ſe dignos exiſtimant, admonet. Tertio illos: qui minus vere de amicitia ſentiebãt, refellit. Poſtremo callem quẽdam ſagacibus animis ad venandã amicitiã indicat. Singula mẽbra ſuis in locis legẽtibus patent. Nã dum Hippothalẽ & Criſippũ ironia iociſq; deridet Socrates, ꝙ turpi amore capti eſſent, ſignificat. Et dũ corã illis adoleſcẽtes ad mores iſtruit: amatores admonet: quo pacto amãdũ: & quomodo vna viuendũ ſit. Cũq; amatores inſtituiſſet, ſecundã dialogi partẽ ad amatos inſtituẽdos aggredit̃. Vbi longa inductiõis ſerie docet, nõ vmbratili huius corpuſculi forma: ſed vera animi pulchritudine: ſapiẽtia ſcilicet: & prudentia amicos aucupari decere. Tertio loco confutat: & primo Solonis ſententiam, qui amatos inquit amicos eſſe. Qui tamẽ ſępe amãtes oderunt. Addit etiã nec amãtes dũtaxat, amicos eſſe: quia ſępe odio habent̃: qui amant. Vbi cõcludit reciprocam beniuolentiã, amicitiã eſſe vocandã. Deinde Empedoclem reprehẽdit, qui quãlibet ſimpliciter ſimilitudinẽ ad amicitiã ſufficere voluit. Qđ falſum eſſe artiũ multarũ ſimilitudo declarat: quę inuidiam & odiũ ſępius, q̄ amicitiã gignit. Accedit poſtmodũ Heſiodi Heraclitiq; opinio, ꝙ diſſimilia ſint amica. Idq; falſum eſſe ex eo cõſtat: ꝙ odium & amor cum diſſimilia ſint, amica nõ ſunt: nec iuſtus vir & iniuſtus. & de aliis eodẽ pacto. Q; ſiquid aliquãdo diſſimile ſui appetere videat̃: vt aridum qđ eſt, humorẽ, caloremve qđ frigidum: dicendũ eſt nõ amare contrariũ: ſed ſuiipſius reſtitutionẽ ex cõtrario quęrere. Qđ enim calore nimio pręter naturã ſuam vritur: per frigus ad tẽperiem naturalẽ reducit̃. Quare nõ frigus ſed tẽperiem ꝑ frigus amat. Idem eſt de caeteris contrariis iudicandũ. His cõfutatis opinionẽ quãdam vt ſuã quaſi vaticinans Socrates infert. Vbi trifariã affectiones animi diuidit, bonum animũ, malum, neutrũ. Malum bono ꝓpter diuerſitatẽ amicum eſſe nunq̄. Malũ a malo ꝓpter iniuſtitiã lędi. Ergo nec hos inuicẽ amicos eſſe. Neutrũ quoq; amare malum impoſſibile. malũ enim cum obſit, ſuapte natura odio ſemp habet̃. Reſtat vt amicitia ſit inter bonũ ac bonũ: & neutrũ atq; bonum. Et illa quidẽ in gaudio: in deſiderio hęc conſiſtit. Ex quib[9] duę quędã amicitię ſpecies ortę ſunt. Sed inſurgũt obiectiones quaedã: quae id turbare videntur: quas Socrates pãlam infert: ſolutiones vero clam innuit. Prima quia bonus bono ſimilis: ſimilia vero nõ eſſe amica contra Empedoclẽ dictum fuit. Vbi intelligendũ: non dictũ eſſe ſimilia nullo modo amica fieri: immo negatũ ꝙ ſimpliciter quęlibet ſimilitudo ad amicitiã procreandã ſufficiat. Item cũ ſecundo obiicit̃: bonus ſeipſo ſufficit: ergo nõ deſiderat alterũ: vnde nõ amat: quare nec boni amicus eſt: Exponendũ eſt ꝙ hęc abſurditas nõ ex Platonis mente ſequit̃: ſed ex Empedoclis & Heracliti dictis: in quibus amoris deſideriũ ab amicitia nõ diſtiguũt. Quare vna cũ amicitia cupiditas ꝑpetua ſit neceſſe eſt. Plato vero amicitiã habitũ quẽdam eſſe vult ex amore diuturno cõtractũ. Quo fit vt amor ſit exoriens amicitia. Amicitia vero inueteratus amor. in quo multo plus voluptatis q̄ deſiderii reſtat. Ex quo ſequit̃: vt qui cupierat: iam delectetur. Itaq; amicitię habitus nõ neceſſario deſiderii pręſentis ardorẽ: ſed delectationẽ exigit. Ergo ſi bonus bonũ minus deſiderat, non tamẽ minus, bonus bono gaudet: qđ ad ſeruandã amicitię rationẽ plurimũ valet. Atq; hęc vna eſt amicitię ſpecies: inter bonũ videlicet atq; bonum in gaudio potius q̄ in deſiderio conſtituta. Eſt & altera quae deſiderii plus, q̄ voluptatis includit, inter neutrum bonũq; exoriens. Quę quidẽ, qua ratione fiat, & cuius gratia: & ꝓpter quid, in textu ſatis patet. Deſcribit illã primo vt opinio porrigit: deinde paulatim emẽdat. Nam cum dixiſſet, neutrum propter malũ inimicum, amare bonum amicũ boni amiciq; gratia, ſtatim dictis obiiciendo corrigit. Vbi primũ docet: amicitias õmnes quę ad hoĩes dirigũtur, imperfectas eſſe: & imagines amicitię: quae ad ipſum primũ bonum rerũq; omniũ reſpicit auctorẽ: qđ primo amatur: & cauſa eſt vt amẽtur hęc omnia. Et quiſquis aliquid amat, ipſum primũ tanq̄ finem amoris habet. Nam a primo bono bonũ omnibus ineſt: a primo pulchro, gratia ſingulis adeſt: bonitas vero trahit nos: allicit pulchritudo. Non ergo iſta nos inferiora mouent: ſed primũ illud in iſtis trahit & allicit. Illud itaq; in iſtis ſimul atq; ex iſtis: non iſta amamus. In quo Platonis noſtri pietas in deũ: ſummaq; religio mirifice fulget. Oſtẽdit praeterea non ſemp nos alterius gratia amicos eſſe. Neq; enim primũ bonũ: boni alterius gratia exoptamus. Itẽ nõ propter malũ: bonum cuperes. Quia etiã omni malo e terum natura ſublato reſtaret bonum ſuapte natura gratum: & appetitus in eo qđ minus bonũ: ad bonum maius cõſequendũ traheret. Nõ enim malum eſt: qđ ſummi boni excitat appetitum: ſed ipſius minus boni egeſtas ad ſui repletionẽ in ſummũ bonũ conuertit: quae quidẽ nõ malũ: quia nunq̄ malũ ad bonũ: & contrariũ ad contrariũ: ſed inchoatio boni potius nũcupanda. His ad emendationẽ illatis: principiũ quoddã inducit amicitię perfectius inueſtigandę: Inquit enim cognationẽ & naturae cõuenientiã amicitiã parere: de qua ſatis in principio diximus. Poſtremo iuuenes illos adoleſcenteſq; mordet ꝙ ignorent quid merito amãdum ſit: quae amicitia vera: quo pacto honeſte: ſtabiliterq; conſletur: & anteq̄ haec diſcant, temere, procaciter, & petulãter amicitiã inire cõtendãt. Sed ne illos infeſtos ſibi redderet: clam iſta ſignificauit: & ſeipſum vnã cum illis reprehendit. Hęc de argumento ſatis. Ad Lyſidem veniamus.

FINIS ARGVMENTI IN LYSIDEM.

PLATONIS LYSIS VEL DE AMICITIA, E GRAECA LINGVA IN LATINAM TRADVCTVS A MARSILIO FICINO FLORENTINO AD PETRVM MEDICEM PATRIAE PATREM.

SOCRATES.HIPPOTHALES.CTISIPPVS.MENEXENVS.LYSIS. SOCRA.

Occaſio dial. CVMEX Academia Lycoeum verſus ꝑ ipſa ſuburbia proficiſcerer:Pylidi
vbi fons eſt Epanopius,ꝓpiquaui:& ibi Hippothalẽ Hieronymi filiũ: &
Criſippũ Peanũ:alioſq; vna cũ his adoleſcẽtes offendi.Cũ me Hippotha
les veniẽtẽ videret:o.Socrates inqt,quonã & vnde?At ego,ex Academia
Lyceum verſus.Tũ ille,adeſdũ, neq; vlterius ꝓgrediaris.Ad hęc equidẽ
decet inquã:ſed vbinã : & apud quos veſtrũ eſſe me vultis?Ille vero e re-
gione murorũ oſtẽdens gymnaſiũ quoddã circunſeptũ & ianuã apertã:
hic ait,manere te volumꝰ:hic autẽ ipſi & alii multi:& quidẽ honeſti nos
exercemus.SO.Qua potiſſimũ in re eſt hęc veſtra exercitatio?HIP.In pa
lęſtra quę nuꝑ eſt cõſtituta:ac vt plurimũ in ſermonibꝰ:quos tecũ liben-
ter cõmunicaremus.SO.Recte agitis.Sed qs ibi praeceptor?HIP. Socius
Miccus Socratis ſocius. tuus & laudator Miccus.SO.Per Iouẽ nõ ignarus ille quidẽ,ſed ſophiſta peritꝰ.HIP.Vis ne me intro
ſequi,vt eos q ibi ſunt,videas?SO.Id in primis libẽter audirẽ,ad quid ingrediar:& qs honeſtior adſit.
HIP.Alius alii videt o Socrates.SO.Tibi vero,quis honeſtior o Hippothales?Dic obſecro.At ille in-
terrogatus obticuit.Tum ego,o Hieronymi fili Hippothales:vtrũ diligas quẽpiam necne,nil opꝰ eſt
vt aperias.Noui eñ ꝗ vehemẽter honeſtiſſimos quoq; diligere ſoleas.Etenim caeteris in rebus hebes
& inutilis ſum:Id aũt vnũ mihi munꝰ adeo datũ:vt prio aſpectu amicos agnoſcã.Ad hęc ille nihil re
ſpõdit.Verũ Criſippus,ꝗ vrbanꝰ es,inquit Hippothales,ꝙ amici tui nomẽ Socrati referre nolis. Q;
ſi pauliſper tecũ iſte verſetur,audiet te de illo multa loquentẽ.Nobis iã o Socrates aures impleuit no
mine Lyſidis.Solũ vero poſtꝗ bibit paulũ requieſcimus:et e ſomno exciti,ilico nomen Lyſidis audire
videmur.Et quę ſoluta oratione hic ꝓnunciat,apte quidẽ & concinne dicta:minus tamẽ vehemẽtia
ſunt.At quotiẽs noſtra poemata ſcriptaq; vſurpare & effundere nititur vehemẽtius agit:& qđ gra-
uius eſt,alta admodũ voce in amicos quotidie cantat:quã nos tolerare neceſſe eſt:modo vero a te ro-
gatus obticuit.Iuuenis inquã Lyſis hic eſſe videt:nã audiens eius nomen:haud agnoui.Tũ ille,raro
nomẽ eius enunciant:ſed ex patris noie cũ ſit vir admodũ nobilis:adhuc iuuenis ipſe ſignificatur: id
enim mihi perſuadeo,permultũ abeſſe:vt figurã eius ignores:adeo nãq; honeſta indole praeditus eſt:
vt vel ea ſola notus oibus eſſe poſſit.Cuiꝰ inquã filius eſt?dicite ꝗſo.Democratis inqt Aexonei maior
natu filiꝰ.At ego.En o Hippothales:ꝗ generoſam:cõſtantẽq; beniuolentiã nactꝰ es. Age mihi quoq;
quę & his oſtẽde:vt videam vtrũ ſcias:quę de amicis amicũ decet ad ſe & ad alios dicere.HIP. Quid
ex his quę hic loquit,perpẽdis o Socrates?SO.Vtrũ diligere te illũ quẽ dixit,neges?HIP.Nequaꝗ:ſed
nihil effingere aut ſcribere in illos aio.Ad hęc Criſippus,haud ſanę mẽtis hic eſt:ſed delirat atq; inſa-
nit.SO.O Hippothales nec carmina:nec etiã cãtilenã,ſiquã in amicos cõpoſuiſti: audire admodũ cu
ro:ſed qua mente in illos ſis,intelligere cupio.HIP.Criſippus iſte tibi referet.nouit enim meminitq;.
ſiquidem,vt ipſe ait,quotidie audiens a me obtunditur.CTI.Et maxime quidẽ per deos. Nam ꝗridi
culũ eſt,vt cũ hic illũ prę caeteris diligat:nihil tamẽ ex ĩgenio ſuo:qđ nõ etiã quiuis puer poſſit : affer
re valeat.Quę autẽ ciuitas vniuerſa de Democrate & Lyſide huiꝰ auo deq; oibus illoꝝ maioribꝰ prę
dicat,eadẽ & ipſe circũfert:diuitias:equorũ copiã:victorias in Pytho:Iſthmo:& Nemea:quadrigis:&
equis:necnõ iſtis antiquiora.Nã pridẽ nobis hoſpitiũ cõuiuiũq;,in poemate quodã retulit:quo qui-
dã ex maioribꝰ Lyſidis Herculẽ quondã ob cognationẽ excepit: quippe cũ ille quoq; ex Ioue & filia cu
iuſdã prĩcipis ppl̃i natus eſſet:ꝗ aniculę etiã cãtãt.Caeteraq; huiuſmodi ꝑmulta o Socrates. Hęc ſunt
ꝗ hic narrãdo: canẽdoq; audire nos cogit.SO.O ridicule Hippothales,anteꝗ viceris,laudationẽ ĩ te-
ipm effingis atq; decãtas.HIP.Nõ in me hęc o Socrates prędico.SO.Nõ vt putas.HIP.Qui iſtuc di
cis?SO.Maxime oim in te vnũ odae hae redũdãt. Nã ſi amicũ talẽ apprehẽderis,ornamento tibi erũt
laudes eiuſmodi:tanꝗ triũphatori cuidã: cũ amicũ huiuſmodi nactus fueris . Sin autẽ fefellerit,quo
Praeceptũ in comparandis amicis. maiores illi laudes attribueris,eo maioꝝ expers bonorũ magis quoq; ridiculus iudicaberis.Quicũq;
igit ĩ cõparãdis amicis ſapiẽs eſt,nõ priꝰ quẽꝗ eoꝝ laudat ꝗ ipſoꝝ familiaritatẽ fuerit aſſecutꝰ.futu-
ra nãq; formidat.plęriq;.n.cũ laudari & ſe extolli ſẽtiũt: faſtu tumeſcũt.an nõ idẽ tibi videt?HIP.Mi
hi vero.SO.Nõne quo ſupbiores ſũt,eo difficilius capiunt?HIP.Veriſimile eſt.SO.Qualis tibi vena
tor ille videret eſſe:ſiqs ita feras expelleret,vt & tutiores fierẽt,& capi difficiliꝰ ĩ poſterũ poſſẽt? HIP.
Iners videlicet.SO. Atqui ſermonibꝰ,cantibuſq; nõ demulcere,ſed exacerbare potiꝰ hoĩes,labor eſt a
muſis admodũ alienus.HIP.Videt.SO.Vide igit o Hippothales,ne his oibus obnoxium reũq; te ob

poeſis ſtudiũ reddas. Arbitror ſane nullũ te bonũ poetã exiſtimaturũ, q ſeipſum poemate læſerit. HIP. Nullũ per Iouẽ. quę enĩ hęc eſſet abſurditas? Ob hanc profecto cauſam tecũ o Socrates mentẽ meã cõmunico: & ſiquid habes aliud, cõſule, qua ratione quis aut dicẽdo aut agendo cõciliare ſibi quos diligit, poſſit. SO. Nõ facile dictu eſt. Verũ ſi hũc mecũ colloquio iũgeres: tibi forte oſtẽderẽ, quę illi dicẽda ſint pro his quę loqui te, & canere erga illũ iſti narrarũt. HIP. Nihil impedimẽto fuerit. Si enĩ vna cũ Criſippo hoc ingrediaris, & ibi ſedens diſputes: ipſe tibi, vt arbitror, adhærebit. Nã audiẽdi apprime auidus eſt. Ac etiã ibi Mercurialia celebrãtes, iuuenes in vnũ conueniũt. Ad te igitur aduẽtabit, & niſi id fecerit: memento illũ Criſippi familiarẽ eſſe ꝓpter Menexenũ huius nepotẽ, cuiꝰ ille ſocius eſt chariſſimus. Accerſat itaq; hic illũ, ſi minꝰ ipſe ꝑ ſe acceſſerit. Sic agẽdũ eſt inquã: & ſimul apꝓhenſo Criſippo, in palęſtrã ꝓſequutus ſum: & alii nos a tergo ſequuti ſunt. Ingreſſi aũt inuenimus ſacras cerimonias ferme pactas: iuueneſq; cõptos, calculis taliſq; ludẽtes, partim in ipſo veſtibulo extra ludebãt: ptim in gymnaſii angulo paris impariſve iactu exercebãtur: calculos e calathis quibuſdã extrahẽtes. Hos intuẽtes alii circũſtabãt: e qbus Lyſis erat: q aſtabat inter iuuenes coronatus: & oĩbus indole pſtans: nec pulcher tñ, ſed & honeſtus & bonus exiſtimãdus. Nos aũt e cõſpectu vbi quieti locus erat: cõſedimus inuicẽ diſſerẽtes. Conuerſus Lyſis: freqũter in nos oculos coniiciebat: vtpote q ꝓpius accedere cuperet, ſed ſolus accedere verebaẽ. Interim Menexenus inter ludẽdũ ex aula ingreſſus eſt, meq; & Criſippũ cõſpicatus, conſeſſum venit. Quẽ Lyſis intuitus ſequutus eſt: & iuxta eũ aſſedit. Aduentarunt inſup alii. Hippotales aũt poſtq̄ multos cõueniſſe perſpexit, latere cupiẽs, ea ſe recepit, qua videri nõ poſſe a Lyſide arbitrabaẽ: ne forte illi moleſtus foret: & ſic aſtans audiuit. Ego vero Menexenũ inſpiciens, O fili Demophontis inquã, vter veſtrũ natu maior? Ambigimus reſpõdit ille. Cui inſup addidi. Nũqd etiã vter generoſior ſit, ambigitis? Et iſtud. An etiã vter honeſtior ſit? Subriſerũt ambo. Vter veſtrũ ditior ſit: haud quaq̄ interrogabo. Amici nãq; eſtis. nõne? Et maxime qdẽ: reſpõderũt. Amicorũ vero cõmunia oĩa. quapropter hoc nihil differtis: ſi quidẽ id vere de amicitia dicitis. Conſenſerũt. Sed cũ percontari vellẽ vter iuſtior, & ſapiẽtior eſſet, interrupit nos qdã q Menexenũ accerſiuit: dicẽs illũ a gymnaſii magiſtro vocari. Viſus enĩ mihi eſt ſacrorũ antiſtes. Abiit igitur: & ego Lyſidem interrogaui.

Colloquutio beneuola, vt pueri animus ad loquendũ alliciatur.

Dic age o Lyſis, vehementer te pater ac mater amãt? LY. Valde. SO. An non beatiſſimũ fore te cupiũt? LY. Quid ni? SO. Videẽ tibi beatus ille q ſeruit: & cui nihil eoꝝ q̄ cõcupiſcit: agere licet? LY. Non per Iouẽ. SO. Ergo ſi te pater, & mater amãt, beatũq; fieri volũt, id omni opa diligẽtiaq; curabunt: vt beate viuas. LY. Quid ꝓhibet? SO. Permittẽt itaq; qdcũq; lubet efficere: nec tuis cupiditatibus aduerſabũtur. LY. Per Iouẽ o Socrates, mihi in plurimis obſtãt. SO. Qui iſtuc ais? Dũ te fore beatũ exoptãt: te impediũt: quo minus voti tui cõpos efficiaris? Reſpõde ad hęc. Si cuperes aliquo patris tui curru peruehi: capiẽs habenas, qñ pugnat, nunqd ꝑmitteret? LY. Nihil minus. SO. Quẽ ergo ꝑmitteret? LY. Eſt auriga qdã a patre meo mercede cõductꝰ. SO. Quid ais? Mercenario parentes tui cõcedẽt potius q̄ tibi liberã equorũ adminiſtrationẽ? & argentũ pterea huius opis cauſa erogabũt? LY. Sed quidnã? SO. Mulos vero iugatos ducere: lotiſq; cędere, tibi cõcedent? LY. Cur mihi cõceſſerint? SO. Nulli ne verberare hos licet? LY. Et valde qdem mulioni videlicet. SO. Seruo: an libero? LY. Seruo. SO. Seruũ itaq; pluris faciũt q̄ te filiũ: liberiuſq; agendi arbitriũ exhibent. Quinetiã ad hęc mihi reſponde. Te ne tibi ipſi dominari permittũt: an non? LY. Neq; id vllo pacto. SO. Quis tibi dominatur? LY. Pędagogus. SO. Nũquid ſeruus? LY. Seruus noſter. SO. Qꝫ oneroſiſſimũ eſt, vt liber ſeruo ſubiiciatur. Sed quid agendo, pędagogus hic tibi imperat? LY. Dũ ad magiſtros me ducit. SO. Et hi quoq; pceptores tibi imperant? LY. Omnino. SO. Multos igiẽ dominos principeſq; tibi pater ſponte ꝑpoſuit. Sed cũ domũ ad matrem redieris, te ne ſinit quicquid placeat agere, vt beatus ſis: vel circa lanificiũ: vel circa telam, quãdo texit? An gladiũ forcipeſq;, radiũ, ac pectem cętera q; lanificii inſtrumenta attrectare ſinet? LY. Non vetaret ſolũ: ſed & cæderet, ſi tangere auderem. SO. Proh deus, iniuriã ne patri vel matri aliquã intuliſti? LY. Nullã prorſus. SO. Quã ob cauſam te beatũ fore: & arbitratu tuo diſponere ſingula nolũt: et quotidie te ſic educant, vt ſemper alicui ſeruias, & vt breui cõplectar, nihil pro tua volũtate agas? Quo fit, vt nihil tibi prodeſſe tã amplę diuitię videãtur, quãdoquidem quiuis magis q̄ tu has adminiſtrat. Et qđ maius eſt, nec etiã corpus tã generoſum: quippe cũ alius hoc alat, & colat: tu aũt nullũ habes imperiũ o Lyſis: nec vllius voti cõpos efficeris. LY. Nõdũ per ætatem licet o Socrates. SO. Vide ne minus id ſit, qđ tibi impedimẽto eſt o Democratis fili. Nam hęc, vt arbitror, & pater & mater tibi cõcedũt: nec ętatem prouectiorem expectant: quotiẽs legi ſcribive ſibi aliquid optant. Tibi enĩ p̄ cęteris domeſticis iſta cõmittũt. LY. Maxime. SO. In his tibi licet tã ſcribendo q̄ legendo quẽuis ordinẽ literarũ ſeruare. Et quando lyram ſumis: nihil prohibent, vt opinor, parentes tui, quo minus intendas vel remittas chordarũ quãlibet: & frices, & pulſes plectro. LY. Non certe. SO. Quid in cauſa eſt o Lyſis: q; in iis ꝑmittũt,

in ſuperioribus prohibeant? LY. Quoniã iſta quidẽ ſcio: illa contra ignoro. SO. En o optime Lyſis:
nõ ætatem expectat pater ad licentiã tibi exhibendã: ſed profectũ ingenii. Etenim cũ primũ te ſen-
ſerit teipſo prudentiorẽ effectũ, illico & tua oĩa, & te libere tibi cõmittet. LY. Spero equidem. SO.
Quid porro vicini? nõne eadẽ ratione ſe qua & parẽtes erga te gerẽt? Vicinũ cẽſes tibi ſuę domus
cõmiſſurũ gubernationẽ, ſi te intellexerit in re familiari peritiorẽ eſſe: an ipſum ꝑ ſe miniſtraturũ?
LY. Mihi cõmiſſurũ puto. SO. Athenieẽſes quoq; dubitas quin remp. tibi cõmendẽt, cũ primũ te in
his rebus prudentiorẽ aliis eſſe perceperint? LY. Nõ dubito. SO. Quid rex magnus? Vtrũ eius filiũ
natu maiorẽ, cuius Aſię regnũ futurũ eſt, permittet in elixarum carniũ ius quicquid velit inice-
re: potius q̃ nos, ſi illi perſuaſerimus, popinę peritiores eſſe q̃ filiũ? LY. Nos videlicet. SO. Et illũ ni-
hil prorſus, nos aũt etiã ſi ſalis multũ capientes immittere vellemus, certe ꝑmitteret. LY. Quid ni?
SO. Et ſi filius eius oculos ægrotaret, nũquid permitteret eũ ſibi oculos attrectare, an prohiberet,
cũ medicũ illũ nõ exiſtimaret? Nos aũt ſi modo putaret peritos medicos eſſe, nil impediret, etiam
ſi vellemus patefactis palpebris, & cinere ſupinfuſa curare? LY. Vera loqueris. SO. Quinetiã cętera
oĩa nobis cõmitteret: potius q̃ ſibi vel filio: in quibus ſapientiores nos eſſe putaret. LY. Neceſſe eſt

Quãtũ fidei & dignitatis afferat prudẽtia, & q̃ contraria imprudentia.

o Socrates. SO. Sic ſe res habet amice Lyſis, ſingula in quibus prudentes ſum⁹, cũcti nobis cõcedẽt:
& Gręci: & Barbari: tã viri q̃ mulieres: & in iis arbitratu noſtro agemus: nec vllus ſpõte nobis ob-
ſtabit: quo minus & nos liberi ſimus, & alioꝝ duces. Et cũ nobis hęc cõferãt: noſtra erũt. Quę vero
ignoramus, nemo nos, vt lubet, agere ꝑmittet: ſed oẽs pro viribus repugnabũt: nõ extranei tantũ,
verũ parentes etiã: & qđ nobis propinquius eſt: nos quoq; ipſi nõ nobis: ſed aliis miniſtrãtibus: &
hęc cũ nullo nobis emolumento ſint, a nobis aliena exiſtẽt. Cõſentis? LY. Cõſentio equidẽ. SO. Ali-
cui ne hominũ amici erimus, amabitq; nos aliquis in his rebus, in q̃bus inutiles ſumus? LY. Nũq̃.
SO. Ergo nec te pater: nec vllus alium quẽq̃ diligit, quatenus eſt inutilis. LY. Non vt videtur. SO.

In his q̃ ſapi-m⁹ gloriamur & ſu̾bimus.

Si itaq; ſapiens euaſeris, oẽs amici tibi & familiares erũt. Vtilis enim, & bonus eris. Sin minus: nec
alius quiſq̃ tibi, nec parentes, neq; propinqui amici erũt. Poteſt ne aliquis in his ſuperbe ſapere atq;
gloriari: in q̃b⁹ nõdũ q̃cq̃ ſapit? LY. Qui iſtuc fieri põt? SO. Si tu ꝑceptore indiges, nõdũ ſapis: LY.
Nõdũ certe. SO. Non ergo ſuperbe ſapis, ſi nil ſapis. LY. Nõ per Iouẽ: vt mihi videor. SO. Quę cũ
audiſſem, in Hippotalem conuerti oculos: atq; parũ abfuit quin ita dicerẽ. O Hippotales, hoc pa-
cto cũ adoleſcentibus diſputandũ: corripiendo illos atq; deiiciendo: nõ blandiendo: vt ipſe agis: &
efferendo. Sed cũ vidiſſem illũ anxium: turbatũq; ex antedictis: recordatus ſum, ꝙ dudum prẹſens
Lyſidem latere volebat. Recepi ergo me ipſum, linguamq; cohibui. Interea reuerſus Menexenus:
iuxta Lyſidem: vnde ſurrexerat: requieuit. Tũ Lyſis, gratioſe admodum, & amice, a Menexeno ſeor
ſum mihi ſuſurrauit ad aures. O Socrates, quę mihi, eadẽ obſecro Menexeno quoq; ediſſeras. Ipſe
inquã, Lyſis illi referes. Nam attente nos auſcultaſti. Attente ſane reſpondit ille. Da igitur operã
vt diligenter reminiſcaris: quo illi ſingula perſpicue referas. Q; ſiquid forſitan ſubterfugerit: rur
ſus a me requires: cum me primũ conueneris. Nauabo operam: & maxime quidem: ille reſpondit.
Sed noui ſaltem aliquid illi dicas: vt & ego audiam: donec redeundi domũ ſit hora. At ego, agendũ
eſt, prẹſertim cũ ipſe iubeas, ſed cogita qua ratione mihi opituleris: ſi me refellere Menexenus hic
contenderit. An non contentioſum eſſe illum audiſti? LY. Prorſus: & iccirco te cum illo diſputan-
tem audire percupio. SO. An vt ridiculus habear? LY. Abſit: immo vt illum caſtiges atq; coerceas.
SO. Haud facile eſt: vehemẽs enim, & facũdus eſt: Ctiſippi diſcipulus. Adeſt prætetea quinetiam
Ctiſippus ipſe. an non vides? LY. Nihil verearis o Socrates: age obſecro diſſeras. SO. Differendũ vi-
deť. Verũ iſta nobis ſeorſum ab aliis colloquẽtibus: Cur ĩquit Ctiſippus ſoli hęc ĩter vos agitatis?
Quin aliis etiã veſtra hęc impertite. Impertiendum eſſe reſpõdi. Hic porro nonnihil ex iis quę cõferi-
mus, minus ꝑcipit, putatq; Menexenũ intelligere. Quocirca ꝑcontari ab illo me iubet. CTI. Quid
nõ interrogas? SO. Interrogabo. Dic amabo o Menexene qđ abs te q̃rã. Inata mihi eſt ab ineũte ęta
te poſſeſſionis vnius cupiditas q̃dã, quẽadmodũ & aliis. Vt ecce q̃dã equos deſiderat: aliquis canes:
alius aurũ: honores alius. hęc eq̃dẽ paruifacio: nec multũ iſta me mouent. Acquirẽdorũ aũt amico
rũ deſiderio flagro. Quare amicũ bonũ habere malim, q̃ ꝑtioſiſſimã coturnicẽ: aut gallũ: & ꝑ Iouẽ
potius q̃ equũ atq; canẽ: ac mediuſfidius poti⁹ q̃ Darii aurũ adipiſci, vel ipm Dariũ cape, optimũ
amicũ eligere. Videtis q̃ ſim amicitię auidus. Qñ igiť te & Lyſidem animaduerto, ſtupeo ꝑfecto,
voſq; felices exiſtimo, ꝙ in tam tenera ętate cõſtituti, tãtũ munus breui & facile cõſequuti fueritis:
& tu hũc tibi tã facile tanta beneuolentia cõciliaueris, & hic te mutuo ſit amore cõplexus. tũ ve-
ro a me mun⁹ id abeſt: vt nec etiã quo pacto alter alteri amicus fiat, intelligã. Cęterũ hęc abs te tã q̃
perito q̃rere cupio. quare mihi reſpondeas oro. qñ quis aliquẽ diligit, vter vtrius amicus efficitur?
amãs ne amati, an amatus amãtis? an nihil intereſt? ME. Nihil intereſſe mihi videť. SO. Quid ais?
ambo inuicẽ amici fiunt, quandoq̃dẽ ſolus alter alterum diligit? ME. Mihi quidẽ videť. SO. Quid

porro?an non reperiri pōt amans qdā,cui amatus haud viciſſim ĩ amore reſpōdet?ME.Poteſt.SO.
Nũqd & odio haberi amatorē ſępe cōtingit?Q đ nōnũq̃ amatoribus erga amatos accidit.Amātes
eñ q̃ardētiſſime nōnũq̃ minime redamantur:imo & odio qñq; habenť.An nō vera tibi dicere vi-
deor?ME.Veriſſima.SO.Nōne in his hic qdē amat:ille aũt amať?ME.Certe.SO.Vter ergo vtrius
eſt amicus?amās ne amati,ſiue redameť,ſiue odio habeať?An amatus amātis?an neuter neutri⁹ tũc
eſt amicus,cũ nō vtriq; viciſſim amāt?ME.Sic ſe res habere videť.SO.Aliter itaq; nũc q̃ ſupra cen
ſemus.tũc eñ viſum eſt,ſi alter ſolũ diligat,ambos amicos eſſe: nũc cōtra,niſi vterq; diligat,neu-
trũ amicũ eē dicēdũ.ME.Apparet.SO.Nihil igiť illi amicũ eſt:q amat id a quo minime redamať.
ME.Nō videť.SO.Ergo nec amici equoꝝ ſunt:quos equi nō mutuo amant:nec amici coturnicũ:
neq; canũ:nec vini:nec exercitationis amici:nec ſapiētię:niſi ſapiētia illos viciſſim amet. amāt nēpe
hęc ſinguli:nō tñ amica hęc ſunt.Quãobrē mētiť poeta ille q dicit.Felix ille eſt:cui pueri amici &
equi:venatorii canes, & hoſpes alienigena.ME.Neq̃q̃ mihi videť.SO.Verũ dicere tibi videť?ME.
Verũ.SO.Amatũ igiť amāti amicũ eſt,vt apparet,o Menexene,ſiue amauerit: ſiue oderit: quēad-
modũ teneriores pueri ꝑtim nullo mō amāt,ꝑtī oderũt:qñ a parētibus verberanť.tũc ſane dũ ve-
hemēter odio habeāt:genitorib⁹ ſunt chariſſimi.MENE.Opinor eqdē.SO.Nō ergo amās amicus
ſcđm hãc rōnē:ſed amatus erit.ME.Videť.SO.Et odio habitus inimicus nō odio habēs.ME.Ap-
paret.SO.Ita multi ab inimicis amanť:& odio ab amicis habenť:& inimicis amici ſunt:amicis cō
tra inimici:ſi amatũ potius q̃ amās,amicũ eſt.Quę aũt hęc eēt abſurditas o dulcis amice?Immo i-
poſſibile id qdē,amico inimicũ,inimico amicũ eē.ME.Vera loq videris o Socrates.SO.Et ſi hoc fie
ri nullo mō pōt,reſtat vt amās amati ſit amicũ.ME.Apparet.SO.Silr qđ odio habet,inimicũ eius
qđ odio habeť.ME.Neceſſe eſt.SO.Eadē nobis nũc erũt q̃ & ĩ ſupiorib⁹ cōcedēda: ꝙ plerũq; ami-
cũ ſit aliqd nō amici:plerũq; etiā inimici:quotiēs nō amātē vel faſtidiētē qs amat.Nōnũq̃ inimic⁹
erit nō inimici,vel & amici:qñ nō faſtidiētē qs odit,vel faſtidit amātē.ME.Ita videť.SO.Quid er-
go dicemus:ſi neq; amātes amici erũt,neq; amati:nec amantes amatiq;? nũ alios quoſdā ꝑter iſtos
amicos ſuicē eē dicem⁹?ME.Per Iouē o Socrates qd reſpōdeā nō ĩuenio.SO.Vide o Menexene,ne
forte minus recte ĩ ſupioribus q̃ſiuerimus.Tũ Lyſis.Id,inqt,mihi videť o Socrates.& ſic fatus eru-
buit.Viſum nãq; mihi ĩuitũ illũ effugiſſe qđ dicebať:ex eo ꝙ attētius ĩcũbebat . Sic eñ dum au-
diebat,habere ſe videbať.Ego itaq; volēs Menexenũ reqeſcere,& illius philoſophia nimiũ delectat⁹,
ſic Lyſidē alloquutus ſum. O Lyſis, vera mihi loqui videris:qa ſi recte cōſiderauiſſemus:haud ita
nũc aberraremus.Quare ne vlterius hac via pergamus.Eteñ ardua mihi quaſi via q̃dā aſpera cō-
ſideratio iſta videť.Sed iter qđ nũc ĩgreſſi ſumus:poetarũ adminiculis pagēdũ. Hi nãq; nobis tãq̃
patres atq; duces ſapiētię ſunt.Dicũt ꝑfecto nō male,dũ q amici ſint,admonēt.hoīes ꝑterea cōci-
liatoris dei ductu amicos fieri volũt.Sic eñ aiũt.Deus ſimilē ſemp ad ſimilē agit:& notũ facit. An
nō hęc ipſe aliqñ reppiſti?LY.Repperi.SO.Fortaſſe & ſapiētũ ſcripta legiſti: in qbus eadē hęc affir
māt:ſimile ſimili neceſſario ſemp amicũ eē.Atq; hęc ē eoꝝ ſentētia:q de natura & vniuerſo tracta-
rũt.LY.Vera dicis.SO.Nũqd bene dicũt?LY.Forte.SO.Forte id ex ꝑte verũ eſt: forte etiā ex toto.
ſed nos nōdũ ĩtelligim⁹.Videť eñ nobis ꝑrauus prauo,quo ꝓpius adhęret,& frequēti⁹ cũ eo ver-
ſať,eo magis inimicus fieri.Nã iniuriā infert:fieri vero nequit,vt q infert,& q accipit iniuriā,ami-
ci ſint.nōne ita?LY.Sic ꝓrſus.SO.Hac rōne media ps illius ſentētię falſa erit.ſiqdē praui ſiľes ſunt.
LY.Certe.SO.Verũ mihi videnť bonos dicere ſiľes eſſe ĩuicē,& amicos:improbos aũt,vt ſępe de il
lis diciť,nũq̃ vel ſibi ipſis,vel ĩuicē ſimiles eſſe:ſed ꝑturbatos penit⁹:& inſtabiles.Qui vero ſecũ ipē
diſſentit,nullo mō cũ alio cōſentiet:nec vlli amicus eſſe poterit.Nōne tu idē exiſtimas?LY.Profe-
cto.SO.Id ergo,vt mea fert opinio,ſignificāt o amice,q ſiľe ſimili amicũ eſſe dicũt: ꝙ ſol⁹ bon⁹ ſoli
bono amicus:malus aũt nec bono nec malo vnq̃ reuera amicus efficiť. Conſentis ? LY.Aſſentior.
SO.Habemus iā q ſint amici.Nã rō dictat eos q boni ſunt,amicos exiſtere.LY.Cōſtat.SO. Idē ego
arbitror.Sed ineſt aliqd qđ me ꝑturbat.Et vide q̃ſo qđ ſuſpicor.Similis ſimili q̃ rōne ſimilis,amic⁹:
& talis tali vtilis eſt.Immo ſic ēt cōſideremus.Simile qđcũq; cuiuis ſimili qđ emolumētũ aut detri
mētũ inferre pōt:qđ nō ipſummet ſibiipſi valeat:Aut qd pati ex illo:qđ nō ex ſeipſo ſimiliter pati
queat?Hęc itaq; cũ talia ſint,vt nihil ſe ĩuicē iuuēt,quo pacto ab ĩuicē expetunť? LY. Nullo mō.
SO.Q đ nō expetit:quo mō amicũ?LY.Nullo.SO.An forſitan ſiľis ſimili quātũ ſimilis:nō amicus?
bonus aũt bono quātũ bonus,nō quātũ ſimilis,amicus exiſtit?LY.Forte.SO.Quid vero? nōne bo-
nus q̃tenus bonus eſt,eatenus ſibiipſi ſufficiēs?LY.Ita.SO.Sibiipſi ſufficiēs,ſcđm ipſam ſufficiētiā
nullo penitus ĩdiget.LY.Quid ꝓhibet?SO.Qui nullo eget,nullũ expetit. LY.Nullũ ſane.SO.Si nō
expetit,nec amat.LY.Nō.SO.Qui nō amat,nō eſt amicus.LY.Nō videť.SO.Quō boni bonis ami
ci erũt,q nec abſentes mutuo ſe deſiderāt:cũ ſeipſis ſufficiēter viuāt:nec pñtes ſe ĩuicē indigent?
Tales viri quanã rōne ſe ĩuicē multi facere poſſunt?LY.Nulla.SO.Amici nũq̃ erũt,q ſe inuicē nō

Niſi vterq; amat neuter amicus.
Amici equorũ & coturnicum nō ſunt amici.
Carpitur qdã poeta de amicis loquens.
Poetę ſunt tãq̃ patres & duces ſapientę.
Amicos ductu dei fieri.
Simile ſimili amicum.
Definitio q̃dã amicorum.
Confutatio.

multi facitũt.LY.Nũq̃.SO.Conſidera iã o Lyſis,quo delapſi ſimus,& nunqd oĩno decepti fuerim⁹.LY.Quo pacto?SO.Accepi qñq; ab aliquo,ĩ pſentia etiã & reminiſcor,ꝙ ſimili ſimile aduerſum ẽ, & boni bonis inimiciſſimi ſunt.Qui & Heſiodi teſtimonio vtebat̃: dicẽtis figulũ inuidere figulo: cantorẽ quoq; cantori:& medicũ medico.Et ĩ aliis ſiĩiter neceſſariũ aſſerebat:ſiĩia inter ſe inuidia, ęmulatione,cõtẽtione abũdare,& amicitia diſſimilia.Inopẽ porro diuiti amicũ neceſſitate fieri:& ĩbecillũ auxilii gratia forti:& medico ſiĩiter ęgrotãtẽ.Ignorãtẽ quoq; peritũ deſiderare atq; diligere.Addebat pterea ſublimiora qdã:ꝙ multũ abſit,vt ſimile ſiĩi ſit amicũ:ſed cõtra,qd̃ maxime cõtrariũ,maxime cõtrario amiciſſimũ. Vnũqdq;.n.appetere nõ ſimile,ſed cõtrariũ:vt aridũ appetere humidũ,frigidũ vero calidũ:amarũ dulce,acutũ obtuſum,vacuũ repletionẽ, plenũ,vacuitatẽ: cęteraq; ſiĩiter.Cõtrariũ.n.cõtrario alimẽta pbere.Simile aũt ſimili minime veſci. Eniuero q talia docuit,facũdus & elegãs qdã vir eſſe viſus eſt.Bene.n.dixit.Vobis aũt qd videt̃?ME.Probe,vt prima frõte apparet.SO.Dicim⁹ itaq; cõtrario cõtrariũ amiciſſimũ eſſe?ME.Vtiq;.SO. Sit ita o Menexene.Sed q̃ſo,nõne alienũ hoc & extraneũ?Cõfeſtim ĩ nos vltro ĩſurgẽt ſapiẽtes iſti: q refellendi facũdia pollẽt.& a nobis q̃rent: an nõ ſit maxime cõtrariũ,odiũ amicitię. Quid iſtis potiſſimũ reſpõdebimus?Nõne rñdere cogemur eos vera dicere?ME.Cogemur.SO.Nũqd dicẽt inimicũ amico amicũ? Vel amicũ inimico amicũ?ME.Neutrũ.SO.Nũ & iuſtũ iniuſto,vel tẽperatũ intẽperato? aut malo bonũ?ME.Nõ mihi videt̃.SO.Atq ſi ſecũdũ cõtrarietatẽ amicũ eſt alicui aliquid, amica hęc eſſe oportet.ME.Oportet ſane.SO. Quare nec ſimili ſimile:neq; cõtrario cõtrariũ eſt amicũ. ME.Nõ videt̃.SO.Age & hoc aduertamus,ne nos magis adhuc lateat, ꝙ amicũ reuera nihil ex his q̃ diximus,ſit : ſed ꝙ neq; bonũ neq; malũ,amicũ qñq; boni efficiat̃.ME.Quid ais? SO.Ignoro & ipſe p Iouẽ.

Prouerbium.

Pulchrũ amicũ eſſe.

Vacillo.n.ob ſermonis ambiguitatẽ.Et videt̃,vt vetus habet pũerbiũ, pulchrũ ipm amicũ eſſe.Apparet.n,molle qddã,lene,ac pingue:ideoq; nos facile forte illabit̃: ſerpit, & penetrat quaſi lubricũ qddã atq; lene.Dico eñ ipm bonũ pulchrũ eſſe.Nunqd & tu?ME.Et ego.SO.Eqdẽ diuinãs tibi id pfero:boni & pulchri amicũ eſſe:qd̃ neq; bonũ eſt,neq; malũ.Quorſum hęc vaticinor,audi.

Proprietates pulchri.

Boni & pulchri amicũ,qd̃ neq; bonũ:neq; malum.

Vident̃ mihi tria q̃dã genera eſſe.Vnũ bonũ,alterũ malũ. Poſtremũ,qd̃ neq; bonũ eſt, neq; malũ,tibi aũt?ME.Mihi quoq;.SO.Nec bonũ bono,nec malũ malo:nec bonũ malo amicũ eſſe, quẽadmodũ rõ ſupior phibet.Reſtat ſiqd alicui eſt amicũ:vt qd̃ nec bonũ neq; malũ eſt, amicum ſit aut bono,aut tali alicui quale ipm eſt.Nihil.n.malo amicũ eſt.ME.Certe.SO. Nec tñ ſimile ſimili,vt paulo ante mõſtrauim⁹.ME.Profecto.SO.Nõ igit̃ erit illi qd̃ nec bonũ eſt,nec malũ,amicũ id qd̃ & ipm tale eſt.ME.Nõ videt̃.SO.Solũ itaq; qd̃ nec bonũ eſt,neq; malũ,ſoli bono amicũ fieri põt.ME.Neceſſario ſequi videt̃.

Tria gña: bonũ: malũ: neutrum.

Alia definitio amicorum.

SO.Nũqd recte a nobis o pueri id mõ expoſitũ eſt?Si ergo ſanum corpus cõſideremus,medicinę arte nõ ĩdiget:nec auxilio prſus vllo.ſufficienter.n.ſe habet. Vnde ſanus nemo p ipſam ſanitatẽ medico eſt amic⁹.ME.Nemo.SO.Sed ægrotãs vt puto p ipm morbũ. ME.Quid ni?SO.Morbus qdẽ malũ: medicinę vero peritia bonũ quoddã & vtile.ME.Sic eſt.SO. Corpus ex eo ꝙ corpus,nec bonũ eſt,nec malũ. ME.Verũ.SO.Cogit̃ aũt corpus ex morbo q̃rere, & amare medelã.ME.Apparet.SO.Sequit̃,qd̃ nec bonũ ẽ,neq; malũ,boni amicũ pꝑter mali pſentiã fieri.

Sanus p ſanitatẽ medico nõ eſt amicus.

Neutrũ ob pſntiã mali fit amicum boni.

ME.Videt̃.SO.Cõſtat aũt id fieri:prius q̃ illud ob mali pñtiã malũ efficiat̃.Neq;.n.malũ effectũ eſt loco boni qd̃ appetit:cuiuſve amicũ eſt.Impoſſibile nãq; eẽ oſtẽdim⁹ vt malũ bono amicũ ſit.ME.Impoſſibile pculdubio.SO.Aĩaduertite q̃ſo qd̃ dico.Nõnulla qppe aſſero talia fieri: q̃le id qd̃ illis adeſt:nõnulla minime:pinde ac ſiqs vellet colore quodã aliqd ſuptingere:adeſſet quodã mõ infectio colorato.ME.Adeſſet.SO.Nõne tũc quoq; tale coloratũ eſt,quale ipm eſſe ſolet? ME. Haud ĩtelligo.SO.Sic forte ĩtelliges.ſiqs comas tuas q̃ flauę ſunt,cęruſſa fucauerit, vtrũ albę fiãt? An poti⁹ videant̃?ME.Videbunt̃.SO.Verũtñ albedo illis aderit.ME.Aderit.SO.Nihilo magis tñ albę adhuc erũt:& pſente candore neq; candidę erũt:neq; nigrę.ME.Vera loq̃ris.SO.Sed qñ ſenectute caneſcũt,tũc o amice tales fiũt,q̃le id qd̃ aduenit:cani coloris pñtia canę.ME.Quid ni? SO. Hoc illud eſt:qd̃ q̃ſiuerã: nũqd oẽ cui tale aliqd adeſt:cõfeſtĩ tale & ipm euadat: an potius ſi certo mõ adeſt,tale fiat:aliter minime.ME.Hoc mõ poti⁹.SO.Eadẽ rõne qd̃ nec bonũ eſt:nec malũ,qñq; preſente malo,nõdũ eſt malũ,nõnũq̃ malũ fit.ME.Oĩno.SO.Qñ nondũ malũ eſt pſente malo,pręſentia hęc bonũ appetere cogit:pſentia vero q̃ malũ reddit:& appetitũ boni,& amicitiã reiicit.neq; eñ vlterius neutrũ eſt:ſed malũ.Amicũ vero malũ bono:& bonũ malo eſſe nõ põt.ME.Nõ certe.

Quare ſapientes vlterius nõ debeãt philoſophari.

Nullos malos & prſus ignorantes philoſophari.

SO.Ob hãc vtiq; cãm ſapientes dicendũ haud vlterius philoſophari,ſiue dii,ſiue hoĩes hi ſint:nec eos etiã,q adeo corrupti ab ignorãtia ſunt:vt ĩprobi ſint effecti.nullũ qppe malũ & penitus ignorãtem philoſophari.Reſtant igit̃ illi qbus malũ id,ignorãtia.ſ.adeſt: nec tñ rudes penitus ignorãteſ q ſunt:imo & ſuã ignorãtiã agnoſcũt:ob quã animaduerſionẽ philoſophãtur,id eſt ſapiẽtiã amãt nõ dũ boni aut mali.Mali eñ nequaq̃ philoſophant̃:nec boni etiã.Nã nec cõtrariũ cõtrario:neq; ſimili ſimile ſupra nobis amicum apparuit.Recordamini?ME. & LY. Recordamur ſane.SO.Oĩno

o Lyſis,atq Menexene,quid amicũ ſit,& quid nõ,inuenimus. Id enim tã circa animã q̃ circa cor-
pus ſupra concluſimus:qđ nec bonũ eſt,nec malũ,ꝓpter ipſam mali p̄ſentiã,boni amicũ fieri. Hęc
illi oĩa cõceſſerũt.Et ego valde lętatus ſum:tãq̃ venator,qui id qđ venando inueſtigabã,abũde fue
rim cõſequutus.Deinde neſcio quomodo extranea q̃dã & abſurda ſuſpitio mihi ſuborta eſt: quaſi
minus vera eſſent,q̃ ſupra conceſſeramus. Atq illico turbatus inquã:Papę o Lyſis,atq Menexene
ſomniũ quoddã nacti videmur.ME.Quorſum hęc? SO.Vereor ne tãq̃ in hoĩes ſuperbos atq va-
nos:in huiuſmodi de amico ſermones falſos inciderimus.ME.Qua rõne?SO.Hac plane. Vtrũ ami
cus alicuius amicus eſt,an nõ?ME.Neceſſario.SO.Vtrũ nullius gratia & propter nihil:an gratia
alicuius,& ꝓpter aliqd?ME.Certe alicuius cauſa,& ꝓpter aliqd.SO.Nunqd amica eſt res illa cui⁹
gratia amicus,alicuius eſt amicus? An forte nec amica,nec etiã inimica?ME.Haud ſatis intelligo.
SO.Veriſimile eſt.verũ ſic & tu & ipſe,vt arbitror,melius intelligemus. Aegrotãtẽ medici amicũ
eſſe diximus?ME.Diximus.SO.Nõne ꝓpter morbũ,& ſanitatis gratia medici eſt amicus?ME.Ita.
SO.Morbus malũ?ME.Quid ni?SO.Sanitas bonũ,an malũ,an neutrũ?ME.Bonũ.SO.Prędiximus
corpus cũ nec bonũ ſit,nec malũ: ꝓpter morbũ malũ medicinę amicũ eſſe: bonũ vero medicinam
cauſa vero ſanitatis amicitiã medicina nanciſcit:ſanitas aũt bonũ. ME.Prorſus.SO.Amicũ,an nõ
amicũ ſanitas?ME.Amicũ.SO.Morbus inimicũ?ME.Penitus.SO.Qđ ergo nec bonũ eſt:nec malũ
propter malũ inimicũq:boni amicũ eſt,boni,amiciq gratia.ME.Patet.SO.Ergo amici cauſa ami
cũ ꝓpter inimicũ eſt amicũ.ME.Opinor.SO.Agite pueri:poſtq̃ huc diſputãdo deuenimus,attẽda
mus obſecro diligẽter ne forte decipiamur. Principio ꝙ amicũ amici amicũ factũ eſt: ſimile vide-
licet ſimilis,qđ impoſſibile eſſe in ſupioribus cõſtitit:eqdẽ p̄termitto.Sed iſtud inſup cõſideremus:
ne nos p̄ſens opinio fallat.Medicinã ſanitatis gratia amicũ eſſe diximus.ME.Affirmauimus. SO.
Sanitas,nõne amicũ?ME.Valde.SO.Si amicũ,alicui⁹ gratia eſt amicũ.ME.Eſt.SO.Amici ſcilicet,
ſi ſupra cõceſſa permanẽt.ME.Et amici.SO.Nunqd & illud iterũ amici cauſa amicũ erit?ME.Cer
te.SO.Neceſſariũ eſt vt hoc ꝓgreſſu ad principiũ quoddã ꝑueniamus:qđ nõ vltra in amicũ aliud
referatur:ſed in ipm qđ primũ amicũ eſt,ſingula q̃ dicunt amica,reſpiciant.?ME. Neceſſariũ.SO.
Hoc eſt:qđ modo dicebã cõſiderandũ: ne reliqua oĩa q̃ amica gratia illius p̄diximus: tãq̃ ſimula-
cra q̃dã eius nos decipiãt:illud aũt primũ reuera ſit amicũ.Cõſiderem⁹ igit hoc pacto. Qđ quiſq
multifacit,vtputa pater filiũ,rebus aliis anteponit:taliſq vir ex eo ꝙ filium multifacit, alia quoq
nõnulla ob illũ aeſtimat.Exẽpli cauſa.ſi illũ cicutã ebibiſſe ſenſerit,vinũ plurimifaciet:modo vene-
na curaturũ exiſtimet.ME.Et maxime qdẽ.SO.Nunqd & amphorã in qua vinũ?ME.Valde.SO.
Nũ pluris aeſtimat tũc calicẽ fictilẽ,aut tres cyathos q̃ filiũ?an poti⁹ ſic ſe res habet?Omne hoc ſtu
diũ nõ iſta reſpicit:q̃ alterius gratia p̄parant,ſed in illud tẽdit:cuius cauſa cętera q̃ſita ſunt. Neq
verũ eſt,qđ ſępe dicimus,ꝙ argentum,& aurũ multifacimus. Oĩs quippe intẽtio aeſtimatioq illi⁹
vnius eſt:adqđ iſta parant.ME.Cõſtat.SO.Eadẽ quoq de amico ratio eſt. Quęcũq eñ amici cu-
iuſdã gratia,amica nobis eſſe diximus:ĩproprio vocabulo noĩauimus. Amicũ aũt reuera illud eſſe
apparet,in qđ hę oẽs,q̃ vocant amicitię,tẽdunt.ME.Sic videt.SO.Quapropter reuera amicũ,nul- Amicum nulli us amici gratia eſt amicum.
lius amici gratia eſt amicũ.ME.Verũ.SO.Hoc igit abſit,vt amicũ amici cuiuſdã cauſa ſit amicũ.
Sed nonne bonũ amicũ eſt?ME.Sic opinor.SO.Num ꝓpter malũ bonũ amat?& ita ſe res habet?Si
ex tribus q̃ diximus,bonũ,malũ,neutrũ,duo accipiãtur,malũ vero abeat:& nihil attingat,nec cor
pus,nec animã,nec aliud quicq̃ ex his q̃ diximus ſcđm ſeipſa nec bona eſſe,nec mala:nunqd inuti-
le penitus tunc nobis bonũ eſſet? Si eñ nihil nos vlterius lęderet:nullo boni fauore indigeremus.
Et iccirco tũc nobis pateret : ꝙ ꝓpter malũ,bonũ q̃ſiuerimus,amauerimuſq : quaſi bonũ ſit mali
remediũ,malũ vero morbus:& cũ nullus ſit morbus,nulla medela indigeamus. An ſic natura in-
ſtitutũ eſt ipm bonũ:vt ꝓpter malum amet a nobis:q inter bonũ,maliũq medii ſumus?Ipſum vero
ſuapte natura nil cõferat?ME.Ita videt.SO.Amicũ itaq illud,in qđ definebãt cętera oĩa,q̃ alteri⁹
amici gratia,amica dicta ſunt,longe aliter q̃ illa ſe habet. Illa eñ amici gratia amica vocata ſunt.
Ipm autẽ qđ reuera amicũ eſt,cõtra amicũ eſſe inimici cauſa nobis apparuit.ꝙ ſi inimicum abeſſet
haud amplius nobis eſſet amicũ.ME. Non, vt mihi p̄ſens ratio ꝑſuadet. SO. Si malũ extirparet,
vtrũ fames nulla ſitiſve reſtaret, aut hmõi aliud? an forte fames aliqua relinq̃ret,cũ hoĩes cęteraq
aĩalia eſſent,neq noxia tñ,& ſitis,appetituſq reliqui,nec mali tñ,malo penitus extirpato? An ridi-
cula forſitan hęc q̃ſtio eſt:quid tunc reſtaret,quid nõ?ME.Quis nouit?SO. Hoc ſaltẽ nouimus, ꝙ
nũc accidit eſurientẽ lędi,accidit & iuuari.ME.Vtiq.SO.Nõne ſitientẽ quoq,& alia q̃libet huius
gñis cupientẽ, q̃nq vtiliter,q̃nq noxie,q̃nq neutro mõ appetere accidit?ME.Valde.SO. Si mala
perdant,q̃ mala nõ ſunt,cũ illis vna interimentur? ME.Nequaq̃.SO.Erit igit appetitus nec boni
nec mali:etiã ſi mala fuerint interempta.ME.Veriſimile.SO.Fieri ne põt:vt q deſiderat aliqd,atq
ardet,id ipm nõ amet?ME.Nõ vt mihi videt.SO.Hac de cauſa etiã deſtructis malis,vt videt,ami-

põt vt ſcientiã vnius pro alterius ſciẽtia capiamus: qñ aliquis noſtrũ vnã quãdã ex internis ſcientiis
aucupans, pro illa aliam pręuolantẽ deceptus apprehẽdit. Veluti cũ vndecim duodecim eſſe putat,
ſpoꝛ vndecĩ ſciãm loco ſciẽ ipoꝛ duodecim, cũ vtraq; int⁹ maneat, capiẽs quaſi pro colũba palumbẽ
THE. Veriſimile id quidẽ. SO. Cum vero quã affectat apprehendit, tũc expertẽ eſſe mẽdacii, veraq;
nimirũ opinari dicẽdũ. Et hoc mõ verã & falſam opinionẽ exiſtere: nihilq; ex iis q̃ nos ſupra turbabãt
impedimẽto nobis fore. Forte mihi aſſentieris: an qd ages? THE. Aſſentiar. SO. Iã diſcrimẽ illud euaſi
mus, quo neſcire aliqui q̃ ſciunt, cogebant. Nã q̃ poſſidemus, ne poſſideamus non accidit: neq; ſi falla
mur, neq; ſi vere iudicemus. Verũtamẽ aliud quiddã grauius mihi videt. THE. Quidnã hoc? SO. Si
ſciẽtiarũ cõmutatio, falſa fiat opinio. THE. Qui iſtuc? SO. Nõne valde abſurdũ eſt: vt q rei cuiuſdam
ſcientiã habet, eã ipſam ignoret, nõ ignorantia quidẽ: ſed ipſius eiuſdẽ ſciẽtia? Deinde rẽ hanc aliã quã
dam & contra illã hanc eſſe exiſtimet? q̃ pręter rationẽ hoc eſt, ꝙ pręſente ſcientia animus cognoſcat
nihil, ignoret omnia? Enimuero ſecundũ hanc rationẽ nihil prohibet quin ignorantia præſens, noſſe
quicq̃ efficiat: cęcitaſq; videre: ſi ſciẽtia ignorare quenq̃ effecerit. THE. Haud recte forſitan o Socra-
tes aues induximus, cum ſolas in animo ſcientias poneremus: Oportebatq; inſcitias quoq; vna cũ ſci
entiis in aĩo cõuolantes inducere: & aucupantẽ hoĩem nõnunq̃ ſcientiã, alias inſcitiã circa idẽ accipi
entem: cumq; in ſciẽtiã incurrit, vera opinantẽ: cum ignorantiã, falſa. SO. Non facile poſſem te non
laudare Theætete: quod tamẽ dixiſti iterũ animaduerte. Eſto enim vt ais. Qui in ignorãtiam incidet
falſa vt ais, opinabitur: nõne? THE. Certe. SO. nõ tamẽ falſa ſe opinari putabit. THE. Non certe. SO.
Sed vera potius: & tanq̃ ſciens afficietur ad illa in quibus errat. THE. Cur nõ? SO. Et idcirco ſciẽtiã
nactum ſe venando, non inſcitiam arbitrabitur. THE. Patet. SO. Iam longo quodam circuitu in pri-
mam rurſus dubitationem relapſi ſumus. quippe contentioſus redargutor ille ſubridens dicet. Vtrũ
o boni viri vtranq; noſcẽs aliqs ſciẽtiã & inſcitiã, quã nouit, aliã quandã, quã etiam nouit eſſe cenſet?
aut neutrã noſcens, quã nõ nouit, aliã quã nec nouit? aut vnã cognoſcẽs quidem alterã minime, quã
nouit eam eſſe quã non nouit: vel cõtra quã nõ nouit, eam eſſe quã nouit? vel rurſus mihi dicetis ſci-
entiarũ & inſcitiarũ ſciẽtias eſſe: quas qui poſſidet, in aliis quibuſdã ridiculis caueis ſiue carceris figmẽ
tis cohibens quoad poſſidet, ſcit: etiam ſi in promptu nõ habeat. Atq; ita cogemini in ĩfinitum circa
idem reuolui, nihil ꝓficientes. Quid ad hæc o Theętete? THE. Per Iouem o Socrates qd reſpõdẽdũ ſit
neſcio. SO. Nõne ratio nos o Theętete admonet, nõ recte falſam opinionẽ prius q̃ ſcientiã inueſtigaſ
ſe: & indiſcuſſam ſcientiam reliquiſſe? impoſſibile aũt eſt iſta cognoſcere, anteq̃ ſufficienter ſcientia de
finita ſit? THE. Neceſſarium o Socrates qđ ais in præſentia aſſerere. SO. Quid ergo a principio rur-
ſus de ſcientia diſſereremus? Nondũ enim dicendo defeſſi ſumus. THE. Nõ certe: ſi quidem ipſe non

rentis.SO.Dic age quo pacto eã definiẽtes,nobis ipſi minime aduerſabimur?THE.Q uẽadmodũ ſu
pra cõtẽdimus.nihil eñ aliud habeo.SO.Q uomodo ſupra?THE. Verã opinionẽ ſciẽtiã eſſe volebã:
nã vere opinari ꝓcul eſt ab errore:& quę a vera opinione ꝓficiſcunt/decora oĩa bonaq; ſunt.SO.Qui
in trãſeũdo flumine praeit ſequẽtibus:cũ interrogãt q̃ alta ſit aqua,ipſa oſtẽdet inqt. Q; ſi & nos in-
greſſi ꝓquiramus:forte impedimẽtum ipſum qđ quęrit demõſtrabit:manẽtibus nobis nihil patebit.
THE.Probe loq̃ris,eamus iã quęſituri.SO.An nõ breuis inueſtigationis hoc eſt?Ars etenim vniuer
ſa argumẽto nobis eſt ſcientiã id minime eſſe.THE.Qua ratione?q̃ve facultas?SO. Eorũ qui prae cę
teris ſapiẽtes ſunt:quos oratores,& cauſidicos vocãt.hi ſiqdẽ arte ſua pſuadẽt,nõ docẽt.inducũt eñ Oratoria & cauſidica non eſt ſcientia.
auditores vt quę ipſi cupiũt opinent.An tu aliquos adeo in docẽdo vehemẽtes exiſtimas:vt cũ latro
ciniis aliiſq; iniuriis nulli teſtes interfuerint : tamẽ cõmiſſorũ ſcelerũ veritatẽ ad aquã paucã doceãt?
THE.Nullo modo docere illos:ſed pſuadere puto.SO.Perſuadere autẽ nõne idẽ aſſeris qđ & opinio
nẽ inducere?THE.Idẽ prorſus.SO.Nõne qñ iudices iuſte pſuadent in his q̃ ſolus ille q vidit cogno-
ſcit:alius autẽ nequaq̃,tũc ipſa ex auditu iudicãtes,verãq; opinionẽ nacti abſq; ſciẽtia,recte iudicãt ea
in q̃bus pſuaſi ſunt,ſi modo bñ iudicãt?THE.Oĩno.SO.Si tñ idẽ eſſet o amice opinio vera iudiciũq;
& ſciẽtia,nunq̃ iudex ille ſumm⁹ abſq; ſciẽtia recte opinaret.Nũc autẽ vtrũq; diuerſum q̃ddã eſſe vi-
det.THE.Qđ ab aliquo de ſciẽtia quondã audiui,oblitus erã,ſed iã reminiſcor. Inquit aũt opinionẽ
verã cũ ratiõe ſcientiã eſſe:ſine ratiõe expertẽ ſciẽtię:& quę ratiõe carẽt,ſciri nõ poſſe:quae vero ratio
nẽ habẽt,ſciri.SO.Q; pręclare loq̃ris.Sed haec ipſa q̃ ſciri poſſunt:& quę nõ:dic quomodo diſtingue
bat:vt videam⁹ vtrũ tu & ego ſimiliter acceperim⁹.THE.Inuẽturus ne ſim ignoro,forte vero expo
nẽte alio quodã aſſeq̃rer.SO.Audi igit̃ ꝓ ſomnio ſomniũ.ego quoq; accepiſſe a q̃buſdã mihi videor Prima elemẽta non habere orationẽ nec rationem.
prima ipſa velut elemẽta ex q̃bus hoĩes,& alia cõponunt,orationẽ nõ habere.Nã vnũquodq; illorũ ſe
cundũ ſeipm noĩare licet:pręd icare vero aliqd aliud minime:neq; qđ eſt:neq; qđ nõ eſt.Iã eñ eſſentiã
ipſi vel nõ eſſentiã adhiberi cõtingeret. Oportet tamẽ nihil apponere:ſi forte illud ipm ſolũ q̃s dicat. Et qđ primũ eſt nihil apponere oportet.
Etenim neq; ipm:neq; illud:neq; vnũquodq;:neq; ſolũ: neq; iſtud:neq; caetera talia adhiberi volunt.
Hęc eñ circũcurrẽtia quotiẽs cuiq̃ aſſignant,alia q̃dã eſſe aiũt ꝑter illud cui adiecta ſunt. Oportere
autẽ ſiquo modo poſſet ipm dici,haberetq; orationẽ ꝓpriã ſeorſum ab aliis oĩbus ipm dicere.Nũc au
tem nullũ exprimis ſermone poſſe ꝓferri.nihil eñ aliud ipſi q̃ nomẽ adeſſe,ſolũq; nomẽ habere.Quae
vero ex illis cõpoſita ſunt,quẽadmodũ ipſa copulant,ſic & illorũ noĩa copulata orationẽ fieri.Nomi Copulationẽ nominũ eſſe oratiõis ſubſtantiam.
nũ quippe copulationẽ oratiõis eſſe ſubſtantiã. Quocirca elemẽta ſine oratione ratiõe ve:& incogni
ta eſſe:ſenſib⁹ tamẽ ꝑcipienda:ſyllabas autẽ,& cognoſci,& dici poſſe:& vera opiniõe cõprehẽdi.Quã
do ergo abſq; ratiõe opinionẽ de aliquo verã aliq̃s adipiſcit̃:vera q̃dẽ de illo eius ſentire animũ ferunt,
noſſe vero nequaq̃.Nã eũ qui accipere,& reddere rationẽ neq̃t,inſcium eẽ.Cũ vero rationẽ cõſequit̃,
hęc oĩa cognoſcere poſſe:ꝑfectãq; ſciẽtiã adipiſci.Sic & tu inſomniũ an aliter audiuiſti?THE.Sic oĩno
SO.Num tibi id placet?& hoc pacto opinionẽ verã vna cũ ratiõe ſcientiã aſſeris?THE.Et maxĩe quĩ
dem.SO. Siccine Theaetete nos hodie id comprehẽdimus,qđ olim ſapiẽtes q̃plurimi inueſtigantes,
anteq̃ inuenirẽt,cõſenuerũt?THE.Mihi quidẽ o Socrates,qđ modo dictũ eſt,bene dictũ eſſe videtur.
SO.Et merito:nã quę ſciẽtia abſq; ratiõe rectaq; opinione vnq̃ eſſe poterit? Vnũ tamẽ ex dictis mihi
diſplicet.THE.Qđ iſtđ?SO.Q; ſane magnificẽti⁹ dici videbat̃ elemẽta ignota eſſe:ſyllabarũ aũt ge- De literarum elementis & ſyllabis.
nus notũ.THE.Nõne recte?SO.Aduertendũ profecto.Nam tanq̃ vades ſermonis exẽplaria ipſa ha-
bem⁹:q̃b⁹ ille vſus,haec oĩa dixit.THE.Quęnã?SO.Literarũ elemẽta,& ſyllabas.an putas alio intuen
tẽ,hęc dicere illũ,qui dicit,q̃ ipſi narramus?THE.Nõ ad alia certe.ſed ad iſta dũtaxat.SO.Ea igit̃ re-
cẽſentes examinemus.imo vero ſic noſmetipſos:nõne literas ita didicimus?Reſpõde ad hoc primũ:
an nõ ſyllabę orationẽ diffinitionẽve habẽt:elemẽta vero minime?THE.Forte.SO.Mihi quoq; oĩno
videt̃.Si quis ergo ita de prima Socratis ſyllaba ꝑcontet̃,o Theaetete dic,Socrates qđ eſt:Quid potiſſi
mũ reſpõdebis?THE.Q;.s.& o.SO.Habes ergo hãc ſyllabae rationẽ.THE.Equidẽ.SO.Age dic prae
terea ipſius.s.rationẽ.THE.At quo pacto q̃s elemẽti elemẽta referre poſſet?Etenĩ ipſum.s.o Socrates
mutarũ literarũ ſonus quidã eſt ſolũ lingua veluti ſibilante: ipſius autẽ.b. neq; vox,neq; ſonus,neq;
plurimorũ elemẽtorũ.Quocirca recte admodũ abſq; ratiõe eſſe dicunt̃.e quib⁹ ſeptẽ illa notiſſima vo
cẽ habẽt:rationẽ vero nequaq̃.SO.Hoc itaq; o amice circa ſcientiã recte aſſeruim⁹.THE.Videmur.
SO.Quid vero cũ dixim⁹ ignotũ elemẽtũ,ſyllabã eſſe notã?nunqd recte?THE.Probabile eſt.SO.Syl
labã vero vtrũ elemẽta vtraq; eſſe dicim⁹:vel etiã ſi plura inſint q̃ duo:oĩa eſſe?An potius ideam vnã
ex ipſis cõpoſitis genitã?THE.Cũcta dicere mihi videmur. SO. Aſpice igit̃ circa duo.s.&.o.ſi vtraq;
pria mei noĩs ſyllaba ſunt:q̃ſq̃s ipſam nouit,vtraq; noſcit. THE.Quid ni?SO.Ergo.s.&.o.cognoſcit.
THE.Plane.SO. Quid porro,ſi vtrũq; ignoret,ambo cognoſcet?THE. At abſurdũ & ꝑter rationẽ
hoc eſſet.SO. Verũtamẽ ſi neceſſariũ eſt vtraq; noſſe,quãdoq̃dẽ ambo q̃s nouerit,ſequit̃ vt neceſſe ſit
eũ elemẽta ꝑnoſſe,q ſyllabã q̃nq; ſit cogniturus:atq; ita nobis pulcher ille ſermo ſubterfugiet.THE.

Et repẽte nimiũ.neq; eñ bene illũ cuſtodimus.Oportebat forte ſyllabã non elemẽta ponere: ſed vnã
quandã ex illis ſpeciẽ conſtitutã:quę ideam vnã ſuiipſius habeat: & ab elemẽtis differat.SO.Sic pror
ſus:ac forte hoc modo potius q̃ illo ſe habet.Quãobrẽ cõſiderãdũ eſt diligẽter:neq; ita ignaue ſermo
nẽ tam magnũ tãq; pręclarũ ꝓdi decet.THE.Non ꝑfecto.SO.Eſto igit̃ ſyllaba,vt modo dicebamus,
idea vna ex ſingulis cõflatis elemẽtis effecta:tã in literis q̃ in cæteris oĩbus.THE.Prorſus.SO.Nun
quid partes illius eſſe nõ oportet?THE.Curnã?SO.Quoniã cuiuſcunq; partes ſunt,totũ neceſſe eſt
partes oẽs exiſtere.an totũ vnã quandã ſpeciẽ ex partibus factã vocas,ab oĩbꝰ partibꝰ differẽtẽ?THE.
An omne & totum idem. Equidem.SO.Omne vero & totum idem ne,an differẽs vtrũq; vocas?THE.Q̃q̃ nihil habeo certi:
tamẽ qa prõpte reſpõdere iubes,periclitatꝰ differre reſpõdeo.SO.Prõptitudo o Theętete recta.Vtrũ
vero & reſpõſio recta,cõſiderãdũ.THE.Profecto.SO.Nõne ſcd̃m ꝓſentẽ ſermonẽ totũ & oĩe diffe
An omnia & omne idem. rũt?THE.Certe.SO.Quid porro?oĩa,& oĩe num aliquo differũt?Veluti cũ dicimꝰ:vnũ: duo:tria:
quatuor:q̃nq;:ſex:vel bis tria:vel ter duo:aut quatuor ac duo:aut tria duoq;,& vnũ.Vtrũ in his oĩ
bus idẽ,an aliud dicimꝰ?THE.Idẽ penitus.SO.Aliud ne q̃ ſex?THE.Nihil aliud.SO.Nonne in vno
quoq; loquẽdi modo oĩa ſex inuenimꝰ?THE.Ita.SO.Rurſus autẽ nõ vnũ aliq̃d dicimus,dũ dicimus
oĩa.THE.Neceſſe eſt.SO.Num aliud q̃ ſex?THE.Nihil aliud.SO.Ergo in his quę numero cõſtant,
idẽ eſſe oẽ & cũcta dicimus.THE.Sic apparet.SO.Sic vtiq; de ipſis dicamꝰ:iugeri numerus & iuger
idẽ,nõne?THE.Idẽ.SO.Et ſtadii numerus ſtadiũq; ſimiliter?THE.Et hoc.SO.Exercitus quoq; ipſiꝰ
numerus,& exercitus ipſe cæteraq; huiuſmodi eodẽ pacto.Numerus eñ oĩs exiſtẽs oĩe vnũquodq;
illorũ eſt.THE.Sane.SO.Singulorũ autẽ numerus,nũ aliud eſt q̃ partes?THE.Nequaq̃.SO.Quæ
cũq; igit̃ partes habẽt,ex partibꝰ cõſtant.THE.Apparet.SO.Oẽs autẽ partes totũ eſſe cõceſſum eſt
ſiquidẽ oĩs numerus oĩe eſt.THE.Ita eſt.SO.Totũ itaq; nõ cõſtat ex partibꝰ:oẽ eñ eſſet,quãdoq̃dẽ
oẽs eſſet partes.THE.Nõ videt̃.SO.Pars id q̃d eſt,an eſt alterius q̃ totius?THE.Ipſius vtiq; oĩs.SO.
Strenue Theætete pugnas:ip̃m oẽ nõne ex eo eſt omne,ꝙ nihil deeſt?THE.Neceſſe.SO.Totũ quoq;
nõne eadẽ ratiõe totũ qa nihil abeſt?Cui vero nihil deeſt,neq; tamẽ totũ eſt,neq; oẽ ip̃m eſt ex ſeipſo.
THE.Videt̃ mihi nũc nihilo totũ,& oẽ differre.SO.Nõne diximꝰ cuius partes ſunt,totũ,& oẽ par
tes oẽs eſſe?THE.Plane.SO.Rurſus q̃d pauloante tẽtauimꝰ nõne ſi ſyllaba elemẽta nõ eſt neceſſe eſt
eã nõ tanq̃ partes ſuas elemẽta habere?aut ſi eadẽ eſt cũ illis æque ac illa cognoſci poſſe.THE.Ita cer
te.SO.Ne hoc accideret aliud ipſam q̃ illa poſuimus.THE.Aliud.SO.Quid vero ſi elemẽta ſyllabæ
partes nõ ſunt:num alia quędã referre potes,quæ partes quidẽ ſyllabæ neq; tamẽ illius elemẽta ſint?
THE.Nunq̃ ego partes vocarẽ quę elemẽta nõ ſunt.Ridiculũ quippe omiſſis elemẽtis alia quærere.
SO.Oĩno igit̃ ſcd̃m hãc rationẽ o Theætete vna quędã impartibilis idea ſyllaba eſſe videt̃.THE.Vi
det̃ ſane.SO.Num recordaris amice,nos in ſuperioribꝰ admiſiſſe,ꝙ primorũ ex q̃bus alia cõponunt̃
oratio ratiove nõ eſſet ex eo ꝙ ip̃m ſcd̃m ſeip̃m vnũquodq; ſimplex exiſteret:neq; ip̃m eſſe de illo cõ
grue pręedicari poſſet:neq; hoc:neq; ita,quaſi hęc extranea alienaq; ſint:& hãc ipſam cauſam obſtare
diximus quo minus deſcribi cognoſciq; poſſit?THE.Memini.SO.Eſt ne alia cauſa ꝑter hãc,quæ vni
forme:& impartibile aliq̃d ip̃m faciat?Nã ego nullã aliã video.THE.Nõ videt̃.SO.Nõne in idẽ cũ il
lo ſyllaba quoq; concurrit:quãdoq̃dẽ ſpecies eſt:nec habet partes:ſed idea vna eſt?THE.Maxĩe.SO.
Si igit̃ m̃lta elemẽta ſyllaba eſt,& totũ quiddã,eiuſq; partes:iſta ſimiliter ſyllabæ,& elemẽta cognoſci
deſcribiq; poſſunt:q̃ppe cũ partes oẽs idẽ q̃d & totũ eſſe cõſtiterit.THE.Præcipue.SO.Sin autẽ vnũ
quiddã,& ſimplex,æque ſyllaba atq; elemẽtũ definitionis cognitioniſq; eſt expers.Eadẽ eñ cauſa ta
lia hęc efficiet.THE.Aliter aſſerere nequeo.SO.Eius ergo ſermonẽ ne admittamus,qui dixerit ſylla
bam q̃dẽ,& dici:& cognoſci poſſe:elemẽta vero nequaq̃.THE.Nõ certe ſi huic rationi credimꝰ.SO.
Quid ſiquis cõtraria dixerit:an nõ potius illa cõcederes:ex his quorũ tibi ipſi in primis literarũ rudi
mẽtis conſcius extitiſti?THE.Quęnã iſta?SO.Q̃ nihil aliud diſcere ſtuduiſti,q̃ elemẽta oculis auri
buſq; diſcernere:& ſingula ſcd̃m ſeipſa notare:ne illorũ poſitio dictorum,vel ſcriptorũ te turbaret.
THE.Vera narras.SO.Citharistæ vero artẽ didiciſſe:q̃d aliud eſt q̃ vnũquẽq; tonũ cuiuſq; chordæ
dignoſcere.Hęc eñ elemẽta muſicę quilibet appellaret.THE.Nihil aliud.SO.Cũ ergo elemẽtorũ:&
ſyllabarũ periti fuerimus:velimuſq; ex his ad alia cõiecturã facere,aſſeremus ꝑfecto genus elemẽtorũ
Genus elemẽtorũ clariorẽ intelli.q̃ ſylab.cõtinere. clariorẽ principaliorẽq; intelligẽtiam continere q̃ ſyllabã,ad ſingulas diſciplinas abſolute percipien
das.Et ſiquis notã ſyllabã,elemẽtum natura ignotũ dixerit:vltro illũ vel inuitum iocari putabimus.
THE.Et maxime q̃dẽ.SO.Cæterũ aliæ quoq; eiuſdẽ rei demõſtrationes paterent:propoſitũ vero ne
propter hęc inquirere dimittamꝰ:quid ſcilicet de hoc iudicandũ ſit q̃d dicit̃:rationẽ cũ opinione ve
Quid ratio ſignificat & ſermo. ra perfectã ſcientiã eſſe.THE.Inquirendũ oĩno.SO.Dic age,quid ratio nobis ſignificet.E tribꝰ enim
vnũ quiddã ſignificare mihi videt̃.THE.E quibus.SO.Primũ eſſe arbitror cogitationẽ ſuã voce per
verba nominaq; exprimere,opinionẽ propriam in voce perinde ac in ſpeculo & aqua monſtrantẽ.Nõ
ne tale quiddã ſermo tibi eſſe videtur?THE.Mihi vero.SO.Eum qui hoc agit:loqui dicimus.Nõne

hoc quiſq; facere poteſt? oſtēdere ſcilicet ocyus aut tardius, quid ſibi de ſingulis videat̃, niſi forte mu
tus vel ſurdus natura ſit. Atq; ita quicūq; recte aliquid opinant̃: cū ratione opinari vident̃. Ac nunq̄
recta opinio ſine ſciētia erit. THE. Vera hęc ſunt. SO. Ne igitur facile cōdēnemus eum, qui ſciētiam
qđ nūc diximus, affirmauit: quaſi nihil dicat. Forte eñ non id volebat, ſed q; interrogatus quid vnū
quodq;, reſpondere p elemēta interroganti poſſit. THE. Quale id inquis o Socrates? SO. Quēadmo-
dum Heſiodus de curru dicit. Centū ligna currus: quę quidē referre nūq̄ poſſem. neq; tu etiā vt opi-
nor: ſed ſatis nobis erit: ſi interroganti, quid eſt currus: reſpondere poterimus rotę, axis, tabulę, ſemi
circuli, iugū. THE. Oīno quidē. SO. Ille autē forte nos exiſtimaret tanq̄ interrogatos de tuo nomine,
reſpondēteſq; per ſyllabā ridendos eſſe: recte quidē opinantes dicēteſq; qđ dicimus: putātes autē grā
maticos eſſe: & grāmatice habere ac dicere Theaeteti nominis rationē: hoc autē non eſſe ſecundū ſciē
tiam loqui, anteq̄ p elemēta cū opinione vera vnūquodq; quis determinet: quēadmodū ſupradictum
eſt. THE. Dictū proculdubio. SO. Sic vtiq; & de curru nos rectā opinionē habere. Eum vero q centū
illa pcurrere poteſt, ipſius currus eſſentiā accipiēs: rationē quoq; vna cū vera opinione cōprehēdiſſe:
loco opinantis, artificioſum, & ſciētię cōpotem circa currus eſſentiā euaſiſſe: p elemēta totū determi
nantē. THE. Nonne bene tibi videt̃ o Socrates? SO. Si tibi o amice videt̃ ac ſuſcipis p elemēta diſcur-
ſum circa vnūquodq; orationē rationēve eſſe, pceſſum vero per ſyllabas: vel ſecundū maius quoddā
actū orationis expertē, hoc mihi dicas: vt diligētius conſideremus. THE. Suſcipio, & maxime quidē.
SO. Vtrū exiſtimas quęlibet cuiuſuis ſcientē eſſe: quādo vnū, & idem alias vnius eiuſdē eſſe illi vide
tur: alias alterius? Vel quādo vnius, & eiuſdē tum hoc tum illud opinatur? THE. Non per Iouē. SO.
Num memoria excidit, in diſcēdis literis te atq; alios hęc effeciſſe? THE. Solitos ne dicis eiuſdē ſylla-
bae tum hāc tum illā literam opinari? Eandēve literā alias in ſyllabā ppriā alias in alienā referre? SO.
Haec inquā. THE. Nec oblit⁹ ſum: nec eos q ſic affecti ſunt, ſcire arbitror. SO. Quid vero? Siqs eo in
tēpore Theaetetū ſcribens. th. et. e. ſcribendū putet: ſcribatq;, & rurſus Theodorū ſcribere volēs. th. &
e. ſcribēdum putet & ſcribat, nunqd ſcire illū dicemus primā veſtri nominis ſyllabā? THE. Pauloan-
te inter nos conuenit eū qui ſic inſtitutus eſt, nondū ſcire. SO. Quid prohibet hoc idem aliquē circa
ſecundā, tertiāq;, & quartā ſyllabā perpeti? THE. Nihil oīno. SO. Nunquid tunc diſcurſum p elemē-
tum habēs Theaetetū recta cū opinione ſcribet, quādo ordine ſuo ſcribet? THE. Abſq; dubio. SO. Nō
ne adhuc inſcius, ſed recte opinatus vt dixim⁹? THE. Certe. SO. Et rationē habēs cū opinione recta?
nam diſcurſum per elemētum habēs, ſcripſit: quā orationē eſſe cōſenſimus. THE. Verū. SO. Eſt igit̃
o amice quędā cum ratione opinio recta, quā ſciētiam appellare nondum decet. THE. Apparet. SO. Eſt quędā opi
Somniū quoddā vt videtur, nacti ſumus: dum veriſſimā ſciētiae rationē habere cōſideremus. THE. nio recta cum
At nondum vituperare debemus. forte enim non ita quis orationē rationēve ipſam determinet: ſed ratiōe: quae nō
reliquā e tribus ſpeciem eligat: e quibus vnā quādam electurū diximus illū: qui ſciētiam eſſe opinio- eſt ſcientia.
nem rectam cum ratione aſſeuerabat. SO. Opportune admonuiſti. Adhuc eñ ſpecies vna reſtat: pri-
ma quidē erat idolū cogitationis in voce: ſecūda vero in totū per elemēta pceſſus. THE. Tertiā autē Tres ſpecies
quid dicis? SO. Qđ & plurimi faterentur: poſſe videlicet ſignū quoddā adſcribere: quo ab aliis oībus rationis.
id de quo agitur, differt. THE. Quā mihi, cuiuſve rationē talē aſſignare potes? SO. Vt ecce de ſole, ſi
velis, poſſe te arbitror ſufficiēter accipere: q; luce pręcellit oībus quae circa terram in caelo voluunt̃.
THE. Omnino. SO. Accipe cuius gratia hoc eſt dictū. eſt autē qđ modo referebamus. Si differētiam Quędā de de
cuiuſq; accipias, qua ab aliis eſt diſtictū, definitionē vt quidā tradūt, acceperis: q̄diu vero cōmune ali finitione.
quod attigeris, illorū definitionē, quorū cōmunitas eſt, habebis. THE. Intelligo: ac recte huiuſmodi
quiddā rationē vocari exiſtimo. SO. Qui autē cum recta opinione differētiā, qua quodq; a quocunq;
ſeiungitur accipit, idipſum deinde ſciet, qđ prius opinabat̃. THE. Conſentaneū eſt. SO. Nunc demū
o Theaetete cū primū ad hanc quaſi quandā adumbrationē propius acceſſerim, nihil oīno me in his
intelligere aīaduerto. Quouſq; vero eminus proſpiciebā, dici mihi aliquid videbat̃. THE. Quāobrē?
SO. Dicā ſi potero. Rectam equidē de te opinionē habens, ſi tuam praeterea definitionē accipio, te co- Differētia īter
gnoſco, alioquin dūtaxat opinor. THE. Ita eſt. SO. Definitio autē differentię tuae interpretatio erat. cognoſcere
THE. Erat certe. SO. Quādo igitur opinabar ſolū, nihil eorū quibus es diſtinctus ab aliis cogitatiōe & opinari.
percipiebā. THE. Nihil vt videtur. SO. Cōmunia ergo quaedā attēdebam: e quibus nihil tu magis q̄
alius quiuis habes. THE. Neceſſario ſequit̃. SO. Dic age per Iouem: quo pacto tunc potius te q̄ aliū
quēlibet opinabar? pone vtiq; ita me cogitantē: Theaetetū eſſe illum, qui & homo eſt: & nares, & os, &
oculos habet ſimiliterq; reliqua mēbra. Num cogitatio iſta efficit: vt Theaetetū potius, q̄ Theodorū
animaduertā: vel viliſſimorū hominū extremū quępiam? THE. Quinā? SO. Si vero non ſolū haben-
tem nares, & oculos cogitē: ſed & ſimū naſum, & prominētes oculos: nihilo magis iterū te q̄ me ipm,
& alios quicūq; tales ſunt, opinabor. THE. Aeque ſane. SO. At vero nō prius Theaetetū vt arbitror,
opinabor, q̄ figurā hāc ſimā, ab aliis quaſcūq; vidi, ſimis figuris per aliqđ monumentū illius propriū.

ſnſitam mihi diſtinguam: aliaq; ſimiliter:e quibus me cognoſceres. Et ſi deinde te offendero, memorabis mihi: & recta de te opinari facies. THE. Vera loqueris. SO. Ergo circa differētiā ꝓpriā, recta de vnoquoq; verſatᷓ opinio. THE. Apparet. SO. Quid igitᷓ vlterius erit, vna cū recta opinione definitionē quoq; aſſumere? Si eñ ſimul opinari dicat qua ratiōe ab aliis diſtinguatᷓ, ridiculum erit preceptū. THE. Quomodo? SO. Quorū opinionē rectā habemꝰ quatenus ab aliis differūt excogitamus. Atq; ita oratio tua ſcutice quodāmodo ſimilis, quaſi quedā baculi, vel cuiuſuis ſimilis circūuolutio vt ꝓuerbio fertᷓ, ad hoc ꝓceptū nihil vtiq; diceret. Ceci nāq; preceptū iure vocabitᷓ. Quoniā iubere vt que habemꝰ accipiamꝰ, ad ea que opinamur, diſcēda, ceci hoīs mandatū eſſe videtᷓ. THE. Dic age qd modo querebas? SO. Si rationē o puer accipere, noſſe precipit, nō autē differentiā opinari, dulcis ſane res eſſet ratio, pulcherrima oīm q̄ ad ſciētiā pertinēt. noſſe eñ accipere ſciētiā eſt. THE. Eſt ꝑfecto. SO. Interrogatꝰ itaq; qd ſciētia ſit, reſpōdet eam eſſe opinionē rectā cū ſciētia differētie. Ratiōis eñ aſſumptio ſcd̄m illū hoc eſſet. THE. Videtᷓ. SO. Oīno fatuū eſt, ſciētiā nobis querētibꝰ, opinionē rectā cum ſciētia dicere, ſiue differētiæ, ſiue cuiuſcunq; alterius ſciētia ſit. Neq; ſenſus igitᷓ o Theetete, neq; opinio vera: neq; cum opinione vera aſſumpta ratio ſcientia eſt. THE. Non vt videtur. SO. Nunquid foetus in nobis alius circa ſciētiam o amice reſtat? an oīa iam peperimꝰ? THE. Per Iouē plura q̄ in me haberem, educēte te ꝓtuli. SO. Nōne cūcta nobis hæc ars obſtetricia, vana educatiōeq; indigna nata fuiſſe oſtēdit? THE. Oīno qdē. SO. Si igitᷓ alioꝝ deinceps plenū foecūdūq; fieri te cōtendes, pregnāſq; euades, melioribꝰ plenus eris, ꝓpter preſentē diſcuſſionē. q; ſi forte vacuus ſterilisq; reſtabis, minꝰ ceterte moleſtus familiaribꝰ eris, & cū tēperantia mitior: que neſcis nequaq̄ ſcire te putās. Tantū quidem ars mea, nec plus aliud poteſt. Nec ea noui quæ alii multi, quicūq; magni atq; mirādi viri, & ſunt, & fuerūt. Hāc vero obſtetriciā facultatē ego ac mater mea a deo ſortiti ſumꝰ: illa quidē circa fœminas: ego autē circa adoleſcētes ingenuos atq; honeſtos. Sed nūc iam eundū mihi eſt in regis porticū: nam Melitus in iudicium me vocauit. Cras ſummo mane o Theodore huc redibimus.

THEAETETI VEL DE SCIENTIA FINIS.

Argumentum Marſilii Ficini Florentini in Platonis Ionem vel de Furore Poetico ad Laurentium Medicem virum magnanimum.

PLato noſter optime Laurēti furorē in Phædro, mētis alienationē definit. Alienationis autē duo genera tradit. Vnā ab humanis morbis. Alterā a deo ꝓuenientē. Inſaniā illā: Hanc diuinū furorē nūcupat. Inſania, infra hoīs ſpeciē homo deiicitᷓ: & ex hoīe brutū quodāmodo redditᷓ. Diuino furore ſupra hoīs naturā erigitᷓ: & in deū trāſit. Eſt aūt furor diuinus, illuſtratio rationalis aīe: ꝑ quā deꝰ animā a ſuperis delapſam ad infera, ab inferis ad ſupera retrahit. Lapſus aīe ab ipō vno rerū oīm pricipio ad corpora, ꝑ quatuor gradus efficitᷓ: ꝑ mentē: rationē: opinionē: atq; naturā. Nā cū in oī rerū ordine ſex gradus exiſtāt, quorū ſummū tenet ipm̄ vnū, infimū corpus, media vero ſint q̄tuor q̄ predíximꝰ, neceſſe eſt qcq̄d a primo ad vltimū labitᷓ: quatuor ꝑ media cadere. Ipm̄ vnū rerū oīm terminus, & mēſura infinitatis, & multitudinis expers. Mens multitudo quidē: ſed ſtabilis, & æterna. Ratio multitudo mobilis, ſed finita. Opinio, mltitudo mobilis infinita: ſed ſubſtātia pūctiſq; vnita. Natura ſimiliter, niſi q; ꝑ corporis pūcta diffunditᷓ. Corpꝰ aūt infinita multitudo, ſubiecta motui, & ſubſtātia, pūctis, momētiſq; diuiſa. Hec oīa reſpicit aīa noſtra: ꝑ hec deſcendit: ꝑ hec & aſcēdit. Vt eñ ab ipſo vno qd̄ oīm principiū eſt, ꝓducitᷓ, vnitatē quandā ſortita eſt: q̄ oēm eſſentiā eius, vires actioneſq; vnit: a qua, & ad quā ita cetera q̄ in aīa ſunt, ſe habēt: ſicut a centro, & ad centrū circuli lineæ. Vnit vero nō modo aīæ partes inuicē, & ad totā animā: ſed aīam totā ad ipm̄ vnū, rerū oīm cauſam. Vt autē a mēte diuina depēdet, rerū oīm ideas ꝑ mētē actu ſtabili cōtēplatᷓ. Vt ſeipſam reſpicit, ratiōes rerū vniuerſales cogitat: & a pricipiis ad cōcluſiones ratiōe diſcurrit. Vt corpus reſpicit, particulares rerū mobiliū formas opinione cōcipit: eaſq; ꝑcurrit. Vt materiā attingit, natura velut iſtrumēto vtitᷓ: quo vnit materiā, mouet, & format: vnde generatiōes, augmēta, corūq; cōtraria ꝓficiſcūtur. Cernis igitᷓ q; ab vno qd̄ ſup eternitatē, in eternā multitudinē labitᷓ: ab eternitate ī tēpus: a tēpore in locū atq; materiā. Quare ſicut ꝑ quatuor deſcēdit gradus: ꝑ quatuor aſcēdat neceſſe eſt. Furor aūt diuinus eſt q ad ſupna cōuertit: vt in eius definitiōe cōſtitit. Quatuor ergo ſpecies diuini furoris exiſtunt. primus qdē poeticus furor. alter myſterialis. tertius vaticiniū. quartus amatorius affectus. Eſt autē poeſis a muſis: myſteriū a Dionyſio: vaticiniū ab Apolline: amor a Venere. Redire q̄ppe ad vnū animꝰ neqt: niſi & ipſe vnū efficiatᷓ. Multa vero effectus, eſt lapſus in corpꝰ, in operatiōes varias diſtributus, reſpiciēſq; ad ſingula. Ex quo partes eiꝰ ſuperiores pene obdormiūt: inferiores aliis dominantᷓ. Illę torpore: hæ ꝑturbatiōe afficiuntᷓ. totus vero animus diſcordia, & incōcinnitate repletᷓ. Poetico ergo furore ī primis opus eſt, qui ꝑ muſicos tonos que torpēt, ſuſcitet: ꝑ harmoniacā ſuauitatē quæ tur

bantur,mulceat: ꝑ diuerſorũ deniq; cõſonãtiã,diſſonãtẽ pellat diſcordiã variaſq; partes animi tẽpe
ret,neq; ſatis hoc eſt.Multitudo enĩ adhuc in animo reſtat. Accedit ergo myſteriũ qđ expiationibus
ſacriſq;,& omni deorũ cultu oĩm partiũ intentionẽ,in mentẽ,qua deus colit̃,dirigit. Vnde cũ ſingu
læ animi partes ad vnã mentẽ redactæ ſint,iam totũ quoddã vnũ ex plurib⁹ factus eſt anim⁹.Tertio
vero adhuc opus eſt furore:q mentẽ ad vnitatẽ ipſam aĩæ caput reducat. Hoc Apollo ꝑ vaticiniũ ef-
ficit.Nã cũ aĩa ſupra mẽtem in vnitatẽ ſurgit,futura præſagit.Demũ cũ aĩa vnũ facta eſt,vnũ inquã
qđ in ipſa eſſentia animę ineſt:reſtat vt illico in vnũ,qđ eſt ſup eſſentiã,cõuertatur. Hoc cæleſtis ipſa
Venus ꝑ amorẽ,hoc eſt diuinę pulchritudinis deſideriũ,boniq; ardorẽ explet.Primus itaq; furor in-
cõcinna,& diſſonãtia tẽperat:Secũdus tẽperata,vnũ totũ ex partibus efficit:Tertius vnũ totũ ſupra
partes:quartus in vnũ qđ ſup eſſentiã,& totũ eſt,ducit.Primus bonũ equũ.i.rationẽ opinioneq; a ma
lo equo.i.a phantaſia cõfuſa,& natura diſtinguit.Secũdus malum equũ bono,bonum aurigæ.i.mẽti
ſubiicit.Tertius aurigã in caput ſuũ.i.in vnitatẽ mẽtis apicem dirigit.Poſtremus caput aurigæ i ca
put rerũ oĩm vertit.Vbi auriga beatus eſt,& ad pręſepe.i.diuinã pulchritudinẽ ſiſtens equos:obiicit
illis ambroſiam:& ſup ipſam nectar potandũ.i.viſionẽ pulchritudinis,& ex viſione lętitiã.Hæc qua-
tuor furorũ opera ſunt:de qbus generatim in Phædro Plato diſputat:ꝓprie vero de furore poſtremo
id eſt amore in ſympoſio:de primo,hoc eſt furore poetico in pręſenti dialogo:qui Io inſcribit̃.Quẽ in
Phædro ita definit:Poeticus furor eſt occupatio quędã a muſis: q̃ ſortita lenẽ,& inſuperabilẽ animã,
exſuſcitat eã atq; exagitat ꝑ cantilenas aliãq; poeſim:ad genus hoĩm inſtruendũ.Occupatio ſignifi-
cat raptũ aĩæ & cõuerſionẽ in muſarũ numina.Lenẽ dicit quaſi agilẽ a muſiſq; formabilẽ,niſi enĩ præ
parata ſit,nõ occupat̃.Inſuperabilẽ:quia poſtq̃ rapta eſt,ſuperat oĩa:& a nulla rerũ inferiorũ inquina
ri,vel ſuperari poteſt.Exſuſcitat e ſomno corpora ad vigiliam mẽtis:ex ignorãtię tenebris ad lucẽ: ex
morte ad vitã:ex obliuione lethea ad diuinorũ reminiſcẽtiam reuocat:exagitat,ſtimulat,& inflãmat
ad ea quę contẽplat̃,& pręſagit carminib⁹ exprimẽda. Poſt definitionẽ addit,eũ qui ſine furore muſa
rũ poeticas ad fores accedit,inanem eſſe ipſum atq; eius poeſim:quaſi tãti ſit poeſis: vt abſq; ſummo
dei fauore cõparari nequeat.Eadẽ in Ione hoc tradit:& vnde ſit hic furor: & ꝑ quot deſcẽdat gradus
edocet.Inquit autẽ in libro quarto de legib⁹ Plato,deũ,fortunã,& artẽ,humana oĩa gubernare.Quo
fit vt poeſis vel dei donũ ſit:vel fortunæ ſors:vel artis opus.Quid iſtorũ potiſſimũ verum ſit,Socra-
tes cũ Ione rhapſodo ꝑquirit.Rhapſodus autẽ hoc in libro ſignificat recitatorẽ interpretẽq;,& canto Quid rhapſodus.
rẽ carminũ.Interpretabat̃ Io Homeri carmina,& corã populo ad lyrã canebat:atq; ita erat affect⁹,vt
aliũ poetã nullũ pręter Homerũ exponeret:etiã ſi eadẽ qua Homerus facilitate referret.Homeri autẽ
oĩa celeriter explicabat.Vnde ſic argumẽtatus eſt.Aut caſu ꝓfert Io quæ ſcribit Homerus:aut arte:
aut afflatu diuino.Nõ caſu:quia nõ oĩa,ſed pauca quędã: & abſq; cõtinuatione ordineq; interpreta-
retur.Nõ arte:quia quiſq; artẽ integrã habet:quicqd eidẽ arti ſubiectũ eſt,iudicat. Eidẽ vero ſtudio
poetico ſubiecta ſunt Heſiodi aliorũq; poemata,quibus Homeri:præſertim q̃ de eiſdẽ tractãt:quę ta
men Io nõ percipit cũ Homerũ ꝑfecte exponat.Ergo nõ artẽ iudicat.Reſtat vt inſpiratione diuina.Ex
quo patet q; interpres poetæ Io,& alii multi qui ſimiliter affecti ſunt,diuino inſtinctu alienã poeſim
interpretant̃.Q; ſi ad ꝑcipiendã poeſim iã traditã humanũ ingeniũ non ſufficit,multo minus ad in-
uentionẽ ſufficiet.Quare nec Homerus:nec alius quiuis reuera poeta abſq; cęleſti afflatu poeſim cõ
ſecuti ſunt.Qđ & aliis modis Socrates hic oſtendit.Primo ſic. Oẽs artes,& ſciẽtias poetæ tradũt.ſed
oẽs didiciſſe humano ſtudio impoſſibile eſt:cũ vnicã ex parte ꝑcipere ſit difficillimũ. Nõ igit̃ arte hu
mana:ſed diuina quadã infuſione ꝓferunt. Cuius rei argumentũ eſt:q; pleriq; vates poſtq̃ furoris re
miſſus eſt ĩpetus,quę ſcripſerĩt,nõ ſatis intelligũt:cũ tamẽ recte de ſingulis artibus in furore tracta-
uerint:qđ ſinguli illarũ opifices legẽdo diiudicãt.Pręterea ſæpe videm⁹ rudem hoĩem,& ineptũ ſubi
to in poetã bonũ euadere:& aliquid magnificũ diuinũq; cãtare.Magna vero in momẽto aſſequi,non
humani ingenii eſt:ſed diuinitus inſpirati.Qua in re perſpicue deus oſtẽdit,nutu ſuo intelligentiam
hanc infundi.Vtq; ita eſſe demõſtret ſæpe ineptos quoſdã potius,q̃ vrbanos,inſanos potius,q̃ prudẽ
tes rapit:ne ſi acutis prudẽtibuſq; viris ad hęc vteretur,humana ſubtilitate,& induſtria fieri hęc exi
ſtimarẽtur.Cum ergo nõ ſit a fortuna,nec ab arte poeſis,a deo,& a muſis tribuit̃. Cũ deũ dicit,Apol
linẽ ſignificat:cũ Muſas,ſphęrarũ mundi aĩas.Iupiter qdẽ mens dei eſt.ab hac Apollo,mens aĩę mun
di:& aĩa totius mundi:octoq; ſphęrarũ cæleſtiũ animę,quæ nouẽ aĩæ,nouẽ muſę vocant̃:quia dũ cæ
los harmonice mouẽt,muſicã pariũt melodiã:quę in nouẽ diſtributa ſonos,octo ſcilicet ſphęrarũ to-
nos,& vnũ oĩm concentũ / nouẽ ſirenes deo canẽtes ꝓducit.Quãobrem ab Ioue Apollo/& muſæ:ab
Apolline,id eſt mẽte aĩæ mundi,chorus muſarũ ducit̃:quia mẽs illa ſicut ab Ioue illuſtrat̃:ſic & ani-
mas mũdi ſphęrarũq; illuſtrat.Gradus autẽ,quib⁹ furor ille deſcendit,hi ſunt. Iupiter rapit Apolli-
nẽ.Apollo illuminat muſas.Muſæ ſuſcitãt,& exagitãt lenes & inſuperabiles vatũ aĩas.Vates inſpira
ti interpretes ſuos inſpirãt.Interpretes autẽ auditores mouẽt.Ab aliis vero muſis aliæ aĩæ rapiũtur/

quia & aliis ſphęris ſyderibuſq; aliæ attributę ſunt aĩæ: vt in Timęo tradiť. Calliope muſa vox eſt ex oĩbus reſultãs ſphęrarũ vocibꝰ. Vrania cęli ſtelliferi ꝓ dignitatẽ ſic dicta. Polymnia Saturni ꝓpter memoriã rerũ antiquarũ quã Saturnꝰ exhibet: & ſiccam frigidãq; cõplexionẽ. Terpſichore, Iuppiter. ſalutifer enim choro hominũ. Clio Martis, ꝓpter gloriæ cupiditatẽ. Melpomene ſolis: quia totius mũdi tẽperatio eſt. Erato Veneris ꝓpter amorẽ. Euterpe Mercurii ꝓpter honeſtã in grauibꝰ rebꝰ delectationẽ. Thalia Lunę ꝓpter viriditatẽ eiꝰ humore rebus exhibitã. Apollo itẽ Solis eſt aĩa: lyra eius ſolis corpꝰ: nerui quatuor, motꝰ eiꝰ quatuor, annuus, mẽſtruus, diurnꝰ, obliquus. Quatuor voces: neates hypates: doriones, gemini, quatuor ſunt ſignorũ triplicitates: ex quibꝰ quatuor qualitates tẽporũ ꝓducunť. Orpheũ quidẽ afflauit Calliope. Muſęũ Vrania. Homerũ Clio. Polymnia Pindarum. Erato Sapphon. Melpomene Thamirem. Terpſichore Heſiodũ. Thalia Maronẽ. Naſonẽ Euterpe. Linum rapuit idem, qui & te iam nũc exagitat Phoebus optime Laurenti, Phoebus inquã qui auo tuo Coſmo vaticinium dedit: Parenti autẽ Petro arcum atq; medelas: Tibi deniq; lyram, & carmina.

IO PLATONIS LIBER, VEL DE FVRORE POETICO, A MARSILIO FICINO TRANSLATVS E GRAECA LINGVA IN LATINAM AD LAVRENTIVM MEDICEM VIRVM MAGNANIMVM.

SOCRATES IO. SOCRA.

IONEM Saluere iubeo. Vnde ad nos acceſſiſti? Nũquid Epheſo venis? IO. Nullo pacto o Socrates: ſed Epidauro ab Aſclepiis. SO. Nunqd rhapſodorũ id eſt eorũ q carmina recitãt certamẽ Epidaurii deo iſtituerũt, nõ in his ſolũ: ſed ĩ alio quoq; genere muſicæ? SO. Cõtẽde ergo nobiſcũ. IO. Quãobrẽ tecũ cõtendã? primis o Socrates pręmiis potiti ſumꝰ. SO. Probe inquis. Age vt in Palladis celebratione victoriã cõſequamur. IO. Fient hęc qdẽ ſi deus voluerit. SO. Etenim o Io, artẽ veſtrã ſemꝑ plurimi feci. Nã multi faciẽdũ eſt, ꝙ arti veſtræ cõueniat vt orneris corpus, & ꝙ pulcherrimi appareatis: ꝙ ve oporteat in plurimis atq; bonis poetis: & pręcipue ĩ Homero poetarũ oĩm optimo diuiniſſimoq; verſari: neq; carmina illius ſolũ, verũ etiã ſenſa ꝑdiſcere. Nunꝗ enĩ aliqs ĩ rhapſodũ euaderet: niſi ea quę a poeta dicta ſunt ĩtellexerit. Nã poetæ mẽtẽ interpretari rhapſodũ apud auditores oportet: fieri autẽ neqt vt hoc ille efficiat, q poetæ ſentẽtiã ignorauerit. Quare hęc oĩa plurimi facienda videnť. IO. Vera dicis o Socrates: atq in hoc plurimũ laboraui. pręclariſſima ſane præ cæteris de Homero me explicaturũ ꝓfiteor: vt neq; Metrodorꝰ Lãpſacenꝰ: neq; Steſimbrotꝰ Thaſius: neq; Glaucon: neq; aliqs vnꝗ veterũ tot tãq; ꝓclara Homeri ſenſa quot ego, exponere queat. SO. Recte o Io. Cõſtat autẽ ꝙ nulla inuidia ꝓhibebit quin hęc mihi aperias. IO. Auditu dignũ eſt ꝗ vehemẽter Homerũ exornãdo extulerim. Qua de re dignũ eſſe me cenſeo ab illis qui Homeri ſtudioſi ſunt, corona aurea decorari. SO. Otium ꝑfecto te audiẽdi quãdoq; nanciſcar: Nũc autẽ ad hoc vnũ mihi reſponde: vtrũ circa Homerũ ſolũ: an etiã circa Heſiodũ, & Archilochũ id poſſis. IO. Circa Homerũ ſolũ. ſatis enĩ mihi eſſe videť. SO. Sũt ne aliqua de qbꝰ Homerꝰ, & Heſiodus eadẽ referãt? IO. Multa eẽ arbitror.

> Homerꝰ oĩm poetarũ optimus & diuiniſſimus.

SO. Vtrũ meliꝰ ea ꝗ dicit Homerꝰ: an ꝗ Heſiodus explicares? IO. Aeque de vtriſq; o Socrates, in illis rebꝰ, in qbꝰ eadẽ referũt. SO. Quid aũt ĩ his de qbus nõ eadẽ dicũt? vtputa de vaticinio Homerꝰ atq; Heſiodus verba faciũt. IO. Et maxime qdẽ. SO. Et ĩ quo poetæ iſti cõſentiũt: aut diſcrepãt, qñ de vaticinio loquunť, vtrũ ip̃e melius ꝗ peritꝰ vates aliquis explicares? IO. Vates meliꝰ. SO. Si aũt vates eſſes, nõ illa tm̃ in qbus cõueniũt: verũ etiã in qbꝰ diſſentiũt, exponere poſſes? IO. Patet. SO. Quid porro? num circa Homerũ vehemẽs facũduſq; es? circa vero Heſiodũ alioſq; poetas minime? An Homerꝰ de aliis rebꝰ agit, ꝗ de iis q̃ & alii poetæ tractãt? Nonne multa quę ad bellũ ꝑtinẽt: & quę ad cõſuetudines bonorũ inuicẽ, & malorũ, priuatorũ atq; opificũ, attinẽt, enarrauit? Et de diis quẽadmodũ ſecũ inuicẽ, & cũ hoĩbus verſanť: deq; cęleſtibꝰ paſſionibꝰ ꝓgreſſibuſq;? itẽ quę apud ĩferos ſunt deorũq; & heroũ generatiões cecinit? Nõne circa hęc oĩs Homeri poeſis verſať? IO. Vera o Socrates loq̃ris. SO. Nõne eadẽ cęteri poetę decantãt? IO. Eadẽ certe: ſed nõ ita cęteri: vt Homerus. SO. An forte deteriꝰ? IO. Multo deteriꝰ. SO. Melius ergo Homerꝰ. IO. Melius certe. SO. O Io lepidũ caput: cũ multi de numero verba faciũt, & eorũ aliqs recte dicit: nonne poteſt quiſpiã ea ĩ re bene dicẽtẽ cognoſcere? IO. Poteſt. SO. Nũquid ille ip̃e q male dicentẽ cognoſcit, an alius? IO. Ipſe idẽ. SO. An nõ hic eſt qui arithmetica arte eſt pręditus? IO. Profecto. SO. Cũ multi de cibis, quales ſalubres ſint loquunť, & aliquis recte ea de re loquiť, vtrũ alius quidã bene dicentẽ ꝙ recte, alius male dicentẽ ꝙ male dicat, animaduertet? An vnus, & idem? IO. Idem proculdubio. SO. Quis hic? quod illi nomen? IO. Medicus. SO. Nonne

> Quæ ſint explicata ĩ omni Homeri poeſi

ſummatim dicimus,cũ plures eadẽ de re loquunt̃,ꝙ vnũs atq; idẽ tam illũ qui male,ꝗ illũ qui bene loquit̃ internoſcet: & niſi eum qui in eadẽ re aberrat,cognouerit,nunꝗ eũ qui recte ſentit agnoſcet? IO.Profecto.SO.An nõ ipſe idẽ in vtriſq; perit⁹ eſt? IO.Prorſus.SO.Homerũ atq; alios poetas,e quorum numero eſt Heſiodus,& Archilochus,eadẽ referre aſſeris? nõ tamẽ eodẽ modo,ſed melius Homerũ? IO.Et vera loquor.SO.Si illũ qui bene dicit,cognoſcis,eos qui male dicũt,ꝙ errent intelligis. IO.Conuenit.SO.Si ergo dicamus o vir optime,Ionem circa Homerũ alioſq; poetas ſimiliter peritũ eſſe atq; vehementẽ,nequaꝗ errabimus:quãdoquidẽ ipſe iudicẽ eundẽ idoneum eſſe circa illos qui eadem in re verſant̃,confitetur:poetas vero pene oẽs eadẽ effingere.IO.Quãobrẽ o Socrates cũ aliquis de alio poeta differit:neq; mentẽ adhibeo:neq; quicꝗ exiſtimatione dignũ coniectare,& conferre valeo:ſed oſcito protinus atq; torpeo: poſtꝗ vero Homeri quis mentionẽ fecerit,confeſtim excitor atq; mentẽ adhibeo:& facultas dicendi ſuppeditare mihi videt̃? SO.Nequaꝗ arduũ eſt o amice huius cauſam cõiectare.Cõſtat enim ꝙ neq; arte neq; ſciẽtia de Homero ſcite loqueris.Nã ſi arte,de aliis oĩbus poetis ſimiliter loqui valeres.poeſis enĩ totũ eſt.nõne? IO. Eſt certe.SO.Nõne poſtꝗ aliqs aliã quãuis artem integrã cõparauit,æque de oĩbus quę ſub arte ſunt iudicat? Eadẽ quippe de oĩbus artibus conſiderandi ratio eſt. Vis tibi referã qua ratione id dicã? IO.Opto per Iouẽ o Socrates. Nã quotiens vos ſapiẽtes audio, miro quodam gaudio ſtatim afficior.SO.Velim o Io,veritatẽ diceres. Verũ ſapiẽtes vos rhapſodi fictoreſq; eſtis:& illi quorum vos poemata decantatis: ego autẽ nihil pręter veritatẽ loquor,quẽadmodũ decet pinguis mineruæ hominẽ.Nã id de quo paulo ante percõtabar,intuere ꝗ leue ſit,& facile cognitu. Quilibet id qđ narrabã,percipere poteſt,eodẽ videlicet pacto ſingula conſideranda eſſe,ſiquis artẽ ſibi integram cõparauerit.Exẽpli cauſa: Nũquid pingendi ars totũ quiddã eſt? IO.Eſt.SO.Nõne pictores multi,partim boni,partim mali,& ſunt,& fuerunt? IO.Certe.SO.Vidiſti ne aliquẽ qui & ea quæ recte,& quæ nõ Polygnotus Aglaophontis filius pinxit:ſufficienter oſtẽdere poſſit:quæ vero pictores alii,nequeat? Et ſiquis aliorũ pictorũ opus oſtẽderit,obdormiat: neq; facultas illi ad dicẽdum aliquid coniiciendũq; ſuppetat: Cum vero de Polygnoto: vel de vno quouis alio pictore ſit iudicandũ,expergiſcat̃:& mentẽ adhibeat:& facultatẽ dicẽdi habeat? IO. Non ꝑ Iouẽ.SO. Quid in fabris ſtatuariis? Vidiſti queñꝗ qui ea quæ Dædalus Metionius:aut Epius Panopei filius: aut Theodorus Samius:vel alius quiſpiã ſtatuarũ faber,bene eſt machinatus exponere valeat:in aliorum vero ſculptorũ operib⁹ torpeat atq; obmuteſcat? IO.Per Iouẽ nunꝗ virũ talẽ repperi.SO.Atqui nec in tibiarũ flatu vt arbitror,nec in pulſu citharę,nec in citharœo cantu,neq; in rhapſodia virũ intuitus es,qui Olympi opera vel Thamiri vel Orphei aut Ithacenſis Phemii rhapſodi,exprimere poſſit:in operibus vero Ionis Epheſii deficiat,neq; percipere cõferreq; poſſit,quæ bene,& quę cõtra modulat̃. IO.Quid in hoc tibi cõtradicam nõ habeo:ſed tamẽ mihi ipſi cõſcius ſum,me præ cęteris hominibus pulcherrima de Homero referre:neq; deeſſe mihi dicendi copiã. Alios vero oẽs hac in re me laudare:in cęteris vero nequaꝗ. Tu vero quidnã hoc ſit vide.SO.Conſpicio Io:& qđ mihi id eſſe videt̃,tibi aperire incipiã. Vt bene de Homero loquaris ars tibi non pręſtat,vt modo dicebã:ſed diuina vis eſt quę te mouet:ſicut in lapide quem magnetẽ Euripides nominauit,nõnulli heracliam vocant. Qui lapis nõ ſolũ ferreos annulos trahit:ſed vim etiã annulis ipſis infundit,qua hoc idẽ efficere poſſunt:ac perinde vt lapis, alios annulos trahere. Vnde lõga pleruq; cõcatenatio ferri,& annulorũ inuicem pẽdet:& oĩbus his ex illo lapide vis attrahit̃.Ita ipſa muſa poetas diuino inſtinctu cõcitat:poetæ cõciti alios furore corripiũt.Quare ex his oĩb⁹ ſeries ipſa cõtexit̃.Oẽs itaq; carminũ poetæ inſignes, nõ arte:ſed diuino afflatu oĩa iſta ꝑclara poemata canũt:& vt Corybãtes nõ ſana mẽte ſaltãt:ita neq; cantilenarũ modulatores egregii ſana mẽte hos cantus effingũt:ſed vbi in harmoniã,& rhythmũ inſurgũt:& occupati bacchant̃:quẽadmodũ bacchantes fœminę mẽte nõ ſana mel & lac ex fluminibus hauriũt:ſana autẽ mẽte haurire nequeũt.idq; efficit illorũ anim⁹ qui cãtus effingũt,qđ ipſi referũt. Aiunt enĩ nobis poetę:ꝙ a fontib⁹ quib⁹ mel ſcaturit,hauriẽtes,& a muſarũ viridariis colliburſq; decerpẽtes carmina ad nos trãſferũt,quẽadmodũ mel ex floribus apes: & inſtar apum volare ſe aſſerũt. Qua in re vera loquunt̃.Res enĩ leuis volatilis atq; ſacra poeta eſt: neq; poetica prius canere poteſt ꝗ deo plenus,& extra ſe poſitus:& a mẽte alienat⁹ ſit.Nã ꝗdiu mẽte qs valet:neq; fingere carmina:neq; dare oracula põt.Quaſi poetæ nõ arte ꝑclara hęc canãt:quę tu de Homero refers:ſed ſorte diuina id quiſq; recte efficere poſſit:ad qđ muſa quẽpiã incitauit.Hic dithyrambos canit:laudes alicuius hic: ille hyporchimata choreaſq;:alius carmina:alius iãbos.In aliis vero illorũ qſq; rudis,& inept⁹ eſt.Nõ enĩ arte ſed diuina vi hęc dicũt.nã ſi de vno quoꝗ horũ ꝑ artẽ recte loqui ſcirẽt:de cæteris quoq; oĩb⁹ idẽ poſſent.Ob hãc vero cauſam deus illis mentẽ ſubripiẽs,ipſis tanꝗ miniſtris vtit̃,oraculorũq; nunciis:& diuinis vatibus,vt nos qui audimus ꝑcipiamus nõ eos eſſe,qui tã digna referũt,cũ ſuæ mẽtis cõpotes minime ſint:ſed hęc deũ loqui,& per hos nobis hæc inclamare.Huic autẽ rei euidẽtiſſimo argumẽto eſſe poteſt Tynichus Chalcideus:q antea poema nullũ memoria dignũ cõpoſuerat:hymnũ

De magnete lapide dicto eũ heraclide.

Corybãtes nõ ſanę mentis.

Poeta res leuis volatilis ac ſacra.

quia & aliis ſphęris ſyderibuſq; aliæ attributę ſunt aĩæ: vt in Timęo tradiť. Calliope muſa vox eſt ex oĩbus reſultãs ſphęrarũ vocibꝰ. Vrania cęli ſtelliferi ꝑ dignitatẽ ſic dicta. Polymnia Saturni ꝑpter memoriã rerũ antiquarũ quã Saturnꝰ exhibet: & ſiccam frigidãq; cõplexionẽ. Terpſichore, Iuppiter. ſalutifer enim choro hominũ. Clio Martis, ꝑpter gloriæ cupiditatẽ. Melpomene ſolis: quia totius mũdi tẽperatio eſt. Erato Veneris ꝑpter amorẽ. Euterpe Mercurii ꝑpter honeſtã in grauibꝰ rebꝰ delectationẽ. Thalia Lunę ꝑpter viriditatẽ eiꝰ humore rebus exhibitã. Apollo itẽ Solis eſt aĩa: lyra eius ſolis corpꝰ: nerui quatuor, motꝰ eiꝰ quatuor, annuus, mẽſtruus, diurnꝰ, obliquus. Quatuor voces: neates hypates: doriones, gemini, quatuor ſunt ſignorũ triplicitates: ex quibꝰ quatuor qualitates tẽporũ ꝑducunť. Orpheũ quidẽ afflauit Calliope. Muſęũ Vrania. Homerũ Clio. Polymnia Pindarum. Erato Sapphon. Melpomene Thamirem. Terpſichore Heſiodũ. Thalia Maronẽ. Naſonẽ Euterpe. Linum rapuit idem, qui & te iam nũc exagitat Phoebus optime Laurenti, Phoebus inquã qui auo tuo Coſmo vaticinium dedit: Parenti autẽ Petro arcum atq; medelas: Tibi deniq; lyram, & carmina.

IO PLATONIS LIBER, VEL DE FVRORE POETICO, A MARSILIO FICINO TRANSLATVS E GRAECA LINGVA IN LATINAM AD LAVRENTIVM MEDICEM VIRVM MAGNANIMVM.

SOCRATES IO. SOCRA.

IONEM Saluere iubeo. Vnde ad nos acceſſiſti? Nũquid Epheſo venis? IO. Nullo pacto o Socrates: ſed Epidauro ab Aſclepiis. SO. Nunqd rhapſodorũ id eſt eorũ q carmina recitãt certamẽ Epidaurii deo iſtituerũt, nõ in his ſolũ: ſed ĩ alio quoq; genere muſicæ? SO. Cõtẽde ergo nobiſcũ. IO. Quãobrẽ tecũ cõtendã? primis o Socrates pręmiis potiti ſumꝰ. SO. Probe inquis. Age vt in Palladis celebratione victoriã cõſequamur. IO. Fient hęc qdẽ ſi deus voluerit. SO. Etenim o Io, artẽ veſtrã ſemp plurimi feci. Nã multi faciẽdũ eſt, ꝙ arti veſtræ cõueniat vt ornetis corpus, & q̃ pulcherrimi appareatis: ꝙ ve oporteat in plurimis atq; bonis poetis: & pręcipue ĩ Homero poetarũ oĩm optimo diuiniſſimoq; verſari: neq; carmina illius ſolũ, verũ etiã ſenſa ꝑdiſcere. Nunq̃ eñ aliqs ĩ rhapſodũ euaderet: niſi ea quę a poeta dicta ſunt ĩtellexerit. Nã poetæ mẽtẽ interpretari rhapſodũ apud auditores oportet: fieri autẽ neq̃t vt hoc ille efficiat, q poetæ ſentẽtiã ignorauerit. Quare hęc oĩa plurimi facienda videnť. IO. Vera dicis o Socrates: atq in hoc plurimũ laboraui. pręclariſſima ſane præ cæteris de Homero me explicaturũ ꝓfiteor: vt neq; Metrodorꝰ Lãpſacenꝰ: neq; Steſimbrotꝰ Thaſius: neq; Glaucon: neq; aliqs vnq̃ veterũ tot tã q; ꝓclara Homeri ſenſa quot ego, exponere queat. SO. Recte o Io. Cõſtat autẽ ꝙ nulla inuidia ꝓhibebit quin hęc mihi aperias. IO. Auditu dignũ eſt q̃ vehemẽter Homerũ exornãdo extulerim. Qua de re dignũ eſſe me cenſeo ab illis qui Homeri ſtudioſi ſunt, corona aurea decorari. SO. Otium ꝑfecto te audiẽdi quãdoq; nanciſcar: Nũc autẽ ad hoc vnũ mihi reſponde: vtrũ circa Homerũ ſolũ: an etiã circa Heſiodũ, & Archilochũ id poſſis. IO. Circa Homerũ ſolũ. ſatis eñ mihi eſſe videť. SO. Sũt ne aliqua de qbꝰ Homerꝰ, & Heſiodus eadẽ referãt? IO. Multa eẽ arbitror. SO. Vtrũ meliꝰ ea q̃ dicit Homerꝰ: an q̃ Heſiodus explicares? IO. Aeque de vtriſq; o Socrates, in illis rebꝰ, in qbꝰ eadẽ referũt. SO. Quid aũt ĩ his de qbus nõ eadẽ dicũt? vtputa de vaticinio Homerꝰ atq; Heſiodus verba faciũt. IO. Et maxime qdẽ. SO. Et ĩ quo poetæ iſti cõſentiũt: aut diſcrepãt, qñ de vaticinio loquunť, vtrũ ipſe melius q̃ peritꝰ vates aliquis explicares? IO. Vates meliꝰ. SO. Si aũt vates eſſes, nõ illa tm̃ in qbus cõueniũt: verũ etiã in qbꝰ diſſentiũt, exponere poſſes? IO. Patet. SO. Quid porro? num circa Homerũ vehemẽs facũduſq; es: circa vero Heſiodũ alioſq; poetas minime? An Homerꝰ de aliis rebꝰ agit, q̃ de iis q̃ & alii poetæ tractãt? Nonne multa quę ad bellũ ꝑtinẽt: & quę ad cõſuetudines bonorũ inuicẽ, & malorũ, priuatorũ atq; opificũ, attinẽt, enarrauit? Et de diis quẽadmodũ ſecũ inuicẽ, & cũ hoĩbus verſanť: deq; cęleſtibꝰ paſſionibꝰ ꝓgreſſibuſq;? itẽ quę apud ĩferos ſunt deorũq; & heroũ generatiões cecinit? Nõne circa hęc oĩs Homeri poeſis verſať? IO. Vera o Socrates loq̃ris. SO. Nõne eadẽ cęteri poetę decantãt? IO. Eadẽ certe: ſed nõ ita cęteri: vt Homerus. SO. An forte deteriꝰ? IO. Multo deteriꝰ. SO. Melius ergo Homerꝰ. IO. Melius certe. SO. O Io lepidũ caput: cũ multi de numero verba faciũt, & eorũ aliqs recte dicit: nonne poteſt quiſpiã ea ĩ re bene dicẽtẽ cognoſcere? IO. Poteſt. SO. Nũquid ille ipſe q male dicentẽ cognoſcit, an alius? IO. Ipſe idẽ. SO. An nõ hic eſt qui arithmetica arte eſt pręditus? IO. Profecto. SO. Cũ multi de cibis, quales ſalubres ſint loquunť, & aliquis recte ea de re loquiť, vtrũ alius quidã bene dicentẽ ꝙ recte, alius male dicentẽ ꝙ male dicat, animaduertet? An vnus, & idem? IO. Idem proculdubio. SO. Quis hic? quod illi nomen? IO. Medicus. SO. Nonne

Homerꝰ oĩm poetarũ optimus & diuiniſſimus.

Quæ ſint explicata ĩ omni Homeri poeſi

ſummatim dicimus,cū plures eadē de re loquunt̃,ꝙ vnus atq; idē tam illū qui male,q̃ illū qui bene
loquit̃ internoſcet: & niſi eum qui in eadē re aberrat,cognouerit,nunq̃ eū qui recte ſentit agnoſcet?
IO.Profecto.SO.An nō ipſe idē in vtriſq; perit⁹ eſt?IO.Prorſus.SO.Homerū atq; alios poetas,e quo
rum numero eſt Heſiodus,& Archilochus,eadē referre aſſeris? nō tamē eodē modo,ſed melius Ho
merū?IO.Et vera loquor.SO.Si illū qui bene dicit,cognoſcis,eos qui male dicūt,ꝙ errent intelligis.
IO.Conuenit.SO.Si ergo dicamus o vir optime,Ionem circa Homerū alioſq; poetas ſimiliter peritū
eſſe atq; vehementē,nequaq̃ errabimus:quādoquidē ipſe iudicē eundē idoneum eſſe circa illos qui ea
dem in re verſant̃,confitetur:poetas vero pene oēs eadē effingere.IO.Quāobrē o Socrates cū aliquis
de alio poeta diſſerit:neq; mentē adhibeo:neq; quicq̃ exiſtimatione dignū coniectare,& conferre va
leo:ſed oſcito protinus atq; torpeo: poſtq̃ vero Homeri quis mentionē fecerit,confeſtim excitor atq;
mentē adhibeo:& facultas dicendi ſuppeditare mihi videt̃?SO.Nequaq̃ arduū eſt o amice huius cau
ſam cōiectare.Cōſtat enim ꝙ neq; arte neq; ſciētia de Homero ſcite loqueris.Nā ſi arte,de aliis oībus
poetis ſimiliter loqui valeres.poeſis eīn totū eſt.nōne?IO. Eſt certe.SO.Nōne poſtq̃ aliqs aliā quāuis
artem integrā cōparauit,eque de oībus quę ſub arte ſunt iudicat?Eadē quippe de oībus artibus con
ſiderandi ratio eſt. Vis tibi referā qua ratione id dicā?IO.Opto per Iouē o Socrates. Nā quotiens vos
ſapiētes audio, miro quodam gaudio ſtatim afficior.SO.Velim o Io,veritatē diceres. Verū ſapiētes
vos rhapſodi fictoreſq; eſtis:& illi quorum vos poemata decantatis: ego autē nihil pręter veritatē lo
quor,quēadmodū decet pinguis mineruæ hominē.Nā id de quo paulcante percōtabar,intuere q̃ le
ue ſit,& facile cognitu. Quilibet id qđ narrabā,percipere poteſt,eodē videlicet pacto ſingula conſide
randa eſſe,ſiquis artē ſibi integram cōparauerit.Exēpli cauſa: Nūquid pingendi ars totū quiddā eſt?
IO.Eſt.SO.Nōne pictores multi,partim boni,partim mali,& ſunt,& fuerunt?IO.Certe.SO.Vidiſti
ne aliquē qui & ea quæ recte,& quæ nō Polygnotus Aglaophontis filius pinxit:ſufficienter oſtēdere
poſſit:quæ vero pictores alii,nequeat?Et ſiquis aliorū pictorū opus oſtēderit,obdormiat: neq; facul
tas illi ad dicēdum aliquid coniiciendūq; ſuppetat: Cum vero de Polygnoto: vel de vno quouis alio
pictore ſit iudicandū,expergiſcat̃:& mentē adhibeat:& facultatē dicēdi habeat?IO. Non ꝑ Iouē.SO.
Quid in fabris ſtatuariis? Vidiſti quenq̃ qui ea quæ Dædalus Metionius:aut Epius Panopei filius:
aut Theodorus Samius:vel alius quiſpiā ſtatuarū faber,bene eſt machinatus exponere valeat:in alio
rum vero ſculptorū operib⁹ torpeat atq; obmuteſcat?IO.Per Iouē nunq̃ virū talē repperi.SO.Atqui
nec in tibiarū flatu vt arbitror,nec in pulſu citharę,nec in citharœo cantu,neq; in rhapſodia virū in
tuitus es,qui Olympi opera vel Thamiri vel Orphei aut Ithacenſis Phemii rhapſodi,exprimere poſ
ſit:in operibus vero Ionis Epheſii deficiat,neq; percipere cōferreq; poſſit,quæ bene,& quę cōtra mo
dulat̃. IO.Quid in hoc tibi cōtradicam nō habeo:ſed tamē mihi ipſi cōſcius ſum,me præ cęteris ho
minibus pulcherrima de Homero referre:neq; deeſſe mihi dicendi copiā. Alios vero oēs hac in re me
laudare:in cęteris vero nequaq̃. Tu vero quidnā hoc ſit vide.SO.Conſpicio Io:& qđ mihi id eſſe vi
det̃,tibi aperire incipiā. Vt bene de Homero loquaris ars tibi non pręſtat,vt modo dicebā:ſed diuina
in aliquo reſidẽs,ſigillatimq; determinata,cognomentũ ꝓpriũ eſt ſortita : quocirca mltę artes ſciaq; eſſe dicunt͛. THE.Prorſus.HO.Nõne & ptes naturę ipſius alterius,q̃ vna eſt,idẽ qđ & ptes ſciæ pati unt͛? THE.Forſitã. Verũ q̃ rõne declara.HO.Eſt pulchro pars aliqua ipſius alterius oppoſita? THE. Eſt.HO. Hãc ne oĩ cognomẽto carere dicemꝰ?an potiꝰ cognomĩari? THE.Cognominari.HO.Qđ eñ nõ pulchrũ vbiq; ꝓnũciamꝰ, hoc nõ ab alio quoq̃ alterũ eſt,q̃ a pulchri natura. Age itaq; ad hoc reſpõde. THE.Ad qd reſpondeã? HO.Cũ aliqd in parte quadã entiũ determinatũ ſit, ruſuſq; alicuí entiũ opponat͛,cõtingatq; ita nõ pulchrũ dici,ſequit͛ nõ pulchrũ eſſe aliqd : quãdoquidẽ eſt illud cui opponit͛. THE.Recte admodũ.HO.Nunqd ex hoc ſermone pulchrũ magis in numero entiũ, nõ pulchrũ minus ponendũ? THE.Nihilo magis.HO.Similiter ergo tã nõ magnũ q̃ magnũ eſſe dicendũ. THE.Similiter.HO.Quinetiã nõ iuſtũ ex æquo ac iuſtũ eſſe aſſeuerandũ. THE.Abſq; dubio. HO. Eadẽq; erit de cæteris ratio:poſtq̃ alterius ipſius natura e genere entiũ eſſe apparuit.Ea vero exiſtẽte neceſſe eſt & partes eius nihilominus exiſtere. THE.Quid prohibet? HO.Oppoſitio ipa q̃ eſt inter partẽ naturæ ipſius alteriꝰ,partẽve entis:nihilominꝰ ſi dictu fas eſt,q̃ ens ipm eſſentia eſt:neq; cõtrariũ illius,ſed alterũ quiddã dũtaxat ſignificat. THE.Perſpicue.HO.Quã igit͛ ipſam appellabimus? THE.Cõſtat vtiq; ꝙ nõ ens a nobis gratia ſophiſtę quęſitũ hoc ipm eſt. HO. An vt dicebas nullius aliorũ eſſentiã derelinquit?oportetq; audacter iã dicere ꝙ nõ ens firmiter naturã ſuã habet : quemadmodũ magnũ erat magnũ:pulchrũq; erat pulchrũ:ac etiã nõ magnũ & nõ pulchrũ? Eodemq; pacto non ens ſecundũ idẽ erat & eſt nõ ens ſpecies vna multis aliis entibus adnumerata? Nunquid vlteriꝰ circa hoc Theętete diffidimus? THE.Nequaq̃.HO.Aduertis ne q̃ longe a Parmenidis mente diuertimus? THE.Curnam? HO.Illius limites tranſgreſſi ſumus:dum vlterius q̃ ſtatuerit cõſiderauimꝰ & oſtẽdimus. THE.Quo pacto? HO.Quoniã inquit ille:nunq̃, nuſq̃, nullo modo ſunt nõ entia.Sed tu quęrens ab hoc ꝓgreſſu cohibe mentẽ.Hęc ille.Nos aũt nõ ſolũ nõ entia eſſe oſtẽdimꝰ , ſed quæ ſit non entis ſpecies demonſtrauimus. Cum enim oſtenderemus alterius ipſius naturam eſſe,perq; oĩa entia diuiſam atq; diſperſam inuicem,tũc partẽ eius oppoſitã ei qđ cuiuſq; ens eſt,eſſe ipm reuera nõ ens aſſeruimus. THE. Vera prorſus o Hoſpes dixiſſe mihi videmur.HO. Nemo itaq; dicat,ꝙ poſtq̃ nõ ens entis cõtrariũ oſtendimus,eſſe ipſum dicere audeamꝰ.Nos eñ iandiu id prętermiſimus,vtrũ reuera ſit contrariũ,nec ne.Quod aũt nũc diximus eſſe non ens,vel reprobare debet q minus credit: vel ſi reprobare non valet,euſq; credere,quouſq; contradicere nequit:ꝙ videlicet genera inuicẽ ſint commixta,enſq; & alterum per ſe inuicem perq; alia omnia penetrando,ſeſe mutuo capiant, dũ alterum ente participat.Eſt eñ ob participationem huiuſmodi:nõ tñ eſt illud ipſum,quo participat,ſed aliud quiddam.Cum vero aliud ſit q̃ ipſum ens,neceſſario ſequitur vt nõ ens eſſe dicatur.Ens quoq; ex eo ꝙ eſt ipſius alterius particeps,alterum quiddã ab aliis generibus eſt dicendum . Cũq; alterum ſit q̃ reliqua cuncta:nec vnum aliquid ex illis,neq; cuncta exiſtit:ſed ipſum qđ eſt duntaxat,quapropter ens abſq; dubio in plurimis plurima nõ eſt.Et alia quoq; ſimiliter tã vniuerſa q̃ ſingula multifariã quidẽ ſunt:& multifariam nõ ſunt. THE. Vera narras.HO.Siquis contrariis hiſce conuerſionibus fidem non prętat,cogitare debet vt meliora q̃ hęc inducat.ꝙ ſiquis quaſi arduũ quiddã inuenerit,gloriatur,tum ad hęc,tum ad alia ſermones trahens,haud ſane multo ſtudio digna excogitauit: quemadmodum ſermones hi teſtantur.Hoc enim neq; egregium aliquid eſt, neq; inuentu difficile. Sed illud arduũ eſt atq; præclarum. THE.Quidnam? HO.Quod & ſupra eſt dictum:vt his omiſſis tanq̃ leuibus,poſſit aliquis ſigillatim redarguendo proſequi, quotiens dicat quis quod alterum eſt idem eſſe , aut quod idem eſt, alterum , ita vt vtrunq; id per rationem propriam patiatur. Vtq; iterum oſtendere poſſit quod idem eſt : alterum quoquo modo eſſe:alterumve idem:magnum quoq; paruum,ſimileq; diſſimile. Atq; ita cõtraria ſemper in ſermonibus facile proferre queat . Neq; vero aliqua tam vera redargutio eſt : cumq; nuper ens aliquod perceptum ſit:noua eſt. THE.Omnino quidem.HO.Cæterum o adoleſcens optime,omne ab omni ſecernere & inconcinnum eſt : & hominis muſicę philoſophiæq; prorſus expertis. THE.Quamobrem? HO.Omnis penitus oratio deletur ſi vnumquodq; ab omnibus ſegregatur. Nam propter mutuam ſpecierum copulam oratio cõſtitit. THE.Sic eſt.HO.Aduerte obſecro q̃ opportune nũc aduerſus iſtos pugnantes coegimus eos vt alterum alteri cõmiſceri permitterent. THE.Ad quid maxime? HO.Ad hoc vt oratio vnũ aliquid e generibus ſit.hoc eñ ſi priuaremur, philoſophia vt plurimũ careremus . Oportet præterea in pręſentia cõmuni conſenſu quid oratio ſit,definire.ꝙ ſi penitus e medio tolleret͛,nulla de re loqui poſſemꝰ. Tolleretur aũt ſi cõceſſum eſſet nullam eſſe rerum cõmixtionem. THE.Recte id quidem. Verũ qua de cauſa nunc oratio definienda ſit,nõ intelligo.HO.At forte hoc modo percipies. THE.Quo? HO. Nõ ens cõſtitit vnũ aliquod genus ex aliis exiſtẽs,per omnia quę ſunt,eſſe diffuſum. THE.Cõſtitit. HO.Cõſiderandũ ergo deinceps vtrũ opinioni atq; orõni immiſceat͛. THE.Cur? HO.Q̃ñ ſi nullo mõ his immiſcetur,vera eſſe omnia neceſſe eſt:ſi autem miſcetur , falſa opinio:oratioq; falſa exoriũtur,

Probatur q̃ non ens ſit.

Q̃ non ens firmiter habet naturam ſuã.

Carmina Parmenidis.

Qui poſitioni non credit,reprobare debet qui reprobare non habet,credere debet.

Dicere eñ & opinari non entia,hoc ipſm falſum eſt,orationi & cogitationi contingens. THE.Sic eſt.

> A nõ ente falſitas:a falſitate deceptio:a deceptione, phantaſiarum repletio oritur.

HO.Cum vero ſit falſitas,deceptio ſequit̃.THE.Statim.HO.Orta deceptiõe, neceſſe eſt ſimulacris & imaginibꝰ phantaſiaq; cũcta repleri.THE.Nihil repugnat.HO.Sophiſtã vtiq; dicebamꝰ hinc aufugiſſe,dum falſum aliquo modo eſſe renueret: quia non ens nemo cogitet vel pronunciet:cum non ens nulla ex parte ſit eſſentię particeps.THE.Sic eſt dictũ.HO.Nunc autẽ hoc entis particeps nobis apparuit.Quapropter haud vltra hunc in modũ pugnabit.Forte vero dicet,quaſdã e ſpeciebꝰ nõ ente participare,quaſdã minime:orationẽ & opinionẽ ex illorũ numero eſſe q̃ nõ participant: et iccirco

> Vis phantaſtica ſimulacrorũ magiſtra.

facultatem illã phãtaſticam ſimulacrorũ magiſtrã,in qua illũ locauimus,nuſq̃ eſſe contendet, poſtq̃ opinio oratioq; non ente nullo modo participant.falſumve nihil eſſe dicet cũ nulla cõmunio talis reperiat̃.Quãobrẽ quid oratio ſit opinioq; & phantaſia,primo inueſtigandũ, vt his declaratis,eorũ cũ non ente communionem conſpiciamus:qua inſpecta,falſum eſſe aliquid oſtendamus:cũq; hoc oſtenderimus,in eo Sophiſtam ſi reus ſit,vinciamus.Alioquin abſoluẽtes illum,in alio quodam genere deinde quęramus.THE.Verum omnino videtur hoſpes,quod ab initio de Sophiſta prædiximꝰ,ꝙ videlicet difficile capi poſſet.multis enim eſt obiicibus circũſeptus:neq; ad eum peruenire quis poteſt niſi prius obſtaculum quod primo iecit ille,ſubmouerit. Et nunc quidẽ vix tandem obiectionem illã euaſimus,qua non ens nullo modo eſſe intulerat.Cõtinuo ſiquidem aliud eſt illatum.Vnde oportet falſitatem circa orationem opinionemq; oſtendere:ac forſitan poſt hoc aliud, aliudq; poſt illud: nulluſq; terminus inuenitur.HO.Forti animo perſequi Theætete debet quiſquis contra progredi poſtq̃ inuaſit aliquantulum valet.Qui enim in iſtis hæſitat,in aliis audebit nunq̃. Nam qui in illis aut

> Prouerbium: Nunq̃ expugnabit vrbẽ.

nihil perficit,aut retro repellitur, nunq̃ vt prouerbio fertur, expugnabit vrbem. Hunc vero poſtq̃ ingens obſtaculum iam diſiecimus, reliqua poſthæc minora leuioraq; ſuperſunt. THE. Præclare

> De oratione & opinione.

loqueris.HO.Orationem itaq; primo opinionemve capiamus:vt clarius oſtendamus,vtrũ non ens hęc attingat:an vera omnino ſint ambo:falſumq; neutrum.THE.Optime.HO.Age quemadmodũ circa ſpecies & literas diximus,ſimiliter circa nomina rurſus excogitemus. Videtur eñ quod nunc quæritur,ita ſeſe habere.THE.Quid potiſſimum de nominibus vis intelligi?HO.Vtrum oĩa inuicem congruãt:aut nullum:aut quędam conſonent:alia diſſonent.THE.Patet ꝙ quędã congruunt:

> Quæ voces ſint congruentes:quæ non.

quędã minime.HO.Forte tale quiddam ais:ꝙ q̃ conſequenter dicta aliquid exprimunt, inuicẽ congruunt:quæ vero continuata nihil ſignificant, non conueniunt. THE.Quomodo,quidve dicebas? HO.Quod intelligere te & fateri putaui.Duo nãq; ſunt genera declarationum earum,quæ circa eſ-

> Quæ vox verbum:quæ nomen.

ſentiam voce fiunt.THE.Quo pacto?HO.Vnum quidem nominum genus,verborũ alterũ. THE. Dic vtrunq;.HO.Declarationem qua actiones ſignificant̃,verbum dicimus.THE.Sane.HO.Significantẽ autẽ vocis agẽtibꝰ ipſis impoſitũ,nomẽ.THE.Prorſus.HO.Ex ſolis noĩbꝰ ſuppoſitis inuicem oratio nunq̃ efficitur:neq; rurſus ex verbis abſq; nominibus ſubſequenter pronunciatis.THE.Hęc nõ didici.HO.Cõſtat vtiq; ꝙ alio intendens aĩm,pauloante aſſentiebare:nam hoc ipſm eſt,qđ dicere volebã, ꝙ iſta ſi ſolum ita cõtinuata ꝓnunciant̃,orationẽ non faciũt.THE.Quõ?HO. Vt vadit:currit: dormit:& alia verba quęcunq; actiones ſignificant:q̃ ſiquis ſubiungat omnia,nihilo magis orationẽ facit.THE.Sic eſt.HO.Rurſuſq; cũ dicit̃:leo,ceruus,equus?cæteraq; nomina q̃ ipſos agentes ſignificant, nondũ hac continuatione oratio vlla conficit̃.Nam quæ proferuntur,haud ante actionem,vel actionis impedimentum,aut eſſentiam,ſiue exiſtentis rei,ſeu non exiſtẽtis oſtendunt,q̃ verba nominibus miſceantur.Tunc vero primum cõueniũt:ſtatimq; fit oratio:& prima horum complexio,prima oratio eſt:etiam ſi ſit breuiſſima.THE.Qui iſtuc inquis?HO.Quãdo quis dicit,homo diſcit,ora-

> Prima oratio ac breuiſſima homo diſcit. Loquitur, qui nomen cũ verbo iungit.

tionem hanc eſſe ais primam atq; breuiſſimam?THE.Equidem.HO. Tunc ſane declarat aliquid de his quæ ſunt vel fiunt:aut fuerunt iam:aut erunt.neq; nominat tantum:ſed & perficit aliquid,verba nominibus copulans. Ideoq; non modo nominare, verum etiam loqui ipſum dicimus:taliq; contextu nominum, orationem enunciauimus. THE.Recte. HO.Enimuero quemadmodum res aliquæ conſonant inuicem vt ſupra diximus,aliquæ diſſonant:ita & ſigna vocũ quædam nequaq̃ conueniunt:quędam conuentu orationẽ conflant.THE.Prorſus.HO.Accipe & hoc breue.THE.Quale iſtud?HO.Orationem neceſſe eſt quotiens fit,alicuius eſſe orationem: nullius enim eſſe orationẽ

> Orationem alicuiꝰ eſſe oportere.

impoſſibile eſt.THE.Ita videtur.HO.Nonne & qualem quandam eſſe ipſam oportet?THE. Oportet ſane.HO.Animaduertamus obſecro diligenter.THE.Decet.HO.Afferam orationem tibi, rem cum actione per nomen verbumq; coniungens:cuius aũt oratio ſit, tu dicas.THE.Efficiam vt potero. HO.Theætetus ſedet:num oratio iſta prolixa?THE.Non:ſed mediocris.HO.Tuum eſt nũc dicere de quo & cuiꝰ oratio eſt.THE.De me videlicet:atq; mea.HO.Hęc autem?THE. Quęnã?HO. Theætetus hic,qui cum ego nunc diſputo, volat. THE.Nemo de hac quoq; aliter diceret,niſi ꝙ de me meaq; ẽ.HO.Diximꝰ q̃lẽ quãdã eſſe orationẽ quãlibet oportere.THE.Diximꝰ.HO.Vnã verã,alterã falſam. Vera ꝓfo ea q̃ ſũt vt ſunt,de te ꝓdicat.THE. Certe. HO.Falſa aũt,alia ꝑter illa q̃ ſunt,

THE.Profecto.HO.Quæ nõ ſunt ergo,q̃ſi ſint aſſerit.THE.Sic ferme.HO.Reuera entia de te alia
Multa ſiquidē entia circa vnũquodq; eſſe prędiximus,multa quoq; non entia.THE.Oĩno.HO.Pri-
mũ quidē neceſſe eſt oṙonē illã quã ſecũdo loco de te ꝓtuli,ſcd̃m oṙonis definitionē,vnã quãdã ex bre
uiſſimis eſſe.THE.Sic em̃ inter nos conuenit.HO.Deinde exprime:ni alicuius ſit.THE.Alicuius.
HO.Si tua nõ ē,alteri⁹ multo min⁹.THE.Patet.HO.Si nullius ē,neq; oṙo prorſus eſt.Nã oſtēſum ē,
fieri nõ poſſe,vt q̃ oṙo ē,nullius oṙo ſit.THE.Scite.HO.Ergo quotiēs de te altera ita p̃dicanť ac ſi ea
dē eſſent,& non ētia ꝑinde ac ſi entia,hmõi q̃dã ex verbis ac nõibus cõpoſitio,ꝓculdubio fit oṙo falſa.
THE.Vera admodũ loq̃ris.HO.Quid aũt de cogitatiõe,opinione,& phãtaſia dicem⁹? nonne iã con
ſtat,ꝙ hęc oĩa genera,tũ vera,tũ falſa in aĩs nr̃is efficiunť?THE.Qua rõne?HO.Sic intelliges facile,
ſi prius qd vnũquodq; iſtoꝝ ſit,quove inter ſe ſingula differãt,acceperis.THE.Dato mõ.HO.Non
ne cogitatio & oṙo idē?niſi ꝙ cogitatio diciť illa ipſa ſine ſtrepitu vocis interior collocutio,q̃ ſeſe ani-
mus nr̃ alloquiť.THE.Penit⁹.HO.Sed ꝑ os effluxus ꝓlatiõis ab illa oṙo nũcupať.THE.Verũ.HO.
Quĩ etiã in oṙone hoc aĩaduertim⁹.THE.Quid?HO.Affirmationē īquã & negationē.THE.Nēpe.
HO.Qñ igiť hoc ĩ aĩa ꝑ cogitationē ſilētio fit,põt ne alio q̃ opinionis nõie nũcupari?THE.Nequaq̃.
HO.Quid vero?cũ nõ ꝑ ipſam ſed ꝑ ſenſum rurſus talis paſſio accidit,põt ne aliter q̃ phãtaſia cogno
minari?THE.Nõ aliter.HO.Poſtq̃ oṙo partim vera,parti falſa eſſe apparuit: cogitatio vero interior
ipſius aĩę collocutio,opiniõe cogitatiõis cõcluſio,ĩ q̃ opinionis ſenſuſq; cõmixtio repꝑiť:neceſſariũ eē
videť,vt cogitatiões opinioneſq; parti verę,parti falſę ſint:q̃ppe cũ ſint oṙoni cognatę.THE.Nihil re
pugnat.HO.Aduertis ne nos facili⁹ q̃ putabam⁹,orationē & cogitationē falſam inueniſſe?Metueba
mus ſane,ne opus irritũ & inexplicabile iſta q̃rētes aggrederemur.THE.Aduerto.HO.Ergo ne reli
q̃ metuamus.Veꝝ poſtq̃ patefacta ſunt iſta,ſuꝑiores illas ſcd̃m ſpēs,diuiſiones iterum reſumamus.
THE.Quales?HO.Imaginariã artem in duas diuiſim⁹,aſſimilatricē.ſ.& phãtaſticam.THE.Sic egi-
mus.HO.Qua vero in arte duaꝝ ſophiſtã collocarem⁹:ambigebam⁹.THE.Profecto.HO.Poſt hanc
ãbiguitatē repēte ꝓfundior emerſit caligo:cũ ſermo ille cũctis dubi⁹ īferreť,ꝙ neq; imago,neq; ſimu-
lacrũ,neq; phãtaſma oĩno vſq̃ ē:q̃a nullo mõ,nuſquã,nunq̃ falſũ extat.THE.Vera narras.HO.Nũc
aũt poſtq̃ apparuit q̃dē oratio,app̃uit & opinio falſa,poſſibile eſt ſimulacra q̃dã reꝝ veraꝝ ęmula eſſe
& ab hac diſpõne artē decipiēdi manare.THE.Poſſibile certe.HO.Quin etiã ꝙ ĩ his ſophiſta verſať,
eſt cõceſſum.THE.Eſt.HO.Adnitamur iterũ bifariã gen⁹ ꝓpoſitũ ꝑtiētes ſemꝑ ad dexterã ꝓgredi
diuiſi ꝑtē:& q̃ cũ Sophiſta quoquo mõ cõicãt,circũſpicere,vt cõibus oĩbus amputatis ꝓpriã ei⁹ ſedē
atq; effigiē,& nos ĩtueamur,et his q̃ ad hmõi diſciplinę ꝓgreſſum natura accedũt,q̃ proxime oſtēda
mus.THE.Probe.HO.Nõne ab initio artē efficiēdi vnã,acq̃rēdi alterã partiētes induximus?THE.
Certe.HO.Diuiſa poſtmodũ acq̃rēdi arte ſub ea Sophiſtã locauim⁹ in venatione,certamine,merca-
tura & huiuſcemodi ſpeciēb⁹.THE.Sic prorſus eſt actũ.HO.Nũc vero poſtq̃ efficiēdi quoq; ars ſo-
phiſtã cõplexa ē,cõſtat ĩ primis artē hãc eē bifariã diuidēdã.Imitatio q̃ppe,effectio q̃dã ē,ſimulacro-
rũ.ſ.nõ veraꝝ reꝝ,quēadmodũ ſupradixim⁹.Nõne?THE.Proculdubio.HO.Effectricis igiť facul-
tatis duæ primũ ſint partes.THE.Quę?HO.Diuina & humana.THE.Nõdũ ĩtelligo.HO.Si mõ q̃
ſupradicta ſunt,recordamur,effectricē facultatē dixim⁹,vim quandã q̃ cã eſt vt ſint poſtea q̃ añ non
fuerant.THE.Recordamur.HO.Aĩalia cũcta mortalia,plãtaſq;,quęcũq; terra ex ſeminib⁹ radicibuſ
ve naſcuntur:& quęcũq; inaĩata in terra cõſiſtũt,ſiue liq̃fieri poſſint,ſiue nõ poſſint:nunq̃d alio quo
dã opifice fabricata q̃ Deo,fieri poſt cũ prius nõ fuerint,p̃dicabim⁹?an multorũ doctrinã ſermoneſq;
ſectabimur?THE.Quorũ?HO.Dicentiũ,iſta natura ipſa gigni a cauſa quadã fortuita,ſine mēte hæc
agente:vel cũ ratione potius ſciētiaq; diuina ab ipſo Deo tributa.THE.Ego forte ꝓpter ætatē,tũ hoc
tum aliud opinor.In p̃ſentia vero ad te reſpiciēs,putanſq; exiſtimare te per Deũ hæc oĩa gigni,idem
ipſe quoq; exiſtimo.HO.Recte admodũ Theętete.Ac ſi te putarem⁹ ĩpoſterũ aliter opinaturũ,nunc
ratione ſimul cũ neceſſaria quadã perſuaſione,vt nobis crederes efficeremus.Quoniã vero eius inge
nii eſſe te noui,vt etiã ſine noſtra demonſtratione,vltro ad illa ſis profecturus,ad q̃ nunc trahi te di-
cis,dimittã.Nã ſuꝑuacua diſputatio talis eſſet.Ponã vero illa q̃ natura gigni dicuntur:arte diuina
fieri:q̃ aũt ex his ab hominibus cõponunť,humana:atq; hac ratione duo effectricis facultatis genera
humanũ videlicet & diuinũ.THE.Pręclare.HO.Cum vero duæ ſint artes,vtranq; bifariam diuide.
THE.Qui?HO.Quemadmodũ ars effectrix vniuerſa per latitudinē eſt diuiſa,ita nunc per longitu
dinem diuidatur:atq; ita quatuor illius partes efficiunť:duę quo ad nos humanæ,duæ iterũ quo ad
Deos diuinæ.THE.Profecto.HO.Ex his quidem rurſus aliter nunc diuiſis,vtriuſq; partitiõis pars
vna eſt effectrix:reliquæ aũt imaginariæ nominanť.vñ rurſus efficiendi facultas in duo diuiditur.
THE.Dicas iterum quemadmodũ vtraq;.HO.Homines vtiq; & animalia cętera,ea ve ex quib⁹ iſta
gignunť,ignis & aqua,horumq; germana Dei opera eſſe cognoſcimus.THE.Nempe.HO.Poſt hęc
horum ſimulacra ſequuntur,dæmonica quadã machinatione producta.THE.Qualia?HO.Phan-

Quid cogita-
tio:nam eadē
oratio.

Quę ſit oratio

Quæ ſit opi-
nio.

Quę phanta-
ſia.

taſmata q̃ dormientibus occurrunt:queve in die per ſe abſq; arte videnť:vmbra quidem cũ tenebræ igni miſcenť:duplex aũt qñ lumẽ ꝓpriũ & extraneũ circa ꝑſpicua leniaq; in vnũ cõcurrẽs,ſenſumq; contrarium ſolitę viſionis prębẽs,ſpeciẽ efficit.Duo ergo ſunt iſta diuinę effectionis opera: res videlicet ſingulæ,ſingulariũq; rerũ ſequentia ſimulacra.Ars quoq; humana architectura domum fabricat pictura domus imaginẽ:veluti quoddã humanũ inſomniũ vigilãtibꝰ factũ.THE.Nulli dubiũ.HO.In aliis quoq; ſimiliter ꝑ duo partiendo,gemina opa effectricis noſtrę actiõis ĩuenimꝰ.Ipſam quippe rẽ ꝑ̃incipali facultate:imaginẽ vero imaginariã facimꝰ.THE.Plane iã intelligo:ac duas bifariã pono effectricis ſpẽs facultatis.Primo ſiquidẽ in diuinã partior & humanã:deinde in rerũ ipſarũ imaginũve effectionẽ.HO.Reminiſcamur obſecro duo dixiſſe nos imaginarię facultatis genera eſſe oportere: aſſimilatoriũ.ſ.& phãtaſticũ:ſi modo aliqd reuera falſum,& falſum vnũ aliqd eorũ q̃ ſunt,ſit futurum.THE.Dictũ certe.HO.Nõne cõſtitit? ideoq; nunc ipſi duas ſine controuerſia ſpẽs adnumerabimus? THE.Sane.HO.Phãtaſticũ itaq; rurſus in duo ſecandũ.THE.Quẽadmodũ?HO.Vnũ ꝑ inſtrumẽta factũ:alterũ illius qui ſeſe inſtrumentũ phãtaſma efficiẽtis exhibet.THE.Qui iſtuc ais?HO.Quotiẽs aliquis figurã tuã vſurpãs,corpus ſuũ tuo reddit ꝑſimile:ſeu vocẽ voci: imitatio iſta phãtaſtice nũcupať.THE.Vtiq;.HO.Imitatoriũ hoc appellãtes ita diſtribuamꝰ: et reliquũ omne quaſi iã quietis cupidi pręteremittamus:cõcedamuſq; alteri vt in vnũ colligat:& cõueniens ipſi tribuat cognomẽtũ.THE.Diſtribuaťvt vis,& hoc dimittať.HO.Hoc pręterea duplũ o Theętete exiſtimãdũ.Quã vero ob cãm,aĩaduerte.THE.Dic.HO.Eorũ q imitanť,aliqui cognoſcẽtes qđ imitanť,hoc agũt:aliqui autẽ ignorãtes. An maiorẽ aliquã diſcrepantiã diuiſionẽq; per ignorantiã cognitionẽ ve ponemus? THE.Nullã.HO. Nõne ea quã mõ dicebamꝰ cognoſcentiũ imitatio erat?figurã quippe tuã imitať ille q te cognoſcit.THE.Ille ipſe.HO.Quid aũt de iuſtitię virtutiſq; vniuerſę figura dicendũ?an non multi dũ ignorãt,noſſe aũt hãc opinanť, quod illis videť id ipm̃ imitãtes,tã verbis q̃ operibꝰ annituť vt ineſſe ipſis appareat?THE.Atq; admodũ mlti.HO.Nunqd ita illos ſpes fallit: vt ſicut iuſti nõ ſũt ita nec etiã videãť?an cõtra?THE.Cõtra.HO.Imitatorẽ hũc diuerſũ ab illo ſupiori dicemꝰ,ignorãtẽ a cognoſcẽte?THE.Dicemꝰ plane.HO.Vñ nomẽ vtriuſq; ꝓpriũ deduceť?an videlicet difficile eſt:qa cauſa q̃dã vetus diuiſionis generũ in ſpecies, ſupioribus nr̃is ignota fuerit: adeo vt nemo partiri cõtẽderit:ideoq; nominũ inopes eſſe neceſſe eſt?Et ſi dictu audacius videri poteſt, declaratiõis tñ diſcretioniſq; gratia,imitationẽ illam opinionis comitẽ,opinabilem imitationẽ denoĩemus:illam vero quæ ſciẽtiæ,hiſtoricã quandam ſcientẽq; imitationem.THE.Eſto.HO.Harũ quidem appellationũ altera duntaxat vtendũ.Nam ſophiſtam,& ſi in genere imitantiũ,nõ tamẽ ĩ genere ſciẽtiũ poſuimꝰ.THE.Sic eſt.HO.Hunc itaq; opinioſum imitatorẽ tanq̃ ferrum examinemꝰ,ſit ne ſolidus ſimplexq;,an cõtra.THE.Examinemus.HO.Certe admodum multiplex . Nam ſophiſta quidã fatuus & ineptꝰ eſt, quę opinatur,ſcire ſe putans.Altera vero figura,ꝓpter variã in ſermonibus reuolutionẽ,certe ſuſpitionẽ plurimã metũq; reportat,ne forte ignoret illa q̃ corã aliis ſcire ſe ſimulat.THE.Oĩno ex vtriſq; generibus eſt,vt narraſti.HO.Nonne igitur vnum quidẽ ſimplicẽ,alterũ ironicum imitatorem ponemus?THE.Conſentaneum eſt.HO.Huius iterum genus vnũ,an duo dicimus?THE.Tu videris HO.Cogito equidem,ac duo cogitanti mihi ſe offerunt.Vnus quidẽ publice prolixa oratione apđ populũ ironia vtens:alter priuatim minutis quibuſdã captiunculis cogẽs eum qui cũ ipſo diſputat, ſibimet in ſermonibus cõtradicere.THE.Recte admodũ loqueris.HO.Quõ ſuperiorẽ illũ denominabimꝰ?ciuilẽ ne,an popularẽ?THE. Popularẽ. HO. Alterũ vero ſophon.i.ſapientẽ,an ſophiſticum? THE.Sapientẽ quidẽ vocare illũ nõ licet, quandoquidẽ ignorantẽ ipm̃ poſuimus. Quoniã vero ſa-

Vnde dictꝰ ſit Sophiſta.

pientẽ imitatur,cognomentũ quoddã illius ſimile ſortieť.Ac demũ intelligo,hunc ipſum prorſus & reuera Sophiſtam appellari decere.HO.An non vt ſupra,ita nũc nomen eius colligabimus a fine iterum ad principiũ complicantes?THE.Omnino.HO.Is demũ ſophiſtã vere definiet,qui generatio-

Vltima ſophiſtę definitio.

nẽ eius & ſtirpẽ eſſe iſtam aſſeuerabit.Sophiſta inquã eſt,qui in ſermonibꝰ contradicere ſibiipſi diſputantem cogit:qui & ironici pars eſt,ab imitatore opinioſo veniens.phantaſtici item generis ab imaginaria facultate ꝓfluẽs:nõ diuinę ſed humanæ effectionis determinata progenies : ex eorũq; numero qui verbis quaſi quibuſdam pręſtigiis mirum in modum decipiunt auditores.THE.Ita prorſum dicendum.

SOPHISTAE FINIS.

MARSILII FICINI APOLOGVS IN LIBRVM PLATONIS DE REGNO, AD FEDERICVM VRBINI DVCEM SEMPER INVICTVM.

IVpiter optimus maximus,cũ optaret tale in terris q̃nq; regnũ proſpicere quale ĩ cælo ſemp apud ſe conſpicit,iamdiu per ipſam diuini regis ideã,regiũ quendã diuinumq; aĩm demiſit in terras.Conuocatiſq; cælicolis impauit:vt oẽs futuro huic regi ſuffragarenť : quẽ ſupi g-

dem & a ſide regia ſideregū, & ab orbis imperio orbinatē ducē iam nominarēt: hoīes vero mutatis literis Federicū Vrbinatē ducē eſſet appellaturi. Aſſenſere oīa Ioui prēter Iunonē numina. Sola enī Iuno craſſioris aeris ambitioſa regina, coeleſte terris regnū hactenꝰ inuidet. Verū Pallas Mercuriuſq; fauentibus aliis, & teſte Veritate, coronā ſceptrūq; regiū iampridē viro eidē, cui & Iupiter, libentiſſime cōtulerūt. Cū vero Academia paſſim Palladem, Mercuriumq; colat atq; ſectet: ipſa quoq; regnū orbiſq; totius monarchiā, qualē diuinus Plato deſcribit, Federico Vrbinati duci, tū ex Iouis ſniā, tū ex teſtimonio Veritatis optime merito feliciſſime tribuit.

Argumentum Marſilii Ficini in Platonis Librum de Regno, vel Ciuilem.

CVm Deus atq; natura hoīem agendo pducāt, cū certe produceſit, vt agat. agat in quā gfa diuinorū. Quēadmodū vero alius finis eſt, cuius gfa natura efficit pollicē, alius cuius gratia manū ſiue pedē, aliuſq; rurſum, ad quē totū efficit hoīem: ſic alius finis ē ad quē hoīem dirigit ſingularē: alius quoq; ad quē familiā: itēq; aliꝰ ad quē ciuitatē atq; regnū. Ac deniq; finis ille exiſtimādus eſt optimus: cuius gratia Deus totū genus hoīm pcreauit. Nemo vero exiſtimet, cū pprii cuiuſq; coetus certus ſit finis, nullū eſſe totius: cūq; humanę vitę partibus inſit ordo: in vniuerſo tū vitę gñe eſſe cōfuſionē: deniq; cū partes ob finis vnius intētionē inter ſe habeant vnionē: totum ipm eſſe diſperſum. Quāobrem neceſſe eſt certum eſſe humani generis finem: eumq; in actione quadam circa perfectiora conſiſtere: per quā & ſuperiora pro viribus imitet: & diligēter inferiora gubernet. Sciētia quidem naturalia perſcrutet: prudētia vero diſponat humana: pietate autē diuina colat atq; veneret. Eiuſmodi ergo finis vitā exigit geminā: & in actione & in cōtemplatiōe ſimiliter cōſtitutā: eo tū pacto: vt actio contemplationis tanq̄ diuinioris gratia ſit inſtituta. Caeterū abſoluta vtriuſq; vitę perfectio, tot tantiſq; & tā variis adminiculis indiget: vt neq; a paucis quibuſdā, neq; etiam a multis hominibꝰ, ſed ab vniuerſo ſimul hoīm genere dūtaxat poſſit expleri. Fieri vero nō poteſt vt tā diuerſę gentes p media tam diuerſa ad vnū oīm cōmuneq; finē perducant, niſi ab vno per vnā quandā legē cunctos in vnum pariter cōducente. Quēadmodū neq; fabri miniſtriq; gñe ſimul atq; ingenio lōge inter ſe diſcrepātes materias admodū varias ad formā vnā ędificii conferentes: in vnū vnq̄ cōmode cōgregabunt & conſtruent opportune, niſi ab vna quadā architecti vnius lege regant. Quapropter non iniuria Plato cū regem quęreret mundi monarchā, principio architectū pduxit in mediū: ſcientiāq; in tria tandē diſtinxit genera. Quorū primū in cognoſcendo, ſecundū in agendo, tertiū in faciendo verſat. In primo arithmetrā geometrāq;: in ſecūdo architectū: in tertio fabrū miniſtrūq; collocauit: pbās architecti facultatē inter ſpeculationē ſolā ſolumq; miniſteriū mediā eſſe ponendā: magis tū ſpeculatiōis q̄ miniſterii eſſe participē: neq; iudicare ſolū geometrarū more, verū etiā facientibꝰ imperare, opificioq; ſemper adeſſe. Qualē ferme vult regē eſſe debere: q videlicet & contēplantiū more vera diiudicet: & iura nō aliena quidē, ſed ſua mādet agēda. Proinde Plato exactiſſima vſus diuiſione, q̄ definitioni ſcientiae q; admodū neceſſaria eſt, regē Homerico more nominat generis humani paſtorē atq; curatorē. Quē totius humani generis vnius quaſi ouilis vnū eſſe paſtorē debere deſignat, vbi Deū inquit quondam humani generis fuiſſe paſtorē: ſub quo & regnū illud Saturni aureum extitiſſe. Gubernatorē quoq; regem humanę vitae quaſi nauis iudicat appellādum. Significat autem in vnum eſſe imperium oīm conferendum, vt humana gubernatio diuinae q̄ ſimillima ſit. ſiquidem & Deus vnus mundi totius eſt rector. Qđ quidē his quoq; breuiter rationibꝰ cōfirmat. Principio ſi tres mūdi partes Aſiam, Africam, Europam, regibus diſtributas tribus ſubegeris, facile admodum continget vt vel vnus duobꝰ vel duo vni quandoq; inferant bellum: aut ſaltem de finibus, aut alia quapiam de re diſceptare cogātur. Itaq; vel īter eos ad vnū trium erit litis iudiciū deferendū: vel ad quartum quēdā praeter tres iudicem conſtitutū. Quacunq; tandē id ratione fiat, neceſſe erit iudicē, ſi modo ſentētię ſit illius acquieſcendū, imperiū in eos inter quos iudicat, habere. alioquin nullius momenti erit iudicium: fruſtraq; iudicabit: qđ videri poſſit regibꝰ, vel magis, vel ſaltem ęque potētibus diſſoluendū. Vnum igit oportet eſſe regem oīm iudicem, oībus proculdubio venerandū. Pręterea virtutū exēplar ſubiectis oportet eſſe regē. Maxime vero talis erit, ſi vnus fuerit añ oēs: in quē oculos cuncti coniiciant. Qui ſi orbem totum poſſederit: nec regnum alterius affectabit: nec aliis inuidebit. Quae duo, cupiditas & inuidia, ſolēt rapinas & bella potiſſimū procreare. & cū ſua cuiq; chariſſima ſint, maxime diliget oēs tū q̄ ſuos: pariterq; omnes diliget nationes, pariterq; curabit. Optabit pacē ſummope: cupiet tranquillitatē, bonorūq; oīm copiā, qualis vtiq; monarchię vmbra quędā apparuit imperante Octauiano. Subditi vero & iuſtiſſime viuent: cū iniuſtis nullus vſq̄ pateat fugę aditus ſub Monarcha: & q̄uis in minima peccandi licentia, tamen in ſumma libertate viuent: nō tyrānis, paucisve potentibꝰ, vel inſanię

tis populi ſubiecti furoribus,ſed a ſapiente & iuſto pioq; rege,ſic ad cōe bonū ꝑducti tāq̃ naturę a prudētia iuſti gubernatoris ad portū.Qua quidē in re & q regunť obtēperādo regi ſibi ipſi cōſulent: & rex ipſe nō tā ſibimet q̃ cūctis q ſuę curę a deo cōmiſſi ſunt , viuet.Recta eñ gubernatio queādmodū in libris de rep.diſputať,gubernatorē quidē eorū q gubernanť gratia,nō gubernatos gr̄a gubernatoris iſtituit.Cōparat ꝑterea regē medico:monēs vt medicorū more & opportune,& ſi opus fuerit importune & volentibus,& qn̄q; nolentibus imponat leges,remediaq; afferat ſalutaria.Eiuſmodi vero gubernatorē atq; curatorē ſępius ciuilē vocat virū q̃ regē , ſignificans adeo humanū ac ſi fieri poſſit mitē eſſe debere,vt inter ciues videať eſſe cōciuis,prudētia,iuſtitia,cura potius q̃ alio quouis exceſſu ſupior.Q; ſiqs lōgiſſimo quodā interuallo prudētia & iuſtitia manifeſte cūctos exſuperet,hūc etiā ſi priuatꝰ vixerit,eē regē oīm a Deo creatū abſq; cōtrouerſia iudicat.Si autē int aliquos q̃tū ad hęc ſpectat,parū admodū interſit,illis quodāmodo redactis ad vnū auctoritatē regiā tribuēdā.Multis vero nequaq̃.Quippe cū multi nequeāt tāta auctoritate digni alicubi reperiri.Tradi vero auctoritatē regiā vt ex aliis eiꝰ libris cōiectare licet,vult a ſeniooribꝰ atq; ꝓbatiſſimis:quorū ſenatus deīde ſit collega regis,q̄ſi q̄dā reſpublica optimatū.Rex aūt vna cū ſenatu leges cōdat.Quas nō liceat, vel cuiq̃ priuato trāſgredi,vel vulgo mutare.liceat tñ regi ſenatuiq; ſimul pro tēpoꝝ opportunitate q̄tenꝰ expedit diligēti cū aeq̄tate & rebꝰ ipis accōmodare atq; tēporibꝰ:& ſi oportuerit ꝑmutare.Regē ipm̄ i epiſtolis ſacrū haberi cēſet, ſacerdotēq; Aegyptiorū more cōſtitui,ſacrorū myſterioruq; antiſtitē: & vt porte ſacrū neqñ cōtamineť,nō ꝑmittit iudiciis vbi de cæde, exilio,carcere agiť,intereſſe.Proinde in hoc ipo libro eiuſmodi regiā dignitatē gubernationū oīm optimā eſſe ꝓbat vt diximꝰ:peſſimā vero tyrānidē:q̄ neq; lege,neq; mente legitima imperat,ſed impetu potius atq; libidie.Secūdo loco laudat optimates,pariterq; vituperat potentiā paucorū.Tertio loco multorū laudat gubernationē.ſ.popularē, ſi lege gubernēt:ſimiliterq; vituperat,ſi nō lege.Poſt hęc aūt quid regiū ſit officiū diſputat: videlicet vt quotcūq; hoīm generi neceſſaria ſint ꝓuideat:pręſertimq; ad bñ beateq; viuendū.Iudicetq; prudēter quot artes & quales ad hoc ipm̄ cōferāt,ſiue in pace,ſiue in bello,ſeu in dicēdo,ſeu agendo,vel publice,vel priuatim:habeatq; vna cū ſenatu ſummū in omnes imperiū.Pręcipue vero aīos oīm decentiſſima quadā fortitudinis tēperantiaeq; mixtione cōponat,muſicos imitatus,q acuta grauibus rite miſcentes,cōcentus ſuauiſſimos modulanť.Demōſtrat eñ & id quidē diuine,nō eſſe tutum aīos vel fortitudinē verſus quaſi in acutū ſupra modū intēdere: vl' tēperantiā verſus,quaſi in graue nimis remittere.Illinc eñ efferatos:hinc effoeminatos tandē euadere.Et illi quidē ciues & patriā velut hoſtes inuadūt :hi vero neq; ſe,neq; patriā tueňť ab hoſtibꝰ.Quāobrē optimū cēſet ex cōcinna virtutis vtriuſq; copula,ingeniorū cōſonantiā vbiq; cōflari.Sed hactenus de libri ordine ſatis ſit dictū. Quę vero de ſphęrarū motu,ꝓuidētiaq;,& fato diſputat,i theologia noſtra ſatis expoſuimus.In his certe nos allegorice docet non habere nos verū legitimūq; regē niſi vel in ipo cælo:vel in terris eū quem velut paſtorē cæli rex nobis ipſe ꝑfecerit:paſtorē īquā nō noīe ſolū,ſed vitę ſimilitudie ipm̄ cęli regē pro viribꝰ referētē.Cōmemorat & duo regna,Iouis.ſ.& Saturni: regnūq; Saturni regno Iouis tāq̃ felicꝰ anpo-nit.Siqdē ſub Ioue actio vitaq; humana:ſub Saturno aūt cōtēplatio diuinoꝝ ſignificať.Saturnus eñ gręco noīe Cronos,vt Plato in Cratylo docet,puritatē integritatēq; mētis inuiolabilē comprehēdit. Quod aūt ait Saturno regnante beatos hoīes viuere,oſtēdit diuina quadā viri mēte regnāte,quæ & actiones gratia contēplationis inſtituat,humanū genus fore beatū.Ego aūt finē mox argumēto faciam:ſi breuē priꝰ allegoriā myſterii huiꝰ adduxero.Ait eñ pręſentē mūdi circuitū ab oriente ad occidentē eſſe Iouiū atq; fatalē.Verū fore quādoq; alterū huic oppoſitū ſub Saturno ab occidēte viciſſim ad orientē.In quo ſpōte naſcenť homīes:atq; a ſenio ꝓcedēt in iuuentutē:alimētaq; illis vltro æterno ſub vere ad votū ſuppeditabunť.Iouē vt arbitor aīam mūdi vocat:cuiꝰ lege fatali manifeſtus hic manifeſti mūdi ordo diſponiť.Pręterea vitā aīorū in corporibꝰ elemētalibꝰ,Iouiā eſſe vult ſenſibꝰ actioniq; deditam.Saturnum vero ſupremū inter angelos intellectū,cuius radiis illuſtrentur vltra angelos aīę, accēdanťq;:& ad intellectualē vitā cōtinue pro viribꝰ eriganť:q̄ quotiens ad vitam eiuſmodi cōuertunť,eatenus ſub regno Saturni dicuntur viuere,quatenus intelligentia viuunt . Proinde in ea vita ideo ſponte dicuntur regenerari:quia electione propria in melius reformantur.Rurſus in dies reiuueneſcere.id eſt in dies,ſi modo ibi dies dinumeranť, magis magiſq; floreſcere. Hoc illud apoſtoli Pauli . Homo interior renouať in dies.Deniq; illis alimēta ſpōte affatim ſub perpetuo vere ſuppeditari:quia nō per ſenſus operoſamq; diſciplinam:ſed per lumen intimū,ſummaq; cum vitę tranquillitate atq; voluptate miris veritatis ipſius ſpectaculis perfruuntur.

CIVILIS PLATONIS LIBER VEL DE REGNO TRANSLATVS E GRAECA LINGVA IN LATINAM,A MARSILIO FICINO FLORENTINO,AD FEDERICVM VRBINI DVCEM SEMPER INVICTVM.

SOCRATES. THEODORVS. HOSPES. SOCRATES MINOR.

SO. INgētē tibi o Theodore gratiā debeo: ꝙ Theætetū & hoſpitē hūc Eleatē
notos mihi feceris. THEO. Triplā forte mihi debebis o Socrates, poſtq̄
ciuilē tibi hoīem & philoſophū circūſcripſerint. SO. An ita dicemꝰ eſſe
Theodore, ꝙ ex eo audiuerimꝰ q in geometria cōputationibuſq; p̄cellit?
THEO. Quo pacto o Socrates? SO. Q; videlicet vnūquēq; hoīm eiuſ-
dē eſſe p̄tii poſuerimꝰ: q tn̄ honore lōgius q̄ ſecundū veſtrā cōparationē
inter ſe diſtant. THEO. Bn̄ o Socrates atq; iuſte ꝑ deū noſtrū Hāmonē
loqueris: ac memoriter admodū errorē in cōputādo meū mihi nūc obie-
ciſti. quare deinceps te pro iſtis adibo. Te vero nūc Hoſpes ne pigeat no
bis gratificari: immo poſt hęc ſeu ciuilē hoīem prius ſiue philoſophum
eligis, electū deſcribe. HO. Sic agendum vt iubes Theodore: poſt q̄ ſemel
aggreſſi ſumus: neq; prius q̄ ad calcē peruenerimꝰ, deſiſtendū. Verū quid erga Theætetū hūc agere
decet? THEO. Qua de re? HO. Nunqd requieſcere illū iā dimittemꝰ? eiuſq; loco Socratē iſtū cōſortē
in exercitando ſuum accipiemꝰ? Quid cōſulis? THEO. Vt Socratē aſſumas. Nam cū iuuenes vtriq;
ſint, oēs labores facile, pręſertim ꝑ intermiſſionē ferēt. SO. Atqui vtriq; Hoſpes cognati quodāmodo
mihi eſſe videnť. Theætetū quidē vos figura vultus mihi cōſimilē iudicatis. Socratis quoq; huiꝰ no-
men cum idē ſit ac meū, cognationē quandā nobis mutuā pręber. Decet aūt nos natura quadā conſi-
miles, viciſſim ſermonibꝰ agnoſcere. Cum Theæteto quidē heri diſputando conueni: & hodie hoſpi
ti huic reſpondentē audiui. Cum Socrate vero neutrū adhuc actū eſt. Oportet autem & hunc exami
nare. Mihi ſane alias: tibi nunc reſpondeat. HO. Sic agemꝰ o Socrates. Audis Socratem? SO. Audio.
HO. Aſſentiris illi? SO. Aſſentior. HO. Quantum igitur ad te attinet nihil prohibet quo minus ediſ-
feramus. Multoq; minus impedimento diſputationi huic eſſe me decet. Quinimmo poſt ipm̄ ſophi-
ſtam neceſſarium eſſe videtur vt ciuilem virum inueſtigemus. Reſponde itaq;: vtrum hunc in eorū
qui ſcientes dicunť, numerū referre deceat. SO. Decet. HO. Ergo ſcientias partiri debemus: quemad
modum in Sophiſta quærendo fecimus. SO. Forte. HO. Non tamen eadem partiendi ratio. SO. Nō.
HO. Sed alia. SO. Alia. HO. Diuerticulum itaq; ciuilis ſcientię vbinam reperiemus? Inuenire quip-
pe oportet: & aliis omnibꝰ ſegregatis, ideam illi vnam pręfigere, aliiſq; aliam vnā ſpeciem: & quaſi ſciē
tię cunctæ duabus ſpeciebus concluſæ ſint, cogitare. SO. Tua iam intereſt hoſpes id agere. Mea vero
nequaq̄. HO. Immo etiam tua: quādo declaratū id fuerit. SO. Scite loqueris. HO. Arithmetica por-
ro aliæq; nonnullæ huius perſimiles ab actione liberę ſunt: cognitionē vero tantum exhibent. SO. Ita
certe dicēdum. HO. Quæ vero ad architecturam, & manuum miniſterium pertinēt, ſcientiam inna-
tam actionibus ſortiuntur: corporaq; ab illis effecta, quæ ante non erant, perficiūt. SO. Patet. HO. Ita
cunctas ſcientias diuide. Agentem vnam: alteram cognoſcentem ſolummodo nomina. SO. Sint er-
go ſcientiæ ſpecies duæ, cum vna ſit ſcientia tota. HO. Vtrum ciuilem, Regem, Dominū, Patrēfami
lias: eūdē eſſe volumus? An totidem artes in his, quot & noīa ponimꝰ? Immo hac ſeq̄re me. SO. Qua?
HO. Hac inquā. Siquis priuatus publico medico ſufficienter conſulere poteſt, nonne neceſſe eſt eiuſ-
dem artis hunc nomine nuncupari, quo & ille cui cōſulit? SO. Certe. HO. Quid porro? Siquis priua
tus regem ciuitatis admonere & inſtruere poteſt, nonne ſcientiam illam habere dicetur, qua pollere
qui regit debebat? SO. Dicetur. HO. Atqui veri regis ſcientia, regia diſciplina eſt. SO. Eſt. HO. Quiſ
quis ea præditus eſt, ſeu publico fungatur munere, ſiue priuatus viuat, omnino ſecundum hanc pe-
ritiam regius merito nuncupabitur. SO. Merito. HO. Enimuero paterfamilias & dominus idē. SO.
Idē ſane. HO. Nunquid refert amplane an anguſta ſit vrbs ad imperium? SO. Nihil. HO. Igitur vna
quod pauloante inquirebamus, horum omnium ſcientia eſt: hanc ſeu regiam quis, ſiue ciuilem, ſeu
familiarem nominet diſciplinam: nihil intereſſe putemus. SO. Nihil. HO. Hoc vtriq; nemini dubium
quin omnis rex parum quid manibus ac reliquis membris ad regni ſalutem poſſit: intelligentia vero
& animi robore plurimum. SO. Conſtat. HO. Vis ergo regem dicamus ſpeculatrici ſcientię propin-
quiorem q̄ actiuæ aut manuum miniſterio? SO. Volo equidem. HO. Ciuilem ergo ſciētiam & ciuilē
hominē regiam atq; regium, vt vnum idēq; ſingula componemus. SO. Plane. HO. Atqui ordine ad
ſequentia pergemus: maxime ſi ſpeculatricem ſcientiā diſtinguemus. SO. Prorſus. HO. Attende ob-
ſecro: num refugium aliquod in hac ꝓſpiciamus. SO. Dicas, quale? HO. Tale inquā. Extat aliqua com-
putandi facultas. SO. Extat. HO. Ea vt arbitror ex illarū numero eſt q̄ in ſpeculādo verſantur. SO. Ex
illarum numero certe. HO. Cognoſcet ꝑfecto cōputandi facultas differentiā numerorū. Num aliud
huic opus attribuimus, q̄ diſcernere iudicareq; cognita? SO. Quid? HO. Etenim architectus nullus
manuū miniſterio vtiť: ſed vtentibꝰ p̄ſidet. SO. Ita eſt: dum iudicium adhibet, nō miniſterium. SO.

Mathematicę ab actione liberę: cognitionē ſolā h̄ntes.

Sciarū altera agens: altera cognoſcens.

Idem ciuilis, rex, dn̄s, patreſ familias.

Quis ſit hō regius.

Id quoq; verũ.HO.Iure igiť ſpeculandi ſcientię particeps eſt dicẽdus.SO.Et maxime quidem.HO.Hoc vt arbitror ad iudicẽ hunc ptinet:vt non deſerat opificiũ queadmodum cõputator:ſed incumbat aſſidue:operariiſq; ſingulis operam propriam mandet & ordinet,quouſq; qđ eſt imperatum abſoluerint.SO.Probe.HO.Nõne ſpeculatrices oẽs hę ſunt,& quotcũq; ſciẽtiã cõputãdi ſequitur?iudicio aũt & imperio genera hęc inter ſe duo differunt?SO.Apparet.HO.Quocirca ſi vniuerſam cõtemplationẽ in duo diſtribuamꝰ,partẽq; vnã iudicio,imperio alterã aſſignemus,recte forſitan diſtribuiſſe putabimꝰ.SO.Recte nimiũ vt mea fert opinio.HO.Qui cõiter tractãt aliquid,ſatiſfactũ ſibi ũuicẽ arbitranť,ſiqñ cõſenſerint.SO.Quid ni?HO.Quouſq; igiť in hoc cõcordes ſumꝰ alio4; opiniones ꝑtermittẽdę.SO.Penitus.HO.Dic age qua in arte harũ,regiũ hoiem ponere decet.Nunqd in iudiciaria,tanq̃ ſpectatorẽ quendã?An ĩ imperatoria potius,quaſi dñm?SO.In hac ipã potius.HO.Videndũ ꝑterea ſiquã imperatoria diſtinctionẽ admittit.Mihiq; ita videť.Quo differt caupo ab illo q ꝓpriũ opus vẽdit,eo rex a pręcone.SO.Queadmodũ?HO.Caupones aliorũ opa priꝰ vendita ſuſcipiẽtes ipſi rurſus vendũt.SO.Verum.HO.Haud ſecus ꝑco ſnĩam alterius mãdatã ſibi,aliis ipſe mãdat.

Facultates imperatorię.

SO.Sic eſt.HO.An miſcebimus facultatẽ regiã impatorię:ꝓceptoriæ:vaticinio atq; ꝑconio aliiſq; permultis eiuſdẽ generis artibus:q̃ cũctis imperant?An vis potius ſecundũ ſuperiorẽ cõparationem nomẽ quoq; per cõparationẽ aliquã machinemur:q̃ñquidẽ genꝰ eorũ q ſua ipſi pręcipiũt,ferme nomine caret:atq; ita hęc partiamur:vt regiũ genus in eo4; numero q ſua mãdant,ponamus:

Regiũ genus in quo ſit.

omiſſis aliis oĩbus,quibꝰ aliꝰ quiuis noĩa vt lubet imponat?principis quippe gratia nõ ſubditi ſermo nobis eſt inſtiturus.SO.Nempe.HO.Poſtq̃ hoc ſatis ab illis eſt diuerſitate diſtinctũ,ad ꝓprietatẽ rurſus idẽ eſt diuidendũ,ſiquã modo partitionẽ cedentẽ nobis in ipſo cõperimꝰ.SO.Valde.HO.Atq inueniri poſſe videť.Me igiť ſequere diuidẽdo.SO.Quo ſequar?HO.Quicunq; pręſident impando generationis cuiuſdã gratia imperãt.SO.Proculdubio.HO.Etenim genita oĩa bifariã partiri,haud multũ difficile.SO.Qua rõne?HO.Parti aĩata ſunt,parti inaĩata.SO.Cõſtat.HO.Si in mẽbra hęc ſecare ſpeculatricis facultatis partẽ imperatoriã volumꝰ,ſecemus.SO.In q̃?HO.Pars eius in generatione inanimatorũ ponatur:pars in generatione animatorũ.Atq; ita totũ in duo ſecabitur.SO.Reuera.HO.Partẽ vnam mittamꝰ:alterã reſumentes:eamq; vniuerſam in duo iterum diuidamus.SO.Vtram illarum reſumendã cenſes?HO.Eam quæ circa animalia imperat.Neq; eñ regia maieſtas inanimatis inſtar architecturæ præſidet:ſed generoſius animantibus:eiuſq; poteſtas circa iſta verſatur.SO.Optime.HO.Circa generationem nutritionemq; animaliũ cura duplex inuenitur.Animalis cuiuſdam vna.Gregis totius altera.SO.Recte.HO.Ciuilis aũt nõ propriã curã aggrediť:quemadmodum arator q bouẽ agitat,vel miniſter qui ſternit equum:ſed illius vicem gerit:qui equos aut boues paſcit.SO.Verum eſſe videtur,quod nunc eſt dictum.HO.Vtrum ex animalium nutritione illam quę gregatim ea nutrit,gregis nutritionem,an communem nutritionem vocamus?SO.Vtrunq; in loquendo contingit.HO.Egregie Socrates reſpõdiſti:ac ſi verborum curioſitatem vitabis,euades in ſenectute

Euitanda eſt curioſitas verborum.

admodũ ſapiẽtior.Itaq; in pſentia vt iubes agẽdũ.Sed nũqd vides quo pacto quis gregis nutritionẽ geminã oſtẽdẽs efficiat vt qđ in duplis ad id qđ nũc ꝓpoſitũ eſt inueſtigabiť,in dimidiis iterũ ꝑquiratur?SO.Annitar equidẽ:& iã mihi videť,vnã cõem hoim,alterã brutorũ eſſe cuſtodiã.HO.Prõpte

Genus eſt duplum duarum ſpecierum:ſpecies dimidium

oĩno ac fortiter diſcreuiſti.Cauendũ pro viribus tñ ne poſthac nobis id accidat.SO.Quid cauendũ mones?HO.Ne exiguã vnã particulã aduerſus amplas & plurimas ſecernamꝰ:neq; illã ſine ſpecie capiamꝰ:ſed pars illa ſimul ſpeciẽ habeat.Pulcherrimũ nãq; qđ quęriť,ab aliis ſtatĩ diſcernere,ſi mõ

Monitio in diuiſione agẽda.

recte id fiat:queadmodũ ipſe pauloañ de diuidẽdo iudicãs:attamen diuidere ꝓperaſti:ſermonẽ attẽdẽs ad hoĩes declinãtẽ.Cæterũ haud ſatis amice tutũ eſt ad extremũ quiddã & tenue ꝓtinꝰ aduentare.

Pręcepta ad diuiſionem faciendam.

Pręſtat aũt per media ꝓgredi partiẽdo.ſic eñ facilius meliuſq; ideas inuenimus.Hoc aũt ad illa q̃ perquiruntť,totũ refert.SO.Qua rõne id ais Hoſpes?HO.Conãdũ ob naturę tuę beniuolentiã clarius explicare.In pręſentia qdẽ ꝑ hęc adeo qđ eſt ꝓpoſitũ declarare,vt nihil deſit,impoſſibile.Vlteriꝰ autẽ aliquãtulũ declarãdi gřa ꝑducendũ videť.SO.Quid tandẽ in noſtra partitione culpas?HO.Tale quiddã:ſiqs humanũ genus ĩ duo ſecare cõtẽdẽs,ꝑinde partiať,ac multi eo4; q hic habitãt partiunť.Hi ſane gręcorũ genꝰ tãq̃ vnũ a cæteris oĩbus ſeparãt.Cũctos eñ alios hoĩes innumerabiles:& nulla inter ſe vitę ſermoniſq; cõione deuinctos,barbarico noĩe ſignãt:& ob hãc vnã appellationẽ genꝰ quoq; vnũ vniuerſum hoc arbitranť.Simile eſſet ꝑterea ſiquis ĩ numerũ duo diuidere volens,decẽ milia ſeorſum ab aliis caperet:vt ſpeciẽ vnã:reliquos inſup vno quodã impoſito illis noĩe,vt vnũ genus poneret.Rectius aũt & per ſpecies magis ac per duo membra diuiſio fieret,ſiquis numerum quidẽ per par & impar:hominumve genus per marem fœminãq; diuideret:Lydos autem & Phrygas aut alios quoſdam tunc a cunctis aliis ſegregaret,cum & ſpes & facultas ſibi deeſſet generis inueniendi ſimul ac partis vtrorũq; inter ſe diuerſorum.SO.Scite loqueris Hoſpes.At illud qua ratione planius intelligi poſſet oſtende,non idẽ ſed aliud eſſe partem atq; genus.HO.O virorum optime Socrates,

haud leuē qd poſtulas. Lōgius modo q̄ decet ab inſtituto digreſſi ſum⁹. Tu vero vlterius etiā ꝓuaga
ri iubes. Nūc porro vt decēs eſt, illuc vnde diſceſſit, reflectat oratio. Ad hęc alias otiū nacti q̄ſi ꝑ quæ-
dā veſtigia diuertemus. Verūtamē diligenter ab hoc cauebis o Socrates, nequādo apte diſtinctū hoc
audiſſe ex me videaris. SO. Quid iſtud? HO. Inter ſe partē ſpeciē𝔮 differre. SO. Curnā? HO. Quicqd
eſt alicuius ſpecies, eiuſdē pars quo𝔮 ſit neceſſe eſt, cuius ſpecies eſſe dicit. Partē vero eſſe ſpeciem vel
ſpeciei partē, nō eſt neceſſariū. hoc modo me potius q̄ illo dicere ſemp o Socrates aſſere. SO. Fiet vt iu
bes. HO. Poſt hęc autē mihi dicas. SO. Quid? HO. Hoc inquā vnde huc digreſſi ſum⁹. Reor eādē eā
ob cauſam hucuſ𝔮 nos oberraſſe, ꝙ tu interrogatus quę in mēbra gregis nutritio diuideretur, ſubi-
to nimiū reſpondiſti, duo quædā eſſe animantiū genera: alterū quidē hominū: alterū vero brutorū ſi-
mul omniū vnū. SO. Verum eſt. HO. Tunc ſane mihi viſus es parte quadā ablata, reſiduū omne ge-
nus vnū animaliū ob id putauiſſe ponēdum, ꝙ vno quodā cōmuni noīe appellare poteras oīa, dū bru
ta vocabas. SO. Sic eſt actū. HO. Hoc o fortiſſime Socrates perinde videt eſſe, ac ſi quod aliud animal,
vt grus, aut aliud tale, eſſet prudētiæ particeps, ſimiliter𝔮 vt tu denominaret: & grues genus vnum
poneret: cætera vero cuncta ſimul cū hominib⁹ vno quodā altero genere cōplecteretur: ſuum genus
rationale vocans: reliqua vero oīa bruta. Conemur ita𝔮 nos ab oībus huiuſcemodi erroribus declina
re. SO. Qua via? HO. Ne animaliū genus omniū partiamur: vt minus in his delinquamus. Ne𝔮 eū
oportet. Sic porro ſupra deliquimus. SO. Qui? HO. Pars illa contēplatricis ſcientię, quę ad imperan-
dum ſpectat, eius generis eſſe conſtitit, qđ animalia curat, animalia videlicet gregabilia. Nonne ita?
SO. Ita certe. HO. Quare tunc quo𝔮 omne animaliū genus inferum, & manſuetū eſt diſtinctū. Quę
enim ſic natura inſtituta ſunt, vt māſueſcere poſſint, domeſtica appellata ſunt: cętera vero ſylueſtria.
SO. Egregie. HO. Scientia vero illa quā quærimus, in domeſticis eſt, & erat: & circa genus animaliū
ſociabile quęrenda videt. SO. Sane. HO. Ergo ne ad cuncta ſimul reſpiciendo, vti tūc, diuidam⁹: ne𝔮
in partiēdo nimiū properemus, vt repēte ciuilem ſcientiā cōprehēdam⁹. Nā nimia feſtinatio fecit, vt
illud qđ prouerbio fertur, nunc nobis cōtingeret. SO. Quidnam? HO. Vt cū nimis in diuiſione pro

> Quæ differentia inter partē & ſpeciem.


perauerimus, tardius abſoluam⁹. SO. Et merito quidē Hoſpes id egit. HO. De his quidē ita. Rurſus
autē ab initio cōmunem nutritionē animaliū diuidamus. forte nā𝔮 qđ tu vehemēter affectas, ſermo
ipſe gradatim ad finē ſuū deductus clarius demōſtrabit. Reſpōde ad hoc. SO. Ad qd reſpondeā? HO.
Hoc forſitan e multis audiſti. ne𝔮 eñ arbitror interfuiſſe te his qui circa Nilum piſces ipſos manſue
faciunt: aut circa regios lacus. Sed qđ circa fontes fit, fortaſſis ipſe vidiſti. SO. Et hæc ipſe vidi: & illa
ex multis audiui. HO. Quinetiā ꝙ quidā greges anſerum, & gruū paſcant: & ſi nunq̄ in agris Theſſa
licis es verſatus, audiſti tamē: & credis. SO. Proculdubio. HO. Hæc abs te ideo ſciſcitatus ſum, quia

> Prouerbium: Nimis ꝓperā tē tardius abſoluere.
>
> Circa nilum piſces manſuefieri.

animaliū cōmunis cuſtodia partim aquaticorū, partim terrenorū eſſe videt. SO. Eſt ꝑfecto. HO. Cō
ſentis gregis cuſtodiam ſic eſſe bifariam diſtinguēdā, vt partim humida, partim ſicca aīalia nutriat?
SO. Conſentio equidē. HO. Vtram vero iſtarū regia reſpiciat diligentia, nullus quæret. nam nemini
dubium. SO. Nemini. HO. Vnuſquiſ𝔮 enim pręcipue aridorum nutritionē diſtinguet. SO. Quę in
mēbra? HO. In volantiū gradiētiumve cuſtodiam. SO. Sic veritas habet. HO. Q; ciuilis facultas cir-
ca illa quæ gradiuntur, dūtaxat verſet, vel ſtolidiſſimus quiſ𝔮, vt ita dixerim, aīaduertet. SO. Abſ𝔮
controuerſia. HO. Greſſibilis prætera generis alimoniam, paris inſtar numeri in duo quædā partiri
debemus. SO. Patet. HO. Illuc porro quo ſermo noſter tendit, gemini calles ducere nos poſſe vident.
Alter quidē breui quodā tramite, dum anguſtā particulā ab ampla ſecernit. Alter vero longiori am
bitu, dum præceptū illud ſeruat antea dictū: vt per media diuiſio fiat. licet vtrum volumus, ingredi.
SO. An per vtrū𝔮 ꝓficiſci non licet? HO. Non ſimul o mirifice adoleſcēs. diuerſis tamē tēporibus li-
cet. SO. Vtrū𝔮 ergo, alterum videlicet poſt alterū, eligo. HO. Facile id quidem, cum exiguum ſit qđ
reſtat. Sane in principio mediove itinere durum hoc nobis præceptū eſſet. Nunc autē poſtq̄ ita vide-
tur, longiorē prius viam ingrediamur. Nam cum recentes ſimus, iter longum leuius peragemus. Di
ſtinctionē ita𝔮 hanc vide. SO. Dic modo. HO. Quæ gradiuntur, & manſueſcunt, & congregātur, in
partes duas ſecundū naturam diuiduntur. SO. Quas in partes? HO. Partim cornibus munita ſunt:
partim carent. SO. Apparet. HO. Curam gradientium diuidens, vtriuſ𝔮 partis conditionē ſermone
deſcribe. Nam ſi nominare ipſas volueris, rem nimis circūplicabis. SO. Quemadmodū ergo dicendū
cenſes? HO. Ita. Cum gradientiū cura bifariam diſtincta ſit, pars vna in cornifera gregis parte locata
eſt, altera in mutilata parte relicta. SO. Sic penitus de his dictum eſt: nā ad ſufficientiā oſtenſa ſunt.
HO. Conſtat vti𝔮 regē, gregis cuiuſdam cornib⁹ mutilati paſtorē eſſe. SO. Conſtat ſane. HO. Hanc
ita𝔮 diſcerpentes, qđ mouetur exhibere illi conemur. SO. Omnino. HO. Vtrū placet ipſam in partē
iunctis vnguibus, & partem vnguibus ſciſſis diuidere? an potius in generationē propriā, & cōmunē?
Intelligis? SO. Quid? HO. Q; equorum & aſinorum ſpecies inter ſe promiſcue generat. SO. Nempe.
HO. Reliqua vero domeſtica, & ſocialis generis animalia, ſine aliena cōmixtione, ꝓpria tñ ex ſpecie

Generatio ꝑmiſcua & generatio ſimplex.

procreant.SO.Perſpicuum cuiq;.HO.Ciuilis itaq; diſciplina nunquid ꝑmiſcuę generationis animalia,an ſimplicis curat?SO.Immixtæ ac ſimplicis proculdubio.HO. Hanc vtiq; animantiũ naturam quẽadmodum in ſuperioribus hucuſq; ſeruauimus,gemina per mẽbra ſecare debemus.SO. Decet. HO.Enimuero animantes ferme oẽs domeſticas conciliabiliſq; naturæ,quas cicures nominãt,generibus duobus exceptis iã diſcreuimus.Genus porro noſtrũ inter gregabilia pecora numerare nõ decet.SO.Non certe.ſed quo pacto?HO. Hoc inquã in duo diſtinguendũ,quẽadmodũ te ac Theaterũ diſcernere decet:quãdoquidẽ in geometria verſati eſtis. Diametro.ſ.& diametri rurſus diametro.SO. Qui iſtuc ais?HO.Nunquid aliter generis humani cõditio ad progreſſum natura inſtituta eſt,ꝗ̃ diametrus potentia bipes?SO.Haud aliter.HO. Reliqui ſane conditio generis rurſus ſecũdum potentiã noſtræ potentię eſt diametrus,quippe cũ bis duobus ſit pedib9 cõſtituta.SO.Nihil obſtat quo minus ſit huiuſmodi.Ac pene iã qđ oſtẽdere vis,intelligo. HO. Cernimus qđ inſup riſu dignũ o Socrates nobis in ſuperiori diuiſiõe cõtigerit?SO. Quidnam?HO.Genus hominũ vna cõmixtum concurrenſq; cum genere generoſiſſimo omniũ atq; facillimo.SO.Cerno,& quidẽ clare,qđ ſequitur. HO. An non conueniẽs eſt,quę tardiſſima ſunt,nouiſſima peruenire?SO. Cõſentaneum.HO.Iſtud autẽ nequaꝗ̃ aduertim9,ꝙ adhuc ridiculoſior rex appareret vna cũ grege diſcurrens,curſumq; cũ illo peragens,qui optime hominũ omniũ eſt ad vitæ facilitatẽ exercitatus.SO.Oĩno quidẽ.HO.Nunc illud liquido patet o Socrates,qđ in ſophiſtę inquiſitiõe eſt dictũ.SO. Quid iſtud? HO.Q; huiuſcemodi proceſſu ſermonũ de puriori magis ꝗ̃ impuriori curauit nihil,breuiorẽq; ante longiorẽ minime ſpreuit: ſemper autẽ per illum quod eſt veriſſimũ,tranſigit.SO. Videt.HO. Poſt hoc ne me pręuenias,de via ad regis terminũ breuiori percontans,ego prior ingredior.SO.Omnino.HO.Dico igit oportuiſſe ſupra.greſſibile aĩal in bipes,& quadrupes diſtribuere:cum vero homo tunc cũ ſolo volatili reſtaret cõprehenſus,rurſus genus ipſum bipes in nudũ aĩal pennigerũve diuidere:hac deinde diſtinctiõe ſubiuncta:arteq; hominũ nutrice,& conſeruatrice monſtrata,ciuilem iam,& regiũ virum ipſi inſtar aurigę præficere:eiq; ciuitatis habenas gubernaculaq; tribuere:quaſi ſcientia hęc illius ſit propria.SO.Optime quidẽ,& tanꝗ̃ debitum ſermonẽ mihi reddidiſti,digreſſiõe ipſa fœnoris loco propoſita,ac penitus adimpleta. HO. Age itaq; a principio ad finẽ ſermonẽ de ciuilis artis nomine colligamus.SO.Prorſus. HO.Scientiæ illius quę in contẽplando verſatur,pars vna erat imperandi peritia:huius pars facultas illa quę per ſe ſuaq; imperat ; cuius membrũ haud ſane exiguum animaliũ enutritio:huius item,gregis alimonia: quã animalium gradientiũ alimonia diuidit.Ab ea ſpecies illa ſelecta eſt,quæ animalia cornibus carẽtia paſcit.Eius pręterea partẽ nequaꝗ̃ minorẽ triplicem cõplicare neceſſe eſt.ſiquis vno nomine comprehẽdere eam velit,ſciẽtiam appellans generationis circa mixtam paſtoris cuſtodiam.Cuius portio in grege bipedi hoĩes dũtaxat paſcens,illa ipſa quã quęrimus imperatoria facultas eſt:quã regiã,& ciuilẽ pariter nominamus.SO.Prorſus.HO.Nunquid reuera vt ais o Socrates a nobis actum eſt?SO. Qua de re?HO. Vtrum qđ propoſuimus,ſufficienter ſit abſolutũ? An in quęſtione hoc maxime prętermiſſum,ꝙ deſcripſimus quodãmodo,nondũ tamẽ penitus definiuimus? SO. Quãobrẽ iſtud ais? HO.Conabor qđ ſentio planius explicare.SO.Dic iam.HO. Cum multas paſtorũ facultates eſſe cõſtiterit,vna quædam illarũ vniuſq; cuſtodia gregis,ciuilis ipſa diſciplina viſa eſt.SO. Profecto. HO. Hanc neq; equorũ neq; aliorũ etiam brutorũ,ſed hominũ tm̃ cõmunem eſſe nutritionẽ oſtendimus. SO.Id quoq;.HO.Paſtorum itaq; omniũ,& regum differentiam ꝓpriam videamus.SO.Quã?HO. Siquis forte ex aliis alterius artis nomen habens,cõmunem gregis nutritionẽ ſibi vendicet, quid dicendum?SO.Qua ratiõe inquis?HO.Perinde inquã ac ſi mercatores,agricultores,& coqui,gymnaſtici inſuper ac medici,aduerſus paſtores quos politicos appellauim9,ſurgerent:affererẽtq; ſe eſſe paſtores hominũ: quippe cũ ipſi victũ nõ plebi ſolum,verũetiam regibus magiſtratibuſq; ſuppeditent. SO.An non vera dicerent?HO.Forte.& hoc vtiq; cõſideremus.illud autem ſcimus,ꝙ cum bubulco de his nemo certaret:ſed ipſe ſine controuerſia armenti paſtor eſt,qui boues curat:ipſe medicus:ipſe coniugionũ auctor: partuſq; cuiuſlibet adiutor,& educator . Præterea nemo melius iocis,& muſica armẽtum,quãtum natura horũ capax eſt,oblectat,trahit,& mulcet,organis atq; ore gregis ſui muſicam tractans.Eademq; eſt de cæteris paſtoribus ratio.Nõne?SO.Maxime.HO.Quo pacto igitur ſermo ille de rege rectus integerq; videtur,quãdo paſtorẽ illum,& nutritorẽ humani gregis ponimus, ſolum ipſum ab aliis ſecernentes,cum alii multi de hoc ipſo contẽdant?SO.Nullo modo.HO.An nõ merito pauloante dubitauimus,quãdo ſuſpicati ſumus ne figuram quãdam regis dũtaxat induceremus:nondum tamẽ ciuilem ipſum perfecte definiremus,niſi prius illos qui cum eo ſeſe implicãt,&



paſtores eſſe vt ille profitentur,cõprehendamus:& ab illis regem ſecernẽtes,purum illũ penitus oſtẽ
damus.SO. Recte nimium.HO.Hoc igitur nobis o Socrates agendũ eſt: niſi velimus in fine ſermo-
nis infamiã reportare.SO.Ab hoc prorſus eſt declinandũ. HO. Rurſus ab alio pricipio alia quadam
via incedendũ eſt.SO.Qua?HO.Iocũ quendã interſerere his oportet,magnaq; parte prolixæ fabulę
vti,& qđ reſtat,vt ſupra fecimus,exequi,partẽ ſemper partis ſubdiuidẽdo: atq; ita ad ſummũ qđ eſt
quæſitũ,deducere.SO.Oportet ſane.HO.Sed iam fabulæ meæ,vt pueri ſolent,arrectis aurib⁹ adſta.
neq; eñ a puerilibus annis procul abes.SO.Dic amabo.HO.Erat olim,& adhuc erit multa vetuſta-
rum rerũ memoria:& inter cætera memorabile mõſtrum:qđ circa Atrei Thyeſtiq; litem refert. Au
diſti nãq; ac meminiſti qđ tunc accidiſſe tradunt.SO.Nunquid aureæ agnæ oſtẽtum dicis?HO.Ne
quaq̃:ſed de ortus ſolis,occaſuſq;,& aliarũ ſtellarũ mutatione. Vnde eñ nunc exoriunt,tunc occide
bant:& contra exoriebant. Tunc vero deus teſtimoniũ prębens Atreo,in hanc cælum figuram muta
uit.SO.Fertur & hoc.HO.Quinetiã e multis Saturni regnũ auditum⁹.SO.Ex plurimis certe.HO.
Quid vero?nonne priſcos illos ex terra procreari,non ex ſe inuicem naſci?SO.Hoc quoq; in antiquis
Holes priſcos ex terra procreatos.
rebus cõmemoratur.HO.Cuncta hæc ab eadẽ paſſione proficiſcunt:& alia pręter hæc permulta his
longe mirabiliora:verum longitudine tẽporis,partim memoria deleta ſunt: partim abſq; ordinis ſe-
rie ſparſim circũferunt:paſſionem vero illam quæ horũ omniũ cauſa eſt,nemo vtiq; dixit. Nũc autẽ
dicenda eſt:nam ad regis oſtenſionẽ cõferet.SO.Pręclare loqueris.Referas ergo: neq; aliquid præter-
mittas.HO.Audi iam. Vniuerſum hoc alias deus ipſe regit,agitat,atq; rotat:alias vero dimittit,cũ
mundi circuitus cõpetentia ſibi curricula tẽporis expleuerũt. Tunc ſane mundus vltro ac libero mo
tu contra reflectitur.Nam & viuit,& ſapientiã ab eo qui ab initio conſtruxit illũ,eſt ſortitus. Circui
Cur circuitus cælo.
tus autẽ neceſſario ipſi hanc ob cauſam innatus eſt.SO.Quã ob cauſam inquis?HO.Idem eſſe ſemp,
& ſecundũ eadem,& eodẽ ſe modo habere,ſolis oĩm diuiniſſimis cõuenit:corporis autẽ natura hui⁹
Conditio diuinorum.
ordinis nõ eſt compos. Cæterum id omne quod cælum mundũq; vocauimus,multa quidẽ,& felicia
munera a genitore ſuſcepit:corporis tamẽ particeps: quocirca expers oĩno mutationis cuiuſlibet eſ-
Corporis particeps non eſt mutationis expers.
ſe non potuit.Attamen quoad fieri poteſt,in eodẽ,& ſecũdum eadem,& vno motu mouet. quapro-
pter circuitum eſt adeptum,in quo minima agitationis ſuæ fit permutatio.Seipſum autẽ conuerte-
re ſemp,ferme nihil poteſt præter id qđ rurſus agitatis omnibus præſtat.Mouere autẽ id alias aliter,
rurſuſq; contrario modo,nefas eſt. Ex his oĩbus dicẽdum eſt,mundũ neq; ſeipſum conuertere ſemp:
neq; totũ ſemper gemino cõtrarioq; circuitu ab ipſo deo reflecti: neq; rurſus duos deos cõtrariis ſen
tentiis ipſum vertere.Solum vero qđ nuper diximus,reſtat:alias ab alia quadã diuina cauſa duci:vi-
tamq; rurſus extrinſecus venientẽ,& immortalitatẽ ab opifice ſuo præparatã ſuſcipere:alias autem
quãdo dimiſſus recurrit,per ſeipſum currere tali pro tẽpore miſſum,adeo vt retrogradus multa re-
uolutionũ milia peragat:quia & maximus eſt,& vndiq; penitus æquilibris,& minimo quodã cardi-
ne reuolutus.SO. Veriſimilia valde iſta vident.HO.Ex his quę dicta ſunt,ratiocinantes paſſionẽ il-
lam cõſideremus:quã omniũ eſſe diximus mirabiliũ cauſam.Eſt autẽ huiuſmodi quædã.SO. Qua-
lis?HO.Q; totius mundi machina tum ita vt nũc,tum cõtra reuoluitur.SO.Quo pacto?HO.Mu
tationẽ hanc exiſtimare oportet omniũ cæleſtium alternationũ maximã,extremãq; eſſe.SO. Videt.
HO.Quãobrem conſentaneũ eſt tunc maximas circa nos intra mũdum viuentes mutationes fieri.
SO. Veriſimile id quoq;. HO. Neq; vero nos latet q̃ ægre,& difficile toleret animantiũ natura ma-
gnas,multas,& omnigenas mutationes.SO.Conſtat.HO.Ergo animalia multa tunc intereunt,ho-
mineſq; ſuperſunt perpauci:hi vero multis nouiſq; & mirabilibus paſſionibus tunc afficiunt.Id au-
tem cõtingit omniũ maximũ:ſequiturq; continuo reuolutionẽ illã qua cęlũ cõtra q̃ nũc,reflectitur.
SO.Quidnã?HO.Principio in quacũq; ętate qđuis aĩal eſt cõſtitutũ,in eadẽ ꝓgredi ceſſat:neq; fit ſe
nius vltra mortaliũ aliquod:ſed in figurã tranſit contrariã:iunioremq;,& molliorẽ habitũ induit:ſe
niorũq; cani capilli nigreſcunt:& quibus genæ barbatę prius erant,iã barba depoſita in priorẽ ſpeciẽ
reſtituunt. Pubeſcentiũ quoq; corpora pilis poſitis molleſcunt,ſenſimq; ſingulis diebus,& noctibus
decreſcentia in puelli naturã redeunt:atq; in his tam animę q̃ corpora habitũ ſubeũt puerorũ: demũ
tabeſcentia deficiunt,& intereũt.Cadauera præterea illorũ qui cæleſtis mutatione vertiginis ſubito
corruerũt,idem patiunt,& ſimili retrogreſſione clam ac breui putreſcunt.SO. Quæ tũc erat hoſpes
animaliũ generatio?quove modo ex ſe inuicem generabant? HO. Conſtat o Socrates illis temporib⁹
inuicẽ genus ſuũ non propagaſſe.Qđ autẽ dicit quãdoq; genus ortum ex terra fuiſſe,hoc ea tẽpeſta
te fuit rurſus ex terra conuerſum. Tradiderunt hæc nobis primi ipſi noſtri progenitores: qui ſtatim
poſt primã reuolutionẽ orti ſunt.hi ſane horum teſtes ſermonũ præconeſq; fuerũt:qui minime vul-
go creduntur:cũ tamẽ credendi ſint.Quod vero hinc ſequit,animaduertendũ arbitror. Huic enim
Senes in naturã regredi puerorum.
quod dicit,ſenes in naturã regredi puerorũ,conſonum eſt,ex mortuis terraq; reconditis iterum ibi
reſtitutos reuiuiſcenteſq; ſequi vertiginẽ,generatione in contrarium reuoluta: ac terrigenas hac ra

tione neceſſario renaſcentes,ſic nomine,& ſermone vocari,quotcūq; deus ipſorum in aliam ſortē nō
tranſtulit vel exornauit.SO.Hoc profecto e ſuperioribus ſequit̄. Verum vita quā ſub Saturni regno
eſſe dicis,vtrū ſub illis cæli cōuerſionibus,an ſub his extitit? Mutationē quippe ſolis reliquarūq; ſtel-
larum in vtriſq; volutionibus contingere certū eſt.HO.Optime ſermonē ſequutus es.Q d autē quę
rebas,ſponte oīa hominib[9] naſci,pręſenti cōuerſioni minime cōpetit: ſed ſuperiori potius cōpetebat.
Tunc ſane totius circuitus princeps curatorq; primū deus extitit: vt nunc per varias mundi plagas
Hominū vita ſub Saturno. ſingulæ ipſius partes a diis principibus diſtributæ ſunt. Animaliū quoq; genera gregatim diſtincta
dęmones tanq̄ diuini paſtores ſortiti ſunt: quorū vnuſquiſq; ſufficiens erat ad oīa prębēda ſingulis,
quibus præerat ipſe.Quãobrem nihil erat agreſte:omniſq; rapacitas,& vorago procul aberat:abe-
rat bellum penitus atq; ſeditio:cætera inſup quæ conditionē illorum tēporum ſequebant̄,innumera
bilia ſunt.Quod vero de victus facilitate,& libertate vitæ fertur,ob id eſt dictū,ꝙ deus eos paſcebat:
ipſe illorū paſtor,& cuſtos:quēadmodū hoīes nunc,quorum natura diuinior,brutorū paſtores ſunt.
Deo itaq; cuſtodiente ciuitatū cōſtitutiones nullæ erāt,neq; marium fœminarūq; ad filios procrean
dos coniugia.Oēs enim ex terra reuiuiſcebant,rerū pręteritarū immemores.Aberant autē eiuſcemo
di oīa.Fructus vero illis,& poma,& fruges,abunde arbores,& fertile ſolum ſponte ſua abſq; agricul-
turæ opera ſuggerebant. Nudi quinetiā,& expediti,& errabūdi,vt plurimū,paſcebant̄.Nā tēpories
illis innoxia:mollia quoq; paſſim parata cubilia,ꝗ plurimis ex terra herbis repullulantibus. Vitam o
Socrates hominū ſub Saturno viuētium audis: hanc vero quā Iouis eſſe tradunt,pręſens ipſe noui-
ſti:vtra vero ſit felicior,iudicare ne vis ac potes? SO.Minime omniū.HO. Vis ne igit̄ ego quodāmo-
do tibi diiudicē? SO.Et maxime quidē.HO.Si Saturni quondam alumni in tanto otio,& libertate vi
tæ potentiaq; nō ſolū inter ſe,ſed etiā cum beſtiis colloquendi,hiſce omnibus ad philoſophiā vteban-
tur,inter ſe,& cū beſtiis viuentes,ſciſcitāteſq; ab omni natura quæcūq; propriā ſentiendi vim aliquā
differentē ab aliis habet,ad prudentiā acquirendā:facile iudicari poteſt,illos longo quodam interual
lo nos ad beate viuēdum exuperaſſe. Sin autē epulis affatim,& poculis ſaturi inter ſe,& cum beſtiis
tales fabulas conferebāt,quales de illis nūc referunt̄,hoc quoq; ita vt mea fert opinio,facile admodū
iudicaret̄. Sed hæc omittamus donec aliquis horū idoneus appareat nuncius,qui nobis referat vtrū
homines illi ſcientiis,& confabulationibus operam dederint. cuius autē gratia fabulā hanc ingreſſi
ſumus,id iam dicendū,vt ſequentia cū antecedentibus coniūgamus. Cū omniū illorū tēpus eſſet ex-
pletum,mutationēq; circuitus fore iam oporteret,terreno genere omni conſumpto:quippe cū quęli
bet anima generationes oēs impleſſet: quotq; mandata erant cuiq; totidem vnaquęq; in terram ſemi
na proieciſſet:tunc vniuerſi gubernator deus quaſi gubernaculorū dimiſſis habenis in ſuiipſius re-
diit circūſpectum.Mundum vero deinceps fatum reuoluit iterum,& innata cupiditas.Omnes quin
etiā dii ſummi dęmonis collegæ ſingulis prępoſiti regionibus,q̄d contigerat aduertētes,mundi par-
tes deſtituerunt.Mundus deinde contraria principii finiſq; ſeſe agitatione reflectens terręmotu ingē
ti interiora cōcutiens,aīalia rurſus cuiuſq; generis vt plurimū ꝑdidit. At vero certis tēporū exactis
curriculis,concuſſio ꝑturbatioq; ceſſauit:& mūdus a turbulēto fragore deſiſtēs ſolita ſuiipſius pro-
greſſione cucurrit:& in ordine debito cōſtitutus auctoritatē adminiſtrationēq; & ſuiipſius & eorū q̄
in ſe ſunt,ſuſcepit:auctoris patriſq; ſui gubernationē pro viribus memoriter imitatus.Principio igi
tur ꝑfectius executus eſt:ſed ab ea demū imitatione longius degenerauit.Cuius quidē defect[9] cauſa
eſt natura corporea priſcę naturę fomes.Nā quondā valde deforme erat,& ordinis expers,anteq̄ pręſenti ornatu decoraret̄.Ab eo ſane qui ipſum cōſtruxit,bona oīa poſſidet: a priori autē deformitate,
incōmoda,& iniuſta oīa quę intra cælū naſcunt̄,& mūdus ipſe ſuſtinet,& viuētibus inſerit. Dū igit̄
aīalia ſua vna cū gubernatore nutrit,mala q̄dē parua,bona vero ingētia parit:cū autē ſeiungit̄,in ꝓ-
ximo diſceſſus tēpore ꝓpulchre oīa ducit:verū ꝓcedēte tēpore obliuiōe iā occupat̄:quapropter prio-
ris deformitatis paſſio vehemētius dominat̄.Demū lōgo exacto tēpore defloreſcit:ac bona exigua ꝑ-
mixtrans,malorū vero naturā his plurimā miſcēs,periculū ſubit ne & ipſe,& quę in ſe ſunt oīa diſſoluā
tur.Quãobrē deus ille quondā hui[9] ordinis auctor,cernens mundū tanto in diſcrimine poſitū,miſe-
ret̄:ac ne tumultu adeo turbulēto fluctuet diſſoluaturq;,& i locū diſſimilitudinis infinitū mergat̄,ite
rū adſtat:& pſidet:reſumptiſq; prius gubernaculis,ægrotātia oīa diſſolutaq; antiqua ſui agitatiōe
cōuertit:ornat:& corrigit:mortiſq; ſeruat illū & ſenectutis ignarū. Hic ergo cunctorū dict[9] eſt finis.
Sufficit aūt hoc ad regis ipſi[9] oſtēſionē,ſi modo ſupra dicta teneant̄.Conuerſo iterū mūdo ad pſentis
genitures ꝓgreſſum,ætas rurſus vltra ꝓgredi deſtitit:& noua his cōtraria q̄ erāt tūc,reddidit. Aīalia
porro morti ob ipſam tenuitatē ꝓxima aucta ſunt:quę vero nuper ex terra cana ſurrexerāt,iterū in ter
rā moriētia reciderūt.Cętera itē oīa trāſmutata ſunt,mūdi totius ſequētia paſſionē.Generatiōis q̄p-
pe,& cōceptionis,& alimēti imitatio cūcta neceſſario ſequuta eſt. Neq; enī dabat̄ ampli[9] in terra per
cauſas alias cōponentes,animal fieri.Nam quēadmodum inſtitutū fuit vt mundus motionis ſuę do-

minus eſſet,ita ſimili quadā ductiōe factum,vt partes mūdi per ſeipſas quo ad fieri poteſt,generēt,&
naſcant̄,& nutriāt.Iam vero ad id puenimus,ad qđ noſtra oīs reſpexit oratio. De reliquis em̄ animā-
tibus multa,& magna referri poſſent:ex qbus queq;,& quas ob cauſas trāſmutata fuerīt. Quę vero
circa hoīes contigerunt,breuiora ſunt,& magis ad rem attinēt. Cū hoīes paſtoris prę ſidiiſq; ipſorū dę-
monis eſſent prouidētia deſtituti:& aīalia multa quæ ſuapte natura imania fuerāt,efferata iterū eſ-
ſent,inermes ipſi imbecilleſq;,& cuſtodia derelicti ab illis paſſim dilaniabantur.Accedebat inertia,&
imperitia ſuperiorū tēporū.laborū em̄ curarūq; neſcii vixerant. Tellus haud vltra victū ſponte ſup-
peditabat: cōparādi vero induſtria nōdū inuēta:q̄a nulla neceſſitas illos ante coegerat.His de cauſis
in ſummū diſcrimen atq; penuriā illorū redactę res erāt.Quapropter munera illa quę olim a diis tri-
buta hoībus memorant̄,neceſſaria quadā diſciplina eruditioneq; tributa fuerūt. A Prometheo qdē
ignis: Artes autē a Vulcano illiuſq; cōſorte:Semina quoq;,& terræ cultus ab aliis:oīa ſummatim vi-
tæ hominū adminicula tunc deorū opera ſunt cōparata:cū hoīes deorū prouidētia deſeruiſſet: opor-
teretq; ipſoſmet ꝓpagationis,& alimonię ſuę curā habere:mūdi totius inſtar:quē imitantes omne ꝑ
tēpus ſequēteſq; alias aliter naſcimus atq; degimus.Sed fabula iam finē habeat. Ea vero cōducet no-
bis ad dignoſcendū quātum ſupra in regis ciuiliſq; definitione errauimus.SO.Qua in re,& quantū
erraſſe nos dicis? HO.Partim min⁹,partim generoſius,magiſq; & plus q̄ tūc erratū.SO.Quo pacto?
HO.Q; enim dū quæreret̄ rex ciuiliſq; vir ex pręſenti circuitu generationeq;,paſtorē ex cōtraria cō-
uerſione adduximus,& pro mortali gregis humanę paſtore deū cōmemorauimus,lōgius trāſgreſ-
ſi ſumus:ꝙ vero ciuitatis vniuerſę principē illum oſtēdimus: quo autē modo princeps eſſet nō decla-
rauimus:verū quidē diximus: nō tamē ad integrū perſpicueq; deſcripſimus. Quocirca minus ī hoc
q̄ in illo deliquiſſe videmur.SO.Vera loqueris.HO.Exiſtimare ergo debemus tunc demum nos ci-
uilem virum ſatis expoſuiſſe,cum gubernandæ ciuitatis modum ad ſufficientiam diſcreuerimus.
SO.Pręclare.HO.Ob hanc vtiq; cauſam,eam fabulam inceptauimus,vt non ſolum oſtenderetur ꝙ
omnes aduerſus regem cōmunem gregis nutritionem ſibi vendicant:verum illum clarius intuere-
mur quem ſolum ſic appellare decet,cū inſtar ouium boūq; paſtorū humani gregis paſcendi curam
habeat.SO.Recte.HO.Reor equidē Socrates paſtoris diuini figurā rege pręſtātiorē eſſe:Ciuiles autē
hos viros ſubiectis ſimiles eſſe magis,ſecūdū naturas educationeſq;,& diſciplinas.SO. Omnino qui-
dem.HO.Neq; vero ꝑſcrutandū eſt vtrū magis minuſve fuerint: vel vtrū ita ſint,an aliter nati.SO.
Cur enim?HO.Sic porro iterū reſumam⁹.Artē ſua ex ſe pręcipientē,circa aīalia nō priuatim ſed pu-
blice prouidentē,ſupra ſtatim gregis nutritionē vocauimus.Recordaris?SO. Recordor.HO.In hoc
aberrauimus.Nā ciuilē virū neq; cōprehēdimus adhuc,neq; denoīauimus:ſed nos eius denoīatio fu-
git.SO.Quo pacto?HO.Greges ſingulos paſcere aliis oībus paſtoribus cōuenit:Ciuili autē viro cō-
petēs nomen nō dedimus: cum deceret cōmune cunctis aliquid adhiberi.SO. Vera narras,ſi modo
licebat.HO.Immo vero licebat curationē cōmuniter attribuere,abſq; nutritiōis,aut alteri⁹ negotii
diſtinctione:& aliā quādā appellationē inferre cōmunē,ſiue gregis ductionē,ſiue curationē,ſiue dili-
gentiā appellātes:atq; ita ciuilē cū aliis vna cōplecti: poſtq̄ ſic oportere ratio ſignificauerat.SO.Opti-
me. Verū quonam pacto poſtea diſtinguendū erat?HO.Queādmodū gregis nutritionē diuiſim⁹ ſe-
cūdum greſſibiliū,& volatiliū ſpecies,imixtorūq;,& mutilatorū:ita gregis ductionē & ſecundū eadē
partiri licebat:atq; ita regnū Saturni ac pręſens fuiſſet ſermone cōprehēſum.SO. Videtur.Sed quid
tum?HO.Si ita impoſitū facultati illi nomen fuiſſet,vt gregis ductionē vocauiſſemus eā quā gregis
nutritionē vocauimus,conſtat ꝙ nemo aduerſum nos cōtendiſſet:quaſi curatio oīno nō eſſet:queād-
modū tunc merito eſt decertatū,ꝙ ars in nobis nulla ſit nutritiua appellatione digna:& ſi aliqua ſit,
multis aliis pri⁹ magiſq; q̄ regię nomē id cōpetat.SO.Recte.HO.Nulla vero ars alia de hoc cōtēdit,
quaſi ſit totius humanę cōmunionis curatio maior mitiorq; q̄ regia.SO.Recte loq̄ris.HO. Poſt hæc
nūquid aduertimus Socrates q̄ grauiter circa finē deliquimus?SO. Vbi delictū dicis?HO.In hoc in-
quā:ꝙ & ſi artē quāpiā bipedis gregis nutricē eſſe putauim⁹,nō tamē illico regiā illā atq; ciuilē tanq̄
abſolutam appellare debuimus.SO. Cur non?HO.Primo quidē oportebat qđ dicebamus nomen ad
curam magis q̄ ad nutritionē accōmodantes:poſtea diuidenda cura fuit. Nam diuiſiones inſup non
paruas ſuſcipit.SO.Quas? HO.In diuinū paſtorem,& humanū curatorē.SO.Scite.HO.Curationē
item humanā in duo.SO.Quæ?HO.In eā quæ inuitis,& eam quæ volētibus imperat.SO.Quid er-
go?HO.In hoc ſane peccātes ineptius q̄ decebat regē tyrānumq; in idē conduximus : cū & ipſi inter
ſe diſſimillimi ſint:& gubernādi his modi lōge diuerſi.SO. Vera refers.HO.Nūc igit̄ iterū emēdan-
tes,vt ſupra dicebā humanā curationē bifariā partiamur:in violētā & volūtariam.SO.Abſq; dubio.
HO. Violentā quidē tyrānicam:voluntariā autē volentiūq; bipedū gregis ductionē ciuilē artem de-
nominemus:atq; eū qui facultate hac eſt prædītus,virum reuera ciuilē regēq; dicamus.SO. Viden-
tur iam Hoſpes ciuilium demōſtrationes nobis ita demū penitus abſolutę.HO.Bene nobiſcum eſſet

Neceſſitas fecit induſtriā comparādi.
A Promotheo ignis datus.
A Vulcano artes.

Peccatū cōtin gens eiſqui definit per diuiſionem.

o Socrates actum.Oportet autē non tibi ſolū id,ſed mihi quoq; tecū vna videri.Et nūc quidē rer mi
hi nondū perfectā videt̃ habere figurā:ſed quēadmodū ſtatuarii interdū importunius feſtinātes,plu
ra & maiora ꝗ oporteat ſingula opera īterponēdo ſerius inde ꝓficiūt: ſic & nos vt ꝗprimū atq; inſup
magnifice prioris ꝓceſſus errata circa regē oſtēderemus,putātes magna illius exēpla ponēda,ingen
tem fabulę molem exaggeiauimꝰ:maioriq; ꝗ oportebat illius parte vti coacti ſumꝰ. quapropter ꝓli
xiorem oſtēſionē induximꝰ:& fabulę finē haud penitus īpoſuimus.Sed reuera ſermo nobis tanꝗ ani
mal exteriorē quidē circūferentiā ſufficientē habere videt̃:pigmētorū vero colorūq; cōmixtione ꝑſpi
cua nondū decorari. picturæ autē & vniuerſę manuū facultatis dictione atq; ſermone omne aīal de
mōſtrare magis cōuenit illis q aſſequi poſſunt:aliis autē ꝑ manuū miniſteria.SO.De hoc quidē ſatis.

Vis exēpli in oſtendendo.

Quā vero ob cauſam nōdū ſufficiēter dictū eſſe ais,oſtende. HO.Arduū eſt o beate abſq; exēplis res
magnas ſufficiēter oſtēdere. Videt̃ eñ vnuſquiſq; noſtrū tanꝗ per ſomniū noſſe oīa:reuera autē oīa
iterū ignorare.SO. Quo pacto?HO. Abſurde admodū o Socrates affectū,& conditionē animę circa

Definitionis ars ꝑ exēplū: quę collectio quędam eſt:& via laudata ab Ariſt.

ſcientiā ſupra mouimus. Nēpe in magnis arduiſq; incepimus:qđ in minimis,& facilibus erat ꝑ ordi
nem inchoandū.SO.Quorſum hęc?HO.Exēplo rurſus exemplū o felix indiget.SO.Qua ratiōe?Di
cas,nihil mei cauſa verītꝰ.HO.Dicēdū,poſtꝗ ipſe es audire paratus.Aduertimꝰ quid agāt pueri:cū
primū literas diſcūt?SO.Quidnā?HO.Q; elemēta ꝗlibet ī breuiſſimis facillimiſq; ſyllabis ſufficiēter
ꝑſentiunt:veraq; de illis eloqui poſſunt.SO.Quid ni?HO. Eadē hæc in aliis ambigētes opinione ſer
moneq; fallunt̃.SO.Prorſus.HO.An nō ita facillime atq; optime ad ignota ꝑduci poſſunt?SO.Quo
pacto?HO.Reducere illos primū ad ea oportet:in ꝗbus hæc eadē recte opinati fuerāt:eiſq; offerre ꝗ
nondū noſcūt:& ea inuicē cōparando,oſtēdere eandē ſimilitudinē atq; naturā in vtriſq; cōplexioni
bus eſſe:donec cū ignotis oībus quæ vera opinione cōcepta ſunt cōparata monſtrent̃: demōſtrata ve
ro,& illoꝝ exēpla facta demū efficiāt vt ex oībus cuiuſlibet ſyllabę elemētis,id qđ alterū eſt,ab aliis al
terū nūcupent:qđ vero idē eſt,idē ſemꝑ ſcđm eadē cū ſeipſo.SO.Sic oīno.HO. Nōne ſatis hoc cōpre

Generatio exempli.

hēdimus?ꝙ videlicet tūc exēpli generatio eſt:cū qđ idem eſt in alterutro ſeiuncto,recta opinione cōce
ptū & vtriq; accōmodatū,vnā amborū cōmuniter opinionē parit?SO. Videt̃.HO.Quid mirū,ſi idē
natura patiēs aīa noſtra circa rerū oīm elemēta alias veritate ipſa circa vnūquodq; in quibuſdā con
ſtituit̃:alias autē circa oīa rurſus in aliis fert̃:& ipſa in ꝗbuſdā copulationibus recte quodāmodo opi
nat̃:trāſlata vero in magnas ac difficiles rerū ſyllabas:hęc eadē rurſus ignorat?nihil vtiq; mirū vide
ri debet.Nā qua ratiōe quis o amice poſſet ab opinione falſa incipiēs,ad aliquā veritatis vel minimā
partē perueniēdo ſapiētiā adipiſci?SO.Nulla ferme.HO.Si hęc ita natura ſe habēt,nequaꝗ ego ac tu
aberraremus ſi primo totius exēpli naturā videre anniteremur in paruo quodā alio ſecundū partem
exēplo:deinde ad maximū acceſſuri regis exemplū eandē ſpeciē alicunde a minoribꝰ deferentes,ꝑ exē
plū iterū conaremur rerū ciuiliū curationē arte dignoſcere:vt ipſa ꝑ ſomnio veritas habeat̃.SO.Re
cte admodū.HO.Rurſus ſuperior oratio repetēda:qua inferebat̃:poſtꝗ ꝑmulti cū regio genere de ci
uitatis gubernatione cōtendūt:ſibiq; illā vſurpant:oportere eos oēs ab illo ſeiungere,ipſumq; ſolū re
linquere.atq; ad hoc exēplo quodā opus eſſe dicimꝰ.SO. Valde.HO.Quodnā potiſſimū exēplū exi
guum quidē:& eandē ciuilē continēs facultatē adducēs aliqs ſufficiēter qđ inueſtigat̃ inueniet?Vis
ne ꝑ Iouē o Socrates niſi qđ aliud in prōptu habemꝰ,texendi artē eligamus? nō vniuerſam quidē:ſuf
ficiet eñ vt arbitror,lanificiū.Forte nāq; pars hęc electa qđ cupimꝰ indicabit.SO.Quid ni?HO.Cur
nō vt ſuperius vnūquodq; in partiū partes diuidebamꝰ,ita modo circa texendi artē fecimus,& ꝗ bre
uiſſime poteramus oīa tranſigentes,qđ ad ꝓpoſitū cōducit elegimus?SO.Quomodo inqs?HO.Effi

Magna diuiſio eorū quæ facimus.

ciam vt diſcurſus ſermonis ipſe tibi reſpōdeat. SO.Pręclare loq̄ris.HO. Eorū quę facimꝰ,& poſſide
mus,ꝗdā gr̃a aliqđ agendi parant̃,ꝗdā aduerſus paſſiōes ſunt ꝓpugnacula.ꝓpugnaculorū autē alia
remedia ſunt,tā diuina,ꝗ humana:alia vero obſtacula.Obſtaculoꝝ alia militaris armatura,alia cir
cūuallatio.Circūuallationū vero alia velamina,alia aduerſus ęſtū frigusq; munitiōes.Munitionū alia
tegmenta,& retinacula,alia operimēta.Operimentorū quędā ſuffulciūt,quędā circūambiūt. Eorū ꝗ
circūambiūt alia ſimplicia,alia vero duplicia atq; cōpoſita.Cōpoſitoꝝ alia ꝑforata,alia ſine ꝑforatiōe
cōnexa.Horū vero ꝗdā neruea ſunt ex his ꝗ terra naſcunt̃: ꝗdā pilea. Pilea vero partim aqua,& ter
ra cōglutinata,partim ſibimet inuicē ſunt cōnexa.His ꝑfecto ꝓpugnaculis fulcimētiſq; ꝗ ex eiſdem
colligatis cōfecta ſunt,nomē veſtes īpoſuimus.Artē vero quę maxīe circa veſtes verſat̃,ab ipſa veſtiū
effectione veſtificā appellemus:quēadmodū diſciplinā ciuitatis ꝓcuratricē ab ipſa ciuitate ciuilē de
noīauimus:dicamuſq; textoriā facultatē,quatenus maxīa ex parte veſtes cōtexit,nihilo alio niſi noīe
differre ab iſta quā veſtificā noīauimus:quēadmodū ſupra regiā diximꝰ a ciuili.SO. Recte admodū.
HO.Poſt hęc vtiq; colligamꝰ veſtiū textoriā aliquē forſitan ſufficiēter dictā exiſtimaturū,aīaduerte
re nō valētē ꝙ ab his ꝗ ꝓpe cooperant̃,nōdū diſtīcta eſt:a multis autē aliis ſibi cognatis diſcreta fuit.
SO.Quibꝰ cognatis?dicas obſecro.HO. Videris mentē ſupradictis haud ſatis adhibuiſſe.Quare ire

rũ vt videt̃ a fine ad principiũ redeundũ. Si eñ ꝑpingtatẽ intelligis, hãc vtiq; ab ipſa diſcreuimus diſtramentorũ cõpoſitionẽ ſuffulcimẽto, & ambitu ſepararem⁹. SO. Intelligo. HO. Quinetiã artificiũ omne qđ lino, & chordis virgultiſq; vtit̃, ac ſũmatim his, ꝗ terra naſcunt̃, ꝗ nup neruea vocauim⁹, iã ſeiunximus. Immo & pileorũ cõpoſitionẽ caue quæ pforãdo & ſuendo operat̃: ꝗ vt plurimũ ad coriariam ptinet facultatẽ. SO. Oĩno quidẽ. HO. Seiunximus pterea opertimẽtoꝝ ſimpliciũ opificiũ qđ pellibus vtit̃. Item tegmentoꝝ retinaculorũq; machinamẽta quotcũq; in ædificando fiũt: & in aliis artibus quibuſcũq; ad aquarũ retẽtionẽ repulſionẽq;: quęcũq; circa plicationes inclinationeſq;, & violentas actiones cohibẽtia opera reddũt: ſepeſq;, & maceriã opponũt: & cumulos quoſdã obiiciũt. Itẽ veſtibulorũ cãcellorũq; affixiones: ꝗ ad clauorũ artificiũ attinent. Quinetiã armaturã ſegregauim⁹: quę portio eſt amplę facultatis illius: quę ꝓpugnacula, & obſtacula obiicit. Pręterea magicã quę remedia prębere ſe vitę hoĩm ꝓfitet̃, ab initio ſeparauim⁹. Reliqmus aũt artẽ quãdã ꝗ viſa eſt illa eſſe quã quęrimus, effectricẽ.ſ. fulcimentorũ aduerſus frigora laneorũ: textoriãq; cognominatã. SO. Videt̃. HO. Cæterũ nondũ o puer pfecte his dictis rẽ expediuimus. Qui eñ primo veſtium aggredit̃ artificiũ: cõtra ꝗ textor agere videt̃. SO. Quãobrẽ? HO. Textor nãq; quodãmodo cõplicat, & cõnectit. SO. Certe. HO. Ille vero quę ſimul inſerta, & implicita ſunt diſſoluit. SO. Quid iſtud? HO. Opus ei⁹ qui carminat, & diſcernit. Nunqđ carminatoriã, & diſcretoriã operã eandẽ cũ textoria cõputabimus? carminatorẽq;, & diſcretorẽ eũdẽ cũ textore dicem⁹? SO. Nullo modo. HO. Siqs aũt diligẽtiã quę ſtamina & ſubtegmina pparat, textoriã vocet, pcul ab opinione hoĩm, & veritate in noĩe illo diſcedet. SO. Plane. HO. Fullonũ pręterea ſutorũq; operã vtrũ nihil cõducere ad veſtimẽtoꝝ cõfectionẽ dicimus? An has oẽs textorias diligẽtias appellam⁹? SO. Neutrũ dicendũ videt̃. HO. Verũtamẽ oẽs hę de veſtium curatiõe cũ textoris arte cõtẽdẽt: ac plurimũ qdẽ illi hui⁹ operis dabũt: multũ quoq; ſibi eiuſdẽ opis vẽdicabũt. SO. Sic eſt oĩno. HO. Præter has exiſtimare inſup oportet artes inſtrumẽtoꝝ qbus textor vtit̃, effectrices, partẽ ſibi ĩ efficiẽda tela vſurpaturas. SO. Probe. HO. Vtrũ textorię facultatis ratio, quã vt partẽ elegimus, ſufficienter diſtincta erit, ſi ipſam aliarũ oĩm facultatũ quę circa laneã veſtem verſant̃, maximã pulcherrimãq; dixerimus? Aut ita verũ quidẽ dicet̃: pfecte aũt & manifeſte nequaꝗ prius, ꝗ ab iſta reliquas ſecreuerim⁹? SO. Ita certe. HO. An nõ ita deinceps agendũ eſt, vt cõſequenti ordine nobis ſermo ꝓcedat? SO. Nihil ꝓhibet. HO. In primis artes geminas circa oĩa quę fiũt, cõſideremus. SO. Quas? HO. Vnã quidẽ generatiõis, vt ita loquar, concauſam: alterã vero cauſam ipſam. SO. Quõ? HO. Quæcũq; rẽ ipſam nõ fabricãt, ſed fabricãtib⁹ organa ſubminiſtrãt, quib⁹ abſentib⁹ inſtitutũ opus nequaꝗ pficeret̃, eas cõcauſas, vt ita dixerim, noĩamus: eas autẽ ipſas quę pricipaliter faciũt, cauſas appellam⁹. SO. Cõſentaneũ id qdẽ. HO. Poſt hęc artes ꝗ colũ, fuſũq;, radiũ, pectinẽq; efficiunt, & alia circa veſtiũ operã inſtrumẽta pręparãt, oẽs concãs nuncupemus: illas autẽ quæ veſtimẽta curãt, & efficiũt, cauſas. SO. Recte. HO. Ex cauſis vero partẽ eã ꝗ lauat atq; cõſuit, & alias hui⁹ generis curaturas, cũ multa ornãdi diligẽtia ſit, generatim colligere decet: & fullonũ artẽ cognominare. SO. Probe. HO. Eã aũt partẽ ꝗ carminat, diſcernit, & filat, & oẽs circa veſtiũ effectionẽ, ars vna cõprehẽdit: ꝗ cõiter lanificiũ noĩat̃. SO. Quid ni? HO. Lanificii porro partiões duę, & vtraq; duarũ artium ſimul partes ſũt. SO. Quẽadmodũ? HO. Facultas illa quę carminat, & quæ pectine quodã vtit̃, ac oĩno quęcũq; ſunt coniũcta diſiũgit: pars lanificii dicit̃. cui⁹ maxie ptes duę ſunt: Diſcretoria vna: altera cõcretoria. SO. Sic eſt oĩno. HO. In ea ꝗ diſcernit, carminatoria, & alię quas modo diximus facultates inſunt. Nã quę lanas, & ſtamina diuidit, vel pectine quodã vel manib⁹, aliter atq; aliter noĩa cuncta quę modo diximus eſt ſortita. SO. Ita prorſus. HO. Rurſus cõcretorię partẽ ſimul et lanificii in ipſa cõtentã ſumamus: quęcũq; autẽ ibidẽ diſcretorię inerãt, trãſeamus, lanificiũ omne bifariã partiẽtes, in cõcretoriã partẽ et diſcretoriã. SO. Partiamur. HO. Partẽ itaq; cõcretoriã ſimul, et lanificii o Socrates diuidere decet: ſi modo ꝓpoſitã nobis texendi artẽ ſufficiẽter cõprehẽdere volumus. SO. Oportet ſane. HO. Oportet abſq; dubio. Ideoq; dicam⁹ partẽ eius vnã in voluẽdo flectẽdoq;, alterã in cõplicando verſari. SO. Nunqđ hęc teneo? Videris eñ mihi ſtaminis operã in torquẽdo ponere. HO. Nõ huius tñ, ſed & ſubtegminis. An ſine retortione generationẽ hui⁹ eſſe reperiem⁹? SO. Nequaꝗ. HO. Deſcribe horũ vtrũq;: forte nãq; deſcriptio talis opportuna videbit̃. SO. Qualis? HO. Ecce op⁹ carminatoris cũ in longũ latũq; protrahit̃, deductionẽ vocamus. SO. Certe. HO. Cũ hoc factis penſis fuſo retortũ eſt, ſolidũq; effectũ filũ, ſtamen appellãt: artẽ autẽ ipſam quæ hoc dirigit, & protrahit, ſtaminariã. SO. Recte. HO. Quęcũq; vero cõtortionẽ mollẽ accipiũt, & ſtaminis implicatiõe ad reflexionis attractum moderatã mollitiẽ nanciſcunt̃, ea vtiq; filo deducta ſubtegmina: artẽ autẽ ipſam ſubtegminariã. SO. Probe. HO. Atqui pars illa textorię quã ꝓpoſuim⁹, iã cuiuis patet. Nã pars cõcretorię facultatis ĩ lanificio/quãdo recta ꝑtractiõe ſubtegminis atq; ſtaminis ĩplicationẽ cõtextũq; efficit: totũ qdẽ ipm ĩplicitũ & cõtextũ veſtẽ laneã/artẽ vero huiuſmodi textoriã nũcupam⁹. SO. Recte admodũ. HO. At cur nõ ſtatim reſpõdim⁹ textoriã artẽ eſſe quę ſubtegmen/& ſtamen ĩplicat: ſed ꝑ lon

Magica profitetur ſe remedia vitæ præbere.

Ars cauſa: ars concauſa.

gas ambages fruſtra vagati ſumꝰ?SO.Nihil mihi qdē o Hoſpes fruſtra dictū videt̃.HO.Nihil mirū. ſed forſitan videbit̃ o beate ſi frequēter in hūc morbū in poſterū incidas.Nā qd mirū? Audi ſermonē qui de huiuſcemodi oībꝰ ſemp eſt in mediū afferēdus.SO.Dic mō.HO. Exceſſus ī primis defectuſq; naturā inſpiciamꝰ:vt ſcđm rationē moderata laudemꝰ: vituperemuſq; i ſingulis quęcūq; modū ſermonis nō ſeruāt:dū in talibꝰ quibuſdā diſputationibꝰ aut ꝓlixius q̄ decet aut breuius loqmur. SO. Oportet ſane.HO.De his vtiq; iure habēda oro eſt.SO.De qbus?HO. De ꝓlixitate inquā & breuitate: deq; oī exceſſu atq; defectu.nā dimetiēdi facultas ad hęc oīa ꝑtinet.SO.Profecto.HO.Eā itaq; bifariā diſtinguamꝰ.Cōducit eīn ad id qđ intēdimꝰ.SO.Dicas quō diſtinguēdū.HO.Sic.Pars vna ſcđm mutuā magnitudinis paruitatiſq; cōionem:altera ſcđm neceſſariā ğnationis eſſentiā.SO.Qui iſtuc

Quod maiꝰ, minori maiꝰ: qđ minꝰ, ſolo maiori minꝰ. Quo boni a malis differāt

ais?HO.An nō ſcđm naturā tibi videt̃,qđ maius eſt,nullo alio q̄ minori maius eſſe dicēdū? qđve minus ſolo maiori minus? SO.Mihi vero.HO. Quid vero? Qđ excedit mediocritatē,& qđ exceditſ ſeu dicēdo,ſiue agēdo,nōne eſſe dicemꝰ ea qbus boni hoīes a malis differūt?SO.Apparet.HO.Has ergo eſſentias geminas iudiciaq; magni,& parui ponere decet.Nec vt paulo ante dicebamꝰ,inuicē ſolū iſta referri debēt:imo vt nūc dictū eſt potius ꝑtim inuicē:ꝑtim ad mediocritatē cōparāda vident̃.Huius autē rationē nunqd ītelligere volumꝰ?SO.Quid ni velimꝰ?HO. Siqs maioris naturā ad minꝰ dūtaxat referat,ad mediocre nō referet̃?qd ais?SO.Id ipm.HO.An nō artes ipas earūq; opa oīa hac ratiōe ſecerneremꝰ?eāve quā quęrimꝰ ciuilē,& textoriā facultatē e medio tolleremꝰ?hę ſiquidē oēs qđ mediocri maius eſt aut minꝰ:nō q̄ſi nō ſit:ſed vt difficile quiddā in actionibꝰ vitāt: atq; ita mediocritatē ſeruātes bona oīa pulchraq; efficiūt.SO.Abſq; dubio.HO.Nōne ſi ciuilē peritiā ſuſtulerimꝰ,manca nobis,& dubia erit regię ſciētię ꝑſcrutatio?SO. Valde.HO. Verū quēadmodū in diſputatiōe de ſophiſta,nō ens eſſe coegimꝰ poſtq̄ in hoc nos effugit oro,ita nūc plus ipm,& minus cogere debemꝰ cōmēſurabilia eſſe nō inuicē ſolū ſed ad mediocris quoq; ğnationē: Neq; eīn ciuilis diſciplinę qſpiā neq; alterꝰ humanę facultatis ſine huiꝰ cōceſſiōe,pōt eſſe peritꝰ.SO. Nōne & in ꝑſentia idē ſūmopere eſt agēdū?HO.Maiꝰ hoc opus o Socrates eſt q̄ illud,& ſi q̄ ꝓlixum illud quoq; extitit,recordamur.verū tale quiddā merito de ipſis eſt ſupponēdū.SO.Quale? HO. Q; qñq; opus erit eo qđ nūc eſt dictū ad ſinceri ipſiꝰ abſolutiq; oſtēſionē:ꝙ aūt quo ad ꝑſentia ꝑtinet egregie ſufficiēterq; mōſtratū eſt. cōferre mihi videt̃ ſermo hic magnoꝑe,ꝙ videlicet exiſtimandū eſt ſilr oēs artes ſeſe habere:maiuſq; ſiml̃ & minus cōmēſurari nō inuicē tm̄,ſed etiā ad mediocris ipius ğnationē.cū eīn hoc eſt,illa ſunt,& cū ſunt illa,hęc ſūt:alterutroq; hoꝝ ſublato,vtrūq; tollit̃.SO.Hoc qdē recte:verū qd deinceps?HO.Diſtiguere decet artē dimetiēdi bifariā,quēadmodū ſupradiximꝰ:vnāq; illiꝰ partē ponere artes oēs quęcūq; nūerū,lōgitudinē,latitudinē,ꝓfunditatē,& velocitatē ad cōtrariū metiunt̃:alterā vero artes illas,q̄ ad mediocre moderatūq; reſpiciūt,decēſq;,& opportunū,atq; debitū:& ſūmatim ad oīa q̄ vitatis extremis in mediū cōfugerūt.SO. Ampla qdē vtraq; portio eſt: & altera lōge ab altera diſcrepat. HO.Qđ ſępenumero ferūt o Socrates ornati viri illi,q magnū aliqd ac ſapiēs loq ſe putāt dū ꝑdicāt

Qđ artificioſum eſt,id mēſurę particeps

dimetiēdi facultatē circa oīa q̄ fiūt verſari,nūc accidit. Atq; id eſt,qđ nuꝑ eſt dictū.Quicqd eīn artificioſum eſt,mēſurę quodāmodo particeps eſſe apparuit.qm̄ vero qdā ſcđm ſpecies cōſiderare nequaq̄ cōſueuerūt,diſtinguētes hęc tā inter ſe differētia,ſtatim cōferūt in idē,ſilia iudicātes. Atq; huiꝰ con-

Quouſq; diuidendum.

trariū rurſus efficiūt,q̄ altera ſunt ꝑ partes minime diſtiguētes.Cū oporteat qm̄ qs prio multorū ꝑcipit cōionē nō prius deſiſtere q̄ differētias oēs in ea q̄ in ſpeciebꝰ claudunt̃,inſpexerit: atq; iterū quotiēs diſſimilitudines plurimas ī multitudine ſentit,& ęgre ſentit,nō priꝰ ab hac aſpectꝰ moleſtia deſiſtere poſſe q̄ cūcta q̄ cognata ſūt ītra cognationē vnā ꝓprietatēq; cōcludēs vniꝰ ğnis eſſentia veſtiat. De his igit̃,deq; exceſſibꝰ atq; defectibꝰ hęc dicta ſufficiāt:id aūt dūtaxat ſeruādū: duo videlicet ğna circa ipa mēſurę adinuēta fuiſſe,& q̄ ea ſint mēte tenēdū.SO.Tenebimꝰ.HO. Poſt hūc ſermonē aliū aſſumamꝰ de his q̄ modo q̄rebant̃,deq; oī huiuſcemodi ſermonū tractatiōe.SO.Quid iſtud?HO.Siquis forte nos ꝑcōtet̃ de pueroꝝ circa lr̄as exercitatiōe,qm̄ iterrogant̃ qbus ex lr̄is nomē aliqđ cōſtet, vtrū putemꝰ tūc eos īterrogari vnius dūtaxat nois illius declarādi gr̄a,an potiꝰ vt ī oī grāmatica eruditiores euadāt,qd reſpōdebimꝰ?SO.Vt in oī grāmatica.HO.Quid porro?ciuilis viri indagatio nobis ipſius gratia magis ꝓpoſita eſt q̄ vt in oībꝰ differēdis acutiores efficiamur?SO. Patet id quoq;,ꝙ oīm gratia.HO.Nemo vtiq; mētis cōpos textorię facultatis rationē ipius dūtaxat gratia venari contēderet. Verū plurimos latet vt arbitror rerum quarūdā cognitu facilium ſenſibiles nōnullas imagines eſſe:quas declarare nequaq̄ arduū eſt,quotiēs ipſorū aliqs vult alicui rationē de aliquo ꝑquirēti, nō cū ipſis rebus:ſed ſeorſum ratiōe facile demōſtrare. Rerū aūt maximarū precioſiſſimarūq; nulla

Hic nō eſt verū illud:nihil eſſe in intellectu:qđ priꝰ nō ſit in ſenſu.

eſt imago ad hoīes ꝑſpicue fabricata.qua oſtēſa qui vult animū poſtulātis explere,ſenſui cuidā accōmodās ad ſufficientiā expleat.Quapropter cogitandū eſt vt rei cuiuſlibet rationē reddere & recipere valeamus. Incorporea nāq; cū maxima,& pulcherrima ſint,ratione ſola,alio vero nullo perſpicue declarant̃.Horū porro gr̄a modo nobis dicta ſunt oīa. Cuiuſlibet autē rei conſideratio in minoribus

facilior q̄ in maioribus extat.SO.Pręclare loq̄ris.HO.Quorū deniq; cauſa dicta de his oīa ſunt recē
demur.SO.Quorū?HO.Eiꝰ ꝓcipue moleſtię ſatietatiſq; cauſa,qua circa textoriæ facultatis ꝓlixam
orationē affecti ſumus:necnō circa totius mūdi reuolutionē:atq; ſophiſtę ſermonē de non entis eſſen
tia:putauimus ſane ꝓlixiorē fuiſſe q̄ deceret diſputationē.Atq; in his oībus noſmetipſos deterruimꝰ
metuētes,ne forte in ſuꝑuacuis diutius verſaremur.Ergo ne deīceps iterū tale nobis aliq̄d accidat: id
circo ſupradicta a nobis oīa puta.SO.Fiet,dic age quæ reſtant.HO.Dico igitur oportere,& me,& te
eorū q̄ diximus,ſemper memores eſſe,quotieſcūq; vel breuitas,vel ꝓlixitas ſermonis in vituperatio-
nē cadit:ita vt nō inuicē ꝓlixitates diiudicemus,ſed ſecūdū facultatis dimetiendi partē:quā ſupra di
ximus ad decori normā eſſe referendā.SO.Scite.HO.Nō ergo ad hoc oīa referēda videnť. neq; enim
ꝓlixitate nulli cōueniente ad voluptatem egebimus,niſi q̄d ꝑter ꝓpoſitū. Vt aūt q̄d quærit facillime
celerrimeq; reperiat:nō primo verū ſecundo loco contendere rō pręcipit:maxīe vero omniū,atq; pri-
mū illū honorare ꝓgreſſum,quo ſecūdū ſpecies diſtinguere valeamus:diſputationemq; longā haud
moleſte ferre,ſed affectare potius ſi modo nobis ad inuētionē cōferat:breuēq; ſimiliter.Eumq; iubet q
lōgiora verba vituꝑat,circuituſq; diſputationū hmōi nō admittit: haud ita leuiter temereq; dānare
prolixitatē:imo oſtendere prius diſputationem breuiorē audiētes,& promptiores ad diſſerēdū, & ad
inueniendū ſagaciores redditurā:alias aūt,& alio tendentes increpationes,& laudes,nec curare peni-
tus nec audire.Ac de his ſatis ſi tibi quoq; videť.Ad ciuilē facultatē iterū redeamꝰ,textoris exemplū
q̄d ſupra poſuimus,conferentes.SO.Egregie locutus es:atq; ita,vt iubes,efficiamus.HO. Nonne iā
rex a multis paſtorū officiis:imo ab oībꝰ armētorū cuſtodibꝰ eſt diſtinctꝰ?Reſtant vrbanę facultates
cōcauſarū pariter,& cauſarū,quas primū a ſe inuicē ſeparare debemꝰ.SO.Recte.HO.Has partiri bi-
fariam difficile eſt.Cuius difficultatis cauſa ſequenti ſermone patebit.SO.Sic prorſus agendū. HO.
Per membra itaq; ipſas inſtar victimę diſcerpamus,poſtq̄ ſecare bifariā nō valemus.Oportet enim in
proximum ſemper numerum diſtribuere.SO.Quo pacto?Experiamur iam.HO.Quēadmodum in
ſuperioribus omnes quæ inſtrumenta texturæ parabāt,veluti cōcauſas poſuimus.SO.Nempe.HO.
Idem quoq; in præſentia,& multo magis agēdū.quæcūq; enim magnum aliquod:aut paruum in vr
be fabricāt inſtrumētū,tanq̄ concauſæ ponendę ſunt.nā ſine his ciuitas conſtare non poteſt:neq; ciui
lis diſciplina cōſiſtere.Nullū tñ horū regiæ artis opus eſſe ponemus.SO.Nullū prorſus. HO. Atqui
difficile quiddā aggrederemur,ſi genus hoc ab aliis diſtingueremus.Qui vtiq; dicit vnūꝰ cuiuſdam
eorū quę ſunt,inſtrumētū eſſe,veriſimile quiddā loqui videtur:alterū quinetiā eorū q̄ poſſidentur in
ciuitate,hoc eſt dicendū.SO.Quidnā?HO.Q̄d hanc vim non habet.neq; eñ cauſæ generationis in
hoc:vt in inſtrumento:ſed ad eius q̄d fabricatum eſt ſalutē reſpicit.SO.Quale iſtud?HO.Q̄d ſiccis,
& humidis,igne calefactis,& frigidis variū genus effectum:q̄d vna appellatione vas nominamus:q̄-
uis ſpecies plurima fit.hoc aūt ſciētię illius quā ꝑquirimus non eſt opus.SO.Non certe. HO. Tertia
poſſeſſionū ſpecies multiformis apparet terreſtris atq; aquatica,multiuaga,& nōerrās:pretioſa,& vi
lis:vno ſignificata nomine:quia vniuerſum hoc ſemꝑ alicui ſedes efficitur,aſſeſſionis,prę ſidentiæ,ex
plorationiſq; gratia.SO.Quid hoc?HO.Vehiculū nūcupamus,haud ſane multū peritię ciuilis opus
imo architecturæ potius figulariæq;,& ærarię facultatis officiū.SO.Intelligo equidē.HO.Nunquid
quartum pręter iſta dicendū,in quo plurima ex iis quæ ſupra retulimus,continenť?Veſtimenta,ar-
ma multa,muri,terreniq; & lapidei ambitus:aliaq; permulta.Cūq; hęc oīa muniendi obiiciēdiq; gr̄a
fiant,recte munimenta obſtaculaq; cōiter appellari poſſunt:multoq; magis architectorum textorūq;
q̄ ciuilis ſunt oꝑa.SO.Sic eſt oīno.HO.Nū quinto loco ornandi,pingendi,canendi artes locabimus?
& quęcūq; his vtunť:& ab his fiūt imitatiōes q̄dā oblectatiōis gr̄a dūtaxat excogitatæ:q̄ merito vno
quodā noīe cōprehendunť.SO.Quo?HO.Vniuerſum hoc iocoſum q̄ddā denominať.SO.Abſq; du
bio.HO.Vnū hoc nomē oībus his cōueniet:neq;.n.illorū quicq̄ ſtudii:ſed ioci gratia ſemꝑ efficitur.
SO.Hoc quoq; ferme intelligo.HO.Facultatē vero illā quæ his oībus ꝓparat corpora,ex quibꝰ,& in
q̄bus conficiunť artiū,quas modo narrauimus opera,nōne ſextā ponemus ſpeciē variā, & ex multis
artibꝰ dependētē?SO.Quā dicis?HO.Eā quę aurū,& argentū cęteraq; metalla terrę eruta viſceribꝰ
ꝓparat.Itē q̄ ſyluas īcidit:quę tōdet:q̄ ex his cōſtruit aliq̄d:quę plicat atq; cōtexit:ſeu quę cortices ar
borum:ſiue quę animaliū pelles circūcidit,& polit,& quęcūq; artes circa huiuſmodi q̄dā verſantur:
rurſus illæ a q̄bꝰ ſuber,liber,codex,vinculaq; paranť,vt fiāt cōpoſitę ſpecies ex generibus nō cōpoſi-
tis : vniuerſum hoc appellamus primogenitā hoībus poſſeſſionē,& ſimplicē:q̄d regię artis nequaq̄
eſt opus.SO.Optime.HO.Septimū tenet locū nutrimēti poſſeſſio:& quęcūq; cōmixta corpori,parti
bus ſuis partes corporis alere poſſint atq; curare:q̄d totū alimētū dici debet: niſi q̄d forte pulchrius
reperiamus.agriculturę aūt:venationi:gymnaſticę:medicinæ:coquinariæ vniuerſum hoc rectius q̄
ciuili tribuiť.SO.Rectius ſane.HO.Ferme oīa q̄ poſſidenť ꝑter domeſticorꝫ aīalium ſpecies:in his ſe-
ptem arbitror numerata.Sic aūt cogita.Par erat,primogenitā ſpeciē primū inducere:inſtrumentum

Quis ꝓgreſſus melior.

Semel atq; iterū de re diſputandū: vt facilꝰ cōphēdať.

Q̄ longa diſputatio nō leuiter ē dānāda.

Oportet ſemꝑ in ꝓximum numerū diſtribuere.

deinde:vas:vehiculũ:munimẽtũ:oblectamentũ:animal.ꝑtermittimus ſane,ſiqd nõ magnũ latuit,qd
alicui iſtorũ accõmodari poſſit:qualis eſt nũmorꝫ idea:ſigillorũqꝫ,& oĩs characteris.Genꝰ.n.hęc ĩ illis
nõ admodũ cognatũ habẽt:ſed ꝑtim in ornatũ,ꝑtim ĩ inſtrumẽta,vi qdẽ artũ penitꝰ tracta quodãmõ
cõgruũt.poſſeſſionẽ vero aĩaliũ domeſticorꝫ ſeruis exceptis gregis nutritio primo diſticta,cõphẽdiſſe
videt.SO.Et maxime qdẽ.HO.Reſtat ſeruorũ miniſtrorũqꝫ oĩm genus:in quo vaticinor eos palã in-
ſurrecturos,q de textura cũ rege cõtẽdãt:quẽadmodũ cũ textore q carminãt filãtqꝫ: & q alia de qbus
diximus,faciũt.Cęteri vero oẽs tanq̃ cõcauſę dicti,vna cum nũc memoratis operibus,a regia ciuiliqꝫ
actione ſeiũcti ſunt atqꝫ diſcreti.SO.Apparuit.HO.Cõſideremꝰ reliquos q̃ ꝓxime accedẽtes,vt cer-
tius cognoſcamus.SO.Oportet oĩno.HO.Maximos porro miniſtros quãtũ hinc intueri licet,cõtra
riã exercitationẽ paſſionẽqꝫ illi quam ſuſpicati ſumus habere repiemꝰ.SO.Quos?HO.Empta mãci
pia,& ſiIi quodã mõ in ſeruitutẽ coactos hoĩes.Quos ſine controuerſia ſeruos cognominare poſſumꝰ

Serui longiſſime a regia dignitate diſtãt.

lõgiſſime a regia dignitate diſtãtes.SO.Quid ni?HO.Quid dicemꝰ de liberis,qcũqꝫ ſpõte q̃ ſupra di
ximꝰ ſubminiſtrãt:agriculturę,& aliarũ artiũ opa trãſportãt,mutuiſqꝫ cõmutãt cõmerciis,ſiue de fo
ro in forũ in vrbe eadẽ,ſeu de vrbe terra mariqꝫ trãſſerẽtes in vrbẽ,ꝑtim cũ rebus aliis nũmos,ꝑtim ſi
mile qddam ſiIi cõmutãtes,quos nũmularios,mercatores,nauticos vectores, caupones denominauĩ
mus?Nunqd iſti ciuilẽ ſibi peritiã vẽdicabũt?SO.Forte mercatores.HO.Nõ tñ illi quos vtpote mer
cenarios cernimus paſſim oĩbꝰ ad ſeruiẽdũ expoſitos,regiã vſurpare dignitatẽ repient.SO.Eſt vt di-
cis.HO.Quid vero de his q talia q̃dã nobis vbiqꝫ ſuppeditãt?SO.Quos dicis,& quarũ rerũ ſuppedi-
tatores?HO.Genus ꝑconũ inquã,& eorꝫ q ſapiẽter circa publicas literas ſubminiſtrãt,nõnulloſqꝫ ali-
os ſolertes rerũ ad principũ miniſteriũ ꝑtinẽtiũ elaboratores.Quid de his dicendũ Socrates?SO.Qd
& ipſe dicebas,miniſtros eſſe non principes ciuitatũ.HO.Haud ab re,vt arbitror,in ſuperioribus di-
xi inuẽturos nos hac ratione pleroſqꝫ de ciuili curatiõe vehemẽtes cõcertatores:q̃uis abſurdũ alicui
videri poſſit,eos in miniſtrorũ numero q̃rere.SO.Valde qdẽ.HO.Accedamus ꝑterea ꝓpius ad eos

Qꝫ vates & ſacerdotes ſint etiam miniſtri.

q nõdũ examinati ſunt:hi vero ſunt q circa vaticiniũ habẽt ſciẽtię alicuiꝰ miniſtrę particulã. Interp
tes.n.diuinorũ ad hoĩes hi cenſent.SO.Certe.HO.Quinetiã ſacerdotũ genus,vt lege habet,itelligẽ
docetqꝫ quo pacto donaria diis,& ſacra ſint offerẽda.Itẽ qua rõne vouẽdũ ſit:qdve boni ſit a diis petẽ
dũ.Hęc aũt ambo miniſtratorię artis partes ſunt.SO.Videt.HO.Iã igit veſtigiũ quoddã eiꝰ qd in-
ueſtigamꝰ attigere videmur.figura nãqꝫ ſacerdotũ, & vatũ magnanimitate,intelligẽtiaqꝫ,& clarita

Qꝫ reges deceat ſacerdotium maximũ.

te abũdat:ꝑpter eorũ q̃ aggrediunt tractãtqꝫ magnificẽtiã.Quapropter apud Aegyptios nõ licet re
gẽ abſqꝫ ſacerdotio ĩperare.Quĩimmo ſi ex alio genere qſpiã vi regnũ vſurpet,cogit poſt regni aſſum
ptionẽ ſacris initiari:vt rex deniqꝫ ſit,& ſacerdos.Pręterea in plurimis Gręcorũ ciuitatibus,apud vos
ꝓſertim,reperies ꝓcipua ſacra a magiſtratibꝰ ſummis inſtitui.nã & apud vos fert, creato regi patria
& ſolẽnia ſacra maxima,& puriſſima aliorꝫ oĩm eſſe tributa.SO.Et maxime qdẽ.HO. Hos itaqꝫ forte
creatos reges ſacerdoteſqꝫ,& eorũ miniſtros,necnõ aliã quãdã frequẽtẽ turbã cõſiderare debemus: q̃
nup ſemotis ſuperioribꝰ in lucẽ venit.SO.Quos inqs?HO.Miros quoſdã inquã.SO.Quãobrẽ?HO.
Mõ cogitãti mihi multiforme horũ genus apparet.Multi ex viris leonũ ſiles fiũt:cẽtaurorũqꝫ:aliorũ
qꝫ hmõi:plurimi etiã ſatyrorũ,imbecilliũqꝫ,& multiformiũ beſtiarũ:citoqꝫ trãſmutãt,& alternãt ſuĩ
cẽ ideas atqꝫ potẽtias.Eniuero nũc primũ eiuſmodi viros o Socrates excogitaſſe mihi videor.SO.Dic
obſecro.videris eñ mirũ qddã nũc intueri.HO.Profecto.Nã vt mirũ aliqd cõtingat nobis ignoratio

Vt mirum qd cõtingat ignoratio efficit.

ſemp efficit.Atq mihi mõ idẽ cõtigit.Repẽte nãqꝫ,vt ãbigerẽ accidit,cũ chorũ negotiorũ ciuiliũ in-
tuerer.SO.Quẽ?HO.Maximũ ſophiſtarũ oĩm ꝑſtigiatorẽ:huiuſqꝫ artis prę cęteris ꝑitiſſimũ:quẽ diſ
cernere decet a viris reuera regiis atqꝫ ciuilibꝰ:q̃uis arduũ id ſit:ſi mõ qd q̃rimꝰ ꝑſpicue cognoſcere
volumus.SO.Nullo mõ hoc dimittẽdũ.HO.Non certe vt arbitror.Ac mihi dicas: An non monar-
chia,id eſt principatꝰ vniꝰ,vna q̃dã eſt gubernationũ ciuiliũ?SO.Eſt.HO.Poſt hãc paucorũ potẽtiã
ponere poſſumus.SO.Sane.HO.Tertiã vero multitudinis gubernationẽ quã popularẽ vocãt.SO.
Prorſus.HO.Nõne tres hę quodã mõ qnqꝫ fiũt,cũ duo noĩa ex ſe inſup pariãt?SO.Quenã?HO.Cũ
aĩaduertãt plurimi ĩuitis,vel volẽtibus ĩpari poſſe,& lege vel arbitrio ꝑſidere cõtingat,& paupes eſſe
q ꝑſunt,vel diuitiis ad ĩperiũ euehi,duas in ſpecies tã vniꝰ,q̃ paucorũ diuidũt pricipatũ. Et vniꝰ qdẽ
pricipatũ in regnũ,& tyrãnidẽ ꝑtiunt.SO.Vtiqꝫ.HO.Gubernationẽ vero q̃ paucis agit,ĩ paucorꝫ po
tẽtiã,& potẽtiã optimatũ.SO.Oĩno.HO.Popularẽ vero gubernatiõis nomẽ nullꝰ vtiqꝫ mutare aliqñ
cõſueuit:ſiue ſpõte,ſeu vi populꝰ diuitibꝰ qbuſdã ꝑſideat,ſiue lege, ſeu arbitrio regat.SO.Vera nar
ras.HO.Nũqd exiſtimamꝰ aliquã harũ gubernationũ ciuiliũ rectã eẽ finibꝰ his diſtictiõibuſqꝫ deter
minatã?videlicet vno,paucis,mltis,pauptate,diuitiis,violẽtia,volũtate,legibꝰ,& arbitrio.SO.Quid
ꝓhibet?HO.Cõſidera diligẽtiꝰ:& hac me ſeqre.SO.Qua?HO.Stabimꝰ ne in eo qd in pricipio dictũ?
an nõ?SO.In quonã?HO.Regiã dignitatẽ vnã quãdã ſciarũ eſſe diximꝰ.SO.Diximꝰ certe.HO.Neqꝫ
in quouis ſcientię gñe illã locauimꝰ.E multis qppe facultatẽ illã q̃ iudicat ſimul ꝑcipitqꝫ,ſelegimus,

SO.Sane.HO.Hanc poſtmodū ſciam pręſidētē:partim rebꝰ inanimatis, partim animatis pręfecimꝰ:
et eodē ordine diuidētes,hucuſq̄ poeſſimus,ſcię noīe in ſingulis reſeruato:quę vero potiſſimū ſcien
tia ſit,nōdū declarare potuimus.SO.Recte loqueris.HO.Aduertimus ne ipſorū determinationē de-
ſcriptionēq̄ neq̄ ſecūdū violētiā,& voluntatē,neq̄ ſecundū paucos,ac multos,neq̄ ꝑ inopiā,& opu-
lentiā fieri oportere:ſed ꝑ ſciētiā quandā,ſi ſuperiora ſequamur?SO.Neceſſe eſt vt id fiat.HO.Neceſ
ſario igitur hoc nūc ita cōſiderare debemus,in quonā horū ſcia inſit imperatoriæ facultatis,ꝗ ferme
cōparatu maxima eſt oīm atq̄ difficillima.Inſpicere nāq̄ illā oportet , vt videamus quam a ſapiente
rege ſegregandi ſint:qui ſibi ciuilē peritiā vendicāt:idq̄ plurimis ꝑſuadent,cum ab ipſa ꝓcul admo-
dū abſint.SO.Sic prorſus agendū,vt ratio ſupior monuit.HO. Nunqd multitudo videť tibi in ciui-
tate huius ſcientię cōpos?SO.Quonā pacto?HO.An in mille hominū ciuitate fieri pōt:vt cētum,vel
quinquaginta viri ſufficienter eā adipiſcantur?SO.Facillima oīm artiū hęc eſſet.ſcimus eñ in mille
hominū numero totidē viros q talorū ludo cæteros græcos exuperent , nequaq̄ reperiri,nedū reges.
Oportet vtiq̄ virū illū qcūq̄ regia peritia inſtructus eſt regē vocare,ſeu domineť,ſiue priuatꝰ degat
vt ratio ſupior ſtatuit.HO .Opportune admonuiſti.arbitror aūt ſecūdū ſermonem inductum rectā
gubernationē,ſiqñ recta ſit,circa vnū,vel duos,vel paucos eſſe q̄rendā.SO.Cur nō? HO. Exiſtimare Circa quos ſit
hos oportet ciuiles ac regios hoīes,ſi mō arte quadā imperent,ſiue volētibus,ſeu nolentibꝰ dominētur: recta guberna
ſiue ſecūdū ſcripta,ſeu abſq̄ ſcriptis,inſtitutis,& legibus,vel etiā pauperes ſint,vel diuites.Nā & me tio.
dicos nihilominus appellādos duximus,ſiue inuitis,ſeu volētibus medeanť ſecādo,vel vrendo,vel ali
ter affligendo,ſiue ex ſcriptis curent,ſiue nō,ſiue pauperes ſint,ſeu diuites,quatenus arte quadā cu-
rādorū corporū ꝓſidēt,purgādo,vel aliter extenuādo,vel replendo & augēdo.Aeque eñ medicos no
minamus,dūmodo q curāt ad bonū corporis reſpiciētes,ex deteriori habitudine in meliorē reſtituāt
atq̄ ſeruēt.hoc mō dūtaxat vt arbitrōr rectā eſſe dicemus medicinę,vel cuiuſuis principatus alterius
definitionē,alio vero nequaq̄.SO.Ita prorſus exiſtimandū.HO.Neceſſe eſt igiť eā maxime,ac ſolā re
ctā exiſtimare rēp.in qua q magiſtratibꝰ funguntť,reuera gubernare ſciunt:ſiue legibus, ſeu abſq̄ le-
gibus dominenť:ſiue volētibus,ſiue inuitis,vel etiā ſi pauperes ſint,vel diuites. Nihil enim ex his qc
q̄ ad rectā gubernandi rationē refert.SO.Pręclare.HO.Neq̄ inſup refert,ſiue cędibus expulſionibuſ
q̄ qbuſdā cōis gr̄a boni ciuitatē purgent,ſeu colonias emittant,tanq̄ apū examina,populūq̄ cōminu
ant,ſiue aliūde hoīes futuros ciues aduocēt,ciuitatēq̄ amplificēt.Quatenus.n.ſcia & iuſtitia fręti ex
deteriori meliorē ꝓ viribus ciuitatē efficiunt,atq̄ ſeruant:eatenus rectā appellari rēp.volumus,& in
eo ipſo dūtaxat definitionē rectę gubernationis cōſiſtere.Quotcūq̄ vero alias rectas eſſe dicimꝰ: neq̄
legitime,neq̄ vere dici putandū.Sed eas quę hanc imitanť,libenter laudamus:quaſi facile ad meliora
tendētes:alias cōtra vituperamus,tanq̄ imitatione malorū ad deteriora procliues.SO.Cætera quidē
hoſpes ꝓbe dicta videnť:qđ vero dictū eſt,gubernationē ſine legibꝰ rectā eſſe poſſe:haud facile admit
ti pōt.HO.Paulo me interrogādo o Socrates ꝓuenisti.Nā te ꝑcontari decreuerā,vtrū hæc admittas
oīa,an quicq̄ renuas.nūc aūt cōſtat nos velle de iis q recte ſine legibꝰ ꝓſunt, diſſerere.SO. Proculdu-
bio.HO.Patet aūt quodāmodo legū lationē ad dignitatē regiā ꝑtinere.Optimū vero eſt non leges q- Legū lationē
dē tenere atq̄ firmare:ſed hominē cū prudētia regiū.Nūqd huius rōnē intelligis?SO. Declara. HO, ad regē pertinere.
Qm̄ lex neq̄t qđ optimū oībus,& iuſtiſſimū eſt ſimul,& ſincere cōꝑhendēs,ſemꝑ vt opęprętiū eſt pr̨
cipere.Hominū ſane actionūq̄ diſſimilitudines,& iſtabilis variaq̄ humanarū rerū cōditio faciūt vt
ars nulla poſſit ſimplex aliqd,& vniuerſale de cunctis ꝑ oīne tēpus decernere . Concedimus iſta?SO.
Plane.HO.Legē vero cernimus ad hoc ipſum niti:quaſi hoīem quēdā pertinacē,& imperitū ,q nihil
agi ꝓter eius inſtituta ꝑmittat:neq̄ interrogari etiā , ſiqd noui pręter illius ordinem potius meliuſq̄
alicui ſit.SO. Vera loqueris.Ita enim vt dicebas lex homines cogit.HO.Fieri nō poteſt,vt certꝰ qdā,
& ſimplex ordo ſit bonus circa illa quæ varia ſemper ſunt,& ſimplicia nunq̄.SO.Apparet.HO.Inue Quare conditio legū eſt ne
nienda igitur cauſa eſt ob quā conditio legum neceſſaria eſt:poſtq̄ lex nō eſt ipſum qđ optimum,atq̄ ceſſaria.
rectiſſimum.SO.Cui dubium?HO.Nōne apud nos vt apud alios ſunt q̄dā cunctorum ſimul homi-
num cōmunes exercitationes,ſiue ad curſum,ſeu ad quoduis aliud concertandi gr̄a? SO. Permultę.
HO. Referamꝰ ſi placet ꝓcepta illorū q arte quadā gymnaſiis ꝓſunt.SO.Quęnā?HO.Arbitranť illi
quidē fieri nō poſſe:vt ſigillatim vnicuiq̄ qđ ipſi ſeorſum ab aliis cōueniēs eſt,ꝑcipiāt:verū cōius iſti
tuēdū cēſent:qđ & plurimis,& plurimū cōducere videať.SO.Pręclare.HO.Quāobrē dū ęquos labo
res nunc cunctis vna tribuūt,paribuſq̄ eos exercitationibus agitant,partim concitatius irritāt: par
tim eneruant:& inepta ad curſum paleſtrāq̄ & alia certamina corpora reddūt.SO. Sic accidit. HO.
Legū quoq̄ conditorem putemus ſuis gregibus præſidentē,deq̄ iuſtis operibus mutuiſve commer
ciis iura dantem,non poſſe dum cunctis vna conſulit,ad ſingulorum commoditatem iuſve proſpice
re.SO.Conſentaneum eſt.HO.Cæterum vt arbitror,quod & plurimis,& plurimum conducit com
muniter,inſtituet:& huiuſmodi leges ſcriptas relinquet,& patrios etiā non ſcriptos ſimiliter mores

inducet.SO.Recte.HO.Recte admodũ.Etenim quo pacto qs poſſit p oẽm vitã ad ſingulos circũſpice
re,ſedulusq; aſſidere cuiq;,& cuiusq; cõmoditati cõſulere? Nã ſi qs diſciplina regia preditus, hoc effi
cere poſſet:nunq̃ impedimẽta iſta q̃ leges appellant/ſibi pſcriberet.SO.Ita ex his q̃ ſunt dicta videtur.
HO.Immo magis o Socrates ex his q̃ dicent.SO.Quibus? HO.Hiſce inquã. ſi medicus quidam aut
gymnaſticus imminẽte longa pegrinatione,pcul ab iis quos curat abfuturũ diu ſe putet:diffidatq; il
lorũ memorię monimẽta q̃dã agẽdorũ cõſcribere illis volet:nec ne? SO.Volet vtiq;.HO.Quid ſi prę
ter opinionẽ ocyus q̃ putauerat,reuertat,verebit ne alia illis pcipere pter ea quae quondã ſcripſerat,
ſiqua potiora ęgrotãtib⁹ adhiberi poſſint ob tẽporũ mutatiões,vẽtis aut alio quopiã pter ſpem,& cõ
ſuetudinẽ cõtingẽtes? pſeuerabit ne inquã in priori pposito:neq; priſtinas inſtitutiões trãſgredi quẽ
q̃ volet,nec ipſe mandare alia:nec ab ęgrotãte alia pter ſolita obſeruari:quaſi ea & medicinę artis pro
pria ſint,& ſaluberrima:q̃ vero aliter fiant pter artẽ ſint,& noxia? An potius qcqd eiuſmodi circa ſciẽ
tiam artẽq; verã accidit,ſcdm oĩa in hmõi cõſtitutionib⁹ riſum plurimũ cõcitabit? SO.Et maxime q
dẽ.HO.Homini aũt illi q iuſta & iniuſta,honeſta & turpia,bona & mala,ſiue ſcriptis legib⁹,ſiue non
ſcriptis moribus inſtituit hoim gregibus qcũq; in ciuitate ad legũ ſcriptarũ normã viuũt , nõ licebit
alia q̃dã pter ea q̃ ſcripta ſunt agere,neq; ſi ipſe idẽ q ante cõſcripſit/redeat,neq; ſiqs alius eius ſimilis
veniat? an potius dubitatio talis nõ minus q̃ ſupior illa reuera ridicula videret? SO.Nihil prohibet.
HO.Noſti ergo qd hac de re vulgo fertur? SO.Nõ in pſentia.HO. Enĩuero decẽs eſt. aiũt.n.ſiqs le
ges q̃ſdã priſcis meliores iuenerit,necnõ ciuib⁹ pſuaſerit,oportere eũ leges ferre:ſi nõ pſuaſerit,nõ de
cere. Nũqd recte? SO.Forſitã.HO.Si naũt qſpiã nõ pſuaſiõe,ſed vi qd recti⁹ eſt iduxerit, qd potiſſimũ
hui⁹ violẽtię nomẽ? rñde.imo nõdũ ad iſta:ſed ad ſupiora pri⁹.SO.Quid ais? HO.Siqs arte medicinę
pollẽs nõ pſuadeat : ſed cogat eũ quẽ curat puerũ,vel virũ,vel mulierẽ pter ſcripta qd eſt meli⁹ agere
quodnã hui⁹ violẽtię nomẽ? Nõne aliud quoduis potius q̃ artis trãſgreſſio,hoc ẽ illatio morbi? & qd
uis aliud poti⁹ coacto homini cõtigiſſe dicẽdũ, q̃ trãſgreſſionẽ artis ac morbũ? SO.Vera loq̃ris.HO.
Quid aũt eſt cõtra ciuilẽ artẽ delictũ? Nõne qd turpe dicit,quod malũ,& qd iniuſtũ? SO.Iſtuc ipm.
HO.Age cum aliq cogũtur pter patrias leges moreſq; facere quę iuſtiora,meliora,honeſtioraq; ſunt
nõne ridiculoſiſſim⁹ oĩum erit quiſqs vim eam vituperabit:dicetq; illos a curatorib⁹ q coegerũt,tur
pia,mala,iniuſta fuiſſe ppeſſos? SO.Vera penit⁹ loq̃ris.HO.Nũqd ſi diues ſit q cogit,iuſtę coactiões
ſũt:ſi paup aũt,iniuſtę? An poti⁹ ſiue pſuaſerit ſiue nõ pſuaſerit,ſiue pauper ſit,ſeu diues,vel ſcdm ſcri
pta,vel pter ſcripta,mõ quę vtilia ſunt inducat,dicẽdũ eſt hãc veram eſſe rectę gubernatiõis ciuilis
definitionẽ? Qua ratiõe vir ſapiens bonuſq; gubernabit ad ſubditoꝝ ſalutem ſemp ita reſpiciẽs,vt ad
nautarum nauiſq; ſalutẽ reſpicit gubernator.Nam vt ille non ſcriptis,ſed arte q̃ſi lege quadã nautas
ſeruat,ita & vir reuera ciuilis:& apd eos q ita dominari poſſunt, recta eſt reꝝ ciuiliũ adminiſtratio,
vim artis potiorẽ legibus adhibens.Ac ſummatim quodcunq; prudẽtes principes agant,nunq̃ delin
quunt,q̃diu vnũ hoc potiſſimũ ſeruãt:vt mẽte,& arte qd iuſtiſſimũ eſt ciuib⁹ diſtribuẽtes,tueri eos
valeant,melioreſq; ex deterioribus quoad fieri põt,efficere.SO.His quę modo dicta ſunt repugnare
non licet.HO.Neq; illis inſup.SO.Quibus dicebas? HO.Q: nulla vnq̃ multitudo põt ea diſciplina
pollere,qua ſecũdũ mẽtẽ ciuitatẽ regat.Immo recta illa ciuitatis adminiſtratio apud vnũ,vel paucіſ
ſimos q̃rẽda eſt.Alię vero tanq̃ imitationes ponẽdę vident: vt paulo ſupra dictũ:partim ſecundũ pul
chriora,partim ſecundũ turpiora hãc imitantes.SO. Quomõ iſtud dicebas ! neq; eñ qd de imitãdo
tradebas,ſatis tunc intellexi.HO.Haud paruifaciẽdũ eſt,ſiquis hoc illato ſermone,deſiſtet prius q̃ de
lictũ qd circa ipſum nũc eſt cõmiſſum,oſtenderit.SO.Qd delictũ inquis? HO.Oportet tale aliqd q̃re
re,qd neq; cõſuetũ eſt,neq; facile cognitu.Ipſum tamẽ cõprehendere annitamur.Cũ ſola hęc quã me
morauimus,recta ciuilis gubernatio ſit,ſcis oportere alias huius inſtituris vtentes ſeruari,dũ agunt
qd modo laudat,q̃uis haudquaq̃ rectiſſimũ id ſit? SO.Quid illud? HO.Q: nemo quicq̃ preter leges
cõmittere audeat:& quiſquis audet,morte mulctet,extremiſq; oĩbus ſuppliciis affligat. id aũt eſt ſe
cũdo loco rectiſſimũ atq; honeſtiſſimũ.primo nãq; in loco ponẽdũ qd nũc eſt dictũ.Quo aũt mõ eue
nit qd modo ſcdm eſſe diximus,declaremus. Vis ne? SO.Et maxime qdẽ.HO.Veniamus iterum ad
imagines/qbus regios pĩcipes ſemp cõparare neceſſe eſt.SO.Quas imagines inqs? HO.Generoſum
inquã nauis gubernatorẽ:multiſq; aliis ęquiualẽtẽ medicũ.cõſideremus iã,figurã aliquã in his fingẽ
tes.SO.Qualẽ? HO.Talẽ quãdã pinde ac ſi oẽs exiſtimaremus ab illis grauia q̃dã pati:quaſi quos no
ſtrũ ſeruare vtriq; volũt/ſeruẽt:quos cõtra pdere/pdãt:dũ ſecãt:vrũt:& inſtituto q̃ſi quodã tributo
mercedẽ referũt:cũq; multa cogãt expẽdere,nihil aut parũ admodũ p ęgrotãte erogãt:reliqs aũt ipſi
familiareſq; vtũt:demũ acceptis pecuniis/vel a cognatis/vel ab inimicis ęgrotãtis ipſius , eũ mori co
gũt.Gubernatores quoq; alia q̃dã hui⁹ gñis pmulta patrare dicunt:q̃ſi hoĩes ſępe ex inſidiis in receſ
ſibus qbuſdã ſolos deſtitutoſq; relinquãt:& offenſionib⁹ erroribuſq; in pelago factis,ĩ mare illos eiici
ant:in aliiſq; nõnullis lędãt.Figam⁹ itaq; nos his cauſis laceſſitos cõſulere quo pacto auctoritatem his

Quid potiſſimũ intendẽdũ ſit a regib⁹ & ciuili arte.

Q: multitudo nõ põt regere.

Perfecta adminiſtratio apud vnum vel paucos.

Si leges immutabiles ferrent, quid incõmodi ſequeretur.

artib⁹ auferam⁹:ne libere vlterius,aut ſeruis hoībus,aut liberis dominenť:ꝓptereaq́ cœtu facto nos
ipſos cõcurrere,vel oēm populū cõuocare,vel diuites tm̄:vbi etiā rudiū hominū,& artificū aliorꝝ de
nauigio morbiſq́ cõſilium audiať:quo pacto medelis inſtrumētiſq́ medicorū erga ęgrotos vti ꝑpor-
teat:itē nauibus,& earū instrumētis ad nauigādū,periculaq́ ꝓcellarū,& fluctuū deuitanda, & pira-
tarū inſidias euadēdas:ac etiam ſi mari longis nauib⁹ aduerſus ſimiles ſit pugnādū:qua rōne vti his
deceat.Fingamus itē nos his de rebus ſentētias turbę vel medicorū quorūdā gubernatorūq́,vel rudi
um aliquorū de his cõſulantiū in publicis qbuſdā tabulis colūniſq́ inſcribere:& mores quoſdā rituſ
q́ nō ſcriptos tanq̄ patrios cõſtituere:adeo vt reliquū oīne tēpus ad horū normā nauigandū ſit atq́
medēdū.SO.Mira quędā finxiſti.HO.Praeterea quotānis populi principes conſtituere,ſiue ex diuiti
b⁹,ſiue ex oī pplo ſorte electo:q ſecūdū ſcriptas īſtitutiōes,& naues gubernēt,& ęgrotātib⁹ medeanť.
SO.Hęc ſupioribus quoq́ duriora videnť.HO.Videamus ꝑterea qđ hinc ſequiť.Cū ānui magiſtra
tus cuiuſq́ tēpus exactū fuerit,neceſſe erit cõſtituto iudicio,aut ex electis diuitib⁹,aut ꝑ ſortē ex vni-
uerſo populo,in id arceſſere viros magiſtratibus functos:eoſq́ corrigere:adeo vt liceat volēti cuilibet
actiones illorū ꝑteritas īprobare:quaſi aliter q̄ leges iubeāt,& patria cõſuetudo doceat,aut naues gu-
bernauerint,aut ęgros curauerint:& q aliter feciſſe depꝛhendenť,lata ſnīa,vel ſupplicio,vel alio quo-
dā detrimēto a iudicibus dānabunť.SO.Nōne quūq́ magiſtrat⁹ eiuſmodi ſpōte ſuſcipiet:merito qđ
uis ſuppliciū dānūve patieť?HO.Ad hęc inſuꝑ legē ferre oportebit:ſiqs ꝑter ſcriptas cõſtitutiōes na-
uigādi rationē aliquā inferat:vel valitudinis naturā circa vētos,& calores,& frigora ꝑſcruteť:& cir-
ca hęc ingenio ſuo philoſopheť,& doceat:prīo qdē hūc neq́ gubernatorē eſſe:neq́ medicū nominan-
dū:ſed curioſum quēdā delirūq́ ſophiſtā.deinde poſſe a quolibet in iudiciū trahi,quaſi iuniores alios
corrūpat:ſuadeatq́ gubernatoriā,& medicinā ꝑter legū īſtituta tractare,ſuoq́ arbitratu naues mor
boſq́ curare:ac ſi ꝑter leges iuuenib⁹/aut ſenib⁹ ꝑſuadere quēq̄ reperiať,extremis ſuppliciis affici.neq́
enim oportere quēq̄ legib⁹ ſapiētius eſſe. neq́ enī illū ignorare aut medicinę ſanitatiſq́ naturā,aut gu
bernandi nauigādiq́ optimā rōnē:quippe cū volēti cuilibet liceat ſcripta moreſq́ ꝑdiſcere. Si hęc ita
cõtingāt circa ſciētias quas narrauimus,aliaſq́ ꝑmultas,vt ſecūdū ꝑſcripta potius q̄ ſecūdū artē aga
tur:qd dicemus o Socrates?vtputa ſi idē cõſtituať circa rē militarē,oēmq́ venationē: picturā quoq́,
& vniuerſam imitationē:architecturā,& oēm inſtrumētorū ſupellectiliūq́ effectionē: agriculturā at
q́ oēm arborū curā:& equorū armētorūq́ oīm cuſtodiā,vaticiniūq́,& variū miniſtrorū obſeqū,ta-
lorū ludū,arithmeticā nudā:vel eā q circa planū aut ꝓfundum aut velocitatē tarditatēq́ verſatur.
SO.Dicemus plane:q́ ſi ita res ſe haberēt,artes oēs fundit⁹ ſubuerterenť:neq́ deinde renaſcerenť vn
q̄,ob hāc ipſam legē quae rerū nouarū indagationē vetat.Quāobrē vita quę nūc difficilis eſt,tūc pror
ſus intolerabilis fieret.HO.Quid ad hoc?Si ſecūdū ꝑſcriptas leges fieri ſingula cogeremus, legibuſq́
ipſis ꝑficeremus virū quendā,vel conſenſu populi deſignatum,vel ſorte creatū,q ſpretis legibus aut
lucri cauſa/aut ꝓprię libidinis gratia,alia qdā ꝑter hęc q̄ ſunt inſtituta,cū ignarus ſit,agere tentet:nō
ne hoc priori malo deterius?SO.Maxime.HO. Etenim qſqs imperit⁹ audet ꝑter leges illas agere quae
multa peritia latę ſunt a cõſultoribus his qui gratioſe cõſultātes populo leges eas accipere perſuaſe-
rūt,ſcelus cõmittit ſuperiori peccato longe deterius:ac multo magis q̄ ſcriptae leges,officia vitae cõ-
fundit atq́ peruertit.SO.Magnopere.HO.Quapropter ſcđo loco ꝑſtat:vt hi q aliqua de re leges con
ſcribūt/neminē ꝑmittāt aliqd vnq̄ ꝑter illas efficere ſiue vnus iſtud,ſiue populus aggrediať. SO.Sci-
te.HO.Nōne imitationes quędā veritatis ſingulorū haec erūt:quę ab intelligētibus quoad fieri pōt,
conſcripta fuerūt?SO.Nihil obſtat.HO.Atq ſi recordamur/ciuilē reuera hoiem atq́ peritū in ſupe-
rioribus diximus multa ſępe arte facturū ꝑter inſtituta q̄ antea ſcripſerat:quotiēs potiora quędā iis
q̄ reliqt abſentibus,inueniſſe putauerit.SO.Diximus ꝓculdubio.HO.Nōne qſqs aut vir vnus aut
populus,cui leges ꝑſcriptę ſunt,pręter eas aliud qddā tanq̄ melius aggrediť:idē ꝑ viribus qđ ver⁹ il
le ciuilis vir agit?SO.Summopere.HO.Siq igiť imperiti id agerēt/imitari qdē verū ipſum anniterē-
tur:peruerſe tñ imitarenť. Siqui aūt periti idē cõtēderēt,haud ampli⁹ imitatio hoc,ſed ipſum illud ve
riſſimū eſſet.SO.Oino.HO.Enīuero ſupra id iter nos cõuenit:artē nullā multis cõpetere.SO.Cõue
nit certe.HO.Ergo ſi ars qdam regia facultas eſt/turba diuitū/& populus oīs nūq̄ ciuilē hanc ſciam
nāciſceť.SO.Nunq̄.HO.Oportet itaq́ reſp. eiuſcemodi ſiqñ verā illā gubernationē vnius viri arte
īperantis ꝑ viribus imitaturae ſunt,nūq̄ aliqd ꝑter ſcriptas leges moreſq́ patrios aggredi.SO.Egre-
gie locutus es.HO.Qñ illā diuites imitantur,remp.ipſam optimatū gubernationē vocamus: qñ ve
ro leges pro nihilo habent,paucorum potentiam.SO.Apparet.HO.Quinetiā quotiēs vnus domina
tur ſecundū leges/ſcientem illū imitatus/regē vocamus:nō diſtinguētes nomine illū qui ſciētia ſolus
imperat/ab eo qui opinione ſecūdū leges ſolus etiā dominať.SO.Ita videtur.HO.Nōne igiť ſi vnus
vera ſcientia praeditus imperat,idem nomē hoc eſt regiū habet:nec alio cognomēto ſignificatur?Nā
ex quinq́ nominibus gubernationum ciuiliū quas narrauimus,vnum ſolum hoc erat.SO.Videtur.

Incommoda q̄ ſequūtur ſi lex firma,& ars teneantur.

Si quiſq̄ inertem praeponereť legib⁹ quid mali ſequeretur.

Leges eſſe veritatis imitationes.

Qui rex ſit gubernando.

HO.Quid porro?quotiēs neq; ex lege,neq; ex more qſpiā drāf:& quaſi ſciens ſimulat hoc vltra leges
agi oportere atq; pſtare:ineſt aūt libido q̄dā,& ignorantia dux imitationis eiuſmodi:an non vir talis
tyrannus eſt appellādus?SO.Et maxime qdē.HO.Hac rōne rex extitit vt diximus:& tyrānus : pau
corum potētia,optimatū gubernatio,nec nō popularis adminiſtratio:cū ægre ferrent hoīes vni⁹ im-
periū,diffiderentq; virū talē repiri aliqñ poſſe tāto imperio dignū,q & poſſit & velit virtute & ſcien-
tia imperans ſancte & iuſte ſuū cuiq; ius tribuere : timerētq; pterea ne forte vir vnus licentiā nactus
quēlibet p libidine lęderet,& opprimeret atq; necaret.qñ ſi talis quidā qualē figurauimus nobis oc-
curreret, amaref pfecto eius adminiſtratio:q̄ ſola oīm rectiſſima eſt:cōducitq; ad bene beateq; viuen
dū.SO.Sane.HO.Nūc aūt poſt q̄ nō naſcif rex talis in ciuitatib⁹:q̄lis iter apū examina ſtatī a pricipio
tā corporis q̄ animi habitu cæteros antecellēs:neceſſe eſt coetu cōſultantiū facto inſtitura cōſcribere,
veſtigiaq; veriſſimæ reip.illius pcurrere.SO.Sic apparet.HO.Et miramur o Socrates q; in guberna-
tionibus huiuſcemodi mala eueniāt vēturaq; ſint:eo iacto fundamento:quo non ſciētia,ſed inſcriptis
qbuſdā inſtitutiōibus moribuſq; agere cogimur! Nulli ſane dubiū eſt,quin iſtis alia q̄dā gubernatio
vel ciuitas vtēs, oīa q̄ ita fiunt,ſit funditus euerſura.Illud aūt mirū potius videri debet,q̄ robuſta ex
Ciuitas ſuapte natura robuſta. natura ſit ciuitas.nā nūc ciuitates nōnullę ſic diu infectę pmanēt nihilominus neq; corruūt:multę tñ
nauiū iſtar ſubmerſę pierūt, peūt,atq; pibūt,ob gubernatorū nautarūq; īprobitatē:q in reb⁹ maximis
extrema quadā ignorātia detinentur:qñ cū rerū ciuiliū prorſus ignari ſint,in iis tñ ſapere ſummope
re arbitranf.SO.Vera loq̄ris.HO.Cū igif oēs non rectę reſpu.ſint ad cōuiuēdū difficiles,videndum
q̄ leuior,quęve oīm oneroſiſſima:et ſi minus ad id de quo nunc agimus,ptinere videf:verūtamen ad
vniuerſum forte reſpiciētes cuncta huius gr̄a facim⁹.SO.Ita prorſus agēdū.HO.E trib⁹ vnā atq; eā-
dē facillimā ſimul,& difficillimā ferūt.SO.Qui iſtuc ais?HO.Nō aliter q̄ ſupra tetigerim: tres.ſ.eſſe
primū ciuiles gubernationes:vnius,paucorū,atq; multorų,ſupiorē ſermonē āplificās.SO.Erāt & ſu-
pra.HO.Singulis aūt in duas diuiſis,ſex efficiam⁹:rectāq; ipſam vt ſeptimā ab aliis ſecernamus.SO.
Septē hic introducunf gubernatiōes:& earū oīm pulchra cōpatio. Quo pacto?HO.Vnius principatū in regnū,& tyrānidē diſtribuimus.Dominationē vero q̄ nō mul
tis cōpetit, in ſpeciē vnā quę laudanda eſt,optimatū.ſ.gubernationē:alterā q̄ vituperāda, paucorum
potētiā.At multorū adminiſtrationē tūc ſimplicē poſuimus,popularē gubernationē denominantes.
nunc rurſus & hāc duplicē eſſe dicamus.SO.Qua rōne hāc diuidemus?HO.Nō alia q̄ reliqua,etiā ſi
nomē huius ſit geminū.Verū tā huic q̄ aliis cōmune hoc eſt,vt vel leges ſeruēt vel tranſgrediantur.
SO.Eſt vtiq;.HO.Tūc ſane rectā gubernationē q̄rētib⁹ partitio hęc nequaq̄ expediebat:vt ſupra mō
ſtrauimus.Poſt q̄ vero illā ſegregauimus,cęteraſq; veluti neceſſarias introduximus,in his iā legis ſer
uatio,& tranſgreſſio ſingulas bifariā partiunf.SO.Ita videf ex eo q nūc eſt dictus ſermone.HO.Vni
us igif dominatio bonis cōiuncta cōſcriptionibus,q̄s leges vocauimus,oīm ſex optīa eſt : legū expers
dura eſt,& ſubiectis oīm oneroſiſſima.SO.Apparet.HO.Gubernationem vero in qua non multi cō-
municāt,quoad vtraq; ſpectat mediā cēſere debem⁹:quēadmodū q̄d paucū eſt inter vnū multave me
diū obtinet.cæterū multorū adminiſtrationē ſecūdū oīa debilē:vtpote quę ad alias cōparata nihil ma
gnū,ſiue bonū valeat,ſiue malū: ppterea q; magiſtrat⁹ ad exigua redacti ſunt,in multoſq; diuiſi.Qua
propter legitimarū oīm rerūpub. hęc deterrima eſt:iniquarū optima.Ac ſi oēs īteperatę ſint,in popu
lari pſtat viuere:ſi tēperatę oēs,minime oīm in iſta viuendū.In prima vero vitā agere potiſſimū eſt at
q; optimū, excepta ſeptima.Illā nāq; ab oībus aliis gubernationib⁹,nō aliter q̄ ab hoīb⁹ deū ſecernere
decet.SO.Videnf hęc ita fieri/atq; contingere:& vt ings agendū.HO.Nōne & oēs harū rerūpubli-
carū adminiſtratores/pter ſcitū prudētis reip.principē ſegregare decet:vtpote q non ſint reuera ciui
les,verū ſeditioſi/ſimulacrorūq; ingentiū pſides/eorūq; pſimiles/imitatores maximi/maximiq; pręſti-
giatores/ſophiſtarūq; ſophiſtę!SO.Cognomētū hoc iis q ciuiles dicunf cōpetere iure videf.HO.Iā tā
dē ab arte ciuili Cētaurorū illā Satyrorūq; choreā vix ſeparauim⁹ : quā ſupra cernere nos dicebam⁹/
& a ciuili ſepandā arbitrabamur.SO.Videf.HO.His pterea duri⁹ q̄ddā reſtat:q̄d eo difficili⁹ a rege
diſcernif/quo illi eſt natura cōiūctius:ideoq; idē nobis q̄d aurū effodiētibus cōtigiſſe videf.SO.Quē
admodū?HO.Terrā/& lapides aliaq; pmulta ab illo primū artifices ſeparāt:ſupſunt aūt poſt hęc co-
gnatiora quędā auro ptioſioraq; cōmixta:igni ſolo ab auro ſecernēda/æs/argētū/q̄nq; etiā adamas:q̄
vix tandē facto ad ignē examine ſegreganf,pmittūtq; aurū purū/atq; ſincerū in ſeipſo diſcerni . SO.
Ita de iis ferf.HO.Eadē rōne & nos nūc videmur a ciuili ſcīa aliena & lōginqua admodum ſeparaſſe
Oratoriæ facultatis maieſtas. honoranda vero/& pxima religſſe.Quorū ex numero eſt/pfectura exercitus/iudicialis pretura/orato
ria dignitas cū regia auctoritate cōmunicans:dū q̄d iuſtū eſt perſuadet:& cū illa publicas res guber-
nat:quæ mō quodam facile ſegregans quiſpiam nudum/ac ſolum illū quem quęrim⁹ nobis oſtendet.
SO.Haud dubium eſt hoc omni ſtudio experiundum.HO.Experientię quidem cauſa patefiet : per
muſicā vero demōſtrare ipſū aggrediamur.Ac mihi dicas.SO.Quid dicā?HO.An eſt diſciplina no
bis aliqua muſicæ artiumve quę manuum miniſterio opus peragunt?SO.Eſt.HO.Verū dicem⁹ cir

ta hęc oīa ſciētiā aliquā eſſe,ꝙ doceat ꝙ artiū diſcēda ſit,quæ minime?SO.Eſſe plane dicemꝰ.HO.Nō
ne hanc ab aliis eſſe diuerſam?SO.Et hoc. HO. Vtrū ipſarum nullā alteri dñari:an huic illas? an po-
tius hāc oīm procuratricē aliis pſidere,atq; aliis vtiq; īperare dicemus eam,quę de ſingulis artibus ꝙ
diſcendę ſunt,quæ nō diſcendæ diiudicat:Et docenti igitur,& diſcenti imperare illam aſſeris? SO.
Prorſus.HO.Et eā quę iudicat pſuadēdū ne ſit an nō,illi quę pſuadere pōt?SO.Quid ni?HO.Perſua
ſionē illā quę ad turbā fit p cōfabulationē quādā exhortationēq; potius ꝙ doctrinā,cui potiſſimū ſciē
tię tribuemus?SO.Cōſtat oratorię tribuendā eſſe.HO.Cuius artis officiū dicimus,iudicare vtrū vi
an pſuaſione vti,& in qbus,& ad quos vti deceat?SO.Eius ꝙ pſuadēdi dicēdiq; peritię dominat. HO.
Eſt aūt ea vt arbitror,alia nulla pręter ciuilis hoīs facultatē.SO.Præclare.HO.Sic ergo ſtatim orato
ria a ciuili diſtincta videt,vt alia quędā ſpecies,ciuili nihilominus ſeruiens.SO.Certe.HO.Quid in-
ſup de hac potētia cogitādū?SO.Qua?HO.Qua pugnamus aduerſus eos qbꝰ bellū indiximꝰ. Nū ar
tificioſā hāc?an artis exptē eſſe dicemꝰ? SO. Quiſnā artis exptes præfecturę reiq; militaris oīs actiōes
dixerit?HO.Facultatē vero illā quæ conſultando prudēter deliberare poteſt qbus cum bellū gerēdū
ſit,vel pax ineūda,nunqd ab ea diuerſam,an eādem cum illa putabimus?SO.Diuerſam:ſi in ſuperio
ribus ſtamus.HO.Nōne ſi ſuperiorū rōnem ſeqmur,hāc quæ de bello conſultat,illi ꝙ bellū gerit,do
minari dicemꝰ? SO.Et id ipſum.HO.Quā vero potiſſimū facultatē pręter regiā ciuilium diſciplinā
tam ampliſſimę potentiſſimæq; arti,rei ſcilicet militari vniuerſę imperare dicemus?SO.Nullā pror
ſus aliam.HO.Sciētiā igitur eorꝫ qui ducunt exercitus,cum obediat,& ſeruiat alteri: haudquaꝗ ci
uilē ipſam eſſe ſciētiam affirmabimus.SO.Haud ſane deceret. HO.Age iam pręctorū qui iuſte ſingu
la iudicāt,potentiā cogitemus.SO.Cogitemꝰ. HO.Nūqd vltra cōmerciorum iura legitima auctori
tas illiꝰ extendit,vt circa hęc conſideret qd iuſtū,quid nō:& ad normā legū quas rex ipſe cōdidit reſpi
ciens de ſingulis iudicet,ppria virtute ſemp adhibita:per quā neq; muneribus,neq; minis,neq; cōmi
ſerationibus,neq; odio,neq; amore leges tranſgrediat:& pter ius alternas cauſas dirimat?SO.Nō ali
ud certe ꝙ nūc abs te dictū,iudicis eſt officiū.HO.Conſtat itaq; vim iudicū non eſſe regiā maieſtatē:
immo & legū cuſtodiā regiſq; pediſſequā.SO.Apparet.HO.Quiſqs artes quas memorauimus cun
ctas conſiderauerit,cogitare debet earū nullā eſſe ciuilē quā quęrimus diſciplinā:quippe cū regię ma
ieſtatis officiū ſit nō vt ipſa quidē agat,ſed vt agere potētibus imperet:cognoſcatq; principiū, atq; p
greſſum eorū ꝙ in ciuitate ſunt maxima:quidve decorū,& opportunū ſit:qd contra:alias vero facul
tates iuſſa capeſſere,& mādata trāſigere.SO.Optime.HO.Quāobrem artes illę quas modo narraui
mus,cū neq; ſuiipſarū,neq; inuicē dominę ſint:ſed ſingulę ppriis qbuſdā incūbāt operibus: merito
ex actionibus propriis propria ſortitę ſunt nomina.SO.Apparet.HO.Eā vero quæ cunctis his præ-
ſidet,legumq;,& omniū quę in ciuitate ſunt,curā habet,oīaq; cōtexit,merito cōmuni appellatione cō
prehendentes,ciuilē ſciētiā nuncupabimus.SO.Omnino.Nunqd in pſentia ſecundum textoriæ fa-
cultatis exemplum illam percurrere volumus:poſtꝗ oīa quę in ciuitate ſunt genera,patefecimꝰ?SO.
Maxime.HO.Declarandū deinceps,vt videt,quę ſit cōplexio regia:& qua ratione cōplicet texatq;:
qualemq; texturam nobis efficiat.SO.Conſtat.HO.Res quidē demonſtratu difficilis: ſed quoniam
neceſſaria viſa eſt,pro viribus declarāda videtur.ꝙ enim virtutis pars a ſpecie virtutis diſſentiat,fa-
cile poteſt aduerſus multorum opinionem a contētioſis hominibꝰ probari.SO.Haud intelligo. HO.
Sic forte intelliges.Fortitudinē arbitrari te puto partē aliquā virtutis eſſe.SO.Penitus.HO.Tēperā
tiam autem a fortitudine eſſe diuerſam:eſſe tamē eiuſdē partem cuius eſt fortitudo.SO.Ita.HO.Mi
rū quēdam de his ſermonem proferre audendū.SO.Quem?HO.Q; duo hęc quodāmodo multis in
rebus ſibi inuicem plurimū aduerſantur.SO.Qua ratione id ais?HO.Inauditū hoc.ſiquidem partes
virtutis omnes mutua inuicē amicitia vinciri dicunt.SO.Vtiq;.HO.Conſideremus itaq; diligēter,
vtrum hoc ita ſimplex ſit,an differentiā horū maximam in cognatis quodāmodo habeat.SO.Nem-
pe.ſed dicas vbi conſiderandum.HO.In oībus quęcūq; pulchra vocamus:& ad duas inter ſe contrari
as ſpecies ea referimus.SO.Dic apertius aliqd.HO.Laudaſti ne vnꝗ,aut aliū laudantē audiſti acumē
velocitatēq; vel corporū vel animorū vel vocū:ſiue horū ipſorū:ſeu etiā ſimulacrorꝫ quęcūq; vel mu
ſica vel pictura efficit imitando?SO.Sępenumero.HO.Recordaris quomō illa in vnoquoq; iſtorum
laudant?SO.Minime.HO.An ita hęc vt intelligo explicare verbis potero?SO.Quid prohibet? HO.
Facile hoc exiſtimare videris.quare ipm in generibꝰ ſub cōtrariis cogitemus. Quotiens admiramur
actionū multarū velocitatē,vehemētiā,acumē,tū cogitationis,tū corporis,tū etiā vocis, vna quadā
laudis appellatiōe vti ſolemus,noīe fortitudinis ſemp adhibito.SO.Quo pacto?HO. Acutū dicimꝰ
& forte:velox & forte:vehemens & forte.haſq; naturas cōmuni fortitudinis noīe laudare ſolemꝰ.SO.
Profecto.HO.Nōne etiam quietę generationis ſpeciē in multis actionibꝰ ſępe laudauimus?SO.Val-
de.HO.Nonne cōtrariis in hac,atq; in illis laudibus vtimur?SO.Quēadmodum?HO. Quieta hæc
ſunt,ſępe dicimus,& tēperata:& hęc circa cogitationem amamus laudamuſq;: circa actiōes tarda,&

Q; oratoria ē ſubiecta ciuili

Quō oratoria a ciuili diſtin-guatur.

Q; pfectura exercitꝰ ſubiecta ſit ciuili.

Q; iudiciaria eſt regis pediſſequa.

Quę ciuilis ſcientia.

Qualis ſit texturą regia.

mollia:circa voces lenia atq; grauia,& oēm rhythmiticū numeroſumq; motū omnēq; muſam oppor tuna tarditate vtentē:hiſq; oībus moderationis nomē:nō fortitudinis adhibemꝰ.SO. Vera nimium loq̄ris.HO.At quotiēs opportunitatē iſta nō ſeruant:contra mutatis noībus vituperamꝰ.SO.Quō? HO.Cū acutiora fiunt velocioraq;:& aſperiora ſiue duriora q̄ opportunitas exigit,dicimus cōtume lioſa,petulātia,furioſa.Cum vero grauiora,tardioraq;,& molliora fiunt,timida ineptaq; dicimus,& ignaua:atq; vt plurimū horū tēperātięq; naturā,& fortitudinē cōtrariorū, vtpote hoſtiles ideas:& ī ſe inuicē ſeditioſas inueniemus neq; inuicē in actionibus quę circa talia verſanť commixtas eſſe: neq; eos inſuper,quorū hæc in animis inſunt,inter ſe conſentire,ſed diſcrepare potius ſi diligenter inueſti gabimus.SO.Qui iſtuc ais?HO.In iis inquā oībus q̄ retulimus : quin & in aliis vt conſentaneū eſt ꝑ multis.nā cum vtriq; pro naturæ ſuæ conueniētia:partim res vt proprias ſuaſq; laudent,partim alie nas vt extraneas reprobēt:in multis deniq; aduerſarii inter ſe vehementes euadunt.SO. Videntur. HO.Altercatio hęc ſpecierū taliū in q̄buſdā ludus quidā eſt:in maximis aūt rebus morbus fit oīm ci uitati grauiſſimus.SO.Qualibus in rebus inquis?HO.In omni vt cōſentaneū eſt cōſtitutione viuen di.Nā qui cęteris modeſtia p̄ſtant, vitę trāquillitati ſtudēt:ſua ſemp priuatim agētes, pacis auidi cō cordięq; tam erga hoīes alienos,q̄ erga conciues & ꝓprios.Atq; huius amoris exceſſu fit : vt dū ſuis

Quę mala ori untur ex itēpe rantia.

priuatim incūbūt operibus,clā & ipſi imbelles eneruatiq; reddantur:& iuniores ſuo exemplo demol liant:& effœminēt.Vñ inuadētibus quibuſlibet expoſiti ſunt:ac breui ipſi,natiq;,& patria omnis clā amiſſa libertate ſuccumbunt.SO.Durum valde morbū grauemq; narraſti. HO. Qui vero ad forti tudinē magis q̄ oporteat declinantes bellicoſam vitā vehemēter affectāt,hi ſæpe patrias ſuas ad bellū ꝓuocant,& hortanť,atq; ita gētes plurimas,& potentes ſuis infenſas ciuibus reddunt. Quapropter vel funditus ciuitates ſuas euertunt:vel imprudēter in hoſtiū redigūt ſeruiturē.SO. Sic quoq; acci dit.HO.Ergo quis neget in his hęc vtraq; ſibi inuicē plurimum aduerſari?SO.Nemo vtiq;.HO.An nō qđ ab initio q̄rebamus,nunc inuenimꝰ?:ꝙ videlicet partes virtutis quędā nō paruę natura & ipſæ ſecū pugnant,& habētes eas diſcrepare inter ſe plurimū faciunt?SO.Apparet.HO.Hoc itidē aſſuma mus.SO.Quidnā?HO.Vtrū ſciētia aliqua ex his quarū actio in cōponendo verſať,opus aliquod ſuū

Oīs ſcia abiī cit mala:vtilia captat.

vel viliſſimū ſponte ex malis,& bonis quibuſdā cōſtruit?An potius oīs ſciētia praua ſemper ꝓ viribꝰ abiicit,apta vero,& vtilia captat?Ex his aūt partim ſimilibus,partim diſſimilibꝰ oībꝰ in vnum colla tis vnā quādā vim ideamq; conflat?SO.Iſtud potius.HO.Nunq̄ igiť vera ſecundū naturā ciuiliū re

Nulla ſcia fa cit opꝰ ex ma lis & bonis.

rū peritia ex malis boniſve hoībus ciuitatē vllā ſpōte conſtituet.immo diſciplina vnūquēq; primum examinabit:factoq; examine,idē poſtea munus cōmittet illis q in erudiēdo ipſi ſubminiſtrare valeant quibus ipſa ſic ſedulo prędidebit mandabitq;,vt textoria ars carminatoribus cęteriſq; lanificii p̄para toribus prędidet:talia pręcipiens ſingulis,qualia ad texturā ſuam conducere arbitratur.SO. Ita pror

Officia q̄dam regię maieſta tis.

ſus.HO.Eadē ratione regia maieſtas mihi videť oībus legē ſequētibus eruditoribus educatoribuſq; præſidens id dūtaxat vt exerceāt doceātq; permittere,qđ ad ipſius ſeriē attinēs mores decoros indu cit:eos aūt q mores fortitudinis,& tēperātię cęterarumq; virtutū aſſequi nequeunt,ſed prauitate na turę ad impietatē petulantiā iniuſtitiāq; raptātur,ex cœtu ciuiū eiicit:exilioq;,& morte,& extremo opprobrio damnat.SO.Ita quodāmodo tradiť.HO. Ignaros aūt puſillanimeſq; homunculos ſeruili miniſterio ſubiugat.SO.Scite admodū.HO.Cęteros aūt quorū naturę ad generoſum habitū ꝑ diſci plinam euehi poſſunt:arteq; mutuā īuicē cōmixtionē ſuſcipere, ſeruat atq; tutatur.Harū vero illas quæ magis ad fortitudinē vergunt,ſtaminis vicē propter ſolidū morē tenere cenſet: illas autem quæ ad modeſtiā,mollis,piguiſq; materię:ac ſecūdū imaginē vicē hēre ſubtegmīs crocei coloris vel floſcu li.Atqui vtraſq; in cōtraria natura tendētes hoc modo vincire inuicē,& cōtexere nititur.SO.Quō? HO.Primo quidem ſecūdū cognationis naturam animę ipſorum partem quę ſempiternę generatio nis eſt,diuino vinculo nectit:poſt diuinā autē illā quę animalis naturæ eſt,humanis.SO.Quomodo iſtud?HO.Quotiens in animis fit vera ſtabiliſq; opinio de pulchris iuſtiſq;,& bonis, horūve contra riis,diuinam illā in genere dęmonico,id eſt ſcito atq; felici fieri aſſero.SO.Decet ſane.HO.Scimus ne oportere ciuilem virum ac bonum latorē legū,ſolū poſſe regia muſa hoc illis inſerere:qui recte diſci plinæ vt decet participes ſunt:quoſve modo cōmemorauimus? SO. Conſentaneum id quoq;. HO. Qui vero id facere o Socrates nequit,nominibus modo quęſitis appellari non debet.SO. Non certe. HO.An nō fortis animus ſi veritatis huiuſmodi ſit particeps māſueſcit?atq; ita maxime iuſte inter alios viuere,& agere cupit?ſin autē oīno ſit expers,ad ferinā naturā delabiť? SO. Proculdubio. HO. Atqui & modeſtus natura animus opinionibꝰ illis imburꝰ,reuera tēperans moderatuſq; adeo vt rei publicę vtilis ſit efficitur. Vacuus aūt turpē ſtoliditatis ignauięq; reportat īfamiā. SO. Valde. HO. Nōne dicendū eſt cōplicationē vinculumq; huiuſmodi,inter malos ac malos, ſeu bonos,& malos nū q̄ indiſſolubile permanere?neq; ſciētiā vllam hoc ad eiuſmodi homines vinciendos de induſtria vti? SO. Vtiq;.HO.Illis autem quos generoſis moribus natura donauit,& ad naturæ normam educauit

conſuetudo,ſolis hoc a lege tribuit̃:idq; in his artificioſum quiddã pharmacũ & remediũ ẽ: & hac ra
tione illa ipſa quã ſupradixim⁹ partiũ virtutis natura cõtrariarũ pugnantiũq; cõciliatio diuinior cõ
ficit̃.SO.Vera hęc ſunt.HO.Cum diuinũ hoc vinculũ cõſtet extetq;:facile & inueniri,& perfici hu
mana vincula poſſunt.SO.Qua rõne?& q̃ potiſſimũ?HO.Cõiugia inquã maris & fœminæ ad filiorꝫ
procreationẽ.plurimi eñ circa hęc,tũ accipiẽdo,tũ dãdo aberrãt.SO.Quãobrẽ?HO.Diuitiarũ quidẽ
potentiarũq; ſtudia in reb⁹ hmõi,quiſnã,vt æſtimatiõe digna dãnare cõtẽdat? SO.Nullus.HO.
De illis autẽ quib⁹ gen⁹ curę eſt,loqui pręſtat,ſi quid forte pręter modũ agãt.SO.Aequum eſt.HO.
Agũt aũt nulla quidẽ ratione recta,pręſentẽ voluptatẽ ſecuti:& quatenus ſuis ſimilib⁹ delectant̃, diſ
ſimilibus vero minime,eatenus difficultati plurimũ tribuũt.SO.Quo pacto?HO.Modeſti ſiquidẽ
hoĩes mores ſui ſimiles quęrũt:& quoad poſſunt cũ talibus tã dando q̃ accipiendo matrimonium ine
unt.Fortes quoq; natura,ſimile ſibi genus adſciſcunt:cũ oporteret cõtra oĩno ab vtriſq; his generi
bus fieri.SO.Quomodo?& quã ob cauſam?HO.Qm̃ fortis naturę hęc eſt conditio,vt in multis ge
nerationib⁹ expers tẽperantię permanens,principio ſit robuſtior:tandẽ vero in furorẽ verſa deficiat.
SO.Cõuenit.HO.Rurſus aĩa pudore abundãs,audacia vero fortitudinis vndiq; carens,ſi p multas
ſimiliter generationes tranſeat,ſegnior ſit q̃ decet: ac demũ extremo quodã torpore ſubmergit̃.SO.
Id quoq; ita contingere conuenit.HO.His vt diximus ligamentis vincire vtraq; hoĩm genera facile
poſſum⁹ hoc extante,vt vtraq; opinionẽ de bonis,& pulchris eandẽ habeãt.Hoc aũt vnũ, & integrũ
regię texturæ eſt opus,vt nunq̃ moderatos mores ſeorſum a fortib⁹ eſſe pmittat : ſed vtraq; ingenia
contexens inuicẽ p opinionis eiuſdẽ cõſenſionẽ,per honores vituperationeſq;,p alterna coniugia,telã
ex his lenẽ optimeq; contextã efficiat:hiſq; cõiter ſemp ciuiles magiſtratus muneraq; cõmittat.SO.
Quo pacto?HO.Vbi vnius ſufficiet gubernatio,hoĩem pditũ morib⁹ vtriſq; pficiet. Vbi pluribus
opus erit,vtriuſq; generis partes aliquas cõmiſcebit. Tẽperatorũ eñ principũ mores cauti admodũ
& iuſti: & ſalutares.Acri vero prõptitudine & vehemẽtia quadã ad agendũ idonea indigent.SO.Ita
de his quoq; videt̃.HO.Fortitudo aũt ĩ cautione,& iuſtitia illis cedit:in reb⁹ agendis plurimũ ante
cellit.Neq; vero poſſunt in ciuitate oĩa bene agi priuatim,& publice niſi ambo hæc adſint.SO.Non
certe.HO.Finẽ igit̃ ciuilis actionis recta plicatione cõtextũ tũc extare dicamus,qñ fortiũ,& tẽperan
tiũ ingenia cõcordia amicitiaq; cõciliãs,cõem illorũ efficit vitã.q ſane cõtextus pręclariſſimus oĩm ẽ
& optimus : alioſq; inſuper omnes in ciuitate tã ſeruos q̃ liberos protegẽs,& cõplectens hac textura
ſerieq; cõprehendit.Atq; ita dominat̃,& pręſidet ciuitati,vt nihil prętermittat eorũ q̃ quoad fieri po
teſt,beatã efficiũt ciuitatẽ.SO.Profecto nobis Hoſpes regiũ ipm̃ ciuilemq; virum egregie definiſti.

FINIS CIVILIS VEL DE REGNO.

Argumentum Marſilii Ficini in Protagoram.

EXtat apud gręcos veriſſimũ de Platone dictũ, Phoebũ videlicet duos præcipue fili
os genuiſſe,Aeſculapiũ,& Platonẽ.Aeſculapiũ quidẽ q corporibus, Platonẽ vero q
aĩs mederet̃.Socratẽ quoq; Socratici oẽs purgãdorũ gr̃a aĩorũ a deo miſſum fuiſſe
teſtant̃.Morbus aũt animi in falſis opinionib⁹ maliſq; moribus videt̃ cõſiſtere.Tan
tũ vero malũ ingenuis animis haud tã facile ab aliis,q̃ a ſophiſtis ſolet inferri.Pro
fecto philoſophi ſunt q veritatẽ ſtudioſe quęrũt veritatis dũtaxat ipſius amore.So
phiſtæ vero:q opinionẽ affectant ſiľr opinionis amore. Hi eñ q̃ſi diſciplinarũ mer
catores,& caupones vndiq; opiniones abſq; delectu varias cõgregant:tũ ad excogitandũ:tũ ad dicen
dum vtcunq; libuerit pertinẽtes: quas deinde quaſi venales diuitibus vendãt adoleſcẽtibus diuitia
rum,& inanis glotiæ gratia.Itaq; nihil vnq̃ habet penſi, verũ vera, vel bona an cõtra,aut ipi diſcant,
aut alios doceant:ſed & confundũt,& paſſim errores effundunt quotidie plurima:nulla prorſus re
ctę electionis habita rõne,mõ & diuitias cumulẽt,& vulgarẽ gloriã conſequant̃.Quãobrẽ neceſſe eſt
adoleſcẽtes atq; viros:q ſophiſtas ob ſapiẽtię opinionẽ,& eloquẽtiæ fucũ plurimi faciunt,quotidie ab
illis falſarum opinionũ peſſimorũq; morũ venena cõbibere.Siquidẽ mali mores, & falſas ſequunt̃ opi
niones:& facile ab auaris ambitioſiſq; pceptorib⁹:q nihilomin⁹ plurimi exiſtimant̃,in diſcipulos trãſ
fundunt̃.Plato igit̃ aĩorũ miſert⁹ tã pnc tã grauiter pclitãtiũ,frequẽtiſſime ſub Socratis ſui perſona
maleficos,veneficoſq; ſophiſtas p viribus deteſtatur,quo videlicet hoĩes diſcẽdi cupidi caute fallaces
deuitẽt Sirenũ cantus,& noxia pocula Circes. Neq; tñ ĩuectiuis eos manifeſtis effulminat:ne vel ipſe
perturbatione vlla odioq; in eos videat̃ adductus, vel ipſi ipſorũq; ſectatores,venenoſa in eum impu
dentiſſimæ linguæ tela retorqueãt.Ergo partim ironia,partim riſu,ſæpe ioco,& ludo,ſæpius hone
ſta quadã redargutione immeritã ſophiſtis auctoritatẽ conatur adimere.Id quidẽ in ſophiſta acutiſ

ſime pficit. Idē in Gorgia elegātiſſime. Facete admodū, & vrbane in Hippia. Scite & argute in Euthy
demo. Artificioſe etiā in Protagora: ſæpeq́ alr. Vbiq́ vero ſophiſtas oīa pfitētes inducit iactabūdos,
& glorioſos, temerarios inſup, & auaros. In principio quidē diſputatiōis ſatis aptos, paulatim vero i-
eptiores: poſtremo oīm ineptiſſimos: q nulla de re præcipue grauiori: vel qd ſit, vel quāta, vel qualis
intelligāt: cūq́ pfiteanť oīa, nihil eos oīno ſcire cōuincit. Hactenus in oēs Platonis dialogos in qb⁹ ſo
phiſtarū cōmemoratio fit præfatos eſſe ſufficiat. Pergamus iā ad Protagorā. Socrates a Diotima fati-
dica artē amatoriā didicit: p quā ſciebat p corpoꝝ pulchritudinē quaſi p veſtigia quędā ſagaciter ve-
nari, tū aī, tū mētis angelicæ: deiq́ pulchritudinē. eandēq́ artē vbiq́ docebat. De hac ei⁹ arte Plato, &
ſæpe alibi: & in Sympoſio ac Phędro pcipue ptractauit. Eandē in principio huius libri ſignificauit. Ic
circo ſubiūxit eū nō min⁹ amare virū q̄ adoleſcētē. Ac paulopoſt: ſeniores quoq́ amare ardētius: nō
ſapientiores appareāt. Poſt hæc Socrates dū Hippocratē adoleſcentē diſciplinarū auidiſſimum artifi
cioſiſſime monet: ne temere cuiuſlibet ſe diſciplię cōmittat, nō ſolū illū, ſed & nos cōmonefacit: vt cu
rā aī lōge magis q̄ corporis habeam⁹, caueamuſq́ diligēter ne diſciplinis ipm noxiis imbuamus. Eas
eñ magis obeſſe aio q̄ corpori noſtro venenū. Mox quaſi pictor ſophiſtarū faſtū vanitatēq́ aī oculos
ponit. Demōſtrat quoq́ quantū iuuētus credula eorū tū pōpā admireť, tū lenociniis capiať. Deinde
ad ea deſcēdit q̄ maximi ad vitā momēti ſunt: & quib⁹ ſophiſtę plurimū glorianť: quęrens de virtute
quidē omni, pręcipue vero de pręcipua. i. ciuili, p quā & ppria cuiuſq́: & familiaris: & publica res ad
ſummū bonū recta ratione diſponiť. Quā veluti pre cæteris neceſſariā Plato in oībus pene quęrit dia
logis: intereaq́ oſtendit hāc nullo modo a ſophiſtis eſſe petēdā: ſed quodāmodo a philoſophis: q cum
verū intelligāt colantq́ bonū, nimirū recto ad ipm tramite deo duce pducere poſſunt. Sed redeam⁹
nunc ad ſophiſtā: quem nō poſſe virtutē eiuſmodi, vel exēplo tradere, vel diſputatione docere, ex hoc
plane perſpiciť, ꝙ & ipſe virtutis eſt exps: & rectū diſputādi ordinē nō obſeruat. Cū eñ interrogetur
Protagoras hic a Socrate, vtrū virtus doceri poſſit necne: vtpote q veræ differēdi artis ſit ignarus re
cipit ſtatim ſe oſtenſurū virtutē poſſe doceri, anteq̄ quid ipſa ſit quotve ī partes diuidať apiat. Socra-
tes aūt tentādi ſophiſtę gřa argumentatur eā doceri non poſſe, his pene verbis. Qñ publice de aliquo
eius artis opificio cōſultať: q̄ a certis pręceptoribus doceri pōt, nullus admittiť ad cōſiliū pręter illos
qui artē eiuſmodi ab ipis pręceptorib⁹ didicerunt ipſiq́ exercuerunt. Qñ vero de publicis rebus quę
ad virtutē ciuilē ſpectant deliberať, omnes ferme ſimiliter admittunť: neq́ ab vllo quæritur: vtrum,
& a quo, & qñ peritiā ciuilē acceperit, quaſi oēs intelligāt eā certis in ſcholis diſci nō poſſe. Præterea ſi
ab altero alteri traderetur: pręcipue viri in ea clariſſimi rem hanc tam pretioſam ſæpe ſuis heredita-
rio quodā iure relinquerent. Ad hæc Protagoras lōgis pbat ambagibus doceri poſſe virtutē. In qui-
bus notanda quędam priſcorū refert myſteria. Decet eñ q̄uis ſophiſta ſit, nonnulla etiā legiſſe bona,
& cum prolixe loquatur apud Platonem, vtilia quædā adducere. Tradūt theologi veteres ſub terra
quondam animalia latuiſſe. i. in prima mundi materia rerū ſemina pręfuiſſe. Pręterea Iouē. i. deū mun
di opificē p ſequentes deos hoc eſt p ſtellas animalia ex elementis compoſuiſſe: Deos aūt miniſterio dę
monū animalia inſtrumentis adminiculiſq́ ad vitam neceſſariis armauiſſe: ea videlicet rōne: vt Pro-
metheus, q dęmonū ſublimiū ordinē ſignificat, armaret homines: Epimetheus aūt qui īferiorum dæ
monum refert exercitum bruta fulciret. neq́ id quidē iniuria, ſiquidē altiores dęmones naturę incor
porę atq́ rationali, humiliores aūt corporeę irrationaliq́ potius fauent. Quantū vero Epimetheus
inferiorq́ natura in his quę ad corpus pertinent fauit brutis, tantū Prometheus pvidentiaq́ ſuperi
or in iis q̄ ad aīm ſpectant hominibus conſuluiſſe videť. Cum eñ artis tribuit rationem, artificioſum
oīm q̄ natura beſtiis dederat, exhibuit fabrū. Accepit aūt artē ipſam vn a cū igne ab officina Mineruę
atq́ Vulcani. Minerua quidē in arte ingenium, Vulcanus aūt efficaciam cōtinet: ignis deniq́ īſtru
mētum. Gemina vero hæc numina Minerua Vulcanuſq́ primo quidē in ipſis artiū ideis excogitan-
tur. Deinde in Mercurii Martiſq́ virtutibus. Poſtremo in dęmonib⁹ gubernatorib⁹ artium. Ab his
igitur omnibus Prometheus rationalis aīę gubernator in hoiem traiecit artis induſtriam. Quoniā
vero diuinū id extitit donū, ſtatim ob ipam cū ſuperis cognationē homo veneratus eſt deū anteq̄ vel
loquereť, vel artes aliquas exerceret. Quippe cum diuinū mun⁹ ob mirificā eius potentiam prius eri
gat in diuina q̄ porrigat per humana. Prometheū vero ob id munus dolore affectū, ſignificat dęmo-
nicum ipm curatorē noſtrū, in quo & affectus eſſe pſit, miſericordia quadā erga nos affici, & conſide
rantē nos ob ipm rationis munus ab eo vel datum, vel potius excitatum, tāto miſerabiliorē vitam in
terris q̄ beſtias agere, quanto magis ſollicitā atq́ inexplicabilē. Quod quidē Pythagoras aīaduertēs
Epimetheū q̄tū ad hoc ipm ſpectat, Prometheo antepoſuit. Id aūt illi quodāmodo ſimile videť eſſe
Pœnitet me feciſſe hoiem, pinde memēto hoiem hic quēadmodū & apud Moyſem ex terra, & poſtre
mo creatū, lcē more q̄ſi moſaico mūdū initiū habuiſſe. Sed de his alias. Per eūdē Prometheū in Philo
bo diciť datū eſſe nobis a diis differēdi artē vna cū igne. Ars eñ differendi, vbi vniuerſalia in particu

laria diuidit,proceſſum terũ a ſuperioribꝰ repręſentat:vbi particularia viciſſim in vniuerſalia rite reſoluit,cõuerſionẽ rerum ad ſupiora deſignat:vbi definit & vbi demõſtrat,exiſtentiã rerum oſtendit: ibi quidẽ in ſeipſis,hic aũt ab aliis dependẽtiũ.Ideo diſſerendi facultas diuinũ eſt donũ,cũ diuinũ vniuerſi ordinẽ referat.Cũ igne vero data dicit:quia ignis ſimiliter diuidit:reſoluit:definit atq; demonſtrat.Itẽ quia rationalis facultas ignis inſtar illuminat intellectũ:accendit voluntatẽ:& vtrũq; eleuat ad ſublimia. Q; aũt tradit Prometheum ciuilem virtutẽ ſaluti hoĩm penitꝰ neceſſariã largiri nõ potuiſſe,ꝓpterea ꝙ virtus eiuſmodi penes Iouem ſit:quo Prometheo non licet aſcẽdere,ea ratione intelligendũ eſt,quia ciuilis virtutis officiũ eſt nõ ſolũ rebus humanis,ſed etiã artibus imperare:ſingulaſq; cũ ſingulis ordinare:cũctas deniq; in cõem oĩm formã dirigere.Idẽ vero officiũ Iouis ipſiꝰ ẽ in vniuerſo,qđ ĩ hoĩm genere apparet ſcientię ciuilis officiũ.Quãobrẽ nõ iniuria ad Iouẽ ipm ſpectat hãc nobis ex alto largiri.Vniuerſalis eñ virtus ad vniuerſalem Iouis pertinet ꝓuidentiam.Prouidentia vero dęmonũ particularis eſt,& anguſta: ideoq; in Iouis arcẽ neqt aſcẽdere:cũ anguſtior humiliorq; ꝓuidentia,ampliſſimã eminẽtiſſimãq; æquare nõ valeat.Iupiter igit ꝑ Mercuriũ.i.angelũ diuinę voluntatis interpretẽ,ciuilis ſcientię leges .i. voluntatis ſuę decreta ad humanę ſocietatis generiſq; ſalutẽ ſpectantia mentibus nr̃is inſcribit:inſcribit inquã,& ab initio,qđ Timæus aperte docet:& quotidie ꝑ angelos diuinã nobis volũtatẽ interp̃tantes:vñ intimꝰ in nobis præſidet iudex, inextinguibile rationis lumen,rectũ veri falſiq; & boni maliq; examen,ineuitabilis cõſcientię ſtimulus.ꝑ hãc deus infuſam omnibus legẽ oẽs ita ferme ad cõe dirigit bonũ,vt oẽs flãmas leuitate erigit ad ſuperna.Ab hac vtiq; ingenita lege lex deinde ſcripta ducit originẽ.Qđ quidẽ in ip̃o libri legũ exordio Plato aperuit dicẽs,nõ ab hoĩe:ſed ab ip̃o deo leges initiũ habuiſſe.Sed vt ad p̃ſentẽ dialogũ redeamus,ſubiungit Iouẽ ꝑ Mercuriũ cõdidiſſe legẽ:qua iubeant oẽs ciuilitatis eſſe participes:quippe cũ hęc ſola ſit vinculum ciuitatis:ip̃amq; ciuitatẽ iuſtitia,& pudore cõſtantẽ ait ad oẽs cęlitꝰ demiſiſſe:eo videlicet pacto,vt quicũq; poſthac virtutis huius oĩno expers deprehẽſus fuerit,tãq̃ ciuitatis peſtis vltimo afficiatur ſupplicio.Quẽ vero primo appellauit pudorẽ,deinde temperãtiã nominauit. Eſt enim pudor ingenitus temperantiæ fundamentũ.Tẽperantia quidẽ in ciuibus ꝓprios cuiuſq; moderat affectus, geſtuſq; componit.Iuſtitia vero actus cuiuſq; conducentes ad alios dirigit.Memento vero ciuilitatẽ in perſona priuata his fere duobus eſſe contentam:ſed in publica ex Platonis mente his adhibendam eſſe prudentiam. Atq; id quidem pene ſatis in pace fuerit:in bello aũt fortitudinẽ adhibeto : atq; ita ciuilitatis erit abſoluta deſcriptio.Poſt hęc aũt cõfirmat Protagoras a cõi hoĩm ſnĩa virtutis huiꝰ participes oẽs eſſe debere:propterea ꝙ ſiquis iniuſtitiã ſuã palã fateatur,vulgo iſanus habebit:quaſi oẽs exiſtiment,tam neceſſariã cõem ciuitati iuſtitiã,vt etiã ſiquis nõ habeat,ſaltẽ habere eã debeat ſimulare.Cũ vero oſtẽderit hactenus ciuilẽ virtutẽ eſſe omnibus maxime oĩm neceſſariam: eiuſq; affectũ quendã ſiue fomitẽ ſemenq; ab initio diuinitus nobis infuſum,demonſtrare deinceps aggredit virtutẽ ciuilẽ,immo & alias (oẽs eñ illa cõplectitur) neq; natura neq; caſu abſolutũ firmũq; habitũ ſortiri poſſe:ſed doctrina dũtaxat & cõſuetudine eiꝰ habitũ cõparari.Ad id vero primo rationem affert oſtendentẽ hoĩes nõ ſolere aliquẽ ob ea q̃ vel natura,vel caſu fiũt probare vnq̃,vel improbare : actiones aũt virtutis aut vitii,laudare ſemꝑ aũt vituperare.Deinde pueritię adoleſcentięq; educationem ſub domeſticis,grãmaticis, muſicis,gymnaſticis,legibus ordine quodã lõgo diſponit:oſtendẽs totã vitæ inſtitutionem ad id obnixe contendere,vt declinent vitia,virtutes poſſideant , quaſi neq; vitia neq; virtutes,vel fortuna,vel fato,ſed arbitrio,& exercitatione proueniãt.Interea priſcorum perſtringit ſnĩam de vitiis puniendis conſideratione dignã : videlicet neminẽ quia deliquerit:ſed ne vel ipſe vlterius,vel alius eius exemplo delinquat,puniendum eſſe: reſpondetq; ad illa q̃ obiecerat Socrates. Nos aũt ex omnibꝰ q̃ hactenus diſputata ſunt auream illam priſcorũ ſententiã tenebimꝰ alta mente repoſtam.Primo quidẽ deũ ipſum vitę ſalutiq; noſtræ omnibꝰ vndiq; modis prouidere atq; conſulere.Deinde ciuilem virtutẽ donũ eſſe diuinum : ne qs forte confidat ſe abſq; diuina gratia remꝑ.recte feliciterq; gubernaturũ.Id eñ in legibus,& alibi Plato cõfirmãs ait:quẽadmodũ beſtię multę ab vna niſi ſub humano paſtore recte duci non poſſunt,ita neq; hoĩes multi feliciter ab vno quodã regi : niſi & vnꝰ ip̃e regat a deo.Ideoq; regendi facultatem nõ aliunde q̃ a deo haberi in Theage & Menone ꝓbat.Protagoras vero ſophiſta qđ velit,ip̃e viderit. Deniq; q̃ neceſſaria ſit inuiolata iuſtitia miſſa cælitus meminerimus:ſi aures aſſidue noſtras priſcorũ voces illæ circũſonent:Mortales quondã miſeri anteq̃ ciuilitas cęlitus mitteretur:neq; ſegregati viuere poterant,quin paſſim laniarẽtur a feris:neq; iterum congregati quin a ſe inuicem lacerarentur.Itaq; ſalutem nobis quam cunctę ſimul artes præſtare non potuerunt,ſola tandẽ iuſtitia pręſtitit.Poſt hæc Socrates ne Sophiſta ꝓpter nõnulla quę ab aliis accepta narrauerat bona,admirationi ſit audientibus,ironica quadã,& vrbana,& artificioſa redarguẽdi rõne reddit illũ p̃ſentibus deridendum.Interrogat eñ poſtq̃ de virtute tã magnifice fuerat elocutus:vtrum vna ſit tantum virtus an plures.Præterea ſi plures,vtrum ſint partes vnius,nec ne.

Rurſus ſi partes, nunqd ſimiles ſibi īuicē atq; toti: an vtrinq; diſſimiles. Ad hęc Protagoras neq; re-
ćte ſcit reſpōdere: neq; definire aut partiri virtutes: neq; diſtinguere q̄ ratione ſimiles ſint, & q̄ diſſi-
miles: neq; qđ in diſputando turpiſſimū ē, euitare: quin ad id facile deducat᷑, vt ſępe ſibiipſi repugnet.
Tandē vero cū ob ignorātiā reſpōdēdi inciperet Protagoras tergiuerſari: ideoq; Socrates abiturum
ſe ſimularet, ab auditoribꝰ ſophiſta ad differēdū eſt reuocatꝰ. In qua quidē altercatiōe Prodici primū
ſophiſtæ ſupſtitioſa circa vocabula curioſitas demonſtrat᷑: deinde Hippiæ quoq; ſophiſtæ oſtētatio ī
concionādo tumidior. Poſtremo Protagoras reuocatus ad diſputandū importune nimiū, & inepte ī
carmina poeſimq; digredit᷑: interrogās Socratē de quadā Simonidis poetę ſnīa: quā & ipſe minime in-
telligere a Socrate mox cōuincit᷑, mentē Simonidis exponēte: quaſi dixerit, virū bonū fieri quidē eſſe
difficile: pſeuerare autē impoſſibile. Hic audies priſcorū ſapientiā verbis q̄ pauciſſimis fuiſſe cōtentā.
Atq; poſſe breuibꝰ multa cōplecti, viri abſolute docti opus eſſe. Itē neminē mala turpiaq; ſpōte com-
mittere: ſed ignorantia. Deniq; vbi dialectico more differit᷑, poetica reſpuēda. His actis iterū ſophiſta
tergiuerſat᷑, atq; vix a pſētibꝰ reuocat᷑. Tūc Socrates ad priorē de virtute diſputationē regredit᷑: verū
multæ ſint virtutis vniꝰ partes: & qua inuicē rōne ſe habeāt. Protagoras aūt iterū labit᷑, affirmās ali-
as inter ſe virtutes eſſe ſimillimas, qđ in ſuperioribus nō admiſerat: itē fortitudinē ab aliis lōgiſſime
ſeparans: conſentienſq; hoīes abſq; prudentia cæteriſq; virtutibꝰ fortes eſſe poſſe. Qua in re ſibimet
repugnare deinde cōpellit᷑, cōfiteriq; nō ſolū fortitudinē, ſed neq; etiā virtutes vllas abſq; prudentia
poſſe conſiſtere. Tū vero de bono, & malo multa tractant᷑. Siquidē prudētia eſt ſciētia eligēdi boni ma-
liq; vitādi. Ambigit᷑ autē vtrū bonū maliq; idē ſit penitꝰ qđ & voluptas atq; dolor. Neq; affirmatur
id quidē oīno: neq; manifeſte oīno negat᷑. De hoc eīm ī Gorgia Philēboq; & alibi. Oīno vero pbat᷑ pru-
dentiā ipſam in q̄ & finis vitę cognitio, & viarū ad hunc cōferentiū cōſiſtit electio, moraliū virtutum
eſſe principē atq; ducē: idq; vſqueadeo aſſerit᷑ vt virtutes q̄ſi ſciētiæ .i. prudētię quędā videant᷑ eſſe: vi-
tia vero inſcitię .i. imprudētię quędā. Addit᷑ deinde pctā oīa ab ignorātia pficiſci: neq; illū aliq̄n electu-
rū mala niſi deceptū imagine boni, neq; fugiturū bona, niſi imagine quadā mali perterritū. Siquis ve-
ro dixerit hoīem bona diſcernentē atq; mala, ab illis tn̄ diuerti, ad hęc cōtra cōuerti ppterea ꝙ a volu-
ptate, vel affectu ſenſuū alio ſuperet᷑: Socrates id negabit, aſſerens idipſum, qđ ab affectu ſuperari di-
cit᷑, nihil eſſe aliud q̄ inſcitiā: Sciētiā vero oīm q̄ ī nobis, & circa nos ſunt, potentiſſimā eſſe: neq; ab vl-
la re vnq̄ ſuperari poſſe. Deniq; cōcludit ſciam plurimū immo totū ad virtutē beatitudinēq; confer-
re: ignorantiā vero pariter ad contraria. Iterūq; Protagorā corripit, ꝙ & ſibimet cōtradixerit, & ordi-
ne vſus prępoſtero fuerit. Siquidē anteq̄ quid ſit virtus definiat, partiri eā aggredit᷑, & vtrum doceri
valeat diſputat. Simulat quinetiā Socrates ſe quoq; in repugnantiam eſſe deductū, ex eo duntaxat ꝙ
Sophiſtā ſecutus fuerit aberrantē: admonetq;, vt Promethei prouidentiā potius q̄ Epimethei prope-
rantiam in omni vita pro viribus imitemur.

PROTAGORAS VEL SOPHISTAE PLATONIS LIBER TRANSLATVS E GRAECA LINGVA IN LATINAM A MARSILIO FICINO FLOREN. AD LAVRENTIVM MEDICEM VIRVM MAGNANIMVM.

PERSONAE DIALOGI.

FAMILIARIS. SOCRATES. HIPPOCRATES. PROTAGORAS. ALCIBIADES. CALLIAS. CRITIAS. PRODICVS. HIPPIAS.

FAMI.

VNdenā o Socrates? An videlicet a venatione illa venis ad quam honeſta
Alcibiadis indoles puocare te ſolet? Vidi eū nup. Etiā vir igenuā ſpeciem
prę ſe ferre videtur. Virum inquā: cui per genas plurima lanugo iam ſer-
pit. SO. Eſto: quid tum? An non probas Homerum: qui gratiſſima eſt in-
quit primæ lanuginis ætas? Eam vero nūc Alcibiades agit. FA. Immo ve-
ro. At in præſentia vnde? nunqd ab illo? & quomodo erga te nūc affectus
eſt adoleſcens? SO. Bene quidē: hodie preſertim mihi viſus eſt: nam mihi
ſępe hodie in dicendo ſuccurrit: & ab illo nunc venio. Ac mirabile tibi qđ-
dam referam. preſentē illum minime intuebar: & alio intendens ad eū vix
aduertebā. FA. Quid nam tāti fuit, vt te ab illo diuerteret? neq; enim for-
moſior vllus e noſtris ciuibus adeſſe poterat. SO. Immo aderat quidā admodū pulchrior. FA. Quid
ais? ciuis ne? an peregrinus? SO. Peregrinus. FA. Cuias? SO. Abderites. FA. Nunqd adeo inſigni for-
ma præditus tibi viſus eſt peregrinus ille, vt Clinię filio eum preſtare putaueris? SO. Quid prohibet
o beate quo minus quod ſapientius eſt, ſit & pulchrius? FA. An forte a ſapientis cuiuſdam colloquio
venis? SO. Sapientiſſimi profecto oīm noſtrę ætatis hoīm: ſi modo ſapientiſſimꝰ tibi aliorum omniū

Protagoras eſſe videtur. FA. En quid ais? nunquid huc acceſſit Protagoras? SO. Nudiuſtertius. FA.
An modo cum illo fuiſti? SO. Modo: & multa locutus ſum: audiui etiā m̄lta. FA. Cur non illa nobis
refers? niſi quid prohibet. Sedere hic licet. Tibi quidē puer iſte cedet. SO. Referam equidē, & gratiam
inſup ſi audietis, habebo. FA. Nos quinetiā gemīas tibi agemꝰ ſi dixeris, gratias. SO. Audite igiť. Su-
periori nocte ante lucis exortum Hippocrates Apollodori filius frater Phaſonis oſtium meum bacu- Occaſio dia-
lo vehementer pulſauit: & cum oſtiū aliquis aperuiſſet, repēte ingreſſus eſt clamitās: Dormis o So- logi.
crates adhuc, an vigilas? Ego autem cognita eius voce, Hippocrates hic eſt inquā. O Hippocrates nū
qd noui? Nihil inquit niſi gratū nunciaturus aduenio. Optime inquā. Sed quid iſtud? q̄ te huc cauſa
appulit? Protagoras venit, & ꝓpe me diuertit. Tum ego: ille iāpridē venit. tu vero modo audiſti? Ve-
ſperi per deos inq̄t ille: ſcabellumq; cōtrectans ad pedes meos ſubſedit, adiecitq;, heſterno veſperi ſero
admodū ex Enoe reuerſus. puer. n. me Satyrus fugerat: cumq; perſeq me illum ſignificare tibi vellē,
alio quodam interueniēte oblitꝰ ſum. At cum veniſſem, cœnatiq; eſſemꝰ, & ſomno nos dare vellemꝰ,
tunc primum nunciat frater veniſſe Protagorā. Illico ad te properare tentaui. Sed intempeſta nox de-
tinuit. Somno autē experrectus laboreq; leuatus, mox ad te huc aduētaui. Ego vero eius fortitudinē
ſtuporēq; cognoſcens, Quid hoc ad te inquā? Num aliqua te iniuria Protagoras afficit? Tū ille ſubri-
dens, ꝑ deos o Socrates: quoniā ſolus eſt ſapiens, me vero nō efficit ſapientē. SO. Immo certe & te ſapi-
entem reddet, ſi mercede illi oblata perſuaſeris. HIP. O Iupiter atq; cæteri dii: neq; meis neq; amicoꝝ
rebus parcerē, modo id me cōſecuturum confiderē: atq; iccirco te nūc adeo, vt apud eum pro me in-
tercedas. Ego enim & iunior ſum, & Protagoram nunq̄ vidi aut audiui. puer enim tūc erā cum huc
primū acceſſit. Virum q̄dem hunc oēs o Socrates laudant: & in dicendo ſapientiſſimū ferūt. Sed cur
non properamus ad eum: vt domi illum conueniamus? Diuertit ſane, vt audiui, apud Calliam Hip-
ponici filium. Eamus iam. SO. Nondū o bone vir inquam illuc eundum. Nam valde adhuc ꝓfunda
nox. Sed eamus in aulam: vbi deambulabimus quoad aurora luceſcat: poſtea Protagoram ipſum adi-
bimus: neq;. n. ſummo mane domo exit Protagoras. Quapꝓ confide: domi nāq; illū cōperiemus. His
dictis, ſurreximus, & in aulam profecti ſumus: ac volens ipſe fortitudinis eius periculū facere: intuitꝰ
ſum diligēter, atq; ita interrogaui. Dic age o Hippocrates: ad Protagoram nūc accedis mercedē pro
te illi daturus: ad qualem hominē vadis? & ipſe qualis ex eo vir euaſurus? Quēadmodū ſi ad Hippo-
cratem in noīe tecum cōſortē Coū & Aeſculapii ſtirpe natū ꝓficiſci velles, ꝑ te mercedē erogaturus:
& aliquis quęreret: Dic mihi o Hippocrates mercedē Hippocrati dabis? Qualinam homini: & cuius
ratione? quid rn̄deres? HIP. Vt medico. SO. Qualis & ipſe futurus, ideſt cuius gratia? HIP. Vt medicꝰ
euaſurus. SO. Sin autē aut Polycletum Argiuū, aut Phidiam Atheniēſem adires mercede ꝑ te obla-
ta: & aliq̄s percontareť qualibꝰ hominibus, & qua rōne Polycleto, & Phidię argentū offers? q̄d ad hęc?
HIP. Tanq̄ ſculptoribus. SO. Tu vero qualis homo futurus? HIP. Sculptor videlicet. SO. Attēde ob-
ſecro: ad Protagorā nūc ego ac tu proficiſcimur: & argentū tui gratia dare illi parati ſumus, ſi modo
pecunię noſtre ſufficiēt, perſuademuſq;: ſin minus, amicoꝝ inſup pecunias erogabimus. Si quis ergo
nos ad hęc adeo ꝓperantes interrogaret: Dicite mihi obſecro o Socrates, & Hippocrates, qualinā ho-
mini, & q̄ rōne Protagoræ pecunias tribuere cogitatis: quid illi rn̄deremꝰ? Quodnā potiſſimū Prota-
gorę cognomentū audiuimꝰ? Phidiā q̄dē ſculptorē nominārt: Homerū vero poetā. Protagoram aūt?
HIP. Sophiſtā o Socrates virū hūc appellāt. SO. Ergo tanq̄ ad ſophiſtā mercede pſuadēdum pgimꝰ?
HIP. Maxime. SO. Si quiſpiā te interroget qua mēte, & q̄lis euaſurus ipſe Protagorā adeas, q̄d ad illū?
Hic Hippocrates erubuit. iam enī aurora pauliſp illuxerat: quo vultus eius patere habitꝰ poterat. rn̄-
dit deinde, vt ſupradicta cōcludūt, profecto tanq̄ ſophiſta & ipſe futurus. SO. An non vereris īter grę-
cos ſophiſtæ cognomē? HIP. Vehemēter o Socrates, ſi q̄d ſentio proferēdū eſt. SO. Sed enī vide o Hip-
pocrates ne forte alio tendat tuū hoc Protagoricæ artis ſtudiū q̄ vt ſophiſta efficiaris. Quēadmodū
grāmatici ludum citharœdiq; atq; gymnaſtici non artis ipſius exercēdę gratia frequētaſti, ſed quadā
potius auiditate diſcēdi: vt priuatū ac liberum hominem decet. HIP. Talis omnino ſtudii mei apud
Protagoram ratio futura videtur. SO. Scis ne quid nunc facturꝰ ſis? an te fugit? HIP. Qua de re? SO.
Animi tui curam viro, vt ais: ſophiſtæ es commiſſurus. Quid autē ſophiſta ſit ſi ſcias ſummopere ad-
mirabor. Q; ſi ignoras, neſcis q̄le ſit iſtud, bonū ne an malum, cui operā impēdere ſtudes. HIP. Scire
equidem arbitror. SO. Dic ergo quid ſophiſtam eſſe cenſes? HIP. Arbitror eſſe hunc vt nomen ſigni-
ficat, qui rationes ad ſapientiam pertinentes intelligit. SO. Idem quoq; de pictoribus ac fabris licet di-
cere: eos eſſe videlicet qui rationes ad ſapientiam pertinentes intelligunt. Verum ſiquis de pictori-
bus peteret, ad quarum rerum ſapientiam, reſponderemus vtiq; ad efficiendarum imaginum ſapi-
entiam: ſimiliterq; de cæteris. Et ſi eodem modo de ſophiſta iterrogaremur: qualem eius ſapientiam
eſſe reſponderemus? quod eius officium? HIP. Sapientiam profecto qua homines ad dicendum fa-
cundi redduntur. SO. Vere ſic forſitan diceremus: non tamen ſufficienter. Reſponſio. n. illa in-

terrogationẽ aliã exigit: quibuſnã dicẽdis Sophiſta hoĩes facũdos efficiat. Cithariſta nẽpe hiſdẽ dicendis aptos facit, in quibꝰ & eruditos, in pulſationibꝰ videlicet citharę, nonne? HIP. Certe. SO. At vero Sophiſta quã dicendi facultatẽ pręſtat? quibꝰ de rebus? patet ꝙ de his q̃ intelligit. HIP. Veriſimile id quidẽ. SO. Quid ergo iſtud eſt, q̃d & ipſe Sophiſta intelligit: & alios docet? HIP. Per Iouẽ ignoro. SO. An nõ vides quãto diſcrimini aĩm tuũ ſubdas? nunq̃d ſi corpus tuũ eidẽ diſcrimini ſuppoſiturus eſſes: quo vel in meliꝰ verti, vel in deteriꝰ poſſet, nõ priꝰ alicui tãtũ de te periculũ facturo cõmitteres, q̃ diligẽter cõſideraſſes, cõmittendũ ne ſit an nõ, amicos quinetiã, & ꝑpinquos diu de hoc ipſo cõſuluiſſes? Cũ vero aĩm tuũ pluris facias q̃ corpus, & ex eiꝰ corruptela, vel integritate contingat tua oĩa male, vel bñ affici, vtrũ cõmittẽdus ſit an nõ huic hoſpiti animꝰ: neminẽ, vel ꝑpinquorũ, vel amicorũ cõſuluiſti. Sed cũ heſterno veſperi aduẽtũ illius audiueris, ad eũ ſummo mane ꝑperas, nullo de hoc conſilio habito, vtrũ credere teipſum illi debeas necne. Immo, & tuas oẽs, & amicorũ pecunias erogare paratus es: quaſi iã cognoueris oĩno eſſe Protagorę adhęrendũ: quẽ neq̨ vidiſti vnq̃, vt ais: neq̨ es allocutus. Sophiſtã vocas illũ: & q̃d ſophiſta ſit neſcis, cui teipſm es dediturus. HIP. Vera loqui videris o Socrates. SO. Nonne Sophiſta eſt o Hippocrates mercator quidã, & caupo vectigaliũ quorundã, quibus animꝰ alitur? HIP. Talis mihi ſane videt̃. verũ quibꝰ alitur animꝰ? SO. Diſciplinis. ſed cauendum eſt o amice ne dũ laudat Sophiſta q̃ vẽdit, nos decipiat: vt faciũt q corporis epulas vendunt, mercatores quidã, & caupones. Laudãt illi quidẽ ſua oĩa: neq̨ intelligũt vtrũ ſalubria ſint an noxia corpori q̃ vendũt: idq̨ ignorant & illi q emũt, niſi forte illorũ aliqs medicus ſit, aut gymnaſticus. Haud ſecꝰ illi qui diſciplinas varias per vrbes venales circũferunt, & cauponãtes eas emptoribꝰ vendũt, laudãt oẽs Ac forte eorũ nõnulli ignorãt ſępe quid vtile aĩo ſit quidve inutile ex his q̃ vendũt. Similiter quoq̨ q ab illis emũt: niſi illorũ aliquis ſit animi medicus. Si ergo intelligis ipſe quid ex his proſit, quidve obſit tuto emere diſciplinas & a Protagora, & ab alio quouis potes. Alioquin caue o beate adoleſcens ne in ſummũ iacturę diſcrimen q̃ tibi chariſſima ſunt, deducas. Nã lõge grauius periculũ eſt in diſciplinis q̃ cibis emendis. Etenim qui eſculenta emit, & poculenta, põt anteq̃ his veſcat̃: in aliis quibuſdam vaſculis illa domũ deferre: ibiq̨ depoſita diligenter examinare: et aduocato aliquo iſtarũ rerũ perito q̃d edendum, bibendũve ſit, quid non, quantũq̨, & quando, deliberare. Quamobrem haud graue eſt in emendo periculum. Diſciplinas aũt nõ licet alio in vaſe transferre. Sed neceſſe eſt, vt q emit eas animo capiat: & relicto pretio abeat, intra ſe ferens, inquinatuſq̨ iam, vel ad meliora prouectus. Hęc itaq̨ cũ ſenioribꝰ diſcutiamus: iuniores nãq̨ nos ſumus q̃ exigat tantę rei iudicium. In praeſentia tamẽ pergamus quo cœpimꝰ: virumq̨ hunc audiamus. Quo audito cum aliis communicabimus. Neq̨ eñ Protagoras ibi ſolus adeſt, ſed etiã Elienſis Hippias: & Prodicus, vt arbitror, Chius: aliiq̨ permulti viri, & admodum ſapientes. Placuerunt haec nobis atq̨ perreximus. Et ingreſſi veſtibulũ ſermonẽ quendam in quem inter eũdum forte incideramus, tractauimꝰ. Ne ergo imperfectus relinqueretur, in veſtibulo ipſo collocuti ſumus, quoad in diſputando conuenimus. Audiuit nos Eunuchus quidam ianitor: ſed propter Sophiſtarum turbam venientibus iraſcebatur. pulſauimus: aperuit. cum nos vidiſſet, hui ſophiſtae etiam hi ſunt inquit: haud otium illi. Et ſimul vtriſq̨ manibus nixus oſtium clauſit. Pulſauimus iterum: ſed ille clauſis e foribus O boni viri inquit: non auditis otium illi non eſſe? O bone vir inquã neq̨ ad Calliã venimus: neq̨ ſophiſtae ſumus. Sed confide, Protagora indigemꝰ. Videre illum cupimus. Hoc nunciato vix tandem fores patefecit. ingreſſi Protagorã offendimus in veſtibulo porticus deambulantẽ. Sequebant̃ eũ multi: hic quidẽ Callias Hipponici filius: & germanus eius ex matre Paralus Pericle natus: & Charmides Glauconis. Inde vero alter Periclis filius Xãthippus: & Philippides Philomeli: & Antimirus Mendeus: qui inter omnes Protagorae auditores inſignior habebatur: diſcebatq̨ ea mente facultatem illam, vt & ipſe Sophiſta futurus eadem quãdoq̨ doceret. A tergo praeterea ſequebantur alii auſcultantes Protagoram: quorum plurimi peregrini eſſe videbant̃: quos ex ſingulis vrbibus per quas circũuagatur ille congregat: mulcens eos voce tanq̃ Orpheus, & alliciens. Illi vero vocem paſſim permulcti ſequuntur. Aderant & noſtrates quidã in eo choro. Hunc ego chorũ cũ contẽplarer, ordo me illius mirifice oblectabat. Diligenti ſiquidem cautione ſinguli obſeruabant, ne paſſu Protagoram anteirent. Sed cum retro pedem verteret, pediſſequi auditores apte nimium, & in circulum vtrinq̨ diuiſi, ita cedebant, vt poſteri ſemꝑ eſſent. Hunc poſt vidi, vt verbis Homeri loquar: Hippiam Elienſem ſub oppoſito porticus veſtibulo in throno ſedentem Circa quem in ſubſelliis quibuſdam nõnulli ſedebant. Eryximachus Acumeni filius, Phędruſq̨ Myrrhinuſius, Andron Androtiõe genitus: aliiq̨ nonnulli partim ciues, partim etiam peregrini: qui de rebus naturae ſublimibus, aſtrorumq̨ progreſſibus interrogare Hippiam videbantur: ille autem in throno ſedens dubitationes ſingulis enodabat. Vidi praeterea Tantalum. Aderat porro Prodicus Chius: qui in tabernaculum quoddam ſeceſſerat: quo pro penu vti Hipponicus conſueuerat. ſed vt omnis confluentium hoſpitum turba exciperetur: angulum quoq̨ illum extractis obſoniis Callias

Lõge grauius periculũ in diſciplinis q̃ cibis emendis.

hoſpitibꝰ habitandum dederat. Inuolutus igitur recũbebat ibi Prodicus ſup villoſis ſtramẽtis, & qui
dem multis, vt videbatur. Sedibus autem proximis aliqui conſidebant: Pauſanias Ceramẽſis: & pe-
nes eum adoleſcentulus quidam optimo ingenio: & generoſa indole prędituꝰ, nomine vt audiui Aga
thon, neq; mirum videri debet, ſi Pauſaniæ ſit chariſſimus. Erat ibidem & Adimantus vterq;, tum
Cepidis, tum Leucolophili filius, aliiq; ꝑmulti. Quę vero differrent haud ſatis extrinſecus ꝑcipere
poteram, ꝗ̃q̃ vehementer audire Prodicum affectabam. Sapientiſſimus enim diuinuſq; vir mihi eſſe
videtur: ſed reboatus quidam ex vocis ipſius rotunditate ſub fornice continue reuolutus verba ſin-
gula confundebat. E veſtigio poſt ingreſſum noſtrum intrauit Alcibiades, vt ais ipſe, pulcher: & ego
credo: & Critias Caleſchri filius. Nos autem cum ingreſſi de quibuſdam vna diſſeruiſſemus: eaq; eſ-
ſemus ſpectacula contemplati, acceſſimꝰ ad Protagorã. Deinde, o Protagora inquã certa de cauſa ad
te ego, & Hippocrates huc venimus. PRO. Nunqd ſeorſum ab aliis mecũ loqui vultis? an corã oibꝰ?
SO. Ad nos quidẽ nihil refert. Sed cũ audiueris quã ob cauſam venimus, ipſe videris. PRO. Quid er-
go iſtud eſt? Cuius gratia huc acceſſiſtis? SO. Hippocrates hic noſtras eſt Apollodori filiꝰ nobili atq;
felici genere ortus. Ipſe vero cũ æqualibꝰ ſuis ęmulatione concitus, de virtute cõtendit: cupitq; ĩ rep.
vir illuſtris euadere: atq; huius rei cõpotẽ familiaritate tua fore ſe ſperat. Vide vtrũ de hoc ſolos tecũ
an corã aliis conſultare nos deceat. PRO. Videris o Socrates recte ſaluti meę cõſulere. prudenti nãq;
cautione indiget peregrinus is q amplas vrbes circũluſtrans claris vbiq; iuuenibus perſuadet vt reli
cta aliorũ oim tã ſuorũ, q̃ alienigenarũ, tam ſenum, q̃ iuuenũ conſuetudine, ipſi ſoli adhæreãt tãq̃ ipſi
us familiaritate pręſtantiores aliis euaſuri. inuidi aduerſus eũ inſurgant neceſſe eſt: multiq; maliuo-
li huic inſidient. Ego vero artẽ ſophiſticã antiquã eſſe arbitror: priſcos aũt viros in ea peritos inuidi- Defenſio artis ſophiſticæ.
am hanc offenſionemq; veritos ſub aliarum artium ſpecie diſſimulaſſe: partim quidem ſub poema-
tis ſpecie: vt Homerus fecit, & Heſiodus, & Simonides: partim vero ſub ſacrorũ oraculorũq; appella
tiõe: vt Orpheus, & Muſeus, eorũq; etiã ſectatores. Audiui pręterea nõnullos eã artẽ appellaſſe gym
naſticam: qđ Iccus Tarentinus feciſſe videt: & qui adhuc ſupeſt Sophiſta nullo inferior Selybrianus
Herodicus: qui priſca origine genus a Megarenſibꝰ ducit. Pythocles quinetiã Chius Sophiſta doctiſ
ſimus, aliiq; permulti ſub muſicę artis velamine ſophiſticam facultatẽ occuluerũt. Hi omnes ſicut di
ctum eſt, vt inuidiam deuitarent, vehementer diſſimularunt: & ſub artium aliarum prętextu ſophi Apparentes
ſticam artem occuluere. Ego aũt ab his omnibꝰ in hoc diſſentio: neq; conducere verſurias iſtas exiſti- rationes.
mo. Neq; eñ voti compotes eos fieri arbitror. Nam viri in ciuitate pręſtãtes diſſimulationes eiuſmo
di omnes intelligunt. Vulgus autem quodammodo non aduertit: ſed ea laudat quæ ipſi prædicant.
Subterfugiendi vero ſtudium iſtud cum non aſſequitur quod molitur, & inertem indicat fugien-
tem: & aduertentes hoĩes reddit infenſiores. Exiſtimant enim præter cætera hũc verſurum ſeducto-
remq; eſſe. Ego igitur contrariam quandam viam ſum ingreſſus. Cõfiteor me eſſe ſophiſtam: alioſq;
docere: et hac ingenua cõfeſſione tutius q̃ diſſimulatione illa vitari inuidiã cenſeo. Aliis præterea ra
tionibus mihi proſpexi: vt nihil mali adiuuãte deo ob ſophiſticæ profeſſionem ſim paſſus, licet mul-
tos annos facultatem hanc exercuerim. Sum equidem grandis natu: & cuiuſq; veſtrum ætate pater
eſſe poſſem. Quamobrem gratiſſimum mihi erit: ſi de iis mecum audiẽtibus omnibus qui intꝰ ſunt
verba facere velitis. Hic ego eum ſuſpicatus oſtentare auctoritatem ſuam apud Prodicum, & Hippi-
am velle: ꝙ eius ſapientiæ auiditate inflammati ad eum audiẽdum profecti eſſemus: Cur non inquã
Prodicum atq; Hippiam, & eos qui hos comitantur, huc aduocamus: vt & ipſi nos audiãt? PRO. Ad
uocemus. CAL. Vultis ſedes hic paremus: vt ſedentes ediſſeratis? Cõſenſimus omnes: & audiẽdi aui
ditate admodum feſtinantes, ſedes omnes collegimus: & iuxta Hippiam cõfeſtim parauimus. Ibi eñ
plurima erãt ſubſellia. Tum Callias, & Alcibiades aduentarunt: Prodicumq; & adſtipulatores eius
ſecum duxerunt. Poſtq̃ igitur conſedere omnes, Repete o Socrates inquit Protagoras, his præſentibꝰ
quæ me pauloante pro adoleſcente hoc obſecrabas. Ab eodem inquam exordio nunc quo ſupra inci-
piã. Hippocrates hic adhęrere tibi vehemẽter exoptat. Verum quidnam ſit ex hac conſuetudine re-
portaturus, libenter audiret. Huc uſq; noſtra ſe extendit oratio. PRO. Petis quid mecum lucraturus
ſis adoleſcens? nunq̃ accedes ad me, quin abeas doctior: ſingulisq; diebus mecum proficies. SO. Haud
mirum hoc o Protagora: ſic enim conuenit: quandoquidem & tu tam grãdis natu, tamq; ſapiens, ſi q̃
neſcis ab aliquo diſceres, præſtantior abires. At vero non id duntaxat exquirimus. Sed perinde ac ſi
Hippocrates mutata ſententia verſari cum adoleſcente hoc nuper huc profecto Zeuxippo cuperet
Heracleoti filio, eumq; aggreſſus vt te, nunc eadem ex illo quæ ex te audiret, ꝙ videlicet quotidie cũ
eo proficiet: ac deinde interrogaret Zeuxippum, qua in re ſit profecturus: reſponderet vtiq;, in pingẽ
do. Et ſi Orthagoram Thebanum cõueniat, audiatq; ex illo doctiorem ſe indies eius cõſuetudine eua
ſurum: ſed qua in re doctiorem interroget, in tibiarum ſono Orthagoras reſpondebit. Eodem modo
& tu huic adoleſcẽti mihiq; pro illo petenti reſpõde. Ais enim Hippocratem ſi Protagorę adhęrebit,

in dies doctiorē fore: qua tandem in re? declara. Tum Protagoras. Scite interrogas tu quidē o Socrates: & ego his q̄ ꝓbe interrogant, libēter reſpondeo. Hippocrates quidem ſi mecum verſetur, in eum errorem non incidet, in quem ꝓculdubio incidiſſet, cum ſophiſtis aliis conuerſatus. Alii ſiquidem iuuenibus obſunt. Inuitos nanq; illos ad artes retrahunt quas aufugerant: ratiocinationes porro cōputatiōeſq;, Aſtronomiā, Geometriā, Muſicam tradunt. Et Hippiam ſimul aſpiciēs, addidit. Quiſquis autem ad me venerit, ſolū id diſcet cuius gratia venit: diſciplina vero huiuſmodi eſt prudens in re familiari, & rep. conſultatio: qua quis & domum recte gubernat, & ciuitatis negotia optime & dicendo tranſigit, & agendo. SO. An intelligo quod vis Protagora? ciuilem nanq; artem dicere mihi videris, polliceriq; viros optimos ciues efficere. PRO. Hoc ipſum eſt o Socrates qđ paſſim prædico. SO. O q̄ pręclarū nactus es artificiū, ſi mō es nactus. Nihil ſane aliud erga te q̄ qđ ſentio ꝓferendū. Id equidē o Protagora doceri nō poſſe putarā. Tibi tn̄ autumāti nō pręſtare fidē nequeo. Quā vero ob cām neq; doceri poſſe, neq; ab hoībꝰ aliis, aliis tradi cenſeo, iure declarare debeo. Equidē qđ & cæteri græci teſtant̄, Athenieſes viros ſapientes appello. Video igit̄ qn̄ cōcione cōgregata aliqđ de ædificādo deliberare vult ciuitas, ædificatorū cōſiliū experi: & cū de nauiū fabrica, fabros nauiū acerſiri. Idē quoq; faciūt in cæteris oībus quęcūq; doceri, & diſci poſſe exiſtimāt. Et ſiquis alius cōſultare de artis illius opere pergit, cuius expertē eſſe putāt, ſeu pręclariſſimus in aliis vir ſit, ſiue ditiſſimus, ſiue admodū generoſus, nihilo magis admittunt: ſed exſibilant, & explodunt: quoad vel ipe tumultu deterritus a dicēdo deſiſtat: vel iubentibus magiſtratibus arciferi aut extrudāt ipſum protinus, aut tranſfigant. Id itaq; in oībꝰ ad perceptionē artiū pertinentibus obſeruare conſueuerūt. At cū de publica ciuitatis adminiſtratione conſultandum eſt, conſulit architectus æque ac faber ærarius: æque etiam cerdo: mercator: nauta: diues: pauper: ignobilis: generoſus: neq; horum vllus quenq̄ explodit: vt in ſuperioribus contingebat, quaſi nuſq̄ didicerit, nullumq; habuerit præceptorem: attamen conſultare audeat. Cōſtat porro q̄ doceri poſſe non putāt. Neq; publice ſolum hoc, ſed & priuatim cōſpicitur. Etenī qui ciuili ſapientia pollent, virtutē hanc in alium trāſfundere nequeūt. Siquidem Pericles horū adoleſcentum pater in his rebus quæ ſub magiſtro diſcuntur, diligenter eos erudiuit: in his autē in quibus ipſe ſapit, neq; ipe erudit, neq; alteri cuiq̄ cōmittit erudiendos: ſed paſſim quaſi paſcentes ſine cuſtode pererrant: ſi forte caſu quodā in hāc virtutē incidāt. Idem quoq; Pericles cum eſſet Cliniæ tutor, fratris Alcibiadis huius minoris natu, illiq; metueret ab Alcibiade, ne forte cōſuetudine eius inquinaretur, ſegregauit eos: & Cliniam apud Ariphronem educauit. ſed nondum ſex inde exactis mēſibus illi eū reddidit, cum ingenio illius diffideret. Multos præterea cōmemorare poſſem: qui cum in republica excellentes viri eſſent, nullum tamen aut propinquorum, aut alienorum edocuerunt. Equidem o Protagora dum hæc animaduerto, virtutem doceri poſſe diffido. Contra vero dum te audio hæc aſſerentem, ſententiam mutare cogor: & quæ dicis haudquaq̄ arbitror contemnēda: exiſtimans te vſu multarum rerum, doctrinaq;, & inuētione ſapientem eſſe. Ergo ſi potes clarius oſtēdere nobis q̄ virtus doctrina aliqua cōparetur, oſtende obſecro nec inuideas. PRO. Haud inuidebo o Socrates. Sed vtrum vobis tanq̄ ſenior iunioribus fabulam referam? an proſequar diſputando? Tūc ſane audientium plurimi, vtcunq; mallet, dicere conceſſerunt. PRO. Gratiorem vobis fore fabulam arbitror. Olim quandoq; dii ſoli erant: nulla vero mortalium genera. ſed cum tempus generationis fatale veniſſet: ipſa dii in terræ viſceribus ex igni terraq; finxerunt, interuenientibus iis quæ igni terraq; miſcentur. Cum vero educere illa in lucem vellent, Prometheo Epimetheoq; mandarunt, vt competentibus viribus ſingula præmunirent. Prometheum itaq; rogauit Epimetheus: vt diſtributionis illius officium ipſi concederet: diſpertientemq; cōſideraret. Cōſenſit Prometheus. diſtribuit ille: quibuſdā robur abſq; celeritate indidit: quædam imbecilliora velocitate donauit. Armauit nonnulla. Inermibꝰ autem aliud quoddam ad ſalutem machinamentum excogitauit. Quæ enim exiguo corpore clauſerat, partim per aerem pennis attolli: partim per terram ſubrepere iuſſit. Quæ vero in molem amplā exhauſerat: ea ipſa mole ad ſalutem ſuam muniuit. Similiterq; in cæteris exæquās diſpſiit ſingula: adeo vt nullum genus penitus deperdatur. Poſtq̄ ipſa ita inſtruxit, vt voraginem mutuam deuitarent, excogitare iam cœpit qua ratione q̄facillime ſub diuo agere vitam poſſent. Veſtiuit itaq; illa confertiſſimis pilis ſetiſq; pellibuſq; duriſſimis: quibus facile tum hiemis, tum æſtus intēperiē tolerarent: & naturalia illis ſtramenta hiſdem ex rebus cubiliaq; parauit: pedibuſq; ſoleas addidit, vngulas, ſetas, callum, pelles itidem q̄duriſſimas. Deinde alimenta aliis alia ſuppeditauit: quibuſdam ex terra herbas, nonnullis ex arboribus poma baccaſq;, radices aliis. Nec defuerunt quibus daret ex alterna voragine victum. Cæterum voracibus animalibus genus quodammodo ſterile: aliis autem fœcundū dedit: vt hoc modo genus conſeruaret̄. Cū vero non eſſet admodū ſapiens Epimetheus, dotes omnes īſcius effudit in bruta: neq; aduertit, nihil ex tāta ſibi elargitione ſupfore: quo genꝰ noſtrū deinde donaret. Reſtitit ergo hominum genus inanune: vnde quo ſe verteret, ambigebat. Dubitanti

Quę ꝓmittit Sophiſta docere.

Tentādo oſtēditur q̄ virtꝰ doceri nō poſſit.

Vide morē vagantis & garrientis ſophiſtæ.

Quę fabula nititur demōſtrare virtutē doceri.

Prometheus adſtitit partitionis illius conſiderator: viditq; cætera animalia ſuis queq; fulta muneribus boniſq; referta: hominē autē nudum, inermē, calceorū ſtramentorūq; indigum. Iam vero imminebat fatalis ipſe dies: q in lucē terrā exire cogebat. Cūq; aliam ſalutis humanæ viam cōſultans Prometheus non inueniret, ſurripuit Vulcani Mineruęq; artificioſam cum igne pariter ſapientiā. Neq; enim fieri poterat, vt eā ſine igne nāciſceretur quis, vel etiam vteretur. Eam itaq; ſic hominū generi Prometheus eſt largitus: atq; ita ſapientiā quæ victū ſuppeditat conſecuti ſumus. Deerat adhuc ciuilis hominibus ſapientia. Erat illa quidē apud Iouem: cuius arcē aſcendere Prometheo nondum licebat. horribiles enim Iouis ipſius cuſtodes circūſtantes arcem Prometheū deterrebant. Cæterum cōmunē Vulcani Mineruęq; officinā, in qua artes excolebātur, clam ingreſſus furatus eſt igneam Vulcani artē, aliamq; Mineruę: atq; homini tradidit: qua viuēdi facultas obtigit. Prometheus autē, vt fertur, propter Epimetheū furti poenas dedit. Qm̄ vero ſolus ex omnib9 animantibus homo diuinę ſortis particeps effectus eſt, principio ſolus ob hanc cognationē deos eſſe putauit: araſq; illis ſtatuaſq; dicauit. Deinde vocē in verba articulatim arte diſtinxit: ædes cōſtruxit, veſtes calceoſq; cōfecit, ſtramēta elaborauit: ex terra alimēta collegit: ita homines ab initio cōſtituti ſparſim vagabanť habitabātq;: nam vrbes nondū conſtruxerant. Ergo a feris cū imbecilliores eſſent, paſſim laniabanť. Artiū enim facultas ad victum cōparandū ſufficiens erat: ad pugnā vero cōtra beſtias truculētas minime. Ciuilis nanq; peritiæ, cuius pars quędā eſt res militaris, expertes erant. Vt igitur ſe aduerſus eā peſtem munirent, ſtructis vrbibus cōgregati ſunt. Congregati autē inuicem iniuriabanť: quippe qui ciuili arte carerēt: quare diſperſi iterum a feris lacerabātur. Verum Iupiter humanæ ſaluti cōſulens, Mercuriū miſit pudorē & iuſtitiā hominibus afferentē: vt duo hęc ciuitates ornarent deuincirentq;: & mutua beniuolētia ciues conciliarēt. Interrogauit ergo Mercurius qua cōditione pudorem, & iuſtitiā hominib9 traderet. Vtrū ita hęc vt artes diſtribui debēt? inquit Mercurius: illę ſiquidē ita diſtributę ſunt, vt vnus in arte medicinæ peritus pro rudibus multis ſufficiat, cæteręq; ſimiliter. nūquid ita pudorē & iuſtitiā hominibus dabo? an oībus inſeram? Omnibus reſpōdit Iupiter: oēs ſiquidē horum participes eſſe debēt. neq; enim ciuitates vllę cōſtarēt, ſi horū pauci vt artium aliarū, participes eſſent. Legē præterea meo noīe condas, qua quiſq; oīno iuſtitię pudoriſq; eſt expers, tanq̄ ciuitatis peſtis quędam vltimo afficiať ſupplicio. Hac de cauſa o Socrates, tam alii oēs q̄ Athenīēſes quotiēs de architectura vel alio quodā opificio ſermo eſt habēdus, paucos ad conſiliū intromittūt: cæteros autē in artibus rudes excludūt, vt & tu ais, & ego approbo. Quotiēs autē de ciuili adminiſtratiōe initur cōſiliū: q̄ virtus tēperātia, & iuſtitia cōſtat: iure vnūquēq; admittunt. quippe cū oporteat oēs huius virtutis eſſe participes: alioqn ciuitates nullas cōſiſtere. Hęc o Socrates eius de quo dubitabaſ eſt cauſa. Sed ne te decipi ſuſpiceris, hanc inſup accipe coniecturam, ꝙ oēs hoīes cenſeant ſingulos virtutis huius ciuilis tēperātię ſcilicet & iuſtitię, cōpotes eſſe. Enimuero in cęteris facultatibus, vt tu ais, ſiquis ſe iactet, puta ꝙ ſit optimus tibicē, cū tamē in hoc ipſo ſit rudis, audiētes hūc ridēt: ei vel plurimi indignanť. Ipm quoq; ꝓpīqui admonēt vt inſanū, & increpāt. Cōtra vero ī ciuili virtute cōtingit. nā licet ſciāt aliquē quēpiā iniuſtū eē: tamē ſi ille hoc corā neſciētib9 fateať, inſanire eū exiſtimāt: neq; patefaciēdā cēſent iniquitatē: immo ſemp ſiue adſit ſeu nō, iuſtitiā oſtentandā. Eum vero q nō ſimulat iuſtitiā, delirare: tanq̄ oporteat vnūquēq; ciuilis virtutis quodāmodo participē eſſe: vel ex hoīm coetu vitaq; exterminari. Ex his ſufficiēter oſtēſum puto ꝙ merito quēlibet de re ciuili cōſultorē admittūt: quia virtutis huius compotē quēlibet eſſe cēſeant. Q; autē virtutē neq; innaſci neq; forte cōtingere putent: ſed doctrina, & ſtudio cōparari, deinceps tibi conabor oſtēdere. Nemo ob ea mala q̄ vel natura vel caſu fieri putat, ſuccēſet alicui, vel obiurgat: vel edocet: vel punit eos q hiſce malis ꝑmunť, ne tales ſint: ſed oēs potius miſeranť: ceu deformes, paruos, valitudinarios hoīes. Nā quis adeo demens, vt hęc corripiat? Intelligūt ſane, vt arbitror, oēs hæc mala eorūq; cōtraria natura hoībus fortunaq; ꝓuenire. Cōtra vero cū mala quędā adeſſe cuiq̄ ex ſtudio, cōſuetudine, & doctrina exiſtimāt, tunc indignanť, increpāt, atq; puniūt. Ex quorū numero eſt iniquitas, & impietas: ac ſummatim qcqd ciuili virtuti repugnat. Quę iccirco quiſq; paſſim dānat, & corripit: quia de induſtria, atq; diſciplina, tā cōtraria prauitas q̄ ciuilis virtus adueniat. Si enim punitiōis intentionē cōſiderare volueris Socrates, ex eo quoq; intelliges ꝙ hoīes virtutē ſtudio cōparari putāt. Nemo eīm preteriti gratia punit: & ea mēte iniuſtos affligit poenis, quia iniuriati ſunt: niſi quis, tanq̄ brutū, abſq; ratiōe ꝓcuriat. Verū qui ratiōe punire aggrediť, nō pręteriti ſceleris cauſa punit: neq; eīm aſſequi poteſt, vt qđ eſt factū ſit infectū: ſed ad futurū reſpicit: ne iterū aut ipſe delinquat: aut alius quilibet exēplo eius adducť9. Quiſqs autē hoc ꝓpoſito cēſuraq; eiuſmodi aīaduertit in errata, doctrina virtutē exiſtimat cōparabilē. Nā abſterrēdi cauſa plectit. Hac mente opinioneq; ad plectendum accedunt tam publice q̄ priuatim: quicūq; in peccātes animaduertūt. Condemnant autē puniuntq; cum cæteri omnes eos quos iudicant peccatores, tum maxime ciues tui Athenienſes. Quāobrem Athenienſes quoq; ex hac ratione in eorum numero eſſe

conſtat:qui doceri virtutem putant.Ex his aperte,vt arbitror,monſtratū eſt o Socrates nō iniuria ci
ues tuos in ciuili adminiſtratiōe conſiliū ęrarii fabri coriariiq; non reſpuere: atq; eos doctrina & ſtu-
dio per exercitationē acquiri poſſe virtutē exiſtimare. Reſtat dubitatio illa:quā de viris virtute cla-
ris ipſe mouebas:quā ob cauſam illi filios ſuos in omnib⁹,quę ſub praeceptore diſcunt,erudiunt: quo
ad vero paternā virtutē ſpectat,nihilo aliis hominib⁹ clariores efficiunt. Ad hoc rationē o Socrates,
non fabulā afferā.Sic enim cogita:vtrum eſt vnū aliquid aut non:cuius neceſſe ſit ciues oēs eſſe par-
ticipes,ſi modo conſtare ciuitas debeat. Ita enim haec tua ambiguitas ſoluitur:aliter vero minime.Si
vnum hoc extat,neq; eſt architectorū,neq; ęrariorū artificum,neq; figulorū opificiū,ſed iuſtitia,tēpe
rantia,ſanctitas, & vt paucis cōprehendam,viri propria virtus:ſi hoc eſt inquā,cuius participes eſſe
oportet oēs:& cū hoc diſcere & agere quodcūq; placeat aliud:abſq; hoc nequaq̄,expertē vero hui⁹ do
ceri corripiq;,& puerū,& virū,& mulierē: quoad correptiōe melior efficiatur:ſiquis autē hanc ſpre-
uerit diſciplinā:eū tanq̄ inſanabilē expelli e ciuitatibus vel interfici:ſi ita eſt inquā vt diximus:viriq;
pręſtantes in repu.ciues in aliis erudiunt filios,in hoc nequaq̄,aduerte q̄ mirabiliter in eo excellentes
euadant.ꝙ enim doceri poſſe tam priuatim q̄ publice opinātur,oſtēdimus.Cū vero & doctrina & cu
ra acquiri hoc poſſit,alia filios docēt in qbus nō eſt aduerſus neſciētes mortis poena ꝓpoſita:in qbus
autē mors & exiliū,aut pecuniarū ablatio,aut domorū ſubuerſio premit ignaros rudeſq; filios,in his
non omni diligētia patres erudiūt: & vbi minae huiuſmodi vrgēt,doctrina curaq; leuior adhibetur!
Exiſtimare decet o Socrates a teneris annis vſq; ad vitae finē erudiri eos atq; moneri.Nā cum primū
puer quę dicūtur intelligit,nutrix,mater,pędagogus, pater ad hoc omni cura ſtudioq; contendunt,
vt in ſingulis,tum verbis,tum operibus optimus puer euadat.Sigillatim enim mōſtrant quid iuſtū:
quid iniuſtū:quid honeſtū:quid turpe:quid ſanctū:quidve prophanū:quae agenda ſint:quę nō. Qui
bus ſi obtēperat puer,bene ſecum agi putant.Sin cōtra renititur,tū veluti contortū obliquūq; lignū
minis plagiſq; dirigunt. Poſt haec ludimagiſtris pueros curandos tradūt,morūq; bonorū diligentiā
multo magis q̄ literarū citharęq; doctrinā a magiſtris expoſcūt: praeceptores autē curant & excolūt.
Et poſtq̄ literas didicerunt,ad ſcriptaq; conuertūtur,poetarū in primis excellentiū opera legēda illis
ediſcendaq; proponunt:quibus monimenta q̄plurima inſerūtur:priſcorūq; virorū virtute praeſtan-
tium geſta laudātur:vt puer ęmulatione accēſus ꝑclara maiorū facinora imitetur.Cithariſtae quoq;
aliis quibuſdā talibus,pręſertim tēperantię ſtudent:cauentq; nequid perperā adoleſcētes agant.Atq;
vbi pulſare citharam didicerūt:poetarū iterum aliorū cantus modulatione pręſtantiū cantilenas do
cent:quas ad citharā concinant:rhythmoſq; & harmonias puerorū animis conformare conantur:vt
mitiores modeſtioreſq; & cōcinniores effecti,ad agēdum vtiles ſint & ad dicēdum. Omnis enim ho-
minis vita numeroſa quadā indiget conſonantia. Poſt haec ad gymnaſiorū magiſtros parentes filios
mittunt:vt firmū aptūq; adepti corporis habitum,optime menti ſuggerant miniſteriū:ne fragilita-
te corporū impediti,a militaribus ciuilibuſq; actionibus tanq̄ laborioſis abſterreant.Haec nēpe obſer
uant maxime ii qui maxime poſſunt:poſſunt autem maxime opulētiſſimi viri: eorūq; filii:qui primi
diſciplinarū ſcholas ingreſſi,nouiſſimi exeunt.Scholis autē egreſſi a magiſtratibus leges iuraq; diſce
re:eorūve exemplo viuere cogūtur:nequid ipſi proprio ingenio freti temere agāt:ſed quēadmodum
literarū magiſtri pueris adhuc ſcribēdi ignaris,calamo exēplar quoddā pręſignāt, ad cuius characte
res ſcribēdi artificiū imitādo perdiſcunt:ita ciuitas leges pręſcribēs priſcorū hominū in legibus ferē-
dis prudētiſſimorū inuēta,ad earū normā imperare cogit quēlibet & parere.Eos autē qui pręuarica-
tur,punit:punitioq; huiuſmodi & apud vos & apud alios multos,propterea ꝙ tanq̄ poena iudicialis
dirigat tranſgreſſorē:directio correctioq; vocatur. Cum igitur talis tantaq; ſit virtutis tā priuatim
q̄ publice cura,an dubitas adhuc o Socrates, miraris q; ſi virtus doceri queat! Neq; vero mirari hoc
quiſq̄ debet:immo multo magis ſi doceri nō poſſit.Q uęrebas pręterea quā ob cauſam bonorū patrū
filii mali reperiunt.Hoc iterū docere te pergo.neq; hoc mirū videri debet ſi vera ſunt:quę dixi:videli
cet virtutis curā non ad vnū aliquē dūtaxat,ſed ad oēs ſpectare oportere,ſi modo cōſiſtere ciuitas de
beat.Si autē ita eſt vt loquor,imo certe cū ita ſit,elige atq; cōſidera quāuis aliarū facultatū & doctri
narū:vtputa ſi nō poſſet cōſiſtere ciuitas,niſi tibicines oēs eſſemus,qualiſcūq; eſſe quilibet poſſet: nō
ne hoc quilibet priuatim publiceq; vnūquēq; doceret:huiuſq; ignarū ſine inuidiae liuore corriperet!
quēadmodū nunc quae iuſta & legitima ſunt:quilibet ſine inuidia ꝑdicat: neq; haec vt alia celat.pro-
deſt enim oibus cōmunis iuſtitia virtuſq;.Atq; iccirco oēs oibus quę iuſta & legitima ſunt,libētiſſi-
me monſtrant. Si ergo in tibiarum flatibus eadem animi flagrantia charitateq; inuicem nos erudire
mus:num optimorū tibicinū filii magis q̄ deteriorū in his ſonis periti euaderēt!nequaq̄ vt arbitror.
Sed quicūq; natura ad tibias inflandas ingenioſus eſſet,longe proficeret:tardus autē parū. Ac ſępe-
numero periti tibicinis rudis euaderet filius:ſępe etiam inepti filius,aptus. Veruntamē oēs ſufficiētes
eſſent tibicines,ſi cū his cōferrētur qui rudes ſunt:nihilq; de his rebus intelligūt. Similiter cū exiſti-

ma Socrates,qui iniuſtiſſimus tibi videt̃ inter homines ſub lege viuentes,iuſtũ fore iuriſq; auctorem ſiquãdo cum illis hominibus conferatur: quibus nec diſciplina ſit:nec iudicia:neq; leges:neq; neceſſitas vlla in vita:quę virtutem colere iubeat:efferatiq; ſint,vt illi quos anno praeterito in Leneo poeta Pherecrates erudiuit:ac ſi forte in eos hoĩes incideres, qui ex eorũ coetu ſint humani generis hoſtes, bene tecũ agi putares,ſi Eurybatũ offenderes & Phrynondam: deplorareſq; fortunã tuã,deſiderans noſtrorũ hominũ prauitatẽ.Nunc autẽ delitioſior videris o Socrates.cum enim oẽs pro viribus virtutis praeceptores ſint:nullus tamẽ tibi talis apparet.Quinetiã ſi quęreres quis pręceptor nos graece loqui docuerit:nullus vtiq; apparet.Itẽ ſi peteres quis docuerit mechanicorũ artificum filios miniſterium illud,qd̃ patres eorũ conſorteſq; alii eiuſdẽ artis exercẽt.quodve filii imitãtur:haud facile o Socrates praeceptor illorũ reperiretur.Innumerabiliũ vero aliorũ,perfacile.Ita de virtute dicendũ,ac caeteris talibus.Verũ ſatis nos habere putandũ,ſiquis paulo cõmodius q̃ caeteri iuuenes ad virtutẽ prouehat.Ex quibus vnum me eſſe profiteor: ſubtiliuſq; caeteris oĩbus rationẽ qua boni honeſtiq; fiant, cognoſcere: atq; ita rem ipſam perficere,vt dignũ eſt ea mercede quã exigo: immo etiã mercede maiori,vt ipſi diſcipuli iudicant.Exactionis autẽ meę hęc eſt conditio:poſtq̃ aliquis a me didicit, ſi vult ille quidẽ retribuit quãtum exigo argentũ. Sin minus,ingreſſus tẽplum iureiurando adhibito aeſtimat quãta mercede digna ſibi mea documẽta videãtur:tantãq; exponit. Q; igit̃ virt⁹ doceri diſciq; poſſit o Socrates,hac fabula tibi ſit & ratione probatũ.Qd̃ & Athenienſes ipſi teſtãtur.Oſtendimus item nihil mirum videri debere ſi bonorũ patrum mali ſint filii,malorũve boni:quandoquidẽ & Polycleti filii,Parali & Xanthippi huius ęquales,ſi cum patre comparẽtur interuallo quodã lõgiſſimo ſuperantur.ſimiliter etiam aliorum artificum filii. Neq; dum adoleſcentes hi reprobandi ſunt.ſpem quippe tenera prębet ętas.Cum haec oſtendiſſet Protagoras,loquendi finem fecit.At ego diu poſt vt pote ſuperiori oratione permulctus, in os Protagorę inhiabam ſequẽtium verborum deſiderio inflãmatus.Verum poſtq̃ deſtitiſſe prorſus animaduerti,me ipe recepi:& ad Hippocratẽ cõuerſus,o fili Apollodori inquã,q̃ingentes tibi debeo gratias,ꝙ me huc hodie adduxiſti.Nam plurimi facio haec a Protagora audiuiſſe.Equidem ſuperiori tempore haud humanã curam eſſe rebar,qua viri boni afficiuntur.Nũc autẽ eam eſſe perſuaſus ſum. Sed paulum quiddã reſtat iterũ declarandũ: qd̃ videlicet Protagoras facile demõſtrabit,poſtq̃ multa haec edocuit. Etenim ſiquis de iiſdẽ rebus cum aliquo forenſium oratorũ loquat̃,forte tales ſermones audiet,quales Periclis eſſe ſolent,caeterorũq; eloquentium hominũ.ſi autẽ de aliquo percontetur,librorum inſtar neq; quid reſpondeãt:neq; quid interrogent ipſi habent. Et ſiquis de aliquo dictorum interroget, velut aes percuſſum alte reſonant,longeq; vociferantur:niſi eorũ dicta protinus admittantur.Atq; ita rhetores breue quiddã interrogati prolixam producunt orationẽ. Verum Protagoras hic copioſe & ornate loqui poteſt,qd̃ ſuperior teſtatur oratio.poteſt etiam cum rogatur,ſummatim ac breuiter reſpondere: tolerareq; interrogantem: accipereq; & reddere rationem: quod quidem de paucis licet dicere.In praeſentia igitur o Protagora parum quid vltra deſidero.qd̃ ſi declaraueris,putabo mihi in omnibus ſatiſfactum. Virtutẽ ais doctrinae ſtudio comparabilẽ.Et ego ſicui vnq̃,tibi maxime credo.Qd̃ vero te dicente ſum admiratus, aperias obſecro. Dicebas profecto Iouem iuſtitiam & pudorẽ hominibus infudiſſe.Deinde procedẽte ſermone,ſaepe iuſtitiam nominaſti,temperantiã,ſanctitatẽ: perinde ac ſi iſta omnia ſub vna quadam virtute cõtineantur : vnũq; aliquid ipſa virtus exiſtat.Haec mihi liquido explanari velim,vtrũ ſcilicet vnum quiddã ſit virtus:cuius partes ſint iuſtitia,tẽperantia,ſanctitas:an hęc omnia quę nunc retuli,nomina vnius eiuſdẽq; ſint:hoc eſt inquã qd̃ vltra requiro.PRO.At facilis eſt o Socrates ad iſta reſponſio:ꝙ virtutis ipſius quae ſummatim vnũ eſt,partes ſunt quę interrogas omnia. SO. Vtrum quẽadmodum vultus vnius partes ſunt os,nares,oculi,aures? An ſicuti auri partes nihilo differũt a toto,praeterq̃ magnitudine quadã & paruitate?PRO.Ita ſe habere mihi vidẽtur o Socrates virtutis partes ad totã,vt vultus partes omnes ad totum.SO. Vtrum alii homines aliã virtutis partẽ accipiunt?an neceſſe eſt eum qui vnã habet,omnes habere?PRO.Nullo modo:quoniã multi fortes quidem ſunt,ſed iniuſti:& alii iuſti quidem ſunt,ſapientes minime.SO. Nũquid ſapientia & fortitudo partes virtutis ſunt?PRO.Omnino qdẽ:& pręſtãtiſſima pars omniũ eſt ſapiẽtia.SO. Eſt ne hoc quidem aliud,illud vero aliud?PRO.Eſt.SO.Nunqd & potentiã vtrũq; propriã habet?quẽadmodum e vultus partib⁹ oculus nõ eſt auribus ſimilis:neq; illorũ potẽtia eadẽ: neq; alia quęlibet pars alterius aut potentia aut alio quoq̃ eſt ſimilis.Ita ne virtutis partes ſe habent,vt neq; alia aliarum ſit ſimilis, neq; idẽ,neq; eadem ſit potẽtia? An forte ita eſſe conſtat?ſiquidẽ naturę virtutũ exemplar qd̃ induximus,cõgruit.PRO.Sic certe eſt Socrates.SO.Non eſt igit̃ pars virtutis alia talis qualis ſcientia,neq; qualis iuſtitia,vel fortitudo,vel tẽperantia,vel ſanctitas.PRO.Non certe.SO.Age cõſideremus vna quale quid iſtorũ quoduis exiſtit:primũ quidem ſic:Iuſtitia res quaedã eſt,an nulla?Mihi quidem res quaedam eſſe videtur.Tibi vero?PRO.Et mihi.SO.Quid vero?ſiquis a me & te ſciſcitetur:o Prota-

Repetit q̃dã dicta Protagorę vt cõuincetet ipſum.

gora atq; Socrates,dicite quęſo,num res iſta quã modo iuſtitiã nominabatis,eo ipſo quo eſt iuſtitia,
eſt & iuſta,an iniuſta. Ego quidẽ iuſtam eſſe dicã.tu vero vna mecũ ſenties!an aliter!PRO. Tecũ pla
ne.SO. Ego igitur interroganti reſponderem talem eſſe iuſtitiã,quale & iuſtum.tu vero!PRO.Ego
quoq;.SO. Si quęreret iterum,nũquid & ſanctitatẽ aliquã eſſe dicamus,conſentiremus vtiq; vt opi-
nor.PRO.Conſentiremus.SO.An non & hanc rem aliquã eſſe diciſtis:rogaret ille:nos autẽ aſſentire
mur!PRO.Et hoc.SO.Num rei iſtius naturã talẽ putatis vt ſancta ſit:an vt ꝓphana!Interrogatio-
nem hanc aegre ferrem,ad eũq; conuerſus obiicerem,bona verba quaeſo.Nunq̃ porro ſanctũ aliqd eſ-
ſet,niſi & ſancta ipſa ſanctitas eſſet.quid & tu!an nõ ſimiliter reſponderes!PRO.Similiter.SO. Si his
adiiceret: an quę ſupra dixiſtis recte accepi! Videbamini mihi pauloante aſſerere ita ſe inuicẽ partes
virtutis habere,vt nõ ſit alia pars qualis eſt alia.Inferrẽ equidem ad hęc,ꝙ alia recte acceperit:ꝙ vero
me in eo conſenſiſſe putarit,non recte.Nam Protagoras iſte hęc reſpõdit.ego autẽ quęſiui.Ergo ſi di
cat o Protagora vere loquiẽ Socrates: ipſe es qui ais virtutis partẽ aliam non eſſe talẽ qualis eſt alia.
Tuus hic ſermo eſt.Quid illi tu reſpondebis!PRO.Neceſſe eſt o Socrates aſſentiri.SO.His conceſſis
quid illi potiſſimũ reſpõdebimus,ſi vltra ſic obiecerit!Non ergo talis eſt ſanctitas vt res iuſta ſit:neq;
iuſtitia talis vt ſancta:ſed illa talis vt non iuſta,hęc vt non ſancta.iniuſta itaq; illa:hęc ꝓphana.Quid
ad haec inquã!Equidẽ mea ex ſentẽtia dicam iuſtitiã eſſe ſanctam,iuſtũq; iterum ſanctitatẽ. Arbitror
quoq; permiſſurũ te,vt tua vice haec ipſa reſpondeã:ꝙ videlicet aut idem eſt iuſtitia qd̓ eſt ſanctitas:
aut haec duo inuicem q̃ſimillima:vt maxime omniũ talis iuſtitia ſit qualis & ſanctitas: & qualis ſan-
ctitas,talis ſit & iuſtitia. Vide vtrũ me ita reſpõdere ꝓhibeas,an ita ſentias. PRO. Haud ita ſimplex
iſtud mihi videtur o Socrates,vt concedi poſſit ſanctitatẽ eſſe iuſtam,ſanctamve iuſtitiam. Verũ dif
ferentia quaedã ineſſe mihi videtur.ſed quid tãdem id refert! Si vis eſto nobis ſanctitas iuſta,ſanctaq;
iuſtitia.SO.Haud haec admitto Protagora:neq; deſidero vt mihi dicatur,iſtud ſi vis & ſi tibi placet,
redarguatur.Sed & me & te dicaẽ requiro. Dico autẽ & me & te,exiſtimãs tum demũ recte ſermonẽ
diſcuti,cum cõditio iſta ſi ex eo tollitur. PRO. Enimuero ſimile quiddã habet iuſtitia ſanctitati.Nã
quodlibet cuilibet quiddã ſimile habet praeter illa quae oĩno inter ſe contraria ſunt: vt album nigrũ,
molle durum.Atqui & illa quae ſupradiximus aliam atq; aliam inter ſe habere potentiã,nec tale vnũ
eſſe,quale eſt aliud,ceu vultus ipſius partes,quiddã ſimile inter ſe habẽt: eſtq; quodãmodo tale vnũ
quale & aliud.Atq; hac ratione licet haec refellas ſi placet,ꝙ cuncta inuicẽ ſimilia ſint:non tamẽ quę-
cunq; ſimile quiddã habent,ſimilia vocanda ſunt:neq; etiam quaecunq; diſſimile quiddã,inuicẽ diſſi
milia,ſi exiguum quiddã habent ſimile vel diſſimile.SO. Admiror equidem o Protagora: nunqd ita
inuicem iuſtum ſanctumve ſe habene vt parum quid ſimile inter ſe habeant! PRO. Haud ita omni-
no. neq; tamen ita prorſus vt ipſe arbitrari videris.SO.Poſtq̃ hęc tibi moleſta ſunt,dimittam⁹:aliud
vero quiddã ex his quę dicebas,conſideremus.Inſaniam aliquid vocas! eiuſq; contrariã ſapientiã eſſe
dicis!PRO.Equidem.SO. Verum cũ recte & frugaliter homines agũt:tũc ita operãtes,tẽperãter age

Interrogatio-
nes ꝑ coniuga-
ta & contraria
ꝗ̃ ꝓbet vnũ
vni eſſe con-
trarium.

re tibi videntur:an cum contra operãtur!PRO. Temperãter agere vidẽtur mihi cum frugaliter re-
cteq; agunt.SO.Nonne tẽperantia tẽperanter agunt!PRO. Neceſſe eſt.SO. Nonne quicũq; nõ recte
agunt inſane agunt: & qui ita agunt,non tẽperãter agunt! PRO. Ita videtur.SO.Ergo inſane agere
contrarium eius eſt:qd̓ temperate agere dicië.PRO.Eſt vtiq;.SO.Nonne igitur quę inſane fiunt,in-
ſania fiunt!quae temperate,tẽperantia!PRO.Profecto.SO.An non quicquid robore fit,fit robuſte! &
quicquid debilitate,debiliter!PRO.Apparet.SO. Et quicquid velocitate velociter:quicquid autem
tarditate,tarde!PRO.Et hoc.SO.Et qd̓ eodem modo fit omnino,ab eodem efficitur:qd̓ vero contra
rio modo,efficitur a contrario!PRO.Aſſentior.SO. Dic obſecro:eſt ne pulchrum aliquid!PRO.Eſt
profecto.SO.Huic cõtrarium aliud quicq̃ eſt q̃ turpe!PRO.Nihil aliud.SO. Eſt & aliquid bonum!
PRO.Et bonum.SO.Ei nunquid aliud cõtrarium niſi malum!PRO. Non aliud.SO.Eſt ne aliquid
in voce acutum!PRO.Sane.SO.Num aliud illi cõtrarium pręter graue!PRO.Hoc ipſum.SO. An
non vnicuiq; contrariorũ non multa ſed vnum eſt contrarium!PRO.Vnum dũtaxat.SO.Reſuma
mus iam quae hactenus a nobis conceſſa fuerunt. Cõceſſimus plane vni vnum ſolum eſſe contrariũ.
PRO.Nempe.SO.Item qd̓ contrario modo fit,a contrariis effici.PRO.Hoc quoq;.SO.Admiſimus
praeterea contrario modo fieri qd̓ inſane fit,& quod temperate.PRO.Etiam.SO. Ruſus qd̓ tẽpera-
te agitur a tẽperantia prouenire:quod inſane ab inſania.PRO.Conuenit.SO.An non,ſi contrario fit
modo,fit a contrario!PRO. Vtiq;.SO. Fit autem hoc quidem a temperãtia,illud autem ab inſania.
PRO .Certe.SO.Contrario modo!PRO.Contrario.SO.Nonne igitur a cõtrariis! PRO.Et a cõtra
riis.SO.Inſania itaq; tẽperantię contraria eſt!PRO.Apparet.SO.Recordamur ſupra nos conceſſiſſe
ſapiẽtię inſaniã eſſe contrariã!PRO.Certe.SO.Quin & vni vnũ ſolum eſſe contrariũ! PRO.Et hoc.
SO.Verũ potius ſermonẽ reiiciemus Protagora! Eum ne quo dicië vnũ vni ſolũ eſſe cõtrarium!An
eum qui volebat ſapientiam a tẽperantia eſſe diuerſam!& vtrãq; partem eſſe virtutis!ac etiã praeter

idq; diuerſæ hę vtręq; ſunt, diſſimiles quoq; eſſe tam ipſas q̃ earum potentias: quẽadmodum vultus ipſius partes? Vtrum iſtorum refutabimus? Ambo quidem iſti ſermones haud ſatis muſice proferũtur. neq; enim inuicẽ concinũt. Nam qua ratione cõſonare poſſunt? ſi quidẽ neceſſariũ ſit vni vnum dũtaxat contrariũ eſſe, pluribus vero nequaq̃. inſanię autẽ cum vnũ ſit ſapientia & tẽperantia cõtrarię videanť. Ita ne an aliter o Protagora? PRO. Eſto tandẽ. quid tũ? SO. An nõ hac ratione vnũ erit ſapientia tẽperantiaq;? & ſupra conſtitit idem quodãmodo eſſe iuſtitiã & ſanctitatẽ? Age Protagora ne pigeat: ſed pergamus ad reliqua. Videť tibi vir iniuſtus, iniuſte agendo tẽperanter ſapere? PRO. Ego quidẽ confiteri hoc o Socrates non auderẽ: plurimi autẽ hominũ aſſerunt. SO. Vtrũ ergo ad illos an ad te verba dirigã? PRO. Si placet ad hũc primo vulgi ſermonẽ ediſſeras. SO. Nihil mea refert, modo ipſe reſpõdeas, ſiue tibi videanť hęc, ſiue nõ videãtur. Sermonẽ nãq; ipſum maxime in primiſq; diſcutio. Cõtingit tamẽ ex hoc & me interrogantẽ & reſpondentẽ examinari. Ad haec primũ Protagoras honeſtare ſe volens, ſermonis difficultatẽ culpare cœpit: poſtmodũ vero reſpondere admiſit. Age inquã ab initio mihi reſponde. Videnť aliqui tibi iniuſte agendo, ſapere tẽperanter? PRO. Eſto. SO. Tẽperanter vero ſapere, bene ſapere vocas? PRO. Voco. SO. Bene autẽ ſapere, bene conſulere in eo quod iniuſte agunt? PRO. Eſto. SO. Vtrũ ſi bene agũt viuuntq; dũ iniuriantur, an ſi male? PRO. Si bene. SO. Dicis ne bona quędã eſſe? PRO. Dico. SO. Num ea bona ſunt, quæ vtilia ſunt hoĩbus? PRO. Immo per Iouẽ bona quædã voco etiã ſi hominibꝰ vtilia non ſint. SO. Cum autẽ videreť mihi Protagoras ſubiraſci: & ad reſponſionẽ inuitus deſcẽdere: mitius eum ſubmiſſiuſq; rogaui. Nũquid ais Protagora quæ nulli hominũ vtilia ſunt? an quæ nullo modo vtilia? Et talia quædam bona appellas? PRO. Nequaq̃. ſed ego multa noui hominibus inutilia, cibos & potiones: & pharmaca, aliaq; permulta: alia vero vtilia. Quędã autẽ quę ad homines neutra ſunt: verũ ad equos alicuius momenti ſunt. Et nonnulla ad boues: ad canes alia: quędã vero ad horũ nullũ: ſed ad arbores potius. Et eoꝝ quę ad arbores quædã ita ſe habent vt ſępe radicibus proſint, germinibus obſint. Quẽadmodum ſterquiliniũ radicibus vtile, ramuſculis caulibuſq; admodũ noxiũ. Oleum quoq; arboribus oĩbus herbiſq; maxime prodeſt, pilis autẽ animaliũ omniũ humanis exceptis nocet plurimũ. Nam & pilis hominũ & toti corpori confert. Atq; ita variũ quiddã & multiforme bonũ exiſtit. Vnde & oleum externis noſtri corporis partibus optimũ: interioribus peſſimũ. Quapropter medici ęgrotãtibus olei vſum vetãt: nec vti permittunt niſi q̃ pauciſſimo ad obſoniorũ quorũdã male olentiũ offenſionẽ reiiciendã. Cũ haec dixiſſet Protagoras, pręſentes frequẽti applauſu acclamantes illius dicta cõprobauerũt. At ego o Protagora inquã, ſum equidẽ nimis obliuioſus: ac ſiquis orationẽ in longũ protrahat: de quo verba fiunt, protinus obliuiſcor. Profecto ſi ſurdus eſſem quodãmodo: mecũq; ſermonẽ haberes: exiſtimares altius mihi q̃ cæteris inclamãdum. ſic in pręſentia cum obliuioſum hominẽ alloquaris, conciſioribus mecum reſponſionibus vtere: ſi modo curas vt te ſequar. PRO. Quã exigis breuitatẽ? nũ breuioribus q̃ oporteat verbis agi tecum iubes? SO. Minime omniũ. PRO. An forte quot opus eſt verbis? SO. Tot vtiq;. PRO. Nũquid ego orationi modũ imponã? an tu potius debitũ terminũ ſtatues quẽ non liceat trãſgredi: eũq; loquendo ſim obſeruaturus? SO. Audiui equidẽ ſcire te adeo abũde quotiens placet & ample loqui, vt nunq̃ tibi deſit oratio, nec non res eaſdem paucioribus q̃ cæteri oẽs verbis perſtringere: idemq; vt cæteri faciant, docere potes vt audio. Si ergo mecũ diſputaturus es breui illa & conciſa ratione dicendi vtere quæſo. PRO. O Socrates multis cũ hominibus olim dicẽdo certaui. Ac ſi ita egiſſem vt ipſe mones, ſi inquã ad normã mihi ab auditore impoſitam verba feciſſem, haud ſane quouis alio homine inſignior eſſem: nomineq; Protagoræ omnis Græcia reſonaret. Ego autẽ cum cognouiſſem ſuperiorem reſpondendi modum illi minime placuiſſe, eũq; ſponte ita deinceps minime reſpõſurum: haudquaq̃ expedire mihi cenſui, vt illis diſputationibꝰ intereſſem: atq; idcirco o Protagora inquã, haud flagito diſputationẽ nobis præter ſententiam tuam procedere. Etenim ſi velis ita diſſerere vt ego aſſequi poſſum, adſtabo equidẽ: nam ipſe quidẽ, vt de te fertur, & tu profiteris, æque potes eadem & ſummatim perſtringere & ampliſſime eloqui: es enim ſapiens, ego autem ad prolixam orationem ineptus ſum: atq; vtinam eius compos eſſem. verum tua intererat nobis aliquãtulum indulgere, quãdo quidem æque es ad vtrũq; paratus: vt diſputatio peragatur: poſtq̃ vero non vis & me vſq; adeo negotia vrgent, vt nequeam tecum hic diu orante commorari, q̃uis iſta libenter audiſſem, abeo iam quo res ipſa me vocat. His dictis ſurrexi ꝓtinus abiturus. Sed Callias dextera manũ meã prehendit, ſiniſtra palliũ dicẽs, haud te dimittemꝰ o Socrates: nã ſi exieris nõ amplꝰ ita inuicẽ colloquemur. Mane obſecro. nullius mihi oratio gratior cõtingere poſſet, q̃ tua cũ Protagora diſputatio. Quare & mihi & oĩbus his obſeq̃re. At ego iã ſurrexerã exiturus. & ad Calliã inquã. O Hipponici fili tuã ſemꝑ philoſophiã admiratꝰ ſum: nũc laudo inſuꝑ atq; amo. Quocirca gratificari tibi vehemẽter optarim ſi poſſibilia poſcas. Qđ vero nũc petis, perinde eſt ac ſi orares vt Criſonẽ Imerçum curſorẽ iuuenẽq; ęquis paſſibꝰ ſequerer: vel aliquẽ eoꝝ qui longiſſimũ interuallũ excurrere ſolent: aut diurnũ curſum

Margin notes: Vagatur ſophiſta. — Criſo Imerꝰ curſor.

peragere. Tunc ſane obiicerem multo magis me ipſum optare q̃ te hos curſores currẽdi viribus aſſe
qui:ſed aſſequi nequeo. Q; ſi cupis me & hũc quaſi alterum Criſonẽ ſpectare pariter cõcurrẽtes,ipſum
ora vt paribus me paſſibus comitet. Nam ego quidẽ celeriter currere nequeo:hic autẽ tarde poteſt.
Ergo ſi optas audire me & Protagorã diſputantes,eũ obſecra,vt quẽadmodũ a principio fecerat: ita
nũc paucis verbis & ad propoſitã quaeſtionẽ reſpõdeat. Alioquin quis erit diſputãdi modus? Putabã
equidẽ aliud eſſe inuicẽ colloqui differendo:aliud cõcionari. Vides o Socrates inquit Callias:iuſte lo
qui videt Protagoras:dũ cenſet licere ſibi ſuo arbitratu differere:tibi itẽ tuo. Hic Alcibiades,haud re
cte loqueris inquit,o Callia. Socrates enim hic concionãdi impotẽ ſe eſſe fatet:& in hoc Protagorę ce
dit. Si autẽ & in diſputãdo recipiẽdiſq; & reddendis rationibus cedat alicui: ſummopere admirabor.
Si ergo Protagoras confitet Socrate ſe eſſe in diſputãdo inferiorẽ:ſat iam Socrates habet. ſin autẽ hoc
quoq; ſibi vendicat:cũ interrogante Socrate differat : & viciſſim reſpondẽdo haud longas per amba
ges circũuaget:neq; cõcionãdo occaſionẽ ĩtercipiat diſputãdi:neq; rationẽ reddere Socrati reſpuat:
dũ profuſius loquit,quoad plurimi audientiũ id de quo agitur obliuiſcant. equidẽ pro Socrate fide
iubeo:eũ quę dicent obliuioni minime mãdaturũ:licet iocet nobiſcũ,obliuioſum eſſe ſe dicẽs. Mihi ſa
ne videt Socrates ęquiora admodũ poſtulare. Decet enim vnũquẽq; ſentẽtiam ſuam exprimere. Poſt
Alcibiadẽ vt arbitror,inquit Critias. O Prodice atq; Hippia,Callias quidẽ Protagorę vehemẽter ſuf
fragari videt. Alcibiades autẽ cõtentioſus nimis eſt & ptinax,quocũq; ſe verterit. Nos autẽ alteri ma
gis q̃ alteri fauere nõ decet:vel Socrati vel Protagorae:ſed cõmuniter vtrũq; rogare: ne poſtq̃ coepe
rint,media in diſputatiõe reſiſtãt. Cum hęc ille dixiſſet,Prodicus ait,probe loqueris Critia:decet enĩ
eos qui diſputationibꝰ his interſunt,cõmunes quidẽ eſſe vtrorũq; dicentiũ auditores:ęquos autẽ mi

Differẽtia ĩter cões & aequos auditores.

nime. Neq; vero idẽ hoc eſt & illud. cõmuniter quippe audire vtrũq; decet:nõ autẽ aeque vtriq; tri
buere. Sapiẽtiori quidẽ plus:imperitiori vero minus. Equidẽ o Protagora atq; Socrates arbitror vos
inuicẽ nõnihil debere cõcedere: & de his quę dicent,ambigere quidẽ ſimul: cõtendere vero nequaq̃.
Ambigũt porro ppter beniuolentiã cũ amicis amici. Contẽdũt autẽ aduerſarii ſimul & hoſtes. Atq;
ita q̃ optime diſputatio noſtra pcederet. Vos ſiquidẽ diſputãtes ita maxime a nobis audientibus pro

Differẽtia inter probate & laudare.

baremini:non laudaremini inquã. Probãt vtiq; auditores ipſius mentis iudicio abſq; deceptione: lau
dant verbis,plerũq; mendacio pręter ſententiã aliqd extollẽtes. Nos item auditores ita maxime gau

Differẽtia ĩter gaudere & voluptatẽ capere.

dio non voluptate afficeremur. Gaudio afficit ille qui diſcẽdo & contẽplãdo ipſa intelligẽtia delecta
tur. Voluptate pfundit qui dũ comedit vel alio quodã oblectamẽto potit,ipſo ſenſu corporis delecta
tur. Cum hęc dixiſſet Prodicus,pręſentiũ plurimi cõſenſerũt. Deinde ſapiens Hippias ſic exorſus eſt
dicere. Arbitror o viri pręſentes,vos oẽs cognatos propinquoſq; & concives inuicem eſſe natura,nõ
lege. Simile nãq; ſimili natura cognatũ. Lex autẽ tyrannus hominũ,multa pręter naturã cogit. Tur
pe itaq; eſſet ſi nos qui rerũ naturã callemus,ſapiẽtiſſimiq; graecorũ omniũ ſumus,poſtq̃ de hoc ipſo
diſputaturi hanc in vrbẽ cõuenimus totius gręcę ſapiẽtię arcem,hiſq; in ędibꝰ ampliſſimis ſumptuo
ſiſſimiſq; atticarũ omniũ congregati ſumus,nihil tãta hac amplitudine dignũ oſtenderemus:ſed vi
lium homunculorũ more altercãtes inuicẽ diſſentiremus. Hortor equidẽ vos & obſecro o Socrates
atq; Protagora vt libenter ſub nobis tanq̃ arbitris cõueniatis:qui vos ad mediũ reducemus. Neq; tu
ſermonis amplitudinẽ reſecare debes ad viuũ o Socrates: & iſtud tuũ,vt ita dixerim,breuiloquiũ ad
vnguẽ penitus obſeruare. Laxa pauliſper obſecro ſermonibꝰ gubernacula,vt magnificẽtiores ſplendi
dioreſq; appareãt. Oro inſup Protagorã ne tẽtis prorſus rudentibꝰ veliſq; inflatis,temone relicto in
altũ ſermonũ mare ptinus delabat,vnde nuſq̃ tellus perſpiciat:ſed ambo pariter annitamini vt me
diocritatẽ pro viribus obſeruetis. Efficite quęſo qđ conſulo: vtq; id ſeruetis integrius,eligite ſceptri
ferũ quẽdam pręſidẽ atq; iudicẽ:qui verbis modũ ſtatuat obſeruetq; vtrũq; loquẽtem. Placuerũt hęc
pręſentibus:omneſq; ea laudarunt. Me vero ad idem hortatus eſt Callias:rogaruntq; eligere arbitrũ.
At ego,non decet inquã iudicem huic diſputationi pręficere. Nam ſi nobis imperitior erit iudex:in
iuſtum erit,vt deterior aliquis potioribus pręſit. Sin autem ſimilis:neq; rurſus recte ita agetur. Simi
lis enim nobis ſimilia faciet. Quapropter ſuperuacuus erit. Praeſtantiorẽ vero nobis quẽq̃ eligere im
poſſibile reuera eſt vt arbitror:quippe cum Protagora hoc ſapientior alius eligi nequeat. q; ſi quẽ ele
geritis nihilo doctiorẽ,aſſeretis tamẽ,dedecori Protagorę hoc dabit q; illi tanq̃ inſcio & ignobili arbi
trum pręſcripſeritis. Mea vero nihil intereſt. Cęterũ vt diſputare pergamus quẽadmodũ cupitis,ita
mihi videt agendum. Si non vult reſpondere Protagoras,interroget ſaltẽ:ego autẽ reſpondebo eiq;
conabor oſtẽdere quo pacto reſpondere quis alteri meo iudicio debeat. Poſtq̃ ego illi ad quãlibet eius
interrogationẽ reſpõſionẽ dedero,rurſus ille mihi ſimilẽ ſermonẽ ſubiiciat. ſi forte tergiuerſari vide
bitur ego ſimul & vos eũ orabimus quẽadmodũ vos me nunc oratis,ne coetum diſſoluat. Neq; vero
opus eſt huius gratia cenſorẽ vnum pponere. Vos enim oẽs vna cenſebitis. Conſenſerunt oẽs ita eſſe
agendũ. Protagoras autem inuitus ad haec deſcendere videbatur. Tandem concedere coactus eſt in

terrogaturum ſe:& poſtq̃ ſatis interrogauerit breuiter reſpõſurum,itaqꝫ in hũc modum interroga-
re cœpit. Arbitror o Socrates præcipuam doctrinæ partẽ in hoc conſiſtere:vt quis in carminib9 peri
tus euadat. Eſt autẽ hoc vt poetarũ dicta intelligere poſſit:quæ.ſ.recte ſe habẽt,quę nõ:ſciatqꝫ diſcer-
nere:& cum interrogaẽ,reddere rationẽ. Et nunc quidẽ interrogabit forte quiſpiam de eo qđ vtriqꝫ
ſimul inueſtigamus:de virtute videlicet. Sed hoc intererit:ꝙ id ad carmina trãſferetur. Dicit eñ Si-
monides ad Scopam Creontis Theſſalici filiũ:difficile eſſe virum vere bonũ fieri manibus pedibuſqꝫ
& mente tetragonum.i.quadrãgulum abſqꝫ vituperatione fabricatum. Tenes ne memoriter carmi-
na?vel vt referam expetis?SO. Nihil opus eſt. Teneo nãqꝫ & diligens mihi horum carminũ cura fuit.
PRO. Bene loqueris. vtrũ bene recteqꝫ dixiſſe tibi videẽ Simonides,an non?SO. Immo optime. PRO.
Videtur ne recte loqui poeta ſi ipſe ſibimet contradixerit?SO. Minime. PRO. Attende itaqꝫ diligen
tius. SO. Satis o bone vir attendimus. PRO. In eiſdẽ carminibus poſtea dicit:Pittaci licet ſapientis vi
ri ſententiã abſonam ſibi videri:qua inquit,difficile eſt bonum manere. Cernis eũdem Simonidẽ hæc
& ſuperiora dixiſſe?SO. Equidem. PRO. Nunqđ eadẽ poſtea quę & antea protulit?Eadẽ inquã vt mi
hi videẽ. Et ſimul metuẽs ne quid vltra adiiceret,interrogaui,an nõ ſibi quoqꝫ videreẽ. Rogas inquit
vtrũ cõſtare ſibimet illũ putẽ,qui hæc vtraqꝫ dixit?& primo quidẽ propoſuit bonum virũ fieri vere
difficile eſſe:paulo autẽ poſt tanq̃ ſuiipſius oblitus,Pittacum eadẽ cum illo dicentẽ,difficile.ſ.eſſe vi-
rum bonũ manere,carpit,eius dicta reſpuẽs,qui eadẽ dixerat! Enimuero cũ opinionis eiuſdẽ ac ſuæ
auctorem Pittacum accuſat: ſeipſum damnat. Quapropter aut prius aut poſterius non recte dicit.
His dictis acclamarũt auditores plurimi,& Protagoram collaũdarunt. Ego autẽ primũ tanq̃ a pugi
li robuſto ꝑcuſſus caligantib9 pręvertigine oculis vacillaui. Nam & eius vox & aliorum clamor me
prorſus obruerant. Deinde vero vt tecum ingenue verum fatear,quo morã ad poetæ mentẽ inueſti
gandam captarem,ad Prodicũ cõuerſus inquã:Conciuis tuus o Prodice Simonides extitit. Ergo tua
intereſt illi opem ferre. Videor equidẽ aduocare te:quẽadmodum inquit Homerus,Scamandrum ab
Achille obſeſſum Simoentem aduocauiſſe. O dulcis frater viri huius vna ambo vim cõprimamus.
Haud ſecus ego te nunc accerſo ne Protagoras Simonidẽ noſtrũ expugnet. Emendatio ſane circa Si-
monidis verba tua indiget muſica:qua velle diſtiguis & cupere: & quę modo dicebas multa atqꝫ prę
clara. Et nunc quidẽ vide num tibi idem qđ mihi videaẽ. neqꝫ enim repugnare ſibi in dicẽdo videẽ Si
monides. Ipſe o Prodice ſentẽtiã tuam prior exprime:idem tibi videẽ fieri atqꝫ eſſe,an aliud? Aliud in-
quit Prodicus. Nõne in primis inquã Simonides mẽtem ſuam aperuit,ꝙ virum vere bonũ fieri diffi
cile ſit? Vera narras Prodicus ait. Pittacum autẽ improbat non vt cenſet Protagoras idem dicẽtem:
ſed aliud. Non enim dixit Pittacus difficile eſſe virũ fieri bonũ: vt Simonides:ſed bonum ꝑſeuerare.
Eſt autẽ non idẽ o Protagora ſicut exiſtimat Prodicus iſte,eſſe & fieri. ſi autẽ nõ idem eſt eſſe qđ & fie
ri,haudquaq̃ ſibiipſi Simonides cõtraria ponit. Ac forſitan diceret Prodicus hic & alii multi ſecũdũ
Heſiodũ,effici bonũ eſſe difficile. Nam ante virtutẽ ſudorem a diis poſitũ ait. At cũ ad ſummũ verti
cem peruentũ eſt,facilem eſſe,q̃uis cõparatu difficilis fuerit. Prodicus igitur cũ hæc audiſſet,me lau
dauit. Protagoras autẽ emẽdatio inquit,iſta o Socrates abſurdior eſt q̃ qđ emendas. Tum ego o Pro-
tagora inquã male mecũ actũ eſt vt videtur:ſumqꝫ ridiculus medicus:quippe qui dum curare con-
tẽdo,morbũ exaugeo. PROT. Sic tamẽ res ſe habet. SO. Qua ratiõe? PROT. Nimis iſcius poeta ille
fuiſſet:ſi adeo virtutẽ parui feciſſet,vt facilẽ eſſe eius poſſeſſionẽ exiſtimaſſet:cũ ſit oĩm difficillima:vt
oĩbus videẽ hoĩbus. SO. Opportune ꝑ Iouem noſtris iſte Prodicus ſermonibus interuenit. Videẽ ſa-
ne a Protagora diuina eſſe Prodici ſapiẽtia: iãdudum vel trahẽs originẽ a Simonide,vel etiã ab anti-
quioribus orta:tu autẽ cum multarũ rerum ſis aliarũ peritus,hui9 tamẽ imperitus appares. Ego ve
ro eam expertus ſum,cũ fuerim Prodici huius diſcipulus. Atqui in pręſentia haud ſatis aĩaduertere
mihi videris,ipſum qđ difficile diciẽ,forſitan Simonidẽ non ita accepiſſe,vt ipſe nunc accipis:verum
tanq̃ malũ & graue quiddã intelligendũ eſſe paſſim me Prodicus admonet. Nam quotiens vt alium
laudans aut te,ita loquor: Protagoras ſapiens vir eſt & diues.i.vehemens grauiſqꝫ,corripit me conti
nuo ꝙ bona grauia dicam:cũ graue malũ ſit. Nemo eñ ita loquiẽ,vt dicat graues diuitias:grauẽ pa-
cem:ſanitatẽ grauẽ. Immo grauẽ morbũ:graue bellũ: grauẽ paupertatẽ:quaſi graue.i.oneroſum ma-
lũ ſit. Forte igiẽ Chii atqꝫ Simonides,ipm difficile,vel vt malũ accipiũt:vel aliud qđ tu minus intelli
gis. Ergo a Prodico ſciſcitemur. Decet eñ de Simonidis ſcriptis hũc maxiẽ ꝑcontari. Quidnã o Pro-
dice Simonides ipſo difficilis nomine ſubintelligi voluit?PRO. Malũ ꝑfecto. SO. Ob hoc vt arbitror
Prodice Pittacum reprehendit,dicẽtem,difficile eſſe bonum manere:ac ſi dixiſſet malum eſſe,mane
re bonum. PRO. Et quid aliud putas o Socrates ſibi voluiſſe Simonidem,q̃ vituperare Pittacum,ꝙ
nomina recte diſtinguere neſciebat: vtpote qui Leſbius erat,& in voce barbarica educatus?SO. Au-
dis o Protagora quæ Prodicus hic dicit?Quid ad hæc? PROT. Permultum abeſt vt ita ſit Prodice.
Certe equidem ſcio Simonidem difficilis nomine id qđ & alii ſolent ſignificare voluiſſe:non malum.

immo qđ nõ facile:ſed multis cũ laboribus comparaẽ.SO.Ego item hoc voluiſſe Simonidẽ arbitror
o Protagora:idq́ Prodicum intelligere:ſed iocari tecũ:tentareq́ te vtrũ ſermoni tuo valeas ſuffra-
gari.ꝙ enim Simonides difficile nõ malũ intelligi velit,argumẽto ſunt quę ſequunẽ:ſubiungit enim
ꝙ ſolus deus hoc munere fruiẽ. Neq́ vero ſi vellet malũ eſſe bonũ pſeuerare,paulopoſt adiungeret,
ſolũ deũ huius cõpotem eſſe:deoq́ ſoli munus id attribueret. Diſſolutũ plane hoiem nec vllo modo
Chium Prodicus ita diceret fuiſſe Simonidẽ.Cęterũ qd tandẽ ſenſiſſe in his carminibus Simonidem
ducã,vobis aperiã:ſi vis de me periculũ facere quẽadmodũ circa poetica ſim affect⁹.Si autẽ vis,te au
diã.Protagoras cũ hæc audiſſet.Vt lubet inqt o Socrates.verũ Prodicus & Hippias aliiq́ oẽs agere
me ita iuſſerũt.Conabor inquã quid de his carminibus ſentiam,vobis exponere.Antiquiſſimũ apud
Gręcos & plurimũ ſapiẽtię ſtudiũ in Creta & Lacedęmonia extat.Et ſophiſtę plures ibi q̃ alibi vſq́ re
periunẽ:diſſimulãt autẽ: & imperitos eſſe ſe fingũt:ne cæteros Gręcos ſuperare ſapiẽtia deprehendã
tur:inſtar eorũ quos Protagoras ſophiſtas ſupra dicebat: ſed vt videanẽ re militari potius & fortitu
dine cæteros anteire.Suſpicanẽ enĩ ne ſi forte mẽtis illorũ habitus pateſiat:cæteri oẽs idẽ ſtudiũ pro-
ſequãtur. Ergo celant,decipiũtq́ incolas qui Lacedęmonios imitanẽ,aurũ circũciſione,inuolutione
corigiarũ:exercitationib⁹ corporis:breuibus veſtib⁹:perinde ac ſi huiuſcemodi reb⁹ Lacedęmonii cæ
teros græcos exſuperent.Lacedęmonii vero quotiẽs cũ ſophiſtis ſuis liberius cõuenire volũt:externo
rũ hominũ familiaritatẽ ægre ferunt:& clanculũ cõgreganẽ:excluſiſq́ peregrinis oĩbus vna cũ ſophi
ſtis philoſophanẽ.Prohibẽt quinetiã & ipſi & Cretẽſes adoleſcẽtes alias vrbes adire,ne quæ apud eos
docenẽ,alibi forte dediſcant.Reperiunẽ in his ciuitatibus nõ viri tm̃ doctrina egregii: verũ etiã mu-
lieres.Q₂ aũt vera loquar,& Lacedęmonii optime ad philoſophiã ſermoneſq́ ſint educati:hinc maxi
me intueri licet.Siquis cũ viliſſimo quoq́ Lacedęmonioꝝ colloquaẽ:rudem plerũq́ in verbis appare
re eũ primo cõperiet.Deinde vbicũq́ rei ipſius opportunitas exigit:inſtar vehemẽtis iaculatoris ver
bũ nõ parui momẽti breue cõtortũq́ eiaculaẽ:vt qui cũ eo loquiẽ,nihil a puero differre exiſtimeẽ.Q₂

SAPIENTES Gręcię. Thales Mileſius. Pittacus Mitylenevs Bias Prieneus. Solo Athenienſis. Cleobulus Lindius. Myſo Ocheneus. Chilo Lacedæmonius. Sapientia Lacedęmonica.

autẽ Lacedęmoniorũ virtus,in ſapiẽtię magis q̃ exercitationis ſtudio cõſiſtat,intelligũt nõnulli no-
ſtrę ætatis hoĩes:& olim multi idẽ aĩaduerterunt:ſciẽtes verba eiuſmodi enunciare poſſe viri abſolu-
te docti officiũ eſſe.Horũ e nũero fuit Thales Mileſius:& Mitylenevs Pittacus:Bias Prieneus:noſter
Solo:Cleobulus Lindius:Myſo Ocheneus.Septim⁹ horũ dictus eſt Lacedęmonius Chilo.hi oẽs ęmu
li ſtudioſiq́ fuerunt diſcipuli Lacedęmonicę ſapiẽtiæ.Quorũ ſapientiã talem eſſe cõperimus.Verba
breuia memoratu vnicuiq́ digna. Hi facto cõcilio ex cõmuni cõſenſu,has Delphici Apollinis tẽplo
primitias ſapiẽtię dedicarũt:quę tẽplo inſcriptę,ab oĩbus celebranẽ.Cognoſce te ipſum.Nihil nimis.
Hæc ob eam cauſam refero vt pateat eam priſcæ philoſophię fuiſſe figurã:Lacedęmonicum.ſ.quod-
dam vt ita dixerim breuiloquiũ.Atqui & Pittaci ꝓprium hoc dictũ circũferebaẽ a ſapiẽtibus celebra
tum:Bonũ manere,difficile eſſe.Simonides itaq́ cũ ſapiẽtię gloriã cuperet,cognouit ſi prouerbiũ id
refelleret cõuinceretq́ tanq̃ inſignẽ certatorẽ,fore vt ipe illuſtris ab oĩbus habereẽ.Quãobrem carmi
na illa cõpoſuit illi inſidiatus eius verba diſturbaturus,vt arbitror. Diſcutiamus hęc vna oẽs:vt vi-
deamus vtrũ vera loquar.Primũ quidẽ carmina illa priora inſanum hoĩem indicarent,ſi dicere vo-
lens virum effici bonũ eſſe difficile:deinde inieciſſet hanc particulã quidẽ.hoc enim nulla ratione vi-
detur iniectum.niſi quis putet aduerſus Pittaci verba certantẽ Simonidem loqui: & cum ille dicat,
difficile eſſe bonũ manere,Simonidẽ ad hęc obiicere.Nõ ita eſt o Pittace.Immo bonum quidẽ virum
effici difficile eſt:& vere non reuera bonũ.Nõ ob hoc dicit reuera quia ſint aliqui vere boni:alii autẽ
boni quidẽ,ſed non vere.Abſonum hoc vtiq́ videreẽ,neq́ Simonide dignũ.ſed ad ſupererceſſum po-
nere oportet in verſibus id qđ vere diciẽ,ſupplẽdo ita Pittaci verba,ceu ſi poneremus Pittacũ ipſum
dicere:O viri difficile eſt bonũ manere.& Simonidẽ reſpõdere.O Pittace vera minime loqueris.Non
enim eſſe ſed fieri virum bonũ manibus pedibuſq́ & mente quadratũ abſq́ vituperatione aliqua fa-
bricatũ:eſt difficile vere.ita videẽ aduerſus ſermonẽ,hoc quidẽ iniectũ:& ipſum vere aut ab re poſtre
mo locatũ.Atqui & quę ſequũtur oĩa huic atteſtãtur:ꝙ hunc in modũ eſt dictũ.Multa inſuper extant
quę recte diſpoſita in his carminib⁹ ſigillatim oſtẽdere poſſum⁹.Scite nãq́ & accurate cõpoſita ſunt:
ſed prolixior foret oratio.Quare ſummatim poetæ huius formã conſiliũq́ exponendũ.Intendit autẽ
in ſingulis verſibus Pittaci verba refellere.Ait enim paulopoſt ferme in hunc modũ: ꝙ effici virũ bo-
num difficile vere:poſſibile tamẽ ad tẽpus.Factum vero bonũ eo in habitu pſeuerare:eſſeq́ bonũ vt
ipſe ais o Pittace,impoſſibile eſt:neq́ humanũ: ſed ſolus hoc deus munere fungiẽ.hoĩem vero ita bo-
num manere ne rurſus labatur,impoſſibile eſt:quẽ ſors inopina cõſtringit.Quẽnam potiſſimũ inopi
natus caſus in nauis gubernatione ſubmergit?non rudem hominẽ:nam ſemp ille ſuccũbit:& quẽad-
modũ iacentẽ nullus deiicit:ſed ſtãtem quãdoq́ aliquis deiicit vt iacere cogat:iacentẽ vero nequaq̃,
ita ſolertem & ſagacem hominẽ nõnunq̃ inopinatus caſus circũuenit.Enimuero qui nihil penſi vnq̃
habet,minime.Et gubernatori quãdoq́ ingens tẽpeſtatis impetus iprouiſus ſupuenit:& agricultori

intẽperies anni: et medico quoq; ſimilia.adeo vt tunc improuidi fuiſſe videanẽ. Poſſet eñ bonus ali
quis malus fieri:qđ alius poeta teſtaẽ dicens. Vir bonus,alias prauus alias bonꝰ eſt. Vt aũt malus ef
ficiaẽ malus fieri non poteſt.Eſſe enim ſemp̃ neceſſe eſt. Quãobrẽ quotiẽs caſus inopinatus ꝑuidum
hoĩem ſapientẽq; & bonũ ĩuadit , malus efficitur. Tu vero dicis o Pittace difficile eſſe bonũ manere,
Res aũt ita ſe habet vt fieri bonum poſſibile ſit,difficile tñ:ꝑdurare aũt bonũ, penitus impoſſibile.
Quilibet eñ bene agens,bonus:male cõtra,malus. Quęnã circa literas bona eſt actio?quęve actio vi
rũ ad illas bonũ efficit?Cõſtat ꝙ harũ ꝑceptio.Quę itẽ actio bona bonũ efficit medicũ?Morborum vi
delicet curandorũ peritia.Qui bene curat,bonꝰ medicus,qui male cõtra malus.quis ergo malus me
dicus nõnũq̃ efficiẽ?Ille certe,cui primo hoc ineſt vt medicus ſit, deinde vt bonus medicꝰ. Hic enim
malus quãdoq; medicus effici poteſt.Nõs autẽ medicinę artis ignari nunq̃ male agendo aut medici
aut fabri efficeremur,aut aliud tale.Quiſq; aũt nõ fit medicus male operatus,neq; etiã malus medi
cus.Ita & bonꝰ vir fieri põt aliqñ malus, vel ꝑpter tẽpus,vel laborẽ,vel morbũ, vel aliũ caſũ.Hęc por
ro ſola eſt actio praua,priuari ſcĩa.Malus aũt vir nunq̃ malus fieret:eſt eñ ſemp̃.Ac ſi malus fieri de
bet:oportet vt añ bonus efficiaẽ.Ad hoc itaq; carmina illa tendũt,vt affirmeẽ impoſſibile eſſe virum
ſemp̃ bonũ ꝑſeuerare:fieri aũt bonũ,eundẽq; rurſus & malũ,poſſibile.Plurimũ aũt optimos eſſe illos
quos dii diligunt.Hęc itaq; oĩa aduerſus Pittacũ ſunt illata:qđ & ſequẽtia clarius patefaciũt.Hac de
cauſa inquit : nũq̃ ego quod fieri nequit requirens fruſtra ſpero perpetuo ſine reprehenſione victurũ
hoĩem aliquẽ ex his qui fructibus terræ veſcunẽ.Deinde vobis q̃ comperta mihi ſunt,prędico: & cæ
tera q̃ ſequũtur.Ita paſſim in Pittaci verba vehemẽter inuehiẽ. Vnũquẽq; vero laudo,amoq; libens q
turpe nihil patrat.Neceſſitati aũt neq; dii ipi repugnãt.Id aũt ẽ ad hoc idẽ dictũ.Neq; eñ vſque adeo
rerũ inſciꝰ erat Simonides,vt illũ laudare ſe diceret,q turpe nihil ſpõte cõmittit:quaſi ſint aliq q ſpõ
te male agant.Arbitror equidem ſapientẽ nullũ putare eſſe hominẽ aliquẽ q vltro aberret, malaq; &
turpia ſponte committat.Sciũt etenim ſapientes oẽs,qui mala turpiaq; cõmittunt:prẽter voluntatẽ
peccare.Atqui & Simonides nequaq̃ laudare ſe dicit illum,qui non ſponte ſcelera patrat:immo de ſe
ipſo id quod ſponte diciẽ,prædicat.putabat enim prẽclarum bonumq; virum ſæpe ſeipſum impulſu
rum:vt amicus laudatorq; alicuiꝰ efficiatur:amareq; & laudare pergat. Vtputa ſi illi moroſi & iniq
parentes contingant:aut patria,aut tale aliquid.Improbos quidem cenſuit hoĩes,libenter in paren-
tum, patrięq; errata inuehi ſolere:& paſſim illa omnibus diuulgare:vt nemo illos ꝙ parentes & pa-
triã negligãt:corripere audeat.quare & vituperare parẽtes patriamq; : & vltra neceſſitatem volun-
tariis quoq; odiis & inimicitiis agitare.probos aũt viros occultare potius & ad laudandũ ſeipſos co-
gere:et ſiqua in re iure parẽtibus & patriæ indignantur,conſolari ſeipſos , ſeq; ſuis conciliare:vt & ſi
non libenti aĩo,laudẽt tñ & diligant.Sępe etiam Simonidẽ ipſum arbitror non ex animi ſui ſententia,
ſed inuitũ ad tyrannũ quendam aut aliũ talẽ laudandũ & extollendũ ſe cõtuliſſe.Hęc igiẽ ad Pittacũ
refert.Ego quidẽ o Pittace non te ob id carpo ꝙ ſim natura detractor: qñquidẽ mihi ſatiſfacit & ille
qui non eſt malus nimiũve ignauus.Sciens quidẽ iuuabit ciuitatẽ iuſtam vir ſanus.Neq; tñ ipẽ dero
gabo:neq; eñ derogãdi ſum ſtudioſus.Stultorũ nãq; eſt infinita ꝓgenies.Quapropter ſiquis eos vi-
tuperare pergat defatigabiẽ.Omnia porro honeſta,quibus turpia non miſcentur . Haud hoc dicit
perinde ac ſi diceret omnia alba quibus nigra nulla miſcentur:ridiculum nempe id eſſet:ſed quaſi di
cat media ſe accepturũ neq; illa vituperaturum: Nõ quęro inquit hoĩem irreprehenſibilem penitus
inter eos quicunq; paſſim fructibus terræ veſcuntur. deinde vobis quod mihi compertum eſt nun-
cio:ꝙ videlicet huius cauſa neminem laudaturus ſum. Verum mihi ſufficit ille qui medium tenet:
neq; turpe qđ agit.Qñ ego oẽs ſic diligo atq; laudo.Hic vtiq; Mitylenęorũ lingua eſt vſus tanq̃ ad-
uerſus Pittacum ſic dicens:Omnem autem laudo & diligo libens.hic oportet id quod libens dicitur
ſeorſum a ſequentibus capere:ac dicere poſtmodum,quicunq; nihil turpe cõmittit.Nam ſunt & ali-
qui quos ego nõ libens laudo & diligo.Qꝫ ſi & tu mi Pittace mediocriter cõſentanea veraq; dixiſſes,
nunq̃ te reprehendiſſem . Nunc vero cum et maxime et in maximis falſa proferas quæ vera multis
apparẽt,te reprehendere cogor.Hæc mihi o Prodice atq; Protagora his in carminibus Simonidis
ipſius mens fuiſſe videtur. Tum Hippias, Bene inquit o Socrates carmina hæc expoſuiſſe videris.
Eſt et mihi ratio illis accõmodata: quam vobis ſi vultis oſtendam . Immo vero inquit Alcibiades:
ſed poſtea.prius autẽ peragere decet quæ inter Socratem et Protagoram conuenerunt.Et ſi Prota-
goras interrogare vlterius vult,reſpondere Socrates debet.Sin autem reſpondere vult Protagoras:
interrogare Socrates. Atqui concedo inquã Protagoræ quodcũq; horũ ipſi gratius eſt futurum : ꝙ
ſi placet,verſus prætermittamus:ea vero quæ abs te primo quærebam Protagora libẽter vna tecũ ab
ſoluerem. Videtur enim mihi diſputatio de rebus poeticis perſimilis eſſe conuiuiis imperitorũ ple-
beorumq; hominum. Qui cum propter inſcitiam nequeant inuicem propria voce ſuiſq; ſermonibꝰ
colloqui , mercede exhibita tibicinas introducunt:et aliena voce hoc eſt tibiarum flatu, conuiuium

Qꝫ inanis ſit & poſt habenda diſputatio de rebꝰ poeticis inter res ſerias.

n

tranſigũt. Vbi aũt boni pręclariq; & eruditi viri cõueniũt:neq; tibicinas ibi neq; ſaltatrices neq; can
tatrices vllas videbis:ſed eos ꝓpria voce remotis his nugis iociſq; cõuiuiũ celebrare:& alternis inter
rogationibꝰ reſpõſiõibuſq; modeſte diſſerere,etiã ſi vinũ abũde biberint. Eodẽ mõ ſi ad huiuſcemodi
diſputationes viri tales cõueniũt,quales eſſe nos plurimi pędicãt,haudquaq̃ aliena voce & poetarũ
verbis indigẽt:quos percõtari nõ daſ de his q̃ ſcribũt,& q eorũ teſtimonia in mediũ afferunt, partim
hoc,partim illud ſentire poetam interpretantur:neq; conuincere poſſunt,neq; rem ipſam de qua diſ-
ſerunt,expedire. Tales ergo cõfabulationes ſapientes viri dimittunt:ipſiq; p ſe inuicẽ colloquunſ: vi
Q ul veri diſ putatores ſint. ciſſimq; ingenii periculũ faciũt. Diſputatores aũt hmõi vt arbitror,ego & tu nũc imitari debemus:
& poetis poſthabitis noſtris rationibꝰ rẽ ipſam diſcutere, facereq; tã ingenii noſtri q̃ veritatis examẽ.
Si ergo vltra quęrere cupis,reſpõdere tibi paratꝰ ſum:ſin aliter mauis,te mihi prębe:& adiuua ad ea
q̃ intermiſimus peragenda. Cũ hęc aliaq; hmõi intuliſſem,Protagoras qd potiſſimũ agendũ eligeret
nequaq̃ aperuit. Tũc Alcibiades ad Calliã cõuerſus,O Callia inquit,videſ ne tibi nũc recte Protago
ras facere:cũ declarare nolit vtrũ rationẽ reddere placeat necne? Mihi qdẽ nõ videſ. Sed iã vel diſpu-
tet,vel diſputare nolle ſe dicat:vt huic quidẽ hęc adſcribamus. Socrates autẽ cũ alio quouis diſſerat
vel alius quicũq; vult cũ alio quopiã. Protagoras tũc,vt viſus eſt mihi, verecũdia motus propter Al
cibiadis orationẽ,Callięq; & aliorũ pręſentiũ preces,vix tandẽ ad diſſerendũ deſcendit:iuſſitq; Socra
tem ipſm interrogare,ſe reſpondere pollicitus. O Protagora inquam ne me tecũ ob aliud diſſerere pu-
tes,niſi quia q̃ paſſim dubito,diſcutere velim. Arbitror eñ haud ab re illud ab Homero dictũ fuiſſe.
Si duo ſimul cõgrediantur,alter altero magis intellexerit. Sagaciores nãq; ſumꝰ cuncti ad quodlibet
opus,verbũ,& ſenſum inueſtigãdum. Si quis aũt ſolus quippiã cogitat,mox paſſim perquirit aliquẽ
qui cũ cõmunicet,approbetq;,quoad inueniat. Quãobrẽ ipſe nũc tecũ liberius q̃ cũ alio quouis diſpu
to,exiſtimans te optime oĩm diiudicaturũ:& de aliis omnibus q̃ ad probi viri iudicium ſpectant:& de
his maxime quæ ipſe quęrebã,videlicet de virtute. Nã quẽ melius q̃ te id facturũ ſperem? Nempe pleri
q; alii probi quidẽ ipſi ſunt,ſed alios tales efficere nequeũt. Tu aũt nõ modo virtute præditum eſſe te
ducis,verum etiã cęteros homines eadem ornaturum te polliceris. Atq; adeo tuo ingenio cõfiſus es,
vt cæteris omnibus diſſimulantibus ſolus ipſe artem hanc ꝓfitearis, teq; palam per oẽs Gręcos ſophi
ſtã quaſi publico quodam pręconio pędices:doctrinę morũq; magiſtrũ:& primus mercedem artifi-
cii iſtius expoſcas. Quid igitur obſtat,quin ipſe pę cæteris ad harum rerum iudiciũ ſis aduocãdus:
interrogãduſq;:& tecum communicanda ſint omnia? nihil penitus obſtat. Atqui & ipſe nunc illa de
quibus primo interrogaui cupio rurſus partim abs te mihi in mẽtẽ reduci,partim cõi iudicio diſcu
ti. Erat aũt talis,vt arbitror,quæſtio:vtrũ ſapientia,tẽperãtia,fortitudo,iuſtitia,ſanctitas:quinq; no
mina eiuſdem rei ſint:an vnicuiq; horum nominũ ſubſit ꝓpria quędam eſſentia:& res quædam vim
propriam habens:adeo vt non ſit vnum quale eſt aliud. Dixiſti tunc nequaq̃ vnius rei eſſe hæc nomi
na:ſed ſingula nomina rebus ſingulis adhiberi. Quinetiam partes omnes has eſſe virtutis, haud ſa-
ne perinde vt auri partes inter ſe totiuſq; conſimiles:ſed vt vultus partes inuicem totiuſq; diſſimiles
propriiſq; diſcretas potentiis. Si hæc iterum vt ſupra confirmas,exprime. Sin aliter modo ſentis, hoc
diſcerne. Equidem tibi nihil in ſermonibus imputabo:ſi nunc aliter dicas. Neq; eñ mirater,ſi illa tũc
Socratis tentandi gratia dixeris. PRO. Hæc omnia partes virtutis eſſe dico.ex quibus quatuor ſatis
inuicem conſimiles ſunt. Fortitudo aũt longe ab aliis differt. Q; aũt vere loquar,hunc in modum co
gnoſces. Reperies nonnullos homines iniuſtiſſimos:prophaniſſimos:intemperãtiſſimos:imperitiſſi-
mos:qui tamen cæteris fortitudine pręſtant. SO. Attende amabo.conſiderandum eſt qđ dicis. Vtrũ
fortes,audentes vocas,an alios quoſdam? PRO. Immo etiam ad ea pręcipites,a quibus plurimi deter
rentur. SO. Age itaq;.virtutem honeſtum quiddam & pulchrum aſſeris:eamq; vt pulchrum aliqd
doces? PRO. Pulcherrimum equidem niſi forte inſanio. SO. Vtrum huius quiddam turpe eſt, quid
dam pulchrum? an pulchrum totum? PRO. Totum q̃ maxime eſſe poteſt pulchrum. SO. Scis ne qui
audacter in puteis natant? PRO. Immo vero. Natatores enim. SO. Vtrum quia natare ſciunt,an ob
aliud? PRO. Quia natare ſciunt. SO. Quinam ex equis maxime pugnare audent? vtrum equites,an
equeſtris induſtriæ rudes? PRO. Equites. SO. Quinam clypeis audacter pugnant? Clypiferi ne,an
alii? PRO. Iſti quidem & in cęteris omnibus ſi iſtud quæris,audaciores ſunt qui ſciunt q̃ qui neſciũt:
iidemq; homines poſtq̃ didicerunt,audent vehementius q̃ cum ignorabãt. SO. Vidiſti vnq̃ aliquos
horum ignaros omnium:ad hæc omnia tamen audentes? PRO. Vidi equidem & audaces maxime.
SO. Nunquid audaces iſti fortes ſunt? PRO. Turpe quiddam eſſet fortitudo.quando quidem auda-
ces iſti furioſi ſunt. SO. An non dicis fortes audaces ipſos eſſe? PRO. Dixi equidem & dico. SO. Non
ne iſti q ſic audent:fortes quidem minime ſed furentes apparent? Et ſupra rurſus ſapientiſſimi illi au
dentiſſimi nobis apparuerunt : et quia audentiſſimi ideo & fortiſſimi: atq; ita ſcđm hanc rationem
ſapientia ipſa fortitudo eſſet? PRO. Haud ſatis recordaris o Socrates quæ dixi ſupra,tibiq; reſpondi,

Equidem interrogatus abs te,vtrum fortes viri audentes eſſent, conſenſi. Vtrum vero & audentes
fortes eſſent, non quęſiuiſti.Quod ſi tunc interrogaſſes,reſpondiſſem vtiq; nõ oẽs:ꝙ vero fortes au-
dentes non ſint,a me conceſſum nunq̄ monſtraſſes,quia non recte conceſſiſſem.Proinde ſciẽtes hoĩes
oſtendis ignorantibus ſeipſis & aliis audaciores eſſe:& iccirco idem eſſe ſapientiam & fortitudinem
arbitraris. Eadem ratione procedens,robur quoq; ſapiẽtiam eſſe duceres.Nã ſi a me ſimiliter in hũc
modum quæſiſſes,vtrum robuſti homines potentes ſint:aſſeruiſſem vtiq;. Deinde vtrum palęſtræ
periti ad certandum potentiores ſint q̄ ignari,& ipſi poſtq̄ didicerunt ſeipſis dũ ignorabant:hoc ite-
rum admiſiſſem.Hæc me confitente licuiſſet tibi argumentis iiſdẽ coniicienti dicere,ꝑ conceſſionem
meã ſapientiã robur exiſtere.Ego aũt nuſq̄ in pręſentia potentes homines robuſtos eſſe confiteor.Ro
buſtos tamen potentes eſſe autumo.Non idem eſſe robur & potẽtiam arbitror.Nã & a ſcientia,& ab
inſania,& ab ira poteſt potentia ꝓuenire.Robur aũt a natura dũtaxat,et debita corporum nutritio-
ne ꝓcedit.Similiter & in illis nequaq̄ idem eſſe cenſendũ fortitudinẽ & audaciam.Quapropter con-
tingit,fortes quidem audentes eſſe: non tamen audentes omnes eſſe fortes.Audacia enim ab arte ho
minibus,ab ira,ab inſania datur: quẽadmodum de potẽtia diximus.Fortitudo aũt a natura,debitaq;
educatione ꝓuenit animorũ.SO.Dicis ne o Protagora,alios hoĩes bene,male alios viuere?PRO.Di-
co equidẽ.SO.Nunquid bene viuere homo tibi videtur,ſi cũ moleſtia,doloreq; viuat?PRO.Minime
SO.Sin aũt vſq; ad vitę finẽ iucunde qs vixerit,bene vixiſſe dicendus?PRO.Certe.SO.Ergo iucun-
de viuere bonũ,moleſte malũ.PRO.Si mõ honeſtis fuerit delectat⁹.SO.Nũquid ipſe Protagora quẽ-
admodũ alii mlti iucũda q̄dã mala vocas,triſtia bona?Sic aũt interrogo:vtrũ inquãtũ iucũda ſunt,in
tãtũ nõ bona:non ſi quid ab illis prouenit aliud:rurſuſq; vtrũ ſimiliter triſtia,non ex eo ꝙ triſtia ma
la.PRO.Ignoro Socrates vtrũ ita ſimpliciter vt interrogas reſpondere me deceat,iucunda oĩa bo
na eſſe,triſtia mala.Sed tutius mihi fore videtur non ſolum ad pręſentem quæſtionẽ,verũetiam ad
omnẽ vitę meę rationem,vt reſpondeam eſſe iucunda quędam non bona,& triſtia quædam non ma-
la:eſſe rurſus & neutra quæ neq; bona ſint neq; mala.SO.Nũ iucunda vocas ea quæ vel voluptatis
participia ſunt,vel efficiunt voluptatẽ?PRO.Prorſus.SO.Quęro igitur hoc:vtrũ ex eo ꝙ iucunda
ſunt,nõ bona ſint.Vtrũ videlicet ipſa voluptas ſit non bonũ.PRO.Vt ipſe vbiq; dicis o Socrates hoc
cõſideremus:& ſi ad rẽ cõducere hæc cõſideratio videatur,idẽq; iucundũ bonumq; appareat,conce-
demus.Sin minus,tũc iã dubitãtes obiiciemus.SO.Vtrũ igitur ipſe diſputatiõis dux eſſe vis?an me
ducere iubes?PRO.Aequũ eſt te eſſe ducẽ.Tu nãq; coepiſti.SO.Hoc modo forſitan qđ quærim⁹ pa
teſiet:quẽadmodum ſiqs ad dignoſcendam hoĩs ſanitatẽ,vel aliũ corporis habitum,atq; opus vultũ
eius & manus extremas cõtẽplatus adiiciat;age iam pectus mihi dorſumq; nuda,vt clarius inſpiciã.
Ita nũc ego idẽ ad iudiciũ id requiro.Nã cũ affectũ tuũ erga bonũ & voluptatẽ ex tuis verbis agnoue-
rim,tale aliqd mihi expedit dicere.Age Protagora,& in hoc tuã mẽtẽ aperias:qd de ſciẽtia ſentis?nũ-
qd idẽ tibi qđ aliis,an aliud placet?plurimi ſane hoc de ſcientia iudicant,ꝙ neq; robuſtũ aliqd ſit,ne-
q; ducat,neq; etiam dominet̃.Neq; enim de ipſa vt de duce & principe cogitant:immo ſępe homini
ꝑſente ſcientia,non ipſam dominari exiſtimant:ſed aliud aliquid,tũ iram,tũ voluptatem,alias dolorẽ
alias & amorẽ:& ſæpe formidinẽ.Atq; ita de ſcientia cogitant,quaſi de mãcipio quodã ab aliis oĩbus
vndiq; tracto.Nũqd & tu idem ſentis?an potius ꝑclarum quiddã ſcientiam,& hominis principẽ ar-
bitraris:ita vt ſiqs bona malave diſcernat,nunq̄ ab alio inducatur ad aliud q̄ ſcientia iubet,agendũ:
ſed ſufficiens ſit hominis adiutrix ꝑſidiumq; prudentia?PRO.Videtur mihi qđ dicis o Socrates.Nã
ſi cuiq̄ hominũ turpe eſt negare ſapientiã ſcientiamq; omnium rerũ humanarũ eſſe potentiſſimũ,mi
hi certe turpiſſimũ.SO.Præclare nimiũ vereq; loqueris.ſed eñ noſti multos mihi & tibi non crede-
re?Aiunt porro pleroſq; bonorũ conſcios,cum bona agere liceat,agere illa nolle,ſed alia. Et quotcũq;
rogaui quę huius rei ſit cauſa,ferunt hoĩes voluptate,vel dolore,vel aliquo alio illorũ quę ſupra retu
limus ſuperatos,hæc agere.PRO.Alia quoq; multa ſunt o Socrates in quibus homines errant.SO.
Age itaq; vna mecũ conare hominibus perſuadere,doceręq; illos,quęnã hęc ſit paſſio,ꝙ aiunt ſe a vo
luptatibus ſuperari:& hanc ob cauſam q̄ cognoſcunt bona,non facere.Forte nãq; dicentibus nobis il
los errare,ſtatim obiicerẽt:O Protagora,atq; Socrates ſi non eſt paſſio hęc vinci a voluptatibus:quæ
nã eſt alia?quã dicitis vos?exponite.PRO.Quid vero nos ad multorũ opinionẽ attendere decet:q vt
cũq; cõtingit loquunt̃?SO.Cõducturũ nobis hoc arbitror ad inueniẽdũ quõ ad cęteras virtutis par
tes fortitudo ſe habeat.quare ſi in ſuperiori cõuentione ſtãdũ cenſes,vt videlicet ego ducã,quia maxi
me inueniri poſſe qđ quęrimus arbitror,ſequere.Sin min⁹ hoc,& dimitti mauis,mitto.PRO.Probe
loq̃ris:perge igit̃ vt coepiſti. SO.Si iterum a nobis ſciſcitarẽt̃:qd iſtud vos eſſe dicitis,quod nos vinci
a voluptatibus dicebamus?ſic ego ad illos.Audite iam:ego & Protagoras vobis iſtud declarare cona
bimur.Nũqd perinde hoc fieri dicitis,vt ſępe cõtingit homines ciborũ poculorũq; & venereorũ vo-
luptate pellectos victoſq; adſciſcere illa,etiã ſi mala eſſe cognoſcãt?Aſſentirent̃ illi.Tũc nos ita.Mala

vero illa cur dicitis? Vtrũ q̃a voluptatẽ hanc pręſentẽ p̄bẽt, & ſuauitate deliniunt? An quia in poſterũ morbos, inopiã, & alia multa generis huius adducunt? An etiã ſi nihil tale in poſterũ inferũt: tñq; delectant, nihilominus mala ſunt, ex eo ꝙ cognoſcẽtẽ hominẽ delectant? Putamus ne eos o Protagora aliter reſpõſuros, q̃ ꝙ non ꝓpter pręſentẽ voluptatis ipſius illationẽ mala ſunt: ſed ꝓpter morbos & alia q̃ ſequunẽ? PRO. Sic vulgus arbitror reſponſurũ. SO. Nonne dũ morbos adducũt, dolores inferũt? dũ egeſtatẽ, dolorẽ? Aſſentirenẽ vt arbitror. PRO. Immo certe. SO. Haec ergo o viri nõ ob aliud vt ego & Protagoras arbitramur, mala vobis apparẽt, q̃ ꝙ in dolores deſinũt, cęteriſq; voluptatibus priuãt. Cõfiterenẽ. PRO. Proculdubio. SO. Si cõtra rurſus interrogaremꝰ: o viri q bona iterũ triſtia eſſe fatemini: nõne eiuſmodi q̃dã dicitis? ceu exercitationes corporũ: labores militiae: medicorũ curationes: q̃ vel ſecãdo fiunt, vel vrendo, vel pharmacis, vel inedia, bona dicitis, ſed moleſta? Cõſentirent. PRO. Et hoc. SO. Vtrũ hęc ex eo bona vocatis ꝙ p̄ſentibus doloribus cruciatibuſq; cõficiunt? An ob id potius ꝙ in poſterũ ex his ſanitas & bona corporis habitudo, patrię ſalus, potẽtię diuitięq; ſequuntur? Ob id ipſum dicerent, vt exiſtimo. PRO. Ego quoq; id iudico. SO. An ob aliud haec bona ſunt, q̃ ꝙ in voluptates deſinũt, & moleſtias pellũt? Alium ne finẽ aſſignare poteſtis, ad quẽ reſpiciẽtes hęc bona vocetis, q̃ voluptates atq; dolores? Non poſſumus, vt arbitror, reſpõderẽt. PRO. Sic equidẽ puto. SO. An non voluptatem vt bonũ ſequimini: dolorẽ vt malũ fugitis? Cõcederẽt. PRO. Profecto. SO. Ergo id malũ exiſtimatis, dolorẽ ſcilicet: bonũ voluptatẽ, quandoq̃dẽ & ipſam oblectationẽ tunc ſane malam dicitis eſſe, q̃ñ maioribus voluptatibus priuat, q̃ p̄bet, vel q̃ñ vehemẽtiores dolores infert illis quas continet voluptatibus. Q̃ ſi ob aliud delectationẽ ipſam, malã appellaretis, ad aliũ finẽ reſpiciẽtes, nobis quoq; monſtrare poſſetis. Sed nequaq̃ poteritis. PRO. Neq; mihi poſſe vidẽtur. SO. Similiter quoq; dolorẽ ipſum tũc dũtaxat bonũ dicitis, cum maiores fugat dolores q̃ infert, aut voluptates moleſtiis vehemẽtiores inducit. q̃ñq̃dẽ ſi ad aliũ finẽ reſpiciẽtes, dolorẽ bonũ iudicaretis, nobis apire poſſetis. ſed nõ poteritis. PRO. Vera narras o Socrates. SO. Si me cõtra ĩterrogaretis o viri: quãobrẽ vbiq; multa de hoc loquar: ignoſcite mihi ꝑrinus reſpõderẽ. Primo nãq; haud facile demõſtrari hoc põt q̃d eſt q̃d dicitis, a voluptatibus ſuperari. Deinde demonſtrationes omnes in hoc ipſo conſiſtunt. Et nunc etiam retractare licet, ſiquo modo habetis aliud q̃d bonũ dicatis q̃ voluptatẽ: & q̃d malum aliud q̃ dolorẽ. An ſufficit vobis vitã iucunde abſq; triſtitia ducere? Q̃d ſi ſufficit, neq; dicere poteſtis aliud bonũ vel malũ, q̃d non ad haec tendat, audite q̃d ſequitur. Aio equidẽ his ita ſe habentibus, ridiculum vobis eſſe ſermonem, quando dicitis hominẽ mala cognoſcentẽ eſſe mala, illa nihilominus agere, cum liceat non agere, voluptatibus tractum, atq; perculſum. Atq; iterũ quando dicitis hominem bonorum conſcium, agere nolle pręſenti voluptate detentum. Haec autem ridicula eſſe patebit: niſi multis vtamur nominibus: iucundo: triſti: bono ac malo. Sed poſtq̃ duo haec eſſe apparuerunt, duobus ipſa nominibus appellamus. primũ q̃dẽ bono ac malo: poſtea iucundo ac triſti. his poſitis ita dicamus: cognoſcentẽ hoiem mala eſſe mala, illa nihilominus agere. Siq̃s aũt q̃rat quãobrẽ: q̃a videlicet victus r̃ndebimus. A quo? q̃ret ille: nobis aũt non licebit vlterius a voluptate victũ dicere. Aliud eñi nomẽ voluptatis loco ſuſcepit bonũ. Ideo r̃ndebimꝰ illi victũ a bono. Tũc ſi ille q nos interrogat cõtumelioſus forte vir ſit, ridebit nos, atq; dicet, q̃ abſurdũ eſt q̃d dicitis? Si facit q̃s mala, ſciẽs mala eſſe, cum nõ oporteat facere, victus a bonis: an bona haec digna ſunt vt mala vincãt, vel non digna? Nõ digna dicemus: neq; .n. aberraſſet ille quẽ dicimus a voluptatibus ſupatũ. Ad hęc ille: Quãobrẽ bona indigna ſunt vt mala vincãt, vel mala, vt bona? nunquid ob aliud, q̃ cũ hęc maiora ſunt, illa minora? vel plura haec, illa pauciora? Nõ habebimꝰ p̄ter hãc cauſam aliquã. Addet ille. Cõſtat iã ꝙ ſuperari hoc dicitẽ, loco exiguorũ bonorũ maiora mala ſuſcipe. Hęc itaq; ſic ſe habeãt. Mutemꝰ igitẽ hęc noia, accipiamuſq; ad eadẽ iucundũ ac triſte, dicẽtes, hominẽ agere tũc diximus mala, dicamꝰ nũc triſtia ſciẽtẽ triſtia eẽ a voluptariis ſuperatũ: talibus. ſ. vt victoria ſint indigna. Quę vero alia ineſt ad dolorẽ indignitas voluptati q̃ exceſſus inter ſe atq; defectꝰ? hoc eſt cũ inter ſe haec maiora minorave fiunt: plura itẽ & pauciora, vehemẽtioraq;, & remiſſiora. Si q̃s aũt dixerit: At multũ differt o Socrates voluptas p̄ſens a futura voluptate, atq; moleſtia: dicã equidẽ, nĩſi alio quopiam q̃ voluptate atq; moleſtia: haud ſane alio põt. Sed p̄inde eſt, ac ſi vir peritꝰ põderũ collectis voluptariis collectiſq; triſtibus, e minuſq;, & cominꝰ lancibꝰ ſupponeret, diceretq; vtra ſint plura. Si enim voluptaria cũ voluptariis libres, maiora ſemper & plura ſunt eligẽda: ſin aũt triſtibꝰ triſtia cõpares, pauciora, atq; minora: ſin iucũda cũ triſtibꝰ, & triſtia a voluptariis excedanẽ, ſiue ꝓpinqua remotis, ſiue remota ꝓpinq̃s, ratio illa eſt eligenda in q̃ haec inſunt: ꝙ ſi iucũda a triſtibus excedanẽ, minime. an aliter ſe res habet o viri? ſcio equidem nihil afferre eos aliud poſſe. PRO. Idem & ipſe arbitror. SO. Poſtq̃ vero ita ſe id habet, illos hũc in modũ interrogabo. Apparent oculis veſtris eędem moles cominus maiores, minores eminus? Ita reſpondebunt. Et craſſa, & multa ſimiliter? & equales voces, prope maiores: longe vero minores? Conſentient. Si in hoc bene agere & felicitas noſtra conſiſteret, hoc eſt in magnis molibus fabricãdis accipiendiſq;, parue

uiſq; vitandis q̄nā nobis potiſſima vitę ſalus eſſet? nū ars dimetiēdi? an apparentis potentia? Immo potentia hęc nos deciperet, & errore confundens ſępe nos cogeret eadē alias aliter iudicare: atq; adſciſcere: in actionibuſq; & electionibus magnorū, ac paruorum ſępius poenitere. Dimetiēdi vero facultas apparens hoc abrogaret refelleretq;: veritatemq; aperiens animo quietē daret in veritate manenti: atq; ita vitam ſeruaret. Conſentirēt ne hoīes ad hęc dimetientē artē ſeruare nos, an aliā? PRO. Hanc ipſam. SO. Quid porro? ſi in ipſa paris imparisve electione ſalus vitæ conſiſteret: qñ qđ plus eſt recte eligi oporteret: & qñ qđ minꝰ, vel ipſum ad ſeipſum, vel aliud forte ad aliud, ſiue ꝓpe, ſeu procul ſit: qđ potiſſimū noſtrā vitā ſeruaret? nōne ſcientia? Et nō metiendi q̄dē: cū exceſſus atq; defectus ars hęc ſit. Cū vero paris & imparis habenda ratio ſit, nō alia q̄ numerandi ſcientia. Concederent homines hæc? An non? PRO. Abſq; cōtrouerſia cōſentirēt. SO. Poſtq̄ vero ſalus vitę apparuit in recta voluptatis & doloris electione cōſiſtere, quo ad plura & pauciora, maiora, & minora, propinquiora, & remotiora ptinet: nonne dimetiendi primo facultas exceſſus, atq; defectꝰ, ęqualitatiſq; mutuę cōſideratrix? PRO. Neceſſe eſt. SO. Qm̄ vero metiendi facultas eſt, neceſſe eſt vt ars & ſcientia ſit. PRO. Admittēt. SO. Quæ vero potiſſimū hęc ſciētia ſit, alias conſiderabimus. Sufficit in pręſentia ſciētiā eſſe: quātū ad eā ſpectat reſponſionē: quā ego & Protagoras veſtrę eramꝰ queſtioni daturi. Hęc, ſi recordamini, erat q̄ſtio. Nos quidē cōſenſimus nihil ſcientia potētius eſſe: immo ſemꝑ vbicunq; adeſt, voluptati cūctiſq; aliis dominari. Tunc vos obiecíſtis voluptatem ſæpenumero ſcienti homini dominari. Qđ cū vobis nequaq̄ daremꝰ: ſtatim ita vos rogaſtis: O Protagora atq; Socrates: ſi hoc nō eſt a voluptatibꝰ ſuperari: ſed aliud quiddā, declarate vos quid iſtud. Si illico vobis reſpōdiſſemꝰ inſcitiam eſſe, nos protinus riſiſſetis. Nunc aūt ſi nos deridetis: vos quoq; ipſos irridebitis. Ipſi enim vos pauloante confeſſi eſtis defectu ſciētiæ aberrare illos qui in voluptatū & dolorum electione delinquunt. ea vero bona ſunt & mala. Neq; defectu ſciētię tm̄ dixiſtis, ſed vlterius addidiſtis, defectu. ſ. ſciētiæ metiendi. Actio autē aberrās abſq; ſciētia vt & vos non latet, ab inſcitia ꝓuenit. q̄propter qđ dici ſolet a voluptatibus ſuperari extrema inſcitia eſt. Quā veluti morbū Protagoras hic & Prodicus & Hippias curaturos ſe quaſi medicos ꝓfitētur. Vos aūt quia aliud quiddā eſſe hoc q̄ inſcitiā opinamini: neq; vos ipſos, neq; filios veſtros hiſce ſophiſtis rerum harum doctoribus curandos traditis, quaſi virtus doceri non poſſit: ſed cū pecuniis indulgeatis nimium, neq; mercedē his p̄ceptoribus offeratis, priuatim publiceq; delinquitis. Hæc plane vulgo reſpondiſſemus. Nūc aūt vos etiā o Prodice, atq; Hippia vna cū Protagora hoc pcōtor: cōmunis eñ vobis hic ſermo: nūquid vera vobis loqui videar an falſa. Vere admodum dicta eſſe ſuperiora, viſum eſt omnibus. Conceditis igitur inquā, qđ iucundū eſt, eſſe bonū: qđ triſte, malū. Diſtinctionem vero illam nominum, quā Prodicus hic inducere ſolet, reiicio, eiuſq; requiro iudiciū. Siue enim voluptarium, ſiue delectabile: ſeu lætum: ſeu quomodocunq; aliter nomines optime Prodice, hoc mihi nunc ad quod volo, reſpondeas. Subridens Prodicus aſſenſus eſt: & alii pariter conſenſerunt. Tū ego: quid ad hoc o viri? actiones omnes quę ad iucunde & ſine moleſtia viuendum tēdunt nōne honeſtę & vtiles? honeſtumq; opus, bonū & vtile? Annuerūt. Si ergo iucūdum ipſum bonū eſt, nemo, vel ſciens, vel exiſtimans alia meliora eſſe his quæ fecit, ac poteſt: deinde hęc agit dū meliora poteſt. Qđ vero dicit̄ ab affectibus ſuperari, nihil eſt aliud q̄ inſcitia: et qđ affectibus dominari, ſapientia. Placuit oībꝰ. Quid vero inſcitiā nōne tale q̄ddā dicitis: qñ q̄s falſa opinione decipit̄ circa res plurimi faciēdas? Hoc quoq; dederūt. Nemo vero libēs ad mala deſcēdit, vel ad illa q̄ mala exiſtimat. Neq; hoc vt videt̄ naturę hominis ineſt, vt ad ea q̄ cenſet mala, loco bonorum declinare velit. Et cū e duobus malis alterū ęligere cogitur, nemo qđ peius eligit, dum licet qđ eſt minꝰ malū eligere. Hæc oīa cunctis nobis rata habenda viſa ſunt. Quid inquā timorē ac terrorē vocatis? Nūquid qđ ego erga te dico Prodice? Expectationē porro quādam mali, ſiue timorem, ſeu terrorem dicatis, ipſe voco. Viſum eſt Protagorę, atq; Hippię timorē, ac terrorem hoc eſſe: Prodico aūt timorē quidem eſſe hoc, terrorē vero minime. Nihil id refert iquā o Prodice: ſed iſtud ſi vera ſunt ſupradicta. Volet ne aliq̄s ad illa pficiſci q̄ metuit, dū licebit ad ea q̄ minime timet? An fieri neq; ſecundū ea quæ iā cōceſſimus? nā q̄ quis metuit, conſtitit ꝙ mala eſſe putat: q̄q; nullus ſponte ad illa deſcendit & accipit quæ mala exiſtimat. Hæc quoq; omnibus placuerunt. His ita ſuppoſitis o Prodice inquam & Hippias primam eius reſponſionem Protagoras coram vobis tanq̄ veram defendat: immo vero nunc non primam. Inquit enim primo: ex quinq; virtutis partibus nullam talem eſſe, qualis eſt alia: & vnāquāq; propriam habere potentiam. Non hoc exigo nunc: ſed qđ poſtea dixit. Inquit enim in ſequentibus, quatuor virtutis partes ſatis inuicem propinquas eſſe: vnam vero illarum ſcilicet fortitudinem, a reliquis longe differre. Qđ inde coniici poſſe dicebat, ꝙ pleriq; inuenirentur fortiſſimi viri: qui tamen ꝓphaniſſimi iniuſtiſſimi, intemperantiſſimi, & inſipientiſſimi eſſent. ex quo patere volebat fortitudinem ab omnibus aliis virtutis partibus plurimum differre. Cuius ego reſponſum ſtatim vehementer ſum admiratus: multoq; etiam magis poſtq̄ vobiſcū hęc tractaui. Quare ab illo ſciſcitatꝰ ſum, vtrū fortes atq;

A voluptatibꝰ ſuperari extrema inſcitia eſt.

Quid inſcitia.

daces vocaret.Ille vero precipites inſuper addidit.Recordaris Protagora hęc te rñdiſſe?PRO.Recor-
dor.SO.Dic obſecro nobis ad quid pcipites homines fortes nũcupas?An ad ea,quę timidi aggrediũ-
tur?PRO.Non.SO.Ergo ad alia?PRO.Nempe.SO.Vtrum timidi audenda aggrediunť?metuẽda
fortes?PRO.Ita fertur o Socrates.SO.Vera narras.Verũ nõ hoc requiro: immo vero tu ad qd pcipi
tes fortes appellas?nũ ad mala ſcientes eſſe mala pernitioſaq;,vel ad ea q̃ talia non ſunt?PRO.Impoſſi
bile hoc eſſe abs te ſuperioribus rationibus eſt oſtenſum.SO.Et in hoc quoq; vere loqueris.Quãobrẽ
ſi hoc recte eſt demonſtratum,ea quę mala pernitioſaq; iudicat,nullus aggreditur:quãdoquidem cõ
ſtitit inſcitiã eſſe qđ diciť ab affectibus ſuperari.PRO.Plane.SO.Enimuero oẽs inuadũt illa q̃ audẽt,
tam timidi q̃ fortes.Atq; hac ratione eadem & timidi & fortes aggrediuntur.PRO.Immo contraria
omnino ſunt o Socrates ea ad quæ fortes & timidi pficiſcunť.Nam ad bellum quidem ire hi volunt,
illi vero nolunt.SO.Vtrum ire honeſtum,an turpe?PRO.Honeſtũ.SO.Nõne ſi honeſtum,etiam bo
num eſſe ſupra conſenſimus?Omnes enim actiones honeſtas & pulchras,etiã bonas eſſe cõuenimus.
PRO.Vera loqueris:& mihi quidẽ ſemp ita videtur.SO.Probe.Verũ quoſnã dicis in plium ire nol-
le,cum iter id pulchrũ bonumq; ſit?PRO.Timidos.SO.Nõne ſi pulchrum & bonum,etiã eſt iucun-
dũ?PRO.Conceſſum eſt.SO.Nunqd cognoſcẽtes timidi ad pulchrum,meli⁹, & iucũdius proficiſci
nolunt?PRO.At vero ſi hoc admittimus ſuperiores cõuentiões peruertimus.SO.Quid porro?Vir
fortis nonne ad id qđ pulchrũ, melius,iucundiuſq; eſt tendit?PRO.Neceſſe eſt confiteri.SO.Omni
no igitur fortes viri neq; turpiter metuunt ſiquando metuunt, neq; turpiter audent.PRO.Ita eſt.
SO.Si nõ turpiter,honeſte & pulchre.PRO.Certe.SO.Sin honeſte,etiam bene.PRO.Vtiq;.SO.Nõ
ne & timidi,& feroces,& furioſi contra turpiter audent,& metuũt turpiter?PRO.Et iſtud.SO.Cur
aũt turpiter & male audent,niſi pter ignorãtiã & inſcitiã?PRO.Ob hanc ipſam cauſam.SO.Quid
vocas hoc,quo timidi ipſi timidi ſunt?Timiditatẽ ne:an fortitudinẽ:PRO.Timiditatẽ.SO.Timidi
autẽ nonne pter metuendorũ inſcitiam apparuerunt?PRO.Sane.SO.Propter hanc ergo inſcitiam
timidi ſunt?PRO.Nempe.SO.Illud autẽ quo timidi ſunt,timiditatem eſſe aſſeruiſti.PRO.Aſſerui.
SO.Nonne igitur metuendorum & non metuendorum inſcitia,timiditas erit?PRO.Erit.SO.Enim
uero contraria eſt fortitudo timiditati.PRO.Abſq; dubio.SO.An non ſapientia metuendorum &
non metuẽdorum eorũdem inſcitię cõtraria eſt?PRO Prorſus.SO.Horum vero inſcitia timiditas.
PRO.Et maxime quidem.Sapientia igitur metuendorum,& non metuendorum,fortitudo eſt,eorũ
dẽ inſcitię contraria exiſtens.Haud vlterius annuit Protagoras,ſed ſiluit.Tũ ego.Quid taces Prota-
gora?cur non aut annuis,aut renuis?Ipſemet perage inquit.Cõcludam protinus inquã,ſi vnum hoc
duntaxat interrogauero:vtrum tibi nũc etiã vt & ſupra inſipiẽtiſſimi qdã eſſe videãtur q tamen for
tiſſimi ſint.Contẽdere nimis inquit videris o Socrates vt ipſe reſpondeã,ergo morẽ tibi gerã.Impoſ-
ſibile dico videri ex his quæ ſupra conceſſimus.Non ob aliam cauſam inquã de his omnibus te percõ
tor,q̃ q noſſe cupiam qualia ſint quę ad virtutem ptinẽt,quidve ipſa ſit virtus.Scio equidem hoc de
clarato ſtatim notum fore & illud quo de ego & tu tot iã verba cõſumpſimus:dũ ego quidẽ virtutẽ
doceri poſſe negarem,tu vero poſſe aſſeuerares.Atq arbitror noſtrę diſputationis exitum,ſi hominis
inſtar vocẽ nãciſcereť,deriſurum nos,& his atq; huiuſmodi correptiõibus rephenſurum: q̃ abſurdi
eſtis o Socrates atq; Protagora.Tu quidẽ ab initio dicebas o Socrates doceri non poſſe virtutem,nũc
repugnare tibi ipſi ſtudes,dũ oſtendere niteris omnia hęc eſſe ſciẽtiã,iuſtitiã ſcilicet,temperantiã,for
titudinẽ.Qua ratione maxime virtutem doceri poſſe conſtaret.Si enim aliud qddã eſſet ſciẽtia q̃ vir
tus,qđ Protagoras aſſerere ſupra tentabat,plane doceri non poſſet.Nunc autem ſi vniuerſum ſcien-
tia apparebit:qđ ipſe inferre conaris o Socrates,mirum erit,ſi per doctrinam virtus comparari non
poſſit.Protagoras autem primo quidẽ doceri virtutẽ voluit : nunc contra adniti videtur : vt qđuis
aliud potius q̃ ſciẽtia virtus appareat.Quo pacto minime omnium doceretur.Equidem o Protago-
ra vidẽs hæc omnia ſurſum,deorſumq; grauiter perturbata,vt in lucẽ veniant,vehementer affecto.
Velim autem his inter nos enarratis,quid virtus eſt oſtenderemus:ruſuſq; vtrum doceri poſſit nec
ne monſtraremus : Ne ſępe nos Epimetheus ille fallat in cõſideratiõe decipiẽs, quẽadmodũ in diſtri-
butiõe neglexit vt tu narrabas.Prometheus eñ ea in fabula mihi magis q̃ Epimetheus placuit,quo
vtens & vniuerſę vitę meę puidẽs,hęc oĩa tracto.Atq ſi ipſe velles,vt ab initio dixi,libẽtiſſime de his
rebus tecũ deliberarẽ.Tũ Protagoras,ſtudiũ hoc tuũ inqt o Socrates ſermoniſq; diſcurſum laudo.Et
eñ cũ cętera niſi me fallit opinio , a me abſint vitia,inuidia certe oĩm remotiſſima.Et de te qdẽ mul-
tis iã dixi, me oĩm quos cõuenerim maxime te admirari:æqualium certe q̃ maxime.Addo qnetiam
nil mirũ mihi fore,ſi ſapiẽtię ſtudio clarus euaſeris.Ac de his alias quãdocũq; voles ediſſerem⁹.Nũc
iam hora eſt vt me ad alia conferã.Ita inquã agendũ eſt,ſi tibi videtur:quandoquidem & ipſe iam pri
dem alio abire cogebar vt dixi:verũtamen vt Callię honeſto adoleſcẽti morem gererem,perſtiti.His
dictis atq; auditis abiuimus.

PROTAGORAE FINIS.

Argumentum Marſilii Ficini in Euthydemum.

PLato inſignis charitate vir in Euthydemo quēadmodū & ſæpe alibi, ſtudet aīos ad ſeria natos a vanis ſophiſtarū nugis auertere: oſtendēs eos vel vbi de reb9 grauiſſimis agit, ludere: ſpēq; audientiū vbiq; deludere. Hos autē & alibi aliter, & hic ita deſcribit, curioſos & vanos in verborū altercatione certatores, promptos ad quod uis dictū, ſeu verum, ſiue falſum ſit: refellendum. Primo quidē oſtendit q̄ auarū ſit ingeniū ſophiſtarū: cū Euthydemus Dionyſodoruſq; fratres ſophiſtę, artē militarē, qua gloriant, parati ſint mercede docere, quā nullus vnq̄ vēdidit. Deinde q̄ ambitioſum. Quippe cū iudicialē peritiā vna cū militari, & vtrāq; vna cū ſophiſtica, q̄ lōgiſſime inter ſe diſcrepāt, ſimul ꝓfiteant. Tertio q̄ vanū, nēpe iā ſenes a rebus ad verba, a veritatis ſtudio ad mēdacia ſeſe cōferūt. Quarto q̄ contēnēdū. Breui eñ & ad ſummā biennio quilibet cauillatoriā hanc aſſequit facultatē. Quinto q̄ periculoſum. Nā cui mirū videri debet ſimplices adoleſcētes fucatis ſophiſtarū argutiis facile irretiri, falſiſq; inde opinionibus pernitioſiſq; moribus imbui: quādo quidē & Socrates ipſe ſenex ſapientiſſimuſq; fingit eadē eſca illaqueatus, admirabunduſq; ad ſophiſtarum gymnaſia ꝓperare? Adde ꝙ & Socraticus ille dęmō ꝗ a nullo decipi poſſe videt, a ſophiſticis horū nebulonū ꝑſtigiis fingit eſſe deceptus. Interea Socrates etiā in ſenectute ſcholas puerorū, & ludos muſicę, verborūq; rudimēta frequētans, nos admonet: primo quidem nequid ad diſciplinarū perfectionē vel minimū cōtēnamus: deinde ne vt ſępe accidit, ſub ruſtico quodā verecūdię rubore a diſciplīæ ſtudiis arceamur. Tertio vt Solonis more tādiu diſcēdū nobis eſſe cēſeamus, q̄diu viuendū. Proinde ꝙ ſophiſtę Socraticam aduerſus eos ironiā nunq̄ aīaduertunt: immo vero nihil tam magnificū in eorū laudes adducit, quin facillime credant palāq; recipiāt: duo nobis declarat pręcipue: alterū quidem nihil vanius his nebulonib9 reperiri poſſe: alterū vero eos ꝗ ad alios fallendos impēſius ſtudēt, nimirū ſua ipſorū fallacia facillime falli. Pręterea ꝙ prestigiatores eiuſmodi virtutē quā pollicent, neq; prestant vnq̄: neq; ad ipſam alicubi exhortant: ſed ad cōſuetas verborū cauillationes vbiq; refugiunt: eaſq; quaſi res ſerias ſtudiis aliis quaſi ludis ꝓculdubio anteponūt: tria potiſſimū nobis ſignificat. Primū, eos ꝗ virtute ipi ornati non ſunt, eā nūq̄ vel ratione, vel exēplo poſſe docere. Secundū, homines verborum nimiū curioſos, res bonas nūq̄ vel conſequi, vel afferre. Tertium eos ꝗ facillime plurima pollicent, minime oīm ꝓmiſſa ſeruare. Accedit ad hęc ꝙ Socrates ſophiſtas ad docendā virtutē allicit diſcipulorū diuitū plurimorumq; turba tanq̄ ambitioſos nimiū et auaros. Sed ibi ſub perſona Critonis admonemur, ne temere cuilibet curandum animum cōmittamus. Q; vero Socrates ſophiſtas dū virtutem promittunt, interim quaſi deos obſecrat, apte declarat ab ipſo deo virtutē eſſe petendā: hoīeſq; virtute prædítos quaſi diuinos habendos eſſe. Item ꝙ illos ob virtutis ſtudiū regibus beatiores exiſtimat, plane ſignificat virū virtute præditum primo quidem ſuiipſius, deinde & regum eſſe regē. Docet pręterea Socrates in Clinia curādo quanta cū charitate quātā curandæ iuuentuti adhibere diligentiā debeamus. Mox vero ſub inſolētiſſimorū ſophiſtarū pollicitationibus parturiūt montes, naſcetur ridiculus mus. Sed & notāda eſt ibi hyperbolica quędā ad vanos hoīes deridendos, Socratis ironia. Deinde incōparabilis vanitas nebulonum pro rebus verba, & illa quidē ineptiſſima vbiq; pręſtantiū: cūq; exhortationē ad ſapientiā promiſerint, ad pueriles ineptias relabentiū. Tū Socrates vniuerſum ſophiſtarū gymnaſiū ait ludū eſſe verborum, eoſq; rerum naturam omnino latere: atq; artificioſas illorum telas, ſola verborum expoſitiōe ſignificationiſq; diſtinctione poſſe diſſolui. Obſecrat deinde faceriſſima quadam ironia ſophiſtas, vt poſt ludos ad ſeria veniant, proponitq; formulam quandā: ad cuius exemplar exhortationem ad philoſophiam ab illis exoptet. In eiuſmodi formula felicitatem primo quidē communi notione deſcribit bene viuere. Deinde hoc ipſum bene viuere vel in ipſa rerum ad votum cōſecutione, vel in recto rerū ipſarum vſu probat conſiſtere. Atq; vtrinq; per inductiones concludit ſapientiā, cū ſola & conſequatur res ad votum, & vtatur recte, ſolam beatos efficere. Ibiq; talis in inductionibus ordo conſpicit, vt ſi per ſingulas vitæ partes ſapientia tum ad votum conſequitur: tum recte vtitur conſequentem in vniuerſa vita finem vitæ communē ſummūq; bonum ſapientia eadem affert in conſecutione ꝓſpera rectoq; vſu conſiſtens. Inter argumentandum vero pręclara fulget ſententia ſectæ ſtoicæ fundamentum: externa videlicet & corporea eſſe indifferentia potius & cōmunia, q̄ aut bona, aut mala dicēda. Proprie vero bonam eſſe ſapientiam, malam vero inſipientiam. Siquidem per illam bona omnia, ꝑ hanc omnia mala nobis euadunt, ideoq; ſapientiam ſolam beatos facere poſſe. Q; vero in ſciētia poteſtas ad felicitatem tota conſiſtat: tria ipſa felicitatis noīa a priſcis Gręcorū auctoribus inſtituta declarant, ſ. eudęmonia: eutychia: eupragia. Primū ſignificat cognitionē boni: ſcd'm cōſecutionē: tertiū vero vſum, q̄ oīa ſcīa nobis perficit. Quā boni ſciam Plato & hic, & alibi dicit quodāmodo oēm eſſe virtutē. Sapientiā quidē eſſe abſoluti diuiniq; boni ſciam. Prudentiā vero ſcientiā bonorum malorumq;

proprie ad hominẽ pertinentiũ.Iuſtitiã quoq; ſciam bonorũ malorũq; pro meritis diſtribuendorum
Fortitudinẽ aũt ſcientiã circa bona et mala audendi atq; metuẽdi. Tẽperantiã deniq; ſciam circa bo
na malaq; ſimiliter aſciſcendi atq; fugiendi.Meminiſſe prae caeteris hic oportet Platonem et hic et ſae-
pe alibi innuere ſapientiã nõ tã humano ſtudio cõparari,q̃ purgatis mentibus diuinitus infundi ſo-
lere.Quippe cũ animus huic coniunctus corpori,ad res penitus a corpore ſeparatas reddat̃ ineptus
et quaſi noctua ſub nimio diuinorũ ſplẽdore caliget . Quapropter ſocratica ad ſapientiã adhortatio
nõ tã ad ſpeculationẽ pertinet q̃ ad mores.Quibꝰ tandẽ purgatus animꝰ ſapientiã a deo et ſcientiam
prudentiãq; cõſequit̃.Per haec Socrates dũ a Sophiſtis exhortationem ad philoſophiã q̃ eſt ſapientiae
ſtudiũ,expoſcere ſimulat,ipſe interim aptiſſima quadã diſſimulatione ad philoſophandũ mirabiliter
adhortat̃. Veruntamen nondũ ſophiſtę exhortationẽ vel pro ſeipſis vel pro aliis ſaltẽ accipiunt.Sed p
ſolitas iterũ ineptias reuoluũtur. Vbi apparet q̃ pertinax,vel in vitiis , vel in nugis ſemp ſit ingeniũ
vel inique natũ,vel perperã educatũ.Inter haec aĩaduerte diligentiſſime diuinã Platonis ſniam: qua
iubemur virtutis ſapiẽtięq; cõſequẽdę gratia perpeti nõ ſolũ incõmoda:iacturas:labores:et ſeruitutẽ
verũ etiã ſi ſperemus ex ipſa diſſolutione noſtri meliores deniq; euaſuros,pmittere nos illi q hoc ipm
pmiſerit, excoriãdos liquefaciendoſq; ac penitus diſſoluendos. Vbi apparet quãtum animi bonum
rebꝰ pręſtet corporeis:et quãtũ probãdi ſint veteres illi fortiſſimi martyres Chriſtianoꝝ. Huic illud
ſimile.Qui aĩam amat ſuã in hoc mũdo,pdet eã:q vero hic eã pdiderit,eãdẽ i ęterna vita recipiet.Pro
inde Socrates ſophiſtarũ captiunculas confutãs demõſtrat cõtra ſophiſtas facillime poſſe ſophiſma-
ta retorqueri:pręſertĩ quia cogit eos et ſibimet repugnare et abſurdiſſima cõfiteri.His actis rurſus ſi
milẽ ſuperiori formulã ſimulando declarat nihil boni auditores a ſophiſtis accipere, ſophiſtaſq; ipſos
veluti perditiſſimos ad bonam frugem reuocari non poſſe. Q̃m vero tria haec nomina inter diſputã
dum ſapientiã,ſcientiã,prudentiã,ſępe repetit: animaduertendũ eſt ,vbi obſeruantius loquitur ſapiẽ
tiã definire diuinorũ cognitionẽ,ſciam naturaliũ,prudentiã humanorũ. Vbi vero minus obſeruan-
ter,ſciae noĩe ad tria haec ſignificanda vti ſolere.Sed vbi liberꝰ,ſingulis pariter pro oĩbꝰ vti.Praeterea
duo adducit artiũ genera,earũ.ſ.q̃ efficiãt opa,& earũ q̃ factis vtantur.Et q̃m ars q̃ vtit̃ alterius artis
opere,tũ finẽ illi fabricãdi pſcribit, tũ exẽplar adhibet opis abſoluẽdi,nõ iniuria vtentẽ artem facienti
dignitate pręponimꝰ.Attende hic Platonẽ tã paruifacere facientẽ artẽ,tã magnifacere vtentẽ:vt ap-
tiſſime velit ,ſi quis vel materias oẽs in aurũ pro arbitrio poſſit cõuertere: immo & immortalitatem
ipſam inter hoĩes cõparare,nihil ſibi vel tantã auri molẽ vel immortalitatẽ niſi vti ſciuerit pfuturã.
Attẽde iterũ cõmunẽ hic oratorię artis abuſum ſophiſticę ſimilẽ prorſus vituperari, tanq̃ faſcinatio
nis maleficę ſpeciẽ, vbiq; ad inficiendos perturbationibꝰ aĩos venefice contendẽtẽ. Simili quadã ratio
ne cõmunẽ poeſis abuſum alibi deteſtat̃.Sed quia hic in artibus numerandis nominat dialecticã : ne
quorundam more dixerim dialecticen:nam dialectica mihi latinius ſonat: meminiſſe oportet logicã
apud Platonem ſignificare artem regulas noĩm,orationũ,argumentationũq; diſponentẽ:dialecticam
vero ſagacẽ philoſophãtis indaginẽ regulis his vtentẽ ad rationes rerum inueſtigandas : diuinarum
pręſertim,a quibus rerũ quoq; ſequentium ſummae rationes accipiunt̃ :ideoq; dialecticam plerunq;
apud Platonem theologiam nobis ſignificare.Nominat ibidem artem regiã atq; ciuilem.ſ.prudenti-
am humani generis feliciter gubernandi. Quae quidẽ ſiue in perſona priuata ſiue publica ſit vel vna
vel multis,aeque ab ipo tã ciuilis q̃ regia nũcupat̃. Huic pfecto tãq̃ reginę oẽs ſubiicit facultates:q̃ in
agendo faciendoq; verſant̃:quibꝰ ipa dat leges:ac tanq̃ inſtrumentis vtit̃ & ancillis.Subiicit ſimiliter
theologiae ſcias oẽs q̃ verſant̃ in ſpeculando:ad quã hae ita ſe habeant, quẽadmodũ priuatae artes ad
regiam. Quamobrẽ Socrates dũ i ipſa formula ſuperiori formulae rurſus cõtinuata facultatẽ q̃rit ad
felicitatẽ potiſſimũ cõducentẽ,merito dimiſſis aliis ad regiã theologiãq; confugit:pręſertim cum fe-
licitas in optimo rerũ vſu cõſiſtat:hę vero rectiſſimũ,tũ ſpeculandi,tũ agẽdi & faciendi vſum afferre
omnibus per oĩa ſtudeãt.Idẽ tradidit in Philebo:idẽ in vltimo legũ:idẽ in libris de rep. vbi ad generis
humani felicitatem futurum gubernatorẽ in theologia primũ,deinde in ciuili inſtruit diſciplina:aſ-
ſerens diuinã ipam boni ideã,vix tandẽ a ſolo legitimo theologo percipi:ac niſi pcepta fuerit:non poſ
ſe quicq̃,vel priuatim, vel publice recte agi feliciterq; diſponi. Q̃uis autẽ ita ſit:Socrates tamen hic
inter adoleſcentes atq; ſophiſtas myſteria haec reuelanda non cenſet.Mos enim Socraticus adoleſcen-
tes exhortatur ſolum,ſophiſtas ſolum confutat,viros deniq; legitimos docet.Hic ergo ſub ironia at-
q; diſſimulatione eiuſmodi tangit myſteria,ſeq; ſimulat haeſitare,& quaſi inter ſophiſtas vertigino-
ſos pati vertiginẽ.Forte vero ambigere propterea ſimulat vtrũ theologia ciuiliſq; pręſtet felicitatem,
quia neq; theologię:neq; ciuilis diſciplinę abſolutam perfectionẽ humana quadã via,ſed diuina poti-
us inſpiratione haberi poſſe ſaepe confirmat.Quapropter nõ iniuria humanis diffiſus viribꝰ, felicita-
tẽ in diuinã refert munificẽtiã:i quã & theologię ſapiẽtiã,& ciuilis prudentiã pculdubio retulit .Eo
deniq; pacto hęc omnia nobis accipienda ſunt:vt humana quidem officia mentes ad felicitatẽ prępa-

rēt,præcipue ſub theologica ciuiliq; diſciplina rectiſſime gubernata:Dei vero ipſius clemētiſſima bo
nitas,ſummū hoīs bonū ꝑ hęc quaſi media ad ipm̄ cōuerſis deniq; largiat̃. Statuerā hic ſatis honeſtū
argumēto immo vero cōmentario finē imponere: verū detinet me adhuc neceſſaria quęſtio:ad quid
cōducat frequēs Socratis ironia,quæ quidē ſemꝑ Socratis bona diſſimulat:ſępe vero bona ſimulat ſu
perborū:& quātū ſemꝑ Socrati derogat,tantū ſępe ſupbis arrogat:atq; id quidē iocis facetiiſq; frequē
tibus efficit:& ſępius vltra fidē: vt in ſe quidē deprimēdo audientes reddat modeſtiores: in ſuperbis
vero ſupra fidei modū extollēdis,ſupbiam reddat oībus deridendā.Profecto qui pręter modū laudā-
tur a Socrate,ſi nō oīno perditi ſunt,rubore cōfuſi ſeipſos emēdant:ſin vero iam ꝑditiſſimi,nō ipſi iā,
ſed pſentes correptionis eius exēplo tam ridiculā ſupbię vanitatē cautiſſime vitāt. Eſt autē ſocratica
ironia,res admodū artificioſa:vrbana:faceta:venuſta. Tutius veritati adſtipulat̃:odiūq; declinat:dū
& ꝓfeſſionē apte diſſimulat: & prius ſibi derogat manifeſte,q̃ vel clam derogare alteri dep̄hendat̃:&
qđ maximū eſt in vitiis corrigēdis,fugit maledici notā.Per hanc vtiq; ꝓpe huius dialogi finē ſophiſti
cę cauillationis vituperationē in tria colligit capita. Primū ꝙ ꝓbatiſſimi quiq; nugas eiuſmodi aſper
nant̃.Secūdum ꝙ ſophiſmata ſeipſa cōfundunt.Tertiū ꝙ vel pueri hęc tanq̃ leuiſſima biduo aſſequū
tur.Mox a ſophiſta deſcēdit ad rhetorē. Vterq; enim ciuilē virtutē falſo ꝓfitet̃,vt ſcribit̃ in Gorgia:
& ſophiſta quidē philoſophi ſpeculationē:rhetor autē moralem philoſophi diſciplinā ſimulat ꝓcul a
vero.Oſtēdit aūt rhetores atq; oratores dum ſe & philoſophos & ciuiles ſimul ꝓfitent̃,eſſe ad vtrūq;
prorſus inutiles.Cōcludit poſtremo dialogū gemina optimaq; ſentētia. Altera quidē:curādū magis
eſſe,vt bene ſint filii q̃ vt ſint:atq; vt illos relinquas bonos,potius q̃ illis relinquas bona . Altera vero
oīno eſſe philoſophādum:quādoquidē philoſophia ipſa res eſt diuina: neq; vel ob falſos eius profeſſo
res,vel ob mendaces calumniatores dimittendam eſſe poſſeſſionem adeo pretioſam.

ARGVMENTI FINIS.

EVTHYDEMVS VEL LITIGIOSVS TRANSLATVS E GRAECA LINGVA IN LATINAM A MARSILIO FICINO FLORENTINO AD PETRVM MEDICEM VIRVM CLARISSIMVM.

PERSONAE DIALOGI.

CRITO.SOCRATES.EVTHYDEMVS.DIONYSODORVS.CLINIAS.CTESIPPVS.

CRITO.

QVISNAM Ille erat o Socrates:qui cū heri in Lycio diſputabas? Nempe
turba frequens circūſtabat. Quare licet propius accederē audiendi aui
dus,nihil tamē aperte ꝑcipere poterā. Cū vero in pedes erectus inſpice-
rem,mihi viſus eſt hoſpes quidā eſſe,qui cū diſſerebas.Quis ille?SO.De
quo interrogas Crito? Nō enim vnus tantū,ſed duo aderant.CRI.Ter-
tius ad dexterā tuam ſedebat is,cuius nomē audire ꝑcupio.Medius aūt
adoleſcentulus ille Axioci filius:q mihi viſus eſt ſatis admodū ꝓfeciſſe.
Critobuli quidē noſtri ferme ęqualis eſt. Verū ille aridiori quodā corpo
ris habitu:hic grādioris ſpeciē prę ſe ferre videt̃,honeſta ſane īdole atq;
egregia.SO.Euthydem⁹ is eſt quē quæris o Crito.Qui vero ad ſiniſtrā
ſedebat,Dionyſodorus eius frater:qui diſputationis particeps ſimul ex
titit.CRI.Neutrū cognoſco o Socrates.SO.Noui quidē hi vt vident̃ ſophiſtę.CRI.Quænā horū pa
tria eſt?quæ ſapiētia?SO.Chii ſunt vt arbitror,patria:Thurios populos petiere. Vnde digreſſi mul-
tos iam annos his in locis verſant̃.Sapiētia vero illorū mirabilis eſt o Crito.In oībus certe ſapientiſſi-
mi.& hactenus ignorabā equidē perfectos athletas eſſe.hi enim ad omne certādi genus potētes ſunt:
nō quēadmodū Acarnani fratres athletę.Illi nāq; corpore tantū valēt:hi vero corpore primū pugna
re maxime poſſunt:& eo genere pugnę,quo oīa ſuperant̃. ſane ad rē militarē inſtructi ſunt plurimū:
& quēuis aliū modo mercedē exponat,ad eā rē ſtrenuū virū reddere poſſunt. Deīde iudicialē pugnā
& ipſi tractare expedireq;: & vnūquēq; inſtruere poſſunt ad ſcribēdas cauſas & orādas.Hactenus qdē
harum rerū dūtaxat periti erant : nunc autē perfecte athletarū facultati finē impoſuerūt . Qđ enim
deerat certandi genus,nuꝑ aſſecuti ſunt:vt nemo illis valeat reluctari:vſqueadeo in verborū alterca
tione fortes euaſerūt,promptiq; ad quoduis dictū ſeu verū ſiue falſum ſit,refellendum.Quapropter
o Crito his me viris tradere cogito. pollicent̃ eñ quēuis alium breui ſe eorūdem compotem redditu
ros.CRI.An nō te grādior ætas abſterret o Socrates?SO.Minime Crito.Eſt eñ qđ me ſolet̃:neq; dif- Q̄ ætas grā-
fidere ſinat.Nēpe & hi iā ſenes vt ita dixerim,huic ſe facultati quā ego nūc exopto,cōtentioſę videli- dior nō debe-
cet dediderūt.Nā ante biēnium eā nōdum callebāt. Vnū vero hoc tātum vereor,ne his dedecori ſim at abſterrere a
quēadmodū Cōno Metrobii filio citharīſtæ,qui me etiā nūc fidibus docet. Pueri igit̃ cōdiſcipuli me diſciplina.

quotidie ridēt:& Connū ipſum ſenum magiſtrū nūcupant.Ne ergo hoc idem aliquis hoſpitibus his obiiciat:& illi hoc detenti,me recuſent,alios quoq; nōnullos o Crito natu grādes mecū illuc diſcēdi gratia pficiſci ſum exhortatus:hic item aliis pſuadere conabor.Sed cur nō & tu venis,filios tecū ducens?Porro cū viderint: quia ſperabunt filiorū quoq; tuorū cōcurſum,his quaſi illecebris adducti libētius nos erudiēdos excipient.CRI.Nihil prohibet Socrates,ſi tibi videt̃.Verū prius quę illorū ſapiētia ſit enarra,vt qd percepturi ſimus cognoſcā.SO. Haudquaq̄ nunc ante obiiciam,ꝙ nō ſatis recorder:quia minus attēderim:immo & incubui diligēter & memini:tibiq; a principio cuncta referre conabor.Equidē diuina quadā ſorte in gymnaſio ſolus vbi me vidiſti,ſedebā:iamq; inde diſcedere cogitabā.Sed ſtatim ſurgenti mihi ſolitū illud dęmonicū ſignū obſtitit.Reſtiti itaq;:ac paulopoſt ingreſſi ſunt hi,Euthydemꝰ Dionyſodoruſq; & alii multi cū illis,qui illorū mihi diſcipuli videbant̃.Ingreſſi autem in ipſo adoperto curſu deambulabāt.Neq; dum bis aut ter iter illud exegerant,cū aduētauit Clinias ille,quē profeciſſe dicis:& vere loqueris. Eū ſecuti ſunt amici & alii multi:& adoleſcēs quidā Cteſippus Pęanus,ingenio quidē bonus & pulcher,ſed ipſa iuuētute laſciuior.Intuitꝰ me ab ingreſſu Clinias ſedētem ſolū,cōtra venit:& ad dexterā meā ſedit, vt & ipſe ais.Cū vero eū Dionyſodorus Euthydemuſq; vidiſſent:primū quidē nobis adſtātes inuicē diſſerebāt: hinc atq; illinc in nos oculos conuertētes.Ego enim illos diligētiſſime obſeruabam.Deinde ppius accedētes cōſederunt:Euthydemus quidē iuxta ipſum adoleſcentē:Dionyſodorus autē iuxta me ad ſiniſtrā: alii vero vtcūq; contingit. His igitur cōgratulatus ſum,vtpote qui diu illos nō viderā.Poſt hęc ad Cliniā cōuerſus inquā. Iſti quidē o Clinia viri Euthydemus Dionyſodoruſq; nō in rebus paruis ſunt,ſed maximis ſapiētes. Nam quæ ad rem militarē pertinēt,ſciunt oīa quot noſſe debet quicunq; ſtrenuus dux exercitus eſt futurus:circa acies ordineſq;:& exercitus inſtructiones: & pręlia.Poſſunt quinetiā cauſidicū quēuis efficere accuſatoreq;: acerrimū eorū qui iniurias intulerunt.Illi me ita locutum cōtempſerūt:ſeq; inuicem inſpiciētes ſubriſere. Atq;,inquit Euthydemꝰ,haud amplius hæc ſerio tractamus o Socrates: ſed his intermittēdi ſtudii gratia vtimur.Qd ego admiratus inquā,q̄ præclara ſtudia veſtra ſunt,ſi res tantę quaſi intermiſſiones quędā iociq; a vobis habētur!Dicite per deos obſecro,quid hoc veſtrū tam egregiū opus?EV. Virtutem o Socrates arbitramur facillime atq; optime omniū docere poſſe. SO.Proh Iupiter,q̄ precioſam rem pollicemini.Qua ſorte potiſſimū lucrū iſtud vobis obtigit?Equidem ita de vobis cogitabā hactenus vt modo dicebā:quaſi de viris in re militari pręſtantibus:idq; de vobis prędicabam.Memini enim cū huc primū veniſtis,hoc ſolūmodo fuiſſe profeſſos.ꝙ ſi nūc reuera ſcientiā hāc adepti eſtis:eſtote propitii: pfecto vos perinde ac deos aduoco:obſecrans vt ſuperiora errata mihi nūc ignoſcatis.Verum videte o Euthydeme Dionyſodoreq; vtrū vera loquamini.Neq; mirū videri debet:ſiquis rei iſtius quā pollicemini magnitudinē ęſtimans,difficile credat.EV.Certe ſcito ita eſſe o Socrates.SO. Beatiores equidē vos ob huius rei poſſeſſionē q̄ ob regnū ſuū magnū regem exiſtimo. Verū dicite queſo,vtrum oſtendere hanc ſapientiā cogitetis:an aliter vobis ſit conſultū.EV. Ad hoc ipm o Socrates venimus,tanq̄ demonſtraturi atq; docturi,ſiquis diſcere cupiat.SO. Atqui ꝙ volēt oēs quicūq; carent,ipſe vobis quaſi ſponſor affirmo. Ego quidē primo:deinde etiā Clinias hic:preterea Cteſippus ipſe:aliiq; pręſentes. Oſtēdi enim illis Clinię ipſius amicos:qui nos iā circūſtabant.Cteſippus forte pcul a Clinia ſedebat.Cū vero Euthydemus inter diſputandū ad anteriora pcedens Clinię inter nos medio ſeſe opponeret:& Cteſippo eius impediret aſpectū:ſurrexit Cteſippus:& primus e cōſpectu noſtrū ſtetit:vt & videret amicū,& diſputātes audiret.Similiter & alii hūc ſecuti nobis pinus adſtiterūt:tam Clinię amici,q̄ Euthydemi & Dionyſodori comites.Hos ego oēs digito ſignās Euthydemo pollicitꝰ ſum illius fore diſcipulos. Cteſippus igit̃ vehemēter eſt aſſenſus: nec nō alii:iuſſerūtq; ſapiētiæ vim oſtēdere. Tū ego,o Euthydeme atq; Dionyſodore,his pſus gratificari velitis:& mei gratia demōſtrate:plurima quidē talia ſunt vt oſtēdere illa opus plixum ſit futurū.Id autē mihi dicite:vtrū hoīem dūtaxat iā pſuaſum ꝙ diſcere a vobis oporteat,bonū efficere virū poteſtis?An illū preterea q nōdū fuerit pſuaſus:q nullo pacto doceri poſſe virtutē putauerit,vel forte vos illiꝰ nō eſſe magiſtros?Nunqd artis eiuſdē opus eſt homini ſic affecto pſuadere ꝙ & doceri virtus poteſt:& ipſi vos eſtis a quibꝰ optime quilibet diſcat?ſic ne,an aliter?Huius eiuſdē inqt Dionyſodorus artis eſt opus o Socrates. Vos itaq; pręcæteris inquā hoībus optime ad philoſophię virtutiſq; curā exhortaremini.Sic arbitramur o Socrates.Cętera inquā poſtea oſtēdetis.hoc vero nūc oſtēdite: perſuadete queſo huic adoleſcētulo ꝙ philoſophiæ virtutiſq; ſtudio totis ſit viribꝰ incūbēdū:mihiq; & his oībus morē gerite.Porro adoleſcētulus hic vſqueadeo mihi & his oībus curę eſt:vt eū in optimū virū euadere ſummopere ſtudeamꝰ.

Maior & minor Alcibiades.

Eſt autē Axioci filius ex maiore Alcibiade nati:minoris autē Alcibiadis q nūc eſt,patruelis.Nomē eius eſt Clinias.Cui cū in tenera ętate ſit,vt decet,timemꝰ neq; forte nos pręueniēs alio eiꝰ animū flectat atq; inquiet.Quare vos ppoportune veniſtis.Et niſi qd phibet,pueri huiꝰ periculū facite:nobiſq; pręſentibꝰ cū illo diſſerite.Cū hęc ferme dixiſſem,Euthydemꝰ.

ſortiter nimiũ & audacter, nihil ait o Socrates prohibet, ſi modo velit nobis adoleſcẽtulus reſpõdere. Haud inſuetũ inquã illi hoc eſt. frequẽter enim preſentes hi cũ eo diſputant, deq; multis interrogant. Quocirca cõſentaneũ eſt vt reſpõdere nũc audeat. Quę ſequitur o Crito: vtinã pro dignitate recenſere valerẽ. Neq; enim exiguũ opus putandũ: vt valeat quis inextimabilẽ illã ſapientiã enarrare. Quare mihi nũc, vt & poetis, op⁹ eſſe videt̃ muſarũ, Memorięq; ſuffragiũ inuocare prius, q̃ tantę rei narrationẽ exordiar. Euthydemus hũc in modũ vt arbitror eſt exorſus. Vtri ſunt o Clinia hoĩes qui aliquid diſcũt? ſapiẽtes ne, an ignorãtes? Puer autẽ propter quaeſtionis illius põdus erubuit: & heſitans oculos in me cõuertit. Ego vero perturbationẽ illius aĩaduertens, inquã. Bono animo eſto Clinia: & quę tibi videnť, viriliter iſti reſpõde. Forte enim maxime te iuuabit. Ita loquenti mihi Dionyſodorus inclinatus ad aurẽ ac ridens ait: prędico tibi o Socrates, quicq̃d puer reſpõderit, cõfutatũ iri. Interim reſpõderat Clinias. itaq; puerũ mihi admonere nõ licuit. Reſpõderat autẽ ſapiẽtes eſſe qui diſcũt. Ad quẽ Euthydemus. Vocas pręceptores aliquos, an nõ? Aſſenſus eſt. An nõ pręceptores, diſcentiũ pręceptores ſunt? quẽadmodũ citharista atq; grãmaticus & tui & cęterorũ puerorũ pręceptores fuerũt, vos autẽ diſcipuli. Cõſenſit. Cũ diſcebatis, nondũ ſciebatis hęc eadẽ q̃ diſcebatis? Nondũ. Nunq̃d eratis ſapiẽtes: quãdo hęc ignorabatis? Nequaq̃. Si nõ ſapiẽtes: ignorãtes igiť. Oĩno. Vos ergo dũ diſcebatis quae ignorabatis, ignorãtes diſcebatis. Annuit adoleſcẽs. Ex hoc ſequiť: vt ignorãtes diſcant o Clinia: nõ ſapiẽtes: vt ipſe putabas. Cũ hęc ille dixiſſet, tanq̃ chorus ſignificãte magiſtro, ſummo applauſu conclamarũt riſerũtq; illi Euthydemi & Dionyſodori ſectatores. Ac prius, q̃ reſpiraret puer, bene atq; pręclare excipiẽs ſermonẽ Dionyſodorus ait. Quid porro o Clinia? Quãdo aliqua recitat grãmaticus, quinã pueri illa ꝑdiſcunt? ſapiẽtes ne, an ignorãtes? Sapiẽtes inq̃t Clinias. Ergo ſapiẽtes diſcunt non ignorãtes. Quare nõ recte Euthydemo paulo ante reſpõdiſti. Hic altius exclamarũt riſerũtq; illorũ aſtipulatores, Euthydemi Dionyſodoriq; ſapientiã admirati. Nos autẽ quaſi ſtupidi cõticuimus. Cũ ergo nos Euthydemus ad hęc ſtupidos redditos eſſe cognoſceret, vt in maiorẽ quoq; ſui admirationẽ traheret, nondũ dimiſit puerũ, ſed vlterius eũ interrogauit: atq; illorũ more qui in choro ſunt ad ſaltandũ promptiſſimi, duplicẽ circa rem eandẽ quęſtionẽ inuertit: dicens. Vtrum diſcentes quae ſciunt, diſcunt: an quę neſciũt? Tunc Dionyſodorus iterũ mihi ſuſurrans ad aures, Tale inquit o Socrates eſt & hoc, quale q̃d ſupra fuit illatũ. Proh Iupiter inquã q̃ pręclara etiã ſuperior nobis viſa eſt quęſtio. Ita ſemꝑ ait ineuitabiles q̃ſtiones ꝓponimus. Ideoq; videmini inquã apud diſcipulos veſtros auctoritatẽ habere nõ mediocrẽ. Interim Clinias Euthydemo reſpõdit, eos q̃ diſcũt, quae ignorãt perdiſcere. Statim ille eũ quẽadmodũ & ante ĩterrogauit. Scis ne ipſe literas? Scio. Nõne oẽs? Et oẽs. Quãdo aliquis recitat: nõne literas recitat? Conceſſit. Ergo illa quae ſcis recitat. quãdoquidem ipſe oẽs ſcis literas. Admiſit & hoc. Nõne diſcis: quę quis recenſet? Aſſenſus eſt. An vero ignorãs literas diſcis? Minime. Immo ſciens diſco. Nõne igiť quae ſcis, diſcis? ſiquidem oẽs ſcis literas. Annuit. Non recte itaq; reſpõdiſti. Vix autẽ dixerat hęc Euthydemus, cum Dionyſodorus tanq̃ ſphęram ſermonẽ aſſumens aduerſus adoleſcẽtulum haec intulit. Decipit te Euthydemus o Clinia. Dic mihi. An non diſcere eſt ſcientiam illius accipere: q̃d quis diſcit? Admiſit Clinias. Scire autẽ nũquid aliud eſt q̃ ſcientiã ipſam iam habere? Conceſſit. Neſcire igitur eſt nõdum habere ſciẽtiam. Dedit & hoc. Vtri rem aliquam capiunt? qui habent, an qui nõ habent? Qui nõ habẽt. An nõ cõfeſſus es, neſciẽtes homines ex illorum numero eſſe, qui nõ habẽt? Annuit. Diſcentes igitur ex illorum numero ſunt qui capiunt, nõ ex eorũ qui habent. Probauit. Ergo qui neſciunt o Clinia diſcunt: non qui ſciunt. Poſt haec vero tertio iã certamine oppugnare Euthydemus adoleſcẽtulum properabat. Ego autem ſuccũbentem miſeratus, vt eum paulum recrearem, ne forte nimium expaueſceret, hunc in modum conſolari coepi. Ne mireris o Clinia, ſi inſueti tibi ſermones iſti videãtur: forte nãq; non percipis quid erga te hoſpites iſti faciant. Idem profecto faciunt iſti q̃d furentes ſacerdotes illi qui Corybãtes vocãtur, in myſteriis agunt: quãdo in ſolio collocant illum quem ſacris initiaturi ſunt: variiſq; iocis applaudunt: & choreas ducunt. *Modus quo Corybantes queq̃ ſacris initiant.* Intelligere hęc te arbitror ſi modo & ipſe initiatus es. Ludũt ſimiliter iſti nunc, & circa te choreas ducunt ac ſaltant: quaſi nunc expiantes te, & poſtea ſacris initiaturi. Itaq; in preſentia exiſtima primas quaſdam ſacrorum ſophiſticorũ cerimonias celebrari. nam primũ quidẽ vt iubet Prodicus, proprias *Prodicus.* nominum ſignificationes oportet accipere. q̃d & tibi hoſpites oſtenderunt: circa id q̃d diſcere nominatur: cuius proprietatẽ minime noſti. Vtuntur enim verbo hoc homines ad eum actum ſignificandum, quando aliquis ab initio rei alicuius ſcientiam nullam habens, deinde illius ſcientiam accipit. Vtuntur quinetiam verbo eodem ad animaduerſionẽ illius ſignificãdam, qui ſcientiam habens, hac ipſa ſcientia rem eãdem quotiẽs fit vel dicitur, agnoſcit. Magis autem ꝓprie cogitare & aĩaduertere hoc q̃ diſcere vocant: interdũ etiam diſcere: id vero te latuit vt iſti monſtrarũt, idem videlicet nomẽ contrariis ab hominibus attributũ: ſcienti quidẽ & neſcienti. Simile autẽ huius eſt & illud q̃d in ſecunda quęſtione propoſuerũt: interrogantes vtra diſcant homines, an quae ſciunt, an quae neſciunt.

Qui gryphi dicātur ludi.

Hæc omnia ludi quidā in diſciplinis ſunt. quapropter ludere tecum iſtos exiſtimo. Ludum autē hac de cauſa nuncupo. Quia & ſiquis multa generis huius vel omnia nouerit, rerū quidē naturas nihilo minus intelliget, ludere tamē ex ipſa nominū differentia aduerſus hoīes poterit, quaſi interiecto cru re ꝓſternens eorū more qui ſedere volētibus furtim ſubſellia ſubtrahunt: & effuſius rident: cū vidēt aliquē cecidiſſe ſupinū. Hęc igiť & tu pro ludis quibuſdā ab his accipe. Deinceps autē ſeria tibi hi tra ctabūt: egoq; ab illis quæ ꝓmiſerūt expoſcam. ꝓmiſerūt porro ſe exhortatoriā ſapientiā oſtenſuros. Nunc autē mihi videnť putaſſe prius tecū eſſe iocandū. Satis ergo hactenus o Euthydeme Dionyſo doreq; vobis ſit luſum. Oſtēdite iam qđ ſequiť. Reſtat nēpe vt ad virtutis & ſapiētię ſtudiū hūc ado leſcētulum exhortemini. Verū primo ipſe exēplar quoddā & formulā exhortationis illius quā poſtu lo vobis pręfiniā. Qđ ſi ruſtice & abſurde pręſcribere videor: ne derideatis obſecro. Nā ſapiētię veſtrę audiēdę auiditate percitus ineptias nūc meas oſtēdere vobis audeo. Audite igiť ſine riſu vos & diſci puli. Tu autē mihi Axioci fili reſponde: vtrū oēs bene agere: hoc eſt bene viuere cupiamus. An forte quęſtio hęc vt formidabā ex eorū numero eſt quę ridicula ſunt? Demētis enim hoīs eſt hęc talia in cō trouerſiam trahere. Nam quis eſt hominū qui bene viuere nō cupiat? CLI. Nemo. SO. Age poſtq̄ be ne viuere volumus, quo pacto hoc aſſequi poſſumus? Nunqd ſi bona multa nobis adſint? an ineptior eſt qui de hoc ambigit? Conſtat enim ita eſſe. CLI. Cōſtat ſane. SO. Bona vero ex omni rerum genere quęnā ſunt? An forte neq; id arduū eſt inuētu, neq; ab elegāti ingenio dubitandū? Quilibet eñ dice ret eſſe bonū, diuitē eſſe. Nōne? CLI. Maxime. SO. An nō & ſanū eſſe & pulchrū, cęteriſq; corporis do tibus frui? CLI. Certe. SO. Quinetiam nobilitas generis & potentiæ & honores in ſua cuiq; ciuitate ſunt bona. CLI. Et iſta. SO. Quę prętera bona reſtāt? Si dixerimus tēperantiā, iuſtitiā, fortitudinē eſ ſe bona, nunqd recte? CLI. Dubitaret forte quiſpiā. SO. Tu vero qd ais? CLI. Bona ꝑfecto dicēda. SO. Sapiētiam vero quo in genere locabimus? bonorū ne? an aliter? CLI. In bonorū genere. SO. Vide ne qd bonorū ratione aliqua dignū prętermittam⁹. CLI. Mihi ſane nullū prętermiſiſſe videmur. Tūc recor

Definitio quędā felicitatis.

datus inquā: videmur o Clinia maximū bonorꝫ omniū poſtpoſuiſſe. Quid hoc petit ille. Felicitatē in quā hoc eſt rerū conſecutionē ad votum, quā vel imperitiſſimi homines ſummū bonū nuncupāt. Ve ra loqueris ait. Tunc ego rurſus pœnitētia motus, ferme inquā riſum o Clinia hoſpitibus concitaui mus. Quāobrem? SO. Quoniam cum felicitatē in ſuperioribus poſuerimus: modo iterum eadē de re loquebamur. Quid iſtud? Ridiculum porro qđ ante poſitum eſt, rurſus proponere, biſq; eadē recenſe re. Qua ratione id ais? Sapientia inquā ipſa felicitas eſt: qđ quidem vel puer quiuis intelligat. Qđ ille tamen ob puerilem ruditatem admiratus eſt. ſed ego affectū eius cognoſcens, hunc in modum inter rogaui. Nōne o Clinia noſti ꝙ periti tibicines optime omniū quicqd ad tibiarum vſum pertinet, con ſequūtur? Aſſenſus eſt. Et eruditi grāmatici qđ ad literas, tum ſcribēdas, tum legēdas attinet? Pror ſus. Sapiētes quoq; gubernatores optatū nauigatiōis portū prę cæteris aſſequūtur? Ita eſt. Necnō bel li dux ſapiens, qđ ad militiam ſpectat, ſecurius expedit: & cum illo tutius q̄ cum ignorante militabis? Abſq; dubio. Et ſapiēs medicus ad optatam corporis valitudinē melius q̄ inſipiens te ꝑducet: tuq; te ipſum libentius illi cōmittes? Certe. An ideo ꝙ putares felicius & ad votum ſapientię cū illo magis ti

Sapiētia felices nos efficit

bi res ſucceſſuras? Conſenſit. Sapientia igitur omnibus humanis in rebus, felices nos id eſt voti cōpo tes efficit. Neq; eñ aberrat vnq̄ nec fallitur ſapiētia vlla, ſed recte opus peragit atq; aſſequiť: alioquin ſapiētia nulla eſſet. Cōuenimus tandē neſcio quo modo ita ſummatim eſſe dicēdum, præſente ſapien tia haud vlterius felicitatē deſiderari. His vero cōceſſis rurſus illum ꝑcontatus ſum quid de his quæ ſupr. cōceſſa fuerāt, ſentiremus. Confeſſi eñ ſumus ſi multa nobis ſunt bona, bene beateq; nos viue re. Admiſit. Num beate viuimus ꝓpter pręſentia bona, ſi nihil ꝓſunt nobis, an ſi ꝓſunt? Si ꝓſunt ait. An vero cōferūt quicq̄, ſi habemus illa dūtaxat, nec tamē vtimur? Veluti ſi epulas multas poculaq; habemus, nec veſcimur: nunqd iuuant? Nihil. Pręterea ſi artificibus expoſita ſint ꝑparataq; ſingula ad ipſum opus perficiendū, ipſi vero nō vtanť, num bene agent ꝓpter ipſam dūtaxat poſſeſſionē eorū

Oportet felicem non bona poſſidere: ſed vti. Sola poſſeſſio nihil iuuat Qui abutitur bonis: is longius eſt a beatitudine q̄ qui dimittit.

quę ad ꝑfectionē operis requiruntť: Ceu ſi fabro pręparata ſint inſtrumēta oīa lignaq; ſufficiēter expo ſita, ipſe vero nihil fabriceť, nunqd ipſa poſſeſſiōe iuuabiť? Nullo pacto inquit. Quid vero? ſiquis di uitias & bona quę diximus oīa nactus nequaq̄ vtatur, nunqd erit ipſa bonorū poſſeſſione beatus? Mi nime o Socrates. Oportet itaq; illū inquā qui beatus futurus eſt, non ſolū bona huiuſmodi poſſidere ſed vti. Nihil eñ ſola poſſeſſio iuuat. Vera loqueris. Num poſſeſſio vſuſq; bonorū o Clinia ad beate viuēdū ſufficit? Mihi quidē videť. Verū ita dicis, ſi modo qs recte vtatur, an etiā ſi nō recte? Si recte. Probe loqueris. Longe nāq; a beatitudine vt arbitror, alienior eſt qui aliquibus abutitur, q̄ qui dimit tit. Illi ſiquidem mala ſunt, hi nec bona ſunt, neq; mala. Nonne ita dicendum? Probauit. Nunquid in effectione & vſu circa ligna aliud præter fabrilem ſcientiam, recte vti ſingulis efficit? Non aliud. Quinetiam circa vaſa conficienda, rectum vſum ſcientia præſtat? Annuit. Nonne & circa vſum bo norum quę ſupra retulimus, diuitiarum, ſanitatis, & formę ſciētia ipſa dux erat, docens recte his vti

actionē𝔮 dirigens?Prorſus.Non ſolū igitur proſperā rerum conſecutionē,ſed & bonā actionē,vt vi-
detur,in omni poſſeſſione actioneq̄ hominib⁹ ſcientia prębet.Aſſenſus eſt.An eſt vlla per deos ex poſ
ſeſſionibus aliis abſq̄ prudētia ſapiētiaq̄ vtilitas?Vter horū maiorē reportat vtilitatē?An qui men-
te captus eſt:multis tamē rebus abundat,multaq̄ facit?An qui pauca facit & poſſidet mentis cōpos?
Sic autē cōſidera.Nōne qui pauciora agit,tarius errat?minus errans,minus agit male? Minus male
agens,minus eſt miſer?Oīno inquit.Quo autē modo quis pauciora facit?nūquid ſi paup eſt:an ſi di-
ues?Si pauper.Vtrū ſi debilis,an ſi robuſtus?Si debilis.Vtrū ſi honoratus,an ſi abiectus? Si abiectus.
Vtrū ſi fortis & tēperans agit pauciora,an ſi timidus?Si timidus.Nōne & piger minus efficit q̄ prō-
ptior ad agēdum?Admiſit.Et tardus q̄ velox?hebes ad viſum atq̄ auditum,q̄ acutus?Oīa hęc inter
nos cōuenerunt.Tunc vero hūc in modum ſermonē ſuperiorē concluſi.Nulla ex his o Clinia quę bo-
na nūcupabamus,ſeipſis bona eſſe videnť.Immo ſic dicēdū cōſtat:ſi illis inſcitia pręſit,eo deteriora eſ
ſe q̄ illorum contraria,quo vberius improbo duci adminicula ſcelerum ſuppeditare poſſunt. Sin au-
tem prudētia & ſapientia his pręſideat,tū deniq̄ meliora. Ipſa vero ſuapte natura nec bona ſunt,nec
mala exiſtimatione aliqua digna. Videť,inquit,ita eſſe vt dicis. Quid aliud inquā ex antedictis con-
cluditur,q̄ nullū aliorū bonū eſſe vel malū?E duobus autē ipſis,ſapientiā quidē bonū,inſipientiā ve-
ro malū?Probauit.Quę ſequūtur inſup cōſideremus.Poſtq̄ beati eſſe affectam⁹ oēs:beati autē effici-
mur,vt apparuit,ex eo q̄ rebus vtimur,& recte vtimur:rectitudinē vero vſus & conſecutionis pro-
ſperitatē ſciētia prębet:cęteris oībus prętermiſſis omni ſtudio niti quiſq̄ debet vt q̄ ſapiētiſſim⁹ fiat.
nōne?Certe.Exiſtimare igiť debet quiſq̄ hoc potius expetēdum a parētibus q̄ multarū pecuniarū hę
reditatē:a tutorib⁹ pręterea & amicis,tum aliis,tum vel maxime ab illis qui in amore ardētiores eſſe
ſe prędicāt:ſiue hoſpites ſint,ſeu ciues. Quos oportet ſuppliciter exorare,vt ſapientiā ſuā impertiant.
Neq̄ turpe eſt,neq̄ abhorrēdum o Clinia,cōſequēdę ſapiētię gratia ſeruire cuilibet,& honeſtis obſe-
quiis vnicuiq̄ morē gerere.Idem ne & tu ſentis?Idem oīno.Probe enim loqui videris.Si modo inquā
doceri ſapiētia poteſt,neq̄ ſorte hoībus aduenit.Hoc enim inſup reſtat inueſtigādum.Neq̄ dum in-
ter nos id cōſtitit.Tum ille,doceri mihi quidē poſſe videť o Socrates. Hac ego reſpōſione delectatus
inquā.O q̄ belle loqueris virorū optime.Maximo quodā me beneficio affeciſti,longa meū indagatio-
ne animū liberans.Ambigebā ſane vtrū doceri poſſet nec ne ſapiētia.Nūc vero poſtq̄ tibi doctrina cō
parari poſſe videť,ſolaq̄ hęc ex oībus beatū & felicē efficit hominē,quidnā aliud dixeris agendū nūc,
q̄ philoſophandū?Nunqd & ipſe hoc agere cogitas?Q̄ maxime,inquit,fieri poteſt o Socrates.Hęc cū
libēter audiſſem,exemplar inquā o Dionyſodore & Euthydeme exhortatiōis quā expeto,tale eſt ru-
dibus prolixiſq̄ verbis vix a me coaggeratū. Vter autē veſtrū mauult,idem hoc artificioſe contexens
nobis oſtēdat.Si hoc nō vultis,ſaltē qđ orationi meę deeſt,deinceps adoleſcētulo demōſtrate:vtrū ne
ceſſe ſit omnē ſcientiā adipiſci:vel vna quędā potius ſcientia ſit,quā cōparare debet quiſquis vir bo-
nus eſt beatuſq̄ futurus:quęve hæc ſciētia ſit declarate.nam,vt in principio diſputationis dixi,vehe
mēter deſideramus hunc adoleſcētulum ſapientē bonūq̄ euadere.Hęc equidē tunc edixi o Crito : ac
me ad ſequētia attentione animi pręparaui,obſeruaturus quale dicendi exordium facerēt:quave po
tiſſimū ratione Cliniam ad ſapientię & virtutis ſtudium exhortarētur.Statim vero qui natu gran-
dior eſt Dionyſodorus prim⁹ effari coepit:in quē nos oculos oēs cōuertimus: tanq̄ mirificam quādā
orationē protinus audituri.Qđ & nobis contigit.Mirum nāq̄ ſermonē inceptauit o Crito:qui ſane
dignus eſt qui abs te audiatur,q̄ belle prouocet ad virtutē.Dic mihi ait o Socrates voſq̄ alii,quicūq̄
adoleſcentē iſtum fieri ſapientē curatis,vtrū iocamini an ſerio dicitis:atq̄ id reuera deſideratis. Ego
igitur arbitratus illos putaſſe nos ab initio ſecum fuiſſe iocatos cū iuſſim⁹ eos cū adoleſcētulo diſpu
tare,atq̄ iccirco luſiſſe & illos nobiſcū hactenus,neq̄ ſeria tractauiſſe,confeſtim dixi q̄ maxime nos &
ſtudioſiſſime exoptare. Tunc ita Dionyſodorus. Vide o Socrates ne q̄ nunc aſſeris aliquando neges.
Scio nunq̄ me negaturū.Quid vtiq̄ dicitis?Vultis ne ipſum fieri ſapientē?Volumus.quid ni?Vtrū
ſapiens nūc eſt Clinias,an non?Nōdum ait,inquā.Eſt enim minime iactabundus. Vos autem inquit
ſapientē ne fieri vultis,ignorantē vero eſſe nequaq̄?Admiſimus.Ergo qđ non eſt fieri ipſum cupitis,
qđ vero nunc eſt,haud amplius eſſe.Qđ cum audiſſem,turbatus ſum: & ille me turbatum aīaduer
tens:qñ inquit vultis qđ nunc eſt,non amplius eſſe,vultis vt videť,hūc interire. At vero q̄ chari ha
bendi ſunt huius generis vel amici vel amatores,qui amatos omni cura perdere ſtudēt?Hęc audiens
Cteſippus amati gratia grauiter tulit.& indignat⁹,O Hoſpes inqt Thurie,niſi dictu ruſticum eſſet,
dixiſſem vtiq̄ tibi in caput,q̄ aduerſus me & alios mentiris hac in re : quā vel dictu nefariam duco:
q̄ ego hunc perire velim. Hic Euthydem⁹ ad Cteſippum conuerſus ait:videť ne tibi fieri poſſe vt ali
quis mentiatur?Per Iouem inquit,niſi forte inſanio.Qui vero mētitur,vtrum rem ipſam de qua ſer-
mo eſt dicit,an non dicit?dicit,an non dicit?Dicit ait. Si rem ipſam dicit,haud aliud quicq̄ dicit,pręter id quod dicit . Quonam pacto aliter fieri poſſet?Cteſippus ait. Nunquid vna quædam res eſt

Qui paucio-
ra agit rarius
errat.
Pulchrę velu
ti orōnis ſcalę

Vnuſqſq̄ ex
petere debet
ſapiētiam ma
gis q̄ pecuniā

quã dicit ab aliis rebus diuerſa? Prorſus. Nõne qui illã dicit, id qđ eſt pferet? Ita. Enimuero quicũq qđ
eſt queve ſunt dicit, vera loquit. Quãobrem Dionyſodorus, ſi quę ſunt dicit, vera pdicat: neq quicq̃
aduerſus te mẽtit. Ita inquit Cteſippus. Verũ qui hęc loquit o Euthydeme, nõ ea quae ſunt dicit. Ad
quẽ Euthydem⁹. Nõ exiſtẽtia nõ ſunt? Nõ ait. Nuſq̃ vero q̃ nõ ſunt, exiſtẽtia ſunt? Nuſq̃. Fieri ne po
teſt vt aliqs circa ea q̃ nõ ſunt qcq̃ agat: vt illa faciat aliqs, exiſtẽtia nuſq̃? Nequaq̃ mihi videt Cteſip-
cipiendum tardior fuero,ac ſępius requiſiuero?Dignare mihi obſecro libenter ac facile reſpõdere.
HIP.Turpe quidem eſſet o Socrates,cũ alios eadem doceã:& pro iis pecunias exigã: ſi tibi q̃renti
non indulgerem,nec lęto animo reſpõderem.SO.Pręclare admodum loqueris.Equidem cum opti
mũ virum Achillem,fictum fuiſſe dicebas:ſapientiſſimũ Neſtorem:viſus mihi ſum q̃d diceres in
telligere.Cum vero Vlyſſem verſutum & multiformem:vt verũ fatear quid ſignificare velles nõ
intellexi.Atq; mihi dicas:forte enim hinc magis percipiã: nunquid & Achilles ab Homero multi
formis verſutuſq; inductus fuerit,nec ne.HIP.Minime o Socrates:ſed ſimplex oĩno.Quoniã ĩ ſup
plicationibus ipſis,cum eos diſceptantes inducit,ita aduerſus Vlyſſem loquẽtem facit Achillem.
O multũ generoſe doli fabricator Vlyſſes,Cõuenit intrepide me veſtra refellere dicta:Vt fieri de
bere puto:fallacibus ipſum Ne me figmentis hinc obtundaris & illinc.Is magis eſt quoniã q̃ nigri
ianua ditis,Infenſus nobis,aliud qui pectore claudit:Inde palã profert aliud q̃dcunq; videtur.Aſt
ego nũc dicã credo velut eſſe futurũ.His in carminibus morem vtriuſq; declarat: Achillem eſſe
veracem atq; ſimplicem: Vlyſſem verſutũ atq; mendacẽ.Hęc ſiquidẽ apud eũ Achilles aduerſus
Vlyſſem infert.SO.Videor iam q̃d ais o Hippia ĩtelligere.Verſutũ enim mendacem vocas,vt ap
paret.HIP.Maxime quidem o Socrates.Talem nempe Vlyſſem ſępe & ĩ Iliade & ĩ Odyſſea fingit
Homerus.SO.Ergo exiſtimauit Homerus aliũ quidẽ eſſe veracem virũ:aliũ vero mẽdacem:neq;
vtrũq; eũdem eſſe.HIP.Quid prohibet Socrates?SO.An idem & ipſe cẽſes Hippia?HIP. Maxime
omniũ.Nimis enim errarem,ſi aliter ipſe ſentirem.SO.Homerum quidem mittamus:cum ab eo
ſciſcitari nõ liceat,quis eius fuerit in cõdendis his carminibus ſenſus.Poſtq̃ vero tu cauſam ſuſci
pis,tibiq; ea videntur quę dicere Homerum aſſeris,pro Homero ſimul ac te ipſo reſponde.HIP.
Fiet.Interroga paucis q̃d lubet.SO.Mendaces ne vocas illos qui facere aliquid nequeant,vt inua-
lidos defeſſoſve,an eos qui facere aliquid poſſint?HIP.Potentes:& maxime quidẽ,cũ in aliis mul-
tis,tum etiã in decipiẽdis hominibus.SO.Potentes itaq; ſunt ſcd̃m ſermonẽ tuũ,atq; verſuti: nõ
ne?HIP.Certe.SO.Verſuti vero ſunt & ſubdoli ſtoliditate quadã & imprudentia? an aſtutia po-
tius atq; prudẽtia?HIP.Aſtutia maxime omniũ atq; prudẽtia.SO.Prudentes ergo ſunt vt videt.
HIP.Valde ꝑ Iouẽ.SO.Prudentes vero cũ ſint,nũ ignorãtes ſunt? HIP.Immo ſciẽtes maxime.Nã
ob hoc alios ſeducũt.SO.Cũ ergo ſcientes ſint harũ rerũ quas ſciũt,verũ inſipiẽtes ſunt,an poti⁹
ſapientes?HIP.Sapientes videlicet in his ipſis ad decipiendũ.SO.Siſte obſecro:repetamus dicta vt
quid dicas inſpiciamus.Mendaces eſſe ais potentes,prudẽteſq;,ſcientes item & ſapientes,circa illa
de quibus mendaces?HIP.Aio.SO.Alios aũt veraces eſſe:alios cõtra mẽdaces:atq; hos inter ſe lõ-
ge cõtrarios?HIP.Aio & iſta.SO.Ex hoc ergo ſequitur vt mendaces ex potentũ ſapientũq; nume-
ro ſint. HIP. Maxime. SO. Cum vero dicis potentes & ſapientes eſſe mendaces ipſos ad eadem,
vtrum dicis potentes eſſe ad mentiendũ ſi velint,vel impotentes ad ea quę mentiuntur?HIP.Po-
tentes equidem.SO.Vt ergo ſummatim dicamus,mendaces ſunt qui ad mentiendũ potentes ſa-
pienteſq; ſunt.HIP.Plane.SO.Ergo vir qui mentiri nequit,neq; ſcit quicq̃,nõ erit mendax. HIP.
Sic eſt.SO.Potens aũt eſt qui facit q̃d vult:& quãdo vult,haud morbo vel quibuſdã talibus impe
ditũ inquã: verũ quẽadmodum tu meum nomen quotieſcũq; vis, ſcribere potes,ita nũc interro-
go.An nõ hominẽ ſic affectũ,potentẽ vocas?HIP.Sane.SO.Dic o Hippia:nõne es numerandi cõ-
putandiq; peritus?HIP.Maxime omniũ.SO.Siquis ergo te percontetur ter ſeptingenta quantum

compleāt numerū,nōne modo velis omniū ꝗocyſſime atqꝫ maxime vera de his reſpōdebis?HIP.
Prorſus.SO. Nūquid ex eo ꝙ circa iſta potentiſſimus & ſapientiſſimus es? HIP.Nēpe.SO.Vtrū
ſapiētiſſimus es ac potētiſſimus dūtaxat?an etiā circa eadē optimus,circa ꝗ ſapientia & potentia
pręſtas:hoc eſt in numeris cōputādis?HIP.Et optimus inſuper Socrates.SO.Vera itaqꝫ de his ꝑ
cęteris maxime dicere poſſes:an nō?HIP.Reor eqdē.SO.An & falſa circa eadē? Age nūc Hippia
vt & ſupra generoſe magnificeqꝫ reſpōde.Si quis ꝗrat ter ſeptingenta quot ſunt:vtrū ipſe maxi-
me de his mentieris:ac ſemp ſcḋm eadē falſa de his ꝓnūciabis,mentiri voles,& nūꝗ vera ꝓferre?
An qui numerorū ignarus eſt,poterit magis mentiri ꝗ tu dū mentiri voles? vel potius ignorans
ſępe dū volet falſa ꝓferre,vera forte ꝑter ſententiā ꝓferet:quia rē ipſam ignoret: tu vero cum ſa-
piens ſis,ſemp dū mentiri voles ſimiliter mentieris?HIP.Eſt vt dicis.SO.Mendax itaqꝫ vtrū circa
alia mendax eſt:non tñ circa numeros,neqꝫ de numero mentietur?HIP.Immo & circa numeros.
SO.Ponamus igiť hoc Hippia:circa cōputationem ac numerū aliquē eſſe mendacē. HIP.Certe.
SO.Quis hic erit? neceſſe eſt vt mentiri poſſit vt ipſe dicebas,ſi mendax futurus eſt. Nēpe abs te
dictū eſt,ſi recordaris,eū ꝗ mētiri nequeat,nō eſſe mēdacē.HIP.Recordor equidē:atqꝫ ita dictum.
SO. Nōne pauloante cōſtitit te eſſe ad mētiendū ī cōputādis numeris potētiſſimū?HIP.Ita dictū
fuit & iſtud.SO.Num & ꝗmaxime es ad vera ꝓferēda de numeris iiſdem potēs?HIP.Valde.SO.
Idē ergo poteſt maxime in cōputādo vera loqui atqꝫ mētiri:is aūt eſt ꝗ bonus eſt ī numeris, vide
licet cōputator.HIP.Sic oīno.SO.Quis igiť alius Hippia in cōputādo fit mēdax niſi ꝗ ad idē bo-
nus?Hic em̄ potēs,hic & verax.HIP.Apparet. SO.Cernis eūdē veracē eſſe ī his atqꝫ mēdacē: & ni
hilo meliorē mēdace ipſo veracem eſſe.idē nāqꝫ ſunt:neqꝫ valde cōtrarii,vt tu nuper exiſtimabas.
HIP.Haud certe nūc ī his apparet.SO.Vis ne in aliis quoqꝫ cōſideremus?HIP.Vt lubet.SO.Nō
ne es & geometrię peritus?HIP.Sū.SO.An nō idē ī geometria cōtingit?Porro idē falſa ꝗmaxime
de figuris ꝓnūciare poteſt,qui & vera.Eſt aūt is geometra. HIP.Profecto.SO.An alius ad hęc ꝑ-
ter hūc bonus?HIP.Nō alius.SO.Nōne bonus ac ſapiens geometra vtraqꝫ poteſt?Et ſi ꝗs alius in
figuris mendax,is maxime ꝗ in iiſdē eſt bonus:hic ſiqdē potens: malus aūt ad mētiendū impotēs
neqꝫ vnꝗ fit mendax ꝗ eſt impotens mētiendi,vt eſt cōceſſum.HIP.Sūt hęc vera.SO.Tertiū inſup
inſpiciamus aſtronomū:quā ipſe artē magis etiā ꝗ ſupiores,ſoles Hippia profiteri.ſic ne? HIP.Sic
certe.SO.An nō eadem in aſtronomia cōtingūt?HIP.Cōſentaneū eſt o Socrates. SO.Quare & in
aſtronomia ſiꝗs alius mēdax:is erit maxime ꝗ bonus aſtronom⁹.HIP. Is nāqꝫ mentiri ſummopere
pōt.neqꝫ em̄ ꝗ impotens eſt:is em̄ inſcius eſt.SO.Idē ergo & in aſtronomia verax erit & mendax.
HIP.Videť.SO.Age Hippia paſſim ita ꝑ oēs ſcientias cogita num ita ſit an aliter. nā ante alios
oēs plurimis artibus es ornatus.Quemadmodū ego te quādoqꝫ iactātem audiui: ꝙ ſapientia mul
ta exoptādaqꝫ ꝑ cęteris abūdares:& in foro inter menſas diſputādo deambulantē.Adieciſti ꝑterea

Refertur Hippias ſibi feciſſe anulum veſtes &c.

te quondā Olympicū adiiſſe certamen,corporis ornatu ſpectandū:& oīa corporis ornamenta pro
priis manibus cōfeciſſe.Primo ꝗdem anulū quem habebas,hinc em̄ cœpiſti,tuū fuiſſe opus,quaſi
eſſes ſculpendi peritus: quinetiā ſigillū quoddā,tuū opus ſuſtentabas:& ſtrigilem & vaſculum vn
guentariū ſimiliter opus tuū:calceos quinetiā tuis conſutos manibus: veſtem & interulam abs te
contextā.Qḋ vꝫ admodū mirabilius viſum eſt,& ſingularis indiciū ſapientię,cingulū dicebas oſtē
diſſe te opus tuū perſicis ꝑtioſiſqꝫ ſimile.Item tua ꝗdā tua poemata,carmina,tragœdias,dithyram
bos,& orationes plurimas variaſqꝫ ſtylo pedeſtri cōpoſitas:pręterea periculū ante alios oēs feciſſe ī
artibus quas in ſuperioribus cōmemorabā:et in rhythmis harmoniiſqꝫ & ſtudio literarū:ac in cę-
teris generis huius ꝑmultis,ſi recte recordor.At vero ꝑtermiſerā tuę memorię artificiū, quo pol-
lere te mirū ī modū exiſtimas.forte vero & alia multa ſum oblitus. Verum qḋ ipſe quęro,tuas ar-
tes animaduertens, quibus & alias ſufficienter diiudicabis,dic age ſi reperis vſꝗ ex his quę inter
nos cōceſſa fuerunt,a mendace veracem eſſe diuerſum,neqꝫ eūdem exiſtere.In qualibet aūt ſapien
tia quęre vel calliditate vel quomodocūqꝫ appellare iuuat.Sed nunꝗ o amice inuenies:neqꝫ em̄ eſt
vſꝗ,ꝙ ſi eſt alicubi,dicas.HIP.Haud in pręſentia inuenio Socrates.SO.Neqꝫ inuenies poſthac, vt
arbitror.Si autem vera loquor,recordare Hippia,quid ex ſuperioribus ſequitur.HIP.Nō ſatis ad-
uerto qḋ loqueris Socrates. SO.Nihil opus eſt in pręſentia memorię artificio:patet enim te opus
eſſe, non opinari:ſed ego nūc memorabo.Recordaris dixiſſe te Achillem virum fuiſſe veridicum:
Vlyſſem vero mēdacē atqꝫ verſutū.HIP. Vtiqꝫ.SO.Nūc aūt ſentis eūdē apparuiſſe veracē eē atqꝫ
mēdacē.Ideoqꝫ ſi mendax erat Vlyſſes,erat & verax.Item ſi veridicus Achilles,erat & mēdax.Neqꝫ
differentes hi viri inuicem neqꝫ contrarii:īmo ſimiles extiterūt.HIP.Semp tu ꝗdem Socrates ca-
ptiūculas tales cōtexis:& captās qḋ in ſermone moleſtiſſimū eſt,ad hoc iſtas,& minima quęqꝫ con-
trectas:neqꝫ aduerſus totā rē ipſam de qua eſt ſermo,cōtēdis.Nāqꝫ ſi velis,nūc plurib⁹ argumētis
ſufficiētiqꝫ rōne oſtēdā tibi Homerū, Vlyſſe meliorē Achillē veracēqꝫ finxiſſe: Vlyſſem vero ſubdo

lum,& in pluribus mẽtientẽ:atq; Achille deteriorẽ. At ſi tibi placet,viciſſim reſpõde:cũq; mea oro nẽ tuã cõpara:qua oſtẽdas alterũ meliorẽ eſſe.atq; ita pſentes hi magis intelligẽt,vter noſtrũ rectiꝰ loquutus fuerit.SO. Haud iſtud dubito,vel cõtẽdo Hippia,quominꝰ me ſapiẽtior videaris.cedo equidẽ tibi. Verum conſueui ſemp cum aliquis de re aliqua diſputat,diligenter attendere:præſertim qñ qui loqtur,ſapiens eſſe mihi videť. Tunc ſane diſcẽdi auidus q̃ dicit obſeruo:exquiro:cõnecto:ac repero:vt clarius dicta pcipiã. Sin autẽ dicẽtem ipm paruifacio:neq; regro ab eo qcq̃:neq; qd dicat attendo. Atq; hac ipſa coniectura cõphẽdes,quos æſtimẽ ſapientes. Cernes eñ me verba illoꝝ accuratiſſime auſcultãtẽ:ſciſcitãtẽq; ab illis,vt aliqd diſcẽdo ĩ vita proficiam. Et nũc qdẽ cũ dicta tua aiaduerterẽ:qbus illoꝝ carminũ teſtimonio Achillẽ oſtendis aduerſus Vlyſſem vt iactabundũ dicere,mirũ qddã mihi viſũ eſt,ſi vera dixeris. Quoniã Vlyſſes ipſe verſutus,mẽdacii nullius redargui põt:Achilles aũt verſutꝰ & variꝰ ſecũdũ ſermonẽ tuũ eſſe videť.mẽtiť eñ. Nã cũ ea pronunciaſſet carmina,q̃ tu nunc recenſuiſti:Is magis eſt quoniã q̃ nigri ianua ditis,Inſenſus nobis,aliud qui pectore claudit:Inde palã profert aliud quodcunq; videtur:paulopoſt addit.

Non mihi verſutus poſthac ſuadebit Vlyſſes,   Non Agamemnon,Troianis inſiſtere terris.
Sed cras ipſe Ioui reliquiſq; vbi ſacta pararo   Cælicolis,curuo collectas littore naues
In mare deducam:prima quas luce videbis   Nare per Helleſpontiacũ mare piſcibus aptum.
In quibus aſpicies,cupias modo viſere,fortes,   Edoctoſq; viros remis incumbere.nam ſi
Neptunus ventis implebit vela ſecundis,   Tertia frugiferis Phthiæ lux ſiſtet in oris.
Item ſupra aduerſus Agamemnonẽ iurgãs ait.   Nauibus ecce domum nigris,q̃ pſtat,abibo
In patriã Phthiã:neq; eñ mens optat vt hic te   Diuitiis repleam,validis inglorius armis.

Hæc fatus,tum corã omni exercitu,tũ ad eius amicos,nuſq̃ apparet vel ſe ad opus accingere,vel naues trahere,vt domũ reuerſurus:immo parum admodum curare,vt vera ſint quæ loqtur. Equidem Hippia ab initio te rogaui,cum ambigerem vter horum apud poetam præſtantior habeatur putaremq; vtrunq; virum optimum eſſe:& difficile cognitu,vter horum excellat magis mendacio,& veritate,aliaq; virtute. Ambo enim in hoc q̃proximi ſunt. HIP. Haud recte diſcernis o Socrates. Nã q̃ mẽtitur Achilles,non ex inſidiis,ſed inuitus propter exercitus caſum mẽtiri videť: coactus reſtare atq; ſuccurrere:Vlyſſes autem ſponte ac dolo. SO. Decipis me chariſſime Hippia ipſeq; imitaris Vlyſſem. HIP. Minime oĩm Socrates.quidnam dicis,& qua ratione? SO. Quoniam Achillem ais nõ ex inſidiis mentiri:qui vſqueadeo ſeductor erat atq; inſidiator præter ipſam iactãtiam,ſicut fingit Homerus:vt tanto eſſet Vlyſſe callidior,vt ipſi vanitatem abſconderet ſuam:dũ coram eo contraria ſibiipſi loqui auderet:Vlyſſemq; celaret. Quocirca aduerſus eum nihil inferre videtur Vlyſſes:vtpote qui mendacium non aduertit. HIP. Quænam iſta dicis o Socrates? SO. Neſcis q ad Vlyſſem inqt,prima luce ſe diſceſſurum:ad Aiacẽ vero non ita:ſed aliter? HIP. Vbi nam? SO. His in carminibus.   Diri nulla prius belli me cura tenebit,

Hectora q̃ Priami natum veniſſe ſub armis   Myrmidonum naues tentoria longa petentem
Audiero,premat Argiuos qui Marte ſubactos: Quiq; rates ignem poſthæc iaculetur in ipſas.
Hectora nanq; meas naues aut caſtra furentem   Haud reor auſurum dubio contingere bello.

An cenſes Hippia vſqueadeo obliuioſum fuiſſe Thetidis filium a Chirone ſapientiſſimo eruditũ, vt cum antea vanos ipſos varioſq; iactatores effulminaſſet,ipſe confeſtim Vlyſſi quidẽ quaſi ſuiipſius oblitus dixerit nauigaturũ ſe:Aiaci vero cõmoraturũ:potius q̃ inſidiatus:cũ Vlyſſem cognoſceret ſeniorem,cõmentitiiſq; machinamentis & dolis ſe longe potentiorem? HIP. Haud dolo dixiſſe iſta mihi videť Achilles:immo ipſa ſimplicitate aliter perſuaſus,aliter cũ Aiace q̃ cũ Vlyſſe fuiſſe loquutꝰ. Vlyſſes autem,ſeu vera,ſiue falſa loquatur,ſemper inſidias tendit. SO. Melior ergo,vt videť,eſt Vlyſſes Achille. HIP. Minime o Socrates. SO. An non ſupra viſi ſunt q ſpõte mẽdacium dicunt meliores eſſe q̃ q non ſponte? HIP. Quonã pacto Socrates q ſcientes volenteſq; iniurianť, ſeducunt,lędũt,meliores eſſe poſſunt q̃ q hæc pter ſententiam faciũt? quando qdẽ multũ ignoſciť illi q per ignorãtiã iniuriam inferũt:mẽdacium loquiť:vel aliud quicq̃ committit mali:legeſq; ĩ eos ſeuerius aiaduertunt q volentes mala faciunt,mentiunturq;,q̃ q nolentes. SO. Vides Hippia vera me loqui,cum dico accuratum eſſe me ad ſapientum virorum interrogationes:cumq; in cæteris valde deficiam,hoc tantum habeo boni. Quæ enim natura ipſa rerum ſit,neſcio:quod hinc maxime coniectare licet:quia quotiens cum aliquo veſtrum loquor,qui opinione excellitis ſapiẽtię,teſteſq; doctrinæ Græcos omnes habetis,ſcire nihil appareo. Nũq̃ enim idem mihi,vt ita dixerim, ac vobis videtur. Quod autem euidentius eſt inſcitiæ argumẽtũ,q̃ ſiquis a ſapiẽtibus viris diſſentiat? Mirificum tñ hoc habeo bonum,qđ me ſeruat:quoniam ſine rubore verecũdiæ ad diſcendum me præparo. Rogo autem ac ſciſcitor:gratiamq; ingentem habeo reſpondenti:nec vlli vnq̃ ingratus extiti:neq; apud auditores vnq̃ vendicaui mihi aliorum inuenta:ſed docentem laudibus

Argumẽtũ inſcitię ẽ a ſapientibꝰ diſſẽtire
Præcepta circa docẽtẽ & diſcentem.

ſemper extollo:illiq; apud cẽs ꝙ ſua ſunt,tribuo.Atqui & nũc ꝙ dicis ipſe:nequaꝗ̃ admitto:imo lõ
ge diſſentio:& hoc mea culpa cõtingere certe ſcio.Quippe ꝗ talẽ eẽ me fatear ꝗlis ſũ:ne me extollã
Mihi qdẽ Hippia oĩno cõtra ac tibi videt.Opinor ſiqdẽ eos ꝗ ſpõte lædũt hoĩes,ĩiuriant,mẽtiunt,
decipiũt,delinquũt,meliores eſſe his ꝗ nõ ſpõte.Nõnũꝗ̃ vero cõtra iudico:& circa hæc oberro:vt
pote ꝗ rẽ ipſã ignorẽ.Ecce nũc animi morb⁹ me qdã ĩuaſit: videnturq; mihi ꝗ ꝓpoſito circa aliqd
peccant,meliores eẽ,ꝗ̃ ꝗ ꝑter ſentẽtiã errant.Præſentis aũt paſſionis ſupiores ſermões cãm duco:
ꝗbus fit,vt ĩ pſentia exiſtimẽ eos ꝗ nõ ſpõte peccãt,deteriores eẽ his ꝗ ſpõte.Ergo tu mihi ꝓpitius
eſto:nec vlla ĩuidia te detineat:qn aĩm meũ cures.Multo mihi mai⁹ bñficiũ cõferes,ſi ĩſcitia libera
ueris aĩm,ꝗ̃ ſi ægritudine corpus.Si hoc velis multis verbis efficere,pdico tibi hũc ĩ modũ te mi-
nime curaturũ.neq; eñ aſſequar.Sin aũt ita,vt ſupra,reſpõdere volueris,admodũ mihi pderis.Spe
ro aũt tibi hoc haud noxiũ fore.Merito vero te nũc ĩuocabo Apemãti fili.Nã ipſe me ĩduxiſti,vt
cũ Hippia diſputarẽ.Quare ſi nũc Hippias rñdere voluerit,ꝑ me ipſe rogato.EV.Nil op⁹ ẽ meis
ad Hippiã pcib⁹ Socrates.Neq; eñ id ꝓpoſuit:vt coact⁹ videlicet rñderet:immo reſpõſurũ ſe li-
bẽter oĩbus eſt pollicit⁹.Nõne hæc ſunt Hippia ꝙ dicebas?HIP.Dicebã eqdẽ.Verũ Socrates hic o
Eudice ſemp dicẽtes ĩterturbat:& ꝗ̃ſi malefic⁹ qdã eẽ videt.SO.O vir optĩe Hippia,haud ſponte
hæc facio.eſſem vtiq; ſapiẽs ſcdm ſermonẽ tuũ atq; aſtut⁹.Verũ ꝑter ſentẽtiã ago.Quãobrẽ igno
ſce mihi.Ais eñ nõ ſponte peccanti ignoſcẽdũ eſſe.EV.Haud aliter facias Hippia:ſed noſtri gr̃a,
& ꝓpter ea ꝙ ſupra tibi dicta ſunt,reſpõde ad ea ꝙ ĩterrogat Socrates.HIP.Rñdebo eqdẽ,cũ tu ro

Quæſtio vtri meliores:an ꝗ ſpõte volẽdo peccãt:an qui contra.

ges.Pete ergo qd lubet.SO.Vehemẽter cupio Hippia,qd mõ dictũ ẽ,cõſiderare:vtri meliores ſint
an ꝗ ſpõte volẽteſq; peccãt:an ꝗ cõtra.Spero aũt hũc ĩ modũ rectiſſime poſſe cõſiderari.Rñde iã.
Vocas ne curſorẽ aliquẽ bonũ?HIP.Eqdẽ.SO.Et malũ?HIP.Ita.SO.Nõne bon⁹ ꝗ bñ currit:mal⁹
ꝗ male?HIP.Certe.SO.An nõ ꝗ tarde currit,male currit?ꝗ aũt velocit,bñ?HIP.Proculdubio.SO.
In ipſo itaq; curſu celeritas qdẽ bonũ,tarditas aũt malũ.HIP.Quid tũ?SO.Vter ergo curſor eſt
melior?vtrũ ꝗ ſpõte currit tarde,an ꝗ ſec⁹?HIP.Qui vltro.SO.Nõne currere ẽ aliqd facere?HIP.
facere vtiq;.SO.Facere autem aliquid opari?HIP.Profecto.SO.Ergo ꝗ male currit,malum hoc,&
turpe operatur in curſu.HIP.Malum.Quid ni?SO.Male autẽ currit:qui tarde currit.HIP.Sane.
SO.Nonne igitur curſor bonus de induſtria malũ hoc,& turpe operat:malus præter propoſitũ?
HIP.Videt.SO.In curſu igitur deterior eſt,qui præter volũtatẽ agit mala:ꝗ̃ qui volẽs.HIP.In cur
ſu plane.SO.Quid autem in palæſtra?vter luctator eſt melior?nũ qui dedita opera cadit?an ꝗ in-
uitus?HIP.Qui dedita opera.SO.Ita videt.Peius autem ac turpius in Palęſtra cadere,an deiicere?
HIP.Cadere.SO.Et in palæſtra igit ꝗ ſtudio mala agit,& turpia,melior luctator eſt,ꝗ̃ ꝗ imbecilli-
tate atq; inertia.HIP.Videt.SO.Quidnam in oĩ reliquo corporis vſu?nõne ꝗ corpore robuſtior
atq; aptior eſt:facere pro arbitrio vtraq; põt:tã quæ robuſti hominis ſunt ꝗ̃ ꝙ debilis,& pulchra,
& turpia?Quapropter qui habitu corporis præſtat,quotiens mala ſecundum corpus facit,volẽs
efficit:imbecillis autem inuitus.HIP.Videt quoq; idẽ circa robur contingere.SO.Quid vero de
ipſius figuræ concinnitate dicendum?nõne formoſioris melioriſq; corporis eſt,impẽſa opa turpes
figuras confingere:deformis aũt contra?quid tibi videt?HIP.Quod & tibi.SO.Figuræ itaq; incõ-
cinitas volũtaria ad virtutẽ corpis attinet:cõtraria vero ad vitiũ.HIP.Apparet.SO.De voce vero
qd ais?Vtrã meliorẽ aſſeris?ex animi ne volũtate diſſonam,an ex inertia?HIP.Ex animi voluntate.
SO.Alteram vero peiorem.HIP.Abſq; dubio.SO.Vtrum bona optas habere,an mala?HIP.Bona
SO.Vtrum eligeres pedes habere qui dedita opera claudicarent,an qui inuiti?HIP.Eos plane qui
de induſtria.SO.Claudicatio pedum nõne vitium eſt,atq; deformitas?HIP.Eſt.SO.Hebetudo au
tem nõne vitium oculorũ?HIP.Vitium.SO.Vtros igit potius oculos eliges:eos ne quibus ſpõte
ꝗs cõfuſe videat,vel pruerſe ĩſpiciat,an cõtra ꝗb⁹ nolẽs male aliꝗs videat?HIP.Eos ꝗbus volẽs.SO.
Ex his vero ꝙ tua ſunt,potiora cẽſes illa ꝙ male agũt ſpõte,ꝗ̃ quæ inuita?HIP.Eiuſmodi quædam
videlicet.SO.An nõ & reliqua oĩa,aures,nares,os,oẽſq; ſenſus ratio vna comprehẽdit:quæ docet
ſenſus ꝑter ꝓpoſitũ peccantes,eligendos eſſe nunꝗ̃:vtpote ꝗ praui ſint:eos autem qui ex inſtituto
tanꝗ̃ bonos,potius eligẽdos?HIP.Mihi quidẽ videt.SO.Quorũ vero inſtrumẽtorum melior vſus?
Vtrũ ꝗb⁹ volẽs aliꝗs errat:an ꝗb⁹ nolẽs?Ceu gubernaculũ,vtrũ meli⁹ illud quo de ĩduſtria ꝗſpiã
male gubernet,an quo inuit⁹?HIP.Quo de ĩduſtria.SO.Nõne arc⁹ ſimiliter,& lyra,& tibiæ,ac cę
tera oĩa?HIP.Vera loqueris.SO.Vtra equi anima ad poſſidendum melior:ea ne qua ſpõte ꝗs ma-
le egtet,an qua inuit⁹?HIP.Qua ſponte.SO.Eſt itaq; melior.HIP.Eſt.SO.Meliori igitur equi aĩa
mala huius aĩæ opera volẽs ꝗs faciet:cõtraria vero cõtra.HIP.Oĩno.SO.Nõne eadẽ de aĩa canis
cæterorũq; animalium ratio?HIP.Eadem.SO.Vtrius autẽ ſagittatoris animam tanꝗ̃ meliorem
eligeres?Illius ne qui volens aberrat a ſigno,an illius qui nolens?HIP.Illius qui vltro.SO.An
non hæc ad ſagittandi artem melior?HIP.Melior.SO.Quare aĩa quæ aberrat inſcia,deterior eſt,

ea q̃ ſciens aberrat. HIP. In ſagittandi videlicet facultate. SO. Quid vero in ſtudio medicinæ? nõne q̃ medẽdo dedita opera mala q̃dã corporibus infert, quoad medicinæ artẽ ptinet, peritior eſt, q̃ illa q̃ p ignorantiã peccat? HIP. Plane. SO. Ergo hæc ĩ medicinæ arte eſt melior. HIP. Melior. SO. Vtra vero ad citharã pulſandã, vel inflãdas tibias, & alia vniuſcuiuſq; artis, vel ſciẽtię opa eſt inſtructior nõne ad hęc & melior? & ſiq̃ ꝑter artẽ male qd facit de ĩduſtria facit, q̃ vero deterior ꝑter ſententiã? HIP. Apparet. SO. Seruorũ aũt aĩas eligem⁹ poti⁹ q̃ ſciẽtes circa miniſtreriũ peccãt, q̃ q̃ ignorãtes, quaſi ad hęc opa meliores? HIP. Sane. SO. Aĩam vero noſtrã, nõne q̃ optimã exoptam⁹ habere? HIP. Nẽpe. SO. An nõ melior erit, ſi ſpõte mala facit atq; delinq̃t, q̃ ſi neſcia? HIP. Graue id eẽt, o Socrates: ſi q ſpõte ĩiuriant, meliores eẽnt his q nõ ſpõte. SO. Ex his tñ q̃ ſupra dicta ſunt, ſeq videť. HIP. Mihi vero nequaq̃. SO. Putarã Hippia idẽ tibi quoq; videri. Reſpõde igiť iterũ. Iuſtitia nõne vel potẽtia q̃dã eſt, vel ſciẽtia, vel vtrũq;? An non neceſſe eſt aliqd horũ eſſe iuſtitiã? HIP. Neceſſe. SO. Si potẽtia q̃dã aĩæ iuſtitia eſt, potẽtior aĩa, iuſtior erit? Melior eñ o vir optime hæc talis nobis apparuit. HIP. Apparuit certe. SO. Quid vero ſi ſciẽtia iuſtitia ſit? Nõne q̃ ſapientior aĩa, illa iuſtior? q̃ inſipiẽtior cõtra, ĩiuſtior? HIP. Ita eſt. SO. Quid ſi vtrũq;? An nõ q̃ ambo hæc habet, ſciẽtiã ſcilicet & potẽtiã, iuſtior erit? q̃ nõ habet, iniuſtior? Nõne ita rẽ ſe habere neceſſariũ eſt? HIP. Apparet. SO. Quę vero potẽtior, & ſapiẽtior eſt, ea melior apparuit eſſe, & ad vtraq; tã pulchra q̃ turpia circa quãlibet actionẽ pagẽda paratior? HIP. Certe. SO. Quotiẽs itaq; turpia facit, volẽs facit ꝓpter artẽ atq; potẽtiã. Hæc aũt, vel ambo, vel alterũ, ad iuſtitiã ptinẽt. HIP. Videť. SO. Enimuero iniuriari, mala facere eſt. Non iniuriari, bona. HIP. Sic eſt. SO. Nõne ergo potẽtior ac melior aĩa, quotiẽs iniuſte aget, ſpõte aget? Praua aũt cõtra? HIP. Apparet. SO. Nõne vir bon⁹, q aĩam habet bonã? Malus cõtra q malã? HIP. Abſq; dubio. SO. Quãobrẽ boni viri eſt, ſpõte iniuriari: mali aũt nõ ſpõte. ſi qdẽ bon⁹ vir animã bonã habet. HIP. Habet qdẽ. SO. Siqs eſt igiť hoĩm, q ſpõte aberret, turpiaq;, & iniuſta cõmittat, haud alius eſt o Hippia q̃ vir bonus. HIP. Cõcedere tibi iſta nõ poſſum o Socrates. SO. Neq; ego ipſe mihi Hippia: verũtñ ex ſupiori ſermone neceſſe eſt in pſentia nobis ita videri. At vero, vt ſupra dicebam, circa hæc ſemp ſurſum deorſumve reuoluor, nec in eadẽ perſiſto ſententia: neq; mirũ eſt me rudeſq; alios ad contraria circũuagari, ſi & ſapientes vos oberretis. Id aũt nobis graue malum, ſi neq; etiam ad vos pfecti errare ceſſemus.

HIPPIAE MINORIS FINIS.

Argumentum Marſilii Ficini in Charmidem, vel de Temperantia.

STudiũ Socratis ĩ hoc dialogo eſt, oẽs qdẽ ad temperantiã cohortari: Tres vero pcipue. ſ. adoleſcẽtes, & nobiles, atq; pulchros. Adoleſcẽtes quidem propterea: q, cita morbis adhibẽda eſt medicina. Principiis obſta: ſero medicina paratur, Cũ mala per longas inualuere moras. Nobiles quoq;, tum vt oſtendat veram in virtute nobilitatem eſſe ponendam: tum quia nobiles plerunq; cæteris exemplo ſunt: & quotidie ad remp. admittuntur, grauiſſimo, ſi mali ſint, humani generis detrimento. Formoſos deniq;: nã hi potiſſimum flagitioſorũ conſuetudine deprauantur: quo fit, vt magis egeant medicina. Præterea formoſi ſtudere debent: vt quemadmodum natura corpori breuẽ tradidit pulchritudinẽ: ſic ipſi viciſſim deo naturæ auctori, ſempiternam animi reſtituãt pulchritudinẽ. Neq; vero pmittendũ eſt, vt cũ exteriora noſtra multis ſua pulchritudĩe placeant, interiora interim ſua deformitate diſpliceant. Etſi oĩa ĩ hoc dialogo mirificã habẽt allegoriã, amatoria maxĩe, nõ aliter q̃ cãtica Salomonis: mutaui tñ nonnihil, nõnihil etiã ꝑtermiſi. Quæ eñ conſonabãt caſtigatiſſimis auribus Atticorũ, rudioribus forte aurib⁹ minime cõſonarẽt. Ideoq; Ariſtarchus qdã Homeric⁹, imo vero Platonic⁹, q̃ min⁹ cõſonãt, diceret nõ Platonis eſſe, ſed Chroni. Tria vero in ipſo exordio notanda ſunt: ĩ primis, q̃ amorẽ ab hac forma corporis ad incorporeã transferũt pulchritudinẽ. Primũ: q; inqͣt Socrates ſe inter pulchrũ hũc, & pulchrũ illũ, nihil diſcernere: ſed pulchros ſibi cunctos æque placere: quaſi dicat, non in vni⁹ corpis forma ſiſtẽdũ eſſe pedẽ ſed ad ipſam cõmunẽ ſpeciei toti⁹ pulchritudinẽ aſcẽdẽdũ. Quę cũ vna ſit ĩ multis, ideã pulchritudinis vnã refert ſup multa. Quẽadmodũ igiť ab ĩdiuiduo ad ſpeciẽ, & a ſpecie ad ideã cogitando tranſcẽdimus: ita & ab amore formę hui⁹, ad amorẽ cõis formę prĩo, deĩde ad formę idealis amorẽ pgere admonemur. His addit Socrates corporis pulchritudinẽ nõ ꝓpter ſe amãdã: ſed tãq̃ diuinę pulchritudinis imaginẽ nobis exiſtimãdã. Iubet poſtremo nudare aĩm: corpiſq; forma poſthabita, decorẽ animi, tũ naturalẽ ĩſpicere, tũ ſtudio cõpandũ diligẽti⁹ adhibere. Et ĩterea corripit Chærephontẽ, q neſcio qd de nudãdo quaſi in palęſtra corpe dixerat. Neq; ĩiuria exhortationẽ ad tẽperantiam a pulchritudine corporis exordiť. Hæc enim temperantia quædam eſt linearũ, atq; colorum. Sed ab hac pxime tranſit ad corporis ſanitatẽ: quæ etiam eſt temperãtia q̃dã: humorũ. ſ. atq;

mēbrorū. Tertio ab hac ad animi ipſius ornatū:q̄ & ī affectu tēperātia eſt, ipſa motionū. ſ. modera
tio: & in cognitione ꝗdā ſimiliter eſt tēperātia, in quadā intelligētiæ cū rebꝰ q̄ intelligunť cōcinna
cōgruitate cōſiſtēs: vt nō īmerito Pythagoras tēperātiā virtutū oīm eē dixerit ſaluberrimā, tā pu
blice q̄ priuatim hūanæ ſocietatis cōſeruatricē. Præſertim cū & iuſtitia tēperātia ꝗdā ſit: id eſt cō
ueniēs ī cōmutādo diſtribuēdoq̄ moderatio. Profecto ꝗuis tēperātia ꝓprie circa cohibēdas vehe
mētes libidines voluptateſq̄ verſeť, tñ ſimilitudīe ꝗdā trāſfert & ad cupiditates oēs amputādas,
& ad actū quēlibet moderādū: vt ēt officiū fortitudinis ī audaciç timoriſq̄ moderatiōe verſeť: ſimi
liter iuſtitiæ ī pmiorū pœnarūq̄ mō: liberalitatis quoq̄ ī erogādi mō: deniq̄ totiꝰ vitæ ſalꝰ, vt ne
q̄d nimis. Hīc Pythagoricū illud: Mēſura oīm optīa. Sed memēto illos ī Phędōe negari tēpatos eē,
q̄ corporeç voluptatis gr̄a a voluptatibꝰ abſtinēt. Iubet eñ actiones morales ad purgādā mētē re
ferri, cōſequēdę ſapiētię diuinęq̄ ſimilitudinis gr̄a. Tāta vero ē excellētia tēpantię, vt & eā oēs ī opi
bꝰ ſuis obſuēt artifices elegātes: & ipſiꝰ virtute nō ſolū corpꝰ ſub luna q̄dlibet, verū ēt cęlū ipſū vni
uerſūq̄ fueť. Q̄d ī Gorgia ſapiētū teſtimonio cōfirmať. Huic illđ ſīlē. Diſpōit deꝰ cūcta ſuauit. Itē
ī nūero, pōdeŕ, mēſura cūcta diſpōit. ſed iā ad dialogū reuertamur. Socra. dū ex ſnīa magoꝝ vetat cu
rari corpꝰ anq̄ cureť aīus, manifeſte eos īprobat, q̄ minia curātes, maxia negligūt: veluti q̄eqs & ca
nibꝰ ęgrotātibꝰ remedia q̄ritāt: ī ſui vero corpis, & animi morbis medicos minīe cōſulūt. Minia q̄q̄
ſupellectilia rite cōponūt, ipſi īteri & aīo, & corpe īcōpoſiti. Intēperato aīo citharā tēperāt. Quotidie
aliena curioſe tractāt: ꝓpria deſerūt. Oīa vero ꝑter animū ipm nobis ſunt aliena. Ideo corpis medi
cinā foliū appellauit, rē leuē, fragilē, & oīno mutabilē, ac penitꝰ cōtēnēdā. Significat etiā mlta nobi
incōmoda tū corpis, tū fortūę ob itēperātiā frequēter accidere: atq̄ cōtra cōpluria bona p tēpātiā
ꝓuenire. Itē aīo ꝑfecte cōpoſito, q̄cūq̄ accidūt: tā & prudēť diſponi, & ęq̄ tolerari, vt nihil tādē eua
dat ī malū. Incōpoſito vero aīo, nihil bñ, vel ī corpe, vel extra poſſe cōponi. Exponit aūt ī Cratylo
nomē tēperātię gręcū ſophroſynē, q̄ſi ſalutē quādā cōſeruationēq̄ prudētiæ. Putat eñ aīo veroꝝ
lumia oīm īnata fuiſſe: ideoq̄ ſi in ſeipm ꝓrſus īſpiciat, vera ī ſe oīa cōſpecturū. At vero quo minus
inſpiciat, ī cā eſt īmoderatꝰ ad corpꝰ corporeaq̄ affectꝰ: quo fit, vt tēperātia opus ſit ī primis: p quā
expulſa ꝑturbationū caligīe mēs facta ſerenior, diuini ſolis lumīe abūde circūfundať: vnde ſapiētiā
prio recupet: deīde prudētiā adipiſcať. Q̄m igiť tēperātiā ſapiētia prudētiaq̄ comitať: ideo Plato
ſæpe alibi, & ī hoc dialogo ſub ipō tēperātię noīe ſapiētiā quoq̄ vult, & prudētiā cōtineri. Monet
aūt Socrates Charmidē, vt reſpiciat ī ſeipm de tēperātia verba facturꝰ: nā & hæc ipſa ī ſeipm con
uerſio, ē huiꝰ virtutis officiū: & q̄ſqs ī ſeipm penitꝰ cōuerſus fuerit, tū p ipſā tēperātię ideā inatā mē
ti, hūanā ītelliget tēperātiā: tū moderationē ipſā agnoſcēs, q̄ deꝰ aīæ ꝑtes ab īitio ī uicē tēperauit, co
gnoſcet q̄ rōne ſit affectus animi tēpandꝰ. Accedit ad hæc: q̄ ī hoc ꝓcepto ſignificat neminē niſi tē
peratū de tēperātia loq̄ ad ꝑſuadēdum vel debere, vel poſſe. Præterea traditur ī Timæo ex cōſonan
ti ꝗdā aīę tā ad ſeipſā q̄ ad corpꝰ modulatiōe: nobis ꝓſpera cūcta cōtīgere. Quī etiā Pythagorei, quos
Romanꝰ ī hoc ſeqť Cēſorinꝰ, ſi animꝰ prudēter motiōes ſingulas, tū ſui, tū corpis modereť, ꝑpetuā
vtriſq̄ ſanitatē, & diuturnā vitā corpi pollicenť. Q̄d q̄dē pleriſq̄ ſapiētibꝰ ſanctiſq̄ viris ꝓueniſſe
cōptū & Cēſorinꝰ, & nos habemꝰ. Ad eādē quoq̄ cām aut ſimilē diuturnas priſcoꝝ vitas, nōnulli
referrēt. Sed addiť his aliq̄d mirabiliꝰ: Magos carminibꝰ ſuis īmortalitatē corporibꝰ polliceri. Magi
cā Zoroaſtris Plato ī Alcibiade, nihil aliud q̄ diuinū cultū eē dicit. hic īſup addit, nō magicis tātū
carminibꝰ, verūetiā philoſophicis rōnibꝰ & tēperari aīm: & corpꝰ, vel ſemꝑ, vel diu ſaltē procul a
morte ſeruari. Profecto oratio illa q̄ temperātiā audiētibꝰ omnino ſit ꝑſuaſura, atq̄ inſuper effectu
ra, duo potiſſimum exigit: & vim a deo īfuſam, & rationes a philoſophis comparatas. Atq̄ oratio
nem e duobꝰ his cōpoſitā Plato incantationem noīat magicā. Qua Phoebus primo, deinde Pytha
gorici morbos ab aīo, & corpe mirabiliter expellebāt. Neq̄ vero falſū putari debet: corpꝰ ſub aīa pe
nitꝰ tēperata īmortale effici poſſe: & ſub itemperata in morbos, & mala oīa labi. Id eñ Moſaicum
de primi parentis ſtatu atq̄ lapſu myſteriū cōtinet. Atq̄ Auicenna ſequuꝰ Platonicos, & Hippo
cratem, ꝓbat animū ex ipſa ſui natura adeo materiā omnem exuperare, vt cū primū in ſeipſum fu
erit reſtitutꝰ, poſſit elementa mūdi mira quadā virtute mouere: atq̄ habere ī corpa ꝗuis imperiū:
quo fit, vt multo magis poſſit ī ꝓpriū. Q̄d quidem & ab īitio Adā poterat experiri: & q̄dam pu
tant Enoch, & Heliā, & nonnulli ſuſpicantur euangeliſtā adhuc ratione quadam ſimili viuere. Sed
de his oībꝰ ī Theologia noſtra latiſſime diſputamꝰ. Deniq̄, vt ſummatim dicā, mira ī hoc virtutis
tēperātiæ declaranť: q̄ animū infeliciter in deteriora ꝓlapſum, feliciter ſibiipſi reſtituit. Declarať
& mira poteſtas animi: a quo oīa tā bona, q̄ mala in corpus defluant: & quo volente corpus ſerua
ri valeat incorruptum. Q̄d quidem Moſaicis myſteriis fere vndiq̄ conſonat. Poſt hęc ſæpius quid
ſit temperātia q̄riť. q̄d quidem neq̄ Charmides neq̄ Critias vnq̄ abſoluit. Ille enim nō temperan
tiā proprie: ſed quæ comit anť eā, adducit in mediū: hic aūt q̄ ad prudentiā magis ꝑtinent: & id q̄

dē ſemp īepte:videlicet vt declaret nō eē cuiuſlibet de virtute tā p̄clara diſſerere.Interea nota pri
ſcos ſacerdotes cōſueuiſſe ī ſacris tertiā libationis paterā Ioui ſeruatori p̄cipue cōſecrare:vt decla
rarēt pricipia,media,fines oīm,vt ī legibꝰ Plato refert,ſub Iouis ꝓuidētia diſponi atq; ſeruari.Sed
ad Critię īeptias redeamꝰ:dicētis eē ſciētiā quādā q̄ tā ſe q̄ ſciētias oēs ſciat:res vero ipſas q̄rū ſūt
ſciētiæ,neſciat.Q̄d quidē ideo ē abſurdū,q̄a veritas ipſa ratioq; ſciētię ī ipſo eorꝫ q̄ ſciunt quaſi quo
dā cōtactu cōgruētiaq; cōſiſtit.Pręterea neq; pfecte ſciri pōt ſciētia,niſi q̄ ſciētia ſit diſcernat.Id ve
ro niſi cuiꝰ rei ſit,habeat,haberi nō pōt.Itē cōſitet Critias poſſe aliquē,q̄ nullo mō cognoſcit,interi
cognoſcere ſe nō noſſe.Id aūt Socrates īcirco nō recipit,qm̄ q̄ nullo mō ſciunt,nō pn̄t interī quo
dāmō ſciri.Quiſq; eīn aīaduertit ſe aliqd ignorare,eo ipſo agnoſcit & ſe carere.Si ita iudicat,ergo
iā notionē ipſiꝰ quādā ī ſeipſo deſcripſit,p quā iudicet & ſe carere:& quo p̄cipue careat. Quo fit:vt
q̄cūq; rē aliquā ſe ignorare cognoſcit,interea rē ipſā nō ꝓrſus ignoret:īmo gn̄ali q̄dā adūbratiōe de
ſcribat.gn̄ali īquā ꝓpterea:q ī ſpeciali rerū diſtīctiōe ſciētia pfecta cōſiſtit:quā ī oībꝰ diſputationi
bus ſuis Plato pq̄rit. Vbi vero Socratē īducit agnoſcētē ſe nihil ſcire,iudicat eum,& ſi nō ſpeciales
gn̄ales tn̄ rerū deſcriptiōes habere:alioqn ignorātiā ſuā nō poſſet agnoſcere:ideoq; dū ſciebat nihil
ſciebat quodāmodo cūcta.Quoniā vero Critias ſermonē de tēperātia traduxerat ad prudentiā: &
id q̄dē licētia quadā Platonica:Socrates prudētiā aſſerit.i.boni maliq; ſciētiā,auctoritatē ſūmā ad
beatitudinē obtinere:tū q̄a & bonū finē,& bona ad ipm media ipſa demōſtrat:tū q̄a oēs tā res q̄ ar-
tes,q̄tenꝰ ab ipſa regunt,nobis cōducūt ad bonū:cōtra vero nequaq̄.Poſtremo docet Socrates ni-
hil difficilius vel definiri vel cōpari q̄ tēperātiā.Diffultas vero definitionis inde procedit,q vix a
cæteris virtutibꝰ quarū ipſa cōſonātia q̄dā eſt,diſcerni pōt.Adde q tāto difficiliꝰ itelligit verbiſq;
exprimit,quāto difficiliꝰ itriſecꝰ poſſidet.Profecto cū ex ipſo corpis cōmercio maxime ad volupta
tē itēperātiāq; ꝓcliues ſimus:ī eaq; ab īfantia nutriamur:difficillie tēperātiā adipiſcimur.Pręterea
primi ſenſus affectꝰ vident nōnihil iterdū vel ad fortitudinē p irā audaciāq; cōferre:vel ad prudē
tiā p timorē:vel ad patiētiā p dolorē:vel ad iuſtitiā liberalitatēq; p amorē.Tēperātię vero ſēp ipetꝰ
oīs opponit,cū eīn ī ſūma q̄dā trāqllitate ſolū collocari poſſit,a quouis affectu vndiq; īpedit.auget
quoq; difficultatē:q ſicut ī corpe cōſonātē oīno humorꝫ mēbrorūq; tēperiē,ſic ī aīo harmonicā ſuo
rū oīm tēperātiā repire oīm ē difficillimū.Quāobrē nō īiuria Socrates tā in epilogo,q̄ ī exordio,ad
tēperātiam cælesti harmonię ꝑſimilem cōſequēdam opus eſſe ait cęleſti virtute atq; diuina,tum
aīo,tū rōnibꝰ & verbis īfuſa. Vbiq; vero admonet cōtēdēdū eē potiꝰ,vt ſub legitimis īſtitutis tēpe
rati efficiamur:q̄ vt ſub dialecticis rōnibꝰ de tēperātia diſputemꝰ:quādoq̄dē ſūma q̄dā difficulta
te cognoſcit:& cognita ſine vſu nō mō nihil ꝓdeſt,ſed & obeſt q̄plurimū:atq; id q̄d maiꝰ ē,niſi re
ipſa poſſideat,pfecte cognoſci nō pōt.Impuro eīn rem oīm puriſſimā nō licet attingere.

ARGVMENTI FINIS.

CHARMIDES PLATONIS VEL DE TEMPERANTIA, TRANSLATVS E GRAECA LINGVA IN LATINAM A MARSILIO FICINO FLORENTINO,AD PETRVM MEDICEM VIRVM CLARISSIMVM.

PERSONAE DIALOGI.

SOCRATES.CHAEREPHO.CRITIAS.CHARMIDES.

SO. HEri cū ad veſperā Potidæa ab exercitu rediiſſē,protinꝰ ſolitæ exercitatio
nis loca,vtpote q diu abfuiſſem,ꝓperās repetiui:ac Taurei palæſtrā,q̄ e
cōſpectu eſt maieſtatis regiæ tēpli,ſum īgreſſus.Vbi multos cōperi ꝑti
īgnotos mihi,ꝑtim notos:& q̄dē plurimos.Qui cū me ex inſperato vidiſ
ſent,lōge cōgratulati ſunt aliūde aliꝰ occurrētes.Chærepho p̄cipue,vt
pote natura cōcitatior,e medio ſtatī ꝓſiliēs accurrit:ac manu me p̄hē
dēs,o Socrates īnq̄t,quo pacto īcolumis euaſiſti?Nā pauloante q̄ abire-
mus,apud Potidęam pugna commiſſa eſt: quam hi nuper audierūt.At
illi ego reſpondens, Ita inquam,vt cernis,euaſi.Nunciatum nobis eſt,
inquit,pugnam acerrimam extitiſſe:atq; in ea plurimos nobis notos oc
cubuiſſe.Vera inquā vobis nunciata fuerūt.An tu,inquit,prælio īterfu
iſti?Interfui.Sede hic:nobiſq; enarra:nōdū eīn apte oīa ītelleximus.His dictis me prope Critiam Ca
læſchri filium ſedere iuſſit.Sedens itaq; Critiæ & aliis cōgratulatus ſum priꝰ:deinde q̄ in belli ex-
peditione cōtigerāt,vt q̄ſq; regrebat,alius enim aliud appetebat,recenſui.Cum vero de his rebus
abunde locuti eſſemus,ruſus ego illos īterrogaui q̄nā eēt his tpibꝰ phię cōditio:& ſi q̄ eēnt adole
ſcētes,vel ſapiētia,vel īdole,vel vtriſq; p̄clari.Tūc Critias verſus fores īſpiciēs,ītuituſq; adoleſcētes
quoſdā īgrediētes,altercātesq; īuicē,& turbā poſt eos aliā,Socrates,inq̄t,q̄d de honeſtis ꝓcōrabant

ris,mox cogniturus videris.Nã q nũc ĩgrediunť,pcurſores ſunt amatoreſq; cuiuſdam q oĩm hu-
ius temporis honeſtiſſimus,& ſpecioſiſſimus iudicať.Atq videť & ipſe propemodũ ingredi.Quiſ
nã iſte?& cui⁹ filius inquã?Noſti igr quodãmõ & tu.Sed cũ hinc abiſti,nõdum adoleuerat.Char
midẽ noueras filiũ Glaucõis patrui noſtri,patruelẽ meũ?Cognoui eqdẽ:neq; puer tũc cõtẽnẽdus
erat.Hũc vero adultũ eſſe illũ iã arbitror.Statim intelliges ait,quãt⁹ & qualis euaſerit.Dũ hæc il
le dicit,Charmides ĩgrediť.Apđ me qdẽ o amice nulla ppẽdẽdi diſcernẽdiq; facultas.Profecto pin
Prouerbiũ: albũ filũ ĩ lapide albo.
de ſumerga honeſta ĩdole claros:ac albũ filũ ĩ lapide albo.Ferme nãq; oẽs eiuſmodi hoĩes mihi ad
modũ placẽt.Præcipue vero tũc ille & corporis pceritate & egregia ĩdole mirãdus appuit.Cęteri
aũt oẽs capti ei⁹ amore videbanť,vſq; eadeo illi⁹ ĩgreſſu obſtupuerũt pturbatiq; ſunt.Multi pter
ea tetro amatores hunc ſeqbanť.Et quãtum ad viros attinet,nil mirũ eſt:ſed qđ eſt mirabile,pue
ros etiã cõſideraui:quorũ null⁹ vel minim⁹ quis aliũ queq̃ ĩtuebať:imo illũ ipm cũcti tãq̃ dei ima
ginẽ quãdã cõtẽplabanť.Hic ad me cõuerſus Chærepho:qualis tibi adoleſcẽs videť o Socrates?an
nõ ſpecioſam p ſe vult⁹ fert ĩdolẽ?Mirifice inquã.Atq igr ſi nudare ſe vellet,vultũ nihili faceres,p
illa quę latet intus forma mirabili.Eadẽ hæc Chærephonti cęteri etiã cõſenſerũt.Inſupabilẽ her-
cle inquã virũ narratis ſi parũ qd inſup huic adeſſet.Quid iſtud?ĩterrogauit Critias.Si optio ĩquã
animi habitu natura decor⁹ eẽt.Cõſentaneũ tñ eſt talẽ hũc eẽ Critia,cũ vſa ex ſtirpe ſit genit⁹.Im
mo certe quo ad ĩgeniũ ſpectat,& pulcherrim⁹ ẽ & optim⁹.Quid igiť nõ nudam⁹ ĩquã,aĩum pri⁹
interioreq; decorẽ potius q̃ exteriorẽ ſpeciẽ cõtẽplamur?Nã cũ talis ſit,nobiſcũ diſſerere nõ nega-
bit.Volet certe reſpõdit Critias.Nẽpe ſapiẽtię ſtudioſus ẽ:et vt ſibi cęteriſq; videť,valde poetic⁹.
Longa ĩquã ſerie generoſitatẽ hãc,Solonis ex gñe trahitis.Verũ cur nõ mihi iã mõſtras adoleſcẽ
tem?Accerſe huc illũ.Neq; eñ dedecet vel etiã ſi minor natu eſſet,cũ eo diſſerere,pſente te patru
ele ei⁹ atq; tutore.Probe loq̃ris ait.Vocãdus eſt iã.Atq; his dictis ad eũ q pone ſeq̃batur cõuerſus,
Voca inqt Charmidẽ,dicẽs illi,me velle medico eũ cuidã cõmittere malæ illi⁹ valitudinis cã de q̃
mecũ cõq̃ſtus eſt.Mihi ergo dixit Critias:pauloante Charmides ab ipo ſolis exortu grauato ſe ca-
pite ſurrexiſſe cõq̃rebať.Quid phibet igiť ſimulare remediũ aliqđ cõtra capitis grauedinẽ te ha-
bere.Nihil phibet ĩquã,mõ veniat.At veniet.Qđ & factũ ẽ.venit eñ,riſumq; effuſiorẽ oib⁹ cõci-
tauit:nã vnuſqſq; noſtrũ vna ſedẽtiũ,locum cedere volẽs Charmidi vt ppe eũ ſederet,pximũ de-
dita opa in latus ĩpulit.Quo factum eſt vt eoꝝ q vtrinq; ſedebãt nouiſſimi,vnũ ſurgere cogerem⁹
alterũ humi pſtratũ deiiceremꝰ.Ille vero accedẽs,me inter Critiãq; aſſedit.Ego vero pcõtante illo
vtrũ capitis medelã ſcirẽ,vix tãdẽ me ſcire reſpõdi.Quænã iſta?quæſiuit.Folium qđdã inquã.At
inſup addẽda eſt ĩcãtatio q̃dã,quã ſiqs adhibeat,folioq; vtať,ſanitas reſtituiť.Abſq; vero ĩcãtatio
ne,foliũ nihil cõfert.Ad hæc ille.Exſcribã eqdẽ hanc te dictante incantationẽ.Vtrũ ſi mihi perſua-
ſeris inquã?an etiã ſi nõ perſuaſeris?Ille ſurridens ait,ſi tibi pſuaſero Socrates.Hem nomẽ ipſum
plane tu meũ tenes.Teneo eqdẽ niſi iniurius ſum.Frequens eñ de te inter æquales meos ſermo ha
betur.Memini quinetiam cum puer adhuc eſſem,te cũ Critia hoc verſari ſolitũ.Recte tu quidẽ.
Audentius eñ incãtationis tibi modũ oſtendã.Paulo vero ante neſciebã quo pacto vĩ illi⁹ tibi mõ
Præcepta q̃dã medicinæ.
caput
ſtrarẽ.Eſt autẽ talis o Charmides,vt caput ſolũ curare nequeat:quemadmodũ ſæpe ex peritis me-
dicis audiuiſti:qui quotiens aliquis dolore oculorũ affectus eos cõſulit,aiunt nõ poſſe oculis me-
deri,niſi prius capiti medeantur:neq; caput abſq; totius corporis medicina poſſe curari.Hac de
cauſa regulis qbuſdã toti cõferẽtib⁹ vtunť:& a toto ad partẽ tranſeũt reſtituẽdã.an nõ audiſti ita
dicere illos:& ita eſſe?Prorſus.Recte loq tibi videnť?ſermonẽq; hũc approbas?Maxime oĩm.Enim-
uero cum probari ſibi hæc audirem:Talis eſt inquã o Charmides incantationis quoq; huius potẽ
tia.Quã didici ibidẽ in exercitu a quodã medicorũ Thracũ Zamolxidis ſectatorũ:q & ĩmortalita
tẽ afferre dicunť.Adiecit pterea Thracius ille medicus:etiã græcorũ medicos q̃ ſupra narrata ſũt
prædicare.Cæterum Zamolxis,ait,rex noſter ac deus tradit:quemadmodum oculos ſine capite
curare non decet:neq; ſine reliquo corpore caput:ita neq; ſine aĩa corpus.Eaq; cauſa eſt,cur medi-
cos græcos morbi corporũ multi lateant:quia totum ipm ignorant:qđ in primis curare oportet.
Quo male affecto,ĩpoſſibile ẽ ptẽ aliquã bene valere.Oĩa nãq; vel bona,vel mala ab aĩa in corpus,
& hoĩem totum manãt:indeq; ſimiliter,vt ex capite ĩ oculos effluunt.Illã igiť primũ,& maxime
curari iubet:ſi mõ caput,& vniuerſum corpus bene valere debet.Animæ vero medelas eſſe docet
incantationes quaſdam.Eas pclaris rationibus contineri qbus animæ tẽperãtia tribuať:qua inſer
ta atq; pſente,facile eſſe ſanitatẽ capiti totiq; corpori tradere.Ille igiť cũ medelã incãtationeſq; do
ceret,iuſſit vt nullis precibus motus alicui cõtra capitis dolorẽ remediũ adhiberẽ:niſi prius aĩam
incantationibus ipſis purgãdã cõmiſerit.Hunc ſane noſtrorũ tẽporũ errorẽ dicebat eſſe,q pleriq;
abſq; tẽperãtię ſanitatiſq; ſtudio,medici eẽ cõtẽdũt.Me itaq; mirũ ĩ modũ pmonuit,mãdauitq; caue
rẽ ne qs vnq̃ diues ſeu nobilis,ſiue pulcher,mihi vt aliter faciã pſuadeat.Illi hoc ego iureiurando

interpoſito confirmaui: ꝓmiſiq; non aliter me eſſe facturũ. Quamobrẽ neceſſe eſt pareã. tibi quoq; obſequar. Nã ſi voles ſecũdũ hoſpitis ꝓcepta, aĩam tuã prius incantationibus oĩbus Thracis illiꝰ ſubiicere, medicinã capiti admouebo. Sin minus, nõ potero o amice Charmides tibi prodeſſe. Cum igitur hæc audiſſet Critias inqt: lucro erit grauedo hæc capitis adoleſcenti, ſi huius cauſa ſanitatẽ mẽtis lucrabiẗ. Aſſero aũt tibi Charmidẽ hunc æqualibꝰ oĩbus nõ ſpecie tãtũ ꝓcellere, verũ etiã eo ipſo præſtare cæteris, cuius ipſe incantationem habere dicebas. An nõ tẽperantiæ ſupra dixiſti? Huius ipſius inquã. Scito igitur oĩm ſuæ ætatis adoleſcentum hũc videri tẽperatiſſimum: et in cæteris omnibus pro ætatis incremento, nullo inferiorem eſſe. Cõſentaneũ eſt o Charmides inquã in his q̃ dixit Critias, te cæteros antecellere. Neq; eñ referre qſq̃ poſſet, vt arbitror, duarũ apd̃ Athenienſes familiarũ cõiugiũ, quo veriſimiliꝰ ſit pulchrã honeſtãq; prolẽ naſci, q̃ maiorũ tuoꝝ cõiugio. Nã paternũ genꝰ huiꝰ Critię Dropidi, ab Anacreõte, Solõeq; aliiſq; poetis ꝑmultis ẽ illuſtratũ, decore, virtute, & alia felicitate ꝓcellens. Eadẽ quoq; eſt materni gñis gloria. Nemo eñ Pyrilãpo auũculo tuo aut pulchrior aut maior in oĩni cõtinẽti viſus ẽ vnq̃, quotiẽs ille vel ad regẽ magnũ vel ad alium in continẽti habitãtiũ legatꝰ accederet. Ac ſummatim vniuerſa hæc domꝰ nulla ĩ re eſt inferior altera. Quare probabile ẽ te tali ſtirpe creatũ primas ꝑtes in oĩbꝰ obtinere. Quãtũ igiẗ ad eã ſpeciẽ q̃ cerniẗ oculis attinet o dulcis Glauconis fili, videris mihi nihilo a ſuperioribꝰ tuis degeneraſſe: ꝙ ſi & ad tẽperãtiã, & ad alia, vt Critias hic teſtaẗ, natura es ĩſtitutus, beatũ te o chare Charmides mater pepit. Ergo ſic ſe res hẽt. Si ĩeſt tibi vt ait Critias, tẽperãtia: & ſufficiẽter es tẽperãs: neq; Zamolxidis: neq; Abaridis Hyperborei ĩcãtationibꝰ ĩdiges: ſed iã tibi medela eſt capitis admouẽda. Sin aũt deeſt tẽperantia tibi, ĩcãtatio medelã antecedere debet. Rñde itaq; ipſe mihi vtrũ aſſentiaris Critiæ: & aſſeras tẽperãtię te ſatis habere: an deeſſe aliqd recognoſcas. Tũc ergo ipſius Charmidis genæ rubore ſuffuſę gratiorẽ ſpeciẽ oſtẽderũt. Nã pudor eã ætatẽ decet. Deide admodũ generoſe rñdit. Haudquaq̃ facile ẽ q̃ ĩ pñtia q̃ſita ſunt, vel admittere, vel renuere. Si eñ me temperãtẽ eẽ negauero, prio qdẽ turpe videbiẗ ꝙ ipſe mihi derogẽ: deide Critię huiꝰ aliorũq; multorũ q̃bus temperãs eſſe videor, tãq̃ falſam ſentẽtiã abrogabo. Sin aũt affirmauero, odioſa videbitur hæc de meipſo iactãtia. Quapropter quorſũ me vertã, neſcio. Probe loq videris Charmides ĩquã: itaq; cõmuniter ĩueſtigandũ puto, vtrũ qd̃ q̃ro poſſideas, nec ne, vel tu aliter q̃ velis loq cogaris: vel ego temere mederi feſtinẽ. Si ergo gratũ tibi futurũ eſt, cupio vna tecũ ĩueſtigare: ſin minus, dimittendũ arbitror. Immo certe gratiſſimũ inqt oĩm. Quãobrẽ vt ipſe ꝑſtare putas ita ꝑquire. Hũc in modũ inquã cõmodior indagatio futura videẗ. Cõſtat ꝑfecto ſi ineſt tẽperãtia tibi, habere te aliqd, qd̃ de hac opineris. Neceſſe eſt eñ inhærẽtẽ ipſam tibi ſi mõ ĩhæret, aliquẽ ſui ſenſũ ꝓbere, ex quo aliqua circa ipſã ĩſurgat opinio: qua qd, & quale tẽperãtia ſit cõiectes: nõne putas? Puto eqdẽ. Nõne hoc cẽſes? videlicet poſtq̃ ſcis loq grece, dicere vtiq; poſſis qdnã id tibi videẗ? Fortaſſis. Vt ergo cõiiciamus vtrũ tibi ĩſit nec ne temperãtia, dic age: qdnã ex ſententia tua tẽperãtiã eẽ dicis? Piguit eũ prio: neq; libẽs ad rñdẽdũ venit: demũ ita rñdit. Tẽperãtiã eẽ duco decẽter agere ſingula, & qete ꝑ viã ĩcedere: qete & loq: ac ſũmatim qete oĩa facere: & vt breui cõplectar qd̃ q̃ris, qetudo q̃dã eẽ mihi videẗ. Nũqd recte inquã? ferũt ſane qetos hoĩes tẽpatos eẽ. Sed videamꝰ an vera loquãẗ. Dic igiẗ nũqd pulchrũ aliqd tẽperãtia ſit. CHAR. Eſt prorſus. SO. Vtrũ ĩ grãmatici facultate pulchriꝰ eſt eaſdẽ literas cito ſcribere? an qete? CH. Cito. SO. Legere aũt celeriẗ ne an tarde? CH. Celeriter. SO. Quiẽtiã pulſare citharã velociter, & prõpte certare pulchriꝰ eſt: q̃ qete ac tarde? CH. Eſt ita. SO. Quid vero in pugnorũ brachiorũq; ludis nõne celeritas ipſa laudaẗ? CH. Vtiq;. SO. Currere aũt atq; ſaltare, & cæteri corpis actus nõne ſi ꝓpere, & prõpte fiũt, ad pulchrũ ſpectãt? ſi ignaue remiſſeq; ad turpe? CH. Appet. SO. Patet ergo quãtum ad corpus attinet, nõ qd̃ tardum, ſed qd̃ velox maxime, eſſe pulcherrimũ: nõne? CH. omnino. SO. Temperantiam vero pulchrũ quid eſſe conſtitit? CH. Conſtitit. SO. Non ergo circa corpus quietudo immo celeritas ad temperantiam pertinebit: ſi modo pulchrũ qd eſt temperantia. CH. Videtur. SO. Docilitas vero nõne pulchrior q̃ hebetudo? CH. Pulchrior certe. SO. Eſt aũt docilitas cito ꝑdiſcere: hebetudo vero ſero atq; lente. CH. Profecto. SO. Docere alium q̃ocyſſime nõne pulchrius q̃ tarde? CH. Procul dubio. SO. Reminiſci itẽ, & meminiſſe ſero atq; lẽte, pulchrius ne, an facile atq; prompte? CH. Prõpte. SO. Solertia vero nõne celeritas quædã animi eſt potius q̃ tarditas? CH. Eſt. SO. Atqui & intelligere q̃ dicunẗ ĩ grammatici cithariſtęq; ludis, & in cæteris omnibꝰ nõ q̃tardiſſime, ſed q̃ocyſſime pulcherrimum eſt? CH. Et hoc. SO. Quinetiam in ipſis indagationibus, & conſultationibus animi nõ q qete, ſero, & vix quæſitũ ĩuenit eſt laudãdus, vt arbitror: ſed qui breui potius atq; facillime. CH. Vera hæc ſunt. SO. Ex his colligiẗ o Charmides tã ĩ iis quæ ad corpus q̃ in iis q̃ ad animũ ſpectant, velocia promptaq; tardis, & quietis pulchriora videri. CH. Sic apparet. SO. Nõ igiẗ qetudo q̃dam tẽperantia erit: neq; vita quieta, temperans, vt hac ratione conſicitur. quandoquidem quod

Solertia celeritas q̃dã animi.

temperatũ eſt,& pulchrũ debet eſſe.E duobus eñ alterũ eſt.aut nũq̃,aut raro admodũ nobis ĩ vi
ta geſtę actiões pulchriores q̃ veloces,& vehemẽtes apparuerũt.ꝙ ſi nõ pauciores geſtæ actiones q̃ ve
loces & vehementes pulchritudine pſtare reperirẽt:neq; hac etiã rõne cõficeret tẽperãtiã eſſe ge
te agere potiꝰ q̃ vehemẽter atq; celeriter,neq; ĩ ipõ inceſſu,neq; ĩ ſermõe,neq; ĩ alio quopiã:neq; vi
ta geſta q̃ ingeſta decẽtior eẽt & tẽperãtior:qppe cũ ĩ ſupiori ſermõe ſuppoſitũ ſit pulchrũ eſſe ali
qd tẽperãtiã:pulchra vero nõ minꝰ ipſa velocia q̃ geſta eſſe cõſtiterit.CH.Recte dixiſſe mihi vide
ris o Socrates.SO.Rurſus igiẽ o Charmides attẽtiꝰ teipſm cõtuere:& cogita qualẽ te tẽperãtia pſ
ſens efficiat:qualiſve ſit ipſa,dũ te talẽ efficit.hæc aũt aĩaduertens oĩa,bñ viriliterq; rñde qd eẽ ti
bi videẽ.Ille pmꝰ ſeipm collegit:ac ſe diligentiꝰ cõtẽplatꝰ,Videẽ ait tẽperãtia mihi verecũdũ quẽ
dã ruborẽ iducere:verecũdũq; hoiem facere:pudorẽq; eẽ tẽperãtiã arbitror.SO.Quid ais?an non
pulchrũ aliqd paulo ante tẽperãtiã eẽ dicebas?CH.Dicebã eqdẽ.SO.Nõne boni hoies ipſi tẽperati
ſũt?CH.ſũt.SO.An bonũ putas qđ nõ bonos efficit?CH.Nequaq̃.SO.Nõ ſolũ itaq; pulchrũ,ſed
& bonũ ẽ.CH.Mihi qdẽ videẽ.SO.Nõ credis recte Homerũ loq,dicentẽ,pudorẽ viro egeno bonũ
nõ eẽ?CH.Credo eqdẽ.SO.Eſt ergo,vt appet,pudor nõ bonũ,ac bonũ.CH.Appet.SO.Tẽperãtia
vero bonũ dũtaxat.ſiqdẽ bonos facit eos qbꝰ adeſt:malos vero neq̃q̃.CH.Ita mihi,vt loqris,eẽ vi
deẽ.SO.Ergo tẽperãtia pudor nõ erit.q̃ñqdẽ tẽpãtia bonũ eſt dũtaxat:pudor aũt nihilo magis bo
nũ ẽ q̃ malũ.CH.Recte qdẽ mihi dici hoc videẽ o Socrates.Verũ attẽde obſecro,quale tibi videẽ
qđ rurſus adducam.Mõ eñ recordatꝰ ſum qđ mihi traditũ ẽ a quodã dicẽte tẽperãtiã eẽ vt ſua
quiſq; agat.cõſidera an recte loq videaẽ tibi q hæc dicit.SO.O ſceleſte,ex hoc Critia iſtud audiſti,
vel alio quopiã ſapiẽtũ.CRI.Videẽ ſane ex alio audiuiſſe:nã ex me nũq̃.CH.Quidnam refert So
crates ex quo audiuerim?SO.Nihil pfecto.nõ id cõſiderãdũ ẽ qs dixerit:imo vtrũ vere dicaẽ,nec
ne.CH.Probe nũc loqueris.SO.Recte p Iouẽ.Mirabor tñ ſi quomõ hoc ſe habeat,iuenerimꝰ.nam
eſt ęnigmatis cuiuſdã pſimile.CH.Quãobrẽ?SO.Quia nõ arbitror ita ſenſiſſe illũ,vt verba ſonãt
tẽperãtiã ſcilicet eſſe,vt ſua qlibet agat.Nihil ne putas grãmaticũ agere,q̃ñ ſcribit,vel legit?CH.
Puto eqdẽ aliqd agere.SO.Videẽ ne tibi grãmaticus nomẽ ſuũ tantũ ſcribere ac legere?vel etiam
vos pueros erudire?Neq; eñ minꝰ inimicorũ tunc noĩa q̃ veſtra amicorũq; ſcribebatis.CH.Cer
te nõ minus.SO.An cũ ageretis hoc,curioſiores eratis q̃ decet:& a temperãtię lege diſcedebatis?
CH.Minime.SO.At vero nõ veſtra agebatis tantũ:ſi ſcribere ac legere,agere aliquid eſt.CH.Eſt
vtiq;.SO.Pręterea mederi o amice,ædificare,texere,& cuiuſlibet artis opus explere,agere aliquid
eſt,an nihil?CH.Aliqd pſus.SO.An videreẽ tibi bñ illa ciuitas iſtituta,ĩ q̃ leges iuberẽt,vt veſtẽ
qſq; ſuã texat,lauetq;:calceoſq; cõficiat ſuos:& ſtrigilẽ,& vaſcula olearia,vel vnguẽtaria,& ſupel
lectilia q̃q;?Aliena qdẽ attigat nũq̃:ppria vero ipſemet pagat?CH.Nequaq̃.SO.Verũtñ ſi tẽpera
te diſpoſita ẽ ciuitas,bñ iſtituta eſt.CH.Quid ni?SO.Ergo tẽperãtia nõ erit talia q̃dam agere,&
hunc in modũ agere ſua.CH.Nõ vt apparet.SO.Quare p ænigmata loq̃baẽ,vt ſupra dixi,is qui
prædicabat agere ſua,temperantiã eſſe.Neq; enim vſqueadeo fatuus fuiſſe putandus eſt,vt idem
eiꝰ fuerit ſenſus,qui & verborum ſonus.Nũ fatuus qſpiã o Charmides hoc tibi tradidit?CH.Mi
nime omnium.Immo quidam meo iudicio ſapientiſſimus.SO.Oĩno igiẽ ſententiã ſuam obſcuris
verbis inuoluit,vt arduũ cognitu ſit qd ẽ agere ſua.CH.Forte.SO.Potes ne aperire nobis,agere
ſua quid ſit?CH.Ignoro eqdẽ.Forte etiã q hæc dixit,quid ſibi vellet,non ſatis intelligebat.Dũ ita
loqueretur,ſubriſit Charmides:Critiamq; aſpexit.Critias autem licet ante ad diſſerẽdum aduer
Quales filii tales domus gubernatio.

Pulchra regula in cognoſcendis rebus de quibus agitur.

rint:& multorũ adoleſcentũ aĩos erudiuerint,poſtea nos quoq; docuerint. Vel ſiquis noſtrũ ꝑce-
ptorē habuiſſe neget: opera ſua monſtrare debet:in mediũq; afferre quã Athenięſiũ, vel hoſpitũ,
aut ſerui,aut liberi,diligētia ſua abſq; cõtrouerſia boni euaſerit,ſinaũt neutrũ oſtēdere poſſum⁹:
vt alios cõſultores adeant,iubere debemus:neq; in amicoꝝ filiis deprauãdis id ſubire ꝑiculi,quo
apud adoleſcentũ domeſticos accuſationē maximã mereamur.Eqdē o Lyſimache atq; Meleſia de
me ipſo ĩ primis aſſero nullũ hac de re mihi magiſtrũ extitiſſe:q̄q̄ a tenera ętate ſemp rē hãc affe-
ctaui.Verũtamē ſophiſtis mercedē ſoluere nõ valeo:q ſoli polliciti ſunt bonũ me & clarũ efficere.
Ipſe vero ꝓprio ingenio artē hãc ĩuenire etiã nũc minime poſſum.quã ſi Nicias hic vel Laches in-
uenit vel didicit,haud eqdē admirabor.Etenĩ pecuniis magis abũdãt,vt ab aliis diſcere queãt: &
ſeniores ſunt,vt iã inuenire potuerint. Videnť aũt mihi ad erudiendũ ſufficere,neq;.n.vſqueadeo
ĩtrepide de ſtudiis iuueni bonis vel malis ſtatuiſſent,niſi putaſſent ſufficiēter hęc cognoſcere. Cę-
tera his eqdē credo:ꝙ vero diſſentiãt admirat⁹ ſum. Atq quēadmodũ nuꝑ Laches iubebat ne me
dimitteres:ſed ꝑcontareris:ita nũc ego viciſſim te rogo,iubeoq; Lyſimache,ne Lachetē Niciãq; di-
mittas:ſed ab his ſciſciteris:dicēs eis Socratē dixiſſe,rē ipſam nõ intelligere,neq; diiudicare poſſe
qs veſtrũ vera loquať:qppe cũ nec inuētor harũ rerũ ipſe fuerit:neq; ab alio docēte didicerit. Tu
aũt Laches ac Nicia dicite vtriq; nobis,quē circa iuuenũ educationem doctiſſimũ cõueneritis:&
vtrũ diſcētes ab aliquo ſciatis hęc,an ipſi poti⁹ iuētores ſitis.Q; ſi didiciſtis:qs vtriuſq; magiſter?
quive alii artis eiuſdē ꝓfeſſores?Vt ſi min⁹ vobis ad hęc a reipublicę negotiis ſupeſt otii,eos adea-
mus:ꝑſuadeamuſq; vel munerib⁹ vel gratia vel vtriſq;,vt & noſtroꝝ & veſtroꝝ filioꝝ curã ſuſci-
piãt:ne improbi facti maiorib⁹ ſuis dedecori ſint.Sinaũt ipſi vos hoc ĩueniſtis,adducite ĩ mediũ ſi
quos forte alios diligētia veſtra ex prauis bonos claroſq; hoĩes reddideritis. Enĩuero ſi nũc primũ
docere ĩcipitis,aĩaduertēdũ eſt nõ Carem quēdã mercede cõductũ:ſed & veſtros & amicoꝝ filios
in diſcrimen vos ducere:& ꝑfecto,vt habet ꝓuerbiũ,in vaſis ipſius iactura artē figulariã experiri-

Prouerbium. In vaſis factu ra artē figula- riã experiris.

ni.Dicite itaq;:qd ex his adeſſe & cõpetere vobis aſſeritis vel negatis?Hęc tu ab illis ſciſcitare Lyſi-
mache,neq; eos dimittas pri⁹,q̄ rñdeãt.LY.Probe loq Socrates o viri & mihi videť.Si ergo vobis
gratũ futurũ eſt o Nicia atq; Laches,interrogãtib⁹ reſpõdere,ipſi videritis:mihi certe & huic Me-
leſię gratũ:ſi velitis oĩa q̄ interrogat Socrates,rõne ꝑcurrere.Etenĩ ſtatim a principio dixi iccirco
ad cõſultãdũ vos accerſiſſe:qa excogitata vobis hęc iã,vt decens eſt,arbitraremur:ꝑſertĩ cũ filios
habeatis vt nos,ea ferme ĩ ętate iã cõſtitutos,in qua de eruditione ſit cogitãdũ.Si ergo nihil ꝓhi-
bet,dicite obſecro,vnaq; cũ Socrate hoc cõſiderate,& reddentes & recipiētes ĩuicē rationē.Recte
nãq; & hoc hic dicebat:de maximo quodã noſtroꝝ oĩm ĩ ꝑſentia nos deliberare. Videte itaq; vtrũ
ſic agēdũ exiſtimetis.NI. Videris certe mihi Lyſimache Socratē ex patre tãtũ cognoſcere:neq; cũ
eo vnq̄ cõſuetudinē habuiſſe,niſi forte dũ eſſet puer,patrē ſequutus,aliquãdo vel ĩ tēplo, vel alio
populari cõuentu tibi adheſerit. Virũ aũt hũc factũ nõdũ,vt apparet,es alloquutus.LY.Cur o Ni-
cia?NI.Ignorare videris ꝙ qcũq; ſermone quaſi genere ꝓpinquat Socrati: illiq; diſputãs hęret:li-

Cõmendatio Socratis.

cet de alio quoq̄ ceperit diſputare:cogiť tãdē Socratis verbis adduct⁹ ſuę vitę reddere rationē:q̄
ſit ꝑſentis,q̄ anteactę ipſius vitę cõditio.Et poſtq̄ in hęc incidit,nõ prius eũ dimittit Socrates,q̄ cũ-
cta hęc ſufficienter examinauerit.Ego aũt hoc familiariter vſus ſum:ac neceſſarium eſſe cognoſco
huius ex verbis hęc ꝑpeti:ꝙve nũc ipſe patiar nõ ignoro.Delectat me admodũ huius o Lyſimache
cõſuetudo.Neq; eñ obeſſe puto vt ĩ memoriã reducať,ſiqd nõ recte vel fecerimus vel faciamus.

Solonis preceptum.

Immo vero neceſſe eſt eũ q hęc nõ refugit,cautiorē in poſterũ fieri:exiſtimãtē ſcdm illud Solonis
tãdiu diſcēdũ q̄diu viuit:neq; ſperãtē ſenectutē ipſam mētē nobis daturã. Mihi itaq; nec inſuetũ
eſt,nec iniucũdũ a Socrate hoc examinari.Atqui iãpridem id ſciebã,ſermonem nobis nõ de pue-
ris ꝑſente Socrate,ſed de nobis ipſis futurũ.Quãobrem nihil ꝓhibet,quo minus cũ Socrate vtcũq;
vult ipſe,differã. Verũ cõſidera quo pacto ad hoc Laches afficiať.LA.Simpliciter eqdem Nicia er-
ga ſermones afficior: imo vero ſi vis dupliciter.Porro verboꝝ ſtudioſus videri cuiq̄ poſſem:& ali-
quãdo contra.Nam quotiēs de virtute vel de ſapientia quadã aliquem audio diſputãtem reuera
virũ dignũq; ſermonibus ipſis,mira quadã afficior voluptate,cõtemplans dicētem ſimul ac dicta
q̄ cõgrua inter ſe & cõſona ſint.Atq; hic ꝓfecto vir muſicus eſſe mihi videť,harmoniã ſuauiſſimã
modulatus: nõ lyram neq; iocularia q̄dã inſtrumenta,ſed vitã reuera cõtemperãs cõcordia ver-
borũ & operũ: concinentem ſcdm Doricã videlicet melodiã:non Ionicam,aut Phrygiã,aut Lydiã
ſed eã certe quę ſola gręca eſt harmonia. Talis itaq; vir mirifice ſuis me verbis delectat:efficitq; vt
verboꝝ auidior eſſe videar:tãta attentione dicta illius accipio.Quiſqs aũt agit cõtra,meas offen-
dit aures:& quo loqui videť ornatius,eo efficit magis vt videar a ſermonibus abhorrere. Socratis
quidē verba nõdũ expertus ſum:opera certe quãdoq;:mihiq; cõpertũ eſt hũc ꝓclaris ſermonibus
omniq; libertate loquendi dignum eſſe.Si ergo & hoc habet,cum eo plane conſentio:atq; libentiſ-

ſime ab eiuſmodi viro examinabor:neq; moleſtũ mihi erit ab eo aliqd diſcere. Atqui & Soloni hoc
adiecto cõcedo:q̊ a bonis viris dũtaxat multa ſeneſcẽs diſcere volo. Hoc igitur ſit mihi cõceſſum,
ipm̃ p̄ceptorẽ bonũ eſſe,ne forte dũ īuitus diſco indocilis eſſe videar.neq; mihi curę eſt,vtrũ ſit p̄
ceptor iunior,vel nondũ opinione hoim clarus,vel aliud tale qd habeat. Tibi igit̃ p̄dico Socrates
vt me quõcũq; vis & doceas,& redarguas,& diſcas qđ ipſe nouerim. Sic certe erga te affect⁹ ſum
ex eo die,quo mecũ ſubiiſti diſcrimẽ,tuęq; virtutis feciſti p̄iculũ,teſtimoniũ illud p̄hibẽs,qđ exhi
bere debet qſq; iuſte p̄iculum eſt facturus. Dicas ergo qđ lubet,nihil ętatẽ noſtrã veritus. SO. Er
go ĩcuſare vos nõ poterim⁹ quaſi min⁹ ad cõſulẽdũ īueſtigãdũq; paratos. LY. Sed noſtrũ vtiq; op⁹
o Socrates. Vnũ nãq; ego te noſtrũ reputo. Cogita itaq; p̄ me adoleſcentũ gratia, qđ ab iis q̄rere
nos oporteat:cũq; ipſis differẽdo cõſulta:nã mihi qdẽ multa excidũt e memoria ob ſeniũ,ex his q̄
p̄gr̃ere ſtatuerim:atq; ea rurſus q̄ audierim, ſiq alii ſermones īteruenerint,nõ ſatis recolo. Qua
propter vos īuicẽ q̄ p̄poſuim⁹ p̄currite: ego vero audiã:& cũ audiuero,vna cũ hoc Meleſia q̄cq̄d
ſtatueritis p̄agã. SO. O Nicia atq; Laches Lyſimacho Meleſięq; parẽdũ. Quę igit̃ ſupra īueſtigare
cõtẽdim⁹,videlicet q̄nã p̄ceptores nobis diſciplinę talis extiterit,vel quos alios ipſi nos meliores
fecerim⁹,forte nihil obeſſet īter nos ipſos examinare. Verũ eiuſmodi q̄dã cõſideratio ī idẽ redibit
vt arbitror:& altius repetet̃. Si de aliquo forte ſcirem⁹,q̊ p̄ſens alicui,melius efficiat illud,cui ſit
p̄ns:atq; rurſus admouere illi ipm̃ poſſem⁹:cõſtat q̊ illud ipm̃ cognoſcerem⁹:circa qđ aliq̄n conſi
liũ iniremus,īueſtigãtes quo pacto facillime q̄s & optime illud adipiſcat̃. Forte nõ ītelligitis:verũ
ſic facilius cõp̄hẽderis. Si ſcirem⁹ q̊ viſus oculis p̄ſens meliores illos efficit,qb⁹ adeſt:rurſuſq; poſ
ſemus ipm̃ oculis adhibere:patet q̊ etiã qd ipſe viſus ſit,cognoſcerem⁹,de quo aliq̄n cõſultãdũ no
bis eſſet qua rõne q̄ facillime & cõmodiſſime ipm̃ q̄s cõparet. Si.n.idipm̃ nobis eſſet ignotũ qd ipẽ
viſus eſt,qd audit⁹,nũq̄ idonei cõſultores medicinę circa oculos aureſve eſſem⁹,inueſtigãtes quõ
optime q̄s viſum auditũq; recup̃ret. LA. Vera narras o Socrates. SO. Nõne hi nos ī p̄ſentia o La
ches elegerũt cõſultaturos qua rõne virtus animis filioꝝ ſuoꝝ adhibita,eos meliores efficiat? LA.
Profecto. SO. Nõne igit̃ cõſtare id oportet,videlicet qd ipa virtus ſit ītelligere? Si eñ qd virtus ſit
penitus ignoremus,quo pacto cõſulere cuiq̄ poterim⁹,viãq; optimã & facillimã ad virtutẽ oſtẽde
re? LA. Nullo mõ o Socrates. SO. Fatemur ne Laches qd virtus ſit intelligere? LA. Fatemur certe.
SO. Si ītelligimus,certe qd ſit etiã exprimere poſſum⁹. LA. Nihil p̄hibet. SO. Haud tñ qd vniuer-
ſa ſit virtus ſtatim vir optime p̄quiram⁹. Maius nãq; id opus. Sed de p̃te primũ aliqua videamus,
vtrũ ſatis nobis pateat. Atq; hũc ī modũ facilior nobis erit īueſtigatio. LA. Vtcũq; placet agam⁹.
SO. Quã itaq; potiſſimũ virtutis p̃tẽ eliciemus? an videlicet eã ad quã ipſa armoꝝ diſciplina ſpe-
ctare videt̃? Videt̃ aũt multis ad fortitudinẽ,nõne? LA. Et maxime qdẽ. SO. Primũ ergo qd forti-
tudo ſit o Laches aperire conemur:deĩde īueſtigabim⁹ quo pacto ab adoleſcẽtibus,quoad exercita Hucuſq; proi
tione & doctrina fieri poteſt,cõparetur. Quapropter annitere, qd fortitudo ſit,nobis exponere. miſſa eſt dialo
LA. Haud dictu difficile iſtud o Socrates. Certo ſcito illũ eſſe fortẽ qui ordinẽ ſeruãs expugnãdis gi occaſio.
hoſtibus inſtat:neq; refugit. SO. Bene loq̄ris Laches. Sed ego forſitan cũ verbis obſcuriorib⁹ te ro- Fortitudinis
garẽ,cauſam dedi vt aliud reſpõderis,q̄ qđ īterrogãs ipſe ſenſerim. LA. Qua rõne id ais Socrates? definitio falſa.
SO. Explicabo ſi potero. Fortis vtiq; is eſt,quẽ dicis ipẽ,q̄cũq; ordinẽ nõ deſerens aduerſus hoſtes
pugnat. LA. Hũc ipm̃ dico. SO. Atqui & ego. Sed nũqd & ille q̄ nõ p̄manẽs,ſed fugiẽs,pugnat? LA.
Quomodo fugiẽs? SO. Quẽadmodũ Scythę dicunt̃ nõ minus fugiẽdo q̄ inſequẽdo pugnare. Vn- Confutatio de
de & Homerus equos Aeneę laudãs ait,celerrime hinc & illinc p̄ſequi atq; fugere. Aeneãq; ipm̃ finitionis.
ſimiliter ab ipſa metuẽdi ſciẽtia quãdoq; laudauit:dixitq; illũ eſſe metuẽdi fugiendiq; peritũ. LA.
Et recte quidẽ o Socrates:nã de curribus loq̄bat̃:tu vero de Scytharũ equitibus loq̄ris.equites ſa-
ne illoꝝ ſic dimicant:armaturę aũt gręcę periti,quẽadmodũ ipſe dicebã. SO. Pręter Lacedęmones
Laches. Nẽpe Lacedęmones,inquit,in plateis cũ ſcutiferis p̄pinquaſſent nõ ſuſtinuiſſe primũ illo-
rũ ī petũ:neq; p̄ſtitiſſe ſed fugiſſe potius.poſtq̄ vero Perſarũ ſolutę ſunt acies, ſe cõuertiſſe:atq; eq
tũ more dimicãtes,in ea pugna victores euaſiſſe. LA. Vera narras. SO. Merito ergo dicebã inter-
rogationẽ meã nõ rectã minus rectę reſpõſionis tuę cauſam extitiſſe. Interrogare eñ volebã nõ ſo Enumeratio
lũ de iis qui circa leuẽ armaturã fortes ſunt:ſed etiã de equitibus:deq; oĩbus ſimpliciter ī quouis ſit vt ſimplici
belli genere fortibus:neq; in terra dũtaxat:ſed & in maritimis tẽp̄ſtatibus: immo etiã de iis qui- ter de fortitu-
cunq; aduerſus morbos vel inopiã vel ciuilia negotia fortes ſunt. Neq; de his tãtum qui aduerſus dine q̄ratur.
dolores metuſve cõſtãtes ſunt:verum de illis etiã qui contra voluptates cõcupiſcẽtiaſq; pugnare
fortiter poſſunt,ſiue p̄ſiſtẽtes,ſiue etiã tergiuerſantes. Sũt nãq; & in hiſce rebus o Laches fortes nõ
nulli. LA. Et maxime quidẽ o Socrates. SO. Nõne omnes hi fortes ſunt? Verũtamen partim circa
voluptates,partim circa dolores,p̃tim circa cupiditates,p̃tim circa timores fortitudinẽ poſſidẽt
& q̄ timidi ſunt circa eadẽ,vt arbitror,timidi. LA. Sic ẽ oĩno. SO. Quid ſit vtriũq; hoꝝ īterrogabã.

Rurſus itaq; ꝑ viribus exprime qd ipſa fortitudo ſit:q̄ in his oībus eadē reperit̄.Nōdū intelligis? LA.Nō ſatis.SO.Dico aūt pinde ac ſi īterrogaſſem quid eſt ipſa velocitas:q̄ ī currēdo nobis adeſt citharāq; pulſando:& in loq̄ndo,& ī diſcēdo,cęteriſq; ꝑmultis:quā qdē poſſidemꝰ,vt dictu dignū eſt,vel ī manuū,vel pedū,vel oris vociſq;,vel intelligentię motibꝰ.Nōne & tu ſimiliter dicis? LA. Proſus.SO.Ergo ſiqs me ꝑcontaret̄:o Socrates qd eſſe dicis iſtud qd ī oībus velocitatē nominas? reſpōderē vtiq; vim breui ī tēpore multa ꝑagentē,velocitatē vocare, tā circa vocē, q̄ curſum, ac cętera oīa.LA. Recte.SO. Conare igit̄ & tu Laches fortitudinē ſimiliter definire quęnā potentia ipſa ſit eadē in voluptate doloreq; & oībus qbꝰ cōuenire illā mō pariter dicebamꝰ:& fortitudinē per ſingula noīari.LA.Videt̄ mihi fortitudo tolerātia q̄dā animi eſſe:ſi qd ꝑ oīa fortitudini cōuenit,dicendū.SO.Dicendū ꝑfecto,ſi nobis ipſi ad īterrogata reſpōdeamꝰ.Arbitror aūt nō quālibet tolerātiā fortitudinē te putare.Qd hinc ſane cōiicio.Hoc ferme cognoſco Laches,te pulchrū qdda fortitudinē eſſe putare.LA.Immo certe pulcherrimū.SO.Nōne tolerātia quā prudentia comitat̄,& pulchra ē & bona? LA.Oīno.SO.Ea vero quā īprudētia,nōne cōtra damnoſa ac noxia? LA. Nēpe.SO.Pulchrū ne ipſe vocabis qd tale ſit,damnoſum,ac noxium? LA. Nefas iſtud o Socrates SO.Nō ergo tolerātiā eiuſcemodi fortitudinē nūcupabis:q̄ñqdem haud pulchra eſt: cū tñ fortitudo ipſa ſit pulchra.LA.Vera loq̄ris.SO.Prudēs itaq; tolerātia ſcdm orationē tuā eſt fortitudo. LA.Videt̄.SO.Videamus ergo q̄nā tolerātia:& ad qd prudens ſit fortitudo.nunqd ad oīa,tū magna,tū parua? veluti ſiqs toleret,dū prudenter argentū erogat cognoſcens ex hoc ſumptu ſe lucraturū,hūc ne fortē dices? LA.Nequaq̄.SO.An vero ſiqs medicus,cū filiꝰ eius vel alius quis pulmonū anxietate grauatus,potū dari cibūq; petit, toleret neq; flectat̄? LA.Neq; tolerātiā hāc fortitudinem appellabo.SO.At vero ī bello tolerātē virū prōptūq; ad pugnā:q prudenter ſingulis circūſpectis ꝓuideat alioꝝ ſibi fore ꝑſidiū:& aduerſus pauciores debilioreſq; ſuis pugnādū, loca quinetiā & ꝑſidia habeat cōmodiora:virū ne īquā tali cū ꝓuidētia & apparatu tolerātem fortiorē dices eo qui ī cōtrario quodā exercitu cōſtat ac tolerat? LA.Immo vero hūc q ī cōtrario Socrates. SO.Imprudentior tñ eſt huius q̄ illius alterius tolerātia.LA.Vera loq̄ris.SO.Ergo & hoīem equeſtri ſcientia ꝑditū & ī equeſtri certamine tolerātē,minus fortē dices eo q expers huiꝰ ſcientię tolerat? LA. Mihi qdē ita videt̄.SO.Atq; & illū ꝓterea q ſciens funda iacere,arcūq; ītendere, vel aliud quoduis toleret,minus fortē? LA.Oīno.SO.Item qcūq; ſine arte natādi ī puteū deſcendentes eo ī ope tolerare ac ꝑſiſtere audent,vel ī alio quouis ope ſine arte,eos tu fortiores dices iis q ſunt ī eis artibus eruditi? LA.Quid aliud qs dixerit Socrates? SO.Nihil:ſi modo ita qs putet.LA.Puto eqdem.SO. Attamen īprudētius hi ꝑicula ſubeūt,tolerātq;,q̄ illi q arte hęc aggrediunt̄. LA.Vident̄.SO.Nōne ſupra turpis ac noxia nobis audacia tolerātioq; īprudens apparuit? LA.Maxime.SO.Conſtitit aūt fortitudinē pulchrū aliqd eſſe.LA.Cōſtitit plane.SO.Nūc rurſus cōceſſimꝰ turpem illā īprudentēq; tolerātiā fortitudinem eſſe.LA.Sic apparuit.SO.Recte ne loq tibi videmur? LA.Nō mihi per Iouem o Socrates.SO.Nō ergo ſcđm Doricā harmoniā,vt verbis tuis vtar,ego ac tu modo concinimus.Nā opa nobis verbis nō cōſonāt.Re qdem ipſa diceret aliqs fortitudinis nos eſſe pticipes.Verbis aūt minime,vt arbitror,ſi nos ī ꝑſentia audiuerit diſputātes. LA. Veriſſima narras. SO.Videt̄ ne tibi pulchrū eſſe:vt ſic affecti ſimus? LA.Nequaq̄.SO.Vis ne ſermoni quē īduximꝰ hoc ſaltem credamus,pareamuſq;? LA.Quidnā,& cui potiſſimū? SO.Sermoni īquā tolerare iubenti.Si ergo tibi placet,& nos ī hac ipſa q̄ſtione cōſtemus,toleremuſq;,ne ipſa nos fortitudo derideat q; minꝰ fortiter ipſam īueſtigemus:ſi ſępenumero tolerātia ipſa cōſtātiaq; fortitudo eſt. LA.Ego qdem o Socrates ſum ad perſeuerādū paratus:q̄uis inſueti mihi hi ſermones ſint.ſed qdā me aduerſus ſupiora cōtendendi inſtigat ardor:ac nimiū ægre fero ſi vſqueadeo ineptus ſum ad ea q̄ ſentio ꝓferenda.Nēpe mihi videor qd fortitudo ſit intelligere.Neſcio tñ quo pacto pauloante me ſubterfugerit,vt qd ipſa ſit verbis cōplecti nequerim.SO.Nōne bonū venatorē decet amice explorando diſcurrere:& ſagaciter inſeq:neq; ignaue deſiſtere? LA.Decet ꝑfecto.SO.Vis itaq; Niciā iſtū ad venationē hāc īuitemꝰ,ſiquo pacto eēt nobis ſagacior? LA.Quid ni velim? SO.Age Nicia amicis tuis ſermonū fluctu nutātibꝰ ſubueni: vacillātibuſq; ſiquā vim habes accurre.Cernis quātū noſtra deficiāt ac dubia ſint.Tu ergo explicās qd eſſe fortitudinē putes,ambiguitatē ſolue, tuāq; ſententiā rōne cōfirma. NI.Videmini o Socrates mihi iādiu nō recte fortitudinē definiſſe. Eius porro ſententię quā recte abs te īductā quādoq; audiui,nullā facitis mentionem.SO.Cuiuſnā ſententię Nicia? NI.Sępenumero ex te audiui quēlibet ad ea bonū eſſe,in qbus eſt ſapiens:ad ea malū in qbꝰ inſcius. SO.Vera per Iouem refers o Nicia.NI.Nōne igit̄ ſi fortis vir bonus eſt,eſt & ſapiens? SO. Audis Laches? LA.Audio eqdem:ſed qd dicat nō ſatis intelligo.SO.At ego mihi intelligere videor.Opinor eñ hūc ſapientiā quādā,fortitudinem dicere.LA.Quā ſapientiam Socrates? SO.Nōne ab hoc iſtud q̄ris? LA.Certe.SO.Age Nicia huic declara,qualis ſapientia ſcdm orationem tuā ſit forti-

Definitio velocitatis.

Fortitudinis definitio mala.

Confutatio definitionis redditae.

Frequēs ī ore Socratis ſnia de oī virtute & bonitate.

tudo,neqꝫ eñ tibicinaria.NI.Nõ.SO.Neqꝫ etiã citharista.NI.Neqꝫ iſta.SO.At vero quęnã iſta:& cuius rei ſciẽtia?LA.Recte admodũ iterrogas illũ o Socrates.Ideoqꝫ exponat quã ſapientiã eſſe dicat.NI.Sciẽtiã metuendarũ rerũ,& nõ metuendarũ tã ĩ bello q̃ ĩ cęteris oibꝰ.LA. Q̃ abſurde hic o Socrates loquit̃.SO.Quãobrẽ ita dicis Laches?LA.Quia diuerſa ẽ a fortitudie ſapiẽtia. SO.Nõ dicit Nicias?LA.Nõ hercle:& iccirco delirat.SO.Quin doceamus illũ,omiſſis cõuitiis? NI.At cupit Laches is o Socrates me tãq̃ nihil dicentẽ redargui,poſtq̃ ſibi idẽ nuper accidit.LA.Abſqꝫ dubio Nicia:idqꝫ conabor oſtendere,nihil eñ dicis.Nõne in morbis medici metuẽda cognoſcũt? an videntur tibi fortes iſta cognoſcere?vel tu medicos fortes vocas?NI.Minime.LA.Neqꝫ agricultores,vt arbitror,licet hi in agris colẽdis q̃ ſint metuẽda cognoſcãt:quinetiã artifices alii,q̃ audere decet,& q̃ metuere ſuis ĩ artibus,ſciũt,q nihilo magis fortes ſunt.SO.Quid tibi dicere Laches videtur o Nicia?NI.Aliqd certe dicit:nõ tñ verũ.SO.Quare?NI. Quoniã medicos arbitrat̃ vlteriꝰ quicq̃ noſſe circa ægrotos ꝓter id qd ægrũ nociuũqꝫ,vel qd ſanũ & ſalubre.Ipſi vero hoc dũtaxat ĩtelligũt. Verũ vero extimeſcẽdũ,malũqꝫ alicui ſit eſſe ſanũ potius q̃ ægrotare:cenſes hoc o Laches medicos intelligere?An nõ putas ꝓſtare nõnullis ex morbo nõ ſurgere q̃ cõualeſcere? Dic eñ:tu ne aſſeris oibꝰ ꝓſtare vt viuãt:nec multis cõducere mortẽ?LA.Hoc eqdẽ potius.NI.Quibus mori ꝓſtat eadẽ metuẽda,malaqꝫ exiſtimas,q̃ & illis qbus viuere?LA.Nequaq̃.NI.Harũ vero rerũ iudiciũ medico tribuis?vel alteri cuidã artifici ꝓterq̃ metuẽda & nõ metuenda intelligenti: quẽ ego fortẽ voco?SO.Aduertis ne Laches qd iſte loquat̃?LA.Aduerto eqdẽ ꝙ vates fortes nũcupat. Nã quis alius norit qbus mori ꝓſtet q̃ viuere?Atq o Nicia vtrũ fateris vatẽ eſſe te,vel neqꝫ vatẽ, neqꝫ fortẽ?NI.Nũqd vatis officiũ putas,metuẽda & ĩuadenda dignoſcere?LA.Puto eqdẽ:nã cuiꝰ alterius?NI.Eius plane quẽ ipſe dico multo magis vir optime.Quippe ad vatem ſpectat ſolũ futurorũ portẽta,ſignaqꝫ ꝓnoſcere,ſiue mors cuiq̃ ĩmineat:ſiue morbꝰ:ſeu iactura rerũ,vel victoria, vel clades ĩ bello,aut alio quouis certamine.Quid aũt ex his cuiqꝫ,aut pati,aut non pati ꝓſtet,cur vates potius q̃ quis aliꝰ iudicabit?LA.Neſcio qd iſte ſibi velit Socrates.Neqꝫ eñ vatẽ,neqꝫ medicũ, neqꝫ aliũ quẽpiã declarat,quẽ fortẽ eſſe dicat:niſi forte deũ quẽdã eſſe ipm dixerit, Mihi qdẽ videt̃ Nicias ingenue fateri nolle,ſe nihil dicere:ſurſum vero deorſumqꝫ fertur:& ignorãtiã ſuã abſcõdit. Enĩuero & nos pauloante:ego.ſ.ac tu Socrates tergiuerſari ſiſr poteramus,ſi diſſimulare voluiſſemus,adeo vt nõ videremur nobis ipſis cõtraria loqui.Si igit̃ in iudicio nobis eſſet orãdũ,deceret quodãmodo hoc efficere.Nũc aũt qd opus eſt in hoc cętu fruſtra ſe verbis ornare ? SO.Nihil vt mihi videt̃ Laches.Sed videamus ne forte Nicias aliqd ſe dicere putet:neqꝫ verborꝫ gratia hęc dicat.Quare ab ipſo planius ſciſcitemur,qd ſentiat:ac ſiqd veri afferre videt̃, aſſentiemur:alioquin docebimus.LA.Ipſe ſi vis,ĩterroga Socrates.Ego eñ ſatis ꝓcõtatus ſum.SO.Nihil me ꝓhibet.Cõmunis eñ & mihi & tibi erit ĩterrogatio.LA.Oĩno qdẽ.SO.Dic mihi o Nicia:immo dic nobis:nã & mihi & Lacheti q̃ſtio hęc eſt cõmunis:fortitudinẽ eſſe dicis metuẽdorꝫ & nõ metuẽdorꝫ ſciẽtiã? NI.Eqdẽ.SO.Hoc aũt dignoſcere nõ cuiuſlibet viri opꝰ ẽẽ:poſtq̃ neqꝫ medicus,neqꝫ vates hoc noſcit,neqꝫ fortis eſt niſi hãc ipſam ſciẽtiã ſit adeptus?an nõ ita dicebas? NI.Ita prorſus. SO.Quare vt prouerbio fert̃,nõ ſus hoc quis norit,neqꝫ fortis erit.NI.Nõ certe,vt mihi videt̃.SO.Cõſtat vtiqꝫ Nicia ꝙ neqꝫ Crommyonẽ ſuem fortẽ fuiſſe credis.Neqꝫ iocandi gratia hęc dico:verũ arbitror eũ qui ita loquit̃, nullius bruti admittere fortitudinẽ:neqꝫ cõcedere brutũ aliqđ adeo ſapiẽs eſſe, vt q̃ perpauci hoĩes ꝓpter difficultatẽ cognoſcũt,ea leo,vl' leopardus,vel aper aliqs nouerit:ſed neceſſe eſt illũ q ita vt tu fortitudinẽ definierit,dicere,leonẽ,ceruũ,taurũ,ac ſimiã,ad fortitudinem æque natura iſtitui.LA.Per deos recte loq̃ris Socrates:idqꝫ nobis o Nicia reuera declara : vtrũ ſapiẽtiores nobis has feras eſſe dicas:quas oẽs fortes eſſe fatemur: vel cõtra oĩm opinionẽ,fortes eſſe negare audeas.NI.Eqdẽ Laches,neqꝫ bruta fortia voco,neqꝫ aliud qcq̃ terribilia ꝓpt ignorãtiã nõ formidãs:ſed intrepidũ atqꝫ fatuũ.An pueros oẽs fortes vocare me putas q ob inſcitiã nihil metuũt? Arbitror eqdem ĩtrepidũ nõ idẽ eſſe ac forte.Nã fortitudinẽ & ꝓuidentiã ĩ paucis admodũ reperiri exiſtimo:ferocitatẽ vero,audaciã, intrepiditatẽ abſqꝫ ꝓuidentia ĩ multis & viris & mulieribus pueriſqꝫ & feris.Quę igit̃ & tu & alii mlti fortia noĩatis:ego ferocia nũcupo:fortia vero q̃ prudẽt diſcernũt q̃ audacia & q̃ metu ſint digna.LA.Vides o Socrates q̃ belle hic vir vt putat ipſe ſe verbis ſubornat.Eos aũt fortitudinis munere priuare cõtẽdit:quos alii oẽs fortes eſſe cõſentiũt. SO. Ego vero nequaq̃ o Laches:ſed bono eſto aĩo.Aio eñ & te & Lamachũ ſapiẽtes ẽẽ ſi fortes eſtis:& alios ĩſup mltos Atheniẽſiũ.LA.Nihil aduerſus hęc ĩferã ẽt ſiqd valeã:ne me dicas reuera Exoneũ quendã maledicũ & detractorem eſſe.SO.Ne dicas o Laches:haud eñ aduertiſſe videris hũc a Damone amico noſtro eiuſmodi ſapientiã accepiſſe.Damon aũt Prodici eſt admodũ ſtudioſus.Prodicus vero prę cęteris ſophiſtis egregie talia q̃dã noĩa diſtinguere dicit̃.NI.Profecto his ſtudiis ſe extollere Socrates magis ſophiſtã decet,q̃ virũ publicis merito fungẽtẽ muneribus.SO.Decet eum

Prouerbium. Non ſus quis hoc norit.

Laches qui res maximas gerit:maximá quoq; habere prudentiá.Inquirendũ vero nũc cẽſeo ad qd
potiſſimũ ſignificãdũ Nicias fortitudinis nomẽ inſtituit.LA.Tu ipſe perquire hęc Socrates.SO.
Efficiá vir optime:ne tñ putes & cõmunione te diſputationis excludi: ſed & tu mentẽ adhibe:&
nobiſcũ dicenda cõſidera.LA.Eſto ita,ſi tibi agẽdũ ita videt.SO.Immo certe videt. Tu aũt Nicia
dic nobis iterũ a principio.Scis in ſermonis principio nos fortitudinẽ veluti quandá virtutis ptẽ
cõſiderauiſſe!NI.Eqdẽ.SO.Nõne & tu,qđ ſupra eſt inductũ,vt ptẽ aliquã reſpõdiſti:tãq̃ ſint & p
tes alię:cũctę aũt virtutis noĩe nũcupent!NI.Quid ni!SO.An tu eaſdẽ quas ego ptes noĩas!Nam
ego qdẽ vltra fortitudinẽ,tẽperãtiã,iuſtitiãq;,& talia q̃dã nomino.num & ipſe! NI. Ego quoq; ſi-
militer.SO.Attẽde iã.Hęc em̃ admittimus.De his aũt q̃ metu digna & terribilia ſunt,& de his q̃
audacia digna ſunt,deinceps cõſideremus:ne forte tu alia eſſe putes, alia quoq; & nos putemus.

Quę terribilia. Quę digna audacia. Metus,futuri mali expectatio.

Quę em̃ nos ducimus,exponemus.Tu vero ſi diſſentis,doce.Arbitramur terribilia eſſe quę me-
tũ incutiũt:audacia digna,quę metũ nullũ obiiciũt.Metũ vero inferũt nõ p̃terita mala,nõ p̃ſen-
tia:ſed q̃ expectant.Metũ ſiqdẽ futuri mali expectationẽ vocamus.An nõ & tu idẽ ſentis o Laches!
LA.Et maxime qdẽ Socrates.SO.Audis o Nicia terribilia metuẽdaq; futura mala nos dicere:au-
dacia vero digna,futura bona vel certe nõ mala.Tu ne ita de his,an aliter ſentis!NI.Ita certe.SO.
Hoꝝ ſciẽtiã fortitudinẽ vocas!NI.Prorſus.SO.Videamus p̃terea vtrũ de hoc tertio nobiſcũ ſen-
tias.NI.Quid iſtud!SO.Dicã eqdẽ.Mihi ſane atq; huic videt quonĩcũq; ſciẽtia aliqua eſt, nõ aliã
ſciẽtiã eſſe p̃teritoꝝ vt facta ſunt:aliã p̃ſentiũ vt fiũt:aliã futuroꝝ vt optime fieri poſſint:ſed eiuſ-
dẽ ſciẽtię opus eſſe hęc oĩa noſſe.Queadmodũ circa ſanũ & ſalubre p oẽ tp̄s nõ alia p̃ter vnicã me
dicinã ſciẽtia pſpicit q̃ fiũt,q̃ facta ſunt,q̃ fiẽt,quo pacto fiãt.& circa illa q̃ terra naſcunt,agricultu
ra ſe ſĩlr̃ habet.Quinetiã i bello vos ipſi teſtes eritis rẽ militarẽ ſubtiliter & alia oĩa & futura p
ſpicere.neq; em̃ ſubiici illã vaticinio vultis:ſed p̃eſſe potiꝰ,vtpote acutius q̃ ĩ bello fiũt,q̃ve futu-
ra ſunt p̃uidẽtẽ.Atq; & lex ita ſtatuit:nõ vatẽ p̃fecto exercitꝰ dominari:ſed p̃fectũ exercitus vati p̃
eẽ. Aſſeremꝰ hęc o Laches!LA.Aſſeremus.SO.An tu nobis cõſentis o Nicia,ad eãdẽ ſciẽtiã ptine
re eadẽ vt p̃terita:vt p̃ſentia:vt futura ſunt cognoſcere!NI.Equidẽ:nã ita mihi videt o Socrates.
SO.Nõne vir optime fortitudo ſciẽtia ẽ metuẽdoꝝ cõtrarioꝝq;,vt ipſe p̃dicas!NI.Eſt vtiq;.SO.
Cõſtitit aũt ea q̃ metuimꝰ,futura mala:q̃ vero audemus,futura bona eſſe.NI.Plane.SO. Eadẽ ve
ro ſciẽtia eſt earũdẽ rerũ p̃teritarũ p̃ſentiũq; & futurarũ.NI.Vera hęc ſunt.SO. Nõ ſolũ igit me
tuendoꝝ cõtrarioꝝq; fortitudo ſcientia eſt.neq; em̃ futura dũtaxat bona malave intelligit:verũ
etiã p̄ñtia p̃teritaq;:& oĩa ſimpliciter vt alię ſciẽtię pſpicit.NI.Ita videt.SO.Partẽ itaq; tertiã for
titudinis nobis Nicia reſpõdiſti:q̃q̃ nos qd vniuerſa fortitudo ſit ĩterrogauimꝰ.Eniuero vt videt
in p̄ñtia ſcđm orationẽ tuã,nõ modo metuendoꝝ cõtrarioꝝq; fortitudo ſciẽtia eſt,ſed bonoꝝ oĩm
atq; maloꝝ,omniũq; ſimpliciter quõlibet ſeſe habentiũ.Sic ne mõ,an aliter iudicas Nicia! NI.Ita
mihi videt o Socrates.SO.Putas o beate vir,huic aliquã deeſſe virtutẽ, q norit bona oĩa prorſus
vt effecta ſunt,fiũtq;,& fient,malave ſĩlr̃! Eũq; virũ ĩdigere tẽperãtia & iuſtitia putas vel ſanctita
te,cui ſoli cõpetit vt tã circa deos q̃ circa hoĩes bona & mala prudenter ĩtelligat,hęc deuitet, por
rigat illa,q̃nq; ſcit recte cũ oĩbꝰ viuere!NI.Vera loq videris o Socrates.SO.Qđ ergo abs te ĩductũ
eſt Nicia,nõ pars virtutis,ſed vniuerſa virtus eſt.NI.Apparet.SO.Verũtñ fortitudinẽ diximꝰ p
tem aliquã eſſe virtutis.NI.Diximus plane.SO.Qđ vero nũc dicit nõ apparet.NI.Nõ.SO.Nõ er
go ĩuenimꝰ Nicia qd ipſa ſit fortitudo.NI.Nõ videmur.LA.Atq; rebar o amice Nicia ĩuẽturũ te:
poſtq̃ me Socrati reſpõdentẽ deſpiciebas.Ideoq; ſperabã te ex Damonis ſapientia hęc nobis declara
turũ.NI.Q̃z belle agis o Laches,q nulliꝰ momẽti ęſtimas,apparuiſſe te ſupra nihil de fortitudine
intelligere:ſolũ vero id curas vtrũ ego quoq; talis videar:neq; qcq̃ ĩtereſſe cenſebis:modo & ipſe te
cũ nihil ĩtelligã ex his rebꝰ:quas ſcire debet qſqs ſe magnifacit.Videris ergo reuera hũanũ qddã
agere:q nõ te ip̄m ſed alios reſpicis.Ego aũt arbitror mihi ſatis de ſupioribus eſſe dictũ.Siqd vero
miñꝰ ſufficienter dictũ eſt: poſthac cũ Damone ip̄o corrigã:quem tu,cũ nũq̃ videris,exiſtimas de
ridendũ:cũq; aliis etiã emendabo:ac poſtq̃ oĩa cõfirmauero, abſq; ĩuidia te docebo. Nã hac maxi-
me ĩdigere diſciplina videris.LA.Sapiens qdem es o Nicia.Verũtñ Lyſimacho huic & Meleſię cõ-
ſulo vt ſtudiũ meũ ac tuũ circa filioꝝ eruditionẽ nõ exigãt:ſed Socratem hũc,vt ĩ principio dixerã
obnixe ad hoc opus accerſant.Ego quoq; ſi mihi adulti eſſent filii,idem feciſſem.NI.Eniuero & ip̄e
cenſeo ſi modo velit Socrates curã adoleſcentũ ſuſcipere,aliũ neminem eſſe q̃rendũ.Nempe Nice-
ratum huic libentiſſime cõmendarem ſi ipſe acciperet.Verũ quotiens de hoc ſibi verba facio,alios
quoſdã offert : ipſe renuit.Experire ergo Lyſimache num Socrates tibi magis obtemperet.LY.Par
eſt o Nicia:quãdoqdem & ipſe multa erga hũc facere ſtuderẽ: quę erga alios multos nõ facerem.
Quid ais Socrates!Morem ne geres,curabiſq; vt optimi adoleſcentes euadãt!SO.Durum certe id
eſſet Lyſimache:ſiqs eiuſmodi curã renueret.Quapropter ſi ego ĩ ſupiori diſputatiõe ſapiens ap-

paruiſſem,hi aũt inſcii,merito ad opus hoc ipſe ꝑcipue vocãdus eſſem.Cũ vero pari in dubitatio
ne verſemur,quis noſtrũ potius eligatur?Mihi qdẽ nullus ꝑcipue eligendus eſſe videt.Caeterum
cũ hęc ita ſe habeant,videte an recte nobis cõſulam.Oportere o viri exiſtimo,hęc enim nõ efferẽ
tur,cõmuniter omnes inuicem ꝗrere primũ quidem nobis ipſis optimũ ꝑceptorẽ: egemus enim:
Deinde adoleſcentibus:neq; pecuniis,neq; aliis parcẽtes.Ita vero viuere vt nũc viuimus: & filios
ipſos ita curare,nõ conſulo.Siquis aũt nos irriſerit,ꝙ tam grandes natu ꝑceptoris ludũ ingredi
ſtatuamꝰ:Homeri illud obiiciẽdũ,Ait eñ viro egeno verecũdiã nõ cõferre.Quãobrẽ ſpretis oĩbꝰ Homeri dictũ.
detractoꝝ verbis cõem noſtri adoleſcẽtiũq; curã ſuſcipiamꝰ. LY. Placẽt mihi ꝗ loqueris Socrates: Viro egeno ve
ſtatuoq; quo ſenior ſum,eo ſtudioſius vna cũ adoleſcẽtibus diſcere. Verũ hęc mihi ſeruato. Cras recũdiã nõ cõ-
prima luce domũ venito:neq; aliter facito:vt de his rebus cõſiliũ ineamus.Nã hodiernus iã ſol- ferre.
uendus eſt coetus.SO.Efficiam qđ iubes Lyſimache.Et ſi Deus voluerit,cras ad te veniam.

LACHETIS FINIS.

CLITOPHO PLATONIS, VEL EXHORTATORIVS, TRANSLATVS A MARSILIO FICINO FLOREN.AD PETRVM MEDICEM VIRVM CLARISSIMVM.

DIMIDIATI DIALOGI PERSONAE.

SOCRATES CLITOPHO. SO.

NVper mihi retulit quidã Clitophontem Ariſtonymi filiũ loquentẽ cũ Occaſio dialo
Lyſia:Socratis quidẽ cõſuetudinẽ vituperare: Thraſymachi vero lau gi: cuius expli
dare magnopere ſolitũ.CLI.Quiſquis ille o Socrates fuerit,haud recte catio decidit.
narrauit,ꝗ de te cũ Lyſia ſum loquutus.Nã in ꝗbuſdã laudaui te:in ꝗ
buſdã minime.Poſtꝗ vero ſuccẽſes mihi, ꝗꝗ diſſimulas quaſi nihil id
cures,libẽtiſſime ego ipſe tibi illa referrẽ,ꝑſertim cũ ſoli ſimꝰ: ne adeo
te a me deſpici putes.Forte eñ nũc nõ recte audiſti:quocirca īſenſior
mihi redditus es ꝗ deceat.At ſi ipſe mihi veniã dederis:animaueriſq;
libẽtiſſime rẽ tibi narrabo.SO.At turpe nimiũ eſſet, ſi te ꝓdeſſe mihi
volentẽ nõ tolerẽ. Conſtat eñ ꝙ mihi conſcius qua malus ſum, qua
bonus,deteriora cauebo pro viribus:proſequar meliora.CLI.Audi igitur.Eqdẽ tecũ verſatus ſępe
numero Socrates vehemẽter obſtupui dũ te loquentẽ audirem:mihiq; viſus es ꝑclariſſime omniũ
dicere,quotiẽs obiurgãs hoĩes veluti ſup machinamentũ quoddã tragicũ quaſi Deus exclamares
Quonã ruitis homines?Neſcitis quo feramini:neq; opportunũ quicꝗ agitis: qui omni ſtudio pe-
cuniis cumulandis incũbitis:filios aũt ꝗbus eas relicturi eſtis,negligitis:neq; vt illi iuſte vti ſciãt,
eos iuſtitię ꝑceptoribus cõmẽdatis,qui doceãt iuſtitiã ſi doceri põt:& ſi ꝓexercitatione & cõſuetu-
dine cõparãda eſt,diligẽter exerceãt.Neq; vos etiã ipſos curaſtis vnꝗ.Sed cũ videatis literas,muſi
cã,& gymnaſticã vos filioſq; veſtros ad ſufficiẽtiã cõſequutos:quã virtutis diſciplinã ꝑfectã exiſti
matis:.deinde nihilominꝰ circa pecunias prauos eſſe:cur nõ ꝑſentẽ educationẽ cõtemnitis?cur nõ
quęritis aliquos ꝗ vos ab hac in muſica diſſonãtia liberẽt?Etenĩ ꝓpter hoc delictũ ſecordiãq; ma-
gis ꝗ propter pedis ad lyram diſſonã motionem,& frater aduerſus fratrem,& ciuitates aduerſus
alias ciuitates īmoderata & diſcordi ſeditione ſuborta feruntur: & cõmiſſo ꝓlio extrema patiuntur
& inferunt.Vos aũt dicitis:nõ ꝓpter ruditatem inſcitiãq;:ſed ſponte iniuſtos eſſe eos qui ſunt in-
iuſti.Rurſuſq; aſſerere nõ dubitatis,iiuſtitiã turpẽ eſſe rem, deoq; aduerſam.Quã igit ob cauſam
hoc tãtũ malũ quis eligit?Reſpõdetis hominẽ ſuperatũ a voluptatibus id ſubire.Nonne ſuperari
pręter volũtatẽ eſt,quãdo qdẽ ex volũtate eſt ſuperare?Quapropter iniuſte agere ꝑter volũtatem
eſſe vbiq; ratio dictat.Diligentiorẽ itaq; curã ꝗ ſoleãt adhibere debent,& viri omnes priuatim,&
publice ciuitates.Quotiẽs iſta Socrates audio te dicentem,mirũ ĩ modum delector ac laudo:idẽq;
facio cum ea quę ſequũtur auſculto.Addis enim eos quicũq; corpus quidem exercẽt,animũ vero
negligũt,ꝗđ natura ſubiectũ eſt,colere:ſpernere vero qđ imperat.Item vnicuiq; vſum eius rei qua
vti ſcit,conferre.Illi vero qui oculis,auribus,toto corpore,neſcit vti,ꝑſtare neq; videre:neq; audi-
re:neq; aliter vti corpore,ꝗ vti.Similiter & ĩ artibꝰ.Quicũq; eñ ꝓpria lyra vti neſcit,patet vt ipſe
aiſ:ꝙ neq; alterius lyra ſcit vti:& qui aliena neſcit vti,neſcit & ſua. Eadẽq; eſt de cęteris īſtrumen
tis & poſſeſſionibus ratio.Atq; eo tãdẽ ꝑclare tibi ſermo ꝓcedit,vt inferas: ꝗ neſcit anima vti,ꝑſta
re huic vt otium agat anima,neq; viuat: ꝗ vt viuat & ſui iuris in agendo ipſe ſit.Quem ſiqua ne
ceſſitas cogit viuere,melius huic eſſe vt ſeruus vitã ducat ꝗ liber.Eſt aũt hoc:tãꝗ nauis ita cogi-
tationis gubernacula cõmittere alteri cuiꝗ,ꝗ gubernatoriã humanę vitę adeptus ſit diſciplinam:
quã ſępe tu Socrates ciuilem vocas peritiã : eãdemq; iudiciariã & iuſtitiam.His ergo ſermonibus
aliiſq; eiuſmodi multis atq; ꝑclaris virtutem aſſerentibus poſſe doceri,ſuiq; ipſius in primis ſuſci
pere curam iubentibus,nunꝗ ferme aduerſatus ſum,neq; vt arbitror in poſterũ aduerſabor.Per-

Marſilii Ficini Argumentum in Cratylum, vel de Recta Nominum ratione.

SApientia Platonica ſemp quidē ſuſpicit excelſa: nec vnq̄ humilia deſpicit: q̄q̄ vero rū ſciētia nominū nō eſt humilis: imo excelſa, pręcipue diuinorū. Hāc ſapiētes Hebręi tāti fecerūt: vt eā nō modo ſciētiis oībus, verū etiā legi ſcriptę prętulerit: affirmātes ipſam a deo patriarchis & Moyſi fuiſſe tributā: Moyſi inquā eā non literis, ſed ſanctorū mētibꝰ inſcripturo: Mētibus inquā ſuccedētiū pphetarū, deinceps diuinorū nominū ſapientiā in mētes eoꝝ qui ſuccederēt lōga quadā ſerie ppagātiū. Horū ergo virtute nominū maiores ſuos opera mirāda feciſſe. Pręterea nōnulla ex his noībus ſcriptis ſuis inſeruiſſe: ſed plerūq; vel ſparſa, vel inuoluta: quę ſiqs agnoſcat, & colligat, & perfecte ea dēq; mētis puritate, qua & cui ſunt tributa, pronūciet, mirabilia ſimiliter effecturū: pręſertim ī primo dei noīe: qđ cū quatuor dūtaxat, & his qdē vocalibus literis mirabiliter cōponaꝛ, nimirū a nullo niſi diuinitꝰ inſpirato recte pronūciari poteſt. Vnde fateri cogunꝛ Ieſum, quē ipſi Nazarenū vocant, fuiſſe diuinū. Quippe cū eū noīs huius tetragrāmaton intelligētia vera, & pnūciatiōe pfecta feciſſe miracula fateanꝛ. Verū de his ī libro de Religiōe a nobis ſatis eſt dictū. Origenes quoq; cū diuinorū nominū orationūq; virtutē mirificā cōſideraſſet, in libris cōtra Celſum inqt: in quibuſdā ſacris noībus mirandā latere virtutē: ideoq; hæc ipſa nō eſſe ex Hebræa lingua in aliā trāſferēda: ſed in ſuis ipſis characteribꝰ cōſeruāda. Forte eñ quēadmodū in corpore certa ratiōe cōpoſito vita pmanet: quo vel aliter cōpoſito, vel pmutato nō pmanet: ſic vitalē quādā putāt diuinis noībus, certo diuinitꝰ modo cōpoſitis, ineſſe virtutē. Et quēadmodū ab initio docuit Mercuriꝰ Triſmegiſtus, ac diu poſtea Plotinus & Iāblichus, ſtatuis qbuſdā ordine certo cōpoſitis dęmones quodāmodo īcludunꝛ. verbis aūt ad cęleſtē quandā ſimilitudinē rēperatis diuinę quædā dotes diſtribuunꝛ: & id qdē prouidēte deo: vt quotiēs res ipſa poſtulat, rite poſſemus diuinū auxiliū inuocare. Qđ quidē ab ipō Phœbo atq; Pythagora obſeruatū fuiſſe tradūt: quos ferūt diuinis qbuſdā dūtaxat verbis tā animi q̄ corporis morbos mirifice curauiſſe. Qua qdē in re cōpertū habemus totā Zoroaſtris ſapientiā conſtitiſſe: quā Plato in Alcibiade diuinā appellat, & in Charmide morborū animi & corporis curatricē. Mitto q᷑ oēs gentes atq; linguę pręcipuū dei nomē quatuor ſolū pronūciāt literis. De hoc eñ latius tractaꝛ a nobis in cōmētariis in Philebū: vbi pbaꝛ nō potuiſſe in hoc vno gētes oēs niſi diuinitꝰ cōuenire. Hinc Aegyptii quē nos Deū, Theut nomināt: Perſę, Syre: Magi, Orſi: vnde Oromaſis: Hebręi illud quatuor vocaliū ineffabile nomē vtcūq; poſſunt exprimūt p Adonai: Gręci, theos: Arabes Alla: Macomet Abgdi: nos accepimꝰ ab angelo Ieſum. Sed cur voluit deꝰ quatuor vbiq; literis īuocari? Forſitā qa & ipſe per quatuor gradus cūcta diſpoſuit. ſ. eſſentia, eſſe, virtute, actiōe cōponēs. Itē cęleſtia triplicitatibꝰ ſignorum quatuor, ignea, aerea, aquea, terrea: & quę ſub cælo ſunt, quatuor ſimiliter elemētis. Nemo vero mirabiꝛ tātā in veris noībus vim latere: ſi modo cōſiderauerimꝰ ipſam rei vim naturalē, qñ vere cognoſcimus, puenire ab obiectis ad ſēſus: ab his ad imaginationē: ab hac quodāmodo & ad mētē. Deīde a mēte cōcipi qdē primū: deinde p vocē exprimi quaſi partū. Atq; in hac ipſa voce ſuis qbuſdā articulis cōſtituta vim ipſam rei ſub ſignificationis forma quaſi vitā latere: vitā inquā ab ipſa mente p ſemina rerū cōceptā priꝰ: deinde p voces editā: poſtremo p ſcripta ſeruatā. Q; ſi cęterorū noīa vim rerū quodāmodo ſeruāt: ideoq; per illa quaſi rerū imagines ipſæ res agnoſcunꝛ: multo magis diuina noīa ab ipſo deo tradita vim ſuā ppetuo ſeruāt. Nec īmerito: Nomē enim verū vt Platoni placet, nihil aliud eſt q̄ rei ipſius vis quędā mēte primū, vt dixi, cōcepta: voce deinde expſſa: literis demū ſignificata. Rei autē diuinę neceſſe eſt virtutē eſſe diuinā. Quāobrē dei noīa cū illis diuina vis inſit, Plato & hic, & ī Philebo venerari iubet: atq; vt ſignificat in legibꝰ, multo etiā magis q̄ delubra ſtatuaſq; diuinas. Expreſſior enim imago dei in artificio mētis, pręſertim afflatę diuinitus, q̄ in manuū operibꝰ reſeruaꝛ. Noīa vero dei prima atq; ſinceriſſima apud mētes ſupernas cæleſteſq; eſſe iudicat: a qbus expreſſius deꝰ, vt ita dixerim, ipſe concipiꝛ. Secūda vero in dęmonibꝰ purioribus. Tertia in animis hominū: eaq; p priſcos viros deo afflatos quaſi dei tubas fuiſſe plata. Dei itaq; noīa nobis p antiquos ſanctoſq; tradita: tanq̄ imagines radiiq; dei ipſius eſſe videnꝛ, p ſuperiora numina, perq; ſanctiores hominū animos penetrātes. Quiſquis autē ſolē, vt par eſt, admiraꝛ, merito veneraꝛ & ſolis lumē. ita & deū colere oportet in primis, ſimulq; dei radios, vires, imagines in ſacrorū nominū ſignificatiōe latētes. Audiamꝰ ergo Socratē in Philebo ita clamantē. Reuerētia mihi ſemp erga deorū noīa, nō humana quædā formido eſt: ſed maximū quēq; timorē exuperat. Audiamus eundē rurſus in Phędro ſe expiātē q᷑ in Amorē dei nomē forte diſputādo deliquerit. Audiamꝰ Platonē ipm in vndecimo legū, eos qui deorū noīa mendacio & periuriis inquinauerint, ſacrilegos oīno cenſentē: iubentēq; illos a quolibet impune cædi: eū vero qui pſens nō punierit, tanq̄ pditorē legū rigide cōdēnātē. Neq; vero nos turbet q᷑ plures ſępe nominet deos. Vnicū eñ per ſeipm in Parmenide, atq; Timęo pbat eſſe deū: cæteros vero angelicos, cęleſteſq; dei miniſtros, cū deos noīat, nō tam deos q̄ diuinos intelligit. Poſtq̄ vero ī Parmenide

Nomen dei apud populos diuerſos

ad vnũ deũ oĩa cõparauit,noĩa quoq; illiꝰ ſpernẽda nõ cẽſuit:in qbus cũ mira dei munera lateãt,non
iniuria diuinꝰ ille theologus Dionyſiꝰ Areopagita oĩa theologię myſteria in diuinis noĩbus exqſiuit.
At cur ſilẽtio ꝑtermiſimus ſplẽdorẽ illũ veritatis apoſtolũ Paulũ dicẽtẽ,Sermonẽ dei eſſe viuũ atq; ef
ficacẽ:vehemẽtiuſq; oĩ gladio ancipiti penetrantẽ!Itẽ illud eiuſdẽ:Donauit deus illi nomẽ,qđ eſt ſup
omne nomẽ,vt in noĩe Ieſu omne genu flectaꝛ cæleſtiũ,terreſtriũ,infernorũ!Sed iã ad dialogũ redea-
mus.Hermogenes Parmenidis diſcipulus & ſectator,atq; Cratylus ſectator Heracliti de rectitudine
noĩum diſſidẽtes,dũ ille qdẽ noĩa ſolũ arbitrio,hic vero naturali quadã ratiõe habere vim putat,de-
niq; Socratis ſe iudicio ſubigũt. Prĩcipio q̃belle tres hic Platonis cõueniũt pręceptores.Hic eñ a So-
crate moralia,a Cratylo phyſica,ab Hermogene potiſſimũ metaphyſica,pręter illa q̃ ipſe inuenit,di
ciꝛ accepiſſe.Cratylus qdẽ ſectator eſt Heracliti,cæterorũq; priſcorũ,q multis ante Heraclitũ ſęculis
philoſophati ſunt:putauerũtq; nihil vſq̃ ſtabile:ſed oĩa in ꝑpetuo motu verſari.vnde & noĩa rebꝰ ab
ipſo motu plurimũ poſuerũt . Hermogenes vero Parmenidis Pythagoreorũq; cultor,cõtra putãtiũ
oĩa ꝑmanere.Eiuſmodi cõtrouerſiã ĩter Hermogenẽ & Cratylũ Socrates & Plato ita cõponũt,vt He
racliti qdẽ ſentẽtia ĩ phyſicis,Parmenidis vero ĩ metaphyſicis ſit ꝓbãda:ſiqs autẽ vel ſtatum verũ ad
naturalia,vel motũ trãſferat ĩ diuina,ſit penitus ĩprobãdus. Sed his omiſſis,quãtũ ad noĩa ꝑtinet So
crates ĩ Cratyli ſentẽtiã magis declinare videꝛ,eã hoc pacto cõfirmãs.Orõnũ alia vera eſt,alia falſa:&
orõnis verę,partes verę ſunt:orõnis falſę,partes quoq; ſunt falſę.partes autẽ orõnis ſunt noĩa:quo fit
vt noĩum alia vera ſint,alia falſa.Orõ qdẽ vera eſt q̃ res ipſas vt ſunt ita dicit:falſa vero,q̃ cõtra.Qua
propter & noĩa vera ſunt illa q̃ res ita vt ſunt potius,q̃ vt placet arbitrio,ꝓferũt. Qm̃ vero Protago
ras putat qualia cuiq; videnꝛ queq;,talia eſſe,adeo vt res nullę eſſentiã habeant ꝓpriã: ſed hũana opi
nio oĩm ſit mẽſura:ideo Socrates cõtra Protagorã infert:alios quidẽ hoĩes eſſe optimos.i.prudẽtiſſi-
mos:alios vero peſſimos.i.a prudẽtia remotiſſimos.At ſi,vt putat Protagoras,vnicuiq; vera illa ſint
quæ qlibet opinaꝛ,nullũ certe erit inter prudentẽ ĩprudentẽq; diſcrimẽ. Sed Protagoras ſubtiliſſime
in libro de ſciẽtia cõfutaꝛ.oportuit tamẽ & hic breuiter cõfutari:vt faciliꝰ Hermogenis opinio de no
minibꝰ illius quodãmodo ſimilis refelli poſſet.Profecto Hermogenes haudquaq̃ Protagorę de rebus
diſſerẽti credit:ſed dũ noĩa rerũ veritatẽ ex hoĩm arbitrio habere fateꝛ,clã in Protagoricã de rebꝰ de-
clinat ſentẽtiã.Latẽter quoq; in opinionẽ Euthydemi dicẽtis oĩa oĩbꝰ ſimiliter ſemꝑ adeſſe,q ex eo bre
uiter reprobaꝛ:q nõ alii qdẽ boni eſſent,alii vero mali,ſi æque oĩbus adeſſet & virtus & vitiũ. Tu ve-
ro inter hęc nota tritiſſimã Platonis nr̃i ſentẽtiã:totã virtutis vim in ipſa prudẽtia,totã vitii in ĩpru
dẽtia collocari.Poſtq̃ cõfutata eſt Protagorę & Euthydemi ſentẽtia,cõcludiꝛ res ipſas nõ ꝓ opinione
nr̃a:ſed ꝓ ipſa natura ſua ĩ ipſo ordine rerũ tales,aut tales exiſtere.Q; ſi naturaliter ſeſe habẽt eſſentię,
naturales quoq; ſunt actiones atq; paſſiões.Itaq; ſi diuidere vel cõburere rẽ quãpiã ſtudeamus,nõ tã
pro arbitrio noſtro q̃ ꝓ natura rei id faciemus:vt eo modo & inſtrumẽto quo diuidi poſſit aptius,di
uidamus:ſimiliterq; cõburamus.At dicere & noĩare actio quędã eſſe videꝛ:ideoq; ꝓpriã debet habe-
re naturã:vt nõ ita ſicut placet nobis,ſed vt rei modus exigit noĩemꝰ.Eſt eñ nomẽ ĩſtrumẽtũ qddã,
quo rẽ noĩatã ab aliis diſcernimꝰ atq; diuidimꝰ.Eiuſmodi vero ĩſtrumẽtũ vt patet ĩ ceteris,ad ꝓpriũ
id officiũ nõ caſu,nõ ꝓ libidine,ſed arte accõmodari ita debet : vt ea ſit forma diſpoſitũ ꝑ ipſam artis
ideam:quę velut ad finẽ ad diſcernẽdũ aptiſſime diuidẽdũq; cõducat.Inſtrumẽtũ vero huiuſmodi.i.
nomẽ,tũ ad res diſcernẽdas,tũ ad docẽdos audiẽtes accõmodatũ,nõ cuiuſlibet eſt fabricare:ſed artifi
cis cuiuſdã nominũ cõditoris:q oĩm eſt rariſſimꝰ.Hic autẽ ea ratiõe noĩa fabricat:q̃ artifex vſurus no
minibꝰ exigit atq; inſtruit. Talẽ vero eſſe Plato vult dialecticũ.At ille q fabricat,ad ipſam rei ideã mẽ
te cõceptã,in qua vera cõſiſtit ratio noĩs,cõponit nomẽ,certa quadã ſignificatiõe ꝓditũ.Atq; hęc ipſa
idealis ratio ſignificatioq; verũ eſt nomẽ: manetq; idẽ circa rẽ eandẽ in quacũq; literarũ materia fiat,
apud quaſcũq; gẽtes:modo qđ res ipſa ſit doceat diſcernẽdo.Conclude noĩa ſi modo vera futura ſint
recteq; ponẽda,cõſtitui debere a ſapiẽte noĩum cõditore:atq; id quidẽ dialectico admonẽte vt ea for-
ma cõſtenꝛ,qua rerũ ꝓprietates ꝓ viribus imitenꝛ & explicẽt. Poſt hæc diligẽter ingrẽs,a qbus diſcẽ-
da ſit noĩm rectitudo.i.ꝓpria qua cõſtituta ſint ratio,ſophiſtas deridet:traducitq; nos potius ad poe
tas,nõ quoſlibet ſed diuinos:quaſi qui vera rerũ noĩa a diis acceperint:apud quos vera ſunt noĩa. In-
ter hęc oſtẽdit Homeri poeſim allegoricã eſſe:etiã vbi hiſtoriã narrare videꝛ: quẽadmodũ in noĩbꝰ al
legorice fictis apparet. Refert autẽ mlta apud Homerũ heroum noĩa certa allegorię ratiõe cõpoſita,
deinde ad deorũ aſcẽdit noĩa:quorũ ratiões ab auguſtioribus theologis accepit. Prima qdẽ noĩm po
ſitione Cęlius ſignificat aĩam ſphęrę ſtelliferę:Saturnus ſequẽtis ſphęrę aĩam:Iupiter vero tertię. Se-
cũda vero poſitiõe Cęlius ſignificat deũ:Saturnꝰ angelicã mẽtẽ:Iupiter mũdi aĩam atq; cęleſtẽ. Ter-
tia Cælius dei ipſius ſignificat fœcũditatẽ:Saturnꝰ eius intelligẽtiã: Iupiter beneficã volũtatẽ oĩbus
prouidentẽ.Quarta Cælius in quolibet numine aſpectũ ad ſuperiora deſignat:Saturnus reſpectũ ad
ſemetipſm:Iupiter ꝓſpectũ inferioribꝰ ꝓuidentẽ. Prolixior fore cogar:ſi ſingulos hic deos theologice

interp̄tari voluero.atq; id q̄dē latius in libro de Amore, & Theologia tractauimꝰ.Q̄m vero de diui-
nis tractare,nō eſt eius q ſemꝑ dicat ſe nihil ſcire:cōuenienter Socrates vbi de diuinis altius agit, di-
cit eā ſibi ſapiētiā nuꝑ vnde neſciat,illuxiſſe:ſignificās diuina inſpiratione opus eſſe ad verā diuinorū
ꝑceptionē.Qđ & in Timęo,Conuiuioq;,& Phędro cōfirmat.ꝓbat̄ idē & in epiſtolis.Q; aūt hic diui-
norū cōtēplationem ab Euthyphrone accepiſſe ſe dicit,ironicū eſt:deridetq; illum & ſimiles diuini iu-
ris ꝓfeſſores ambitioſos.Quo fit: vt nō īmerito,q̄ ab illo ſe fingit audiuiſſe,afferat fore paulopoſt di-
mittēda,admonēs cōſidēdū nō eſſe doctrinis ambitioſorū , p̄ſertim vbi iudicāt de diuinis: de quibus
etiā ꝓbatiſſimus hō,nunq̄ vt hō loq poſſit:ſed aliq̄n potius vt tuba dei.Huic illud quodāmodo ſimi-
le:qđ Plutarchus ait:legē extare apud Gręcos:ꝑ quā iuberet̄ libros ſceleſtorum hoim etiā bonos e me
dio tolli:vt auctorū memoria deleret̄.Significat p̄terea antiquos cōſueuiſſe eū q inter ſacra corripie-
bat̄ a dęmone,ne diutius ab eo fatigaret̄,pauloPoſt qbuſdā p̄cibus ſacrificiiſq; a dęmone ſoluere. Do-
cet etiā nō eſſe lōgū tēpus in noibꝰ cōterēdū.Proinde rep̄hēdit illos q ſolas mūdi ſphęras ſtellaſq; putēt
eſſe diuinas:Quippe cū ab his tanq̄ aſpectui noſtro natura ꝓpinquoribꝰ atq; mobilibꝰ, ad altiora numi
na ob maiorē excellētiā ſenſibus noſtris ignota ſtabiliaq; ſit aſcēdēdū.Narrat p̄terea deoꝝ noīa nō ca-
ſu,ſed partim humana rōne,ꝑtim inſpiratiōe diuina inuēta fuiſſe.Noīa vero heroica & humana ſępe
vel ex maiorū cognomētis,vel ex voto fuiſſe poſita:iōq; certā nominū rationē in diuinis noibꝰ potius
q̄ in aliis eſſe q̄rendā.Deſcēdit poſt hęc ad dęmones:aſſeritq; Heſiodi priſcorūq; ſnīa ꝓbatiſſimorū vi-
rorū aīas in aereos dęmones aſcēdere:q & rerum ſapiētia polleāt:& generi humano ꝓuideant. Tu ve
ro hic aīaduerte oēm bonū eſſe ſapientē:atq; viciſſim bonū q̄dē ideo ſapiētē euadere,quia purgatā ſe-
renāq; boni hoīs mētē deꝰ ſapiētię ſuę lumine īplet.Sapientē quoq; iccirco bonū eſſe:q̄a neq; aberrat a
fine:neq; in his q̄ ad finē cōferūt,fallit̄ eligēdis . Aīaduerte heroes ſemideoſq; eoſdē exiſtimari: atq; ex
mutuo inter deū hominēq; amore naſci.Hinc illud:Sed ex deo nati ſunt. Qua in re oñdit̄ inter genꝰ
humanū diuinūq; cognatio.Attēde mox officiū hoīs eſſe nō ſentire,ſed ea q̄ ſenſit cōſiderare.Deinde
ſtatū aīę in corpore eſſe,nō cōtineri:ſed naturā corꝑis cōtinere:Corpus tn̄ apud Orpheū carcerē aīę
dici atq; ſepulcrū:vtpote q̄ in corꝑe tanq̄ mortua iudicet̄.Memēto & Anaxagorā putauiſſe mūdi ma-
chinę vnā ante alias īeſſe animā:vnā quoq; p̄eſſe mētē.Hinc illud:Spūs intus alit:totāq; infuſa ꝑ ar-
tus Mēs agitat molē.Deiñ cōſidera piā Platonis modeſtiā dicētis:Quicūq; ſapit agnoſcit ſe deos deo-
rūq; inter ſe noīa ignorare.Addit orādū eſſe deū:vt nobis nomē ſui ꝓpriū patefaciat:exiſtimādū quo
q; eſſe noīa q̄ nos deo tribuimus,nō ipſam dei naturā,ſed notionē affectionēq; circa deum noſtram ſi-
gnificare.Iccirco obſecrādū eſſe deū ne ipſi in eo nominando diſpliceamus.Idē in Philebo,& Parmeni-
de,& Phędro,atq; Timęo.Interp̄tat̄ deinde deorū noīa:narrans primo illorum opiniones q fluere oīa
putauerūt:quā deniq; īprobabit.Sed in his reuera memēto deā Veſtā ſignificare eſſentiā formarū ſe-
paratarū,diuinorūq; ſtabile fundamētū:iōq; Veſtę ante alios deos ſacrificare priſcos cōſueuiſſe.Item
noīa q̄ in diuinis ſtatū ſignificāt,ad illorū referri ſubſtātiā:q̄ vero motū,ad actionē: īproprie q̄dem ad
actionē intellectualē:ꝓprie vero ad aīalē.Rurſus noīa deoꝝ maſculina ſignificare in diuinis actū effi-
ciētē:fœminina vero potētiā capiētē.Pręterea q; cęlū ſuo motu generet tēpus cōſumēs,cōtinueq; cō-
ſumat,imago q̄dā eſt referēs deū Cęliū,& Rheā,atq; Saturnū filios deuorātē.In his autem Cęliꝰ eſt
eſſentia ipſa diuina:Rhea eiuſdē vita:Saturnus mēs eiuſdē.Saturni filii ideę ſunt rerū, intelligētia di-
uina intra ſe genitę:q̄ ſicut ꝓducunt̄ a mēte,ita & reducunt̄ in mentē,eas in ſe,vt ita dixerim, abſor-
bentē.Multitudo vero deorū circa diuerſas mūdi partes diſtributoꝝ,& in ipſis earūdē partiū cōtinet̄
ideis:& in angelicis mētibus ideas multifariā cōtēplantibꝰ:& in aīabus ſphęras mūdi ſtellaſq; regēti-
bus.Aīaduerte p̄ cęteris Plutonē hic ſignificare p̄cipue ꝓuidētiā diuinā ad ſeparas aīas ꝑtinētē:q̄ pu-
ras aīas bonoꝝ ſuoꝝ ꝑpetuis illecebris adeo rapit & detinet:vt nolint ad nos vltra reuerti.Qđ q̄dē iſti
nitis Plotini Proculiq; aīarū ꝑiodis nō cōſentit. Probat aīas penes Plutonē iō vinculo quodā arctiſ-
ſimo & iſolubili detineri,q̄m amatorio teneant̄ affectu. Vbi cōfirmat̄ platonicū illud in Cōuiuio,Le-
gibuſq;,& ſępe alibi:amatoriū volūtariūq; nodū cęteris oībꝰ eē potētiꝰ.neq; id q̄dē iniuria:nēpe q tra-
hit quēpiā ꝑ appetitū,tū potētiꝰ trahit,tū retinet firmiꝰ,q̄ qui ꝑ vim aliā conat̄ attrahere:quia nō ab
extrinſeco tm̄ rapit:ſed ab īttrinſeco.Pręterea qđ ita raptū eſt,nō mō nō cōtēdit ſolui:verūetiā īnitit̄
ligatori:eodēq; vinculo ſeſe arctiꝰ īplicat.Mitto q; raptor alius tanq̄ ſuꝑior alienuſq; occurrit. Ama-
torius vero raptor,tanq̄ ęq̄lē domeſticūq; & palā & clā ſe nobis inſinuat.Hinc Boetiꝰ ꝓbat ex mente
Plotini,deū ad ſeipſum oīa potētiſſime ſimul & ſuauiſſime rape:ſui videlicet amore boni, q̄ſi eſca tra-
hentē.Qđ etiā Platonicus cōfirmat Philo.Deus a principio ad finē oīa potēter attigit ſuauiterq; diſ-
ponit.Id vero totū ex quarto Legū acceptū eſſe alias oſtēdemꝰ.De Phœbo aūt q apud Orpheū lumen
vitale ſignificat,multa atq; p̄clara ſunt in Orphico Apollinis hymno,in ſexto de Repu.& in oratiōe
Platonici Iuliani,& in opuſculo noſtro de Lumine.Hic vero breuiter exponit̄ nomē Apollo. Qđ tri-
plicē ſignificat ſolē,diuinū,angelicū,& cęleſtē.In primo q̄dē, lumē eſt ſuꝑius intellectu.In ſcđo intelle

Nomina maſ|ris & fœmina|qd ſignificent|in diuinis.

ĉtuale lumẽ ſup viſum.In tertio viſibile lumen.Secũdus appellaƭ a Platoniſcis primi filius: Terti⁹ ima
go diciƭ vtriuſq;.Sed vt ſummatim dicã,Apollo ſignificat primo diuinę angelicęq; ſubſtãtię ſimpli-
citatẽ:Secũdo vim ꝑ quã deus & angelus lauãt aĩas:ab inferioribuſq; purgãt affectibus: Tertio bene
ficiũ quo a deterioribus ſoluũt:melioribuſq; cõiũgũt:Quarto virtutẽ vt ita dixerim ſagittariã: qua
ꝑ oĩa ꝓcul ſua munera iaculanƭ,& aculeis ſuis iniuſtos affligũt:Quinto efficaciã oĩa tẽperãtẽ, muſi-
ciſq; modulis conuertẽtẽ.In his apparet Apollinis vaticiniũ:vbi ſimplex diciƭ,& purgando lauans at
q; ſoluens.Ibidem apparet & medicina:itẽ ſagittandi canẽdiq; peritia:vbi vires ſuas potenter extẽdit
ꝑ oĩa,& ſuauiter eiſdẽ cũcta contẽperat inuicẽ:& ad ſeipſum feliciter contẽperando cõuertit. Similes
quoq; dotes atq; effectus videnƭ in ſole & ad ſolem tertio atq; cęleſti.Inter hæc Socrates ait ſe in expo
nendis deorũ noĩb⁹ iocari:videlicet cognoſcẽs ſe diuinã ſubſtantiã his noĩbus nõ attingere:ſed vel effe
ctus illorũ narrare:vel affectus noſtros circa illos ꝓ viribus explicare.Addit & deos interdũ iocari ac
ludere.Iocamur qdẽ nos circa diuina:iocanƭ & dii circa noſtra:quatenus videlicet noſtra hæc & illis
collata q̃minima ſunt:& illi hęc nullo labore,ſed inextimabili facilitate gubernãt.Mitto ĩ pñtia Pla-
tonicũ illud:Hõ iocus eſt luduſq; deorũ.Id enim vbi res exiget exponem⁹.Poſt hęc tertio iã apprime
religioſus hõ dicit ſe vereri de diis vlterius diſputare.Nẽpe & in ipõ diſputatiõis initio timẽdũ eſt ne
forte de deo loquamur ſine deo:& in media diſputatione rurſus ne temere metiamur immẽſos:& cir
ca finẽ rurſus:ne vlterius ſermonẽ de numinibus ꝓducamus,q̃ eorũdẽ volũtas nobis aſpiret.Mox no
ta totã Mercurii vim verſari circa ſermonẽ:vt intelligẽtię vim ad Saturnũ potius intelligas ꝑtinere.
Itẽ qđ addit:Pana Mercurii filiũ eſſe biformẽ:videlicet ob geminũ ſermonẽ,verũ ſ.atq; falſum: Nota
vbi Pan vt homo pingiƭ:ſermonẽ verũ ſignificare:vbi vero vt brutũ,falſum:vt hoc admonitus vere
aris falſa loq;ne falſa loquẽdo ſis falſus homo,verũq; brutũ.Proinde vbi deridet antiquorũ multos,q;
dũ ipſi paterenƭ vertiginẽ putabãt oĩa verti,admonet ne ꝓ natura noſtra ꝑſertim tẽporali,metiamur
ęterna.Itẽ vbi dicit tẽperantiã eſſe ſalutẽ cõſeruationẽq; prudẽtię:oſtẽdit aĩam corꝑis ꝑturbationibus
ebriã nõ poſſe rerũ ipſarũ ꝑſertim ĩcorporaliũ ꝑcipe veritatẽ.Mox vbi boni nomẽ interp̃taƭ,oñdit tria
ad ipſũ bonũ ꝑtinere.ſ.vt admirãdũ ſit:vt amãdũ:vt ſuaue.Admirãdũ eſt qm̃ nos excitat:diuertit ab
aliis:ad ſe cõuertit.Amandũ,cũ accedimus ad ipſum atq; hęremus.Suaue,cũ eo ĩplemur.Paulo poſt
exponẽs iuſtitię nomẽ,docet diuinũ iudiciũ oĩa penetrare.Qđ & cecinit Orpheus. Deinde ſignificat
iuſtitiam eſſe apud Anaxagoricos diuinã mentẽ oĩm ordinatricẽ. Qđ quidẽ Socrates nec affirmare
audet,neq; negare.Non negat quidẽ:qm̃ ad deũ iuſtitia pertinet.Non affirmat: qm̃ accõmodati⁹ di-
cereƭ iuſtitiã eſſe diuinam voluntatẽ,ſingula ꝓ meritis vel naturę vel volũtatis diſtribuentẽ.Aduer-
te rõnẽ boni ad naturã quãdã ꝑtinere ſeſe ꝑ oĩa diffundentẽ.Rationẽ vero pulchri ad ſapiẽtiã ordinẽ
q; manantẽ ab ipſa,& ad ſe reliqua ꝓuocantẽ.Deniq; vim amoris ad influxũ quẽdã ſpectare ab oculis
ꝑ oculos penetrantẽ.Poſt hęc multa de noĩb⁹ affert:q̃ ꝑ ſuperiora ſatis intelligunƭ. Tãgit opinionẽ de
nominũ origĩe triplicẽ:vel q; a diis quõdã accepta fuerĩt:vel q; a barbaris:vel q; lõgitudĩe tꝑis adeo a
pria origĩe ꝑmutata,vt prĩę nominũ poſitiões minime diſcernãƭ.Mox deridet illos q ſequẽtiũ ſciam ꝓ
fitẽtur,cũ antecedẽtia neſciant. Tu vero in ſequẽtibus aureã aĩaduerte ſñiam:Grauiſſimã omniũ de
ceptionẽ eſſe illã qua homo ſeipſum decipit.In ea enim deceptor a decepto abeſt nunq̃.Qm̃ vero Cra
tylus ad ſectã Euthydemi declinat,q̃ putat nullũ dicere falſa:q̃a q̃ſquis dicit, qđ eſt dicat:itaq; dicat
& verũ:Socrates id hoc pacto redarguit.Sæpe dicimus adeſſe alicui q̃dã q̃ ꝓcul abſunt: atq; viciſſim
abeſſe quæ adſunt. qđ nihil aliud eſt q̃ falſa dicere. Similiterq; conuenienter poſſumus nominare ex-
primẽtes ꝑ nomẽ literarũq; ſonos quodãmõ naturã actionẽq; rei vel paſſionẽ,atq; cõtra incõgrue no
minare.Poſt hęc vbi de numeris & qualitatib⁹ mẽtionẽ facit,dicit in ordine numerorũ ſemꝑ vnitate
vel addita vel ſubtracta numeri ſpeciẽ ꝑmutari:qđ in qualitate nõ accidat,Id autẽ hac rõne arbitror
euenire,q̃a tota numeri ratio in vnitate eiuſq; replicatione conſiſtit.In qualitate vero:cum ꝓter vni-
tatẽ eiuſq; replicationẽ,alia q̃dã ſit natura,merito vno gradu addito vel ſubtracto, aut etiã pluribus
qualitatis ſpecies nõ mutaƭ.Silr̃ in imagine.catenus eñ imago eſt,quatenus rep̃ſentat.põt aũt magis
minus ve referre.Idẽ ferme noĩb⁹ accidit.Nã q̃dã rerũ ipſarũ ſunt imagines.Pręterea cũ noĩs finis ſit
rem ipſam referre,pręſtat ipm̃ ſimilitudine quadã rei,q̃ hoĩm cõuẽtione referre. Ruſum cũ nomen
cõſtet ex literis,rem apte non põt exprimere niſi ex ſyllabis literiſq; proprie ipſam exprimentibus cõ-
ponaƭ. At qm̃ opoſa res eſt lr̃as,ſyllabas,noĩa rebus ſingulis prorſus accõmodare:imo etiã fieri neq;
in numeris:iccirco miſcẽda eſt conſuetudo naturę:vt quatenus fieri põt,natura rerũ auctoritatẽ ha
beat nominũ. Vbi vero vel nullo mõ vel difficillime ꝑ naturę ꝓprietatem id fieri poteſt:fiat per con-
ſuetudinem conuentionẽq; humanam,ſiue ſolam,ſiue naturæ coniunctã. Aĩaduerte poſt hęc maxi-
mã diligentiã principiis adhibendã:in eiſq; conſtituendis plurimũ diſputãdũ.Rurſus facillima quã-
dã ad ſcientiã ire via q̃ſq;,vt monet Cratylus,ꝑ nominũ ꝓprietates rerũ ꝓprietates aucupaƭ. q̃ñqdẽ
auctor nominum non talia nomina quales ipſę res ſunt,inſtituit:ſed quales ipſe putauit: decipi non

potuit. Adde ꝙ nomina eadẽ alii aliter poſſunt interpretari: & ad oppoſita ſignificanda pari probabilitate traducere. Profecto multa ſunt nomina ita poſita quaſi res fluant: multa quoq; ita quaſi maneant. Eſt igit̃ fallaciſſimũ, per noĩa res iudicare. Pauloppoſt conſidera: primũ qui res noĩauit, cognouiſſe prius eas q̃ noĩaret. Itẽ priſcã opinionẽ: qua aſſerit̃ diuinã quãdã virtutẽ ab initio hoĩem inſtruxiſſe; rerũq; noĩa docuiſſe. Qđ iis quę in Protagora & Politico dicitur: eſt cõſentaneũ. Fieri eñ nõ põt, vt humanũ genus, vel ab initio mũdi, vel poſt ingẽtes illuuiones aliter q̃ diuinitus ſit inſtructũ. Q; autẽ Socrates dicit circa ideas ſe ſomniare: declarat tũ de hoc ipſo Socratẽ & vulgo, & a comicis ſolitũ irrideri: tum idearum cognitionẽ per ſeparationẽ mentis haberi, ſomnii vaticinio ſimilẽ. Mox probat ideas eſſe: quia ſup imꝑfectas formas oporteat eſſe perfectas. Itẽ immutabiles ideas eſſe: ſi quidẽ ſpeciales rerũ rationes atq; definitiões ſemp eodẽ modo ſe habeãt. Addit: ſi ſtat⁹ a reb⁹ oĩs auferat̃: ſeq vt res nulla vere ſit aut hoc aliqd, aut tale aliqd: neq; cognoſcat̃: cũ quolibet momẽto deceptura ſit iudicantem, neceſſario mẽtientem. Subdit neq; fore cognitionẽ: ipſam videlicet ſpecialẽ cognitionis ideã: quę ſemp eodẽ modo ſe habet. Cõcludit rerum ſcientiã nõ a nominibus, ſed ab ideis eſſe quęrendã: quarũ notiones inſitę nobis prima veraq; ſunt nomina rerũ. Deniq; iuuenes admonet, ne de rebus grauibus facile ſentẽtiam ferant: immo diſcant diu: expectentq; aetatem maturiorẽ anteq̃ iudicent.

CRATYLVS PLATONIS VEL DE RECTA NOMINVM RATIONE, TRANSLATVS A MARSILIO FICINO FLORENTINO, AD PETRVM MEDICEM, VIRVM CLARISSIMVM.

HERMOGENES. CRATYLVS. SOCRATES.

HER. VIS NE Sermonẽ noſtrũ cũ hoc Socrate cõferamus? CRA. Volo equidẽ, ſi tibi videt̃. HER. Cratylus hic o Socrates, rebus ſingulis ait natura ineſſe rectã noĩs rationẽ: neq; id eſſe nomen, qđ quidã ex cõſtitutione vocant: dũ vocis ipſoꝝ particulã quandã pronũciãt: verũ rectã rationẽ aliquã & nominũ & Gręcis & barbaris eandẽ cũctis innatã. Percõtor itaq; ipſum, num reuera Cratylus ſit eius nomẽ. Ipſe fatet̃. Socrati vero qđ nomẽ inquã? Socrates ait. Nõne ſingulis hoĩbus inquã id eſt nomẽ, quo quẽq; vocamus? Iſte nõ tibi tamẽ ait Hermogenes nomẽ eſt: neq; etiã ſi oẽs homines te ita vocarint. Dũ vero obſecro vt ſciſcitanti mihi quidnã dicat aperiat: nihil prorſus declarat: ſed ironia quadã vtens mecũ, ſimulat ſeſe aliquid verſare animo, quaſi nõnihil hac de re intelligat: qđ ſi vellet exprimere, cogeret me inſup aſſentiri: eadẽq; dicere quae ipſe prędicat. Quãobrẽ libẽter ex te audirem, ſiqua ratiõe Cratyli vaticiniũ potes conicere. libẽtius tamẽ ſententiã tuã de nominũ rectitudine, ſi tibi placet, audirem. SO. O Hipponici fili Hermogenes, veteri prouerbio fertur, pulchra eſſe cognitu difficilia. Atqui & nominũ intelligẽtia haud parua res eſt. Equidẽ ſi ex Prodico quãdoq; audiſſem illã quinquagita drachmarũ demõſtrationẽ, in cuius traditione ꝑceptio iſta cõſiſtit, vt ipſe teſtat̃, nihil ꝓhiberet, quin tu ſtatim nominũ rectitudinẽ intelligeres. Eam porro nunq̃ audiui: ſed drachmę vnius diſciplinã dũtaxat accepi. Quare quid in his verũ ſit, neſcio. Inueſtigare autẽ tecũ ſimul & cũ Cratylo parat⁹ ſum. Q; autẽ dicit tibi non eſſe reuera nomẽ Hermogenes, qđ a lucro dicit̃, mordere te ſuſpicor: quaſi pecuniarũ auidus ſis, & impos voti. Verũ, vt modo dicebã, difficilia hęc cognitu ſunt. Oportet autẽ ratiões vtrinq; in medium adducẽdo ꝑquirere vtrũ ita ſit vt dicis ipſe: an potius vt Cratylus ait. HER. Enimuero o Socrates, licet frequẽter cũ hoc caeteriſq; ꝑmultis iam diſputauerim: nondũ tamẽ pſuaderi mihi poteſt aliã eſſe nominis rectitudinẽ q̃ conuentionẽ ipſam conſenſionẽq;. Mihi quidẽ videt̃ quodcũq; nomẽ quis cuiq; imponit, id eſſe rectũ. Ac ſi rurſus cõmutat: aliudq; ĩponit: nihilo minus q̃ primũ, qđ illi ſuccedit, nomẽ rectũ exiſtere: quẽadmodũ ſeruis noĩa cõmutare ſolemus. Nulli quippe rei natura nomen ineſſe: ſed lege & vſu illorũ qui ſic vocare conſueuerunt. Qđ quidẽ ſi aliter ſe habet, paratus ſum nõ a Cratylo tantũ, verũetiã a quouis alio diſcere atq; audire. SO. Forte aliqd dicis Hermogenes. Conſiderem⁹ itaq;. quodcũq; ĩponit quis cuiq; nomẽ vocatq;, id illi nomẽ eſſe aſſeris? HER. Mihi ſane ita videtur. SO. Et ſiue priuatus vocet, ſiue ciuitas? HER. Aſſero. SO. Quid vero ſi ipſe rem aliquã vocem: veluti ſi quẽ nũc hominẽ vocamus, ego equũ nominẽ: quẽve equũ, hominẽ? publice quidẽ erit eidẽ homo nomẽ, priuatim equus, & priuatim rurſus homo, publice equus. Ita loqueris? HER. Ita videt̃. SO. Dic iterũ num aliqd nũcupes vera loqui, aliqd loqui falſa. HER. Equidẽ. SO. Nõne illa quidẽ vera erit oratio, hęc autẽ oratio falſa? HER. Ita prſus. SO. Illa vero oratio quę exiſtẽtia dicit vt exiſtũt, vera eſt: quę vt nõ exiſtũt, falſa? HER. Certe. SO. Eſt aũt hoc: oratiõe, ea quę ſunt & quę nõ ſunt:

Protert. Pulchra cognitu difficilia.

ἑρμογένης hermogen

recte vtet̃:recte inquã ſcd̃m texẽdi rõnẽ.Ille vero q̃ docet,noĩe vtetur:& recte:recte videlicet ſecundũ docẽdi ꝓpriã rõnẽ.HER.Certe.SO.Cui⁹artificis ope bene vtet̃ textor q̃n radio pectineq; vtet̃?HER. Fabri lignarii.SO.Quiſq; ne lignarius faber,an potius q̃ artem habet?HER.Qui habet artem.SO. Cuius itẽ ope recte ꝑforator vtet̃?HER.Aerarii fabri.SO.Nũ q̃ſq; eſt faber ærarius?an potius q̃ habet artem?HER.Qui artẽ.SO.Age ergo:dic cuius opere ipſe doctor vtat̃,quotiẽs noĩe vtitur.HER.Ne ſcio.SO.Aſſignare & hoc neſcis?q̃s nobis tradit noĩa,q̃bus vtimur?HER.Ignoro & hoc.SO.Nonne lex tibi videtur nobis nomina ſtatuiſſe?HER.Videtur.SO.Ergo legiſlatoris vtet̃ opere doctor quando nomine ipſo vtetur.HER.Opinor.SO.Conditor legis q̃libet tibi æque videt̃:an qui arte eſt ꝑdit⁹? HER.Arte ꝑditus.SO.Quare nõ cuiuſcũq; viri eſt Hermogenes nomẽ imponere:verũ cuiuſdã nominũ auctoris. hic autem etiam,vt videt̃,nominũ inſtitutor:q̃ rarior omni artifice inter hoĩes reperitur.HER.Apparet.SO.Animaduerte obſecro,quo reſpiciẽs nominũ inſtitutor noĩa reb⁹ imponit: immo ſuperiorũ exẽpla diiudica:quo reſpiciẽs faber radiũ pectenq; cõficit.nõne ad tale aliq̃d q̃d ad texendũ natura ſit aptũ?HER.Proſſus.SO.Si ope in ipſo radius hic frangat̃,vtrũ aliũ iterũ fabricabit ad fracti iſtius imaginẽ?an potius ad ſpeciẽ ipſam reſpiciet,ad cuius exẽplar radiũ q̃ fract⁹ eſt fecerat? HER.Ad ipſam vt arbitror ſpeciẽ.SO.Nõne ſpeciẽ ipſam merito ipſius radii rationem,ipſumq; radium maxime nominabimus?HER.Opinor.SO.Siq̃n oportet conficiendæ veſti tenui vel craſſiori lineæ ſiue laneæ,ſiue cuiuis alteri radiũ apparare,radios ſingulos oportet ſpeciẽ radii ipſius habere: qualis vero cuiq; naturaliter eſt accõmodatiſſim⁹,talẽ ad opus ꝑagẽdũ,vt natura poſtulat,adhibere.HER. Oportet ſane.SO.Eadẽ de cæteris inſtrumẽtis eſt ratio.Nã q̃d natura cuiq; congruit,inſtrumentum ad inueniẽdum eſt:atq; id illi attribuẽdũ: ex quo efficit non qualecunq; vult q̃ fabricat,ſed quale natura ipſa exigit.Terebrũ náq; cuiq; accõmodatũ ſcire oportet in ferro ꝑficere.HER.Patet.SO.Radiũ quinetiã ſingulis cõpetẽtẽ in ligno.HER.Vera hæc ſunt.SO.Quippe ipſa ratione naturæ alius radi⁹ telæ alteri cõpetit:& in aliis eodẽ mõ.HER.Sane.SO.Oportet quoq; vir optime,vt ille nominũ inſtitutor nomẽ natura rebus ſingulis aptũ in vocibus & ſyllabis exprĩat:ad idq; reſpiciẽs q̃d ipm nomẽ eſt, ſingula nomina fingat,atq; attribuat,ſi reuera nominũ auctor eſt futurus. Q̃ ſi nõ iiſdẽ ſyllabis q̃ſq; nominũ cõditor nomẽ exprimit,aĩaduertẽdũ eſt q; neq; fabri oẽs ærarii eodẽ in ferro id faciũt, quotiẽs eiuſdẽ g̃ra idẽ fabricant inſtrumẽtũ. Verũ quatenus eãdẽ ideã attribuunt,licet in alio & alio ferro,eatenus recte ſe habet inſtrumẽtũ ſiue hic,ſiue apud barbaros fabricẽt.Nõne?HER.Maxime.SO.Nonne & eodẽ mõ cenſebis,donec inſtitutor nominũ q̃ apud nos eſt,& q̃ apud barbaros, noĩs ſpeciẽ cuiq; competentẽ tribuit,in q̃buſlibet ſyllabis nihilo deteriorẽ eſſe vnũ altero in noĩbus imponẽdis?HER. Eq̃dem.SO.Quis cogniturus eſt vtrũ cõueniẽs radii ſpecies cuicunq; ligno ſit impreſſa?nũ faber qui efficit?an textor vſurus?HER.Probabile eſt o Socrates,magis eũ q̃ eſt vſurus,cognoſcere.SO.Quis lyræ fabricatoris ope vtit̃?nõne ille q̃ fabricãtẽ inſtruere põt:& opus,recte ne an contra factum ſit,iudicare?HER.Omnino.SO.Quis ergo?HER.Cithariſta.SO.Quis aũt opere ſtructoris nauiũ?HER. Gubernator.SO.Quis itẽ nominũ cõditoris opi optime ꝓſidebit:& expletũ diiudicabit & apud Græcos & apud barbaros?Nõne & qui vtet̃?HER.Is certe.SO.An non is eſt qui interrogare ſcit? HER. Iſte.SO.Idem quoq; reſpondere?HER.Nẽpe.SO.Eum vero q̃ interrogare ſcit atq; rñdere,aliũ vocas q̃ dialecticũ?HER.Dialecticũ ꝑfecto.SO.Fabri itaq; opus eſt temonẽ facere gubernatore præcipiẽte:ſi bonus futurus eſt temon.HER.Apparet.SO.Nominũ quoq; auctoris nomẽ,monẽte dialectico viro,ſi modo recte ponẽda ſunt nomina.HER.Vera hæc ſunt.SO.Apparet ergo Hermogenes haud leue quiddam,vt ipſe cenſes,nominis impoſitionem eſſe:neq; id eſſe imperitorum & quorũuis hominum opus.Nempe Cratylus vera loquitur,cum nomina dicit natura rebus competere: neq; vnum quẽq; eſſe nominum auctorem:ſed illum dũtaxat q̃ ad nomẽ reſpicit quod natura cuiq; conuenit:poteſtq; eius ſpeciem literis ſyllabiſq; inſerere.HER.Neſcio Socrates qua ratione his quæ dixiſti, ſit repugnandũ:forte vero non facile eſt ſubito ſic perſuaderi. Videor autem mihi hunc in modum tibi potius aſſenſurus,ſi oſtenderis quã dicas eſſe natura rectam nominis rationem.SO.Equidem o beate Hermogenes adhuc nullã dico.ferme náq; e memoria excidit q̃d dixerã ſupra:me videlicet hoc ignorare,verũ vna tecum ꝑquirere.Nunc aũt mihi & tibi ſimul inueſtigantibus hoc dũtaxat præter ſuperiora compertum eſt,rectitudinem aliquam natura nomẽ habere:neq; virum quẽlibet ſcire ipſum rebus accõmodare.Nõne?HER.Valde.SO.Conſiderandum reſtat ſi noſſe deſideras:quænam ipſius ſit nominis rectitudo.i.ratio recta.HER.Deſidero equidẽ.SO.Animaduerte igitur.HER.Qua via inueſtigandum mones?SO.Rectiſſima eſt o amice conſideratio:ab his q̃ ſciunt hæc perquirere: oblatis pecuniis & gratiis inſuper actis: hi vero ſophiſtæ ſunt:quibus frater tuus Callias multis erogatis pecuniis,ſapiens euaſiſſe videtur.poſtq̃ vero in res paternas ius non habes,reliquum eſt vt fratrẽ ſupplex exores,te doceat nominum rectitudinẽ quã a Protagora didicit.HER.Q̃ abſurda hæc eſſet petitio Socrates:ſi cũ illam Protagoræ veritatẽ nullo mõ recipiã, ea quæ ex veritate illa dicunt̃, alicuius

Quõ noĩabit qui recte noĩabit.

Dialectic⁹ recte ſcit interrogare & rñdere.

pretii ęstimarē.SO.At vero ſi tibi hęc non placent,ab Homero cęteriſq; poetis eſt diſcendum. HER.
Quid de nominibus,& vbi Homerus o Socrates tradit?SO.Paſſim multa:maxima vero & pulcher-
rima ſunt illa,in qbus diſtinguit circa eadē quę nomina homines,& quę dii ipſi inducunt.An nō cen
ſes ipſum in his magnificum aliquid & mirandū de recta ratione nominū tradere?Cōſtat eñ deos no
minibus illis ad rectitudinē ipſam vti,quę natura cōſiſtūt.An nō putas?HER.Certe eqdē ſcio,ſiqua
dii vocant,recte eos admodum nominare.Verū quęnā iſta?SO. An ignoras ꝙ de Troiano flumine,
ξάνθον. qđ ſingulari certamine cū Vulcano pugnauit,inquit:Q đ Xanthū dii vocāt:viri Scamādrū? HER.
σκάμανδρον. Scio.SO.An nō cēſes magnificū qddā cognitu eſſe hoc:q̄ rōne rectius ſit flumē illđ Xāthū,q̄ Scamā
drū noīare?Itē ſi vis aīaduerte & iſtud:ꝙ auē eādem dicit Chalcidē qdē a diis,Cimindē vero ab homi-
χαλκίδα. nibus nominari.Leuē cognitionem hāc putas, vt ſciaſ quāto rect⁹ ſit eādē auē Chalcidē,q̄ Cimindē
κίμινδιν. nūcupare,vel Batieā atq; Myrinē,aliaq; ꝑmulta & apud hūc poetam & apud alios talia?Verum iſta-
βατίειαν. rum rerū iuētio acutius ingeniū q̄ noſtrū exigit.Scamādrus aūt & Aſtyanax qđ ſignificēt, humano
μυρίνην. ingenio,vt mihi videſ,comprehēdi pōt:& facile pcipi pōt quā rectitudinē eſſe Homerus velit in his
σκαμάνδριος. nominibus qbus Hectoris filium nuncupat.Scis ea carmina qbus inſunt q̄ dico?HER.Omnino.SO.
Vtrū iſtorū nominū putas Homerum exiſtimaſſe cōuenire magis puero:Aſtyanacta ne?an Scaman
ἀστυάναξ. drū?HER.Ignoro.SO.Sic aūt conſidera:ſiqs te interrogaret,vtrū putes ſapiētiores rectius noīa reb⁹
imponere,an minus ſapiētes:reſpōderes vtiq; ſapiētiores.HER.Sic certe.SO. Verum mulieres in vr
bibus ſapiētiores eſſe tibi videnſ,an viri?quātū ad genus attinet.HER.Viri.SO. Neſcis ꝙ ingt Ho-
merus Hectoris filium a Troianis Aſtyanacta,a mulierib⁹ Scamandrū nūcupatū?qñqdem viri illum
Aſtyanacta vocare cōſueuerūt.HER.Videſ.SO.Nōne Homerus Troianos viros ſapiētiores, q̄ mu
lieres eorū exiſtimauit?HER.Arbitror equidē.SO.Aſtyanacta igiſ rectius q̄ Scamādrū noiatū eſſe cē
ſuit.HER.Apparet.SO.Animaduertamus quā ipſe denoīationis huius cauſam affert.Solus eñ,in-
quit,ciuitatē ipſis tutatus eſt amplaq; mœnia.Q̄ ꝓpropter decet,vt videſ,ꝓtectoris filiū nominare
Aſtyanacta.i.regē vrbis:vrbis inquā eius,quā pater ſuus ſeruauit,vt ingt Homerus.HER.Idē mihi
quoq; videſ.SO.Q̄ aūt hoc maxime,porro & ipſe nōdū ſatis intelligo o Hermogenes. Tu vero pci-
pis?HER.Non ꝑ Iouē.SO.Atqui & Hectori o bone vir nomen ipſe Homerus impoſuit.HER. Quā
obrem?SO.Q̄m mihi videſ id nomē Hector Aſtyanacti eſſe q̄ proximū.ferme.n.idē ſignificant:putāt
ἕκτωρ. ꝙ Græci vtraq; hæc noīa regia eſſe.Cuiuſcūq; eñ qs Anax.i.rex exiſtit,eiuſdē eſt & Hector.i. poſſeſ-
ἄναξ. ſor. Cōſtat.n.dñari illi,poſſidereq;,& habere. An forte nihil tibi dicere videor?neq; fallit opinio,qua
Homeri ſniam circa nominū rectitudinē ceu ꝑ veſtigia q̄dā attigere cōfidebā?HER. Nullo mō,vt ar
bitror.forte eñ nōnihil attingis.SO.Decet vt mihi videſ,leonis filiū,leonē ſilr nominare:equi filium
equum.haud certe dico,ſiquid tanq̄ monſtrū ex equo naſcaſ,aliud quiddam q̄ equus:ſed cuius ge-
neris ſecundū naturam eſt qđ naſciſ,hoc dico.Si eñ bouis ſcđm naturā filius equum gignit,nō vitu
lus qui naſciſ,ſed pullus equinus eſt nūcupādus.Et ſi equus pręter naturā gignit vitulū,non pullus
equinus dicendus eſt hic:ſed vitulus.Neq; etiā ſi ex hoīe alia proles q̄ hūana ꝓduciſ,qđ naſciſ homo
vocari debet.Idemq; eſt de arboribus,deq; cęteris oīb⁹ iudicandū.Probas hęc?HER. Probo equidem.
SO.Obſerua me nequid defraudē.Eadem quippe rōne,ſi quis ex rege naſcitur,rex eſt nominādus: in
aliis vero & aliis ſyllabis idem ſignificari,nihil intereſt:neq; refert ſiue addatur litera aliqua, ſiue etiā
ſubtrahaſ:donec eſſentia rei ſignificatę in ipſo nomine dominatur.HER.Qui iſtuc ais?SO. Nihil va
riū diuerſumq; dico: verū ita vt in elementis fieri cernis.ſcis eñ ꝙ elemētorū noīa dicimus:ipſa vero
ε,υ,ο,ω. elementa nequaq̄:quatuor dūtaxat exceptis:ſcilicet e,y,omicron,omega.Cęteris aūt tā vocalibus q̄
nō vocalibus alias addētes literas,noīa conſtituimus:atq; ita ꝓferimus. Verū quouſq; elemēti ipſius
ἦτα. vim declaratā inſerimus,conuenit nomē illud vocare ipſum qđ nobis ſignificet elementū:vt in Vita
η,τ,α. apparet:vbi additis i,t,a,nihil obſtitit quin integro noīe natura elementi illius oſtendereſ:cui⁹ nomi
nū auctor voluit. Vſque adeo ſcite lrīs noīa ꝓbuit.HER.Vera mihi loq videris. SO.Nōne eadē de re
ge ratio erit?Erit vtiq; ex rege rex:ex bono bonus:ex pulchro pulcher:& in cęteris oībus ſilr ex quoli-
bet genere alterum quiddam tale,niſi monſtrum fiat:eademq; dicenda nomina. Variare aūt licet per
ſyllabas,vt videantur homini rudi,quę ſunt eadem,eſſe diuerſa,quēadmodum pharmaca medicorū
coloribus,& odoribus variata ſępe cum eadem ſint,nobis diuerſa videntur:Medico autem vim phar
macorum conſideranti eadem iudicantur:neq; eū additamenta ꝑturbāt.Similiter forte qui eſt in no
minibus eruditus,vim illorum conſiderat:neq; eius turbatur iudiciū,ſiqua litera addita eſt,vel trāſ-
mutata,vel dempta,vel in aliis literis ac multis eadē vis nominis reperitur. Vt ea nomina quæ ſupra
ἀρχέπολις. diximus, Aſtyanax & Hector,literas omnino diuerſas præter t,ſolum habent:idem tamen ſignificāt
ἆγις. Item quod Archepolis.i.princeps ciuitatis dicitur,quam literarum cōmunionem cum duobus ſupe
πολέμαρχος. rioribus habet?Idem nihilominus infert.Multaq; ſunt alia,quæ nihil aliud q̄ regem ſignificant.Mul
εὐπόλεμος. ta præterea ſunt quæ exercitus ducem ſignificant: vt Agis, Polemarchus, Eupolemus. Alia item

quæ medicinę pfeſſorē declarāt:vt Iatrocles,Aceſimbrotuſq;,aliaq; pmulta reperiri poſſunt ſyllabis
& literis diſcordantia,vi autē ſignificationis penitus cōſonātia. Sic ne & ipſe putas,an aliter! HER.
Sic certe.SO.His pfecto quę ſcdm naturā fiunt,eadē tribuenda ſunt noīa.HER.Oīno.SO.Quotiēs
vero pręter naturā hoīes aliqui fiunt in quadā ſpecie monſtri:velut cū ex bono pioq; viro impius ge
neratur:qui genitus eſt,nō genitoris nomē ſortiri debet:ſed eius in quo ipſe eſt generis:quēadmodū
ſupra diximus,ſi equus bouis prolē generet,nō equū eius filiū,ſed bouē denominandū.HER.Sic eſt.
SO.Homini igitur impio ex pio genito,non parētis,ſed generis nomē attribuendū.HER.Vera hæc
ſunt.SO.Neq; igiť Theophilū.i.dei amicum,neq; Mneſitheum.i.dei memorē,vel talem aliquē huiuſ
modi vocare filiū talem decet:ſed contraria ſignificātibus nominib⁹ appellare:ſi modo recte nomina
inſtituta eſſe debēt.HER.Sic prorſus agēdum o Socrates.SO. Profecto Oreſti nomē recte o Hermo-
genes videtur impoſitū:ſiue aliqua ſors illi nomen dedit:ſiue poeta quidā,ferinam eius naturā agre-
ſtemq; & montanā nomine eo ſignificans.HER. Sic apparet Socrates.SO. Videť & patri eius ſcdm
naturā nomē eſſe.HER.Apparet.SO. Apparet vtiq; talis eſſe Agamēno:vt ſibi laborādū cenſeat,to
lerandūq;:& in iis quę decreuit,per virtutē pſeuerandū.Argumētū vero tolerantię ſuæ,apud Troiā
tanto cū exercitu pduratio pbuit.Q; igiť mirabilis pſeuerātia vir hic fuerit,nomē ſignificat Agamē
no:quaſi agaſtos.i.mirabilis,epimoni.i.pſeuerantia.Forte vero & Atreus recte eſt nominat⁹.Nex eñ
Chryſippi,& crudelitas aduerſus Thyeſtē,noxiū pniciosūmq; illū demōſtrāt. Vñ cognominatio pa
rūper declinat:& clam innuit:vt nō quibuſlibet naturā hui⁹ viri declaret.his autē qui nominū peri-
ti ſunt,ſatis Atrei ſignificatio patet . Dicitur eñ ſcdm ateres,atrepton,ateron:quaſi indomitus,in-
exorabilis,noxius,cōtumelioſuſq; fuerit. Videtur & Pelopi nomē haud ab re tributū. Hoīem quippe
quę prope ſunt videntē,nomē iſtud cōgrue ſignificat.HER.Cur illi id conuenit!SO.Qm̃ in Myrtili
cęde,vt ferť,prouidere nihil potuit:neq; eminus proſpicere quāta toti generi ex hoc calamitas immi
neret.Quę eñ ante pedes erant,& ad pręſentia tantū reſpiciebat:hoc autē eſt prope aſpicere:qđ & fe
cit cū Hippodamię coniugiū omni conatu inire cōtēdit . Vnde Pelopi nomē a pelas.i.prope,& opſis,
qđ ad viſionē pertinet.Tātalo quinetiā nomē natura ipſa videť impoſitū,ſi vera ſunt quę circūferun
tur.HER.Quænā iſta!SO.Q; viuenti adhuc illi aduerſa plurima & grauia contigerūt:tandēq; pa-
tria eius omnis ſubuerſa eſt.Defuncto pręterea ſaxū in caput imminet:ſors certe duriſſima.hęc pror
ſus cū nomine cōgruūt: perinde ac ſiquis nominare talantaton.i.infeliciſſimū voluiſſet:ſed paulo lo-
cutus obſcurius,pro talantato Tantalū poſuiſſet.Tale vtiq; nomē fortuna eius aduerſa ipſo rumore
gentiū prębuiſſe videť.Quinetiam patri eius Ioui recte nomē eſt inditū:neq; tamē facile cognitu.Eſt
enim velut oratio quædā Iouis nomē:qđ quidē bifariā pcientes,partim vna,partim altera parte vti-
mur.Quidā Zina.i.viuentē & vitā,quidā Dia.i.per,& cauſam per quā,vocant.Quę partes vna cōpo
ſitæ naturā dei ipſius oſtendūt,qđ maxime debet nomē efficere poſſe.Nulla eñ nobis cæteriſq; om-
nibus viuendi magis cauſa eſt,q̃ princeps rexq; oīm.Quapropter decens nomē eſt hic deus ſortitus:
per quē vita ſemp viuētibus oībus ineſt.Sectū autē in duo eſt vnū,vt dicebā,nomen:in Dia videlicet
atq; Zina.Hunc Saturni filiū ſubito cū quis audiat,forte inſolentē cōtumelioſumq; putarit. Verum
probabile eſt,magnę cuiuſdā intelligētię prolē Iouem eſſe. Qđ enim coros diciť,nō puerū ſignificat:
ſed puritatē mentis ipſius & ſinceram integritatē.Eſt autē is vranu.i.cęli filius:vt ferť. Quippe aſpe-
ctus ad ſupera merito Vrania vocatur:quaſi horoſa.i.aſpiciens,ano.i.ad ſupera. Vnde affirmāt Her
mogenes ii qui de rebus ſublimibus agunt,puram mentē adeſſe:& Vrano.i.cælo iure nomē impoſi-
tum. Si autē genealogiā deorū ab Heſiodo traditā mēte tenerē:& quos horū pgenitores inducit,re-
cordarer:haudquaq̃ ceſſarem oſtēdere tibi recte illis noīa inſcripta fuiſſe:quoad hui⁹ ſapiētię pericu-
lum facerē,ſiquid ipſa pficiat peragatq;:& an deficiat nec ne:quę mihi tam ſubito,ignoro equidē vn
de,nup illuxit.HER.Profecto mihi videris o Socrates inſtar eorū qui numine rapiunť,protinus ora
cula fundere.SO.Reor equidē o Hermogenes hāc in me ſapientiā ab Euthyphrone Pantii filio ema-
naſſe.Illi ſiquidē aſtiti a matutino aſſiduus:aureſq; porrexi. Patet igiť eū deo plenū non modo aures
meas beata ſapientia impleuiſſe,verūetiam animū occupaſſe.Sic itaq; agēdum arbitror:vt hodie qui
dem vtamur ipſa:& reliqua quę ad noīa pertinēt,indagemus.Cras vero,ſi in hoc cōſenſerimus,excu
tiamus eam:expiemuſq;:aliquē perſcrutari ſiue ſacerdotē ſeu ſophiſtā qui purgare hęc valeat.HER.
Probo hæc maxime Socrates.libentiſſime nāq; quę de nominibus reſtant,audirē.SO.Ita pſus agen-
dum.Vnde igiť potiſſimū exordiendū iudicas:poſtq̃ formulā quandā pręſcripſimus:vt pnoſcamus
ſi etiā noīa nobis ipſa teſtanť non caſu quodā facta fuiſſe:verū rectitudinē aliquā cōtinere! Noīa qui-
dē Heroum atq; hoīm nos forte deciperēt. horū nāq; multa ſcdm cognomēta maiorū poſita ſunt:&
ſępe nequaq̃ cōueniūt,quēadmodū in pricipio diximus.Multa vero ad votum hoīes noīa tribuūt:vt
Eutychidē,Soſiā,Theophilū.i.proſperū,ſeruatorē,deo charū,aliaq; pmulta. Talia itaq; prętermittē-
da cenſeo. decēs enim conſentaneūq; maxime reperire nos quę in rebus ſempiternis & naturę ordine

ἰατροκλῆς, ἀκεσίμβροτος, θεόφιλον, μνησίθεον, ὀρέστης, ἀγαμέμνων, ἀγαστός, κατὰ τὴν ἐπιμονήν, ἀτειρὴς, ἀτηρὲς, ἄτρεστον, ἀτηρόν, πέλοπι, πέλας, τάνταλος, ταλάντατος, διὰ, Δίος (?), ζῆνα, δία, δία, ζῆνα, κρόνον, τὸν δία, κόρον, οὐρανόν, οὐρανία, ὁρῶσα, ἄνω, εὐτυχίδην, σωσίαν, θεόφιλον

conſtitutis recte ſunt poſita. Nam circa iſta in cõdẽdis nominib9 ſtuduiſſe maxime decet. Forte vero
ipſorũ nõnulla diuiniore quadã potẽtia q̃ hũana ſunt inſtituta. HER. Pręclare mihi loq̃ videris o So
θεοὶ. crates. SO. Nõne par eſt ab ipſis diis incipere, rationẽq; inueſtigare, qua dii Thei vocati ſunt? HER.
Nẽpe. SO. Equidẽ ita cõiicio. Videnť vtiq; mihi Gręcorũ priſci deos ſolos putaſſe eos, quos etiã his tẽ
porib9 barbarorũ plurimi arbitranť, ſolẽ, lunã, terrã, ſtellas, cęlũ. Cũ ergo hęc oĩa pp̃etuo ĩ curſu eſſe cõ
θεῖν. ſpicerent: ab hac natura thin. i. currẽdi, theus. i. deos noĩaſſe videnť: deĩde & alios aĩaduertẽtes oẽs eo
θεοὺς. dẽ noĩe nũcupaſſe. Habet qđ dico veriſimile aliqd, nec ne? HER. Habet certe. SO. Quid poſt hac inue
ſtigãdũ? Cõſtat de dęmonib9 heroibuſq; & hoĩbus quęrẽdũ eſſe. HER. De dęmonib9 primũ. SO. Pro-
culdubio Hermogenes. qd ſibi vult dęmonũ nomẽ? aĩaduerte num aliqd dicã. HER. Dic modo. SO.
δαίμονας. Scis ne quos Heſiodus dęmones eſſe inq̃t? HER. Nõ. SO. Neq; etiã q aureũ genus hoĩm inq̃t in prĩci
pio extitiſſe? HER. Hoc eqdẽ noui. SO. Ait eñi ex hoc genere poſt p̃ſentis vitę fata fieri dęmones ſan-
ctos, terreſtres, optimos, malorũ expulſores, & cuſtodes hoĩm. HER. Quid tũ? SO. Nẽpe arbitror vo
care illũ aureũ genus, nõ ex auro cõſtitutũ, ſed bonũ atq; p̃clarũ. qđ inde coniicio: gen9 noſtrũ ferreũ
eẽ dicit. HER. Vera narras. SO. An nõ putas ſiqs nũc ex nr̃is bon9 ſit, aurei hũc gñis ab Heſiodo æſti
mari? HER. Cõſentaneũ eſt. SO. Boni autẽ alii q̃ prudẽtes? HER. Prudẽtes. SO. Iccirco, vt arbitror,
eos dęmones p̃cipue nũcupat, q̃a ſapiẽtes dęmoneſq;. i. intelligẽtes. Et ex nr̃a iſtud priſca lingua nomẽ
extitit. Quãobrẽ & is, & caeteri poetę p̃multi p̃clare loquunť, q̃cũq; aiũt: videlicet poſtq̃ bon9 aliqs vi
ta funct9 eſt, maximã dignitatẽ p̃miũq; ſortiť: fitq; dęmõ, ſcd̃m ſapiẽtiæ cognomẽtũ. Ita & ipſe aſſero
dęmona. i. ſapiẽtẽ, oẽm eſſe hoĩem, q̃cunq; ſit bonus: eũq; dęmonicũ eſſe. i. ſapiẽtẽ & felicẽ, viuentẽ atq;
defunctũ: recteq; dęmonẽ nũcupari. HER. Videor mihi o Socrates ĩ hoc tecũ maxime cõſentire. SO.
ἥρωσ. Heros autẽ qd ſignificat? Id nequaq̃ inuẽtu difficile. paulo eñi heroũ nomẽ ab origine diſtat, indicãs
ἔρωτοσ. generationẽ illorũ ab Erotos. i. amore manaſſe. HER. Qua ratiõe id ais? SO. An ignoras ſemideos he
Qui fuere heroes. roas eſſe? HER. Quid nĩ? SO. Oẽs vtiq; heroes vel ex amore deorũ erga mulieres humanas, vl' amore
virorũ erga deas, ſunt geniti. Pręterea ſi hoc ſcd̃m priſcã Atticorũ linguã cõſideraueris, magis intel
liges. reperies eñi q paulũp mutatũ eſt noĩs gr̃a ex erotos. i. amore: vnde ſunt heroes geniti: q ve aut
hinc heroũ nomẽ eſt ductũ, aut ex eo q ſapiẽtes rectoreſq; fuerũt: facũdi videlicet, & ad interrogãdũ
εἴρειν. diſſerẽdũq; p̃mptiſſimi. erin nãq; dicere eſt. Quare, vt modo dicebam9, Attica voce heroes rhetores
Rhetorũ genus eſt heroicum. quidã, & diſputatores, & amatorii eſſe videnť. Vnde rhetorũ ſophiſtarũq; gen9 heroica p̃les exiſtit.
Verũ nõ iſtud qdẽ difficile cognitu: imo illud obſcurũ: quã ob cauſam hoĩes Anthropi noĩanť. habes
ἄνθρωποι. ipſe qd afferas? HER. Vnde id habeã bone vir? Quin ſi reperire quoquo modo poſſim, nil cõtendo: ex
eo q te melius faciliuſq; q̃ me repturũ ſperẽ. SO. In Euthyphronis inſpiratiõe cõfidere mihi videris.
HER. Abſq; dubio. SO. Et merito qdẽ cõfidis. Nã belle nimiũ mihi nũc videor cogitaſſe: ac periculũ
eſt niſi caueã, ne hodie ſapiẽtior q̃ deceat videar euaſiſſe. Attẽde ad ea q̃ dicã. Hoc ĩprimis circa noĩa
aĩaduertere decet: q ſępe literas addimus: ſępe etiã demim9, p̃ arbitrio, dũ noĩamus: & acuta ſępenu-
Διὶ φίλοσ. mero trãſmutam9: vt cũ dicimus Dii philos. i. Ioui amic9. hoc vt p̃ verbo nomẽ nobis foret, alterũ io-
Δίφιλοσ. ta inde excerpſim9: & pro acuta ſyllaba media, grauẽ p̃nũciauim9. In aliis q̃buſdã literas interſerim9:
ἄνθρωποσ. alia vero grauiora p̃ferimus. HER. Vera refers. SO. Hoc & in noĩe anthropo contingit, vt mihi qdẽ
videť. Nam ex verbo nomẽ cõſtitutũ eſt, vno α excepto, grauiorĩq; fine effecto. HER. Quõ iſtud ais?
SO. Ita hoĩs nomẽ illud ſignificat: q caetera qdẽ aĩalia q̃ vidẽt, nõ cõſiderãt, neq; aĩaduertũt, neq; con
tẽplanť: homo autẽ & videt ſimul, & cõtẽplať, aĩaduertitq; qđ videt. Hic merito ſolus ex oĩb9 animã
ἄνθρωποσ. tibus hõ anthropos eſt nũcupat9: q̃ſi anatrhon. i. contẽplãs q̃ opope. i. vidit. Quid poſt hęc quęrã? An
ἀναθρῶν. videlicet qđ libẽter p̃ciperẽ? HER. Maxime. SO. Succedere ſtatim ſuperiorib9 mihi videť de aĩa & cor
ὄπωπε. pore cõſideratio. Nã aĩa & corp9 aliqd hoĩs ſũt. HER. Sine cõtrouerſia. SO. Conemur hęc quẽadmo-
ψυχὴ. dũ ſuperiora diſtinguere. Quęrẽdũ primo de aĩa putas, vt recte Pſychi noĩata fuerit? deinde de corpo
re? HER. Equidẽ. SO. Vt igiť ſubito exprimã qđ primũ mihi nunc ſe offert, arbitror illos q̃ ſic animã
vocitarũt, hoc potiſſimũ cogitaſſe, q hæc quotiẽs adeſt corpori, cauſa eſt illi viuẽdi: reſpirãdi & refri
ψυχὴν. gerãdi vim exhibẽs: & cũ primũ defierit qđ refrigerat, diſſoluiť corp9 & interit. Vñ pſychin noĩaſſe
ἀναψῦχον. videnť: quaſi anapſychon ideſt reſpirãdo refrigerãs. At vero, ſi placet, ſiſte parũper. Videor mihi ali-
quid inſpicere p̃babilius apud eos q̃ Euthyphronẽ ſequunť. nã iſtud qdẽ aſpnarenť, vt arbitror: & du
rũ quiddã eſſe cẽſerẽt. ſed vide an hoc tibi ſit placiturũ. HER. Dic modo. SO. Quid aliud q̃ aĩa tibi vi
φυσέχην. deť corp9 habere, cõtinere, vehere, vt & viuat & gradiať? HER. Nil aliud. SO. An nõ Anaxagorę cre
φύσιν. dis, rerũ naturã oĩm mẽte q̃dã & aĩa exornari ſimul, & cõtineri? HER. Credo eqdẽ. SO. Par eſt igiť eã
ὀχεῖ. ἔχει. potẽtiã noĩare phyſechin: q̃ phyſin. i. naturã, ochi & echi. i. vehit & cõtinet. politi9 autẽ pſychi p̃ferť.
ψυχὴ. HER. Sic eſt oĩno. Viderurq; mihi iſtud artificioſius eſſe. SO. Eſt p̃fecto. Ridiculũ aũt qd appareret,
σῶμα. ſi ita vt poſitũ fuit, noĩareť. Qđ vero poſt hoc ſeq̃ť corp9, nõne ſoma nũcupas? HER. Certe. SO. Atq;
σῆμα. videť mihi ĩ hoc noĩe paulũp ab origine declinari. nẽpe corp9 hoc aĩę ſima. i. ſepulchrũ qdã eſſe tradũt

quaſi ipſa pſenti in tēpore ſit ſepulta: atq; etiā q̄ anima p corpus ſimegni. i. ſignificat q̄cūq; σημαίνῃ. i. ſignificare poteſt: iccirco & ſima iure vocari. Videnſ mihi p̄terea Orphei ſectatores nomē hoc ob id potiſſimū poſuiſſe, q̄ aīa in corpe hoc delictorū det poenas: & hoc circūſepto valloq; claudaſ, velut ī carcere quodā, vt ſoſitę. i. ſeruet. Eſſe itaq; volunt hoc ita vt noiaſ, aīæ ſoma. i. ſeruandi gr̄a clauſtrū, quo ad debita queq; expēdat: neq; literā aliquā adiiciēdā putāt. HER. De his ſatis dictum o Socrates arbitror. Verū de noībus aliquorū deoꝝ poſſemus ne ita vt de Ioue actū eſt, cōſiderare, ſcd̄m quā rectitudinē noīa ſint impoſita? SO. Per Iouē nos q̄dē ſi mentē haberemus Hermogenes, p̄cipuū rectitudinis modū arbitraremur, fateri nihil nos de diis cognoſcere: neq; de ipſis ſquā, neq; de ipſoꝝ noīb⁹ q̄b⁹ ipſi ſe vocant. Conſtat eī̄ illos q̄dē veris ſe noībus nūcupare. Secūdū vero rectę denominationis modum exiſtimo: vt quēadmodū lex in votis ſtatuit p̄cari deos, quomodocūq; noīari his placet: ita & nos ipſos vocemus, tanq̄ nihil aliud cognoſcētes. Recte nāq; vt mihi videſ eſt decretū. Quare ſi vis ad hanc inueſtigationē pgamus: primo q̄dē diis prefati, nos nihil de ipſis conſideraturos: neq; enim poſſe confidimus: ſed de hoībus potius, q̄ potiſſimū opinione circa deos affecti nomina ipſis inſtituerunt. Hoc enim a diuina indignatione pcul. HER. Modeſte loq̄ videris o Socrates: atq; ita prorſus agendū. SO. Nonne a Veſta ſcd̄m legē incipiēdū? HER. Sic vtiq; decet. SO. Qua rōne Heſtiā hāc nominatā dicem⁹? HER. Per Iouē haud facile iſtud inuētu. SO. Videſ probe Hermogenes primi nominū auctores nō hebetes q̄dā fuiſſe, verū acuti ſublimiū reꝝ iueſtigatores. HER. Quāobrē? SO. Taliū quorūdā hominum iuentiōe nomina apparēt impoſita. ac ſiquis peregrina cōſideret noīa, nihilominus quod ſibi vult vnūquodq; reperiet. quēadmodū hoc q̄d nos vſiā. i. eſſentiā nominam⁹, q̄dā heſtiā nūcupant: alii oſian. Primo q̄dē ſcd̄m alterū nomen iſtoꝝ, haud pcul a ratione videſ rerum eſſentiā heſtiā vocari. & q̄a nos q̄d eſt eſſentię particeps heſtiā vocam⁹, ex hoc recte heſtia poſſet denoīari. Supiores noſtri quōdā vſiā. i. eſſentiā, eſſian vocabāt. Quinetiā ſiq̄s ſacrorū ritus aīaduerterit, exiſtimabit ſic eos putaſſe q̄ hęc poſuerūt. Etenim ante deos oēs Veſtę ſacra facere decet eos, q̄ eſſentiā oīm Veſtā cognominarūt. Qui itē oſian nominarūt, hi ferme ſcd̄m Heraclitū cēſuerunt fluere omnia ſemper, nihilq; conſiſtere. Cauſam igitur & ipſorū originē ducē ipm̄ othun. i. q̄d impellit. quapropter merito ipſum Oſiā. i. impellentē cauſam nominari. De his hactenus ita ſit dictū, velut ab iis q̄ nihil intelligunt. Poſt Veſtā autē de Rhea atq; Saturno cōſiderare conuenit: q̄q̄ de Saturni noīe in ſupioribus dixim⁹. Forte vero nihil dico. HER. Curnā o Socrates? SO. O bone vir ſapiētię quoddā examē animaduerti. HER. Quale iſtud? SO. Ridiculum dictu. habet tñ nōnihil pbabile. HER. Quid ais? & quo pacto pbabile? SO. Inſpicere mihi Heraclitū videor iāpridē ſapiēter nōnulla de Saturno Rheaq; tradētē: q̄ & Homerus dixerat. HER. Qui iſtud ais? SO. Ait enim Heraclitus fluere oīa nihilq; manere: rerūq; ipſarū pgreſſum amnis fluxui cōparans, haud fieri poſſe inquit, vt bis eandē in aquā te mergas. HER. Vera hæc ſunt. SO. An videſ tibi ille ab Heraclito diſſentire, qui aliorū deorū pgenitoribus inſeruit Rheā atq; Saturnū? Nunq̄d putas temere illū noīa iſtis impoſuiſſe? Quin & Homer⁹ Oceanū deorum originem inſtituit & Tethydē genitricē. Idēq; voluit, vt arbitror, & Heſiodus. Ait p̄terea Orpheus, Oceanum primum pulchrifluū cōiugiū inchoaſſe: q̄ cum Tethyde germana ſe ſua cōmiſcuit. Vide q̄ maxime hęc inuicē cōſonāt, oīaq; in opinionē Heracliti redeūt. HER. Videris mihi aliq̄d dicere Socrates. Tethydis autē nomen haud ſatis quid ſibi velit intelligo. SO. Hoc vtiq; idē ferme ſignificat. q̄m fontis nomē eſt recōditū. Nā diattomenō & ethumenō. i. ſcaturiēs & trāſiliēs, fontis imaginē præ ſe ferunt. ex vtriſq; vero hiſce noīb⁹ nomē Tethydis eſt cōpoſitū. HER. Hoc q̄dē belliſſimū eſt o Socrates. SO. Quid ni? Verū quid deinceps? De Ioue profecto diximus. HER. Sic eſt. SO. Fratres aūt eius dicamus Neptunum atq; Plutonē: nomēq; aliud quo ipſum vocant. HER. Prorſus. SO. Videtur Neptunus ab eo q̄ primū nominauit, iccirco Poſidon vocatus fuiſſe, quia euntē ipſum maris natura detinuit: neq; pgredi vltra permiſit: ſed quaſi vincula pedib⁹ ipſius iniecit. Maris itaq; principem Poſidona vocauit, quaſi poſi. i. pedibus, deſmō. i. vinculum habeat. ε vero decoris gratia forte adiectum fuit. Forſitan non hoc ſibi vult: ſed pro σ geminum λλ primo fuit appoſitum: quaſi dicatur πολλὰ εἰδὼς, id eſt multa noſcens deus. Fortaſſis ab eo quod dicitur ſiin, id eſt quatere, Sion. i. quatiēs eſt nominatus: cui π ac δ fuit adiectum. Plutonem autem quaſi plutu. i. diuitiarum datorem dicimus: q̄m diuitię ex terræ viſceribus eruunſ. Adin vero multitudo interp̄taſ quaſi Aiden. i. triſtē tenebroſumve. Atq; hoc nomen horrētes Plutonē vocitāt. HER. Tu vero q̄d ſentis Socrates? SO. Videſ mihi hoīes circa potentiā dei iſti⁹ multifariā errauiſſe: eumq; exhorruiſſe ſemp: cū minime deceat. Porro q̄ſq; ex hoc ptimeſcit, q̄ nemo poſtq̄ defunctus eſt huc redit, q̄ ve aīa nudata corpore illuc abit. Ceterū hæc oīa & regnū & nomen huius dei, eodē tēdere mihi videnſ. HER. Quo pacto? SO. Dicā q̄d ſentio. Dic age? Vtrū horū validius vinculum eſt ad quoduis animal alicubi detinēdū: neceſſitas ne, an cupiditas? HER. Lōge o Socrates p̄ſtat cupiditas. SO. An non plurimi adin quotidie ſubterfugerent, niſi fortiſſimo vinculo eos q̄ illuc deſcēdūt, vinciret? HER. Videlicet. SO. Quare cupiditate quadā eos, vt videtur, poti⁹ q̄ neceſſita-

σημαίνῃ. σῆμα. σώζηται. σῶμα.

ἑστίαν. οὐσίαν. ἐσίαν. ὠσίαν. ἑστίαν. ἐσίαν. οὐσίαν. οὐσίαν. ἐσίαν. ὠσίαν. ὠθοῦν. ὠσίαν.

ῥέοντα. κρόνον.

Opinio Heracliti: oia moueri.

ὠκεανόν. τηθύν. τηθύος. διαττώμενον. ἠθούμενον.

ποσειδῶν. ποσίδεσμον. i. pedū vinculum. σείων. σείων. πλούτωνα. πλοῦτον. ἀδην. ἀιδῆ. πλούτωνα.

Cur Plutonē vnuſquiſq; ꝑtimeſcit.

ἅδην. Quę vehemē tior cupiditas. Pluto ſophiſta diſertiſſimus. Philoſophi officium. ἅδησ. ἀϊδὲσ. ἀϊδέναι. ἅδησ. δημήτηρ. διδοῦσα. μήτηρ. ἥρα. ἐρατή. ἥραν. ἠραμένος. φερέφαττα ἀπόλλω. φερσεφόνην φερεπάφα. ἐπαφὴν. φερομένου. ἅδησ. φερέφατταν. ἀπολούων. ἀπολύων. ἀπολύσων. ἁπλοῦν. ἁπλόν. ἀεὶ βαλλῶν. ἀεὶ βάλλων. ἀκόλουθοσ. ἄκοιτισ. α καὶ πόλησισ πόλουσ. ἁρμονία. συμφωνίαν ὁμοπολῶν. ὁμοκέλευθον. ὁμόκοιτιν. ἀκόλουθον. ἄκοιτιν. ὁμοπολῶν. μοῦσαι. λητώ. ἐθελήμονα. λειῶ. λεῖον. ἦθοσ ἄρτεμισ. ἀρτεμέσ. ἀρετῆσ. ἵστορα. ἄροτον. μισήσασησ

te deuincit,ſi modo vinculo nectit fortiſſimo.HER.Apparet.SO.Nonne rurſus multæ cupiditates ſunt?HER.Multę.SO.Ergo vehementiſſima omnium cupiditate nectit eos,ſi modo debet inſolubili nodo connectere.HER.Certe.SO.Eſt ne vehemētior vlla cupiditas q̄ ea qua quiſq₃ afficitur dū ali cuius cōſuetudine meliorē ſe virū ſperat euadere?HER.Nulla mehercle Socrates.SO. Hac de cauſa dicēdum Hermogenes,neminē huc illinc velle reuerti:neq₃ etiam Sirenes ipſas:imo & eas & cæteros oēs ſuauiſſimis Plutonis orationibus demulceri.Eſtq₃,vt ratio hęc teſtatur,deus his ſophiſta procul dubio diſertiſſimus:& ingētia confert his q penes ipſum habitāt,beneficia:q vſqueadeo diuitiis affatim abundat,vt tanta nobis bona ſuppeditet:vnde & Pluto eſt nuncupatus. An non philoſophi tibi videt̄ officium,φ nolit hominibus corpora habētibus adhęrere:ſed tūc demum admittat eos,cū animus illorū eſt corporeis omnibus malis cupidinibuſq₃ purgatus?Excogitauit nēpe hic de⁹ hac ratione ſe animos maxime detēturū,ſi virtutis eos auiditate vinciret.Eos aūt qui ſtupore & inſania corporis ſunt infecti,ne pater quidē Plutonis Saturnus ipſe,ſuis illis vinculis coercere valeret:ſecūq₃ tenere.HER.Nōnihil loqui videris o Socrates.SO.Lōge abeſt Hermogenes vt nomē Adis quaſi aides.i. triſte tenebroſumve ſit dictū:immo ab eo trahit̄ qđ eſt idenę.i.noſſe oīa pulchra. Ex hoc itaq₃ de⁹ iſte a nominum conditore Adis eſt nuncupatus. HER. Quid præterea dicimus de Cereris nomine,Iunoniſq₃,Apollinis,& Mineruę,Vulcaniq₃,& Martis,cęterorūq₃ deorū?SO.Ceres qdē dimiter nuncupat̄ ab ipſa alimētorū largitione:quaſi diduſa miter:hoc eſt exhibēs mater.Era vero.i.Iuno,quaſi erate.i.amabilis,propter amorē quo Iupiter in eā afficit̄.Forte etiā ſublime ſpectans qui hoc nomen inſtituit,aerē Erā denominauit:& obſcure locut⁹ eſt, ponēs in fine principiū.qđ qdē patebit tibi, ſi nomē illud frequēter ꝓnunciaueris.Pherephattā.i.Proſerpinā & Apollinē nominare nōnulli verent̄:ꝓpter ea φ illis ignota eſt noīm rectitudo.Enimuero ꝑmutantes Pherſophonen ipſam conſiderāt: graueq₃ id illis apparet.hoc aūt deę ipſius ſapiētiā indicat.Sapiētia vtiq₃ eſt q̄ res fluētes attingit,& aſſeq̄ pōt. Quāobrē pherepapha merito dea hęc noiaret̄,ꝓpter ſapiētiā,& epaphen.i.cōtactū, pheromenu.i. ei⁹ qđ fert̄,vel tale aliqđ.Quocirca adhęret illi ſapiēs ipſe Pluto,qa ipſa talis eſt.Nūc aūt nomē hoc declināt,pluris facientes prolationis gratiam q̄ veritatē:vt pherephattan nominēt.Idē quoq₃ circa Apollinis nomē accidit. nā pleriq₃ id nomē exhorrēt:quaſi terribile aliquid prę ſe ferat.An noſti?HER.Vera penitus loq̄ris.SO.Hoc aūt,vt arbitror,huius dei potentię maxime cōuenit.HER. Qua ratione? SO.Conabor ſniam meam exprimere.Nullū ꝑfecto nomen aliud vnum quatuor huius dei potētiis reperiri cōuenietius potuiſſet:qđ & cōprehēderet oēs,& ipſius quodāmō declararet muſicam,vaticinium,medicinam,& ſagittandi peritiam.HER.Aperias iam.Mirum qddam nomen eſſe id ais.SO. Congrue qdē compoſitum eſt,cōſonatq₃:vtpote qđ ad deum pertinet muſicum.Principio purgatio purificationeſq₃ & ſcđm medicinam,& ſecundum vaticinium,itē quæ medicorum pharmacis peragunt̄,ac vatum incantationes expiationeſq₃,lauacra,& aſperſiones,vnum hoc intēdunt,purum hominē & corpore & aīa reddere.HER.Sic omnino.SO.Nonne deus qui purgat,ipſe erit Apoluon & apolyon.i.abluēs a malis,ſoluēſq₃,quod Apollo ipſe ſignificat?HER.Abſq₃ dubio. SO.Quatenus ita φ diluit atq₃ ſoluit,vt talium medicus,apoluon merito nuncupat̄.Scđm vero diuinationē verumq₃ & aplun.i.ſimplex,qđ idem eſt,recte more Theſſalicorum nominare hunc poſſumus,hi nēpe omnes deum hunc aplon vocant.Quatenus aūt ai vallon.i.ſemp iaculando arcu vehemens eſt,aiuallon dici pōt,hoc eſt perpetu⁹ iaculator. Secūdum vero muſicam,de hoc eſt cogitādum, quēadmodum de eo qđ dicit̄ acoluthos & achitis.i.pediſſequ⁹,comes, & vxor.in qb⁹ α vt & in aliis multis,idē qđ ſimul ſignificat.In his quoq₃ α & poleo ſignificant verſionē quæ ſimul & vna peragitur:quā conuerſionē dicamus. Per hęc in cęlis ſignificat̄ conuerſio quæ ꝑ eos fit quos polos vocamus:& in cantu harmonia, quā dicimus ſymphoniam.Quia in his,vt tradūt muſicę & aſtronomię periti,harmonia quadam ſimul oīa conuertunt̄.Hic aūt de⁹ harmonię ꝓſidet homopolon.i. ſimul vertēs hęc oīa,& apud deos, & apud hoīes.Quēadmodū igitur homocheleuton & homochitin.i.ſimul euntē & ſimul iacentē,vocauimus acholuton & achitin,o in α ꝑmutantes:ita Apollinē nominauimus eum qui erat homopolon,altero λ interiecto:quia ęquiuocum fuiſſet duro cum nomine:qđ & his tēporibus ſuſpicati pleriq₃,ex eo φ non recte vim nominis huius animaduertunt,ꝑinde hoc metuunt ac ſi ꝑniciē quandam ſignificaret.Sed reuera nomen hoc omnes huius dei vires complectitur,quēadmodum ſupra dixim⁹. Significat enim ſimplicē,ꝑpetuum,iaculatorem,expiatorē,& conuertētē.Muſarū vero & muſicę nomē ab eo qđ dicit̄ moſthæ.i.ingrere, indagationeq₃ & ſtudio ſapientię tractū eſt.Leto.i.latona a manſuetudine dicit̄:quia ſit ethelemō.i.prompta & expoſita & libens ad id qđ petit qſq₃ exhibendū.Forte vero vt peregrini vocāt:multi nāq₃ litho nomināt:qđ nomē tribuiſſe videt̄:qa nō rigida illi mēs, ſed mitis: iō litho quaſi lion ethos.i.mos lenis & mitis ab illis cognominat̄.Artemis.i.Diana ex eo φ Artemes,quaſi integra modeſtaq₃ ſit ꝓpter virginitatis electionē. Forſitan etiā quaſi aretis hiſtora.i.virtutis cōſciā,vocitauit noīs iſtitutor.Fortaſſis etiā dicta ē artemis q̄ſi Arotō miſiſaſis.i.q̄ſi illa cōgreſ-

ſum oderit viri cũ muliere. Vel eñ ꝓpter hortum aliqd vel ꝓpter oĩa huiuſmodi nomẽ eſt inſtitutũ.
HER. Quid vero Dionyſi⁹ & Aphroditi? SO. Magna petis Hipponici fili. Atq eſt nominũ ratio his Διόνυσος.
diis impoſitorũ gemina: ſeria videlicet & iocoſa. Seriã qdẽ ab aliis quęre: iocoſam autẽ nihil ꝓhibet re ἀφροδίτη.
cẽſere. Iocoſi ſane & dii ſunt: Dionyſiuſq eſt didus inõ. i. vini dator, q̃ſi didinyſos, ioco quodã cogno διδοὺς τὸν οἶνον
minatus. Vinũ autẽ merito vocari poteſt ionus, ꝙ efficiat vt bibẽtes pleriq mẽte alienati, ieſt henun οἶνος.
echin. i. mentẽ habere ſe putẽt. De Venere Heſiodo repugnare nõ decet: ſed cõcedere ꝓpter ipſam ex Διδοίνυσος.
Aphru, hoc eſt ex ſpuma, generationẽ aphroditin vocari. HER. At vero Mineruã o Socrates Vulca διόνυσος.
nũq & Martẽ, cũ ſis Athenięſis, ſilẽtio nõ p̃teribis. SO. Haudquaq̃ decet. HER. Nõ certe. SO. Alterũ οἶεσθαι ἔχειν.
quidẽ eius nomẽ quãobrẽ ſit ĩpoſitũ, haud difficile dictu. HER. Q d? SO. Palladẽ eã vocamus. HER. ἔχειν.
Plane. SO. Nomẽ hoc cẽſendũ eſt a ſaltatiõe in bello ductũ fuiſſe. porro vel ſeſe vel aliud a terra attol ἀφροῦ.
lere, ſeu manib⁹ aliqd efferre, dicimus Pallin, & pallesthę. i. vibrare agitareq & agitari, & ſaltare & ſal ἀφροδίτην.
tationẽ ꝑperi. HER. Abſq cõtrouerſia. SO. Palladẽ hac ratiõe vocamus: ac merito. HER. Alterũ ei⁹ παλλάδα.
nomẽ quo pacto interp̃taris? SO. Athenã quęris: HER. Id ipm. SO. Grauius hoc amice. videnĩ priſci πάλλειν.
Athenã exiſtimare quẽadmodũ hi qui his tẽporib⁹ in Homeri interp̃tationib⁹ ſunt eruditi. Nã iſto παλλεσθαι.
rũ plurimi Homerũ exponũt Athenã tanq̃ mentẽ cogitationẽq finxiſſe. Et qui noĩa inuenit, tale ali ἀθηνᾶν.
quid de illa ſenſiſſe videĩ: immo etiã altius eam extollens, vt dei mẽtem induxit: perinde ac ſi diceret θεονόη.
Ethenoe: hoc eſt vtens α pro η extremo quodam ritu: i vero & σ detrahẽs. forte vero non ita: ſed Thia θεία νοοῦσα.
noeſis. i. vtpote q̃ diuina cognoſcat, prę caeteris oĩb⁹ Theonoẽ, id eſt diuina cognoſcẽtẽ vocauit. Neq θεονόην.
ab re erit ſi dixerimus voluiſſe illũ appellare eam Ethenoen: quaſi ipſa ĩ more intelligẽtia ſit. Ipſe poſt ἠθονόην.
modũ, vel etiã poſteriores in pulchrius, vt videbaĩ, aliqd ꝑducendo Athenean denominarũt. HER. ἥφαιστον.
Quid de Vulcano quẽ hephaeſton nominant? SO. Quid ais? num generoſum ipſum phaos hiſtora, φάεος ἵστορα.
id eſt luminis pręſidẽ quęris? HER. Hunc quęſiſſe videor. SO. Hic vt cuiq patere poteſt, phęſtos eſt: φαῖστος.
& η ſibi vẽdicat. Vnde Ephęſtos, id eſt luminis prę ſes eſt dictus. HER. Apparet: niſi tibi quoquo mo ἥφαιστος.
do adhuc aliter videatur. SO. An ne videaĩ aliter de Marte, ĩterroga. HER. Interrogo. SO. Si placet, ἄρης.
Ares id eſt Mars diciĩ ſecundũ arrhen. i. maſculũ, & Andrion id eſt forte. Quinetiã ſi volueris ob na ἄρρεν.
turã quandã aſperã, duram, atq inuictã, immutabilẽq, qd totũ Arrhoton appellaĩ, Aren vocatũ fuiſ ἀνδρεῖον.
ſe, hoc quoq deo penitus bellicoſo cõueniet. HER. Prorſus. SO. Deos iam mittamus ꝑ deos obſecro: ἄρρατον.
Nã de his diſſerere vereor. Ad alia vero quęcũq vis me prouoca: vt quales Euthyphronis equi ſunt ἄρη.
noueris. HER. Faciam vt petis: ſi vnũ de me quaeſiuero. me ſiquidẽ Cratylus Hermogenẽ eſſe negat. ἑρμοῦ.
Inueſtigemus itaq quid Hermu. i. Mercurii nomen ſignificet: vt ſiqd veri hic loquiĩ, videamus. SO. ἑρμῆς.
Hermes. i. Mercurius ad ſermonẽ ꝑtinere videĩ, quatenus hermineus eſt, hoc eſt interpres & nũcius, ἑρμηνευτής.
furtiuus, in loquẽdo ſeductor, ac vehemẽs cõcionator. Totum id circa ſermonẽ verſaĩ. profecto quẽ εἴρειν.
admodũ in ſuperiorib⁹ diximus, Irin ſermonis eſt vſus. Sępe vero de hoc Homerus ait, Emeſato. i. ma ἐμήσατο.
chinatus eſt. Ex vtriſq igitur nomẽ huius dei cõponiĩ: tum ex eo qd loqui eſt, tum ex eo qd machina εἰρέμην.
ri & excogitare dicẽda: ꝑinde ac ſi noĩs auctor nobis p̃ciperet: Par eſt o viri vt deũ illũ qui irin emeſa ἑρμῆν.
to, id eſt loqui machinatus eſt, Iremen vocetis. Nos autẽ arbitrati ſic elegãtius eloqui, Hermen voca ἶρις εἴρειν.
mus. Quinetiã Iris ab eo qd irin. i. loqui nomẽ habet, ꝓpterea ꝙ nũcia eſt. HER. Probe mediuſfidius
Hermogenẽ eſſe me Cratylus negauiſſe videĩ. Ad orationis eñ inuentionẽ hebes ſum. SO. Cõſenta
neũ quoq amice, Pana biformẽ filiũ eſſe Mercurii. HER. Qua ratiõe? SO. Scis ꝙ ſermo pan. i. omne ſi πᾶν, πάν.
gnificat: circuitq & voluit ſemp, eſtq geminus, verus videlicet ac falſus? HER. Equidẽ. SO. An non
id qd in ſermone verũ, leue eſt atq diuinũ: ſupraq in diis habitãs? Cõtra qd falſum, infra in hominũ
multis? aſper atq tragicus? Hinc enim fabularũ cõmenta & falſa q̃plurima, circa tragicam vitam re
periunĩ. HER. Sic eſt oĩno. SO. Merito igiĩ q eſt pan. i. totũ nũcians, & Ai polõ. i. ſemp volũtas, pan ę ἀεὶ πολῶν.
polos biformis Mercurii filius diceref. ex ſuperioribus partib⁹ lenis ac delicatus, ex inferioribus aſper πᾶν ἀπό-
atq hircinus. Eſtq Pan vel ipſe ſermo, vel ſermonis frater. ſiquidẽ eſt Mercurii filius. Fratrẽ vero fra λος.
tri ſimilẽ eſſe qd mirũ? Caeterũ iã o beate vir, vt & pauloante rogabã, ſermonẽ de diis hũc abrũpam⁹.
HER. Tales qdẽ deos ſi vis mittamus o Socrates: huiuſmodi vero quaedã ꝑcurrere qd ꝓhibet? Solẽ,
Lunã, Stellas, Terrã, Aetherẽ, Aerem, Ignẽ, Aquã, Ver & Annũ? SO. Multa ſũt ac magna quae poſtu ἥλιον.
Scis vtiq; hęc naualia & mœnia Athenarũ portusq; diſpoſitionẽ ptim Themiſtoclis,ptim Periclis nõ opificũ cõſilio eẽ cõſtructa.SO.Ferunt hęc o Gorgia de Themiſtocle.Periclẽ vero ipſe audiui de muro medio cõſtruẽdo ciuitati pſuadẽtẽ.GOR.Praeterea quotiẽs de hisq̃ tu mõ referebas deliberat,vides oratores ipſos cõſulere,eorũq; i his rebꝰ pferri ſniãs.SO.Hęc eqdẽ admirãs o Gorgia iamdudũ a te de rhetoricae ptãte pq̃ro.Nẽpe mihi hęc cogitãti diuĩa q̃dã ptãtis eiꝰ magnitudo videt.GOR. O ſi cũcta ſcires o Socrates,videres pfecto hãc oẽs,vt ſũmatĩ dicã,ſub ſe vires ãplecti.cuius qdẽ rei magnũ tibi afferã argumẽtũ.Sępe iã cũ fratre meo aliiſq; medicis ad aliquẽ ęgrotãtium in greſſus,cũ ille vl̃ pharmacũ nollet bibere,vl̃ ſecãdũ vrẽdũve ſe medico non pmittere,neq; pſuadere poſſet medicꝰ:ego pſuaſi nõ alia q̃ rhetoricę facultate.Affero aũt ſiquã i vrbẽ rhetoricꝰ acceſſerit atq; medicꝰ:certetq; iter eos verbis i cõciõe vl̃ in alio quouis coetu, vter ſit p medico eligẽdꝰ,rhetor ne ã medicꝰ,fore vt medicꝰ qdẽ nuſq̃ appeat:eligat aũt ſi mõ ipſe velit,dicẽdi pitꝰ.Eodẽq; mõ ſi aduerſus aliũ quẽuis artificẽ certet Rhetoricus, obtinebit vt ipſe potiꝰ eligat q̃ aliꝰ quiſq;. Nihil eſt de quo nõ maiori cũ pſuaſiõe rhetoricꝰ q̃ qlibet artifex vulgo loq̃t. Potẽtia ergo artis huiꝰ tãta eſt atq; talis.decet tñ o Socrates ita rhetorica vti quẽadmodũ & oĩ alia facultate certãdi.Neq; enĩ is q pugnis lacertiſve & armis ita pugnare didicerit vt amicis & iimicis ſupior poſſit euadere, ob hoc aduerſꝰ oẽs ęq̃ certare debet,vt amicos ẽt pcutiat,pũgat,occidat:nec ẽt p Iouẽ ſiqs palęſtra exercitatꝰ pugil robuſti corpis euaſerit,deĩ pẽtes aut aliquẽ aliũ domeſticorũ vl̃ amicorũ pulſet: propterea pędotribas & eos q armis pugnare docẽt,odio hr̃e,& ex vrbibꝰ expellere decet.Illi.n.hęc tradiderũt:vt hęc diſcẽtes,cõtra hoſtes & iferẽtes iiuriã vterẽt,vlciſcẽtes videlicet nõ iferẽtes. Nõnulli vero hęc puertẽtes robore arteq; abutũt.ſed ñ ppea q docuere iprobi ſũt iudicãdi:neq; ars culpãda malaq; habẽda:ſed meo qdẽ iudicio q puerſe vtunt.eadẽ quoq; de rhetorica rõ eſt.Põt.n.& aduerſus oẽs & q̃libet de re orator dicere : adeo vt apd multitudinem facile admodum de re qualibet pſuadendo ſupior eẽ poſſit. At vero ſi qſpiã adeptus rhetoricã deinde iniuſte potentia huius artis vtat,nõ eũ q docuit odiſſe atq; vrbe expellere decet.Ipſe.n.ad iuſtũ vſum tradidit. hic vero contra vtit.Quapropter eũ q nõ recte vtit par ẽ odiſſe & i exiliũ mittere & iterimere: pceptorẽ vero neq̃q̃.SO.Arbitror te Gorgia multis diſputationibꝰ iterfuiſſe:idq; in eis iã cõptũ hr̃e:eos videlicet q inter ſe diſputãt,haud facile poſſe cũ diſceptare icepint, ſic abire vt rẽ ipſam definiẽtes ſe iuicẽ ſolũ doceãt atq; diſcãt : ſed ſi de aliquo cõtẽdãt,neq; cõcedãt alter alteri aut vere aut pſpicue loq,idignant,& p inuidiã dictũ putãt,certãtes ſimul,nõ aũt quod erat ppoſitũ pq̃rentes. Nõnunq̃ vero tãdẽ adeo turpiter diſcedũt cũ iurgiis mutuiſq; maledictis,vt ẽt poeniteat audientes q eiuſmodi hoĩes putauerint audiẽdos.Quorſum vero haec dico?qm̃ tu nõ mihi videris ſatis nũc cõſentanea & conſona dicere his quae prius de rhetorica dixeras.Vereor tñ arguere,ne me arbitreris non rei declarãdę,ſed tui gr̃a decertare.Si ergo tu ex eorũ numero es,e quorũ ego ſũ,libẽter abs te pquirerẽ:ſin minꝰ,dimitterẽ. Q; ſi petas quorũ ego ex nũero ſim,rñdebo ex iis qui libẽter redargui patiuntur,ſiquid non vere dicãt:libenter etiam redarguũt,ſiqd ab alio nõ vere dicat:& qbꝰ nõ minus gratũ eſt rephẽdi,q̃ rephẽdere.Tanto.n.maius id eẽ bonũ exiſtĩo,quãto maius bonum eſt maximo quodã liberari malo,q̃ alios liberare.Nihil.n.tãtũ eẽ malũ hoĩbus arbitror quãtũ eſt opinio falſa:in his videlicet rebus de qbus pñs a nobis ſermo ẽ iſtitutus.Si ergo & tu ais eẽ te talẽ,diſputemus: ſin vero dimittendũ cẽſes,dimittamꝰ iã,coetũq; ſoluamus.GOR.Dico pfecto o Socrates me quoq; talẽ eſſe,q̃lẽ mõ tu deſcribebas.ſed forte aliorũ q adſunt,rõ eſt hñda.Iãdudũ.n.ãteq̃ vos accederetis his multa narraui.Et nũc forte ſi diſputare pgamus,mora longior ptrahet . Quãobrẽ cauendũ eſt ne horũ aliud facere cogitãtes detineamꝰ.CHAE.Clamorẽ o Gorgia & Socrates horũ audire cupiẽtiũ vos auditis.mihi vero nullũ negotiũ tãti ſit vt diſputatiõi huic a vobis iſtitutę alid̃ anteponã.CAL. Per Iouẽ o Chęrepho ego quoq; cũ m̃ltis diſputatiõibꝰ iterfueri, neſcio an vnq̃ ęq̃ ac nunc fuerĩ delectatus.iõ.p ẽt ſi diem totã diſputare velint erit mihi pgratũ.SO. Atq o Callicles q̃tũ in me ẽ nihil phibet,mõ velit Gorgias.GOR.Turpe qdẽ o Socrates deinceps mihi foret,ſi diſputare nollẽ:pſertĩ cũ ab initio iuſſerim oẽs de quo qſq; vellet iterrogare.Itaq; ſi placet praeſentibus,diſputa atq; pcontare qcqd libet.SO.Audi iã o Gorgia q̃ in tuis verbis admirer.Forte.n.cũ tu recte dicas,ego nõ accipio recte.ais rhetoricũ poſſe te facere,ſiqs a te diſcet velit.GOR.Aio eqdẽ.SO.Nõ vt de oĩbus i turba pbabiliter dicere valeat nõ docẽdo ſed ſuadẽdo.GOR.Ita prorſus. SO.Addebas pterea rhetoricũ de ſanitate plus q̃ medicũ pſuadere.GOR.Dixi profecto:ſed i turba.SO.Nonne idẽ eſt i turba qd̃ inter ignorãtes?Nũq̃.n.apud eos q ſciũt,magis q̃ medicꝰ de ſanitate pſuaderet.GOR.Vera narras.SO.nõne ergo ſi ſuadẽtior erit medico,ſciẽte ſuadẽtior erit?GOR.Omno.SO.Ipſe tñ non medicꝰ. GOR.Nõ.SO.Ac ſi nõ medicus:ergo & iſcius eorũ q̃ intelligit medicus.GOR.pculdubio.SO.Quare q neſcit,ſciẽte apud neſciẽtes ſuadẽtior erit, qñ rhetor medico ſuadẽtior erit,ita ne ſeq̃t?GOR.In his certe ita ſequit.SO.Nõne in caeteris quoq; artibus rhetor atq;

Mores Socratis i diſputatione.

Malum maximũ hominibꝰ opinio falſa.

rhetorica ſe ſiliter habet?vt ad rhetoris facultatē nihil attineat ſcire q̄ rōne res ſe habeāt: ſed ma-
chinatione quādā ſic ad pſuadēdū excogitare,vt apd ignorātes magis ſcire q̄ ipſi ſciētes appareat?
GOR.Nōne magna facilitas hęc eſt o Socrates?eos videlicet q artes alias nunq̄ didicerint,ſed hāc
ſolā,nihil tñ aliis minus habere?SO.Vtrū orator ob hanc vnā facultatē minus habeat vel nō minꝰ
q̄ alii,paulopoſt inquiremus ſiqd cōducere diſputationi videbit̃.Nūc aūt hoc prius cōſideremꝰ:an
circa iuſtū & iniuſtū,honeſtū & turpe,bonū & malū,ſic ita ſe habeat orator,quēadmodū circa ſalu
bria atq̧ alia q̄ ad alias artes attinēt:vt.ſ. ignoret qdē vtrū bonū malūve ſit aliqd:pulchrūq̧ vl̃ tur
pe:aut iuſtū vl̃ iniuſtū:pſuaſionē vero quādā ita de rebꝰ hmōi machinet̃,vt ignorās ipſe inter igno
rātes ſcire magis q̄ ſciētes appareat:an forte neceſſe eſt hęc eum noſſe:oportetq̧ cū hac ſcia iā parta
ad te pficiſci q ſit futurus orator:ac ſi hmōi rerū ſciam nō afferat ſecū,tu qdē pceptor rhetoricę
talia nō docebis.nō eñ tuū eſt officiū hęc docere.efficies aūt vt vulgo ſcire talia videat̃,cū neſciat
appareatq̧ bonus eſſe cū minime ſit.An oīno rhetoricā docere nō poteris,niſi priꝰ hoꝝ veritatem
fuerit cōſequutus:aut quo ſe mō hęc hñt o Gorgia?p Iouē pcor vt quēadmodū pauloante cœpiſti
rhetoricę nobis aperias poteſtatē.GOR.At eñ o Socrates arbitror ſi forte qs hęc ignoret,eū a me p
cepturū.SO.Siſte ergo.recte eñ dicis:ſi quē tu rhetorē feceris oportet eū iuſta iīuſtaq̧ ſcire vel an
teq̄ ad te accedat:aut poſtea a te pdiſcere.GOR.Oīno.SO.Quid vero?qea q̄ ad fabricā ſpectāt didi
cerit,nōne eſt faber?GOR.Eſt.SO.Et q muſicā,muſicus?GOR.Ita.SO.Et q q̄ ad medicinā ptinēt,
medicus?Atq̧ in cęteris eodē pacto:qſqs didicerit aliqd,talis euadit,qlē cuiuſq̧ ſcia reddit? GOR.
Oīno.SO.Nōne igit̃ p hāc rōnē iuſtus erit qcūq̧ iuſta didicerit?GOR.Maxīe.SO.Iuſtus aūt iuſta
facit.GOR.Ita eſt.SO.An nō ergo neceſſe eſt rhetoricū eē iuſtū?iuſtū vero velle iuſte agere?GOR.
Apparet.SO.Nunq̄ ergo volet iuſtus iīuriā facere.GOR.Nunq̄.SO.Rhetoricū qdē neceſſe eſt ex
pcedēti rōne iuſtū eē.GOR.Neceſſe.SO.Rhetoricus ergo iniuriā facere nunq̄ volet.GOR.Nunq̄
vt appet.SO.Reminiſcere te pauloante dixiſſe non oportere pædotribas criminari atq̧ expellere:ſi
qs pugil certamine pugili male vtat̃,iferatq̧ iniuriā:atq̧ eodē pacto,ſiqs orator iīuſte vtat̃ rhetori
ca,nō illū q docuerit eſſe accuſandū & expellēdū:ſed q̄ iniuſta agēt,neq̧ rhetorica recte vtēt.Dicta
ne hęc ſunt,an nō?GOR.Dicta.SO.Nūc aūt ipſe orator nunq̄ videt̃ facturus iniuriā.GOR.Nūq̄.
SO.Atq in ſupioribꝰ o Gorgia dictū eſt,circa ſermones verſari rhetoricā,nō de pari qdē & impari,
ſed de iuſto atq̧ iniuſto.GOR.Certe.SO.Ego igit̃ cū tu hęc diceres,rhetoricā nunq̄ eſſe rē iniuſtā
exiſtimaui:q̄ ſemp de iuſtitia verba faceret.Poſtq̄ vero paulopoſt dixiſti,ſi orator iniuſte rhetorica
vteret̃:ſtatim admiratꝰ,atq̧ ratus nō eſſe cōſentanea inter ſe q̄ abs te dicebant̃,illa ptuli verba: vt
ſi redargui cōductum putares,vt ego puto:opęptiū foret diſſerere:alioqn dimittere. Deinde vero
nobis cōſiderātibꝰ,vt te nō latet,cōceſſum fuit fieri nō poſſe vt rhetoricꝰ rhetorica vtat̃ iīuſte,ve
litq̧ iniuriā facere.Ad hęc aūt ſatis q̄ rōne ſe habeāt diſcernēda,p canē o Gorgia nō pua opus eſt di
ligētia.PO.Quid vero o Socrates,tu ne etiā ſic de rhetorica opinaris,vt nūc ais:an aliter?an magis
putas Gorgiā pudore quodā adductū cōceſſiſſe tibi rhetoricū iuſta & honeſta & bona ſcire:ac ſiqs
hęc ignorās ad ipm venerit,eū eſſe docturū?Ex q̄ forſitan cōceſſione cōtrariū deinde aliqd in diſpu
tādo ſequutū eſt.Hoc tu qdē nimiū ſtudioſe captas o Socrates,interrogādo ad hmōi reſpōſa pdu
cens.Nā quē arbitraris negaturū fuiſſe tibi iuſta ſe ſcire,alioſq̧ eſſe docturū?Verū magna ruſtici-
tas eſt ad hęc interrogādo deducere.SO.O pulcherrime Pole,ob hāc ipam cām amicos nobis & fi-
lios cōparamus:vt ſiqñ in ſenectute peccemus,iuniores vos pñtes vitā noſtrā & verbis & opibꝰ cor
rigatis.Et nūc ſiqd me & Gorgiā in diſputādo fefellit,ipſe pſens emēda.Sic eñ debes:atq̧ ego tibi
pmitto:vt ſiqd eoꝝ q̄ cōceſſa ſūt,nō recte cōceſſum putes,id tuo arbitratu pmutes,dūmō mihi id
vnū deuites.PO.Quid hoc o Socrates?SO.Prolixitatē illā o Pole quā ab ipſo diſputatiōis initio in
ceptabas.PO.Quid vero?nōne mihi quātū voluero licebit loq?SO.Graui nimiū iniuria affecereris
o Pole,ſi pfectꝰ Athenas vbi totiꝰ Gręcię maxima eſt loquēdi libertas,ſolus ipſe hoc ī loco ptātē lo
quēdi p arbitrio nō haberes.At cōtra pone:videlicet ſi te plixe loquēte neq̧ volēte ad interrogata
rñdere nō liceret mihi abire,& te audire nolle:nōne ego quoq̧ grauia paterer:ſi ñ liceret mihi abi
re,neq̧ audire nolle?Verū ſiq̄ tibi diſputatiōis huiꝰ eſt cura,eāq̧ corrigere vis:quēadmodū mō di-
cebā,retractās qđ tibi retractandū videt̃,rogāſq̧ viciſſim atq̧ rñdēs,vt ego Gorgiaſq̧ fecimꝰ,redar
gue me,ac te redargui patiare.An dicis te quoq̧ ſcire q̄ & Gorgias ſcire ſe pfitet̃? PO.Dico eqdē.
SO.Et iubes vt de quo qſq̧ velit a te q̄rat,tanq̄ ab hoīe q rñdere ſciat?PO.Certe.SO.Nūc ergo al-
terutrū tuo arbitratu facias:vel q̄re vel rñde.PO.Faciā eqdē.atq̧ mihi rñde o Socrates: qñ Gorgi
as circa rhetoricā tibi ñ ſatiſfacit:tu ipſam quā eē dicis?SO.Interrogas ne,quā artē eſſe putē?PO.Id
ipm.SO.Nullā o Pole,vt vera tibi loq̄r.PO.Quid igit̃ tibi videt̃ eē rhetorica?SO.Res quā tu dicis
feciſſe artē in eo libro quē nup legi.PO.Quidnā dicis?SO.Peritiā quādā.PO.Peritia ergo tibi videt̃
eſſe rhetorica?SO.Mihi qdē:niſi tu aliud dixeris.PO.Cuius videt̃ rei pitia?SO.Gratiā quādā volu

Rhetorica ars nulla eſt.
Rhetorica eſt pitia gratiam quādā voluptatēq̧ pariendi.

ptatūq; piendi.PO.Nōne igiť pulchrū qddā exiſtimas eſſe rhetoricā:cū a pđ hoīes cōpare gřam poſ
ſit?SO.Quid o Pole?audiuiſti iā qd illā eē dicā,q deīceps interrogas vtrū pulchrā eē putē?PO.Non
ne audiui te dicētē eſſe pitiā quādā?SO.Vis ne igiť qn̄ quidē gřam magnifacis,paulū qd mihi gra
tificari?PO.Volo.SO.Interroga me nūc,quā artē eē coqnariā putē.PO.Ecce interrogo,q̄nā ars co
qnaria eſt?SO.Nulla.PO.At qd?SO.Peritiā quādā eē dico.PO.Quęnā pitia ē?SO.Gřam volupta
tēq; piendi.PO.Idē ne ē coqnaria atq; rhetorica?SO.Nullo pacto:ſed eiuſdē ſtudii pticula.PO.Cu
ius ſtudii?SO.Ne duriꝰ ſit,veritatē dicere vereor Gorgię cā:ne forte me ſuū vitupare ſtudiū arbi
treť.Ego eī vtrū hęc rhetorica ſit quā Gorgias exercet,neſcio.nā ex hac diſputatiōe nihil nobis pa
tefactū eſt,qd tādē ipſe putet.Sed qđ ego appello rhetoricā,rei cuiuſdā particula ē nequaq̄ honeſtę.
GOR.Cuiuſnā o Socrates?dic age,nihil mea cā veritꝰ.SO.Videť mihi o Gorgia eſſe ſtudiū qddā,

Studiū quoddam inartificioſum deſcribitur.

nō artificioſum qdē,ſed ſagacis aī aptiq; natura atq; potētis ad humanā cōſuetudinē ſibi cōciliādā
Appello aūt ſummā caputq; eiꝰ adulationē.Huius aūt ſtudii mlta videnť mihi eē mēbra.Vnū qdē
coqnaria:q̄ q̄uis eē ars videať,meo tñ iudicio nō ē ars,ſed pitia q̄dā vſu cōperta.Eiuſdē ꝑterea pti

Coquinaria: rhetorica:fucatoria:ſophiſtica pticulę ſunt inartificioſi ſtudij,cuiꝰ caput & ſūma eſt adulatio.

culā rhetoricā quoq; eſſe dico:& fucatoriā,q̄ māgonica diciť:& ſophiſticā.Has vtiq; pticulas qua
tuor,ad res q̄tuor ptinere.Si ergo Polus q̄rere vult,q̄rat.Nōdū eñ audiuit qualē adulationis pti
culā rhetoricā eſſe dicā:nec aīaduertit ad idme nōdū rñdiſſe.Itaq; interrogat vtrū pulchrā exiſti
mē,nec ne.Ego vero vtrū pulchrū aliqd vel turpe rhetoricā eſſe rear,non priꝰ rñdebo,q̄ qd ipſa ſit
aperuerim.Nō eñ aliter rñdere decet o Pole.Ergo ſi audire vis,ꝑcōtare q̄lē adulatiōis pticulā rhe
toricā eē dicā.PO.Quęro iā abs te,qualis pticula?SO.An me rñdētē perdiſces? Eſt enim vt opior

Rhetorica pticulę ciuilis ſimulacrum.

rhetorica pticulę ciuilis ſimulacrū.PO.Quid ergo?pulchrū ne,an turpe qddā ais eē?SO.Turpe.ſiq
dē mala eſſe turpia dico,qn̄ qdē tibi tāq̄ q̄ dico iā ſciēti,me rñdere oportet.GOR.Per Iouē o Socra
tes nec ego qd dicas intelligo.SO.Nec īiuria qdē Gorgia.nōdū eñ ſatis expſſi.Polus aūt iſte iuue
nis eſt.GOR.At hūc mitte:mihi vero rñde quo pacto dicas rhetoricā ciuilis pticulę ſimulacrū eē.
SO.Conabor exprimere qd mihi videať eē rhetorica.Si vero nō eſt id,Polus iſte redarguet. Corpꝰ
appellas aliqd atq; aīam?GOR.Quid ni?SO.Hoꝝ vero nōne putas aliquā vtriuſq; bonā habitudi
nē?GOR.Puto eqdē.SO.Pręterea habitudinē aliquā appere bonā,cū minime ſit? Dico aūt nōnihil
eiuſmodi.m!ti corpus bñ affectū habere videť:quoꝝ malā valitudinē habitudinēq; haud facile de
ꝑhenderet q̄ſq̄ ꝑter medicū,gymnaſiiq; magiſtrū.GOR.Vera narras.SO. Tale qddā & in corpo
re & ī aīa eſſe dico.qđ qdē facit vt & corpꝰ & aīa bñ ſe habere videať,cū nō bñ ſe habeat. GOR.Ita
eſt.SO.Age vero ſi poſſumꝰ clariꝰ hoc oñdere.Cū res duę ſint,artes eē gemias arbitror:& artē qdē
ad aīam ptinētē,ciuilē nūcupo:eā vero q̄ ad corpus,noīe vno noīare nō poſſū.ſed huiꝰ artis vniꝰ q̄
curat corpus,duas pono pticulas:alterā qdē gymnaſticā:alterā medicinā.In ciuili vero nomotheti
cā.ſ.legalē cōditricē legū pono corrñdētē gymnaſticę:& iuſtitiā.ſ.iudiciariā,medicinā quodāmō re
ferētē.Cōicāt vero inuicē,vtpote quę circa idē ſūt,medicina atq; gymnaſtica:rurſuſq; iudiciaria at
q; legalis.Verūtamē iter ſe etiā differūt.Cū vero hę q̄tuor ſint,ſempq; qđ optimū curēt:hę qdē cor
pus,illæ aīam:facultas adulatoria id ſentiēs,nō cognoſcēs qdē,ſed cōiectās,ſe q̄drifariā diuidit:ſin
gulaſq; ſubit pticulas,ſimulās id ſe eē qđ ſubiit:& optimi qdē nullā habet curā:ſed ſemp eo qđ dul
ciſſimū eſt,q̄ſi hamo incautā illaqueat mētē:& vſqueadeo decipit vt plurimi apud eā æſtimāda vi
deať.Medicinā qdē coquinaria ſubiēs,ſimulat optimos ſe cibos corpori adhibere.Quāobrē ſi vel in
ter pueros,vel viros admodū pueriles cōtēdere oporteret coquū atq; medicum, vter eoꝝ de bonis
maliſve cibis plus intelligat,medicus qdē fame ꝑiret.Id ergo adulationē voco:ac turpe o Pole qddā
exiſtimo:Id eñ aduerſus te dico.Proptereaq; abſq; vlla optimi rōne voluptatē aucupať.Neq; artē
eā eſſe dico,ſed pitiā quādā:qm̄ nullā habet rōnē eoꝝ q̄ affert,q̄lia natura ſint:quo fit vt rōnē nul
liꝰ poſſit afferre.Ego vero nō appello artē qđ careat rōne.Q; ſi de his ipſe ābigis,rōnē me tibi polli

Qđ caret rōne nō eſt ars. Ars oīs cum rōne.

ceor redditurū.Itaq; medicinā,vt dixi,coqnaria adulatio ſubit:Gymnaſticā vero ſimiliter fucato
ria,res noxia,fallax,īgeneroſa,illiberalis,figuris,coloribꝰ,lineamētis,ſenſu quodā ita decipiēs,vt ꝑp

ADVLATIONES SVBEVNT ARTES.
Coquinaria.
Fucatoria.
Sophiſtica.
Rhetorica.
Medicina.
Gymnaſtica.
Legalis.
Iudiciaria.

extrinſecū fucū ꝓpriā veráq; formā q̄ ſit ꝑ gymnaſticā,negligamꝰ.Cęterū ne ſim ꝓlixior, volo tibi
more geometrico dicere.ſic eñ forte iā aſſeq̄ris.Profecto qđ fucatrix ad gymnaſticā,id ad medici
nā eſt coqnaria.immo vero ſic.Qđ fucatrix ad gymnaſticā,hoc ſophiſtica ad legalem.Rurſuſq; qđ
coquinaria ad medicinā,id rhetorica eſt ad iudiciariā.Verūtamē,vt dicebā,ita natura diſtinguūť:
ac etiā tāq̄ ꝓpinquę miſcenť inuicē in eodē & circa eadē,ſophiſtę videlicet & rhetores:nec vtilita
tem reſpiciūt aliquam,quā vel ꝑ ſeipſis vel ꝑ aliis ſequanť vnq̄.Nā ſi animus corpori nō præeſſet
ſed ipm̄ ſibi:neq; ab eo perſpicereť diſcerneretur q; coquinaria & medicina:ſed corpus ipm̄ gřa vo
luptateq; ſua hæc ꝑpēderet:illđ Anaxagoræ ꝓrſus accideret amice Pole:ipſe eñ hoꝝ pitiā habes:
Oīa videlicet ī eodē indiſcreta commiſcerenť:& q̄ ad medicinā ptinēt & ſalutē, & q̄ ad coquinariā
attinent, Audiuiſti iam quid ego rhetoricam eſſe dicam:rem videlicet coquinariæ reſpondentē

tũ:taleq; in aĩa,qualis illa eſt in corpore.Forte vero ꝑcul a rõne me geſſi:qui tibi ꝓlixitatẽ phibẽs
ipſe longũ extendi ſermonẽ.ob id tñ dignus ſum venia:q̃a ſi breuius loquutus eſſem,tu minime ꝑ
cepiſſes:neq; reſpõſio tibi mea ſatiſfeciſſet:ſed expoſitione rurſus indiguiſſes.Si ergo nec ego te re
ſpõdẽte aſſeq̃ valeo,tu quoq; extẽde ſermonẽ.Si valeo:ꝑmitte me rñſiõe tua vel mea ꝑ arbitrio vti
Sic eñ iuſtũ eſt.Et nũc q̃dẽ ſiquo pacto rñſione hac opportune vti potes,vtere.PO.Quid igit̃ ais?
adulatio ne tibi videt̃ eſſe rhetorica?SO.Equidẽ adulationis particulã eſſe dixi.Nõ meminiſti Pole
cũ ſis huius ętatis?Quid forte poſthac facies?PO.An boni rhetores vident̃ tibi quẽadmodũ adula
tores in ciuitate cõtemni?SO.Interrogationẽ hãc facis?an orationẽ aliquã exordiris?PO.Interrogo
q̃dẽ.SO.Nulla exiſtimatiõe o Pole mihi digni vident̃.PO.Quõ nulla?nõne maximã in ciuitatibꝰ
potẽtiã habẽt?SO.Minime:ſi potẽtiã bonũ aliq̃d eſſe dicis ei q̃ põt.PO.Dico certe.SO.Oratores er
go minimã oĩm in repu.potẽtiã mihi vident̃ habere.PO.Quid ais?Nõne quẽadmodũ tyranni,oc
cidũt quẽ volũt:& expoliãt patrimonio,pellũtq; ex vrbe?SO.Per canẽ o Pole,ꝑ ſingula q̃ dicis am
bigo vtrũ ſñiam explices tuã,an q̃ras meã.PO.Quęro q̃dẽ tuã.SO.Eſto amice.deĩde duo ſil' a me
q̃ris.PO.Quonã pacto duo?SO.Nõne dicebas mõ oratores occidere tyrãnoꝝ more quoſcũq; velit:
& fortunę bonis expoliare,atq; in exiliũ mittere?PO.Eq̃dẽ.SO.Dico itaq; tibi,has duas interroga
tiones eſſe:reſpõdeboq; ad vtraſq;.Aſſero eq̃dẽ o Pole tã rhetores q̃ tyrãnos minimã in ciuitatibꝰ
habere potẽtiã:quẽadmodũ pauloante dicebã.Nihil eñ,vt ita dixerim,facere ex his q̃ volunt:facere
tñ q̃d ſibi opinantibus optimũ videat̃.PO.Nõne hac magna potẽtia?SO. Non certe,vt ait Polus.
PO.An ego nõ dico?Dico equidẽ certe.SO.Per Iouẽ tu nõ dicis:quãdoquidẽ magnã potẽtiã dixiſti
ei q̃ põt,eſſe bonũ.PO.Id q̃dẽ dico.SO.Bonũ ne igit̃ eſſe dicis,ſiq̃s ea fecerit q̃ ſibi optima videant̃
mẽte capto:atq; id magnã dicis eſſe potentiã?PO.Nõ certe.SO.Nõne igit̃ oſtendẽdũ tibi eſt,orato
res habere mẽtẽ:atq; rhetoricã nõ adulationẽ q̃dẽ eẽ,ſed artẽ,quo me cõuincas?Alioq̃n niſi id oſtẽ
dẽs me cõuiceris:oratores & tyrãni faciẽtes quicq̃d faciẽdũ ſibi videt̃ in ciuitate,nullũ ꝓpterea bo
nũ conſequent̃.Siq̃dẽ potẽtiã habere vt ipſe ais,eſt bonũ:Facere vero q̃cq̃d videat̃ abſq; mẽte,ipſemet
cõfiteris eſſe malũ.Nõne ita?PO.Ita certe.SO.Quonã igit̃ pacto oratores vel tyrãni magna ĩ rep.
poſſunt:niſi Socrates cõuictus a Polo,illos q̃ volũt facere,fateat̃? PO.En vir.SO.Nego eos facere q̃
volunt:tu vero me redargue.Po.An nõ pauloante cõfitebaris:q̃ ſibi bona vident̃,eos facere?SO.Et
nũc rurſus cõfiteor.PO.An nõ ergo faciũt q̃ volũt?SO.Nõ vt arbitror.PO.Faciũt tñ q̃ ſibi videt̃?
SO.Cõcedo.PO.Moleſta o Socrates & incredibilia dicis.SO.Ne me accuſes pulchre Pole:vt appel
lẽ te ſcd̃m te.Verũ ſiq̃d habes q̃d inquiras,errorẽ meũ redargue:ſin minus,ipſe rñde.PO.Sed rñde
re malo,vt q̃d dicas intelligã.SO.Vtrũ ergo tibi vident̃ hoĩes id velle q̃d vbiq; agũt?an potius illd̃
cuius gr̃a agũt id q̃d agũt?veluti q̃ pharmaca a medicis accepta bibũt,vtrũ tibi id vident̃ ipm̃ velle
q̃d faciũt,videlicet pharmacũ bibere,& aſperitatẽ eius ꝑferre:an ſanitatẽ potiꝰ cuius gr̃a bibũt?PO.
Manifeſtũ eſt eos fieri ſanos velle:cuius gr̃a potionẽ ſumũt.SO.Nõne & q̃ nauigãt,aut aliud nego
tiũ lucri cã obeũt,nõ id volũt q̃d faciũt?quis eñ nauigare,ſubire ꝑicula,moleſtias habere velit?ſed
illud volũt vt arbitror cuius gr̃a nauigãt:diuitias.ſ.harũ eñ gr̃a nauigãt.PO.Maxime.SO.An nõ
in oĩbꝰ quoq; ſilr̃,q̃ſq̃s aliq̃d alicuiꝰ agit gr̃a,nõ id vult q̃d agit:ſed illd̃ cuiꝰ gr̃a agit?PO.Ita videt̃.

Quiſquis aliquid alicuius gr̃a agit:nõ id vult q̃d agit,ſed illud cuius gratia agit. Negatiua diſiunctiua ponitur:vt q̃ratur de aliquo q̃d forte non ſit in diſiunctiua.

SO.An ẽ ex oĩbꝰ aliq̃d,q̃d nõ aut bonũ ſit,aut malũ,aut hoꝝ mediũ,neq; bonũ.ſ.neq; malũ?PO.Ni
hil oĩno.SO.Nõne bonũ q̃dẽ dicis ſapiẽtiã,ſanitatẽ,diuitias,aliaq; gñis eiuſdẽ?Mala vero hoꝝ con
traria?PO.Eq̃dẽ.SO.Quę vero neq; bona ſũt,neq; mala,talia q̃dã dicis,q̃ q̃ñq; boni,q̃ñq; mali ꝑtici
pia ſunt,q̃ñq; neutri:veluti ſedere,vadere,currere,nauigare.Rurſus veluti lapides,ligna,cæteraq;
ſĩlia.Nõne talia q̃dã eſſe dicis,q̃ neq; bona appelles,neq; mala?PO.Talia certe.SO.Vtrũ igit̃ media
hęc bonoꝝ agũt gr̃a,quotiẽs agũt?an bona gr̃a medioꝝ?PO.Media bonoꝝ gr̃a.SO.Ergo ſequentes
bonũ,& vadimus qñ vadimus,ꝓſtare id exiſtimãtes:& viciſſim q̃eſcimus q̃ñcũq; q̃eſcimus,ob idip
ſum bonũ.Nõne ita?PO.Ita prorſus.SO.Pręterea ſiquos occidimꝰ,eiuſdẽ gr̃a occidimꝰ:ſiliq; expel
limus,atq; rapimus,putãtes ꝓſtare nobis talia facere.PO.Proculdubio.SO.Quãobrẽ boni gr̃a hæc
faciũt oĩa q̃cũq; faciũt.PO.Aſſentior.SO.An nõ inter nos cõuenit,non q̃ alicuiꝰ gr̃a facimus,velle:
ſed illud cuius hęc gr̃a facimus?PO.Maxime.SO.Itaq; non iugulare ſimplr̃ oĩnoq; volumꝰ,neq; ex
pellere,neq; pecunias rape:verũ ſi cõducãt hęc,facere volumus:ſi noceãt,nolumus.Bona eñ volu
mus,vt ipſe ais.Quæ vero neq; bona,neq; mala ſunt,nõ ꝓprie volumus,neq; mala.Videor ne tibi
Pole vera loq̃ an nõ?Quid nõ rñdes?PO.Vera.SO.Quãobrẽ ſi in his cõſentimus,ſiq̃s quẽpiã inter
fecerit,vel vrbe eiecerit,vel priuauerit patrimonio,ſiue tyrannus ille ſit,ſiue orator,putãs id me
lius ſibi fore,cũ tñ ſit peius,is vtiq; faciet q̃ ſibi vident̃.nõne?PO.Certe.SO.Nũq̃d etiã q̃ vult ſiq̃dẽ
hęc ſint mala?q̃d nõ rñdes?PO.Nõ videt̃ mihi q̃ vult facere.SO.Quanã igit̃ rõne vir talis magnã
habet in repu.poteſtatẽ?ſiq̃dẽ magna poteſtas bonũ q̃ddã eſt:vt ipſe etiã cõfiteris. PO.Nullo pacto.
SO.Vera ergo dicebã:fieri poſſe,vt ſit q̃ in ciuitate q̃ ſibi vident̃ efficiat:neq; tñ magnã potẽtiã ha

beat:neq; q̄ velit,agat.PO.Quaſi vero tu o Socrates nō optes licentiā habere faciēdi quicqd tibi vi
deaẗ in ciuitate,potius q̄ nō habere:neq; affectes talis eſſe q̄les nōnullos vides vel interficientes,vl
expoliantes,vel cōiicietes in vincula quoſcūq; & q̄ncūq; ſibi videẗ.SO.Iuſte ne dicis,an iniuſte?PO.
Quocūq; id fiat.nōne vtrūq; optādū?SO.Bona verba q̄ſo o Pole.PO.Quid ita?SO.Q̄m nō decet
vel vitā minime optabilē exoptare,vel miſerā:imo potius miſereri.PO.Quid vero? Ita ne ſe habere
eos de q̄bus loquor,exiſtimas?SO.Quid prohibet?PO.Quicunq; igiẗ perimit quēcūq; opinaẗ iuſte
necādū,infelix tibi miſerabiliſq; videẗ?SO.Nō mihi quidē.neq; tn̄ cōditio eius optāda.PO.An nō
pauloante miſerū dicebas eſſe?SO.Dicebā equidē o amice:ſed iniuſte occidentē:eūdēq; inſup miſe
rabilem.Eius vero qui iuſte interficit,cōditionem non eſſe optandam.PO. An non qui iniuſte occi
ditur,miſerabilis eſt atq; infelix? SO.Minus o Pole q̄ vel interfector,vel is qui iuſte necatur.PO.
Quid ita o Socrates?SO.Quoniā inferre iniuriā maximū eſt malorū.PO.Quonam pacto id maxi
mū?Nōne peius eſt iniuriā pati?SO.Minime.PO.Ipſe igiẗ malles ne pati iniuriā q̄ inferre?SO.Eḡdē
neutrū vellē.At ſi neceſſe foret,aut facere iniuriā,aut pati,eligerē potiꝰ accipe iniuriā,q̄ inferre.Po.Nec
ergo tyrannidē eligeres.SO.Nō,ſi tyrānidē ſiĉ atq; ego definis.PO.Ego vero id cē dico tyrānidē,
qd & pauloante:videlicet licentiā in ciuitate habere qcqd videaẗ perpetrandi:ſiue interficere quē
piam,ſiue expellere placeat:cæteraq; oīa pro libidine poſſe facere.SO.Sed o beate attende q̄ dicā:ac
ſi potes carpe.Si eñ ego in foro ac frequēti hominū multitudine aſſumpto ſub ala pugione apud te
gloriarer me potētiā tyrannidēq; mirabilē nup eſſe nactū:nā ſiue aliq̄s iſtorū hoim,quos cernis,mi
hi videaẗ occidēdus,ſubito perimeẗ:ſiue alicuius frangendū caput,repēte frangeẗ:ſiue diſcindenda
veſtis,ſubito diſcindeẗ:tm̄ ego in hac ciuitate poſſum:p̄inde tibi minus id credēti oſtēderē pugio
nē:forte eo cōſpecto tu ſic obiiceres:At iſto o Socrates mō oēs magnā haberēt potētiā:ſiquidem &
quaſlibet domos incēdere,& Athenienſiū naualia,& triremes,cūctaq; nauigia,ac ſummatim tā pu
blica q̄ priuata quiuis poſſet.Verū hęc nō eſt magna poteſtas quicqd tibi quōcūq; videaẗ facere.an
tibi videẗ?PO.Certe nō hoc pacto potentiā approbo.SO.Potes ne dicere quā ob cauſam eiuſmodi
nō approbes poteſtatē?PO.Poſſum eqdē.SO.Cur ergo?dic iā.PO.Q̄m neceſſe eſt eū q ita p̄petraue
rit,pœnā luere.PO.Pœnā vero dare,nōne malū?PO.Oino.SO. Nōne igiẗ o vir mirabilis magnā
rurſus potentiā iudicas:ſi mō qui agit q̄cunq; ſibi videnẗ,aſſequiẗ vt vtiliter agat:atq; ita bonū cō
ſeq̄tur:idq; eſt magna poſſe?Cōtra vero,malū id eſt,paruaq; potentia?Verū id quoq; cōſideremus.
dicimus ne alias p̄ſtare ea facere q̄ modo dicebamus,videlicet interficere,expellere,ſpoliare:alias au
tem minime?PO.Sic oino.SO.Hoc iā mihi,vt videẗ,tibiq; cōuenit.PO.Conuenit.SO.Vtrum igiẗ
& quo pacto dicis ipſe melius eſſe hęc facere?dic age quem terminū ſtatuas.PO. Tu vero o Socra
tes id definias.SO.Ego igitur o Pole dicā,ſi a me audire mauis:videlicet q̄n quis hęc iuſte facit,me
lius eſſe:quando vero iniuſte,peius.PO.Quaſi vero arduum ſit o Socrates te refellere:ac non puer
etiam quiuis refellere poſſit.SO.Magnam illi puero habebo gratiam : tibi quoq; non minorem:
ſi me refellens ab errore eiuſmodi liberaueris.Te igitur oro ne tibi moleſtum ſit beneficium hoc in
amicum conferre.ſed iam refelle.PO.Atqui o Socrates nihil opus eſt antiquis exemplis ad te cōfu
tandū.Siquidem externa nuperq; geſta manifeſte declarare poſſunt iniuſtos pleroſq; eſſe felices.SO.
Quænam iſta?PO.Archelaum Perdicæ filium Macedoniæ dominantem vides?SO.Et ſi nō video,
ſaltem audio.PO.Felix ne igitur tibi videtur,an infelix?SO.Neſcio equidem o Pole.nunq̄ eñ apd
ipſum fui.PO.Quid autem?ſi eius conſuetudinem habuiſſes,iā cognoſceres?Aliunde vero felicita
tem eius non potes cognoſcere?SO.Non per Iouem.PO.Conſtat igitur o Socrates ſimiliter te di
cturum ignorare vtrum magnus Perſarū rex ſit felix.SO.Et vera quidem dicā.ignoro eñ quo pa
cto ad eruditionem iuſtitiamq; ſe habeat.PO.Nunqd in hoc tota beatitudo cōſiſtit?SO. Certe vt
ego dico o Pole.aſſero eñ honeſtum bonūq; virū & mulierem,eſſe felicem:iniuſtū vero & turpē,eē
miſerū.PO.Miſer ergo ſcd̄m ſermonē tuū eſt Archelaus.SO.Nimirū o amice ſi iniuſtus.PO.At ve
ro quonā pacto negari id pōt?Is eñ ex ancilla Alcetę Perdicę frīs natꝰ eſt:ideoq; Macedonię regnū
qd nūc habet,ad eū minime p̄tinebat:ſed ipo iure Alcetę erat ſeruus:ac ſi voluiſſet iuſta agere,ipſi
Alcetę ſeruiſſet:itaq; ſcd̄m rōnē tuā eēt felix.Nūc vero q̄ mirabiliter factꝰ eſt miſer:poſtq̄ maxias i
iurias intulit.Is eñ primo hūc ipm̄ dn̄m patruūq; ſuū Alcetā accerſitū ad ſe q̄ſi regnū qd Perdicas
abſtulerat,redditurus,cōuiuio vinoq; grauatū ipm̄q; & filiū eius Alexādrū patruelē ęqualēq; ſuū
cōiectos i plauſtrū nocteq; aſportatos trucidauit,atq; deleuit.Nec tn̄ his p̄petratis ſuā agnouit mi
ſeriā:nec id feciſſe pœnituit:ſed paulopoſt fratrē ſuū legitimū Perdicæ filiū,puerū annorū ſeptē,ad
quē p̄tinebat regnū,noluit vt felix fieret,iuſte alere:atq; ipi regnū tradere:ſed i puteū p̄cipitē dedit:
atq; ſuffocauit.Cleopatrę vero eiꝰ mr̄i aſſeruit puerū dū p̄ſeq̄reẗ anſerē,cecidiſſe i puteū,mortēq;
obiiſſe.His ergo tā magnis iniuriis perpetratis Macedonū oīm miſerrimus eſt,an potiꝰ feliciſſimꝰ?
Num eſt vllus Athenienſium,& a te exordiamur o Socrates,qui malit alius quiſq̄ Macedonū eſſe

Inferre iniuriā maximū malorum.

Iuſtꝰ vir & bonus felix. Iniuſtus turpis & miſer. Archelaus ex ancilla Alcetæ ortus eſt.

q̃ Archelaus?SO.Et ab ipſo diſputatiõis exordio Pole te tanq̃ bñ inſtructũ ad orandũ laudaui:artẽ
vero diſſerẽdi dixi te neglexiſſe:& nũc,hęc ne iſta rõ eſt, p quã quiuis etiã puer,vt ipſe dicebas,me
refelleret?Atq; ego abs te vt ipſe iudicas hac ĩ pñtia rõne cõuictus ſum:q dixerim ĩiuriãtẽ beatũ eẽ
nõ poſſe?Vñ eñ o bone vir?atq nihil tibi hoꝝ aſſentior q̃ tu dicis.PO.Nõ eñ vis aſſentiri cũ tñ ti-
bi vera videanť.SO.O beate,oratoꝝ more cõuincere me cõtẽdis.quẽadmodũ in iudicio fieri ſolet,
vbi alii alios cõuincere ſe opinanť,cũ p ſua cã multos ac pbabiles adducũt teſtes:ſi aduerſari⁹,aut
nullũ,aut vnũ aliquẽ pduxerit teſtẽ.eiuſmodi vero pbatio nulli⁹ ad veritatẽ eſt momẽti.Sępe eñ
falſa teſtimonia & a multis & ab iis q videanť idonei ſolẽt afferri.atq in pñtia de his q̃ tu dicis,oẽs
ferme & Athenięſes & pegrini tecũ ſentirẽt:ſi velis cõtra me teſtes pducere: me ſiqdẽ afferre falſa
tibi atteſtabunť:ſiue Niciã accerſas Nicerati filiũ fratreſq; eius ſecũ:quoꝝ ſunt in Dionyſio tripo-
des ordine quodã diſpoſiti:ſiue Ariſtocratẽ Scellii filiũ,cui⁹ in Pythio mun⁹ extat pulcherrimum
ſeu totã Periclis domũ,ſeu aliã quãlibet Athenięſiũ familiã velis ĩ teſtimoniũ aduocare.At ego vn⁹
tibi nõ aſſentior.nõ eñ me rõnib⁹ cogis:ſed falſis teſtib⁹ cõtra me pductis ex ipſa veritatis ſubſtan
tia deiicere me moliris.Ego vero niſi teipm teſtẽ vnũ adduxero mihi aſſentiẽtẽ nihil exiſtimatione
dignũ ĩ his q̃ tractam⁹ pfeciſſe me arbitror.Puto etiã nihil te pfecturũ niſi ego vnus ſoluſq; tibi cõ
ſentiã:tuq; dimiſſa alioꝝ teſtiũ multitudine id efficias.Eſt igiť vt dixi vnus iſte arguendi modus
quẽadmodũ tu aliiq; multi putatis:eſt & alter quẽ ego puto.Eos igiť inuicẽ cõparantes vtrum &
quo pacto inter ſe diſcrepẽt,diligẽter cõſideremus.Nõ eñ de rebus paruis ĩſtituta nobis eſt diſpu
tatio:ſed de his quas & ſcire pulcherrimũ eſt:& neſcire turpiſſimũ.Caput eñ & ſumma eoꝝ q̃ per
quirimus,eſt vel cognoſcere vel ignorare quis beatus ſit,quis miſer. Principio qdẽ in iis quæ per-
quirimus,tu fieri poſſe exiſtimas,vt q iniuriã facit,iniuſtuſq; eſt,ſit beatus.ſiquidẽ Archelaũ eẽ qui
dẽ iniuſtũ cõfiteris,ſed beatũ.nũqd ita te opinari exiſtimare debem⁹?PO.Oĩno.SO.Ego vero id fie
ri nõ poſſe dico. Vnũ igiť hoc eſt de quo ambigimus.Eſto igitur:iniuſtus aũt erit ne felix,ſi poenas
iniuſtitię dederit?PO.Minime qdẽ:imo miſerrimus.SO.At vero ſi iniuſt⁹ poenas effugerit,vt ipſe
ais,beat⁹ erit.PO.Aio equidẽ.SO.Secũdũ vero ſñiam meã o Pole,q iniuriať iniuſtuſq; eſt,oĩno eſt
ante alios miſer:miſerior aũt ſi iniuriarũ poenas nunq̃ luat:minus vero miſer ſi luat:ſuppliciumq;
iuſtũ apud deos hoĩeſq; reportet. PO.Q̃ abſurda dicere audes o Socrates. SO.Dabo eqdẽ operã o
amice vt ipſe quoq; mecũ ſentias.amicũ eñ eſſe te mihi puto.nũc ergo ea de qb⁹ diſſentimus,eiuſ-
modi ſunt.attẽde vero & tu. Dixi eqdẽ ĩ ſupiorib⁹ ĩiuriã inferre peius eẽ q̃ pati.PO.Ita dixiſti.SO.
Tu vero cõtra,pati peius eſſe q̃ facere.PO.Proculdubio.SO.Pręterea eos cui iniuriã faciũt,ego mi-
ſeros appellabã:atq; a te redargutus ſum.PO.Ita p Iouẽ.SO.Vt tu Pole putas . PO.Ac forte vera.
SO.Tu vero iniuriãtes tũc felices eſſe dicebas,cũ poenas minime dederint.PO.Et maxime quidẽ.
SO.Ego vero iſtos eſſe dico miſerrimos:eos autem qui puniunť,minus miſeros eſſe.Vis ne id quo
q; refellere?PO.At iſtud o Socrates difficilius inſuper q̃ illud quis redarguet? SO.Haud difficile
iſtud,imo ĩpoſſibile iudicare debes o Pole.quod eñ verũ eſt,refelli nunq̃ põt.PO.Quid ais?Siquis
tyrãnidẽ p iniuriã moliri dephenſus fuerit:captuſq; torqueať,excarnificetq;,eiq; ĩuranť ocli,aliiſq;
multis,variis,grauib⁹ poenis afficiať:videat pterea liberos & vxorẽ eadẽ pati,& tãdẽ in cruce pona
tur:aut pice adhibita comburať:an hęc patiens felix erit?vel poti⁹ ſi euaſerit:tyrãnidẽq; aſſequut⁹
arbitratu viuat ſuo:adeo vt vitæ ſuæ ſtatus exoptandus felixq; a ciuib⁹ & pegrinis exiſtimeť?Hęc
ne dicis confutari nõ poſſe?SO.Perterrefacis me nũc rurſus o generoſe Pole: nõ aut refellis : paulo
vero ante atteſtabaris. Verũtamen redige mihi parũp in memoriã,an iniuſta capeſſere tyrãnidem
dixeris?PO.Equidẽ.SO.Neuter eorũ felicior vnq̃ erit:neq; q tyrannidẽ iniuſte adept⁹ fuerit:neq; q
dephenſus poenas dederit.Nẽpe e duob⁹ miſeris neuter altero felicior eſt dicẽdus:miſerior tñ q po
titus tyrannide ſuppliciũ deuitauerit.Quid rides o Pole?alia rurſus hęc refellẽdi ſpecies eſt, cũ qs
aliquid dicat deridere:nõ aũt arguere.PO.At nõ putas refelli o Socrates, cũ talia dicas,qualia nul
lus vnq̃ hoĩm diceret?Quęre ab iſtorum aliquo.SO.O Pole equidem nõ ſum ex his qui in repub.
verſantur.Et ſuperiori anno cum tribus mea prærogatiuam haberet:ac forte oporteret me com-
putare ſuffragia:& ad conſilium referre:concitaui riſum quia facere id neſciui. Noli ergo iubere,
vt ad conſilium pręſentium referam. Cæterum niſi meliorem arguẽdi viam habes,quẽadmodum
modo dicebam:viciſſim mihi concede,atq; experire qualem ego redargutionem eſſe arbitror opor
tere.Ego enim eorum quę dico vnum producere teſtem ſcio:illum ipſum qui cum mihi ſermo eſt
inſtiturus:multitudinem autẽ mitto:& vnius ſentẽtiã rogare ſcio,multitudini vero ne verbũ qdẽ
facio.Vide igitur vtrum mihi viciſſim arguendi locum velis concedere,tuq; ad quæſitum reſpon
dere.Arbitror equidem & me & te & alios homines exiſtimare:peius eſſe facere iniuriam q̃ accipere
ac poenas effugere q̃ ſubire.PO.Ego autem neq; me neq; alium prorſus vllum:quandoquidem tu
ſolus iniuriam perpeti malles q̃ inferre.SO.Immo vero & tu & cæteri omnes.PO.Permultum abeſt

Iniuriantẽ beatum eſſe non poſſe.

A quib⁹ falſa teſtimõia afferãtur.

Locus a teſtibus & rõnib⁹.

Peius eſſe iniuriam inferre q̃ pati.

In ſenatu riſũ cõmouit Socrates q; referre cõputũ ſuffragiorum neſciret.

In differendo nõ eſt audiendum teſtimoniũ niſi ſtudẽtis

Proponiť diſputandū vtrū deterius ſit facere iniuriam an pati.

Pulchra ſunt q̃cūq; aut vtilitatē: aut voluptatem: aut vtrunq; afferunt.

Turpe eſt qđ aut dāno: aut dolore: aut vtroq; afficit.

immo nec ego, nec tu, nec alius quiſq̃. SO. Vis ne rńdere? PO. Volo eqdē: cupio eñ qđ tandē dicturus ſis intelligere. SO. Reſpōde itaq; mihi, vt intelligas, tanq̃ ſi a principio interrogarē. Vtrū putas o Pole deterius eſſe? facere ne iniuriā, an perpeti? PO. Perpeti. SO. Vtrū vero turpiꝰ? reſpōde queſo. PO. Iniuriā facere. SO. Nōne & peius ſi turpius? PO. Minime. SO. Intelligo iā. Nempe nō putas vt videť, idē eſſe pulchrū atq; bonū: idemq; turpe atq; malū. PO. Nō certe. SO. Quid aūt pulchra oīa ſcilicet corpora, colores, figuras, voces, ſtudia, nunqd ipſe ad nihil reſpiciēs pulchra nominas, an ad aliqd? Vt ecce primo qdem corpora pulchra, nōne aut ꝓpter vtilitatē dicis eſſe pulchra: atq; ad id pulchra cuius vſui ſeruiunt: aut ꝓpter aliquā voluptatē, videlicet q; delectent aſpicientes? An habes p̄terea quicq̃ aliud qđ de corporis pulchritudine dici poſſit? PO. Nihil aliud. SO. Nōne & alia ſimiliter oīa ſiue figuras ſiue colores, vel ꝓpter aliquā voluptatē, vel vtilitatē, aut vtraq;, pulchra appellas? PO. Ita ꝓrſus. SO. Et voces p̄terea, & q̃ ad muſicā ꝑtinēt cūcta ſiliter? PO. Ita. SO. Quinetiam ſtatuta legum & ſtudia non ob aliā cauſam pulchra ſunt, q̄ q; aut cōferūt, aut delectāt, aut vtrūq; ꝑficiūt. PO. Ob aliā certe nullā. SO. Deniq; de diſciplinarū pulchritudīe idē exiſtimaꝰ? PO. Idē ꝑrſus. & pulchre quidem nūc definis o Socrates pulchrū delectatiōe & bono cōferēte definiēs. SO. Nōne turpe cōtrario, ſcilicet dolore, ac malo id ē detrimēto definiēdū eſt? PO. Neceſſe eſt. SO. Quotiens igiť e duobꝰ pulchris alterū pulchriꝰ eſt, vel altero illoꝝ aut ambobꝰ excedens pulchrius eſt. ſ. aut delectatiōe, aut vtilitate, aut ambobus. PO. Prorſus. SO. Rurſus qñ duorum turpium alterū turpius eſt, vel dolore, vel detrimento excedens eſt turpius. An nō neceſſe eſt? PO. Ita. SO. Age itaq; quō paulo ante de inferenda accipiendaq; iniuria dicebať? an nō dicebas, pati iniuriā eē deteriꝰ: facere vero turpius? PO. Dicebā equidē. SO. Si ergo facere turpius eſt q̄ pati: aut moleſtū qdē eſt: ac moleſtia ſuꝑans turpius eſt, aut detrimēto, aut vtriſq;. nōne id etiā neceſſariū? PO. Quid ni? SO. Primo quidē cōſideremus an moleſtia ſuperet: doleantq; magis q inferunt, q̄ qui patiunť iniuriā. PO. Nullo pacto iſtud o Socrates. SO. Quare nō excedit dolore. PO. Nō apparet. SO. Si nō dolore, nec etiā ambobꝰ. PO. Nō videtur. SO. Ergo altero. PO. Altero. SO. Malo igitur atq; detrimento. PO. Apparet. SO. Quāobrē iniuriam facere excedens detrimento deterius erit q̄ pati. PO. Manifeſtum eſt. SO. Nonne & a multis hominibus & abs te ſupra concedebatur turpius eſſe inferre iniuriam q̄ accipere? PO. Ita. SO. Nunc etiam apparuit eſſe deterius? PO. Apparuit. SO. Eligeres ne tu o Pole magis id quod deteriꝰ turpeq; eſt q̄ id quod minus? Ne pigeat reſpondere Pole: nihil enim obfuerit: ſed te rationi tanq̄ medico committas ingenue: atq; reſpondens aut cōcede quæ dico: aut nega. PO. Nunq̄ o Socrates iſtud eligerem. SO. Alius vero quiſq̃ hominum id reciperet? PO. Mihi quidem per hanc rationem non videtur aliquis recepturus. SO. Quāobrem vera dicebam: neq; me, neq; te, neq; alium quēq̃ recepturum facere iniuriam magis q̄ pati, quippe cum ſit deteriꝰ. PO. Apparet. SO. Vides ergo Pole facta argumentorum comparatione ea īter ſe maxime diſcrepare. Nam tibi quidem alii præter me omnes aſſentiuntur: mihi vero ſolus ipſe ſufficis aſſentiendo atq; teſtificādo: cuius ego ſolius ſuffragium ſententiāq; rogaui: cæteros vero dimitto. Atq; id quidē ſic habeto. Poſt hæc autem qđ ſecundo loco dubitabamus: iam conſideremus: vtrum iniuriantem poenas dare maximum ſit malorum, vt ipſe putabas, an maius non dare poenas, vt ego putabam. Conſideremus autē hoc pacto. Dare poenas iniuriarum: atq; iuſte puniri: num idem appellas? PO. Idem. SO. An potes negare iuſta omnia quatenus iuſta ſunt, eſſe pulchra? Et vide vt reſpondeas prouide. PO. Mihi quidem æque ac tibi videtur. SO. Id quoq; animaduerte, an ſi quis agat quippiam, neceſſe ſit eſſe aliqd patiens ab ipſo agente. PO. Videtur. SO. An ergo & hoc pati oportet quod agens agit: & tale inſuper quale agit ipſum? Ceu ſi quis pulſet, neceſſe eſt aliquid inde pulſari? PO. Neceſſe. SO. Atq; ſi vehementer, aut velociter pulſet, ſimiliter pulſari pulſatum? PO. Similiter. SO. Talis ergo paſſio ineſt pulſato qualem efficit pulſans? PO. Omnino. SO. Et ſi quid comburat quis, oportet aliquid idē comburi? PO. Oportet. SO. At ſi vehementer exurat: & vt ita dixerim doloroſe: ſimiliter & vri quod vritur: quemadmodum vrit vrens? PO. Prorſus. SO. Similiter ſi quis ſecat? Secatur enim aliquid. PO. Ita. SO. Ac ſi lata vel ꝓfunda, doloroſa ſit ſectio: tali neceſſe eſt quod ſecatur ſectione ſecari quali ſector ipſe ſecat? PO. Videtur.

Vtrū ſit maximū malorū inferētē iniurias poenas dare an non dare.

Quale aliquid agēs agit, tale quiddam pati patiens.

SO. Conſidera vero ſummatim an qđ modo dicebam in cunctis confiteare: videlicet quale aliquid agens agit: tale quiddam pati patiens. PO. Confiteor. SO. His ergo conceſſis reſponde, nū poenas dare ſit pati aliquid aut agere. PO. Pati. SO. Nonne & a quodam agente? PO. Conſtat: ab ipſo videlicet puniente. SO. Qui autem recte punit, nonne iuſte punit? PO. Iuſte. SO. Iuſta faciens, nec ne? PO. Iuſta. SO. Ergo qui punitur, dum iniuſtitiæ dat poenas, iuſta patitur. PO. Apparet. SO. Iuſta vero dictum eſt eē pulchra. PO. Prorſus. SO. Horum igitur alter quidem pulchra facit: alter vero ſcilicet punitus pulchra patitur. PO. Sic eſt. SO. Q; ſi pulchra, etiam bona. Nam vel iocunda illa ſunt vel vtilia. PO. Neceſſe eſt. SO. Bona ergo patitur quiſquis iuſte punitur. PO. Videtur. SO. Id ergo ſibi prodeſt. PO. Confert. SO. An non vt quo pacto iudico explicem, meliorem reportat animum

ſiquidem iuſte punif?PO.Conſentaneum eſt.SO.Ergo qui luit poenas a prauitate aię liberaf.PO.
Certe.SO.Itaq; maximo liberaf malo. Ita vero cõſidera:circa pecunias aliud ne hoīs malum vides
ꝗ paupertatem?PO.Hanc ipſam.SO.Circa corpus aũt malũ dices imbecillitatẽ,morbũ,deformita
tem,caeteraq; eiuſmodi?PO.Equidẽ.SO.Nõne & in anima malũ aliqd eſſe cẽſes?PO. Quid ni?SO.
Id vero nonne vocas iniuſtitiam,inſcitiam,timiditatem: & alia generis eiuſdem?PO.Maxime.SO.
Cũ igitur haec tria ſint,pecunia,corpus,anima:tria hoꝝ eſſe dixiſti mala: paupertatem,morbum,
iniuſtitiã.PO.Certe.SO.Horum vero malorum qdnam turpiſſimum?Nõne iniuſtitia? et vt ſum
matim dicam:animae vitium?PO.Valde quidem.SO.Q; ſi vitium animi turpiſſimum eſt:ergo &
peſſimum.PO.Qua ratione hoc ais o Socrates?SO.Hac vtiq;.ſemꝑ qđ turpiſſimũ eſt,vel quia do-
lorem,vel quia detrimentum infert maximũ,vel quia facit vtraq;,turpiſſimum eſt: quẽadmodum
per ea ꝗ in ſuperioribus conceſſa ſunt apparet.PO.Maxime.SO. Turpiſſimum vero eſſe iniuſtitiã
& omne animi vitium nõne nobis cõcedebatur?PO.Certe.SO.Quare aut quia moleſtiſſimum eſt
& moleſtia ſuperans,iccirco horum turpiſſimum eſt:aut quia detrimẽtũ affert,aut ꝓpter vtrũq;.
PO.Sic oportet.SO.Nunquid moleſtius eſt iniuſtum eſſe,intemperatũ,ignauũ,imperitum, ꝗ pau
pertate morboq; ꝑmi?PO.Non certe quantum ex his conijcif.SO.Quoniam igitur incredibili qua
dam mirabiliq; magnitudine detrimenti atq; mali vitiũ animę caetera ſuperat mala,iccirco omniũ
eſt turpiſſimum:quandoquidẽ non dolore excedit,vt ipſe ais.PO.Sic apparet.SO.Iam vero qđ ma
ximo excedit damno,maximum oīm eſt malorum.PO.Ita eſt.SO.Quamobrem iniuſtitia,intempe
rantia,caeteraq; improbitas animae,malum eſt omnium maximum.PO.Videtur.SO.Quęnã ars a
paupertate nos liberat?Nõne quaeſtuaria?PO.Haec ipſa.SO.Quae vero a morbo?an non medicina?
PO.Haec Sane.SO.At quaenam a prauitate & iniuſtitia?Sin minus id tibi ſuccurrit,ita conſiderã:
quonam,& ad quos potiſſimum ducimus morbis corporeis aegrotãtes?PO.Ad medicos Socrates.
SO.Quo aũt iniuriãtes atq; diſſolutos?PO.Ad iudices.SO.Vt videlicet puniãtur.PO.Aſſentior.
SO.Nõne q recte puniũt iuſtitia quadã freti puniũt?PO.Proculdubio.SO.Quaeſtuaria ergo pellit
pauꝑtatẽ:Medicina vero abigit morbos:Iudiciaria deniq; intẽꝑrantiã & iĩuſtitiã amouet.PO.Sic
apparet.SO.Quid ergo hoꝝ eſt pulcherrimũ?PO.Quoꝝ dicis?SO.Quęſtuarię,medicinę,iudicia-
riae.PO.Multo exuperat iudiciaria Socrates.SO.Ergo vel voluptatem affert plurimã vel vtilitatẽ
vel ambo ſi modo pulcherrima ſit.PO.Sequif.SO.An ergo curari a medico delectabile eſt?& inter
manus medici oblectanf:dum curanf inf rmi?PO.Nõ apparet.SO.Conducit tñ.nõne?PO.Cõfert.
SO.Q̃m videlicet magno liberanf malo.Quapropter vtile eſt tolerare dolorẽ,vt ſan⁹ euadas.PO.
Proculdubio.SO.An ergo feliciſſimus quãtum ad corpus attinet,is foret q ꝑ medicinam curatus
conualuerit:vel potius qui a principio nõ aegrotauerit?PO.Certe qui non aegrotauit.SO.Nempe
non in hoc conſiſtere videtur felicitas vt liberemur a malis:ſed vt ab ipſo initio ſimus incolumes.
PO.Ita eſt.SO.Quid vero ſi duo male vel corpore vel aīo affecti ſint?vter horum miſerior:num q
curatus liberatur a malo:an qui minime?PO.Qui nõ curaf.SO.Nonne in iudicio puniri, a maxi-
mo quodã malo,id eſt a prauitate liberatio erat?PO.Erat certe.SO.Quippe cum punitio iuſta mo
deref iuſtioreſq; efficiat tanꝗ medicina quaedã improbitatis.PO.Ita eſt.SO.Feliciſſimus ergo q nõ
habet aī vitium.qñquidem id maximum apparuit eſſe malũ.PO.Abſq; dubio.SO.Secundo aũt lo
co q a malo eiuſmodi liberaf.PO.Apparet.SO.Hic vero eſt q correpť⁹ ꝑterrituſq; poenas dederit.
PO.Is ipſe.SO.Peſſime ergo viuit qui iniuſtus eſt nec ab iniuſtitia ſoluitur.PO.Apparet.SO.Nõ-
ne hic ẽ q maximis ꝑpetratis iĩuriis maxiaq; iiuſtitia fręt⁹,effecerit vt neq; corripiaf,neq; puniaf,ne
q; perſoluat poenas:quẽadmodum effeciſſe dicis Archelaum:alioſq; tyrannos & oratores atq; potẽ
tes?PO.Apparet.SO.Ferme eñ eiuſmodi homines o vir optime perinde faciunt ac ſiqs morbis gra
uiſſimis occupatus det operã ne vitiorum ꝗ in corpore ſunt,ſub medico poenas reportet neq; cu
retur:puerorum more formidans vſtionem atq; ſectionẽ,tanꝗ rem moleſtam.Nõne tibi quoq; ita
videtur?PO.Mihi quidem.SO.Quoniam videlicet quanti ſit ſanitas corporiſq; virtus ignoranf.
Videntur autem per ea quę modo cõceſſimus,tale quiddam facere o Pole illi qui iudicium fugiũt:
ad dolorem quidem eius aſpicere: ad vtilitatem vero caeci eſſe:atq; ignorare quanto miſerius eſt
cum animo non ſano ſed fracto , iniuſto, impio , ꝗ cum non ſano corpore degere . itaq; dant ope-
ram ne iudicium ſubeant:neue maximo ſoluantur malo.Eaq; de cauſa pecunias cumulant,compa
rant amicos,eloquentiae ſtudent.At vero ſi nos o Pole vera confeſſi ſumus,ſentis quid ex hac diſ-
curſione ſequatur?An vis ſingula per conſequentiam diſponamus?PO.Vt libet.SO. Nonne con-
uenit maximum eſſe malum iniuſtitiam atq; iniuriam?PO.Videtur.SO.Praeterea mali huius ſo-
lutionem eſſe conſtitit poenas luere? PO.Apparuit.SO.Eas vero effugere mali perſeuerantiam?
PO.Certe.SO.Igitur inter mala magnitudine ſecundum obtinet locum,iniuriam facere. At vero
efficere vt iiuriarum poena minime ſubeatur,omnium natura maximum eſt,primũq; malorum,

PO. Videtur. SO. Hoc eſt igiẽ o amice de quo ambigebamus. Tu quidẽ Archelaum eſſe dicebas fe-
licẽ: qui cum maximas perpetrarit iniurias, nullas pendit poenas. Ego aũt cõtra putabã: videlicet
ſiue Archelaus ſiue alius quis hoĩm iniuriarum ſupplicia non rependat: eũ ante alios eẽ miſerrimũ
ac ſemper eũ qui intulit eo qui patiatur iniuriam, eſſe miſeriorẽ. Deniq; illum qui non luat poenas,
illo qui luat. An non hęc erant: quę a me dicebanẽ? PO. Haec ipſa. SO. Nõne demonſtratum eſt vere
haec dicta fuiſſe? PO. Apparet. SO. Eſto o Pole. ſi ergo haec vera ſunt quidnã opus eſt rhetorica? Nã
pe ex ſuperioribus ſequiẽ oportere diligentiſſime cuſtodire nos ipſos primum quidem ne cui iniu-
riam inferamus: tanq̃ ſatis mali ob hoc ipſum habituros. nõne ita? PO. Ita certe. SO. Deinde vero ſi-
ue per nos: ſiue per alium quempiam nobis charum inferatur ĩiuria, ſpõte noſtra ad iudicem puni-
turum, tanq̃ ad medicum properare: ne antiquatus iniuriae morbus, ſic inficiat animum vt inſana
bilẽ reddat. Quonã alio pacto dicemus o Pole ſi maneant priora illa inter nos conceſſa? Nonne hęc
ita illis neceſſariis conſonant? aliter vero nequaq̃? PO. Quid enim o Socrates dicere poſſumus? SO.
Ad defendendum igitur aut excuſandum iniuſtitiam noſtram, vel parentũ, vel amicorum, aut fi-
liorum, aut patriae iniuriantis nullius o Pole vtilitatis nobis eſt rhetorica. Niſi quis iudicet cõtra
oportere rhetorica vti: ad accuſandum videlicet: primo quidẽ nos ipſos: deinde domeſticos familia
reſq; & alios: ſiquis eorum q nobis chari ſunt, ĩiurias perpetrauerit: ne lateant eoꝝ crimina: ſed pro
ducantur in lucem: vnde poenas illi perſoluant ſaniq; euadant. Praeterea ad compellendũ ſeipſm &
alios ne torpeant neue expaueſcant: ſed forti animo & quaſi conniuentibus oculis iudici tanq̃ me-
dico ſecandos vrendoſq; ſe tradant: bonum ipſum honeſtumq; ſequentes dolore contempto. Itaq; ſi
verberibus digna cõmiſerint, verberandos ſeſe tradant: ſi vinculis, vinciẽdos: ſi mulcta, mulctãdos:
ſi exilio, expellẽdos: ſi nece, necãdos. Qua quidem in re vnuſquiſq; ſuiipſius ſit ſuorũq; accuſator:
atq; ad hoc oratoria facultate vtatur: vt patefactis iniuriis a maximo iniuſtitiae malo ſoluantur.
Ita ne o Pole an aliter dicimus? PO. Abſurda quidem iſta o Socrates mihi videnẽ. Verũtamen tibi
forte ſuperioribus conſonant. SO. Nonne aut ſuperiora illa diſſoluanẽ oportet, aut haec ſequentia
concedantur? PO. Ita ſe res habet. SO. Contra vero reputando, ſi alicui malefacere oportet ſiue ini
mico, ſiue alii cuipiam: id dũtaxat cauendum eſt: ne ipſe ab aduerſario iniuriã patiatur: ac ſi aliis i-
niuriam fecerit inimicus, omni ſtudio prouidendum eſt & verbis & operib⁹ ne luat poenas, neue tra-
hatur ad iudicẽ: ac ſi trahaẽ, contendendum eſt vt inimicus euadat nec puniaẽ. Immo ſiue aurum
multum rapuerit, vt non reſtituat: ſed poſſidens ipſe in ſe, atq; ſuos iniuſte, impieq; diſpertiat: ſiue
morte digna commiſerit ne moriatur vnq̃ ſi fieri põt: ſed immortalis ſit malus. Sin minus id fieri
poteſt, ſaltem vt ſic affectus plurimum tempus viuat. Ad haec & huiuſmodi mihi videẽ O Pole cõ
ferre rhetorica. Illi vero qui non ſit illaturus iniuriam: haud magna eius eſſe videẽ vtilitas: ſi mo-
do in ea eſt vtilitas aliqua. Nam in his quae ſuperius dicta ſunt, nulla prorſus apparuit. CAL. Dic
mihi o Chaerephon: ſerio ne haec loquitur Socrates: an iocaẽ? CHAE. Mihi quidẽ videẽ o Callicles
mirum in modũ loqui ſerio. haud tamen importunum fuerit ab ipſo requirere. CAL. Cupio p deos
dic mihi o Socrates vtrum exiſtimare debeamus te nunc ſerio loqui an iocari. Si enim ſerio loque-
ris: & ſunt vera quae dicis: peruerſa proculdubio nobis eſt vita: atq; omnia agimus contra q̃ decet.
SO. O Callicles niſi nobis ineſſet affectus: & ſi aliis quidem alius: tamen in pleriſq; cõmunis: ſed ali
quis noſtrum proprium quendã ſingularemq; praeter caeteros haberet affectum: haudquaq̃ facile
foret, qđ in ſe quiſq; ſentiret, aliis explicare. Quorſum hęc? Nempe aiaduerto me atq; te nunc idem
pati: cumq; duo ſimus duo quaedam amare. Nam ego philoſophiam amo: tu vero populum Athe
nienſem. Sentio itaq; ſi in concione tibi q̃uis prudenti populus contradixerit, te conſueuiſſe muta
re ſententiam: atq; ea dicere quae illi placere intelligas: nec vllo modo poſſe voluntati eius obſiſte-
re. Quamobrem ſiqs illa quę tu gratia populi dicis admirat⁹ abſurda eſſe obiecerit, reſpõdebis for
ſitan, modo vera fateri velis: niſi is quem tu amas populus mutet ſententiam, nec vnq̃ te muta-
turum. Idem tibi forte contingeret erga priuatum quendã, ſiquem vehementer amares. Arbitra-
re igitur talia a me quędam te audire: nec talia me dicere admireris: ſed da operam vt philoſophia
quã amo hęc velle deſiſtat. Dicit enĩ illa o dulcis amice ſemper quae a me audis. Et ſi familiariũ qui-
dã alias mihi loquitur aliter, philoſophia tamen ſemper eadẽ. Dicit autẽ q̃ tu nunc admiraris. mo
do enim pręſens audiſti. Aut ergo illam, qđ nuper dicebã, redargue: atq; oſtende iniuriam facere nec
dare poenas, nõ extremum eſſe malorum. Aut ſi hoc ſtare ſinis, praedico tibi o Callicles per canem
aegyptiorum deum, nunq̃ te Callicli conſenſurum: ſed in omni vita repugnaturum. Atqui ego o
ꝑantia illi adſit q futurus ſit felix:nõ aũt cupiditatibꝰ oĩa ꝑmittẽda ſunt.Quas explere conari,inex plebile malũ eſt,latroniſq; more vitã agere.Neq; enim cuiq̃ hoĩs q eiuſmodi eſt,amicus eſſe põt, neq; deo.Quippe cũ ſocietas huic cũ aliis nulla eſſe poſſit.Cui vero non ſit ſocietas,amicitia aĩ huic nũq̃ erit.Tradũt vero ſapiẽtes o Callicles,cęlũ & terrã deoſq; & hoĩes ſocietate quadã & amicitia, modeſtoq; ornatu,& tẽperãtia & iuſtitia cõtineri:atq; id vniuerſum ꝓterea mũdũ,ornatũq; o amice nominant,nõ immũditiã neq; intẽperantiã.Tu vero mihi videris q̃uis ſapiens,hæc aĩaduertiſſe nunq̃,ꝑfecto te latuit geometricã ęqualitatẽ in deis atq; hoĩbꝰ valere q̃plurimũ.At vero tu exceſſum exercẽdũ putas:Geometriã nãq; cõtẽnis.Age itaq; vel refellẽdus eſt ſermo ille noſter,quaſi nõ iuſtitiæ tẽperantiæq; poſſeſſione beati fiant qcũq; beati,prauitatis vero miſeri:vel ſi verus eſt,cõſiderandũ eſt qd ſequat̃.Nẽpe priora illa o Callicles ſequunt̃ oĩa:in qbꝰ tu a me q̃rebas an ſerio loquerer:vbi dicebã accuſandũ eſſe & ſeipſum & filiũ & amicũ,ſiqd iniuſte fuerit ꝑpetratũ:atq; ad id vtẽdum eſſe rhetorica.Et q̃ tu Polũ verecundia adductũ putabas cõceſſiſſe,vera vtiq; erãt:videlicet ĩiuriam facere quãto turpius eſt q̃ pati,tãto eſſe deteriꝰ:atq; eũ qui rectus futurus ſit orator,oportere iuſtũ eſſe:& q̃ iuſta ſunt,ſcire.Qđ qdẽ rurſus Gorgiã ob verecũdiã cõceſſiſſe Polus ait. Cum vero hęc ita ſe habeãt:cõſideremus q̃ ſunt illa in qbus me ipſe vitupas:nũ recte dicat̃ nec ne:me videlicet nõ poſſe vel mihi vel amicis atq; domeſticis opẽ ferre:neq; ex maximis ꝑiculis liberare.at eẽ me in ꝑtãte libidineq; cuiuſq;,quẽadmodũ abiectiſſimi qq; ſolẽt:ſiue pulſare velit qs,vt tu iactabundus dicebas,ſup genã,ſiue pecunias rape,ſiue vrbe expellere,ſiue vltimo ſupplicio afficere . Ita vero affectũ eſſe turpiſſimum oĩm eſſe dicebas.Mea vero ſñia iã ſæpiꝰ dicta,atq; rurſus nihilo ꝓhibente dicẽda,cõtra ſe habet:videlicet nõ eſſe turpiſſimũ o Callicles iniuſte genã ꝑcuti: vel corpus marſupiumve cædi:ſed ꝑcutere iniuſte atq; cædere,mihi meiſq; turpiꝰ atq; deterius.Itẽ furari,& in ſeruitutẽ adducere,muroſq; ſuffodere,atq; ſummatim quãlibet iniuriã facere,eſſe ei qui facit deteriꝰ ſimul & turpiꝰ,q̃ accipere.Hęc ſupius a nobis cõceſſa,vt ego aſſero,cõtinẽtur atq; vinciunt̃,& ſi dictu ruſticius eſt,ferreis adamantiniſq; rõnibꝰ:qbus vt ita ſentiã,adducor.Quas niſi tu,aut aliqs te robuſtior diſſoluat,fieri nõ põt vt aliter dicẽdo,q̃ vt nunc ipſe dico,recte dicat̃.Nã mihi quidem ſemper idẽ ꝑmanet ſermo:me videlicet hæc neſcire quo pacto ſe habeãt:attñ nullũ eoꝝ qui cũ hactenꝰ loquutꝰ ſum,quẽadmodũ mõ vobiſcũ,potuiſſe vnq̃ aliter dicẽdo nõ ridiculũ appere.Quãobrẽ hęc iterũ pono ita ſe habere.Qꝫ ſi ita ſe habeãt:atq; iniuria maximũ q eã facit ẽ maloꝝ:cũq; hoc ſit maximũ:illud inſup maius eſt iudicãdũ:videlicet ipm qui fecerit,nunq̃ dare pœnas:qđ tandẽ auxiliũ erit illud:qđ quiſqs ſibimet afferre nõ poſſit,reuera ſit contẽnẽdus?Nõne hoc qdẽ maximũ a nobis amoueat detrimẽtum?Profecto neceſſe eſt hoc eſſe turpiſſimũ:nõ poſſe auxiliũ eiuſmodi ꝓſtare ſibi ipſi amiciſq; ac ꝓpinquis.Scđm vero auxiliũ aduerſus malũ ſecũdũ:tertiũ cõtra tertiũ:cæteraq; ſimiliter:ꝓut cuiuſq; mali magnitudo ſe habet.ita vt pulchrũ ẽ opẽ afferre poſſe:& turpe nõ poſſe. Nunqd aliter q̃ ſic ſe res habet o Callicles?Certe nõ aliter.Cũ igit̃ hęc duo ſint, facere iniuriã,ac pati:maius vtiq; malũ eſſe dicimꝰ inferre,minus aũt pati.Qđnã igit̃ auxiliũ ſibi cõparans aliqs:vtrũq; potiſſimũ cõſequet̃:vt neq; inferat iniuriã,neq; accipiat?vtrũ potentiam an voluntatẽ?Sic aũt dico:vtrum ſi nolit pati iniuriã nõ patiet̃:an ſi potẽtiã ſibi cõparauerit,ita dũtaxat non patiet̃.Conſtat certe ſi potentiam.Quid aũt in inferẽdo?vtrũ ſiquis iniuriari nolit,ſatis erit remedii?Neq; eñ iniuriam inferet.An ad hoc inſup potẽtia quædã & ars eſt comparanda:quã niſi quis didicerit atq; exercuerit:iniuriam faciet?Cur non mihi ad id ſaltẽ rñdes o Callicles?vtrum ego atq; Polus tibi videmur recte ſupioribus coacti rõnibus fuiſſe nec ne?qñ confeſſi ſumus:neminẽ volẽtẽ iniuriã facere:ſed inuitos hanc inferre quicũq; inferant.CAL.Eſto tibi id ita o Socrates:vt diſputationem hãc concludas.SO.Ad hoc itaq; potentia quædam & ars comparanda videt̃,necui faciamus iniuriam? Omnino quidem.Quænam igit̃ ars eſt ad facultatem comparandam:per quam vel nullam qs,vel minimam iniuriam patiatur?Conſidera vtrũ tibi idẽ videat̃ qđ & mihi . Mihi qdẽ ita videtur:vel oportere principatum in repu.obtinere:vel vſurpare tyrannidem:vel cum præſenti gubernatione habere commercium.CAL.Vides o Socrates q̃ paratus ſim ſiquid recte dixeris comprobare.Profecto id mihi recte nimium abs te dictum fuiſſe videtur.SO.Conſidera præterea hoc,ſi recte dicere tibi videor.Amicus mihi videtur quiſq; eſſe cuiq; maxime:quẽadmodũ antiqui ſapienteſq; tradunt:vt maxime ſimilis eſt.nõne & tibi?CAL.Mihi quidẽ.SO.Nõne vbi tyrãnus ferus rudiſq; dominatur,ſiquis ea in vrbe multo melior ſit,tyrannus hunc formidabit:atq; huic nunq̃ tota mente amicus eẽ poterit?CAL.Sic accidit.SO.Neq; ſi multo ſit deterior?cõtẽnet enim eum tyrãnus:neq; vnq̃ tanq̃ erga amicum afficietur.CAL.Vera narras.SO.Solus ergo amicus huic eſſe poterit apđ eum exiſtimatione dignus:qui cum moribus ſimilis ſit,eadẽq; laudet atq; vitupet:ſubeſſe velit domino & parere.Hic nimirum magnã in ea ciuitate habebit potẽtiam:hunc iniuria impune nullus afficiet.nonne ita ſe res habet?CAL.Ita.SO.Siquis ergo in hac vrbe ex ipſa iuuentute cogitet qua

potiſſimũ rõne magnã comparare potẽtiã valeat: adeo vt nullus iniuriã ſibi queat inferre: hæc ipſa
vt videť,illi via eſt:ſtatim ab adoleſcẽtia ſeipſum aſſuefacere:vt iiſdẽ gaudeat atq; doleat,quibꝰ &
dominus:atq; ita ſecõparare vt illi ſit q̃maxime ſiſis.nõne ita?CAL.Ita.SO.Hic ergo vt pñs ſermo
ſignificat aſſequeť:vt iniuria inferri ſibi nõ poſſit:magnãq; habeat in ciuitate potẽtiã.CAL.Prorſus.SO.Nunqd etiã aſſequeť vt iniuriã inferat nemini?an potiꝰ multũ abeſt?ſiqdẽ iniuſto principi
ſiſis erit:magnęq; auctoritatis apud eũ. Verũ puto eiuſmodi vitę ſtatũ huic ad id accõmodatiſſimũ eſſe:vt q̃ maxime facere iniurias poſſit:pœnaſq; iniuriarũ penitus deuitare.nõne ita?CAL.Apparet.SO.An nõ hic malo occupabiť maximo,cũ flagitioſus ſit,aĩmq; infectũ habeat ob imitationẽ
dñi ſimileq; potẽtiã?CAL.Neſcio quõ ſermonẽ o Socrates ſurſũ deorſumq; vertas. An neſcis eũ q
ſic imitať,poſſe eũ q nõ imitať,occidere mõ velit:pĩmonioq; expoliare?SO.Scio eqdẽ o bone Callicles,niſi ſurdus ſum:cũ nõ ſolũ abs te,verũetiã a Polo nup:& a cęteris ferme oĩbus in ciuitate idẽ
frequẽter audiuerim.at ipſe me audi.pfecto iterficiet,mõ velit:ſed malus honeſtũ atq; bonũ.CAL.
At hoc ipm grauiter ẽ ferẽdũ? SO.Nõ certe viro mẽtẽ habẽti:vt & tuꝰ ſermo ſignificat.An putas
in hoc ipſo multũ ab hoĩe laborãdũ: vt q̃diutiſſime viuat:eaſq; artes mediteť q̃ nos ſeruare ſemp a
piculis poſſint:qualis rhetorica eſt:ad quã tu me capeſſendã exhortaris,ĩ iudiciis nos ſępe ſeruãtẽ?
CAL.Per Iouẽ tibi recte cõſulo.SO.Quid vero vir optime? nãdi pitia pclara tibi videť?CAL.Non
p Iouẽ.SO.Attñ ſeruat hęc hoĩes ab interitu:quotiẽs illuc inciderint vbi eiuſmodi ſit opus ſciẽtia.
Q; ſi hęc tibi videť exigua:ego maiorẽ hac adducã,gubernatoriã.ſ.q̃ nõ ſolũ vitã,verũetiã corpora & pecunias ab extremis ſeruat piculis:nõ ſecus q̃ rhetorica.atq; hęc tñ humilis ẽ atq; modeſta:
nõ iactabunda:neq; ampulloſa:q̃ſi mirabile aliqd conſequuta. Sed cũ eadẽ efficiat q̃ rhetorica,ſi ab
Aegina hucuſq; nos ſeruet,duos dũtaxat exigit nũmos.Si vero ex ęgypto vl' Põto ſalua reduxerit
q̃ mõ diccbã,nos & filios vxoreſq; & diuitias:duas drachmas expoſtulat:atq; ipſe hac arte pditus
quive hac pfecerit,deſcẽdẽs,in littoreq; ſecus mare nauẽq; deambulãs nequaq̃ ſe effert:neq; inflať.
Aĩaduertit eñ,vt arbitror,incertũ eſſe vtrũ pfuit vel obfuit illis quos ſeruauit ne fluctibꝰ mergerenť:intelligẽs ſe nihilo vel corpore vel aĩo meliores reduxiſſe illos q̃ accepit ab ĩitio nauẽ ingredientes.Cogitat ergo ſi qs magnis inſanabilibuſq; morbis corporis pſſus in mari nõ pereat,hũc iõ miſerũ eſſe qa nõ periit:nec vllã ab ipſo ſuſcepiſſe vtilitatẽ.Siqs aũt in aĩo q̃corpore ptioſior eſt,multos
inſanabileſq; habeat morbos:nunqd huic viuẽdũ eſt?eiq; vtilitatẽ afferret,ſiue ex mari,ſiue ex iudicio,ſiue aliũde qs ipm ſeruet?Sed pfecto nouit flagitioſo hoĩ vt viuat non expedire.Neceſſe eſt eñ
vt male viuat.Quãobrẽ nulla extat lex p quã gubernator q̃uis nos ſeruet gloriari poſſit,atq; ĩ honore haberi:neq; o vir mirifice ipſe machinarũ faber:q nedũ gubernatore,ſed etiã exercitꝰ duce,vl'
quouis alio nõ minus interdũ ſeruare põt: quippe cũ ciuitatibus iterdũ totis ſalutẽ pſtet:adeo ne
cauſidicũ huic poſſis æquiparare.Atq ſi vellet hic o Callicles quẽadmodũ vos facitis rem ſuã extollere,nimirũ vos verbis obrueret,exhortãs oẽs vt fabri machinarũ efficiãť:quaſi nulliꝰ momẽti ſint
cętera.Nõ eñ ſibi deeſſet materia. Verũtñ hũc ipſe artẽq; eiꝰ nihilominus cõtẽneres:ac velut p cõtumeliam machinariũ vocitares:nec eiꝰ filio tradere filiã tuã velles,neq; etiã tu filiã eius acciperes.
Quis ex qbus rõnibus facultatem tuã laudas:quonam pacto vel machinariũ vel alios quos paulo
ante cõmemoraui,iuſte poteris aſpernari?Dicturum eſſe te arbitror.meliorẽ te eẽ:atq; ex melioribꝰ
ortum.Ipſum vero qđ meliꝰ diciť,ſi nõ eſt id qđ ego dico:ſed hoc ipſum virtus eſt, ſeruare ſeipſum
qualiſcũq; ſit,atq; ſua:certe ridicula tibi vituperatio eſt aduerſus machinariũ vel medicũ aliaſve artes,quotcũq; ſalutis gra ſunt inuẽtę.Cęterũ o beate vide ne aliud ſit generoſum atq; bonũ,q̃ ſeruare atq; ſeruari.Neq; eñ viuere hic quantũcũq; tps,optandum eſt viro q vere ſit vir:neq; vita hæc
amanda eſt:ſed hãc deo curã relinquere debet:mulieribuſq; fide adhibita,dicentibus neminẽ vitare poſſe fatũ:id in primis conſiderare,qua rõne ĩ hoc ipſo tpe quo vita fungiť q̃ optime viuat.Nũqd ciuibus qbus cũ viuit,perſimilẽ ſe præſtãdo?& nunqd oporteat te nũc ſimillimũ euadere Atheníenſium populo ſi amicus huic ſis futurus,magnęq; auctoritatis in populo?Cõſidera igiť vtrũ id
tibi mihiq; expediat nec ne:Neue id nobis o beate vir eueniat: qđ Theſſalicis mlierıbꝰ deducẽtibꝰ
lunam euenire tradũt cũ amiciſſimis:optio nobis ſit huius potẽtiæ.Si aũt ipſe putas quempiã hoĩm
artem quandam eiuſmodi traditurũ p quã in ciuitate hac potens efficiaris:q̃uis gubernationi publicæ ſis diſſimilis ſiue melior,ſiue deterior:haudquaq̃ recte vt mihi videť o Callicles cogitas . Non
enim imitatorẽ,verũ ipſa natura perſimilẽ eſſe iis oportet ſi magnum aliqd aſſequuturus ſis:ad beneuolentiã Athenienſis populi cõparandã:ac p Iouem inſup Pyrilampi.Quiſquis te his efficiet ſimilem:is faciet quẽadmodũ cupis,vt ciuilis ſis:atq; rhetoricus.Nempe oẽs iis verbis q̃ ſuis moribꝰ
conſentanea ſunt,delectantur,diuerſiſq; turbanť.Niſi tu forte o lepidũ caput aliđ afferas. Dicimꝰ
ne aliquid ad hæc o Callicles?CAL.Neſcio quomõ bene dicere mihi videris o Socrates.Euenit mihi tamen:quod multis accidere aliis cõſueuit:nam haud magnam tibi habeo fidem.SO.Amor po-

Mulierũ dictũ neminẽ vitare poſſe fatum.

Lepidũ caput:

puli o Callicles tuo inſitus aío reſiſtit mihi : verũ ſi ſępius meliuſq; hęc eadẽ cõſiderauerimus,tibi
forte ꝓbabilia videbunť.Recordare igiť duas a nobis narratas eſſe ꝑparationes tã ad corpus ꝗ ad
aím ꝑtinẽtes.Quarũ altera qdẽ tẽdat ad voluptatẽ:altera vero ad id qđ meliꝰ eſt,nõ gratificãs,ſed
repugnãs.Nõne hęc in ſupioribꝰ definiuimus?CAL.Prorſus.SO.Et quæ declinat ad voluptatẽ,ſer
uilis:neq; qcq̃ aliud eſt ꝗ adulatio.nõne ita?CAL.Eſto qdẽ ſi tibi placet.SO.Altera vero ſtudet vt
ꝗprimũ ſit qđ curamꝰ:ſiue aía ſiue corpus.CAL.Oĩno.SO.Igiť ſic reipu.ciuiũq; capeſſenda nobis
eſt cura:vt ciues ipſos bonos efficiamus.Alioquin quẽadmodũ ſupius meminimus,nihil ꝓdeſt bñfi
ciũ aliud cõferre:niſi honeſta & bona ſit mẽs eoꝝ q accepturi ſunt vel pecunias multas:vl' imperiũ
vel aliã quãlibet ptãtẽ.Ponimus ſic eſſe,nec ne?CAL.Prorſus ſi tibi placet.SO.Si ergo nos inuicem
o Callicles cohortaremur publice ciuilia ptractãtes ad murorũ,vel naualiũ,vel tẽploꝝ ingentia ędi
De cõprobati one a magřo habito & ope. ficia:vtrũ oporteret cõſiderare noſipſos atq; agnoſcere primũ qdẽ an eius artis ſciam habeamꝰ nec
ne:& a quo didicerimꝰ:& oporteret id fieri nec ne? CAL.Prorſus. SO.Scđm vero ſiqñ priuatim ꝓ
nobis vel ꝓamicis aliqđ cõſtruximus ędificiũ:& nunqd eiuſmodi machina pulchra ſit vel turpis.
Q; ſi inuenerimus magiſtros nobis bonos ꝓſtanteſq; fuiſſe,multaq; ędificia atq; ꝓclara,tũ vna cũ
magiſtris,tũ a nobis ipſis ędificata,tũc demũ rõni cõſentaneũ eſſet ad publica nos cõferre.At vero
ſi neq; magiſtrũ noſtrũ poſſimus oñdere:ędificia quoq; aut nulla,aut nõ bñ conſtructa:ſtultũ certe
foret,opa aggredi publica,noſq; ad ipſa inuicẽ cohortari.Fatemur recte hęc dici,nec ne?CAL.Pror
ſus.SO.Nõne ſilr & in cęteris oĩbus:atq; ſi ciuilia ptractãtes inuicẽ cohortaremur,quaſi idonei ſi
mus medici cõſiderare ĩuicẽ ego te tuq; me hũc ĩ modũ debemꝰ.Age ꝑ deos,ipſe vero Socrates,quo
nã pacto affectũ ad ſanitatẽ corpus habet?vel qſnã aliꝰ Socratis opa euaſit a morbo ſiue liber,ſiue
ſeruus?Ego quoq; de te eadẽ rõne cõſiderare deberẽ:atq; niſi inueniremus aliquẽ ꝑ nos factũ fuiſſe
ſanũ vl' ꝑegrinoꝝ vl' ciuiũ,ſiue virũ,ſiue mulierẽ,ꝑ Iouẽ o Callicles valde ridiculũ foret in tãtũ amẽ
tiæ ꝓceſſiſſe vt priuſq̃ priuatim multa tẽtauerimus,multaq; ꝑfecerimus,& abunde artẽ exercueri
Prouerbiũ:fi gulariã in ipſo vaſe diſcere aggredimur. mus,figulariã vt dici ſolet,in ipſo vaſe diſcere aggrediamur,& ipſi ad rẽp.accedẽtes,& ad eã alios
ꝓuocãtes.Nõne id tẽtare ſtulti hoĩs eſſe putares? CAL.Nimirũ.SO. At vero o viroꝝ optime,cũ
tu nuꝑ adminiſtrare rẽpu.cœperis: ac me inſup exhorteris:q; vt id nõ faciã reꝑhendas:nõne ita in
uicẽ cõſiderare debemꝰ. Agedũ Callicles quẽnã ſuoꝝ ciuiũ reddidit meliorẽ?Eſt ne qſq̃,q cũ antea
improbus & iniuſtus & incõtinens atq; ĩprudẽs eẽt:tãdẽ vero Calliclis opa honeſtus bonuſq; euaſe
rit,ſiue ꝑegrinus,ſiue ciuis,ſiue ſeruus,ſeu liber?Dic mihi ſiqs id abs te exigat,qdnã rñdebis o Cal
licles?quẽ adduces aliqñ factũ tua cõſuetudine meliorẽ? An rñdere te piget ſi aliqđ eiuſmodi ẽ opꝰ
tuũ factũ prius abs te priuatim,ꝗ ad rẽpu.te cõferres?CAL.Cõtẽtioſus es o Socrates.SO. At non
cõtẽtionis cã id regro,ſed reuera cupiditate diſcẽdi quẽadmodũ adminiſtrãda nobis publica cẽſeas
an alia hñda ſit circa rẽpu.adeũtibꝰ ꝗ vt optimi ciues efficianť:an nõ ſępius iã cõfeſſi ſumus id eẽ
ciuili hoĩ faciendũ?Nũ cõfeſſi ſumus?Rñde queſo.ꝓfecto cõfeſſi ſumus:vt ego ꝓ te rñdeã.Si igitur
ad id in ſua ciuitate vir bonus incũbere debet,nũc in memoriã reuocãs mihi dicas velim,nunqd il
li quos in ſuperioribꝰ cõmemoraſti,adhuc tibi viri boni fuiſſe videanť,Pericles,Cimon, Miltiades,
Themiſtocles.CAL.Mihi qdẽ.SO.Nõne ſi viri fuere boni vnuſqſq; illoꝝ ciues ex deterioribꝰ reddi
dit meliores?Nõne ita?CAL.Ita.SO.Si ita eſt:ergo qñ Pericles primo orare cœpit ad populũ, dete
riores erãt Athenienſes,ꝗ cũ poſtremã ad eos habuit orõnẽ.CAL.Forſitan.SO. Nõ licet o vir optĩe
dicere forſitan.Nã ex his ꝗ cõceſſimus neceſſario ſequiť:ſi mõ bonus erat ille ciuis.CAL.Quid tũ?
SO.Nihil.verũ ad hęc id mihi dicas:nunqd dicanť Athenienſes Periclis opa meliores eẽ facti,aut oĩ
Pericles fecit Athenienſes pigros,timi dos,loquaces. no cõtra ab illo corrupti.Sane Periclem audio Athenienſes feciſſe pigros,timidos,loquaces,auaros:
primũq; mercenaria ſtipẽdia induxiſſe.CAL.Ab his q fractas hñt aures hęc audis o Socrates.SO.
At hęc nõ ampliꝰ audio,ſed apertiſſime ſcio:ego qdẽ atq; tu:videlicet Periclẽ ab initio magno in pre
tio fuiſſe habitũ:neq; turpẽ ſniam aduerſus eũ vllã tuliſſe Athenienſes,dũ praui erãt:poſtꝗ vero ho
neſti & boni ab ipſo facti ſunt,in extremo eiꝰ vitę furti ipm cõdẽnauiſſe:parũq; abfuiſſe qn vltimo
Periclem furti accuſatũ vix euaſiſſe. ſupplicio quaſi malũ virũ afficerẽt.CAL.Quid ergo?malus ne ꝓpterea Pericles vir extitit?SO.Ta
lis qdẽ aſinoꝝ curator & equoꝝ atq; hoĩm malus videť:ſi cũ eos accepit,neq; calcitroſos, neq; cor
nupetẽtes,neq; mordaces effecerit:vt hęc ob feritatẽ habeãt vitia.An ñ tibi videť ille cuiuſlibet aía
lis malus eẽ curator : qui cũ accepit mãſuetũ,magis ferũ reddiderit ꝗ accepit? Videtur tibi nec ne?
CAL.Cõcedo eqdẽ vt tibi gratũ faciã.SO.In hoc ꝑterea gratificare mihi rñdẽs vtrũ hõ vnũ ſit aía
liũ nec ne.CAL.Quid rogas?SO.Nõne hoĩm curã Pericles habebat?CAL.Hẽbat.SO. Quid ergo?
an nõ oporteat ipſos quẽadmodũ mõ cõſenſimꝰ,iuſtiores ex iuſtioribꝰ ab illo fuiſſe factos? ſiqdẽ ille
q curabat eos ĩ rebꝰ ciuilibꝰ ꝑitus erat.CAL.Prorſus.SO.Nõne iuſti mãſueti ſunt,vt ait Homerꝰ?
tu vero qd ais? nõne ſilr?CAL.Aio.SO.Veruñ feros magis ipſos reddidit ꝗ acceperat:idq; aduerſꝰ
ſe ipſum:qđ qdẽ minime voluiſſet.CAL.Vis ne tibi aſſentiar?SO.Si videor tibi vera loqui.CAL.Sint

iſta.SO.Proinde ſi magis feros,ergo iniuſtiores atq; deteriores.CAL.Eſto.SO.Quãobrẽ nõ bon⁹ ad rẽpu.adminiſtrandã ciuis Pericles erat:vt rõ hęc oñdit.CAL.Nõ vt ipſe ais.SO.Per Iouẽ neq; vt tu inqs per ea q̃ cõfiteris.Rurſus aũt mihi de Cimone dicas:nõne relegauerũt eũ illi quos ipſe curauerat:vt vocẽ ei⁹ decẽnio nõ audirẽt?Praeterea aduerſus Themiſtoclẽ idẽ fecerũt:atq; exilio inſup dãnauere.Milciadẽ vero q in Marathone pugnauit,i carceris barathrũ detrudere decreuerũt:ac niſi obſtitiſſet magiſtrat⁹,pculdubio incidiſſet.At vero ſi boni,vt tu ais,hi fuiſſent viri:talia nunq̃ pceſſi fuiſſent.Etenĩ aurigę boni,nõ ab initio qdẽ nõ excidũt:poſtq̃ vero equos curauerit,ipſiq; meliores facti fuerint aurigę,tũc excidũt.pfecto nõ eſt ita vt in aurigaria vel in alio quouis ope:an tibi videt̃?CAL.Minime.SO.Vera igit̃ erant q̃ a nobis in ſupiorib⁹ dicebant̃:nullũ videlicet i hac ciuitate nos virũ ſcire extitiſſe:q in repu.bonus ciuis eẽt habẽdus.Tu vero cõfeſſus es nullũ ex his q nũc ſunt,eſſe talẽ:ex his aũt q pceſſerũt,extitiſſe nõnullos:atq; iter eos qdẽ hos viros p̃ cęteris elegiſti.Hi vero nõ aliter ſe habere hac in re q̃ q nũc ſunt,apparuerũt.Quapropter ſi hi oratores fuerũt neq; vera rhetorica vſi ſunt:alioqn nunq̃ cecidiſſent:neq; adulatoria.CAL.Multũ tñ abeſt o Socrates vt qſq̃ eo℞ q nunc ſunt talia geſſerit:qualia iſto℞ quis geſſit.SO.O beate nec ego quantũ ad ciuitatis adminiſtrationẽ ptinet:iſtos vitupo.imo vero hac in re mihi vident̃ diligẽtiores q̃ hi noſtri fuiſſe:aptioreſq; ad illa cõficiẽda,q̃ ciuitas cupiebat.Verũ i eo ꝙ caſtigare ciuiũ cupiditates oporteat:neq; illis obſecũdare:ſed & pſuadẽdo & cogẽdo ad hoc ipm pducere vñ meliores futuri ſint ciues:nihil,vt ita loquar,inter hos atq; illos intereſt.quod qdẽ ſolũ eſt boni ciuis officiũ.At tñ tibi cõfiteor illos his aptiores fuiſſe ad naues,naualia,moenia,aliaq; eiuſmodi multa reipu.cõparanda.In rẽ ergo ridiculã ego ac tu diſputãdo reuoluimur:ſiqdẽ in oĩ hac diſputatiõe i idẽ aſſidue circũferimur:qd dicam⁹ muicẽ ignorãtes.Ego eñ te ſępius conceſſiſſe arbitror:atq; cognouiſſe geminã hãc eſſe facultatẽ circa corp⁹ & circa aiam curatricẽ.Et alterã qdẽ miniſtrã:p quã q̃ corpus cupiat,cõparent̃:veluti ſi fameſcat,cibi:ſi ſitiat,potus:ſi frigeat veſtes,ſtramẽta,calcei,cæteraq; q̃ ad vſum corporis exigunt̃.Et pfecto dedita opa eaſdẽ p imagines tibi loquor,vt facili⁹ intelligas,ho℞ eẽ paratorẽ,vel cauponẽ,vel mercatorẽ aut opificẽ alicui⁹ iſto℞:videlicet piſtorẽ,aut coquũ,aut textorẽ,aut calceo℞ ſutorẽ,infectorẽ p corio℞.nec mirũ eſt eũ q talis ſit,videri corporis curatorẽ,tã ſibi q̃ aliis ignorãtib⁹.eſſe pterea artẽ quãdã gymnaſticã atq; medicinã:in qbus curatio corporis re vera cõſiſtit.Quã decet hmõi artib⁹ impare:eariiq; opib⁹ vti,ppterea ꝙ ſciam habeat boni atq; mali quãtũ ad corpis ptinet alimẽta atq; valitudinẽ.Qđ qdẽ ab his aliis oĩb⁹ ignorat̃.Quã ob cãm dicẽdũ eſt:has qdẽ ſeruiles miniſtraſq; & illiberales eſſe circa corpis cultũ:gymnaſticã vero & medicinã his merito dñari.Hæc igit̃ eadẽ eſſe etiã circa aĩm videris mihi interdũ cognoſcere:mihiq; cõcedis tanq̃ qd dicã intelligẽs.verum paulopoſt adducis i mediũ viros pclaros & bonos in hac ciuitate quõdã fuiſſe:atq; me q̃rẽte qnã iſti fuerit,videris mihi ſimillimos pferre hoĩes circa rẽpu.ac ſi me pcõtãte qnã fuerint aut ſint boni circa gymnaſticã corpo℞ curatores,rñderes mihi & valde qdẽ ſerio,Thearion piſtor:& Mithec⁹ q de Siculo℞ arte coquaria ſcripſit:& Sarãbus caupo:quaſi hi mirabiles corpo℞ cultores extiterint:quo℞ hic ſuaues panes:ille epulas:ille vinũ pparabat.Fortaſſe igit̃ indigne ferres ſi tibi dicerẽ:nihil o bone vir de gymnaſtica itelligis.Quippe cũ miniſtros mihi i mediũ afferas,cupiditatũq; aſſertores:qd honeſtũ bonũve ſit i his,nequaq̃ diiudicãtes:ſed vtcũq; cõtingit iplẽtes corpa hoĩm eaq; ſaginãtes.Qui & laudant̃ ab ipſis,cũ tñ ob nimiã ipletionem carnes illis veteres diſſipauerit,poſteaq; aduẽtãte morbo:q ita nutriti ſunt,eos qdẽ qui poſtea conſuluerũt ob ignorãtiã accuſant:eos vero q ad libidinẽ nutriuere nequaq̃.Cũ inquã repletio talis tanq̃ imoderata tãdẽ infert morbũ,tũc pñtes cõſultores criminant̃ & iprobãt:atq; iniuria inſup ſi queant afficiũt:priores vero illos q cãm morbi dedere,laudib⁹ efferũt.Et tu nũc o Callicles ſimillimũ qddã facis laudãs hoĩes q hos nutriuere:atq; his rebus quarũ cupido icefferat,ipleuerũt:quos aiũt magnã effeciſſe ciuitatem.ꝙ aũt tumẽs & intus maleſana iã ſit ob antiquos illos,nõ ſentiũt.Abſq; eñ tẽperãtia & iuſtitia portib⁹,naualib⁹,moenib⁹,tributis,vectigalib⁹,& hmõi nugis ciuitatem hãc ipleuerũt.Qñ igit̃ morbus erũpit:tũc illi q in pñtia gubernãt rẽpu.improbant̃.Themiſtocles vero ipſe & Cimo & Pericles q malo℞ cã fuere,laudant̃.Tu vero forſitan niſi caueas capieris & amicus me⁹ Alcibiades,qñ pter illa q̃ acqſita erãt,vetera quoq; erũt amiſſa:q̃uis malo℞ cã vos nõ ſitis:ſed vna cũ cęteris cã.Atq ego rẽ ſtultã & nũc cerno & de antiqs illis audio.Sentio eñ qñ ciuitas aliquẽ ex his q in repu.verſant̃ iniuſtitię dãnare aggredit̃,grauiter eos ferre atq; ſe affiicta re quaſi iniqua patiant̃ q bñficia in rẽpublicã multa cõtulerit.Nãpe aiũt iniuſte ſe ab illa damnari.Qđ oĩno falſum eſt.Nunq̃ eñ reipublicę gubernator iniuſte dãnat̃ ab ea cui pẽſt ciuitate.Videt̃ aũt idẽ euenire his q in repu.verſant̃,ac ſophiſtis.Sophiſtæ eñ q̃uis in cæteris ſapientes,in hoc tñ vno abſurde ſe gerunt:ꝙ cũ ſe docere virtutes affirmẽt:ſępe tñ diſcipulos velut ingratos accuſãt atq; iniuſtos:q bona ab eis reportarint,mercedem tñ nullã aut grãm referant.Quo qdẽ ſermone

Decretum aduerſ⁹ Cimoné.
Themiſtocles i exiliũ miſſus
Decretum aduerſus Milciadem.

nihil a rõne eſt alienius: q̧ videlicet viri boni iuſtiq; facti,& ab iniuſtitia p̃ceptoris opa remoti,atq;
iuſtitia p̃diti,iniurias ea ipſa iniuſtitia quã non habẽt p̃ceptoribꝰ inferant.an nõ videt̃ tibi o amice
id abſurdũ?Reuera cõcionari me o Callicles coegiſti rñdere nolẽs.CAL.Tu vero p teipſm dicere nõ
potes niſi qs tibi rñdeat?SO.Videor eqdẽ:& nũc frequẽtes iã extẽdo ſermones,dũ ipſe mihi non vis
rñdere. Sed o bone vir p Iouẽ amicabilẽ mihi dicas,an nõ p̃ter rõnẽ tibi videt̃ vt is q dicat ſe bonũ
aliquẽ reddidiſſe,de eodẽ conquerať quaſi q bonus ab ipſo factꝰ eſt ſit & malus?CAL.Mihi qdẽ vide-
tur.SO.Nõne audis illos q docere virtutẽ p̃fitent̃,talia conqueri?CAL.Equidẽ:ſed qdnã de hoĩbus
nullius p̃tii potes dicere?SO.Quid vero de illis diceres qui reip.p̃eſſe ſe aiũt,atq; vt illa q̃ optima ſit
diligenter excogitare:ruſuſq; ipſam accuſant put accidit,tanq̃ peſſimã?putas ne hos ab illis differ
re?Idẽ pfecto eſt o vir beate ſophiſta ac rhetor,vel ppinquũ aliqd atq; ſimile:quẽadmodũ ad Polum
ego dicebã.Tu aũt ppter ignorantiã p̃clarum qddam putas eſſe rhetoricã:ſophiſticã vero cõtẽnis.
Sed reuera pulchrior eſt ſophiſtica q̃ rhetorica:quo & pulchrior eſt conditrix legũ q̃ iudiciaria:&
gymnaſtica q̃ medicina.Solis aũt cõcionatoribus & ſophiſtis minime arbitror cõcedẽdũ:vt de eo qd̃
ipſi docent,quaſi ſibi ſit malũ conquerãt.Alioquin in eadẽ ipſa accuſatione ſeipſos pariter criminẽ
tur,quaſi nihil iis pfecerint qbus vtilitatẽ attuliſſe ſe dicũt.nõne ita ſe res habet?CAL.Ita prorſus.
SO.Et cõtuliſſe bñficiũ abſq; mercede,vt cõſentaneũ eſt,ſolis iſtis cõueniebat,ſi quidẽ vera dicerẽt.
Nã alia quidẽ bñficia cũ quis accepit,veluti p gymnaſii magiſtrũ celer factus,forte vtiq; grãm nõ re
ferret,niſi caueret̃ vt mercedẽ ſolueret q̃primũ celer ſatis euaſerit.Nõ eñ tarditate,vt arbitror,ho-
mines ſed iniuſtitia iniuriã faciũt.Nõne?CAL.Ita.SO.Siqs igiť hoc ipſm auferat.ſ.iniuſtitiam,diſcri
mẽ iam iniuriæ deuitauerit.Verũ p id ſolũ in tuto collocari beneficiũ poteſt,ſiqs eos qbꝰ cõfert,bo
nos reuera poſſit efficere.Nõne?CAL.Conſentio.SO.Propterea vt videt̃ in aliis cõtractibus turpe
nõ eſt ſibi cauere:veluti p ædificiis cęteriſq; artificiis.CAL.Apparet.SO.Pro hac aũt facultate.ſ.vt
bonꝰ quis fiat,optimeq; familiã ſuã gubernet atq; rẽpu.turpe exiſtimat̃ nihil priꝰ velle docere q̃ de
pecunia caueat̃.Nõne?CAL.Certe.SO.Conſtat eñ hanc eſſe cãm:quia ſolũ hoc ex aliis bñficiis eũ q
acceperit facit referẽdæ gratiæ cupidũ.Quapropter p̃clarũ videt̃ eẽ argumẽtũ ſi is q officiũ eiuſmo
di p̃ſtiterit,viciſſim ipſe recipiat: cõtra vero nequaq̃.Nũ hæc ita ſe hñt?CAL.Ita.SO.Ad vtrã igiť
me cohortaris ciuitatis curã?age mihi definias.ad eãne per quã Athenieñſibus repugnẽ,contẽdãq;
vt q̃optimi fiãt tanq̃ medicus?an ad eã per quam tãq̃ miniſter voluptatis illoꝝ gratia ſtudeã? Et mi
hi vera dic o Callicles.decet eñ te quẽadmodũ incepiſti audacter proſequi,mihi libere exprimendo
quæ ſentis.Et nunc ergo bene generoſeq; rñde.CAL.Ad miniſteriũ pfecto te exhortor.SO.Ad adu
lationem ergo me o vir generoſiſſime prouocas.CAL.Si mauis o Socrates Myſiion vocari,vocabe-
ris vtiq;,niſi mihi crediderıs.SO.Ne obiicias mihi nunc quod iam ſępius obiecisti:videlicet interfi
ciet te o Socrates quicunq; voluerit:ne ego iterum ita reſpondeam:at malus bonum.neq; iterũ di
cas:auferet tibi o Socrates quilibet ſiquid habes:ne ego quoq; reſpõdeã:at vero qui auferet,neſciet
illis tanq̃ ſibi vtilibus vti:ſed quẽadmodũ iniuſte a me abſtulerit,ſic ipſe vtetur iniuſte. q̧ ſi iniu-
ſte,ergo & turpiter.deniq; ſi turpiter,male.CAL.Videris mihi o Socrates opinari nihil eiuſmodi
te paſſurũ:perinde ac ſi pcul hinc habites:neq; deduci poſſe in iudiciũ putas ab ignauiſſimo quoq;
nulliuſq; pretii hoĩe.SO.Amens certe forẽ o Callicles niſi putarẽ in hac ciuitate vnũquẽq; quodli-
bet eiuſmodi pati poſſe.Hoc tñ certo ſcio:ſi in iudiciũ venero piclitans ob ea q̃ tu affers,improbum
fore qui me accuſauerit.Nullus enim bonus hoĩem accuſat inſontem.Profecto nihil mirum foret ſi
morte damnaret.vis tibi dicã quã ob cãm hęc expectẽ?CAL.Volo equidẽ. SO.Arbitror eqd em me
vna cũ paucis Athenienſibus ne dicã ſolũ,ciuilẽ diſciplinã reuera tractare:neq; ſolũ ex oĩbus q nũc
ſunt ciuilia exercere:vtpote igitur qui non ad gratiam verba facio:quæ & frequentiſſime facio:ſed
ad id potius quod optimum ſit q̃ qd̃ dulciſſimum:neq; ea ad quæ quaſi præclara quędam tu nunc
monẽdo exhortaris,recipio me facturũ:nimirũ quid potiſſimũ in iudicio dicã non habeo. Et nunc
quidẽ recurrit mihi rurſus in mentẽ qd̃ ad Polum dixerã.Ita enim de me iudicaretur quemadmo
dũ inter pueros de medico quẽ accuſauerit Coquus.Cõſidera enim qua ſe rõne defenderet medicꝰ,
die ſibi apud pueros dicta:ſiquis eum his verbis accuſet.Vir iſte o pueri multa vobis intulit ma-
la.Nam & vos & minores etiã veſtros ſecãdo vrendoq; cõtorquet:& attenuãs ſuffocãſq; affligat.
præterea amariſſimos p̃bet potus:& ad famẽ ſitimq; vos vrget.Ego vero contra multa & varia ſua
uiaq; vobis paro.Si hæc inquã coquus deferat accuſator:quidnã cenſes hoc circũuentũ malo medi-
cũ reſpõſurũ?an forte vera fatebitur dicens:hæc equidem o pueri ſanitatis veſtræ gratia feci?At ve
ro q̃ vehemẽter putas iudices eiuſmodi reclamaturos eſſe?CAL.Vehemẽter fortaſſe putandum ẽ.
SO.Nonne igitur putas in maxima eũ ambiguitate inopiaq; ſuæ defenſionis tunc detineri?CAL.
Prorſus.SO.Idem mihi ſcio ſi in iudiciũ traherer eueniret.neq; eñ voluptates vllas a me ad eorũ
libidinem inuentas commemorare poſſem:quas ipſi beneficii vtilitatiſq; loco exiſtimant:ego vero

Nullus bonꝰ accuſat inſontem.

nequaq̃.Nec miniſtros quidẽ earũ ꝓbo:neq; eos ob id q̃bus ꝓbenẽ feliciores exiſtimo.Praeterea ſiqs
me dicat vel corrũpere iuuentutẽ in ambiguitatẽ inopiãq; deducendo: vel iprobare ſeniores mor-
dacibus quibuſdã verbis vel priuate vel publice:non dabitur mihi veri dicendi facultas: me vide-
licet iuſte haec omnia dicere:eorũq; ipſorũ dũtaxat vtilitati cõſulere:neq; aliud quicq̃ afferre facile
potero.Quãobrẽ forſitã nihil eſt q̃d aduerſus me nõ decernere.CAL.Videtur ergo tibi o Socra-
tes bene ſe habere,q in ciuitate talis ſit,vt ſibiipſi neq̃at ꝑſidio fore?SO.Mõ hoc ſit i ipo o Callicles:
q̃d tu ſaepius conſenſiſti:vt ſibimet id auxilii ꝑſtare poſſit:quo neq; aduerſus hoies,neq; aduerſus
deos iiuſte aliq̃d fecerit aut dixerit.Hoc eñ auxilii gen⁹ ꝑſtare ſibi,ſaepius iã cõſenſim⁹ optimũ eſ-
ſe.Siqs igiẽ me conuincat eiuſmodi auxiliũ mihi vel aliis afferre nõ poſſe: ꝓculdubio erubeſcerẽ ſi
ue inter multos,ſiue inter paucos,ſiue ſolus a ſolo fuerim redargutus.Itaq; ſi ꝓpter hanc impotẽ
tiam morerer grauiter ferrẽ.Sin autẽ ob adulatoriȩ rhetoricȩ defectum vltimo ſupplicio afficerer:
certo ſcio te inſpecturũ me mortẽ ꝑfacile perferentẽ. Nam mori quidẽ nullus formidat niſi omni- *Mortẽ timet nemo niſi rationis expers.*
no rõnis expers atq; ignauus:iniuſte aũt ſe gerere formidat.Multis eñ peccatis refertam aĩam ad
inferos deſcẽdere,extremũ oĩm eſt malorũ.Proinde ſi vis id ita ſe habere,rõnẽ reddere volo. CAL.
Immo vero cũ cetera ꝑfeceris,hoc etiã ꝑfice.SO.Audi igiẽ vt aiũt pulcherrimũ ſermonẽ:quẽ te ar
bitror fabulã putaturũ:ego vero nõ fabulã,ſed ſermonẽ.Nã tanq̃ vera q̃ dicturus ſum, tibi narra
bo.Profecto quẽadmodũ ait Homerus,Iupiter,Neptun⁹, & Pluto regnũ q̃d acceperũt a patre,iter
ſe diuiſerunt.Extabat aũt lex de hoĩbus ſub Saturno & ſemꝑ & nũc etiã extat apud deos:vt quun
q; hoies iuſte pieq; vitã egiſſent,cũ e vita migrarẽt,ad beatorũ inſulas ꝑfecti,in oĩ felicitate viuerẽt,
a malis longe ſeiuncti:qui vero iniuſte impieq; vixiſſent,in punitionis iuſtiq; ſupplicii carcerẽ, q̃d
appellãt Tartarũ,irẽt.Horũ vero iudices ſub Saturno atq; etiã ſub ipſo Ioue regnare nuꝑ incipien
te viuentes erãt atq; viuẽtiũ:atq; eadẽ die q̃ mortẽ qs obiturus fuerat,iudicabant.quapropter iiu
ſte iudicabaẽ.Igiẽ Pluto atq; beatarũ curatores inſularũ Iouẽ adeuntes retulerũt,indignos ad eos
vtrinq; hoies deuenire.Ad quos ſic inq̃t Iupiter: At ego remediũ adhibebo.Nũc eñ ꝓpterea iudi
caẽ iniq̃ q; veſtiti atq; circundati ſinguli iudicanẽ:q̃m ante obitũ iudicanẽ.Itaq; multi prauas hñ-
tes aĩas circũdati ſunt corporis forma & genere atq; diuitiis.Prȩterea q̃n iudiciũ imminet,cõſtuit
multitudo teſtium aſſerentiũ eos iuſte vixiſſe.Quo fit vt iudices ob haec obſtupeſcant. Accedit q;
& ipſi veſtiti atq; circũdati iudicant,oculos & aures & totũ corpus quaſi aĩȩ velamen hñtes.Haec
enim oĩa illis obſtacula ſunt:videlicet tã ſui quidã q̃ eorũ q iudicanẽ amictus.Principio ꝓuidẽdum
eſt inquit ne hoies mortẽ ſuã ꝑſentiant:nũc eñ ꝓuident:& mandatũ eſt Prometheo ne eos ꝑſenti
re ꝑmittat.Deinde nudi his oĩbus ſunt iudicãdi.Sunt eñ iudicandi poſt obitũ.Iudicẽ quoq; ipſum
oportet eſſe nudũ,mortuũ videlicet:& ipſo dũtaxat aĩo animũ ipſum inſpiciẽtẽ ſtatim poſt inſpe-
ratũ cuiuſq; obitũ:aĩm inquã a ſuis oĩbus deſertũ,omnẽq; ornatũ exteriorẽ relinquẽtẽ in terra: vt
iudiciũ iuſte procedat.Ego igiẽ vtpote q ante vos haec praeuiderẽ,conſtitui iã meos filios iudices:
duos q̃dẽ ex Aſia,Minoem videlicet:& Rhadamãthũ:vnũ vero ex Europa Aeacum. Hi ergo poſt
q̃ mortui fuerint,iudicabunt in prato quodã:ibiq; in triuio:ex quo geminȩ portant viȩ:altera quĩ
dẽ ad tartarũ:altera vero ad inſulas beatorũ.Et aſiaticos q̃dẽ Rhadamanthus: eos vero q ab Euro-
pa veniẽt,Aeacus iudicabit.Minoi vero id munus iniungã vt ipe diiudicet ſiq̃d aliis ambiguũ fue
rit:vt iuſtiſſime procedat iudiciũ,recteq; fiat trãſmiſſio aĩorũ.Hȩc ſunt o Callicles q̃ audiui,veraq;
eſſe credo.atq; ex his ſermonib⁹ adductus ita mecũ reputo.Mors q̃dẽ eſt vt mihi videẽ nihil aliud
q̃ rerũ duarũ,aĩȩ.ſ.atq; corporis inuicẽ diſſolutio.Cũ vero duo hȩc diſiũcta ſunt inuicẽ,nõ multũ
abeſt qn vtrũq; ipſorum habitũ ſeruet eundẽ quẽ viuẽte hoie poſſidebat.Principio corpus tam na
turã ſuã q̃ culturã paſſioneſq; ꝑfert. Veluti ſi magnũ erat alicui corpus vel natura: vel alimonia,
vel vtriſq; dũ viuebat:mortuo etiã hoie erit magnũ.Itẽ ſi craſſum fuerat,erit & craſſũ:caeteraq; ſi
militer.Prȩterea ſi comãdi ſtudioſus hõ fuerat,ſeruabit comam.Rurſus ſiqs erat verbero,multaq;
plagarũ veſtigia corpori habebat impꝛſſa vel a verberib⁹,vel a vulneribus dũ viueret:huius quoq;
mortui corpus eadẽ retinere videmus.Et ſiqua in parte fractũ erat aut diſtortũ,eo quoq; mortuo
eadẽ hȩc apparẽt:atq; vt ſummatim dicã,qualecũq; viuẽtis erat corpus,talia ipſius mortui oĩa vel
plurima ad tp̃s apparẽt.Idẽ quoq; mihi videẽ o Callicles circa aĩam.cũcta eñ apparẽt in aĩa cũ cor
pus exuerit tã q̃ ex natura, q̃ q̃ ex affectib⁹ inerãt:q̃ ob rei cuiuſq; ſtudiũ hõ cõtraxit in aĩam.Cũ
igiẽ ad iudicẽ ꝑuenerũt,aſiatici q̃dẽ ad Rhadamãthũ,Rhadamãthus eos ſiſtẽs vniuſcuiuſq; aĩam
intueẽ:cuius tñ aĩa illa fuerit nõ attẽdẽs.Sed plerũq; magni Perſarũ regis aut alteri⁹ regis ſiue po
tentis obuiũ animũ cõtẽplatus nihil in eo inſpicit ſanũ:ſed a ꝑiuriis atq; iniuſtitia quaſi q̃buſdã ver
beribus cicatricibuſq; ĩfectũ qualia cuiuſq; actio contraxit impꝛſſitq; aĩm:oĩaq; obtorta mendaciis
atq; vanitate nihilq; recti habẽtẽ:q̃a ſine veritate fuerat educatus:ꝑterea ob peccandi licẽtiã & pe-
tulantiã mollẽq; laſciuiã & in actionib⁹ ſingulis ĩtẽperãtiã:incõpoſitũ penitus atq; turpẽ. Aĩm igiẽ

Quo pacto Socrates corrũpebat iuuenes & adoleſcentes.

contēplatꝰ ſic affectū,ſtatim ignominioſe extra cuſtodiā illuc trāſmittit vbi meritas ſubire pœnas
oportet.Conuenit aūt oēm q ab aliquo recte puniť,vel ipſum fieri meliorē vtilitatemq; ꝑcipe vľ cę
teris exēpla dare:vt alii pœnas eius cōſpicientes meliores ob timorē efficianť.Qui vero apud deos
& hoīes ita dant pœnas vt vtilitatē inde aliquā referāt:hi ſunt q peccata ſanabilia cōmiſerūt:ꝗbus
dolor cruciatuſq; ꝓdeſt & apud hoīes & apud inferos.Nō eñ aliter ꝗs pōt ab iiuſtitia liberari.Qui
aūt extrema iniuſtitia detinenť:ac ꝓpter eiuſmodi delicta ſunt inſanabiles:ex his exēpla ſumuntur:
ipſiq; nullā āplꝰ vtilitatē inde reportāt:vtpote q ſanari nō poſſint:ſed ꝓſunt dūtaxat aliis ꝑ exem
plū:q eos intuenť ꝓpter pctā maximis acerbiſſimiſq; & terribiliſſimis pœnis oī tēpore cruciates:tā
ꝙ exēplū monimētūq; & ſpectaculū apud inferos in carcere ꝓbētes iniuſtis oībus q ad ea loca deſcen
dūt.Quoꝝ vnū dico fore Archelaū ſi vera narrat Polus:& aliū qcūq; tyrānus talis extiterit. Arbi·
tror aūt in eoꝝ numero q ſolū exēpla tradūt,plurimos eſſe tyrānos,reges,potētes,ciuitatū guber·
natores.Quippe cū hi ob ipſam peccādi licētiā grauiſſima ꝓphaniſſimaq; pctā cōmittāt.Atteſtatur
aūt nobis Homerus:q reges & potētes inducit apud inferos oī tpe cruciatos:ceu Tātalū,Siſyphū,
& Tityū.Therſitē vero & ſiꝗs aliꝰ priuatim fuit malus,nullus vnꝙ velut iſanabilē magnis fecit pœ
nis torqueri.quippe cū licētiā,vt arbitror,nō habuerit.quāobrē felicior erat illis:ꝗbus licētia ſcele·
ris ꝑpetrandi dabať.Profecto o Callicles ex his q potētiā licētiāq; hñt,ſunt q nimiū praui fuerūt.Ni
hiltñ ꝓhibet inter hos etiā bonos quoſdā eſſe viros.& certe q talis fuerit,mirifice eſt colēdus. Nēpe
arduū eſt o Callicles ingentiq; laude dignū,vt ꝗs in magna peccādi licentia cōſtitutus iuſtā tranſi
gat vitā:paucięq; tales reperiunť.Fuere tñ & hic & alibi,atq; vt arbitror,erūt nonnulli ꝓclari boni
q; viri,hac videlicet virtute ꝓditi,ꝑ quā ea quorū ſibi conceſſa eſt auctoritas,iuſte tractarent.Vnus
aūt Grꝗcoꝝ oīm ꝓbatiſſimus Ariſtides Lyſimachi filiꝰ extitit.Plures aūt o vir optime potētū ipro
bi ſunt.Quāobrē vt dicebā qñ Rhadamāthus aliquē eiuſmodi depꝛhendit,nihil aliud circa ipm no·
uit:neq; q̄liſ ſit:neq; ex ꝗbus ortus:ſed vtrū ſit malus:cūq; id cōpererit,dimittit in Tartarū,obſi·
gnans vtrū ſanabilis vel inſanabilis videať.Ille vero illuc trāſmiſſus meritas ſubit pœnas. Interdū
vero aliū intuitus aīm vel priuati,vel alicuius alterius q pie atq; integre vixerit:qđ quidē philoſo·
phis potiſſimū cōtingere arbitror,rē ſuā agentibus neq; multis ſe negotiis implicātibꝰ,applaudit
huic,trāſmittit ad inſulas beatoꝝ.Hęc eadē Aeacus efficit.Vterq; vero ipſoꝝ virgā tenet,dū iudi
cat.Minos aūt cōſiderās ſedet ſolus,aureū hñs ſceptrū:quēadmodū de hoc apud Homerum inquit
Vlyſſes:videlicet illū vidiſſe ſceptrū aureū tenētē,iuraq; mortuis dātē.Ego igiť o Callicles ab hmōi
ſermonibus flector:& iā conſidero qua rōne iudici ſaniſſimū aīm oſtendere poſſim.Quāobrē oēs po·
puli ſpernens honores,veritatēq; cōſiderās,conabor reuera ꝙ maxime potero bonus viuere atq; mo·
ri.Cohortor aūt & cęteros oēs quātū poſſum.Te quoq; ad hmōi vitā reuoco atq; certamē.Qđ eg·
dē aſſero pręaliis certaminibus in hac vita eſſe homini ſubeundū.Quapropter & te obiurgo q non
poteris tibiipſi opē ferre qñ de te iudicabiť,inſtabitq; ſentētia quā mō dicebā.Sed cū ꝑueneris ad iu
dicē Aeginę filiū,illeq; te appꝛhēſum ducet:oſcitabis vacillabiſq; illic non minus ꝙ ego hic apud iu·
dices veſtros.Ibi forſitan percutiet te aliquis turpiter ſup genā:& contumelia iniuriaq; prorſus af·
ficiet.Hæc forſitan anilis ꝗdā fabula tibi videť:& ꝙ dicta ſunt contēnis:ſed ꝓfecto nihil mirabile fo·
ret hæc ſpnere,ſiquo pacto ꝑquirētes meliora his & veriora inuenire poſſemus.Nunc vero vides:
cū tres viri ſitis oīm qui nunc ſunt Græcoꝝ ſapiētiſſimi,tu.ſ.& Polus,& Gorgias,nō poſſe vos tñ
oſtendere alia eſſe rōne viuendum:ꝙ ea quæ illuc quoq; conducere videatur.Immo vero in tot ſer·
monibus cū cæteri redarguti fuerint,ſolus hic remanet firmus.ſ.cauendū eſſe iniuriam facere ma
gis ꝙ pati:idq; viro pręcæteris oībus meditandū:nō vt bonus q̄dē videať ſed vt reuera ſit bonꝰ pu·
blice atq; priuatim:Siquis aūt malus quodam modo fuerit,eſſe puniēdū.Idq; ſecundo loco bonum
eſſe,poſt id qđ eſt eſſe iuſtū,videlicet fieri caſtigatione bonū,pœnaſq; iniuſtitię luere:oēm pręterea
adulationē circa ſeipſum & alios,ſiue paucos,ſiue multos fugiendā eſſe:Rhetorica deniq; oīq; alio
actiōis genere ꝓ iuſtitia dūtaxat vtēdū.Quas ob res mihi credēs,ſeq̄re me illuc,quo cū ꝑueneris &
viuēs & mortuus,beatus eris,quēadmodu tuus quoq; ſermo ſignificat.Atq; ꝑmitte vt aliꝗs te con
temnat vt ſtultū,iniuriiſq; ſi libet afficiat.Et ꝑ Iouē ne cures,ſi ignominioſe ꝑcutiaris.Nihil enim
graue patieris ſi reuera honeſtꝰ bonuſq; ſis virtutēq; exerceas.Poſtꝙ vero ſic vna exercitati fuerimꝰ
tūc ſi tibi operępꝛtiū eſſe videbiť,ad publica iā nos negotia cōferemꝰ,aut ad qđcūq; nobis deliberan·
tibus tūc videbiť,qñ melꝰ ꝙ nunc deliberare poterimus.Turpe eñ eſt cū tales ſimus,quales nūc eſ
ſe videmur,iactare ſe verbis quaſi aliqd ſimꝰ:ꝗbus nunꝙ de rebꝰ eiſdē & quidē maximis videnť eadē
in tātū ꝓceſſimus ruditatis.Hāc igiť rōnē:q nūc nobis innotuit:tāꝙ ducē ſequamur:oſtendentē no
bis,hunc optimum eſſe viuendi modū,vt iuſtitiā cæteraſq; virtutes ꝑ totā vitā exerceamus.Huic
igitur obtemperemus,alioſq; ad hāc adhortemur.Non autem pareamus illi:qua tu confiſus ad eā
dem me exhortaris.Nullus enim eſt Callicles pretii.

COMMENTARIVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN CONVIVIVM PLATONIS DE AMORE. CAPITVLVM PRIMVM.

Mors Platonis.

PLATO PHILOSOPHORVM Pater annos vnū & octoginta ętatis natus, Septimo Nouēbris die, quo ortus fuerat, diſcūbens in cōuiuio remotis dapibus expirauit. Hoc aūt cōuiuiū: quo & natalitia, & anniuerſaria Platōis pariter cōtinētur, priſci omnes Platonici vſq; ad Plotini, & Porphyrii tempora quotannis inſtaurabant. Poſt vero Porphyrium mille ac ducentos annos, ſolennes hæ dapes prætermiſſæ fuerūt. Tandē noſtris tēporib⁹ vir clariſſimus Laurentius Medices Platonicum conuiuium innouaturus, Franciſcum Bandinum Architriclinū conſtituit. Cum igitur ſeptimum Nouembris diem colere Bandinus inſtituiſſet, regio apparatu in agro Caregio nouem Platonicos accepit conuiuas: Antonium Allium epiſcopum Feſulanum. Ficinum Medicum. Chriſtophorum Lādinum poetam. Bernardum Nutium rhetorem. Thomam Bencium. Ioannem Caualcantem familiarem noſtrum: quem propter virtutem animi, & egregiam indolem Heroem conuiuæ nuncupauerūt. Marſupinos duos Chriſtophorum Carolumq; Caroli poetæ filios. Me deniq; nonum Bandinus eſſe voluit: vt Marſilio Ficino ſuperioribus addito muſarum numerus impleretur. Remotis dapibus Bernardus Nutius Platonis accepit librum: qui Conuiuium de Amore inſcribitur: legitq; omnes Sympoſii huius orationes: quibus lectis reliquos conuiuas orauit, vt ſinguli ſingulas orationes exponerent. Aſſenſere omnes: iactiſq; ſortibus, prima illa Phædri oratio, Ioanni Caualcanti obtigit exponenda. Pauſanię oratio, Antonio Theologo. Eryximachi Medici, Ficino Medico. Poetæ Ariſtophanis, Chriſtophoro Poetæ. Agathonis adoleſcentis, Carolo Marſupino. Thomę Bencio data eſt Socratis diſputatio. Alcibiadis vero Chriſtophoro Marſupino. Sortem huiuſmodi probauere omnes. Verum epiſcopus ac medicus, alter ad animorum, alter ad corporum curam abire coacti, partes in dicendo ſuas Ioanni Caualcanti reliquerunt. Cæteri ad hunc conuerſi ſunt, paratiq; ad audiendum conticuere. Tum Heros ille in hunc modum eſt exorſus.

Qua regula laudandus ſit Amor. Quæ ſit eius dignitas & magnitudo. Cap. II.

Qualis fuerit Phædrus.

GRatiſſima mihi optimi conuiuæ ſors iſta hodie obtigit: qua effectum eſt, vt perſonā Phædri Myrrhinuſii gererē. Phædri illius inquam: cuius familiaritatē tanti fecit Lyſias Thebanus ſummus orator: vt oratione lucubrationibus multis compoſita, cum ſibi conciliare contenderit: cuius indolem Socrates vſqueadeo admiratus eſt, vt eius ſplendore quādoq; iuxta Ilyſſum fluuium concitus altiuſq; ſublatus myſteria diuina cecinerit: qui antea non ſolum cæleſtium: ſed inferiorum quoq; omnium ſe inſcium prædicauerat. Cuius ingenio adeo delectatus eſt Plato: vt primitias ſtudiorum ſuorum Phædro dicauerit. Ad hunc epigrammata, ad hunc elegiæ Platonis, ad hunc primus eius de Pulchritudine liber, qui Phædrus inſcribitur. Cum igitur huius Phædri me ſimilem, non ego quidem: non enim tantum mihi arrogo: ſed fortis caſus primo, & veſter deinde applauſus iudicauerit: his felicibus auſpiciis eius in primis orationem libenter interpretabor. Deinde Antonii & Ficini partes pro ingenii viribus exequar. Tria in omni re viri optimi philoſophus quiſq; Platonis imitator conſiderat: quæ antecedunt, quæ comitantur, & quæ ſequuntur. Hęc ſi bona ſunt, rem ipſam laudat. ſin mala, vituperat. Ea igitur perfecta laudatio eſt: quæ præcedentem rei recenſet originem: præſentem formam narrat: ſequentes oſtendit euentus. Ab antecedentibus res quæq; laudatur, vt nobilis: a præſentibus, vt magna: a ſequentibus vt vtilis. Quare ex tribus illis tria hæc in laudibus concluduntur: Nobilitas, magnitudo, atq; vtilitas. Ideo Phædrus noſter in primis pręſentem Amoris excellētiam contemplatus, Magnum deum vocauit. adiunxit. Diis hominibuſq; mirandum. Nec iniuria. Nam ea proprie quæ magna ſunt admiramur. Magnus ille quidem: cuius imperio homines & dii, vt aiunt, omnes ſubiiciuntur. Nam tam dii apud veteres q̄ homines amant. qđ Orpheus Heſioduſq; ſignificant, dicentes mortalium & immortalium mentes amore domari. Admirandus præterea dicitur: quoniam illud quiſq; amat: cuius pulchritudinem admiratur. Dii quidem, ſiue vt noſtri dicunt, Angeli, diuinam pulchritudinem: Homines corporum ſpecies admirantur, & amant. Atq; hæc quidem laus Amoris eſt a præſenti excellentia quæ ipſum comitatur deducta. Laudat deinde ab antecedentibus Phædrus, cum deorum omnium eſſe aſſerit antiquiſſimum. In quo nobilitas amoris effulget: cum priſca eius origo narratur. Laudabit & tertio a ſequentibus: vbi mirifica eius ab euentu apparebit vtilitas. Sed de priſca & nobili eius origine primum: deinde de futura vtilitate tractabimus. Orpheus in Argonautica, cum de rerum principiis coram Chirone heroibuſq; cantarat, Mercurii

Quę proba laudatio.

Orpheus de rerū principio.

Triſmegiſti theologiam ſequutus:Chaos ante mundum poſuit,& ante Saturnũ,Iouem,cæteroſq; deos.Amorem in ipſius Chaos ſinu locauit:laudauitq; his verbis.

Origo Amoris ex Chaos. Cap.III.

ANtiquiſſimũ,ſeipſo perfectũ,cõſultiſſimũq; Amorẽ.Heſiodus in Theogonia:& ĩ libro de natura Parmenides Pythagoreus,Acuſileuſq; poeta,cũ Orpheo,& Mercurio cõſenſerũt Plato in Timæo chaos deſcribit ſimiliter:& in eo locat amorẽ.Atq; idẽ in Cõuiuio Phædrus recenſuit.Chaos Platonici informẽ mũdũ vocãt:Mundũ vero formatũ chaos.Tres apud eos mũdi ſunt,tria itidẽ chaos erũt.Primũ oĩm eſt deus vniuerſorũ auctor:qđ ipm bonũ dicimus.Hic mentẽ primo creat angelicã:deinde mũdi huius aĩam,vt Plato vult:poſtremo mũdi corpus.Summũ illũ deũ,non mundũ dicimus:quia mundus ornamentũ ſignificat ex multis cõpoſitũ:ille vero penitus ſimplex eſſe debet:ſed mundorũ omniũ principiũ atq; finẽ ipſum aſſerimus.Mens angelicaprimus mundus eſt a deo factus.Secundus vniuerſi corporis anima.Tertius tota hæc quã cernimus machina.In iis vtiq; mundis tribus,tria & chaos conſiderant.Principio deus mentis illius creat ſubſtantiã:quã etiã eſſentiã nominamus.Hæc in primo illo creationis ſuę momẽto informis eſt,& obſcura.Quoniã vero a deo nata eſt,ad deũ ſui principiũ ingenito quodã appetitu cõuertit.Conuerſa in deũ,ipſius radio illuſtrat.Radii illius fulgore ille ſuus appetitus accendit.Accenſus appetitus deo totus inhæret:inhærendo format.Nam deus qui poteſt omnia,in mente ſibi inhærente creãdarũ rerũ naturas effingit.In ea igit ſpiritali quodã modo pingunt,vt ita loquar,oĩa quę in corporibus iſtis ſentimus.Illic cælorũ elementorũq; globi,ſydera,vaporũ naturæ,lapidum,metallorũ,plantarũ,animaliũ formæ gignunt.Huiuſmodi rerũ omniũ ſpecies dei fomento quodã in ſuperna illa mente cõceptas,Ideas eſſe nõ dubitamus:& formam illam ideamq; cælorum,ſæpe deum Cælũ vocamus.Formã planetæ primi Saturnũ deũ:Secundi Iouem,atq; in ſequentibus planetis eodem pacto.Ignis quoq; huius ideam illam,Vulcanum deum:Aeris Iouem atq; Iunonem:Aquæ Neptunum:Terræ Plutonem.Quare dii omnes certis inferioris mundi partibus aſſignati,Ideæ illarũ partiũ ſunt in ſuperna illa mente collectæ.Sed eam idearum cõceptionẽ a formãte deo perfectam præceſſit illa mẽtis ad deũ appropinquatio.Hanc præceſſit appetitus incendiũ,hoc infuſio radii,hanc prima illa appetitus conuerſio,hanc informis mentis eſſentia.Porro eſſentiã iſtam nondum formatã chaos eſſe volumus.Primã ipſius in deum cõuerſionẽ,amoris ortum:radii infuſionẽ,amoris pabulũ:incendium ſequens,amoris dicimus incrementũ:appropinquationẽ amoris impetum:formationẽ,amoris perfectionẽ.Formarũ omnium,idearũq; complexionẽ,Mũdũ latine:græce κόσμον.i.ornamentũ vocamus.Huius ornamẽti gratia pulchritudo eſt.Ad quam amor ille ſtatim natus traxit mentem:atq; perduxit mentem ante deformem,ad mentem eandem deinde formoſam.Ideo amoris conditio eſt:vt ad pulchritudinem rapiat,ac deformem formoſo coniũgat. Quis igitur dubitabit,quin amor ſtatim chaos ſequatur,pręcedatq; mundum:& deos omnes,qui mundi partibus diſtributi ſunt?Cum mentis ille appetitus ante ſui formationẽ ſit,& in mente formata dii mundusq; naſcantur.Merito igitur antiquiſſimũ hunc Orpheus nominauit.Præterea ſe ipſo perfectum:quaſi dicat ſeipſum perficientem.Quoniã primus ille mentis inſtinctus ſuapte natura a deo perfectionem ſuam haurire videtur:atq; eam menti,quæ inde formatur,& diis qui inde gignuntur,præbere . Conſultiſſimum inſuper nominauit.nec iniuria. Nam omnis ſapientia cuius proprium eſt conſilium,ideo menti data eſt:quia amore in deum cõuerſa,ipſius fulgore refulſit.Eodemq; modo mens ad deum,quo ad lumen ſolis dirigitur oculus.Hic enim aſpicit primo videt deinde ſolis lumẽ:tertio in ſolis lumine rerum colores figuraſq; comprehendit.Quare oculus obſcurus primo,& chaos inſtar informis,lumen amat dum aſpicit,irradiatur aſpiciẽdo,radiũ accipiendo rerum coloribus figuriſq; formatur.Quemadmodum vero in deũ mens illa ſtatim nata & informis amore conuertitur,& formatur:ſic in mundi anima in mentem,deumq; illinc genita ſe reflectit.Et cum primo informis ſit,& chaos,amore in mentem directa,acceptis ab ea formis ſit mundus.Non aliter & mũdi huius materia,cum principio ſine formarum ornamento informe chaos iaceret:illico amore ſibi ingenito,in aĩam ſe direxit,ſeq; illi obedientẽ prębuit:atq; hoc amore conciliante,ab anima formarũ omniũ quæ in mundo videntur nacta ornamentum,mundus ex chaos effecta eſt.Tres igitur mundi,tria & chaos.In omnibus deniq; amor chaos comitatur,præcedit mundum,torpentia ſuſcitat,obſcura illuminat,viuificat mortuos,format informia,perficit imperfecta.Quibus laudibus nullæ ferme maiores,aut dici,aut excogitari poſſunt.

De vtilitate Amoris. Cap.IIII.

SEd de origine eius,& nobilitate hactenus.De vtilitate iam arbitror differendũ . Singula quidẽ amoris beneficia generi humano collata referre ſuperuacuũ eſt.præſertim cũ ſummatim comprehendi omnia poſſint.Omnia eñ in eo conſiſtunt,vt vitatis malis bona ſe-

quamur.Mala hominis & turpia eadē ſunt.Bona itidē eadem atq̧ honeſta.Profecto nihil aliud le
ges & doctrinæ omnes contendunt,q̄ ita homines inſtituere, vt declinēt a turpibus,agant hone
ſta.Hoc aūt ipſum,qđ innumerabiles pene leges & artes vix tandē longo tēpore aſſequunť,Amor
ipſe vnus breui tēpore perficit.Nā a turpibus pudor abſterret:ad honeſta excellendi ſtudiū pro-
uocat.Duo hæc nihil aliud facilius,ac citius q̄ amor hominibus exhibet.Cū amorē dicimus,pul-
chritudinis deſideriū intelligite.Hęc eñ apud oēs philoſophos amoris definitio eſt.Pulchritudo
vero gratia quędā eſt:quę vt plurimū in concinnitate pluriū maxime naſcitur.Ea triplex eſt:ſiqui
dem ex pluriū virtutū concinnitate in animis gratia eſt.Ex pluriū colorū linearūq̧ concordia in
corporibus gratia naſciť.Gratia item in ſonis maxima ex vocum pluriū conſonantia.Triplex igiť
pulchritudo,animorū,corporum,atq̧ vocum.Animorū mente cognoſciť:Corporum oculis:Vo-
cum auribus ſolis percipiť.Cum ergo mens,viſus,auditus ſint quib⁹ ſolis frui pulchritudine poſ-
ſumus:Amor vero ſit fruendæ pulchritudinis deſiderium:Amor ſemper Mente,Oculis,Auribus
eſt cōtentus.Quid olfactu?Quid guſtu?Quid tactu opus eſt?Odores,Sapores,Calorē,Frigus,Mol
litiem,& duritiem,horūq̧ ſimilia ſenſus iſti percipiunt.Iſtorum nullū humana pulchritudo eſt:cū
formæ ſimplices ſint:humani autem corporis pulchritudo mēbrorū requirat diuerſorum cōcor-
diam.Amor tanq̄ eius finem fruitionē reſpicit pulchritudinis:iſta ad mentē,viſum,auditum per-
tinet ſolū.Amor ergo in tribus iis terminať.Appetitio vero,quæ reliquos ſequiť ſenſus,non amor
ſed libido rabieſq̧ vocať.Pręterea ſi amor erga hominē pulchritudinē ipſam deſiderat:humani au
tem corporis pulchritudo in quadam cōcinnitate cōſiſtit:concinnitas temperantia eſt:ſola quæ tē
perata,modeſta,decora ſunt,exigit amor. Voluptates itaq̧ guſtus & tact⁹,quę vſqueadeo vehemē
tes,furioſęq̧ ſunt,vt mentem e ſuo ſtatu dimoueant,hominēq̧ perturbent:Amor non modo non
cupit:ſed abominať & fugit,vtpote quę propter intemperantiā pulchritudini ſunt contrarię.Ra-
bies venerea ad intemperantiā trahit:ideoq̧ ad incōcinnitatē:quare ad deformitatē ſimiliter vide
tur allicere:Amor autem ad pulchritudinem.Deformitas & pulchritudo contraria ſunt.Motus
igiť huiuſmodi,qui ad ea rapiunt,inter ſe videnť eſſe cōtrarii.Quapropter libido,coitus,& amor,
non modo nō iidem motus:ſed & contrarii eſſe monſtranť.Teſtantur hoc & theologi veteres:qui
Amoris nomen deo tribuerunt.Quod etiam poſteriores theologi ſummopere confirmarunt.Nul
lum vero deo congruum nomen cum rebus turpibus eſt commune.Ideo ſanę mentis quiſq̧ caue-
re debet,ne amorem,diuinum nomen,ad inſanas perturbationes temere transferat.Erubeſcat Di
cæarchus,& ſiquis alius Platonicam maieſtatem q̧ amori nimiū indulſerit,carpere nō vereť.Nā
decoris,honeſtis,diuinis affectibus,nec nimium,nec ſatis vnq̄ poſſumus indulgere.Hinc efficitur,
vt omnis amor honeſtus ſit,& omnis amator iuſtus.Pulcher eñ eſt omnis atq̧ decorus:& decor̄
proprie diligit.Turbulentus autem ardor,quo ad laſciuiam rapimur,cum ad deformitatē trahat
amori contrarius iudicatur.Vt igitur ad amoris vtilitatem aliquando redeamus:pudor qui a tri
bus nos abſterret,& ſtudium quod ardentes efficit ad honeſta,ab amore facile,citoq̧ proficiſcunť.
Primo quoniam amor,qui pulchra petit,decora ſemper appetit,atq̧ magnifica:& qui odit defor-
mia,neceſſario turpia obſcœnaq̧ fugit.Deinde ſi duo aliqui ſe mutuo diligunt,alterutrum ſe ob-
ſeruant & placere ſibiinuicē cupiunt.Prout alter ab altero obſeruať,vtpote qui teſte nunq̄ careāt
a turpibus abſtinent. Prout ſibiinuicē placere conantur:magnifica ſemper ardenti ſtudio aggre-
diuntur,ne contēptui amato ſint:ſed amoris viciſſitudine digni puteť.Sed hanc rationē copio-
ſiſſime explicat Phædrus:vbi exempla ponit amorum tria.Vnum amoris fœminæ ad maſculum:
vbi de Alceſte Admeti vxore loquitur,quæ pro marito mori voluit.Alterum amoris maſculi ad
fœminam,vt Orphei ad Eurydicen.Tertium amoris maſculi ad maſculum,vt Patrocli ad Achil-
lem:vbi oſtendit nihil fortiores homines reddere:q̄ amorem.Allegoriam vero,vel Alceſtis,vel Or
phei,in pręſentia perſcrutari non eſt conſilium.Vehementius enim iſta vim amoris & imperium
exprimunt,ſi tanq̄ hiſtoria geſta narrentur,q̄ ſi per allegoriam dicta putentur.Ergo amorem eſſe
Deum magnum,atq̧ mirandum,nobilem præterea & maxime vtilem,ſine controuerſia fateamur
atq̧ ita amori indulgeamus,vt fine ſuo,q pulchritudo ipſa eſt,cōtenti ſimus. At nos ea parte frui
mur,qua cognoſcimus:cognoſcimus Mente,viſuq̧,& auditu.His itaq̧ fruimur:cæteris ſenſibus
non pulchritudine,quā deſiderat amor:ſed quouis alio potius quo corpus indiget,vtimur.Igitur
his tribus venabimur pulchritudinem:& per eam quæ in vocibus corporibuſq̧ elucet,tanq̄ p ve-
ſtigia quædam,animi decorem inueſtigabimus.Illam laudabimus quidem,iſtum probabimus:ac
ſemper id obſeruare conabimur:vt tantus amor ſit,quanta fuerit pulchritudo.Et vbi corpus qui
dem pulchrum,animus minime,tanq̄ vmbratilem & fluxam imaginem pulchritudinis vix & leui
ter diligamus.Vbi ſolus animus pulcher,ſtabilē hunc decorem animi ardēter amemus.Vbi vero
vtraq̧ pulchritudo cōcurrit,vehemētius admiremur,atq̧ ita ex Platonica familia reuera nos eē te

In quibus libido,non amor.

Vtilitas amoris.

ſtabimur.ea quippe nihil nouit niſi feſtum,lætum,cæleſte,ſupernum.Sed hæc iam de Phædri oratione ſufficiant.ad Pauſaniam veniamus.

SECVNDA ORATIO.

Deus bonitas,pulchritudo,iuſtitia,principium,medium,finis. CAP.I.

TRinitatē Pythagorici philoſophi rerū oīm menſurā eſſe voluerūt,ob eā arbitror rationē ꝙ Deus ternario numero res gubernat,atq; etiā res ipſæ ternario numero terminanť.Hinc Maronis illud,Numero Deus impare gaudet.Nēpe ſumm⁹ ille auctor,Primo ſingula creat:Secūdo rapit:Tertio ꝑficit.Singula quoq; in primis ab illo perēni fonte effluūt,dū naſcunť.deinde in eundē refluunt,dū ſuā illā originē repetūt.poſtremo ꝑficiunť:poſtꝗ̄ in ſuū principiū redierūt.Hoc vaticinatus Orpheus,Iouē principiū,mediū,& finē vniuerſi vocauit.Principiū vt producit:Mediū vt producta retrahit ad ſeipſum:Finē prout redeuntia perficit.Hinc regē illū vniuerſorū,Bonū,Pulchrū,Iuſtū,q̄d ſæpe apud Platonem dicitur,poſſumus nuncupare. Bonum inquam vbi creat:vbi allicit,pulchrum:vbi pro cuiuſq; merito perficit,iuſtū.Pulchritudo igitur:cuius allicere propriū eſt,inter bonitatē iuſtitiāq; locatur:a bonitate quidem effluit,profluit ad iuſtitiam.

Quo pacto diuina pulchritudo amorem parit. Cap.II.

DIuina vero hęc ſpecies in oībus amorē hoc eſt ſui deſideriū ꝓcreauit.Quoniā ſi Deus ad ſe rapit mundum: munduſq; rapiť:vnus quidē continuus attractus eſt a Deo incipiens:tranſiēs in mūdum:in Deū deniq; deſinēs:qui quaſi circulo quodā in idē vnde manauit iterū remeat.Circulus itaq; vnus & idē a Deo in mundū,a mundo in Deū,tribus nominibus nuncupať.Prout in Deo incipit & allicit,pulchritudo:prout in mundū tranſiens ipm̄ rapit,amor:prout in auctorē remeās ipſi ſuū opus cōiungit,voluptas.Amor igitur in voluptatē a pulchritudine deſinit.Id ſibi voluit Hierothei & Dionyſii Areopagitæ hymnus ille pręclarus:vbi ſic hi theologi cecinerunt.Amor circulus eſt bonus a bono in bonū ꝑpetuo reuolutus.Neceſſario enim bonus eſt amor cū a bono natus reuertať in bonum.Idem enim deus eſt:cuius ſpeciem deſiderant omnia:in cuius poſſeſſione oīa requieſcunt.Inde igitur deſiderium noſtrum accenditur:ibi amantium ardor quieſcit nec extinguitur:ſed impletur.Nec iniuria ſoli Deū cōparat Dionyſius:quia quēadmodū ſol illuminat corpus & calefacit:ita Deus animis veritatis claritatē prębet,& charitatis ardorem.Hanc vtiq; cōparationē ex Platonis libro de Republica ſexto hoc quo dicā mō colligimus. Sol profecto corpora viſibilia,& oculos videntes procreat:oculis vt videant lucidum infundit ſpiritum:corpora vt videantur coloribus pingit.Neq; tamen proprius oculis radius,propriive corporibus colores ad viſionem perficiendam ſufficiunt,niſi lumen ipſum vnum ſupra multa,a quo multa & propria lumina oculis & corporibus diſtributa ſunt,adueniat,illuſtret,excitet,atq; roboret.Eodem modo primus ille actus omnium,qui Deus dicitur,ſpeciem,actumq; rebus ſingulis ꝓducendo largitus eſt.Qui ſane actus cum in re creata & in ſubiecto patiēte ſuſceptus fuerit,debilis eſt,& ad operis executionem impotens.Sed diuini ſolis perpetua & inuiſibilis lux vna ſemper omnibus adſtat,fouet,viuificat,excitat,complet,& roborat.De quo diuine Orpheus,Cūcta fouēs atq; ipſe ferens ſuper omnia ſeſe.Vt eſt actus omnium roboratq;,bonum dicitur.Vt viuificat,lenit,mulcet,& excitat,pulchrū.Vt in obiectis quæ naſcenda ſunt tres illas cognoſcentes animæ vires,Mentem,Viſum,Auditum allicit,pulchritudo. Vt in cognoſcente potentia eā applicat cognito,veritas.Deniq; vt bonum,procreat,regit,& complet:Vt pulchrū,illuminat,gratiāq; infundit.

Pulchritudo eſt ſplendor diuinæ bonitatis,& Deus eſt centrū quatuor circulorum. Cap.III.

NEq; ab re theologi veteres,Bonitatē in centro,pulchritudinē in circulo poſuerūt.Bonitatē inquā in centro vno.In circulis aūt quatuor,Pulchritudinē.Centrū vnū omniū Deus eſt.Circuli quatuor circa id aſſidue reuoluti,Mens,Anima,Natura,Materia.Mens ſtabilis circulus.Anima ꝑ ſe mobilis.Natura mobilis in alio,nō ab alio.Materia ab alio & ī alio mobilis Cęterū cur Deum quidē centrum,Quatuor illa cur circulos appellemus exponā.Centrū circuli punctū eſt:vnum:indiuiſibile:ſtabile.Inde lineę multæ diuiduę,mobiles ad earū ſimilē circumferētiā deducunť.quæ ſane circunferentia diuiſibilis circa centrū quaſi cardinē voluiť.atq; ea eſt centri natura,vt licet vnū indiuiduū,immobile ſit,in multis tamen,immo in oībus lineis diuiduis & mobilib⁹,vbiq; reperiať.Vbiq; eñ eſt in linea punctū.Quoniā vero a diſſimili ſuo attingi nihil poteſt,lineę a circunferentia ad centrū vſq; deductæ,mediū huiuſmodi punctum ſingulæ ſui quodā puncto vno ſimplici & immobili coguntť attingere.Quis negat Deū centrū oīm merito nominari:cum oībus inſit vnus penitus,ſimplex,atq; imobilis:cuncta vero ab ipſo ꝓducta,multa,cōpoſita,& mobilia ſint,atq; vt ab eo manārt,ita in eū inſtar linearū & circūferētię refluāt.Ita,mēs,aīa,natura,materia procedentes a deo in eundē redire nituntť:ſeq; vndiq; pro viribus in illū circūferūt. Atq; vt centrum punctū vbiq; in lineis & in toto circulo reperiť,perq; punctū ſuū ſingulæ lineæ

mediũ circuli tangunt punctũ:ita deus omniũ centrũ,qui vnitas ſimpliciſſima eſt,actuſq; puriſſi- Deus vnitas ſimpliciſſima.
mus,ſeſe inſerit vniuerſis,nõ ob id ſolũ,quia cunctis eſt preſens,verũetiã quia oibus a ſe creatis p
tem aliquã,vel potẽtiã intimã,ſimpliciſſimã,preſtãtiſſimã indidit:quę rerũ vnitas nominat̃:a qua
& ad quã tanq̃ a centro & ad centrũ ſuũ rei cuiuſq; partes & potentię reliquę pendẽt. Ad hoc pla
ne ſuũ centrũ,ad hãc ppriã vnitatẽ ſe colligãt creata prius oportet,q̃ ſuo hereãt creatori:vt per
propriũ centrũ,qđ iam ſaepe reperimus,centro omniũ haereant.In apicem ſuũ caputq; mens ange
li ante cõſurgit,q̃ aſcendat in deũ.Anima quoq;,& reliqua eodẽ pacto.Atq; illorũ inuiſibiliũ circu
lorũ,Mentis.ſ.animae,naturę,viſibilis mũdi circulus eſt imago.Corpora eñ,animarũ mẽtiſq; vm
brae & veſtigia ſunt.Vmbra vero & veſtigiũ figura eius:cuius vmbra eſt,& veſtigiũ refert.Qua-
propter quatuor illa, nõ iniuria circuli quatuor appellant̃.Sed mẽs immobilis orbis propterea,q
tam operatio eius q̃ ſubſtantia ſemper eadem permanet:& ſimiliter operatur:intelligit ſemp eodẽ
modo,vultq; ſimiliter.Mobilis aũt quandoq; mens ex eo ſolum dici poteſt,q quẽadmodũ caetera
omnia a deo procedens in eundẽ ſe vertit.Anima mundi,& alia quęuis,circulus mobilis.Haec eñ
ſua natura diſcurrendo cognoſcit,& temporũ curriculis operatur. Diſcurſio aũt ab alio in aliud,
& operatio temporalis,motus proculdubio nominant̃.Siqua vero in animae cognitione ſtabilitas
eſt,mentis conſtat potius q̃ animae beneficio.Natura etiã mobilis eſt circuitus.Cum animam dici
mus,priſcorum more theologorũ vim in ratione & ſenſu poſitã intelligimus:cũ naturã,vim ani-
mae in generãdo locatã.Vim illã in nobis hominẽ proprie vocauerũt:iſtã hominis idolũ & ſimula
crũ. Haec ſane generandi facultas ideo mobilis dicitur:quia temporis ſpatiis ſuũ opus exequitur.
Verum in hoc ab illa animae proprietate diſcrepat:q anima per ſe,& in ſe mouet̃.Per ſe inquam
quia principiũ motus exiſtit.In ſe etiã,quia in ipſa animę ſubſtãtia rationis & ſenſus remanet ope
ratio.Ex iis opus nullũ neceſſario reſultat in corpore.Generandi vero vis illa quã vocamus natu-
ram,per ſe quidem mouetur:cum animae per ſe motae vis quaedam ſit.Moueri autẽ in alio dicit̃:
quia in mole corporis omnis eius operatio terminatur.Corpus eñ nutrit,augetq; & generat.Ma
teria vero & corporis moles,orbis eſt ab alio,& in alio mobilis.Ab alio quidẽ,quoniã ab anima ne-
ceſſario agitatur.In alio autẽ:quia in loci ſpatio motus corporis agitat̃.Iam igitur quã ob cauſam
bonitatẽ in centro,in circulo pulchritudinẽ,theologi collocẽt,aperte intelligere poſſumus.Boni-
tas ſiquidem rerum omnium vnus ipſe eſt deus,per quẽ cuncta ſunt bona.Pulchritudo aũt dei ra
dius,quatuor illis inſitus circulis circa deum quodãmodo reuolutis.huiuſmodi radius oẽs rerũ
omnium ſpecies in quatuor illis effingit:ſpecies illas in mẽte ideas,in anima rationes,in natura ſe
mina,in materia formas appellare ſolemus.Iccirco quatuor in circulis,quatuor ſplendores eſſe vi-
dentur.Idearum ſplendor in primo:Rationum in ſecundo:in tertio ſeminum:Formarũ in vltimo.

Quomodo Plato de rebus diuinis exponatur. Cap.IIII.

HOc myſteriũ in epiſtola ad Dionyſiũ regẽ Plato ſignificauit:cũ deũ affirmauit pulchro-
rũ omniũ cauſam:quaſi totius pulchritudinis principiũ,& originẽ.Circa omniũ inqt re-
gẽ cuncta ſunt:ipſius gratia oĩa:ipſe cauſa eſt pulchrorũ oĩm:Secũda circa ſecundũ: Ter-
tia circa tertiũ.Humanus aũt animus affectat qualia illa ſint intelligere:aſpiciens in ea quę ſibi cõ
gnata ſunt:quorũ nihil ſufficienter ſe habet.Circa vero ipſum regẽ & ea quę dixi,nihil eſt tale:qđ
aũt poſt hoc eſt,animus dicit.Circa regẽ:nõ intra regẽ,ſed extra ſignificat.In Deo enim nulla eſt
cõpoſitio.Quid vero dictio illa circa ſignificat,exponit Plato,cũ addit:Eius gratia oĩa:ipſe cau
ſa eſt pulchrorũ omniũ.Quaſi dicat,ideo circa regẽ omnia ſunt,quia ad illũ tãq̃ ad finẽ pro natu-
ra ſua oĩa reuoluitur,quẽadmodũ ab illo tanq̃ principio producta ſunt oĩa.Pulchrorũ omniũ.i.to
tius pulchritudinis:quae ſupradictis in circulis emicat.Formae enim corporũ per ſemina:haec p ra
tiones,hae per ideas reducunt̃ in deum,& iiſdẽ a deo gradibus producunt̃.Proprie vero cũ dicit
Cuncta,ideas intelligit:nam in his reliqua includunt̃.Secunda circa ſecundũ:Tertia circa tertiũ.
Tres mundi principes poſuit Zoroaſter,trium ordinũ dominos: Oromaſin,mitrin,arimanin.Hos
Plato,deum,mentẽ,animã nuncupat.Tres aũt ordines in diuinis poſuit ſpeciebus,ideas,rationes,
& ſemina.Prima igitur.i.ideę,circa primũ.i.circa deũ,quoniã a deo menti tributę ſunt,& in eundẽ
mentẽ cui ſunt datae reducunt.Secunda circa ſecũdũ.i.rationes circa mentẽ:quãdoquidẽ per men
tem in animã tranſeunt,& in mentẽ animã dirigunt.Tertia circa tertium.i.ſemina rerũ circa ani-
mã.nam per animã tranſeunt in naturã,in illam.ſ.generandi potentiã,rurſuſq; naturã aiae copu-
lãt.Eodẽ ordine a natura ĩ materiã formę deſcendũt.Sed eas Plato in ordine poſito nõ cõnumerat
quia de diuinis a Dionyſio interrogatus tres ordines ad incorporales ſpecies pertinentes tanq̃ di-
uinos induxit:Formas autem corporum praetermiſit.Noluit autẽ deum regem primum vocare:
ſed omnium regem:ne ſi primum diceret,eum vna cum ſequentibus ducibus in aliqua numeri
ſpecie,conditioniſq; paritate collocare forſitan videretur.Neq; dixit prima circa illum:ſed cuncta

ne crederemus eū ordinis alicuius potius q̄ cūctorū gubernatorē.Humanus animus affectat qualia illa ſint intelligere.Scite poſt illos tres diuinæ pulchritudinis ſplendores tribus in circulis emicantes amorem animi ad illos adiecit.Illinc enim animi ardor accenditur.Quippe par eſt vt diuinus diuina deſideret:aſpiciēs in ea,quæ ſibi cognata ſunt.Quoniam humana cognitio a ſenſibus oritur:per ea quæ in corporibus præſtantiora videmus,diuina iudicare ſępenumero cōſueuimus:per corporaliū rerum vires,dei potentiā:ꝑ ordinē,ſapientiā:per vtilitatē,dei bonitatem inueſtigamus.Vocat aūt formas corporū animæ cognatas,quaſi proxime natas.Sequenti enim gradu poſt animā formę corporū diſponuntur.Quorum nihil ſufficienter ſe habet.Formæ huiuſmodi neq; ſufficienter ſunt,neq; ſufficienter nobis diuina oſtendunt.Verę nanq; res,ideę,rationes,& ſemina ſunt:Corporū vero formæ,vmbræ rerum potius q̄ veræ res eſſe vidētur.Quēadmodum vero corporis vmbra exactam atq; diſtinctam corporis figuram non indicat:ita corpora diuinorū naturā propriam non demonſtrant.Circa ipſum regem & ea quę dixi,nihil eſt tale.Quo enim pacto mortalia immortalibus,& falſa veris ſimilia ſint?Quod autē poſt hoc eſt,animus dicit.id eſt animus dum diuina per mortalia iudicat,falſo de diuinis loquitur:neq; diuina pronunciat,ſed mortalia.

Pulchritudo diuina,per omnia ſplendet,& amatur in omnibus. Cap.V.

CAeterū vt paucis multa cōprehendamus,bonū quidē ipſa ſupereminēs dei exiſtētia dicit̄. Pulchritudo actus quidā ſiue radius inde per omnia penetrās:Primo in angelicam mentem:Secundo in animā totius & reliquos animos:Tertio in naturā:Quarto in materiam corporū.Mentē idearū ordine decorat:animā rationū ſerie complet:naturā fulcit ſeminibus:Materiā formis exornat.Quēadmodū vero ſolis radius vnus corpora quatuor,Ignē,aerem,aquā,terramq; illuſtrat:ſic vnus dei radius mentē,animā,naturā,materiāq; illuminat.Atq; in his quatuor elemētis quicunq; lumē inſpicit,ſolis ipſius aſpicit radium:perq; ipſum ad ſupernam ſolis lucem intuendam conuertitur.Ita quiſquis decorem in quatuor iſtis,mēte,anima,natura,corpore contēplatur,amatq;,dei fulgore in his,perq; fulgorem huiuſmodi Deum ipſum intuetur & amat.

Paſſiones amantium. Cap.VI.

HInc efficitur vt corporis nullius aſpectu vel tactu amatoris impetus extinguat̄.Non enī corpus hoc aut illud deſiderat:ſed ſuperni luminis ſplendorem per corpora refulgentē admiratur,affectat,& ſtupet.Quapropter quid cupiant,aut quærant amantes ignorant.Deū nāq; ipſum ignorāt:cuius ſapor occultus odorem quēdam ſui dulciſſimū operibus ſuis inſeruit.Quo quidem odore quotidie excitamur.Odorē quidē ſentimus:Saporem proculdubio ignoramus.Cum igitur odore manifeſto illecti ſaporem latētem deſideremus,merito quid cupiamus,patiamurq; neſcimus.Hinc etiam ſemper accidit,vt amātes amati aſpectū timeant quodammodo atq; venerentur.Quod etiā fortes,dicam equidem & ſi vereor nequis veſtrum hæc audiens erubeſcat:& ſapientes inquā viri,corā inferiore quouis amato pati conſueuerunt.Nempe non humanum eſt quod eos terret:quod frangit:quod occupat.Humana enim vis in fortioribus,ſapiētioribuſq; ſemper eſt excellentior.Sed diuinitatis fulgor ille in formoſis emicans quaſi dei ſimulacrum amātes obſtupeſcere,cōtremiſcere,& venerari compellit.Eadem ratione propter amati præſentiā amator diuitias & honores contēnit:& pro nihilo habet.Par enim eſt,vt diuina humanis anteponantur.Illud quoq; euenire ſæpenumero ſolet,vt ſe in amati perſonā quiſq; transferre cupiat.Nec immerito.Deus nanq; pro homine fieri cupit,atq; conatur.Quis autem pro Deo hominem non cōmutet?Fit etiam vt amore illaqueati viciſſim ſuſpirent & gaudeant.Suſpirant ꝙ ſeipſos amittunt,ꝙ perdunt,ꝙ perimunt.Gaudent ꝙ in melius quiddam ſe transferunt.Calent quoq; viciſſim & frigent:inſtar eorum,quos tertiana febris inuadit.Merito frigent:quia calore proprio deſeruntur:nec non & calent,cum superni radii fulgoribus accendantur.Frigiditatem timiditas:caliditatem audacia ſequitur.Ideo timidi quoq; viciſſim & audaces apparēt. Hebetiſſimi præterea q̄ q; acutiores amando redduntur.Quis enim cęleſti radio aſpirante,non acutiſſime videat?Verum de amore ipſo,& pulchritudine,eiuſq; origine,amantium affectibus iſta ſufficiant.

De duobus Amoris generibus,ac de duplici Venere. Cap.VII.

DEinceps de duob⁹ Amorū generibus breuiter diſputandū.Cupidinē Veneris comitē eſſe apud Platonē Pauſanias aſſerit.Totidēq; eſſe Cupidines quot ſint & Veneres,neceſſariū arbitratur.Veneres autē duas commemorat:quas itidem gemini Cupidines comitent̄.Venerē alterā qdem cæleſtem ponit:alterā vero vulgarē.Cæleſtem illam Cęlo ſine matre natam:Vulgarem ex Ioue & Dione genitam.Cælum Platonici ſummū deū ideo vocant,quia ſicut cælū iſtud ſublime corpus o῀ia corpora regit & cōtinet,ſic ſummus ille deus oēs ſpiritus ſupereminet.Mentē vero plurimis nominibus nūcupāt.Saturnū enim modo,modo Iouē,modo Venerē vocāt.Eſt nāq; mens illa:viuit:intelligit.Eſſentiā ſuam Saturnū,Vitam Iouem,Intelligentiam Veneren

appellare cõſueuerũt. Animã præterea mundi, Saturnũ ſimiliter & Iouẽ vocamus & Venerẽ. Prout ſuperna intelligit, Saturnũ. Prout cęleſtia mouet, Iouẽ. Vt inferiora generat, Venerẽ. Venus prima, ꝗ in mente eſt, Cęlo nata ſine matre dicit̃. qm̃ mater apud phyſicos materia eſt. Mens aũt illa a materiæ corporalis cõſortio eſt aliena. Secũda Venus, ꝗ in mũdi aĩa ponit̃, ex Ioue & Dione genita Ex Ioue. i. ex ea virtute ipſius animæ, quę cæleſtia mouet. Ea ſiqdem iſtã creauit potentiã, ꝗ inferiora hæc generat. Matrẽ quoq; illi ideo tribuunt: qa materię mundi infuſa cum materia cõmercium habere putat̃. Deniq; vt ſummatim dicã, duplex eſt Venus. Vna ſane eſt intelligentia illa quam in mente angelica poſuimus. Altera vis generãdi aĩæ mundi tributa. Vtraq; ſui ſimilem comitẽ habet amorẽ. Illa eñ amore ingenito ad intelligẽdã dei pulchritudinẽ rapit̃. Hęc itẽ amore ſuo ad eãdem pulchritudinẽ in corporibus procreandã. Illa diuinitatis fulgorẽ in ſe primũ cõplectit̃: deinde hunc in Venerẽ ſecundã traducit. Hęc fulgoris illius ſcintillas in materiã mũdi trãſfundit. Scintillarum hmõi pſentia ſingula mũdi corpora, ꝓ captu naturę, ſpecioſa vident̃. Horũ ſpeciẽ corporũ humanus animus ꝑ oculos ꝑcipit. Qui rurſus vires geminas poſſidet. Quippe intelligendi vim habet. Habet & generãdi potentiã. Hę geminę vires duę in nobis ſunt Veneres, quas & gemini comitant̃ amores. Cũ primũ humani corporis ſpecies oculis noſtris offert̃, mens noſtra ꝗ prima in nobis Venus eſt, eã tãꝗ diuini decoris imaginẽ venerat̃ & diligit: perq; hãc ad illum ſępenumero incitat̃. Vis autẽ generãdi, ſecunda Venus, formã generare huic ſimilem cõcupiſcit. Vtrobiq; igitur amor eſt. Ibi contemplandæ: hic generãdę pulchritudinis deſiderium. Amor vterq; honeſtus atq; probãdus. Vterq; enim diuinam imaginem ſequitur. Quid igit̃ in amore Pauſanias improbat? Dicam equidem. Siquis generationis auidior cõtemplationẽ deſerat, aut generationẽ præter modũ cũ fœminis, vel cõtra naturę ordinẽ cum maſculis ꝓſequat̃, aut formã corporis pulchritudini animi pferat, is vtiq; dignitate amoris abutit̃. Hũc amoris abuſum vituperat Pauſanias. Quo ꝗ recte vtit̃, corporis qdem formã laudat: ſed per illam, excellentiorem animi mentiſq; & dei ſpeciem cogitat, eãq; vehemẽtius admirat̃, & amat. Gñationis aũt & cõgreſſus officio eatenus vtit̃, quatenꝰ naturalis ordo legeſq; ciuiles a prudentibus ſtatutæ præſcribunt. De his diffuſius Pauſanias.

Exhortatio ad amorem. De amore ſimplici, ac de mutuo. Cap. VIII.

VOs aũt o amici hortor & obſecro, vt amorẽ rem ꝑfecto diuinã totis viribus cõplectamini neq; vos illud deterreat qđ de amãte quodã Platonẽ dixiſſe ferũt. Ille, inqt, amator animꝰ eſt ꝓprio ĩ corpore mortuus: in alieno corpore viuẽs. Neq; vos etiã turbet qđ de amara miſeraq; amãtium ſorte cecinit Orpheus. Hęc eñ quomõ accipienda ſunt, & qua via his ſuccurrendũ, quæſo deinde ſi placet, diligenter attẽdite. Amorẽ Plato rẽ amarã vocat. nec iniuria, qa morit̃ qſqs amat. Hũc & Orpheus i. dulce amarũ noĩat. Quippe cũ amor mors volũtaria ſit. Vt mors eſt, amara res eſt. Vt voluntaria, dulcis. Morit̃ aũt qſquis amat. Eius eñ cogitatio: ſui oblita ſemp in amato ſe verſat. Si de ſe nõ cogitat, in ſe certe nõ cogitat. Ideo nec in ſeipſo ſic affectꝰ animus operat̃: cum pcipua operatio animi ipa cogitatio ſit. Qui nõ in ſe operat̃, nec in ſeipõ eſt. Aequa eñ inter ſeſe hęc duo, eſſe, & opatio ſunt: nec eſſe ſine operatione eſt, nec operatio eſſe ipm excedit: nec operat̃ quiſꝗ vbi nõ eſt: & vbicunq; eſt operat̃. Nõ ergo in ſe amãtis eſt animus: qa in ſeipſo nõ agit. Si in ſeipſo nõ eſt, nec viuit etiã in ſeipſo, ꝗ nõ viuit, mortuus eſt. Quare in ſe mortuus eſt qcũq; amat. Num viuit ſaltẽ in alio? Profecto. Amoris illę duę ſunt ſpecies. amor vnꝰ ſimplex, mutuus alter. Simplex amor vbi amatus nõ amat amãtem. Ibi omnino mortuus eſt amator: nã nec viuit in ſe, vt ſatis iam demonſtrauimus, nec in amato etiam cum ab eo reiiciatur. Vbi ergo viuit? numquid in aere, vel aqua, vel igne, vel terra, aut aliquo bruti corpore? nequaꝗ. Animus enim humanus, nõ in alio viuit corpore ꝗ humano. An forte in alio quodã corpore hominis non amati vitã ducet? Nec iſtud quidẽ. Nã ſi in eo nõ viuit vbi viuere vehementiſſime cõcupiſcit, quonam pacto viuet in alio? Nuſꝗ ergo viuit, qui amat alium ab alio non amatus. Propterea omnino mortuus eſt nõ amatus amator. Nec reuiuiſcet vnꝗ niſi indignatio ſuſcitet. Vbi vero amatus in amore reſpondet, in eo ſaltem vitam agit amator. Hic certe mira res fit: quotiens duo aliq mutua ſe beneuolentia complectuntur, hic in illo, ille in hoc viuit. Viciſſim huiuſmodi homines ſe cõmutant, & ſeipſum vterq; vtriq; tribuit, vt accipiant alterum. Quomodo ſeipſos tribuãt dum ſui obliuiſcuntur, video. At quomodo accipiant alterum, non intelligo, nam qui ſeipſum non habet, multo minus alium poſſidebit. Immo vero habet ſeipſum vterq;, & habet alterum. Hic quidem ſe habet: ſed in illo, Ille quoq; ſe poſſidet: ſed in hoc. Equidem dum te amo me amantem, in te de me cogitante me reperio, & me a meipõ negligentia mea perditum in te conſeruante recupero. Idem in me tu facis. Mirum rurſus & hoc apparet. Nam ego poſtꝗ meipſum amiſi, ſi per te me redimo, per te me habeo. ſi per te habeo, te prius ac magis habeo ꝗ meipſum: tibi propinquior, ꝗ mihi ſum. Quippe cum mihi non aliter ꝗ per te medium inhæreſcam. In hoc vtiq; vis Cupidinis a Mar-

tis diſcrepat violētia.Nēpe imperiū ſic,amorq́ differūt.Imperator ꝑ ſe alios poſſidet,amator ꝑ aliū ſe cōplectit̄:& vterq́ amātiū lōgior a ſeipſo,fit ꝓpinquior alteri:ac in ſe mortuus,in alio reuiuiſcit. Vna vero dūtaxat in amore mutuo mors eſt:reuiuiſcētia duplex.Morit̄ eñ q amat,in ſeipſo ſemel cū ſe negligit.Reuiuiſcit in amato ſtatim cū amatus eū ardēti cogitatiōe cōplectit̄.Reuiuiſcit iterū,cū ī amato ſe deniq́ recognoſcit,& amatū ſe eſſe nō dubitat.O felicē mortē quā duę vitę ſequūtur.O mirū cōmerciū:quo qs ſeipm̄ tradit ꝓ alio,aliū habet,nec habere ſe deſinit.O ieſtimabile lucrū,qñ duo ita vnū fiūt,vt qſq́ duorū ꝓ vno ſolo,duo fiat:& tāq̄ geminatus q vnā habuerat vitā vna interueniēte morte duas iā habeat.Nā q ſemel mortuus bis reuiuiſcit,ꝓ vna vita geminā,ꝓ ſe vno,ſe duos eſt cōſequutus.Iuſtiſſima certe eſt in mutuo amore vindicta.Homicida morte plectendus.Quis eñ homicidā eſſe neget q amat̄,cū aīam ab amāte ſeiungat?Quis iterū mori ſimiliter eundē neget:cū ſimiliter amet amantē?Debita nimiū hæc reſtitutio eſt:qñ hic illi,& ille huic reddit aīam quā accepit.Vterq́ amādo ſuā tradit:& redamādo ꝑ ſuā,reſtituit alienā.Quapropter iure ipſo amare debet qſqs amat̄.Qui vero nō amat amātē,homicidii reus eſt habendus.Immo vero fur,homicida,ſacrilegus.Pecunia a corꝑe poſſidet̄,corp⁹ ab aīo.Qui ergo animū arripit:a quo tam corpus q̄ pecunię poſſident̄,animū ſimul corpuſq́ & pecunias arripit,a quo tā corpus q̄ pecunię poſſident̄.Quo fit vt tāq̄ fur,homicida,ſacrilegus,triplici morti ſit obnoxius:ac velut infamis penitus atq́ ꝓphanus impune a quolibet interfici poſſit:niſi ipſemet ſpōte ſua legē illā ipleat,amet videlicet amatorē.Vbi cū ſemel moriente,ſemel ipſe ſimiliter morit̄:cū bis reuiuiſcente bis itidē reuiuiſcit.Superiorib⁹ rationib⁹ oſtēſum eſt,amatū viciſſim amatorē amare debere.nō ſolū vero debere,ſed cogi,ſic oſtendit̄.Amorē ꝓcreat ſimilitudo.Similitudo natura quędā eſt in pluribus eadē. Nam ſi ego tibi ſimilis ſum,tu quoq́ mihi es neceſſario ſimilis.Eadē ergo ſimilitudo,quę me vt te amē compellit,te quoq́ amare me cogit.Præterea amator ſe ſibi aufert,deditq́ amato.Hunc ergo amatus tanq̄ rem ſuā curat.chariſſima eñ ſua cuiq́ ſunt.Accedit ꝙ amās amati figurā ſuo ſculpit in animo.Fit itaq́ amātis animus ſpeculū:in quo amati relucet imago.Iccirco amatus cum in amāte ſe recognoſcat,amare illū cōpellit̄.Viciſſitudinē amoris inter illos ꝓcipuā eſſe aſtrologi arbitrant̄,in quorū geneſi luminū.i.ſolis & lunę cōmutatio fuerit.Videlicet ſi me naſcēte ſol in ariete,luna in libra.Te naſcēte ſol in libra,luna ī ariete.Aut qbus ſignū idē ſimileve,idēq́ planeta ſimilisve aſcēderit:aut benigni planetę ſimiliter angulū orientis aſpexerint:aut Venus in eadem natiuitatis domo:eodēq́ gradu fuerit cōſtituta.Addūt Platonici:quorū vitā dæmon idē,aut certe ſimilis ducat.Phyſici vero moraleſq́,Cōplexionis,Nutritiōis,Eruditionis,Cōſuetudinis,Cōſilii ſimilitudinē ſimilis affectus cauſam eſſe volūt.Deniq́ vbi cauſę plures cōcurrūt,ibi viciſſitudo vehementior reperitur.Vbi omnes,illic Pythię,Damonis,Pyladis,& Oreſtis reſurgunt affectus.

Quid quærant amantes. Cap.IX.

CAeterū qd iſti quęrūt cū ſe mutuo diligūt?Pulchritudinē quęrūt.Amor eñ fruendę pulchritudinis deſideriū eſt.Pulchritudo aūt ſplēdor qdā ē humanū ad ſe rapiēs animū.Nēpe corporis pulchritudo nihil aliud eſt,q̄ ſplendor ipſe in colorū linearūq́ decore.Animi quoq́ pulchritudo fulgor in doctrinę & morū cōcinnitate.Lucē illā corporis,nō aures,nō olfact⁹,non guſtus,non tactus,ſed oculus percipit.Si oculus ſolus agnoſcit,ſolus fruitur.Solus igit̄ oculus corporis pulchritudīe fruit̄.Cū vero amor nihil aliud ſit,niſi fruēdę pulchritudinis deſideriū: hęc aūt ſolis oculis cōprehēdat̄:ſolo aſpectu amator corporis eſt cōtētus.Tāgēdi vero cupido,non amoris pars eſt,nec amātis affectus,ſed petulātię ſpecies,& ſeruilis hoīs ꝑturbatio.Lucē ꝓterea illā & pulchritudinē animi ſola mēte cōprehēdim⁹.Quare ſolo mētis intuitu cōtētus eſt:q animi pulchritudinē expetit.Pulchritudo deniq́ inter amātes ꝓ pulchritudine cōmutat̄.Iunioris amati pulchritudīe vir oculis fruit̄.Viri pulchritudinē iunior mēte cōſequit̄.& q ſolo corpore formoſus eſt, hac cōſuetudine fit & aīo ſpecioſus:q ſolo aīo eſt decor⁹,corporis oculos explet corporis pulchritudīe.Mirifica plane cōmutatio eſt,vtriq́ honeſta,vtilis & iocūda.Honeſta.ſiqdē par ī vtroq́.ęque eñ honeſtū eſt & diſcere,& docere.Iocūditas ī ſeniore maior:q aſpectu & itelligētia delectat̄.In iuniore vero maior vtilitas.quo eī ꝓſtātior eſt anim⁹ corꝑe,eo ꝓcioſior ē pulchritudinis animi:q̄ corporis cōſecutio.Pauſanię hacten⁹ nūc Eryximachi orationē interꝑtemur. TERTIA ORATIO.

Amor in omnibus,ad omnia,creator omnium,magiſter omnium. Cap.I.

TRia nobis deinceps ex noſtri Eryximachi mente tractanda videntur.Primum ꝙ amor omnibus inſitus per cuncta porrigitur.Alterum ꝙ omnium quæ ſecūdum naturam ſunt operum,effector eſt atq́ ſeruator.Tertium ꝙ artium ſingularum eſt magiſter & dominus.Tres profecto rerū gradus in natura cōſiderantur.Supiora,Inferiora,Aequalia.Quæ ſupra ſunt,īferiorū ſunt cauſę.Quę infra ſuperiorū opa.Quę ęqualia,eadē iter ſe natura ſunt ꝑdita.Cauſę vero opera ſua

tanq̃ ſui partes & imagines diligunt. Opera quinetiã cauſas tanq̃ ſui cõſeruatrices expetũt. Quę aũt in eodẽ ordine locata ſunt, ad ſeſe inuicem quaſi vnius & eiuſdem ſimilia mẽbra mutua charitate afficiunt. Ideo deus angelos, & angeli cũ deo ſimul animas, aĩę cũ illis vna corpora beneuolentia quadã regũt atq; gubernãt. In quo ſupiorũ ad inferiora dilectio plane cõſpicit. Rurſus corpora aĩs ſuis & iungunt auidiſſime, & ab eis moleſtiſſime ſeiungunt. Animi noſtri cæleſtiũ beatitudinẽ cupiũt: cæleſtes ſupni numinis maieſtatẽ feliciter venerant. atq; hic ĩferiorũ ad ſupna eſt amoris affectus. Itẽ oẽs ignis ptes libẽter inuicẽ cohęreſcũt. Terræ rurſus, aquę, & aeris ptes inuicẽ: & ĩ qualibet aĩaliũ ſpecie, eiuſdẽ ſpeciei aĩalia ſeſe mutua cõſuetudĩe ſemp adſciſcũt. Vbi amor ad æqualia ſimiliaq; cõſpicit. Cuinã igit dubiũ erit, quin amor oĩbus ad oĩa ſit ingenitꝰ? Atq; id ẽ qđ Dionyſiꝰ Areopagita ĩ lib. de diuinis noĩbꝰ ex Hierothei mẽte iis verbis ſignificauit. Amorẽ ſiue diuinũ, ſiue angelicũ, ſiue ſpiritalẽ, ſiue aĩalẽ, ſiue naturalẽ dixerimꝰ, ĩſitiuã quãdã ĩtelligamꝰ cõmiſcentẽq; virtutẽ: q̃ ſupiora qdẽ ad inferiorũ ꝓuidẽtiã mouet: æqualia rurſus ad ſocialẽ ſui inuicẽ cõmunionẽ cõciliat: ac poſtremo inferiora q̃q; admonet, vt ad potiora ſublimioraq; cõuertantur. Hæc ille.

Amor eſt auctor omnium & ſeruator. Caput. II.

SEcundũ vero illud noſtrę orationis mẽbrũ: quo amor effector oĩm & ſeruator eſt dictus ita pbat. Cupiditas pfectionis ppriæ ꝓpagãdę amor qdã eſt. Abſoluta pfectio, in ſumma eſt dei potẽtia. Eã diuina ĩtelligẽtia cõtẽplat, atq; ĩde volũtas eadẽ cupit extra ſe ꝓpagare: ex quo ꝓpagãdi amore creata ab eo ſunt oĩa. Idcirco Dionyſius noſter, Diuinꝰ inqt amor nõ pmiſit regẽ oĩm ſine germine in ſeipſo manere. Idẽ ꝓpagationis ĩſtinctꝰ oĩbus ab illo prĩo auctore ẽ ĩditꝰ. Per hũc ſancti illiꝰ ſpũs cælos mouẽt, & ſeqũtibus oĩbꝰ ſua munera largiunt. Per hũc ſidera lumẽ ſuũ ĩ elemẽta diffundũt. Per hũc ignis ſui caloris cõmunione aerẽ mouet, aer aquã, aqua terrã: ac verſa vice terra ad ſe trahit aquã: hęc aerẽ: ille ignẽ. Herbę quoq; & arbores cupidę ſui ſeminis ꝓpagãdi ſui ſimilia gignunt. Aĩalia quoq; bruta & hoĩes eiuſdẽ cupiditatis illecebris ad pcreãdã ſobolẽ rapiunt. Q2 ſi amor oĩa facit, ſeruat etiã oĩa. Eiuſdẽ eñ ſemp ẽ effectionis & cõſeruatiõis officiũ. Nẽpe ſimilia ſimilibꝰ cõſeruant. Amor aũt ſimile ad ſimile trahit. Terrę ptes ſingulę amore mutuo copulante, ad ptes alias terrę ſui ſimiles ſeſe cõferũt. Tota etiã terra ad ſimile ſibi mũdi cẽtrũ illiꝰ auiditate deſcẽdit. Aquę ptes ad ſeſe inuicẽ ſimiliter & ad locũ ſibi cõuenientẽ cũ toto aquę corpore pferunt. Idẽ ptes aeris ignisq; faciũt: ac etiã duo hæc elemẽta ad ſupnã regionẽ ſibi cõgruã & ſimilẽ regionis illius amore trahunt. Cęlũ etiã vt Plato in lib. de regno inqt, innato mouet amore. Aĩa eñ cæli tota ſimul eſt in qbuſlibet cęli punctis. Cęlũ ergo aĩę fruẽdę cupidũ ideo currit: vt p oẽs ſui ptes vbiq; tota aĩa pfruat. Aduolat aũt rapidiſſime: vt quoad fieri põt, totũ ſit ſimul vbiq;, vbicũq; tota ſimul ẽ aĩa. Prętera ſphęrę maioris cõcaua ſupficies minoris ſphęrę locus eſt naturalis. Et quia q̃libet huiꝰ ſphærę pticula æque cũ qualibet illiꝰ pticula cõuenit, q̃libet oẽs appetit pticulas illiꝰ attigere. Si qeſcat ſingulę tangẽt ſingulas, nõ q̃libet cũctas. Currẽdo ferme aſſequit qđ aſſeq qeſcẽdo nõ poſſet. Currit aũt velociſſime: vt q̃libet ps eodẽ pene tẽpore pro viribus cunctas attingat. Quinetiam vnitate partiũ ſuarũ cũcta ſeruant: diſperſione partium percũt. Vnitatem vero ptiũ mutuus earũdẽ efficit amor. Qđ in humoribꝰ noſtrorũ corporũ & mundi elementis intueri licet, quorũ cõcordia vt ait Empedocles Pythagoreus, & mundus & corpus noſtrũ cõſtat: diſcordia diſſipat. Cõcordiã vero illis pacis atq; amoris pſtat viciſſitudo Hinc Orpheus. .i. Solus horum oĩm tu regis habenas.

Q2 ſit magiſter artium & gubernator. Cap. III.

REſtat poſt hęc vt quo pacto magiſter artiũ oĩm & gubernator ſit exponamꝰ. Magiſtrũ qdẽ artiũ eſſe ĩtelligemꝰ: ſi mõ cõſiderabimꝰ neminẽ vnq̃ artẽ aliquã aut inuenire, aut diſcere poſſe, niſi inueſtigationis oblectatio, & inueniendi deſideriũ incitet: et q docet, diſcipulos diligat, ac diſcipuli eã doctrinam auidiſſime ſitiant. Gubernator prætera merito nominatur. Artis enim opera diligenter exeqtur, atq; exacte cõſummat, quicũq; & artificia ipſa & pſonas quibus illa fiunt, maxime diligit. Accedit q artifices in artibus ſingulis nihil aliud q̃ amorẽ inqrunt, & curant. Eas in pſentia nos artes breuiter pcurremꝰ: quas Eryximachus apud Platonẽ cõmemorat. Quid enim aliud Medicina conſiderat, q̃ quomodo humores quatuor corporis amici inuicẽ fiant: atq; permaneant? quos cibos: ac potus: cæteroſq; viuendi, aut medendi vſus amet natura, atq; reqrat? Duos illos hic quoq; amores, Cæleſtẽ & vulgarem: quos Pauſanias ſupra diſtinxerat, per ſimilitudinem quandam Eryximachus adinuenit. Temperata enim affectio corporis moderatum, atq; ad res moderatas, conuenientesq; habet amorem. Intemperata cõtrarium, & ad cõtraria continet. Illi qdem indulgendum, Huic nunq̃ obtemperandum. In gymnaſtica etiam exercitatione inueſtigãdũ: qui corporis habitus: quos exercendi modos: quos geſtus amet & poſtu

let.In agricultura,qđ ſolum,quæ ſemina:qualēve culturā exigat:quiſve colendi modus a ſingu-lis arboribus diligatur.Idē in muſica obſeruatur:cuius artifices, qui numeri,quos numeros,aut magis:aut minus diligant,inueſtigant.Ii inter vnum ac duo,atq; vnū & ſeptē minimū amorē in ueniunt.Inter vnū vero,tria,quatuor,quinq;,ſex:amorē vehementiorē reperiūt.Inter vnū & octo vehemētiſſimū.Ii voces acutas,& graues natura diuerſas certis interuallis & modulis ſibi iuicē magis amicas faciunt.Ex quo harmonię cōpoſitio & ſuauitas naſcitur.Tardiores etiā motꝰ & ve lociores ita inuicē tēperant,vt amici potiſſimū fiant,& rhythmū cōcinitatēq; exhibeant.Muſicæ aūt melodię gñā duo tradunť.Eſt enim graue qđdā & cōſtans: eſt & aliud molle atq; laſciuum. Illud vtentibus vtile:hoc noxiū in libris de repu.& legibus Plato iudicat.Illi in conuiuio Vraniā muſam,huic Polymniā præfecit.Alii primū illud genus,alii ſecūdū amāt.Illorum amori obtem perandum:adhibēdiq; ſoni ſunt:quos expetunt.Horū appetitui obſiſtendū.Illorum nāq; amor cę leſtis eſt.Horum vero vulgaris.Ineſt ſyderibus & elementis quatuor amicitia quædam:quā aſtro nomia conſiderat.In his duo illi quodāmodo amores reperiunť.Eſt enī his moderatus amor quā do inuicem mutuis viribus temperatiſſime conſonant.Eſt & amor immoderatus,quando vnum aliquid illorum ſeipſum amat nimiū,alia quodāmodo derelinquit. Ex illo aeris grata temperies: aquæ tranquillitas:terrarum fertilitas,animalium ſanitas:ex hoc contraria proficiſcuntur. Vatū poſtremo Sacerdotumq; facultas in hoc potiſſimum verſari videtur: vt quę hominū officia deo amica ſint:qua ratione hoīes deo amici fiant,nos doceant:qui amoris,charitatiſq; modus ad deū ad patriā:ad parētes,ad alios tā ad viuos,q̄ ad defunctos ſit adhibēdus.Idē ī cęteris artibꝰ cōiecta ri licet:atq; ſummatim cōcludere amorē ī oībꝰ ad oīa eſſe oīm auctorē,ſeruatorēq; exiſtere,& ar tiū vniuerſarū dominū & magiſtrū.Hūc merito diuus Orpheus appellauit Solertē bigeniū, oīm claues habētē.Quomō.n.geminæ naturæ ſit a Pauſania primū:deīde ab Eryximacho audiuiſtis Qua etiā ratione claues mūdi tenere dicať ab Orpheo,ex ſuperioribꝰ ſatis cōprehēdere poſſumꝰ quippe ſicut oſtēdimꝰ deſideriū hoc pfectionis propriæ ppagādæ cūctis ingenitū,latētē & īplica-tā cuiuſq; fœcūditatē explicat: dum ſemina in germē pullulare cōpellit,& vires cuiuſq; eiꝰ edu-cit ſinu:fœtuſq; cōcipit:& quaſi clauibꝰ qbuſdā cōceptꝰ aperiēdo pducit ī lucē.quāobrē oēs mū di ptes:quia vniꝰ artificis opa ſunt,eiuſdē machinę mēbra inter ſe ī eſſendo,& viuēdo ſimilia,mu tua quadā charitate ſibi inuicē viciunť: vt merito dici poſſit amor nodus ppetuꝰ:& copula mū di:partiūq; eius īmobile ſuſtentaculū:ac firmū totius machinę fundamentum.

Nullum mundi membrum odit aliud membrum. Cap.IIII.

QVod ſi ita eſt:nulla operis huius mēbra inimica eſſe inter ſe vllo pacto pñt. Non enim ignis aquā,aquę odio fugit:ſed ſuīpſiꝰ amore:ne ab aquæ frigore extinguať. Neq; ignē aqua odio ignis extiguit: ſed quodā amplificādi proprii frigoris appetitu trahitur ad aquā ſibi ſimilē ex ignis corpore procreandā.Nā cū oīs appetitio naturalis ad bonum nullaq; ad malum tendat:aquæ propoſitū eſt,nō ignē extinguere: qđ eſt malū:ſed aquā ſui ſimi-lē,qđ bonum eſt,generare.Qđ ſi abſq; ignis īteritu explere poſſet,ignē vtiq; nō cōſumeret.Eadē de cæteris q̄ cōtraria & inimica videnť,ratio aſſignať.Porro agnꝰ lupi vitā,figurāq; nō odit, ſed ſui pniciē q̄ a lupo īferť,exhorret.neq; lupꝰ agni odio,ſed amore ſui eū lacerat atq; deuorat.Neq; homo hoīem ſed vitia hoīs horret:neq; potētioribus,aut acutioribꝰ dotes ſuas illorū odio: ſed no ſtri beneuolētia inuidemꝰ metuentes ne illis penitus ſuccumbamus.Quapropter nihil obſtat qn amor in oībus ſit perq; oīa penetret.Hunc igiť tātū deū,quia vbiq; eſt,omniū inſidet penetralibꝰ tanq̄ potentem dominum cuius imperium effugere non valemus,tanq̄ ſapientiſſimum iudicem quem cogitationes noſtræ latere nō poſſunt,proculdubio metuamus:hunc qa creator eſt oīm,at q; ſeruator,tanq̄ patrem veneremur,tanq̄ tutorem, præſidiumq; colamus : hunc,quia artes ſin-gulas edocet,tāq̄ pceptorē ſequamur:quo auctore ſumꝰ & viuimꝰ: quo ſeruatore ppetui pmane mꝰ:quo pſide & iudice gubernamur.Quo pceptore ad bñ bteq; viuēdū īſtruimur, & formamur.

Narratur textus Platonis de antiqua hominū natura. ORATIO QVARTA. Cap.I.

HIs dictis familiaris nr̄ verbis finē īpoſuit.Eū Chriſtophorꝰ Landinꝰ vir doctrina excellēs,quē potiſſimū cognouimꝰ noſtris temporibus Orphicum Platonicum q; poetam,ſequutus eſt in hunc modum,obſcuram & implicatam Ariſtopha-nis ſentētiam explicaturus. Qāq̄ Ioānes Caualcantes ſua nos diligētia longis diſputationum ambagibus liberauit:Ariſtophanis tamen ſententia verbis obſ curiſſimis inuoluta enodationem adhuc aliquam lucemq; requirit. Eſt in-quit Ariſtophanes amor præ cæteris diis ſummopere generi humano benefi-cus, curator & tutor hominum,atq; medicus.Oportet primum qualis hominum quondam fue rit natura:quæve illius paſſiones aīaduertere. Neq; enim qualis nunc eſt olim erat,ſed longe di-

uerſa.Principio tria hoīm erāt gña:nō ſolū ꝗ̄ nunc duo,mas & fœmina: verū etiā tertiū quoddā aderat ex vtriſq; cōpoſitū.Præterea integra erat cuiuſq; hoīs ſpecies,atq; rotūda,dorſum & latera circulo habēs:man⁹ quatuor:& paria manibus crura.Vult⁹ itē duos tereti ceruice cōnexos & oīno cōſimiles.Maſculinū gen⁹ ſole genitū erat:Fœmininū terra:Luna ꝓmiſcuū.Vnde elato erāt animo robuſtoq; corpore:quare cū diis pugnare tentabant,& in cælū aſcendere.Ideo Iupiter ſingulos in longū ſecuit:duoſq; fecit ex vno:inſtar eoꝝ q oua in longū capillo ſecant,atq; iterū ſi faſtu in deos inſanire videanť minatus eſt eos rurſus ſe ſimiliter partiturū.Poſtq̄ natura hoīm ita diuiſa fuit,quiſq; ſui dimidiū cupiebat.Igiť cōcurrebant,iactiſq; circū brachiis ſeſe inuicē cōplectebanť,redigi ī priorē habitū affectātes.ꝓpterea fame & torpore defeciſſent:niſi deus cōgreſſui modū impoſuiſſet.Hinc vtiq; mutuus hoībus īnat⁹ eſt amor priſcæ naturę cōciliator,annitens vnū ex duobus efficere,hoīmq; naturæ mederi.Eſt enī quiſq; noſtrū dimidiū hoīs vtpote ſectus,quē admodum piſciculi qui pſectæ & auratæ vocanť,ſciſſi ex vno duo efficiunť.Quærit autē ſui quiſq; dimidiū.Quotiens itaq; dimidiū ſuum alicui:cuiuſcūq; ſexus auidus ſit:occurrit,vehementiſſime concitatur,ardenti inhæret amore,neq; momentū quidē ab illo patiať ſeiungi.Totius itaq; reficiendi cupido,nixus amoris nomen accepit.Qui nos præſenti in tempore ſummopere iuuat dū in ſui dimidiū olim amiciſſimū quēq; cōducit:& in poſterum ſpē ſummam iniicit nobis deū pie colentibus in veterem figuram reſtituendo medendoq; ſe nos beatiſſimos effecturum.

Exponitur opinio Platonis de antiqua hominum figura. Caput.II.

HAec Ariſtophanes & alia narrat permulta,monſtris portentiſq; ſimilia : ſub ꝗbus quaſi velaminibus quibuſdam diuina myſteria latere putandū.Mos enim erat veterū theologorū ſacra ipſorum puraq; arcana ne a prophanis & impuris polluerenť figurarū vmbraculis tegere.Nos aūt quæ in figuris ſuperiorum,& aliis deſcribunť,ſingula exacte ad ſenſum pertinere non arbitramur.Nam Aurelius Auguſtinus,non oīa inquit,quę in figuris finguntur ſignificare aliquid putanda ſunt.Multa enī propter illa quę ſignificāt ordinis & connexionis gratia ſunt adiuncta.Solo vomere terra proſcinditur . Sed vt hoc fieri poſſit,cætera quoq; huic aratri membra iunguntur. Quæ igitur nobis exponenda proponiť hæc ſumma.Homines quondā tres ſexus habebant,Maſculinum,Fœmininum,Promiſcuum,Solis,Terræ,Lunęq; filios.erant & integri.Sed propter ſuperbiam cum deo æquare ſe vellent ſciſſi in duo ſunt:iterum ſi ſuperbiant,bifariam diſcindēdi.Sectione facta,dimidiū amore ad dimidium trahitur,vt integritatis reſtitutio fiat,qua cōpleta beatū gen⁹ hoīm eſt futurū.Sūma vero nr̄æ interꝑtatiōis erit huiuſmodi.Hoīes .i.hominum animæ quondam.i.quādo a deo creantur,integrę ſunt,duob⁹ ſunt exornatæ luminibus,ingenito & īfuſo:vt īgenito ęqlia & īferiora,īfuſo ſupiora cōſpicerēt.Deo æqre ſe voluerūt,ad vnicum lumen ingenitum ſe reflexerunt.Hic diuiſæ ſunt.Splendorem infuſum amiſerunt:quando ad ſolum ingenitum ſunt conuerſæ:ſtatimq; in corpora cecidere.Superbiores factę iterū diuidentur:id eſt ſi naturali nimium confidant ingenio lumen illud ingenitum,& naturale,quod reſtitit,quodammodo extinguetur.Tres ſexus habebant,Mares ſole,Fœminæ terra,Promiſcuæ luna genitæ.Dei fulgorem aliæ ſecundum fortitudinem:quæ maſcula eſt:aliæ ſecundum temperātiam:quæ fœmina:aliæ ſecundum iuſtitiam quæ promiſcua, ſuſceperunt.Hæ tres in nobis virtutes aliarum triū quas deus habet,ſunt filiæ.Sed in deo tres illæ,Sol,Luna, Terra:in nobis Mas Fœmina,Promiſcuum nuncupantur.Sectione facta dimidium amore ad dimidium trahitur.Animæ iam diuiſæ & immerſæ corporibus,cum primum ad annos adoleſcētiæ venerint naturali,& ingenito lumine:quod ſeruarunt:ceu ſui quodam dimidio excitantur ad infuſum illud diuinūq; lumen, olim ipſarum dimidium,quod cadentes amiſere,ſtudio veritatis recipiendum.Quo recepto iam integræ erunt:& dei viſione beatæ.Hoc igitur erit interpretationis noſtræ compendiū.

Homo eſt ipſa anima: & anima eſt immortalis. Caput.III.

COrpus cum ex materia conſtet,& quātitate,& ad materiam ſuſcipe,ad quantitatē diuidi ſolū extēdiq; ptineat:atq; ipſa ſuſceptio & diuiſio paſſiones ſint:conſequēs eſt,vt ſua pte natura paſſioni tm̄ ſit & corruptioni ſubiectū.Siqua vero actio corpori cōpetere videať,non inquantum corpus eſt agit:ſed inquātum illi vis quædam quodāmodo incorporea & qualitas ineſt,vt in ignis mole caliditas:in aquę materia frigus:in corpore noſtro complexio.Ex quibus certe qualitatibus operationes corporum proficiſcūtur.Non enim quia lōgus,aut latus,aut profundus eſt ignis: ſed quia calidus,calefacit.Neq; qui extenſior ignis, calefacit magis:immo propter diſperſionem minus: ſed qui calidior.Cum igitur virium:& qualitatum beneficio operationes proueniant:ac vires ipſæ & qualitates ex materia & quantitate non conſtent,licet in materia quantitateq; ſint: ſequitur vt pati ad corpus, agere ad aliquid incorporale pertineat.Vires vtiq; hæ inſtrumenta quidem ſunt operandi.Ipſę vero per ſe nequaq̄ ſufficiunt ad operandū:quia nō

ſufficiunt ad exiſtendum.Qđ eñ in alio iacet,ſeq; ipſum ſuſtentare nõ poteſt,ab alio certe depẽdet.Quo fit,vt qualitates,quia a corpore neceſſario ſuſtinent,ab aliqua ſupiori ſubſtantia , quæ neq; corpus ſit,neq; in corpore iaceat,fiant atq; regantur.Huiuſmodi aĩa eſt:q̃ corporib⁹ pſens & inſidens ipſa ſe ſuſtinet:& qualitatem vimq; complexionis corporibus tribuit: per quæ tanq̃ iſtrumenta in corpore,& per corpus varias opatiões exercet.Hinc generare,nutrire,augere,currere,ſtare,ſedere,loqui,artis opa fabricare,ſentire,intelligere:homo aſſerit.Oĩa vero hæc aĩa ipſa facit:ideo q; aĩa erit homo.Si generare,augere,nutrire hoĩem dicimus,aĩa tanq̃ pater & artifex corporis,ipm gignit,auget ,atq; nutrit.Si ſtare,ſedere,loqui:anima corporis membra ſuſtinet, flectit,& vibrat.Si fabricare,currere:anima man⁹ porrigit,& pro arbitrio torquet:pedes agitat.Si ſentire, anima per ſenſuum inſtrumenta,quaſi feneſtras,& foramina exteriora corpora percipit. Si intelligere,anima per ſeipſam ſine aliquo corporis inſtrumento veritatem aſſequitur . Omnia igitur quæcunq; homo facere dicitur,animus ipſe facit:corpus patitur.Quapropter homo ſolus eſt animus:corpus autem hominis opus & inſtrumentum.Eo maxime,q; animus operationem eius potiſſimam, intelligentiam ſcilicet,ſine vllo corporis inſtrumento exercet:cum res per illam incorporales intelligat per corpus vero ſola corporalia cognoſcantur.Itaq; ſi animus per ſe agit quicq̃,per ſe certe eſt,& viuit. Viuit autem ſine corpore:quod ſine corpore operatur.Si per ſe eſt,eſſe ſibi quiddam proprium conuenit corpori nõ commune.propterea poteſt proprium ſibi ſeorſum a corporis mole ſortiri hominis cognomentum.Quod ſane nomen qa de vnoquoq; noſtrum per oẽm vitam dicit:quiſq; eñ in omni ætate vocatur homo:ideo aliquid ſignificare videtur quod ſtabile permanet.Corpus iugiter fluit,creſcendo,decreſcendo,reſolutione continua,liquefactione,calore viciſſim,& frigore pmutatum.Anima ſemper eadem permanet:quod liquido nobis oſtendit veritatis inquiſitio:boniq; voluntas ſemper eadem ,& firma memoriæ conſeruatio.Quis ergo vſq; adeo demens erit,vt hominis appellationem in nobis firmiſſimam corpori fluenti ſemper & vndiq; permutato potius,q̃ animo ſtabiliſſimo tribuat?Ex his perſpicuum eſſe poteſt,cũ hoĩes Ariſtophanes nominauit,more Platonico animas noſtras ſignificaſſe.

Q; anima eſt duobus ornata luminibus:& quare in corpus deſcendit creatio animæ cum duobus luminibus. Cap.IIII.

PORro anima ſtatim ex deo nata naturali quodam inſtinctu in eum parentem ſuum cõuertitur:quemadmodum ignis in terra ſuperiorum vi genitus confeſtim naturæ impetu ad ſuperiora dirigitur:conuerſa in eum eius radiis illuſtratur.Sed primus hic fulgor in animæ ſubſtantia per ſe prius informi receptus,fit obſcurior:atq; ad illius tractus capacitatem proprius ipſi & naturalis euadit:ideoq; per eum vtpote ſibi æqualem,ſeipſam & quæ infra ſe ſunt.i. corpora omnia anima videt quidem:Deum vero & alia ſuperiora non videt.Sed enim per primam hanc ſcintillam deo facta propinquior aliud iterum clarius accipit lumen:quo etiam ſuperna cognoſcat.Lumen igit habet geminum:Naturale alterum,ſiue ingenitum:Diuinum alterum & infuſum:quibus vna coniunctis ceu duabus alis per ſublimẽ peruolare valeat regionem. Ac ſi diuino illo ſemp vteret,ſemper diuinis hæreret: Terra rationalibus eſſet aĩalib⁹ vacua.Ceterum diuina prouidẽtia decretum eſt vt anima ſuiipſius ſit domina:poſſitq; tũ vtroq; ſimul lumine vti,tum altero.Hinc fit vt natura duce ad ꝓpriũ ſui lumẽ cõuerſa ꝓtermiſſo diuino ſeipſam vireſq; ſuas q̃ ad fabricã corporis ſpectant,animaduertat:cupiatq; vires huiuſmodi in fabricandis corporibus exequi.Hac,vt aiunt,cupiditate grauata,deſcendit in corpus:vbi generãdi,mouendi,& ſentiendi vires exercet:ſuaq; præſentia terram infimam mundi ſedem exornat.q̃ ideo ratione carere nõ debuit nequa pars mundi eſſet rationalium viuentiũ pſentia deſtituta:quẽadmodum & illius auctor ad cuius ſimilitudinem mundus factus eſt totus,eſt ratio.Cecidit autẽ animus noſter in corpus,cum ꝓtermiſſo diuino,ſolo ſuo vſus eſt lumine:ac ſeipſo cœpit eſſe contẽtus. Solus deus cui deeſt nihil ſupra quem nihil,ſeipſo contentus permanet,ſibi ſufficiens.quapropter deo ſe parẽ fecit tunc animus,cum ſe ſolo voluit eſſe contentus,quaſi non minus q̃ deus ſibi ipſe ſufficeret.

Quot viis anima ad deum redit. Cap.V.

HAnc plane ſuperbiam cauſam fuiſſe Ariſtophanes ait,vt animus qui natus eſt integer,ſecaretur.i.ex geminis luminibus altero poſthac vteretur:alterũ vero negligeret. Hic ĩ corporis barathrũ ceu letheum flumen ĩmerſus,ſuiqmet ad tempus oblitus,ſenſibus & libidine,quaſi ſatellitibus & tyranno raptat. Verum adulto corpore , purgatis ſenſuum inſtrumentis conferente doctrina,paululum reſipiſcit:vbi naturalis emicat fulgor,naturaliumq; rerum ordinem indagat:qua inueſtigatione architectum ingentis huius machinæ aliquem eſſe pſentit:eum & videre cupit,& poſſidere:ille ſolo diuino ſplendore conſpicitur.Ideo mens ꝓpriæ lucis indagine ad diuinam lucem recuperandam vehementiſſime inſtigatur . Inſtigatio vero , appetitioq;

hmôi verus eſt amor:quo duce dimidium hominis alterum,alterum eiuſdem dimidium cõcupiſcit,quia naturale lumẽ,qđ animi dimidiũ eſt,lumen illud diuinũ qđ alterũ eiuſdẽ dimidiũ dicit olim neglectum accendere rurſus in aĩo nitit.atq; id ẽ,qđ in epiſtola ad Dionyſiũ inqt Plato.Humanꝰ animꝰ affectat qualia diuina ſint intelligere,aſpiciens ĩ ea,q̃ ſibi cognata ſunt.Verũ cũ deꝰ lucẽ ſuã infudit in animũ,ad id potiſſimũ eã accõmodauit,vt hoies ad beatitudinẽ,q̃ in ipſiꝰ poſſeſſione cõſiſtit,pducerct.Ad hanc quatuor virtutibus pducimur,Prudentia, Fortitudine,Iuſtitia,Temperãtia.Prudẽtia primo beatitudinem nobis oſtẽdit.Tres illę virtutes reliquæ:quaſi vię tres ad beatitudinẽ ducũt.Scintillã itaq; ſuã ĩ variis aĩs deꝰ ad finẽ hmõi varie tẽperat:ita vt prudentia duce,alii p fortitudinis,alii per iuſtitię,alii p tẽperantiæ officia ſuũ repetãt auctorẽ. Nãq; alii huius muneris gratia,pro dei cultu,pro honeſto,pro patria picula mortẽq; forti aĩo ſubeunt. Alii ſic vitam iuſte inſtituũt,vt nec iniuriã cuiq̃ inferant,neq; inferri pro viribus ſinãt. Alii vigilia,inedia,labore libidines domãt.Hi tribꝰ qdẽ procedũt callibꝰ:ſed ad eũdẽ beatitudinis finẽ prudentia hunc illis monſtrante puenire conant.proinde tres hæ virtutes in dei quoq; ipſius prudẽtia cõtinent.Harũ deſiderio accẽſi hoim animi p earũ officia ad eas cupiũt puenire: illis hærere,ppetuoq; potiri.Fortitudinẽ hoim maſculã robur & audaciã nũcupamꝰ.Tẽperantiã fœminã propter remiſſum quẽdã & frigidiorẽ deſiderii habitũ,miteq; ĩgeniũ.Iuſtitiã pmiſcuã:fœminã qdẽ prout innocentia ſua iniuriam infert nemini:maſculam vero prout aliis inferri nõ ſinit,& ſeueriori cẽſura in hoĩes iniquos aĩaduertit.Quia vero maris dare,fœminæ ſuſcipere propriũ eſt,iccirco ſolem q lumẽ a nullo accipiẽs exhibet oĩbus,marem vocamus: Lunã quæ accipiens a ſole dat elementis,a dando & accipiẽdo promiſcuam:Terram cum accipiat quidem ab omnibus, tribuat nulli,fœminam nũcupamꝰ.Quãobrẽ Sol,Luna,Terra,fortitudo,Iuſtitia,Temperãtia,merito maris,promiſcui,fœminæ ſignant cognomine:atq;,vt excellentiorem deo appellationem exhibeamꝰ virtutes has in illo,Solem,Lunam,Terram:in nobis maſculinum ſexũ dicimus,promiſcuum,fœmininũ.Quibus autem lux illa diuina a dei ſole cum fortitudinis affectu in ſui ortu fuit infuſa, his maſculam dicimus lucem fuiſſe conceſſam. Quibus a dei luna cum affectu iuſtitiæ, promiſcuã. Quibus a dei terra cum affectu tẽperantiæ,fœminam.Lucem illam infuſam,atq; diuinã ſtatim ad naturalem reflexi negleximꝰ. Altera ergo poſthabita ſeruauimus alteram:vbi dimidiũ noſtri tenemus:dimidiũ prætermiſimus.Certo vero ætatis tempore a naturali lumine ducti diuinum affectamus quidem omnes,ſed diuerſo modo diuerſi ad eius adeptionem procedimus. per fortitudinem, qui a dei fortitudine illud olim cum affectu fortitudinis acceperunt:per iuſtitiã alii,temperãtiamve ſimiliter.Deniq; ſuum illud dimidium quiſq; vt acceperat quęrit.Et alii per maſculam quidem dei lucem amiſſam olim,iam recuperatam,dei volunt maſcula fortitudine pfrui : alii per promiſcuam lucem ſimiliter virtute promiſcua:alii per fœminam eodem pacto.Munus profecto tãtũ hi conſequuntur,qui poſtq̃ adulta ætate ſcintilla in ipſis naturalis eluxit,eam non eſſe ad diuina iudicanda ſufficientem exiſtimant:ne ſcintillæ naturalis iudicio,aut animarũ aut corporum affectus diuinæ tribuant maieſtati,putentq; illam non eſſe corporibus animiſve pſtantiorem.In quo ſane plerique erraſſe tradũtur:qui in diuinorum inueſtigatione ingenio naturali confiſi,aut deum non eſſe dixerunt,vt Diagoras:aut dubitauerunt,vt Protagoras:aut corpus iudicauerunt,vt Epicurei,Stoici,Cirenaici,aliiq; permulti:aut animã quandam,vt Marcus Varro,Marcus Manilius,aliiq; nonnulli.Hi tanq̃ impii non modo diuinum lumẽ olim neglectum nõ recuperauerunt,ſed & naturale propter eius abuſum deprauauere.quod deprauatũ eſt, fractum non iniuria ſciſſumq; putatur.Ideo illorum animi,q tanq̃ ſupbi & faſtu tumidi ſuis cõfidũt viribus,ſecant,vt ait Ariſtophanes,iterum:cum etiã naturale lumen,qđ illis erat reliquum,opinionibus falſis obſcurant,& moribus iniquis extinguũt.Itaq; naturali lumine recte vtuntur,quicunq; mancum illud,& mutilatum eſſe recognoſcentes ad naturalia iudicanda ſatiſfacere quodãmodo arbitrantur:ad ea vero,q̃ ſupra naturam ſunt,ſublimiori lumine opus eſſe putantes exactiſſima quadam animi purgatione ita ſe præparant,vt diuina lux iterum illis effulgeat:cuius radiis recte de deo ſentient,& in priſtinam illam integritatem reſtituẽtur.

Amor animas reducit in cælũ:beatitudinis diſtribuit gradus:gaudiũ largit æternũ. Cap.VI.

NVnc vos conuiuæ præſtantiſſimi deum,quem præ cæteris diis generi humano beneficũ eſſe Ariſtophanes ait,oĩni ſacrificiorum genere vobis propitium facite:hunc piis precibꝰ inuocate:hunc toto corde capeſſite.Hic animos ſua beneficẽtia primum ad cæleſtem ducit menſam,ambroſia & nectare abundantem:deinde ſingulos ſingulis accommodat ſedibus: poſtremo ſuauiter detinet in æternum.Nulli enim cælum repetũt,niſi qui cælorum regi placuerũt placent illi,qui eum ſummopere diligunt.Cognoſcere quidem illum vere,omnino præſenti in tẽpore impoſſibile eſt.Vere autem amare quomodo cognitum,& poſſibile eſt,& facile.Qui deum co

gnoſcunt,nondum illi placent niſi cognitum diligant:qui cognoſcunt & diligunt,nõ quia cognõ
ſcunt,ſed quia diligũt,amant a deo.Nos eñ nõ eos q nouerint,ſed q nos amauerint,charitate cõ
plectimur.Multos nãq; q nos cognoſcũt,hoſtes habemus.Q đ ergo nos cælo reſtituit,non dei co-
gnitio eſt,ſed amor.Diſcũbẽtiũ pterea ordo in menſa cæleſti diuerſos ſequit gradus amantiũ.Nã
q deũ excellẽtius dilexerũt,dapibꝰ excellentioribꝰ ibi veſcunt.Nẽpe q per opa fortitudinis dei for
titudinem coluerunt,ea ipſa fruunt.Qui iuſtitiã vero,iuſtitia:temperantia ſimiliter,q tẽperãtiã,
atq; ita variis diuinæ mẽtis ideis & rationibus varii animi pro vario amoris raptu fruunt.Toto
aũt deo fruuntur oẽs,qa totus ĩ ſingulis eſt ideis.Sed deũ totũ pſtantiꝰ poſſidẽt,q eũ in pſtantio-
ri idea conſpiciunt.Quiſq; vero ea dei virtute potit,quã dilexit.Ideo liuor,vt Plato inqt in Phæ-
dro,abeſt a diuino choro.Cũ eñ oĩm iucũdiſſimũ ſit,re amata potiri:qlibet ĩ eo potiũdo qđ amat
contentus plenuſq; viuit.Quippe ſi amatores duo delitiarũ ſuarũ cõpotes fiant,vterq; in amata
ſui poſſeſſione qeſcit:neq; curã quidẽ vllã habebit,ni alter pulchriori potiat amato. Quapropter
amoris beneficio factũ eſt,vt in diuerſis felicitatis gradibus portione ſua qlibet ſine vlla ĩuidia ſit
cõtẽtus.Fit etiã vt ſine vlla ſatietate animi iiſdẽ veſcant dapibꝰ in æternũ.Vt eñ oblectent cõui
uæ,non epulæ nõ vina ſufficiũt, niſi fames,ſitiſq; ad veſcendum alliciant:ac tandiu oblectatio,q̃
diu & auiditas pmanet.Auiditatẽ vero qs amorẽ quẽdã eſſe negauerit? Aeternus igit amor quo
ſemp ĩ deũ afficit animꝰ,efficit vt deo ſemp tanq̃ nouo ſpectaculo gaudeat.Amorẽ hũc eadẽ dei
bonitas ſemp accẽdit in aĩo:q̃ & beatũ facit amantẽ.Tria igit,vt breui cõplectar,amoris beneficia
collaudabimus:qđ nos olim diuiſos ĩ ĩtegrũ reſtituẽdo,reducit in cælũ:qđ ſuis quẽq; collocat ſe-
dibus,facitq; oẽs in illa diſtributiõe qetos:qđ om̃i expulſo faſtidio ſuo quodã ardore oblectamen
tum quaſi nouum iugiter accendit ĩ aĩo,redditq; illũ blãda & dulci fruitione beatum.

ORATIO QVINTA. Amor eſt beatiſſimus qa pulcher eſt & bonus. Caput.I.

CArolus Marſupinus,muſarum dulcis alumnus,Landinũ Poetã ſecutꝰ,Agatho
nis orationẽ ſic aggredit.Amorẽ deũ noſter Agatho beatiſſimũ,quia pulcher-
rimus ſit & optimus,arbitrat.Quæ ad hoc vt ſit pulcherrimus,q̃ item vt opti
mus,exigunt, diligenter enumerat:inquibus enumerãdis amorem ipſum effin
git.Poſtremo poſtq̃ qualis eſt enarrauit,beneficia ab eo generi humano tributa
connumerat.atq; hæc diſputationis illius eſt ſumma.Noſtra intereſt in primis
inquirere,quam ob cauſam vt beatum oſtẽderet, pulchrum valde eſſe dixit &
bonum:quodve ſit inter bonitatem,pulchritudinemq; diſcrimen. Beatum in Philebo Plato vult
eſſe,cui nihil deeſt:idq; eſſe illud quod ſit ab omni parte perfectum.Eſt autem perfectio interior
quædam:eſt & exterior.Interiorem, bonitatem:exteriorem, pulchritudinem dicimus.Propterea
quod bonum penitus eſt & pulchrum:id tanq̃ ab omni parte perfectum,beatiſſimum nuncupa-
mus.Hanc vtiq; differẽtiam oĩbus in rebus animaduertimus.Nempe in lapillis vt phyſici volũt
temperatiſſima quatuor elemẽtorũ pmixtio qdã interior,nitorem parit exteriorem.Hærbas præ-
terea & arbores innata radicibus medulliſq; fœcũditas,florũ & foliorũ gratiſſima veſtit varietate.
In animalibus autem ſalubris humorũ complexio iucundam lineamentorũ & colorũ ſpeciem pro
creat.Virtus etiam animi decorem quendam præ ſe ferre videtur in verbis,geſtibus,operibus ho
neſtiſſimũ.Cælos quoq; ſublimis eorũ ſubſtantia clariſſimo lumine circũfundit.In his omnibꝰ inter
na perfectio producit externam.Illam bonitatem,hanc pulchritudinẽ poſſumus appellare. Quo
circa bonitatis florem quendã eſſe pulchritudinẽ volumus:cuius floris illecebris, quaſi eſca quæ-
dam,latens interius bonitas allicit intuentes.Quoniam vero noſtræ mẽtis cognitio a ſenſibꝰ ducit
originẽ:bonitatẽ ipſam rerũ penetralibus inſitam,nec intelligeremus vnq̃,neq; appeteremus, niſi
ad eã ſpeciei exterioris indiciis manifeſtis proueheremur.Qua in re mirabilis admodũ formæ hu
ius,comitiſq; ipſius apparet vtilitas.Per hæc ſatis oſtenſum arbitror tantũ inter bonitatem & ſpe
ciem,quãtũ inter ſemen & floſculũ intereſſe:atq; vt flores arborũ ſeminibus orti ſemina ipſi quoq;
producunt:ita ſpeciem hanc bonitatis florẽ vt ex bono pullulat,ſic & ad bonũ amantes perduce-
re,qđ qdẽ noſter hic heros abunde in ſupioribus demonſtrauit.

Quomodo pingit amor,& quibus aĩæ partibꝰ pulchritudo cognoſcit,& gñat amor. Cap.II.

POſt hæc diffuſius enumerat Agatho quot ad eius dei formoſam ſpeciem requirunt.Iu-
uenis inquit eſt,tener,agilis,concinnus,& nitidus.Nobis autem primo quærẽdum quid
hæc ad pulchritudinem conferant.Deinde cum deo huic attribuunt, quo pacto intelli-
gi debeant.Rationem homines habent & ſenſum.Ratio per ſeipſam rationes rerum omnium in-
corporeas comprehendit. Senſus per quinq; ſui corporis inſtrumenta corporum imagines &
qualitates attingit:Colores per oculos,per aures voces,Odores per nares,per linguam ſapores,
per neruos qualitates ſimplices elementorum,calorem videlicet, frigusq;, & reliqua. Propterea

ſex ad cognitionem pertinentes,quantum ad propoſitam attinet quæſtionem,vires animi numerant:Ratio,Viſus,Auditus,Olfactus,Guſtus,& Tactus.Ratio numini ſummo,Viſus igni,Aeri auditus,Vaporũ odori Olfactus,aquæ guſtus,Tactꝰ terræ tribuitur.Ratio ſiqdẽ cæleſtia idagat nec ꝑpriá in mẽbro corporis aliquo ſedẽ habet:quẽadmodũ neq; certã habet ſedẽ ĩ vlla mũdi pte diuinitas.Viſus in ſublimi pte corporis velut ignis ĩ ſuprema mũdi regione locaẽ,& lumen natura ſua pcipit,qđ ignis eſt propriũ.Auditꝰ viſum nõ aliter q̃ purus aer ignẽ ſecutꝰ voces haurit: q̃ & ĩ aere fracto gignunẽ:& ꝑ aeris iteruallũ aures illabunẽ.Olfactus caliginoſo aeri,vaporibuſq; ex aere,& aqua mixtis oĩno aſſignaẽ:quia inter aures & linguã,quaſi aerẽ & aquã,poſitꝰ vapores eos apphẽdit facile & diligit:maxĩe q ex aeris & aquæ mixtione ꝑueniũt:quales ſunt herbarum florũ,pomorũ odores,naribus ſuauiſſimi.Quis dubitet guſtũ aquæ liquoribꝰ cõparare:q olfactui tanq̃ aeri craſſiori ſuccedit:& iugi ſaliuæ liquore pfuſus,potu vehemẽtiſſime delectaẽ,humidiſq; ſaporibus!Quis item ambigat terræ tactũ aſcribere:cũ ꝑ oẽs terreni corporis ptes fiat:in neruis q terreni maxime ſunt,expleaẽ:facillime tangat q̃ ſoliditatẽ habẽt & põdus,qđ terra corporibꝰ tribuit!Hic etiã accidit vt Tactus,Guſtꝰ,Olfactus ſolũ ꝓxĩe ipſis appoſita ſentiãt,& patianẽ admodũ ſentiẽdo:licet Olfactus remotiora,q̃ guſtus,& tactus apphẽdere videaẽ.Auditus aũt remotiora cognoſcit:neq; ita offendiẽ.Quo etiam lõgius proſpicit viſus:& momẽto facit,qđ aures tẽpore.prius eñ coruſcatio cerniẽ,q̃ tonitrꝰ audiaẽ.Ratio remotiſſima capit.neq; eñ q̃ ĩ mũdo ſũt ſolũ,& q̃ pſentia , vt ſenſus:ſed etiã q̃ ſupra cælũ,& q̃ fuerũt aut futura ſunt,percipit.Ex his patere cuiq; poteſt,ſex illarum animæ virium tres ad corpus & materiam potius,Tactum.ſ.& Guſtum,& Odoratũ:tres autem alias,rationem videlicet,& Viſum,& Auditum ad ſpiritum pertinere.Ideo tres illę ad corpus potius declinantes corpori magis q̃ animo congruunt: & ea quæ ab illis percipiuntur,cum corpus ſibi cõgruũ moueant,vix ad animam vſq; perueniunt:minimeq; illi tanq̃ minime ſimilia placẽt.Tres vero ſupiores a materia remotiſſimæ,aĩæ multo magis conueniunt:reſq; eas capiunt,quę corpus quidẽ parum admodũ,animũ vero vehementiſſime mouent.Quippe Odores,Sapores,Calor,atq; ſimilia,corpori aut nocent plurimũ,aut proſunt. paulũ qđ ad animi,aut admirationem,aut iudiciũ conferũt:ac modice ab illo deſideranẽ.Ratio incorporeæ veritatis,colores,figuræq; & voces,corpus aut nihil,aut vix,& minimũ mouent:Animi vero aciem ad indagandũ potiſſimũ acuunt:atq; eius ad ſe deſideriũ rapiunt.Animi cibus eſt veritas. Ad eam iuueniendã oculi,ad diſcendã aures magnopere cõferũt.Igitur quæ ad rationem,viſum, auditum pertinent,gratia ſuiipſius affectat,quaſi propriũ alimẽtũ.Quę vero ſenſus tres alios mouent,corpori vel nutriendo,vel fouendo,vel generando magis neceſſaria ſunt.Ea itaq; animus,nõ ſui,ſed alterius.i.corporis cauſa quærit.Amare autem ea dicimur,quæ propter noſmetipſos deſideramus:quæ autem propter aliud quiddam cupimus,minime.Merito igitur amorem ad ſcientias,figuras,& voces dũtaxat volumus pertinere:atq; iccirco gratia illa ſolum,quæ in tribus his reperitur,animi virtute,figura,voce:quia maxime animum prouocat,a ,qđ vocco ſignificat .i.prouocatio nominatur. vero græce pulchritudinẽ latine ſignificat.Gratus qdem nobis eſt mos verus,& optimus animi: grata corporis ſpecioſi figura:grata vocum concinnitas.cũq; tria hæc animus,vtpote ſibi cognata,& quodammodo incorporea pluris admodum q̃ tria reliqua faciat,conſentaneum eſt,vt auidius aſciſcat , ardentius complectatur, vehementius admiretur.atq; hæc ipſa ſeu virtutis,ſeu figuræ,ſiue vocum gratia quę animum per rationem vel viſum vel auditum ad ſe vocat,& rapit,pulchritudo rectiſſime dicitur.Atq; hæ tres illæ gratiæ ſunt,de quibus ſic Orpheus.

Splendor,viriditas,lætitiaq; vberrima.Splendorem quidẽ vocat gratiã illam,& pulchritudinem animi,quæ in veritatis,& virtutis claritate conſiſtit.Viriditatẽ vero,figuræ,coloriſq; ſuauitatem.hæc enim ſummopere in iuuentutis viriditate floreſcit.Lætitiam deniq; ſinocrum illud & ſalubre,& perpetuum,quod in muſica ſentimus,oblectamentum.

Pulchritudo eſt aliquid incorporeum. Cap.III.

CVm hæc ita ſe habeãt,neceſſarium eſt pulchritudinem eſſe aliquid virtuti,figuræ,vocibuſq; commune.Non enim quodlibet iſtorum trium pulchrum ſimiliter vocaremus,niſi vna his tribus ineſſet pulchritudinis definitio.Quo fit vt ipſa pulchritudinis ratio corpus eſſe nõ poſſit:quoniam virtutibꝰ animi q̃ ĩcorporeę ſunt,pulchritudo ſi eẽt corporea,minime conueniret.Atqui tñ abeſt,vt corpus ſit pulchritudo,vt non modo quæ virtutibus animi , ſed etiam quæ corporibus,& vocibus ineſt,nequeat eſſe corporea.Quis enim corpora quædam ſpecioſa dicamus,non tamen ſunt ex ipſa ſui materia ſpecioſa.Siquidem corpus hominis vnum atq; idem hodie formoſum,cras autem caſu aliquo fœdante deforme:quaſi aliud ſit eſſe corpus,aliud eſſe formoſum.Neq; etiam ſunt ex ipſa quantitate formoſa: quandoquidẽ grandia nonnulla atq;

item breuia quædã formoſa videntur:ac ſæpe magna deformia,parua formoſa:& cõtra parua tur
pia,magna gratiſſima.Nonnunq̃ etiam accidit,vt ſimilis ſit in magnis q̃buſdã,& paruis corpori-
bus pulchritudo.Si itaq; ſtante ſæpenumero eadem quãtitate caſu quodã pulchritudo mutatur,
& mutata aliq̃n quãtitate pmanet pulchritudo,ac ſimilis ĩ magnis paruiſq; videt̃,certe duo hæc
pulchritudo,& quãtitas oĩno debẽt eſſe diuerſa.Quinetiã ſi corpis cuiuſq; formoſitas ĩ ea ipſa ſui
corporis craſſitudie quodãmõ corporea eẽt:nõ tñ vt corpalis eẽt,ĩtuẽti placeret.Placet aĩo pſonæ
alicuiꝰ ſpecies nõ put ĩ exteriori iacet materia,ſed put eiꝰ imago p viſũ ab aĩo capit̃ vel cõcipit̃.Ima-
go illa ĩ viſu & aĩo,cũ iſti ſint ĩcorporei,corpus eſſe nõ põt.Quo.n.pacto cęlũ,vt ita loquar,totũ par-
ua oculi pupilla caperet̃,ſi modo corporali reciperet?Nullo profecto. Sed enim ſpiritus in puncto
oẽm corporis amplitudinẽ ſpiritali modo & ĩcorporea imagĩe ſuſcipit.placet vtiq; aĩo ea dũtaxat
ſpecies,q̃ ab illo ſuſcipit̃.Hæc aũt licet exterioris corporis ſimulacrum ſit in eo,tñ eſt incorporea.
Ergo ſpecies ĩcorporea placet.Qđ placet,id cuiq; gratũ:qđ gratũ,hoc deniq; pulchrũ.quo efficit̃
vt amor ad ĩcorporeũ aliqđ referat̃:atq; ipſa pulchritudo ſpiritale qđdã potiꝰ rei ſimulacrũ ſit,q̃
corporea ſpecies.Sunt autem nõnulli q certã mẽbrorũ oĩm poſitionẽ,ſiue, vt eoꝝ verbis vtamur,
cõmẽſurationẽ & pportionẽ cũ quadã colorũ ſuauitate,eſſe pulchritudinẽ opinent̃.Quorum nos
opinionẽ ppterea nõ admittimꝰ,q̃a cũ hmõi ptiũ diſpoſitio in ſolis ſit rebus cõpoſitis,nulla eſſent
ſimplicia ſpecioſa.Nũc aũt puros colores,lumina,vocem vnam,fulgorem auri,& argenti cãdorẽ,
ſcientiã,aĩam,q̃ oĩa ſimplicia ſunt,pulchra vocamus:noſq; iſta mirifice tãq̃ reuera ſint pulchra de
lectant.Accedit ad hæc q̇ pportio illa cuncta ĩcludit corporis compoſita mẽbra,neq; eſt in ſingu-
lis,ſed ĩ cũctis.Singula itaq; mẽbra p ſe pulchra nõ erũt.Ex ſingulis aũt pticulis totiꝰ compoſiti p-
portio naſcitur. Vnde nonnihil ſequitur abſurdiſſimum:vt quæ ſuapte natura ſpecioſa nõ ſunt,
pulchritudinem pariant.Sæpenumero etiam accidit,vt manente eadem mẽbrorum proportione,
atq; mẽſura,corpus æque vt ante non placeat.Eadẽ porro hodie,quæ anno ſuperiori corporis ve-
ſtri figura:gratia vero non eadem.Nihil tardius q̃ figura,nihil citius ſeneſcit q̃ gratia.Ex quo li
quido conſtat,nõ idẽ eſſe pulchritudinem & figuram.Sæpe quoq; videmus rectiorem in vno quo
dam q̃ in alio diſpoſitionem partium menſuramq; membrorum:alius tamẽ,neſcimus qua de cau
ſa,nobis formoſior iudicatus amatur ardentius.quo ſatis admoneri videmur,vt aliud quiddam
formoſitatem q̃ diſpoſitionem partium cenſeamus.Eadem nos ratio admonet ne formam ſuſpice-
mur eſſe colorum ſuauitatem.Plerunq; enim color in ſeniore clarior:ĩ iuniore gratia maior.Et in
æqualibus ſit nonnunq̃,vt qui colore ſuperat alterum,gratia tamen ab illo & pulchritudine ſupe
retur.Neq; tamen audeat quiſpiam mixtionem quandam ex figura coloribuſq;,pulchritudinem
affirmare.Sic enim neq; ſcientiæ,neq; voces quæ colore & figura carent,neq; colores & lumina q̃
certam nullam figuram habent,amore digna iudicarentur.Præterea cuiuſq; cupiditas,eo habito
quod volebat,expletur.Nempe fames & ſitis,cibo potuq; ſedantur:amor nullo impletur aſpectu
corporis vel amplexu . Nullam igitur naturam corporis ardet: pulchritudinem certe ſectatur.
Quo fit,vt ea corporeum aliquid eſſe non poſſit.Ex omnibus his colligitur,eos qui amore accenſi
pulchritudinem ſitiunt,ſi modo velint liquore hoc hauſto ardentiſſimam ſitim extinguere,alibi
q̃ in materiæ fluuio,aut quantitatis,aut figuræ,aut colorũ quorũlibet riuulis,dulciſſimũ pulchri
tudinis huiꝰ humorẽ,quo ſitis eoꝝ accendit̃,q̃rere oportere.Quo vos tãdẽ miſeri verteris amãtes?
Quis veſtri cordis flammas accendet acerrimas?Quis tãtũ ſedabit incendiũ?Hoc opus:hic labor.
Dicam protinus.Sed attendite.

Pulchritudo eſt ſplendor diuini vultus. Cap.IIII.

DIuina poteſtas oĩa ſupereminẽs ſtati a ſe natis angelis,atq; animis ſuũ illũ radiũ,in quo fœ
cunda vis ineſt oĩm creandorũ,tanq̃ filiis clemẽter infundit.Hic in eis vtpote ſibi propin
quioribꝰ totiꝰ mũdi diſpoſitionẽ,& ordinem multo pingit exactius,q̃ in mundi materia.
Quãobrẽ hęc mũdi pictura quã cernimus vniuerſa,ĩ angelis & aĩs lucet expſſior . In illis
eñ ſphærę cuiuſq; figura,ſolis,lunæ & ſyderum reliquoꝝ,elemẽtorũ quoq;,lapidũ,arborũ, aĩaliũ
ſinguloꝝ.Picturę hmõi in angelis exẽplaria & ideæ:in aĩs ratiões,& notiones:in orbis mãteria,for
mæ atq; imagines a Platonicis nominantur:claræ quidem in orbe:clariores in animo:in angeli mẽ
te clariſſimæ.Vnus igitur dei vultus tribus deinceps per ordinem poſitis lucet in ſpeculis,Ange
lo,Animo,Corpore mundi:In illo tanq̃ propinquiore clariſſime:in hoc remotiore obſcurius: in
hoc remotiſſimo,ſi ad cætera compares obſcuriſſime.Proinde ſancta mens angeli nullo impedi-
ta corporis miniſterio in ſeipſam reflectitur:vbi dei vultum illum ſinu ſuo inſculptum introſpi-
cit:inſpectum illico admiratur:auidiſſime illi ſemper inhæret.Vultus illius diuini gratiam,pul-
chritudinẽ dicimus.Auiditatẽ angeli,dei vultui penitus inhærentẽ,vocamus amorem.O vtinam
nobis idem contingeret.Sed enim animus noſter ea conditione genitus,vt terreno corpore cir-

cundētur,ad officiū generandi declinat.Qua inclinatione grauatus theſaurum penetralibus ſuis abſcōditū negligit.Deinde terreno corpore inuolutus diutiſſime ſeruit corpis vſui:ad hoc opus ſenſum quidē ſemp,rationē quoq; diutius q̄ decet, accōmodat. Hinc efficitur vt diuini vultus illius candorē in ſe perpetuo enitentē,nō prius animaduertat,q̄ adulto iam corpore,& ratione ex pergefacta dei vultū in dei machina refulgentē,& oculis manifeſtū cogitatione cōſideret.Qua quidē cōſideratione prouehitur ad eū,qui intus emicat,intuendū.Quoniā vero parentis vultus gratus eſt filiis,neceſſe eſt animis dei patris vultū eſſe gratiſſimū.Vultus huius, vt idē ſępius repetam,nitor,& gratia,ſiue in angelo,ſiue in animo,ſiue in mūdi materia,pulchritudo vniuerſalis eſt appellanda:impetuſq; ad illā vniuerſalis dicēdus eſt amor.Vbiq; incorporeā eſſe hanc pulchritudinē nō ambigimus.In angelo eñ & animo eā corpus aliquod nō eſſe nemini dubiū.In corporibꝰ etiā eā eſſe incorporalē,& ſupra mōſtrauimus,& ad pſens ex eo potiſſimū intelligimus: ꝙ oculus nil aliud,niſi ſolis aſpicit lumen.Figurę nāq;,& colores corporū nūq̄ niſi lumine illuſtrata perſpiciūtur,neq; ipſa cū materia ſua ad oculos veniūt. Neceſſariū tamē eſſe videt ea in oculis eſſe, vt ab oculis videātur. Vnū itaq; ſolis lumen corporū omniū ab eo illuſtratorū coloribus figuriſq; depictū ſeſe oculis offert.Sic affectū lumen oculi ſuo quodā radio adiuuāte percipiūt:perceptū ipſum,& quę in eo ſunt oīa vident.Quare totus hic mūdi qui conſpicitur ordo,nō eo modo quo in materia corporū, ſed quo in luce oculis infuſa eſt,cernitur.In ea luce cū a materia ſecretus ſit, neceſſario eſt corporis expers.Qđ ex hoc etiā euidenter apparet,ꝙ lumen ipſum corpus eſſe non poteſt,cū momento ab oriente in occidens totū ferme impleat orbē:aeris & aquę corpus ſine vlla offenſione vndiq; penetret:ſordibuſq; immixtū nuſq̄ inficiatur. Hæc vero corporū naturę nullo modo cōueniūt.Corpus ſiquidē nō momento mouetur, ſed tēpore:neq; alterū abſq; ſui, vel alterius,aut vtriuſq; offenſione penetrat alterū:ac duo inuicem corpora mixta mutua ſe contagione inficiūt.Qđ in aquæ & vini,ignis & terrę confuſione cōſpicimus. Cū igitur ſolis lumen incorporeum ſit,quicquid ſuſcipit,naturę ſuę ſuſcipit modo.Propterea colores,& figuras corporū modo ſuſcipit ſpiritali:eodēq; pacto ipſm ab oculis ſuſceptū inſpicitur.Quo factū eſt,vt totus hic mūdi decor,qui tertius eſt dei vultus,per incorporeā ſolis lucem incorporeū ſeſe oculis offerat.

Quomodo naſcitur Amor & Odium,ꝙ ve pulchritudo eſt incorporea. Cap.V.

EX his omnibus ſequitur,vt omnis diuini vultus gratia:quę vniuerſalis dicitur pulchritudo: non in angelo ſolum,& animo incorporea ſit: ſed in aſpectu etiam oculorū.Neq; faciem hanc ſimul totam ſolūmodo,verūetiam partes eius admiratione commoti diligimus.Vbi particularis amor ad particularē pulchritudinem naſcitur. Sic & ad hominē aliquem ordinis mundani membrū afficimur:pręſertim cū in illo perſpicue diuini decoris ſcintilla refulget.Affectus huiuſmodi duabus ex cauſis naſcitur:tum quia paterni vultus nobis placet imago: tum etiam quia hominis apte compoſiti ſpecies,& figura,cum ea humani generis ratione, quam animus noſter ab omniū auctore ſuſcipit,& retinet,aptiſſime congruit. Vnde hominis exterioris imago per ſenſus accepta,tranſienſq; in animū,ſi hominis figurę quam poſſidet animus,diſſonat e veſtigio diſplicet, & odio tanq̄ deformis habetur.Si conſonat,illico placet, & tanq̄ formoſa diligitur.Quo fit,vt nonnulli nobis obuii continuo placeant,vel diſpliceant:noſq; affectus huiuſmodi cauſam neſciamus. Quippe cū animus corporis miniſterio impeditus intimas illas ſui formas nequaq̄ reſpiciat. Verū naturali,& occulta quadā incongruitate,vel congruitate fit:vt forma rei exterior imagine ſua eiuſdē rei formā in animo pictam pulſans diſſonet,aut cōſonet:atq; occulta hac offenſione vel blāditie motus animus,rē ipſam,aut oderit,aut amet.Integrā ſane creādi hoīs cōfigurationē vis illa diuina,in angelo aīoq; ingenuit:in mūdi vero materia,vtpote ab illo opifice remotiſſima,hoīs cōſtitutio ab integra illa ſui figura degenerat.In materia tñ melius affecta ſimilior:in alia diſſimilior prouenit.Quæ ſimilior ꝑuenit,vt dei vi,angeliq; ideæ,ſic animi rationi quadrat,& cōgruit.Animus hāc probat congruitatē.In ipſa profecto cōgruitate pulchritudo: in ea probatione,amoris conſiſtit affectus.Quoniā vero idea,& ratio ſunt a materia corporis aliena hoīs cōſtitutio illis nō ex materia,vel quātitate: ſed ex aliquo potius incorporeo ſimilis iudicat. Vt ſimilis,illis congruit:vt congruit,pulchra eſt.Idcirco diuerſa ſunt corpus,& pulchritudo.Q; ſiquis quęſierit quonam pacto corporis forma,animę mentiſq; formę,& rationi ſimilis eſſe queat: is oro cōſideret ædificium architecti.Principio architectus ædificii rationem,& quaſi ideam animo concipit.Deinde qualem excogitauit domum, talem pro viribus fabricat. Quis neget domū corpus exiſtere:eamq; ideæ artificis incorporeæ, ad cuius ſimilitudinem effecta eſt,eſſe perſimilem? Porro propter incorporalem,& ordinem quendam potius, q̄ propter materiam eſt architecto ſimilis iudicanda. Age igitur materiam ſubtrahe ſi potes: potes autem cogitatione ſubtrahere: ordinem vero relinque: nil tibi reſtabit corporis, nihil materiæ. Immo vero idem erit

penitus,qui ab opifice prouenit ordo,& qui remanet in opifice.Idē in quouis hoīs corpore facias, Reperies illius formā animi rationi quadrātē,ſimplicē eſſe,materięq; expertem.

Quot requirunẽ vt res pulchra ſit,& ꝙ pulchritudo eſt ſpiritale donū. Cap.VI.

QVid tādē eſt corporis pulchritudo? Actus viuacitas:& gratia ꝗdā ideæ ſuę īfluxu in ipſo refulgēs.Fulgor huiuſmodi in materiā nō prius ꝗ̄ aptiſſime ſit ꝑparata,deſcēdit. His vero tribus,ordine/modo/ſpecie/cōſtat viuētis corporis ꝑparatio. Ordo partiū interualla:Modus/quātitatē:Species/lineamenta/colorēq; ſignificat.In primis eñ oportet vt mēbra quęq; corporis naturalē ſitū habeāt:ſuo aures loco ſint,oculiq;/& nares/& cętera: ac paribus interuallis oculi naſo ſint proximi:paribus itē aures vtręq; diſtent ab oculis. Neq; hęc interualloꝝ ad ordinē ptinēs parilitas ſufficit/niſi partiū modus accedat:q mediocrē debita totius corporis proportione ſeruata/mēbris ſingulis tribuat magnitudinē:vt naſi tres in lōgū diſpoſiti, vultus vni⁹ impleāt lōgitudinē:auriū vtrarūq; ſemicirculi vna cōiūcti,oris aperti circulū faciāt.Idem quoq; cōiūctio ſupcilioꝝ efficiat.Longitudo naſi/lōgitudinē labii cōpleat:auriſq; ſimiliter.Gemini oculorū orbes vnū æquent oris hiatū. Capita octo ꝓceritatē corporis cōphēdāt. Eādē quoq; monſtret brachioꝝ in latus extēſio/crurūq; ſimiliter atq; pedū.Neceſſariā ꝑterea ſpeciē ducimus/vt linearū attractus artificioſi/rugęq;/& oculoꝝ ſplendor/ordinē illū modūq; partiū decorent. Atqui tria hęc licet in materia ſint/pars vlla corporis eſſe nō poſſunt.Ordo mēbroꝝ,mēbrū qdē eſt nullum.Ordo eñ mēbris oībus ineſt : nullū vero mēbrū in mēbris oib⁹ reperiẽ.Accedit ꝙ ordo nihil eſt aliud ꝗ̄ decens partiū interuallū.Interuallū vero,qd aliud dicemus ꝗ̄ diſtantiā partiū? Diſtantia deniq;/aut nihil eſt/& vacuū prorſus inane,aut tractus aliquis linearū.Lineas aūt ꝗ̄ latitudine profunditateq; carent/ꝗ̄ corpori neceſſaria ſunt/quis corpora dixerit? Modus itē nō quātitas,ſed terminus quātitatis.Termini vero ſupficies ſunt linęq;,& pūcta: quę cū profunditatis craſſitudine careant,corpora nō putātur.Speciē quoq; in luminū,vmbrarū,linearū iucūda cōcordia,non in materia collocamus.Ex his oībus patet pulchritudinē vſq;adeo eſſe a mole corporis alienā, vt nunꝗ̄ ipſi materię ſe cōmunicet/niſi tribus illis incorporalibus ꝑparationibus/quas narrauimus/ſit affecta.Harū vero fundamētū eſt elementorū quatuor tēperata cōplexio:vt corpus noſtrū cęlo/cuius eſt tēperata ſubſtantia/ſit ſimillimū: neq; aliquo humorum exceſſu ab animi formatione deſciſcat . Sic eñ & cęleſtis fulgor facile lucebit in corpore cęlo perſimili: & forma hoīs illa pfecta quā habet animus impacatā obedientēq; materiā/reſultabit expreſſior. Ad pulchritudinē ꝑterea ſuā accipiēdā/ voces forme ſimiliter diſponuntur.Ordo nāq; illarum eſt a graui voce ad octauam aſcēſus,atq; inde deſcenſus:Modus,debita per tertias/quartas/& quintas/& ſextas voces,tonos itē & ſemitonos,progreſſio:Species canora clarę vocis intenſio.His vtiq; tribus ceu quibuſdā elemētis corpora ex membris multis compoſita/& arbores/& animalia/ ac vocum plurium cōgregatio ad ſuſcipiendam pulchritudinem diſponuntur.Corpora vero ſimpliciora/ vt elementa quatuor, lapides & metalla,itemq; voces ſingulæ,interiori quadam naturę ſuę temperie,fecūditate/& claritate/ad eandem ſufficienter aptantur.Animus autem eo potiſſimum ad illam eſt natura ſua accommodatus/ꝙ & ſpiritus eſt/& quaſi ſpeculum deo proximum.In quo quemadmodum in ſuperioribus diximus,diuini vultus elucet imago. Igitur quemadmodum auro / vt appareat ſpecioſum,nihil prorſus addendum:ſed terrę ſordes ſiquę inheſerint,ſecernendę: ita nullis adiunctionibus indiget animus/vt formoſus appareat:ſed deponenda corporis cura/& ſolicitudo tam anxia: cupiditatis & timoris perturbatio depellenda; cōfeſtim naturalis animi ſpecies emicabit. Cæterū ne longius digrediatur oratio,ex ſupradictis breuiter concludamus/ pulchritudinē eſſe gratiam quādam viuacem & ſpiritalem,dei radio illuſtrante angelo primū infuſam: inde & animis hominū/corporūq; figuris/& vocibus:quę per rationem/viſum/auditū/animos noſtros mouet/atq; delectat:delectando rapit:rapiendo ardenti inflammat amore.

De Amoris pictura. Cap. VII.

AGatho vero poeta veterum poetarum more deum iſtū humana veſtit imagine:pingitq; ipſum hominū inſtar formoſum,iuuenem/tenerum/flexibilem/ſiue agilem,apte compoſitum atq; nitidum.Quorſum hęc? preparationes hę quidē ſunt ad formoſam indolem potius ꝗ̄ formoſitas.Nam ex quinq; his partibus tres primæ complexionem corporis temperatā/qd primum eſt fundamentum,ſignificāt:duę reliquæ ordinem/modum,& ſpeciem indicant.Phyſici temperatę corporationis indicium tenerę carnis lenem & firmam æqualitatem demonſtrare.Vbi calor excedit nimiū,aridum/& hirſutum corpus:vbi frigus,rigidum:vbi ſiccitas/durū/& aſperū:vbi humiditas/fluxū/lapſum/inæquale/contortū:Aequalis igitur/& firma corporis teneritudo/affectionē eius indicat in quatuor humoribus moderatā.Hāc ob cauſam Agatho mollem, delicatū/& tenerū appellauit.Cur iuuenē? Quia non ſolū naturę,ſed ætatis etiam beneficio tem-

periés hæc habetur. Tēporis enim diuturnitate partibus humorū ſubtilioribus reſolutis partes reſtant admodū craſſiores: igneq;/& aere exhalato, aquę/& terrę regnat exceſſus. At cur agilē/& flexibilem? Vt aptū ad motus oēs promptūq; intelligas: ne forte putes cū mollem diceret/aquæ mollitiem, muliebrem, lāguidā/& ineptam dicere voluiſſe. Ea ſiquidem eſt moderatę complexioni contraria. Poſt hęc adiecit, Apte compoſitum: id eſt ordine & modo partium honeſtiſſime figuratum. Adiecit & nitidum: id eſt ſuaui colorum ſpecie refulgentem. Pręparationibus his prępoſitis, qđ reliquū erat reticuit Agatho. Noſtrum eſt enim poſt hęc aduentum gratię ſubintelligere. Hę quinq; partes in hominis figura ita vt diximus: in amoris autem potentia aliter intelligēdæ videntur. eius enim vim & qualitatem oſtendūt. Iuuenis ideo dicitur: quia iuuenes, vt plurimū amore irretiuntur, eiuſq; inſidiis irretiti ætatem apperunt iuuenilē. Mollis, quia mitia ingenia facilius capiūtur. & qui capti ſunt licet ante feroces, manſueti redduntur. Agilis/& flexibilis: quia & influit clam: & ſimiliter effluit. Concinnus atq; cōpoſitus: quoniā formoſa & ordinata deſiderat, fugitq; contraria. Nitidus, quoniam in florida & nitēte ætate hominis aſpirat ingenio, & florida concupiſcit. Hęc quoniā copioſiſſime exequitur Agatho, breuiter perſtrinxiſſe ſufficiat.

De Amoris virtute. Cap. VIII.

EA etiam, quę de quatuor virtutibus ab Agathone dicūtur ad amoris bonitatē ſignificādā, ſic accipienda ſunt, vt iuſtus ideo affirmetur: quia vbi integer ac verus eſt amor, ibi eſt beneuolentię viciſſitudo, quę nullā admittit cōtumeliā vel iniuriā. Huiꝰ charitatis tanta vis eſt, vt ea ſola humanū genus trāquilla poſſit in pace ſeruare. qđ neq; prudētia, neq; fortitudo, neq; vis armorū, legū, & eloquētię ſine beneuolentia poteſt efficere. Vocat ꝑterea Temperatum, quia turpes domat cupiditates. Amor eñ cū pulchritudinē q̄rat, quę in ordine quodā, tēperātiaq; cōſiſtit, viles, & immoderatas cōcupiſcētias aſpernatur: a turpibus geſtibꝰ ſemp abhorret: qđ a principio ſatis ab heroe audiuiſtis: atq; vbi huius regnat affectus: oēs cupiditates alię contemnūtur. Subiūxit, Fortiſſimū. Quid eñ audacia fortius? Quis item audētius q̄ amator ꝓ amato pugnat? Diis aliis, id eſt planetis aliis, Mars fortitudine pręſtat: quia fortiores hoīes efficit. Venus hūc domat. Quādo eñ Mars in angulis cęli, vel ſecūda natiuitatis domo, vel octaua cōſtitutus naſcenti mala portēdit, Venus ſępe cōiūctione ſua, vel oppoſitione, vel receptione, aut aſpectu ſextili, aut trino, Martis, vt ita dicamus, cōpeſcit malignitatē. Rurſus quando Mars in ortu hoīs dominaᵣ, magnitudinē animi iracūdiāq; largiᵣ. Si ꝓxime Venus acceſſerit, virtutē illam magni animi a Marte datā nō impedit: ſed vitiū iracūdię reprimit: Vbi clementiorē facere Martē & domare videtur. Mars aūt Venerem nūq̄ domat. Illa ſiquidē ſi vitę dux fuerit, amoris pręſtat affectū. Si Mars proxime duxerit, ſuo calore Veneris impetū reddit ardētiorē: ita vt ſi naſcente aliquo Mars in Veneris domo, Libra, vel Tauro fuerit, propter Martis ꝓſentiā qui tūc natꝰ eſt, acerrimis vratur amoribus. Mars iterū ſequitur Venerem: Venus Martē nō ſequitur, quoniā audacia amoris pediſſequa eſt: nō amor audacię. Non eñ ex eo ꝙ audaces ſunt, amore homines illaqueātur: ſed ex eo plerūq; ꝙ amore ſaucii ſunt, audaciſſimi fiunt ad quęq; pericula propter amatū intrepide ſubeunda. Deniq; fortitudinis eius oībus excellentis euidentiſſimū illud eſt argumētū, ꝙ amori omnia parent, ille nulli. Nēpe cęleſtes amant, & animalia, & corpora oia. Fortes item & ſapientes. Diuites viri regeſq; maximi colla ſubdunt amoris imperio. Amor aūt nullis iſtorū ſubiicitur. Neq; eñ diuitū munera amorē emūt: neq; potentū minæ violentięq;, vt amemus, vel deſiſtamus amare, nos cogere poſſunt. Amor eñ liber eſt, ac ſua ſponte l libera oritur volūtate: quā neq; deus etiā coget, qui ab initio liberam fore decreuit. Quo fit, vt amor, qui vim oībus infert, omniū effugiat violentiā. Huius tāta libertas eſt, vt cęterę animi affectiones, vel artes, operationeſq; pręmiū aliquod, vt plurimū, a ſe diuerſum exoptent: Amor ſeipſo tāq̄ ſuiipſius ꝑmio ſit cōtētus, quaſi nō ſit ꝑmiū aliud ꝑter amorē qđ amore ſit dignū. Nā qui amat, amorē amat ꝑcipue. Id enim vult ab amato potiſſimū, vt viciſſim amet amantē. Eſt etiā ſapientiſſimus. Qua ratione amor rerū omniū creator ſit atq; ſeruator, & artiū ſingularū magiſter & dominus, ſatis in Eryximachi oratione arbitror diſputatum. In quibus ſapientia amoris oſtenditur. Ex oībus his concluditur amorē iccirco & beatiſſimū eſſe, quia pulcherrimꝰ ſit, & optimus. Eſſe vero pulcherrimū ex eo conſtat, quia pulcherrimis tāq̄ ſui ſimilibus delectatur. Optimū quoq; propterea, ꝙ optimos facit amantes. Optimū vero eſſe illum neceſſe eſt, qui alios optimos efficit.

De donis Amoris. Cap. IX.

QVid amor ſit ex noſtra illa diſcurſiōe apparuit. Qualis ſit, ex verbis ſupioribꝰ Agathonis. Quę munera largiaᵣ, facile ex dictis diciᵣ. Eſt eñ amor alter ſimplex: mutuꝰ alter. Simplex ille quęcūq; comꝑhēderit prudētem reddit ad ꝓuidendū: acutū ad differendū: facundum ad eloquendum: ad res gerendas magnanimum: ad iocos facetum: ad ludos promptum: ad ſeria

queq; fortiſſimū. Mutuus periculis pulſis ſecuritatē: ſubmota diſſenſione concordiā: vitata miſeria pſtat felicitatē. Vbi eñ mutua charitas: ibi nullę inſidię: ibi cōmunia oīa: ibi lites & furta, homicidia ceſſant, & ꝑlia. Trāquillitatē huiuſmodi nō aīalibus ſolū: ſed cęlis etiā, elemētiſq; ab amore mutuo tribui, et hic tangit Agatho, & ſupra in Eryximachi oratione diffuſius eſt oſtenſum. In orationis huius calce dicit amor cantu ſuo mētes deorū hominūq; mulcere. Qđ plane intelliget quiſqs meminerit in ſupioribus demōſtratū fuiſſe amorē ī oībus eſſe, atq; ad oīa porrigi.

Amor cęteris diis & antiquior eſt, & iunior. Cap. X.

Sed anteq̃ finē faciā optimi viri, tres ꝑ ingenii viribus q̃ſtiones: q̄ in Agathonis diſputatiōe ſuboriunt, abſoluā. Primo eñ q̃rit cur Phædrus ſeniorē Saturno & Ioue amorē: Agatho vero dixerit iuniorē. Secūdo quid apud Platonem regnū neceſſitatis ſignificet: Quid amoris impiū. Tertio q dii, quas artes regnāte amore repererint. Pater oīm deus mētes illas ſui miniſtras q̄ Saturnū, Iouē, cęteroſq; planetas mouēt, amore quodā ſui ſeminis ꝓpagādi, & benignitate ꝓuidētię genuit. Mētes iterū eueſtigio natę parētē ſuū recognitū diligūt. Amorē illū quo creant cęleſtes, ſeniorē illis: eū vero quo creatori ſuo afficiūt, dicimꝰ iuniorē. Pręterea Saturni planetę, & alioꝝ ideas angelica mēs a patre ſuo nō priꝰ accepit q̄ ad eiꝰ faciē amore īgenito flecteret. Ea rurſus poſtq̄ illas accepit, flagrātius parētis munꝰ amauit. Sic ergo angeli illiꝰ ī deū dilectio, ꝑtim antiqor eſt ideis, q̄ dii dicunt: partim etiā iunior. Igit amor principiū eſt, & finis, deoꝝ primꝰ atq; nouiſſimus.

Amor ante neceſſitatem regnat. Cap. XI.

Verū, vt quęſtio ſecunda ſoluat, hic ante neceſſitatē ideo regnare dicēdus: quoniā diuinus amor oībus ex ſe natis dedit originē, in quo nulla neceſſitatis violētia ponit. Nā cū nihil ſupra ſe habeat, nō coactus, ſed ſponte quodlibet oꝑat. Mens aūt q̄ illū ſequit, ſerente illo neceſſario pullulat. Ille igit amore ꝓducit: hęc neceſſitate ꝓducit. Ibi amoris, hic neceſſitatis īcipit dñatio. Hęc licet a ſumma dei bonitate naſcat, ideoq; ſit bona: tñ quia extra deū ꝓceſſit, neceſſario ab infinita parentis pfectione degenerat. Nūq̄ eñ effectus totā ſuſcipit cauſę bonitatē. In hac vtiq; neceſſaria effectus tum ꝓceſſione, tum etiā degeneratione, neceſſitatis cōſiſtit impiū. Sed enim mēs eueſtigio genita ſuū, vt diximus, diligit auctorē: vbi regnū reſurgit amoris. Nā & illa amore in deum erigit: & deus amore eā ad ſe cōuerſam illuminat. Verū hic rurſus neceſſitatis potentia ſurrepit. Quippe cū lumen illud a deo deſcendens nō tanta claritate recipiat a mente natura ſua obſcura, quāta a deo tribuitur. Cogitur eñ ꝓ naturę ſuę capacitate recipere. Ideo violentia naturę ſuſcipiētis fit lumē obſcurius. Huic neceſſitati, amoris ſuccedit iterū principatus. Illa ſiqdē primo hoc dei fulgore accēſa, ardentius in eū reflectitur, & hac re quaſi ſcintilla luminis inſtigata totā expetit luminis plenitudinē. Hinc & deus ꝓuidētię ſuę benignitate vltra primū illud naturale lumē diuinū quoq; largit: atq; ita ſibi inuicē alterne ſuccedit amoris neceſſitatiſq; potentia. Quæ quidē ſucceſſio, in diuinis naturę origine fit: in aliis, tēporis interuallis: ita tñ, vt amor primus ſit oīm atq; nouiſſimus. De aīo quoq; & cęteris quę a deo fiūt, quo ad duo hęc imperia ſimiliter iudicandū. Iccirco ſi abſolute loquamur, antiquius eſt amoris q̄ neceſſitatis imperiū: cū in deo illius, huius in rebus creatis poteſtas incipiat. Si de rebꝰ a deo creatis intelligamꝰ, neceſſitatis tyrānis regnū antecedit amoris: cū res ipſę prius neceſſitate ꝓcedant atq; degenerent ꝓcedendo, q̄ ad patrem ſuū amore ſe vertant. Duo hęc imperia, duobus hymnis cecinit Orpheus. Neceſſitatis imperiū ita in noctis hymno. .i. Grauis neceſſitas oībꝰ dñat. Amoris aūt regnū, ita ī Veneris hymno. Tribꝰ fatis īpas, & generas oīa. Diuine Orpheus duo regna poſuit, & ea īuicē cōpauit, ꝓpoſuitq; amorē neceſſitati, cū dixit illū tribꝰ fatis ī qbꝰ cōſiſtit neceſſitas, īpare.

Quo pacto regnāte Neceſſitate Saturnꝰ caſtrauit Cęliū: Iupiter vero ligauit Saturnū. Ca. XII.

Qvo aūt pacto dominante Neceſſitate ſequētes dii parētes ſuos aut caſtrare aut ligare hic ab Agathone dicant, ex dictis facile ītelligimus. Nō eñ hęc ita accipiēda ſunt vt mēs angeli deū īpm: ſed munus ſibi a deo tributū ī ſeipſa diuidat & diſcerpat. Satis pauloante mōſtrauimus munera dei in recipiēte ſpiritu neceſſario a ſumma dei pfectione decidere. Quo fit, vt fœcūditas illa naturę in deo qdē integra: ſed ī angelo cōminuta, & quodāmō mutilata, merito caſtrata fuiſſe dicat. Qđ qdē regnāte Neceſſitate cōtingere dicit: quia neq; dātis, neq; accipientis volūtate, ſed ea neceſſitate qua effectus cauſę ſuę æquari nō poteſt, neceſſario accidit. Sic eñ Saturnus .i. angelus Cęliū .i. ſummū deū caſtrare videt: Iupiter quoq; id eſt anima mūdi ligare Saturnū id eſt vim ab angelo acceptā, in ſeipſo naturę ſuę defectu anguſtioribus limitibꝰ coarctare. Amplior eñ eſt illius q̄ huius potētia. Ideo potētia, q̄ ī illo expedita ꝓpter amplitudinē, & ſoluta, in hoc ꝓpter anguſtiā ligata iam & coarctata cenſetur. Omitto qđ aſtrologi opinantur: Planetas Saturni malignitatē Iouis cōiūctione, vel receptione, vel oppoſitione, aut aſpectu ſextili, aut trino ſępiſſime coerceri. Sed de his hactenus, ad quęſtionem tertiam deſcendamus.

Qui dii, quas artes hominibus largiantur. Cap. XIIII.

ARtes a diis ꝑpter amorē humano generi traditas Agathon arbitrat̃. Regnandi ab Ioue.
Sagittādi, diuinādi, medēdi artē ab Apolline: Fabricā ærariā a Vulcano: Texendi artifi
ciū a Mineruа: a Muſis deniqȝ muſicā. Duodeci Zodiaci ſignis numina p̃ſunt duodecī.
Arieti Pallas: Tauro Venus: Apollo Geminis: Cancro Mercurius: Leoni Iupiter: Virgini Ceres:
Librę Vulcanus: Scorpio Mars: Diana Sagittario: Veſta Capricorno: Aquario Iuno: Piſcibus vero
Neptunus. Ab his artes oēs generi noſtro tradunt̃. Signa illa in corpus: Numina q̃ illis p̃ſunt ī ani
mā vires ſuas ad ſingulas artes īfundūt. Ita Iupiter p Leonē hoīem ad gubernationē deoꝝ, & hoīm
.i. ad res tā diuinas q̃ humanas p̃clare gerēdas reddit aptiſſimū. Apollo p Geminos vaticiniū, me
dicinā, & arcus īduſtriā exhibet. Pallas p Arietē texēdi peritiā. Vulcanꝰ p Librā ęrariā fabricā: & ar
tes reliqs alii. Quia vero ꝓuidētię benignitate ſua nobis munera magnifice largiunt̃, amore īſtigā
te dicimꝰ elargiri. Pręterea velociſſima illa & ordinatiſſima cęloꝝ cōuerſione muſicā naſci cōſonā
tiā arbitramur, atqȝ octo circuloꝝ motibus tonos octo: ex cūctis aūt nonū quēdā ꝓduci cōcentū.
Nouē itaqȝ cęloꝝ ſonos, a muſica cōcordia muſas nouē cognominamꝰ. Huiꝰ muſicę rōne nr̃ olim
donatus eſt aīus. Cui eñ ē origo cęleſtis, merito cęleſtis īnata dicit̃ harmonia. Quā deīde variis in
ſtrumētis & cātibus imitat̃. Idqȝ munus ſil'iter diuinę ꝓuidētię nobis eſt amore cōceſſum. Hunc
ergo nos viri clariſſimi deū, qa pulcherrimꝰ eſt amemꝰ: qa optimus imitemur: quia bt̃iſſimꝰ vene
remur: vt ſua nobis clemētia & largitate cōcedat pulchritudinis/bōitatis/bt̃itudīs ſuę poſſeſſionē.

INTRODVCTIO Ad diſputationē de Amore. Oratio Sexta. Cap. I.

HActenus Carolus Marſupinꝰ. Thomas aūt Bēcius Socratis diligēs imitator ad
Socraticoꝝ verboꝝ cōmētationē libēti aīo, & hilari vultu ſe cōtulit. Socrates ī
qt nr̃ Gręcoꝝ oīm ſapiētiſſimꝰ oraculo Apollinis iudicatꝰ amādi artē p̃ cęteris
ꝓfiteri ſolebat, q̄ſi ob artis huiꝰ pitiā potiſſimū & Socrates & aliꝰ quis eēt ſapiē
tiſſimꝰ iudicādꝰ. Artē hmōi nō ab Anaxagora, Damōe, Archelao phyſicis, nō a
Prodico Chio, & Aſpaſia rhetoricę ꝓfefforibꝰ: non a Cono muſico: a qbꝰ multa
didicerat: ſed a Diotima fatidica muliere diuino afflata ſpū ſe accepiſſe dicebat. Mea qdē ſnīa, vt
oñderet: ſola diuinitatis īſpiratiōe: qd vera pulchritudo ſit: qd legitimꝰ amor: q̃ rōne amādū: hoīes
ītelligere poſſe. Tāta ē amatorię facultatis potētia: tāta ſublimitas. Ergo ꝓcul ab his cęleſtibꝰ epu
lis abeſte: ꝓcul īquā abeſte ꝓphani: q terrenis obruti ſordibꝰ & Baccho Priapoqȝ ꝓrſus emācipati:
amorē cęleſte munus, ī terrā porcoꝝ ritu cœnūqȝ ꝓſternitis. Vos aūt cōuiuę caſtiſſimi: & alii oēs
Dianę & Palladi cōſecrati: q animi puriſſimi libertate ꝑpetuoqȝ mētis gaudio exultatis, adeſte feli
citer: diuinaqȝ myſteria Socrati a Diotima reuelata diligēter audite. Sed añq̃ Diotimā audiatis ſol
uēda ē cōtrouerſia q̄dā, īter eos q de amore ī ſupioribꝰ tractauerūt/ & eos q tractaturi ſunt, orta.
Supiores nāqȝ amorē pulchrū/bonū/beatū/deū vocauerūt: Socrates & Diotima negāt: atqȝ illū īter
pulchrū & turpe: bonū & malū: beatū & miſerū: deū & hoīem mediū collocāt. Nos vtrāqȝ ſenten
tiā licet alia ratione veram exiſtimamus.

Amor eſt medius inter pulchritudinē & turpitudinē: atqȝ inter deū & hominē. Cap. II.

FErro magnes lapis ſuā quādā īſerit q̄litatē: q̃ ferrū magneti factū p̃ſimile ad hūc lapidē īcli
nat̃. Inclinatio hm̃ ōi ꝓut a lapide orta vergit in lapidē, lapidea certe īcliatio dr̃: ꝓut ī ferro
eſt, & ferrea ē pariter, & lapidea. Eſt. n. ſ ferri matia ñ pura illa qdē: ſed p q̄litatē lapidis īſ
formata. Ideo vtriuſqȝ retinet ꝓprietatē. Ignis ēt, vt loq̄mur aptius, q̄litate ſua .i. calore linū accēdit.
Linū caloris q̄litate ſuſpēſū ad ſupnā ignis euolat regionē. Volatū hmōi ꝓut ab igne excitꝰ vergit
ad ignē: igneū plane cognomiamꝰ: ꝓut ī lino ē ñ mero qdē, ſed iā ignito, ab vtriuſqȝ tā lini q̃ ignis
natura, lineū ęque ac igneū dicimꝰ. Figura hoīs ſępenūero ꝓpt bonitatē īteriorē feliciter a deo con
ceſſam, aſpectu pulcherrimā, ſplēdoris ſui radiū p oculos ītuētiū trāſſundit ī aīm. Hac vtiqȝ ſcintil
la tāq̃ hamo quodā tractꝰ aīus ꝓperat ad trahētē. Hūc nos tractū q & amor ē: qm̄ a pulchro bono
felici depēdēs ī idē reflectit̃: pulchrū, bonū, beatū, deū Agathonis cęteroꝝqȝ ſupioꝝ ſentētia noīare
nō dubitamꝰ. Quoniā vero ī aīo eſt p radiū illꝰ pulchri p̃ſentiā iā accēſo, affectū īter pulchrū & nō
pulchrū mediū cogimur noīare. Quādoqdē aīus, q nullā adhuc pulchrę rei ſuſcipit imaginē, rē
illā tāq̃ īcognitā nō dū amat; et q totā poſſidet pulchritudinē, amoris ſtimulis nō vexat̃. Quis eñ
quę habet affectat? Reſtat, vt tūc ardenti flagret amore: qñ ſpecioſum aliqđ rei pulchrę ſimulacrū
nactus ea p̃guſtatione ad plenā poſſeſſionē pulchritudinis inſtigat̃. Cū igit̃ amātis animꝰ rē ipſam
pulchrā ptim habeat qdē, ptim vero nō habeat: nō iniuria pt̃i pulcher eſt, pt̃i nō pulcher. Atqȝ ita
amorē ex huiuſmodi mixtiōe mediū quēdā affectū eē volumꝰ īter pulchrū & ñ pulchrū vtriuſqȝ
ꝑticipē. Ob hāc vtiqȝ rōnē Diotima, vt ad eā iā veniamꝰ, amorē dęmonē appellauit: qa ſicut dęmo
nes īter cęleſtia & terrena ſūt medii: ſic amor īter īformitatē & formā mediū obtiet. Mediā hāc etꝰ

regionē inter informē formoſamq; naturā Ioannes in prima,& ſecūda eius oratione ſatis aperuit.

De Sphęrarum animis & Dæmonibus. Cap. III.

SEd quomodo mediā plagā cæli inter,& terrā dæmones habitēt, ex verbis Diotimæ in
cōuiuio Socratis,in Phędro,atq; in Philebo Atheniēſis hoſpitis,in legibus,& Epinomi,
ita cognoſcite. Vniuerſam huiꝰ mūdi machinā aīa quadā regi:atq; moueri Plato exiſti
mat.Siqdē mūdi corpus totū quoddā corpus eſt,ex totis quatuor elemētis cōpoſitū,cuiꝰ ꝑticulę
ſunt oim aīantiū corpora.Nā aīalis cuiuſq; corpuſculū mūdani corporis ꝑticula eſt.Neq; ex toto
ignis,aeris,aquę,terrę,elemēto: ſed horū elemētorū ꝑtibus qbuſdā cōponiť. Quāto igiť totū ꝑte
perfectius eſt, tanto mūdi corpus ꝑfectius eſt ſingulorū animātiū corpore. Abſurdū eſſet imperfe
ctū qdē corpus habere aīam,ꝑfectū vero neq; habere aīam,neq; viuere.Quis eñ adeo mēte captꝰ
eſt,vt ꝑtē viuere dicat,totū neget? Viuit igiť totū mundi corpus: cū aīaliū corpora q̄ ꝑtes illius
ſunt viuāt.Vnā eſſe oportet totiꝰ aīam,ſicut & vna eſt materia,vna cōſtructio.Cū ergo duodeci
ſint mūdi ſphęrę:vt Platoni placet:octo cæli,& elemēta ſub cęlo quatuor: atq; duodeci hę ſphęrę
diſcretę īuicē ſint,ſpecie,motibus,& ꝓprietate diuerſę,duodeci neceſſe eſt illis adeſſe aīas, ſpecie,
& virtute diuerſas.Vna igiť erit vnius primę materię aīa.Duodeci circulorū,aīę duodeci. Quis
terrā,aut aquā neget viuere, quæ vitā aīalibus ex ſe genitis tribuūt? Q; ſi fęces hæ mūdi viuūt,
viuētiūq; ſunt plenę:cur nō aer:& ignis excellētiores mūdi ꝑtes viuāt,viuētiaq; ī ſe ſiīliter habeāt
cæliq; ſimiliter? Sed aīalia illa cæleſtia:q̄ ſydera ſunt,& terrena,aquatiliaq; videmus qdē,ignea ve
ro,& aerea nō videmꝰ.Quippe cū neq; purū ignis,aut aeris elemētū ꝑſpiciamus.Hoc aūtītereſt:
ꝙ in terra duo ſunt aīantiū genera: bruta,& rationabilia. Similiterq; in aqua. Cū aqua corpore
terrę ꝑſtātior,nō minus q̄ terra compos eſſe debeat rōnis.Globi vero decē ſuꝑiores ꝓpter eorum
ſublimitatē ſolis ſunt rōnabilibus exornati. Aiam mūdi.i.materię primę:& duodeci ſphęrarū,&
ſyderum aīas deos Platonici nomināt,tāq̄ angelicę mētis ſummiq; dei pediſſequas.Aīalia q̄ ignis
ætherei ſub luna locati,aut puri aeris,aut nebuloſi aeris aquę ꝓximi regionē habitāt, dæmones.
Quę terrā īcolūt rōnalia,hoīes.Dii etiā īmortales,& īpatibiles ſunt:hoīes patibiles,atq; mortales
ſunt.Dęmones īmortales ſunt qdē,ſed patibiles. Nq; paſſiones dęmonibꝰ corporis,ſed animi affe
ctus quoſdā attribuūt:qbus bonos hoīes amāt quodāmō:malos oderūt: ſeq; ipſos ꝓpius & arden
tius rebꝰ īferioribꝰ ꝑcipue humanis gubernādis īmiſcēt.ii oēs ex hoc officio boni videnť.Eſſe ve
ro alios quoſdā malos dæmones Platonici nōnulli,& Chriſtiani theologi voluerūt. Sed de malis
dęmonibus nulla ad ꝑſens nobis eſt diſputatio.Bonos autē noſtri cuſtodes ꝓprio noīe angelos in
ferioris mūdi gubernatores Dionyſius Areopagita,qđ a Platonis mēte nunime diſcrepat,vocare
ſolet.Quinetiā quos deos,& ſphęrarū,ſyderūq; aīos Plato nūcupat,angelos dei miniſtros Diony
ſii more poſſumus appellare.qđ etiā a Platone ob eā cauſam nō diſſentit:qa huiuſmodi aīos vt in
decimo legū apparet, ſphęrarū clauſtris haudquaq̄ ꝑinde illigat, vt corporibus aīas terrenorum.
Sed tāta virtute a deo ſūmo donatos affirmat,vt dei viſione gaudere ſimul valeāt, & ſine vllo la
bore,aut ſolicitudine globos mūdi ꝑ patris ſui volūtate regere,& mouere,hiſq; mouēdis īferiora
facile gubernare.Quare īter Platonē & Dionyſiū verboꝝ potiꝰ eſt,q̄ ſentētię diſcrepatio.

De ſeptē Donis quę a deo hoībus ꝑ medios ſpiritus tribuūtur. Cap. IIII.

RErū oīm ideis,quas diuina mēs cōtinet,ſequētes dii,deoꝝ muneribus dęmones ſubſerui
re dicunť.A ſummo nāq; ad imū oīa ꝑ media trāſeūt: ita vt ideæ illę diuinę mētis cōce
ptiones,ꝑ deos,dæmones,ſua hoībꝰ munera largianť.Hoꝝ ſunt ꝑcipua ſeptē.Cōtēplatio
nis acumē.Gubernādi poteſtas.Animoſitas.Claritas ſenſuū.Amoris ardor. Interꝑtādi ſubtilitas.
Fœcūditas generādi.Horū vim deus primo in ſe cōtinet.Deinde ſeptē diis, q planetas ſeptē mo
uēt,angeliq; a nobis vocanť,hoꝝ potētiā tribuit,ita vt ſinguli ſingula ꝑ cęteris capiāt. Illi ſeptem
dęmonū ordinibꝰ eis ſubſeruiētibꝰ ſingulis ꝑcipue ſingula exhibēt.Iſti tradūt hoībꝰ. Profecto deꝰ
hęc aīs ſtatī a ſe natis īfundit.hi ex orbe lacteo ꝑ cancrū labētes, in corpus cęleſti quodā, lucidoq;
corpore īuoluunť:quo circūdari terrenis corporibꝰ īcludūť.Ordo eñ naturę reqrit, vt puriſſimꝰ
animꝰ ī corpꝰ hoc īpuriſſimū nō prius q̄ mediū quoddā,& purū tegmen accepit,decidere valeat.
Qđ cū aīo craſſius ſit,hoc aūt corpore purius,& ſubtiliꝰ,cōmodiſſima a Platonicis iudicať aīę cū
terreno corꝑe copula. Hinc itaq; fit,vt planetarū aīę nr̄is animis,corꝑa vero corꝑibꝰ noſtris ſeptē
illoꝝ munerū vires a deo datas ſtatī ab initio,atq; aſſidue cōfirmēt,& roborēt. Eidē officio ꝑſunt
naturę dęmonū totidē īter cęleſtes,& hoīes medię.Cōtēplatiōis donū Saturnꝰ ꝑ Saturnios dęmo
nes roborat.Gubernādi,& īperādi potētiā Iupiter Iouialiū dęmonū miniſterio.Magnitudinē ani
mi Mars ꝑ dęmones Martiales.Sēſuū, opinioniſq; claritatē, vnde vaticiniū ſequitur,Sol dęmonū
ſolariū adiumēto.Amorē per Venereos Venus inſpirat.Pronūciādi, & interꝑtandi ſolertiā Mer
curialibus intercedentibus Mercurius adiuuat.Luna poſtremo lunaribus dæmonibus cōferentię

bus ſouet generationis officiũ. Horũ facultatẽ licet hoĩbus cũctis impꝛiant: illis tñ ꝓcipue, in quorũ cõceptione & ortu ex cęli diſpoſitiõe poſſunt plurimũ. Quę qdẽ licet infuſa diuinitus honeſta ſint, poſſunt tñ ĩ nobis quãdoq; ꝓpter abuſum videri deformia. qđ eſt in gubernationis, animoſitatis, amoris, generationis vſu perſpicuũ. Amoris inſtinctũ ne lõgius digrediamur, a deo ſummo, & a Venere, quæ dea dicitur, & a dæmonibus Venereis habuimus. Quoniã a deo deſcendit deus: quoniã a dęmonibus confirmatur, dæmon eſt appellandus. Quapropter iure apud Agathonem deus, apud Diotimã dæmon eſt dictus. Dæmon inquã Venereus.

De ordine Dæmonũ Venereorũ, & quomodo iaculantur amorem. Cap. V.

Dæmon aũt Venereus, triplex eſt amor. Primus in Venere cęleſti a Platonicis ponit̃. In ipſa .ſ. angelicę mẽtis intelligentia. Secũdus, in vulgari Venere. In ea videlicet potentia: quã habet mũdi aĩa generãdi. Qui duo ꝓpterea dæmones appellãtur, quia ĩter informitatẽ & formã ſunt medii, vt & ſupra tetigimus, & paulo poſt latius explicabimꝰ. Tertius, ordo dæmonũ planetã Veneris comitãtiũ. Horũ quoq; .ſ. dęmonũ Venereoꝝ, triplicẽ ordinẽ ponimꝰ. Alii ignis, alii puriſſimi aeris, alii craſſioris & nebuloſi aeris elemẽto ſunt aſſignati, oẽſq; a Gręco vocabulo Heros qđ amorẽ ſignificat, Heroes .i. amatorii nominãtur. Primi in eos hoĩes amoris aculeos iaculãtur: in quibus bilis, humor cholericus, & igneus dñat̃. Secũdi in eos, in qbus ſanguis, humor aereus. Tertii vero in eos, in qbus pituita, & atra bilis, aqueus, & terreus ĩperat humor. Cupidinis aũt ſagittis cũ oẽs hoĩes, tum quatuor maxime illorũ genera vulnerãtur. Nam animas Iouis Phœbi Martis Iunonis .i. Veneris pediſſequas vulnerari potiſſimum Plato in Phædro ſignificauit: eaſq; ab ipſis generationis primordiis ad amorẽ pronas, eos ſummopere homines amare ſolere, qui ſub iiſdem ſint orti ſyderibꝰ. Hinc Iouiales Iouialibus, Martialibus Martiales, atq; aliis ſimiliter alii vehementer afficiuntur.

Quomodo capiamur Amore. Cap. VI.

Qvod de vno dicã exẽplo, de tribus aliis intelligite. Quicũq; animus ſub Iouis ĩperio in terrenũ corpus delabit̃ certã quãdã ĩ ipſo deſcẽſu ſibi cõcipit hoĩs fabricãdi figurã Iouis aſtro cõueniẽtẽ. Hãc in æthereo ſui corpore tãq̃ optime affecto exprimit exactiſſimã. Si nactũ in terris ſemen fuerit ſimiliter tẽperatũ, ĩ eo quoq; tertiã figurã pĩgit primę ſecũdęq; ſimillimã. Sin cõtra, nõ ita ꝑſimilẽ. Sępenumero accidit, vt duo qdã animi licet diuerſis temporũ interuallis, Ioue tñ regnãte deſcẽderint, alterq; illorũ ſemẽ in terra nactus idoneũ corpus ſecũdũ priores ideas illas rectiſſime figurauerit: alter vero ꝓpter materię ineptitudinẽ, idẽ opus inchoauerit qdẽ: ſed nõ tãta ad ſui exẽplar fuerit ſimilitudine executus. Corpus illud iſto formoſius. Ambo ſibi ꝓpter quãdã naturę ſimilitudinẽ mutuo placẽt. Sed placet magis, q ĩter eos formoſior iudicat̃. Quo fit vt nõ formoſiſſimos quoſq;, ſed ſuos .i. ſimiliter natos etiã ſi minus q̃ alii multi formoſi ſint, qlibet maxime diligãt. Proinde q, vt diximꝰ, eodẽ ſub aſtro ſunt orti, ita ſe habẽt, vt pulchrioris eorũ ſimulacrũ, ꝑ oculos ĩ alterius animũ manãs, cõſimili cuidã ſimulacro, tã ĩ corpore æthereo: q̃ in animi penetralibus ab ipſa generatiõe formato quadret, & vndiq; cõſonet. Ita pulſatus animus obuiũ illud ſimulacrũ tãq̃ ſuũ aliqd recognoſcit. Qđ qdẽ ſi tale eſt ꝑ viribus, quale & ipſe iã olĩ ĩtra ſe poſſidet, & ſuo ĩ corpore cũ vellet effingere, minime potuit: illud ſuo ĩteriori protinus admouet: et ſi qd illi deeſt ad perfectã corporis Iouialis effigiẽ, iſtaurat reformãdo. ipſm deinde reformatũ ſimulacrũ tãq̃ opus ꝓpriũ diligit. Hinc accidit, vt amãtes ita decipiãtur: vt formoſiorẽ q̃ ſit exiſtimẽt. Nam procedẽte tẽpore amatũ nõ in mera eius imagine ꝑ ſenſus accepta ꝑſpiciũt: ſed in ſimulacro iã ab aĩa ad ideæ ſuę ſimilitudinẽ reformato, qđ ipſo corpore pulchrius eſt, intuẽtur. Deſiderãt ĩſup corpꝰ illud vnde primo manauit ſimulacrũ intueri quotidie. Quis eñ animus abſente corpore illiꝰ apud ſe cõſeruet imaginẽ: idq; ſibi ferme ſit ſatis: ſpiritus tñ animę inſtrumẽtũ oculuſq; nõ ſeruãt. Tria ꝑfecto in nobis eſſe vidẽtur. Anima, Spiritus, atq; Corpus. Anima & corpus natura lõge inter ſe diuerſa ſpiritu medio copulãtur, q vapor qdã eſt tenuiſſimus & ꝑlucidus ꝑ cordis calorẽ ex ſubtiliſſima pte ſanguinis genitus. Inde ꝑ oĩa mẽbra diffuſus animę vires accipit, & trãſfundit in corpus. Accipit iterũ ꝑ organa ſenſuũ corporũ externorũ imagines: q̃ in aĩa ꝓpterea figi nõ poſſunt, quia incorporea ſubſtãtia: q̃ corporibus ꝑſtãtior eſt, formari ab illis ꝑ imaginũ ſuſceptionẽ nõ põt. Sed enĩ aĩa vtiq; ſpiritui ꝑſens imagines corporũ in eo tãq̃ in ſpeculo relucẽtes facile inſpicit, ꝑq; illas corpora iudicat: atq; hęc cognitio ſenſus a Platonicis dicit̃. dũ eas inſpicit, ſimiles illis imagines multo etiã puriores ſua vi cõcipit ĩ ſeipſa, huiuſmodi cõceptionẽ, imaginationẽ, phantaſiãq; vocamus. hic cõceptę memoriter ſeruãtur imagines. Per has animi acies ſępenumero incitat̃ ad vniuerſales rerum ideas quas in ſe cõtinet intuẽdas. Ideoq; vnũ quẽdã hominẽ & ſenſu cernit, & imaginatione cõcipit. Intellectu rationẽ, definitionẽq; hoĩbus oĩbus cõmunẽ ꝑ innatã illi humanitatis ideã cõmuniter cõtẽplatur: & q̃ fuerint cõtẽplata cõſeruat. Animo igit̃ formoſi hoĩs ſimulacrũ cõceptũ ſemel apud ſe reformatũq; memoriter cõſeruãti ſatis eſſet amatũ quãdoq; vidiſſe. Oculo tamen, & ſpi-

ritui quæ veluti ſpecula preſente corpore imagines capiunt, abſente dimittunt, perpetua formoſi corporis pſentia opus eſt, vt eius illuſtratione continue luceſcant, foueantur, & oblectẽtur. Igitur & iſti propter indigentiam ſuã, preſentiã corporis exigũt, & animus iis, vt plurimũ, obſequutus eandem cogitur affectare.

De Amoris ortu. Cap. VII.

SEd iam ad Diotimã redeamus. Hæc igitur cũ amorem in dęmonũ numerũ ob eas quas enarrauimus cauſas retuliſſet: eius hunc in modũ originẽ Socrati demõſtrauit. In Veneris natalibus diſcumbentibus diis Conſilii filius Porus potu nectaris ebrius, cũ Penia in Iouis horto ſe miſcuit, ex eo cõgreſſu natus eſt Amor. In Veneris natalibus. i. quãdo mẽs angeli, & mũdi anima: quas Veneres ea ratione quã alias diximus, nominauimꝰ, ex ſumma dei maieſtate oriebãtur: Dii diſcũbebãt. i. Cælius, & Saturnus, & Iupiter bonis propriis veſcebantur. Nã cũ in angelo intelligẽtia, & in mũdi anima vis generãdi: quas ꝓprie Veneres geminas appellamus, prodibãt in lucẽ: iam erat ſummus ille deus quẽ vocant cælũ: Eſſentia p̃terea, & vita in angelo: quos Saturnũ vocamus, & Iouem. atq; etiã in mũdi anima inerat ſupernorũ cognitio, & cęleſtiũ corporũ agitatio: quos iterũ Saturnũ Iouẽq; vocamus. Porus, & Penia, affluentiã & egeſtatẽ ſignificãt. Porus Cõſilii filius. i. ſummi dei ſcintilla. Deus nẽpe cõſiliũ, & conſilii fons appellatur, quia veritas omniũ eſt, & bonitas. Cuius ſplendore omne cõſiliũ verũ efficitur. Ad cuius bonitatẽ omne tẽdit cõſiliũ. Iouis hortũ: angelicę vitę fœcũditatẽ ĩtelligit. ĩ quã cũ deſcẽdit Porus. i. ille dei. ſ. radius Peniæ. i. priori huius indigẽtię mixtus creat amorẽ. Principio angelus per deum eſt, & viuit. quo ad hęc duo eſſentiã & vitã, Saturnus, & Iupiter nominatur. Habet inſup intelligendi potẽtiã: quã eſſe Venerẽ arbitramur. Potẽtia huiuſmodi ſua natura ĩformis eſt, & obſcura, niſi a deo illuminetur: quẽadmodũ oculi vis ante ſolis aduẽtũ. hanc obſcuritatem Peniã ſcilicet quaſi inopiã & luminis defectũ eſſe putamus. Cęterũ vis ea intelligẽdi naturali quodã ĩſtĩctu ad ſuũ reflexa parẽtẽ, diuinũ ab eo radiũ, qui Porus eſt, & affluẽtia, ſuſcipit. In quo veluti ſemine quodã, rationes rerũ omniũ includũtur. Huius radii flãmis naturalis ille ĩſtinctus accẽdit, hoc ĩcẽdiũ hic ardor ex obſcuritate priori, & accẽdẽte ſcintilla exoriẽs amor eſt ex inopia natus, & affluẽtia, ĩ horto Iouis. i. ſub vmbra vitę ꝓgenitꝰ. Quippe cũ poſt vitę vigorẽ ſtatĩ ardor ad ĩtelligẽdũ exoriat. Sed cur ebriũ nectare Porũ ĩducũt? qa rõne diuinę viuacitatis exuberat. Cur pti diues, pti egenus eſt amor? Quia neq; qđ pfecte poſſidemus, neq; quo caremus oĩno ardere ſolemus. Cũ eñ id quęrat quiſq;, quo caret: q totã rẽ poſſidet, quid vltra ꝗrat? Quinetiã cũ incognita nemo deſideret, neceſſe eſt vt aliquo mõ cognitũ nobis ante fuerit qđ amemus. neq; cognitũ ſolũ: multa eñ nota nobis odiſſe ſolemus: ſed vt tãq̃ bonũ nobis, & iocũdũ fuerit iudicatũ. Neq; id ad flagrãtẽ beneuolẽtiã ſatis eſſe videt: niſi facile cõſequi poſſe qđ iocũdũ fere cẽſuimus iudicemus. Quiſq; igit aliqd amat, illũ qdẽ re ipſa nõdũ integerrime poſſidet. Animi tñ cogitatione idipſum cognoſcit iocũdũ iudicat cõſequi poſſe: cõfidit. hęc ipſa cognitio, iudicatio, ſpes, quaſi pſens aliqua abſentis boni anticipatio eſt. Nõ. n. arderet niſi idipm placeret, neq; placeret, niſi eſſet quodãmõ pguſtatũ. Ergo cũ amãtes ptim qđ optãt habeãt qdẽ, ptim vero nõ habeãt, haud ab re ex ĩdigẽtia quadã, & affluẽtia mixtus eſt amor. Hac vtiq; ratione Venus illa ſupna p primã ipſius diuini radii guſtationẽ accẽſa amore fert ad integrã totius luminis plenitudinẽ: hoc nixu parẽti efficacius hęrens pleniſſimo ſtatim illius fulgore coruſcat: rerũq; rationẽs illę cõfuſę, q̃ in radio, quẽ Porũ dicimus ante fuerãt ĩplicatę, explicantur, iã impotẽtia illa Veneris inhęrẽte, & clarius diſtinctę luceſcunt. Quẽadmodũ vero ſe habet ad deũ angelus, ita ad angelũ deĩq; aĩa mũdi. Ea eñ ad ſuperna ſe flectens ab illis ſimiliter & radiũ accipit, & accẽdit, gignitq; amorẽ affluẽtię inopięq; participẽ. Hinc formis rerũ omniũ exornata ad earũ exẽplar cælos mouet, pq; potentiã generãdi ſimiles illis formas in elemẽtorũ materia generat. Venerẽ hic geminã rurſus aſpicimꝰ. Alterã ſane vim animæ, huius ad ſupna cognoſcẽda. Alterã vero vim eiuſdẽ inferiorũ procreatricẽ. Illa qdẽ nõ eſt animæ propria: ſed cõtẽplationis angelicę imitatio: hęc autẽ naturę animę ꝓpria. Ideo quotiẽs vnam in anima Venerẽ ponimus, vim eius peculiarẽ: & Venerẽ eius propriã intelligimus. Quotiẽs duas, alterã cõmunẽ cũ angelo, alterã ipſius animæ propriã. Sint igitur duę in anima Veneres: prima cæleſtis, ſecũda vero vulgaris. Amorẽ habeãt ambæ. Cæleſtis ad diuinã pulchritudinẽ cogitãdã: Vulgaris ad eãdẽ in mũdi materia generãdã. Qualẽ eñ videt illa decorẽ, talẽ vult hęc p viribus mũdi machinæ tradere. Immo vero vtraq; fertur ad pulchritudinẽ generãdã. ſed ſuo vtraq; modo. Cęleſtis Venus intelligẽtia ſua effingere in ſeipſa exactiſſimã ſupnorũ pulchritudinẽ nititur: Vulgaris diuinorũ ſeminũ vbertate cõceptã apud ſe diuinitus pulchritudinẽ ĩ mũdi materia parere. Amorẽ illũ qñq; deũ icc irco vocamꝰ, qm̃ ad diuina dirigit. Vt plurimũ dæmonẽ, qm̃ iter inopiã copiãq; eſt medius. Amorẽ alterũ ſemp dæmonẽ: qm̃ affectũ aliquẽ ad corpus hře videt, & ad inferiorẽ mũdi plagã eſſe ꝓcliuior. Qđ quidẽ a deo alienũ eſt: Dæmonũ naturæ cõueniens.

In omnibus animis duo ſunt amores:in noſtris vero quinqꝫ. Cap.VIII.

GEminę autē Veneres hę geminiqꝫ amores non ſolū in aīa mūdi,verūetiā in ſpęrarū/ſiderū,dęmonū/hoīmqꝫ animus inſunt.Cūqꝫ animę oēs ad primā illā cōpetēti naturalis ordinis ſerie referantur,neceſſe eſt amores quoqꝫ oīm ad illius amorē ita referri vt aliquo mō ab illo dependeāt.Propterea hos qdē ſimpliciter dęmones:illū vero magnū dęmonē appellare Diotima conſueuit.Qui p vniuerſum mundū oībus īminēs torpere corda nō ſinit: ſed paſſim ſuſcitat ad amandū.In nobis aūt non duo tm̄,ſed quinqꝫ amores reperiunī. Duo quidē extremi dęmones/medii tres/non dęmones ſolūmō ſed affectus. Profecto in hoīs mēte aeternus eſt amor ad diuinā pulchritudinē peruidendā:cuius gratia/philoſophię ſtudia/& iuſtitiae/pietatiſqꝫ officia ſequimur.Eſt etiā in generādi potētia occultus quidā ſtimulus ad ſobolē ꝓcreandā/iſqꝫ amor ꝑpetuus eſt/quo aſſidue incitamur/vt ſupernę pulchritudinis illius ſimilitudine in procreatę ꝓlis effigie eſfingamus. Hi duo amores in nobis perpetui , duo ſunt daemones illi / quos Plato noſtris aīs ſemper adeſſe vaticinatur:quoꝝ alter ad ſuperna erigat/alter deprimat ad inferna:alter calodęmon.i.bonus dęmō ſit/alter cacodęmon.i.malus ſit daemon.Reuera vtriqꝫ ſunt boni:quoniā tā ſobolis ꝓcreatio/q̄ indagatio veritatis neceſſaria & honeſta cenſetur. Verū ſecundus ideo dictus eſt malus quia ꝑpter abuſum noſtrū ſępe nos turbat,& animū a p̄cipuo ei⁹ bono/qđ in veritatis ſpeculatione conſiſtit,auertit maxime/& ad myſteria viliora detorquet.Horū mediū amores in nobis tres obtinent:qui cū non ſint in aīo aeque vt iſti firmiſſimi:ſed incipiant,creſcant/decreſcant/& deſinant/rectius motus atqꝫ affectus q̄ daemones vocabūtur. Horū vnus aequis interuallis ab vtriſqꝫ diſtat extremis.Reliqui duo in partem alterutrā inclinanī.Porro corporis alicuius figura ꝑpter materię ꝑparationē talis eſt maxime:qualē in eius idea diuina mens continet tunc oculis obuia:ꝑ eaqꝫ oculos in ſpiritū penetrās,aīo eueſtigio placet/cū illis cōſonet rationibus quas veluti rei ipſius exēplaria tū noſtra mens/tū generandi potentia olim diuinitus accepta cōſeruat.Hinc triplex vt diximus ſubrepit amor.aut eñ ad cōtēplatiuā,aut actiuā/aut voluptuoſam vitā prompti/ & procliues geniti educative ſumus.Si ad contemplatiuā:ſtatim a formę corporalis aſpectu ad ſpiritalis atqꝫ diuinae conſiderationē erigimur.Si ad voluptuoſam:ſubito a viſu ad cōcupiſcentiā tangendi deſcendimus.Si ad actiuā atqꝫ moralē:in ſola illa videndi atqꝫ conuerſandi oblectatione perſeueramus.Illi tā ingenioſi ſunt vt altiſſime ꝓuehanī:iſti tā hebetes vt deprimanī ad infima: hi tanq̄ medii in media remanēt regiōe.Amor itaqꝫ oīs īcipit ab aſpectu.Sed cōtēplatiui hoīs amor ab aſpectu aſcēdit in mentē.Voluptuoſi ab aſpectu deſcēdit in tactū.Actiui remanet in aſpectu.Illi⁹ amor ad ſupmum dęmonē magis q̄ ad infimum ſe conuertit:iſtius ad infimū potius q̄ ad ſupmū deflectiī:huius ab vtroqꝫ interuallis diſtat aequalibus.Tres iſti amores/tria noīa ſortiuntur.Cōtemplatiui hominis amor/diuinus:Actiui/humanus:Voluptuoſi ferinus cognominatur.

Quae paſſiones amantibus inſuit/propter amoris matrem. Cap.IX.

AMorē eſſe dęmonē ex copia & inopia genitū,& qnqꝫ in ſpecies diuidi,hactenus declarauimus:quales aūt in amātibus affectus ex hmōi amoris natura naſcātur, deinceps ex Diotimae verbis tractabimus.Quoniā inquit amor in natalibus Veneris ꝓgenitus eſt/Venerē ſectaī & colit/ac pulchri deſiderio capiī:cū Venus ipſa pulcherrima ſit. Quia inopiae filius eſt/aridus eſt & macilēt⁹ & ſqualidus/nudis pedib⁹/humilis/ ſine domicilio/ſine ſtramētis & tegmine vllo ad fores in via ſub diuo dormiēs/ac deniqꝫ ſemꝑ egenus.Quia copię fili⁹ eſt/pulchris ac bonis inſidiaī.Virilis eſt/audax/feroxqꝫ/vehemens/callidus/ſagax,ꝑ venator/noua ſemꝑ machinamēta cōterēs/prudētiae ſtudioſus/facūdus/ꝑ cēm vitā philoſophās/incātator/faſcinatorꝗ potēs/ veneficus/ atqꝫ ſophiſta.Neqꝫ imortalis oīno ſecūdū naturā/neqꝫ mortalis.Sed īterdū eadē die pullulat atqꝫ viuit quotiens exuberat:interdū deficit/atqꝫ iterū reuiuiſcit ob patris naturā . qđ vero acquiſitū eſt ſubterfugit. quocirca neqꝫ mēdicus ē amor vnq̄/ neqꝫ etiā opulētus.Quinetiā in medio ſapientiae & inſcitię cōſtituiī.Hęc Diotima.Nos ea q̄ breuiſſime poterim⁹/explanabimus.Haec licet omnib⁹ inſit amoꝝ generib⁹:in tribus tñ mediis tanq̄ nobis manifeſtiorib⁹ clariora videnī. In Veneris natalib⁹ genitus Venerem ſequiī.i.cū ſupnis illis ſpiritib⁹, quos vocauimus Veneres/genitus/hoīm aīos ad ſupna reducit/ac pulchri deſiderio capiī/cū Venus ipſa pulcherrima ſit.i.aīas accēdit ſummae diuinęqꝫ pulchritudinis deſiderio:cū ipſe ſit in illis ſpiritib⁹ortus/q deo ꝓximi dei decore ſummopere illuſtranī/atqꝫ ad eoſdem nos radios erigūt.Pręterea cū vita oīm animantiū atqꝫ arborum & terrę fertilitas in humore & calore cōſiſtat/ad demonſtrandā amoris inopiā vtrūqꝫ deeſſe illi tā humorem q̄ calorem Diotima innuit/ cum aridum & macilētum dixit & ſqualidum. Quis enim ignoret arida & ſicca eſſe illa:quae deſerit humor?Quis item pallorem dicat & ſqualorem aliunde q̄ ſanguinei caloris defectu venire?Quinetiam diuturno amore pallidi & macilenti mortales efficiuntur.Quippe ad duo ſimul opera vis naturę ferme non ſufficit,Animi amantis intentio ī aſſi-

dua amati cogitatiõe tota ſe verſat.Illic & naturalis cõplexionis vis omnis intenta eſt.Ideo neq; ci
bus in ſtomacho perfecte coquit.Quo fit vt maior pars in ſuperfluas reliquias emittatur:minor &
ea qdem cruda trahatur ad iecur.Illic etiã eadẽ ratiõe male cõcoquitur.Ideo ſanguis paucus,cru-
duſq; inde p venas diffundit.quare mẽbra oĩa inopia cruditateq; alimẽti extenuant/& pallent.Prę
terea quocunq; animi aſſidua fertur intẽtio,illuc & ſpiritus qui animę ſiue currus/ſiue iſtrumẽta
ſunt/aduolãt.Spũs in corde ex ſubtiliſſima ſanguinis parte creant.In amati imaginẽ phãtaſię infi-
xam ipſumq; amatũ amantis animꝰ rapit.Eodem trahũtur & ſpiritus.Illuc euolãtes aſſidue reſol-
uunt.Quapp frequẽtiſſimo puri ſanguinis fomite opus eſt ad cõſumptos ſpiritus recreãdos : vbi
ſubtiliores queq; & lucidiores partes ſanguinis quotidie in reficiẽdis ſpiritibꝰ exhalãt.ppterea pu
ro & claro ſanguine reſoluto:maculoſus/craſſus/aridus reſtat & ater. Hic exſiccat corpus & ſqua
let.hic & melãcholici amãtes euadũt.Ex ſicco enĩ craſſo atroq; ſanguine melãcholia.i.atra bilis effi
citur:quæ ſuis caput vaporibꝰ opplet/cerebrũ ſiccat/animã tetris horrendiſq; imaginibus diu no
ctuq; ſolicitare non ceſſat.qd Lucretio philoſopho epicureo propter amorẽ legimus accidiſſe.Qui
amore primũ:inſania deĩde vexatꝰ:ſibi tãdẽ ipi manus iniecit. Hæc illis accidere cõſueuerũt : qui
amore abuſi qd contẽplatiõis eſt ad amplexus cõcupiſcentiã trãſtulerũt.Videdi enim deſiderio fa
cilius q̄ & videndi & attractãdi cupidinẽ toleramꝰ.Quę cum medici veteres obſeruaſſent:amorẽ
eſſe dixerũt paſſionẽ morbo melãcholico pximã:eãq; Raſis medicus coitu:ieiunio:ebrietate:deam
bulatiõe curari pcepit.Neq; ſolũ tales amor hoĩes reddit : verũetiã quicũq; natura ſunt tales ad
amorẽ procliuiores exiſtũt.Tales aũt ſunt ii in qbus bilis/quã cholerã vocant/vel atra bilis quã me
lancholiã:cęteris humoribꝰ pualet.Bilis calida & ſicca eſt.Atra bilis ſicca & frigida.Illa ignis:hæc
terræ locum in animãtium corpore tenet. Aridi ergo melancholici & ſicci ad terræ ſimilitudinẽ.
Squalidi & pallentes cholerici ad ſimilitudinem ignis itelligũtur.Cholerici propter ignei humoris
impetum in amorẽ præcipites perferunt:melancholici ob terrei humoris pigritiã tardius amant.
Verũ ppter humoris ipſius ſtabilitatẽ/poſtq̄ illaqueati ſunt diutiſſime perſeuerant. Merito igitur
aridus & ſqualens fingitur amor:cũ hoĩes/qui tales ſunt:p̄ cęteris amori ſoleãt idulgere.Quod ex
eo potiſſimũ fieri arbitramur:quia cholerici bilis incẽdio exuruntur.Melãcholici atræ bilis corrodũ
tur aſperitate.quod Ariſtoteles in ſeptimo libro de moribus affirmauit.Moleſtus itaq; humor ſem
per angit vtroſq; :cogitq; ſolamen aliquod maximũ atq; continuũ/contra continuã humorum mo-
leſtiam quærere.Huiuſmodi ſunt muſicæ amoriſq; delitiæ.Nullis enim aliis oblectamẽtis tam aſſi
due operã impendere poſſumus q̄ muſicæ vocũq; deliniamentis/ pulchritudiniſq; illecebris.Reliq
enim ſenſus cito replent.Viſus autẽ aut auditus diutius voculis & pictura paſcũtur inani.Neq;
ſolum horũ ſenſuum firmiores ſunt voluptates:verũetiã humanæ cõplexioni cognatiores. Quid
enim humani corporis ſpiritibus cõuenientiꝰ eſt/q̄ voces hominũ & figurę/eorũ præſertim:qui nõ
modo naturæ ſimilitudine/ſed etiã pulchritudinis gratia placẽt.Quãobrem cholerici & melãcho-
lici hoĩes tanq̄ vnicum remediũ & ſolamẽ moleſtiſſimæ ipſorũ cõplexionis:cãtus & formæ oblecta
mẽta ſectant.Ideoq; ſunt ad Veneris illecebras proniores.Et Socrates:quem Ariſtoteles melãcho-
licũ iudicauit:ad amandi artẽ vt ipſemet pfitebat:erat oim ppenſiſſimus.Idẽq; de Sappho melan
cholica vt ipſa teſtat:poſſumus iudicare.Necnon & Maro noſter quẽ cholericũ fuiſſe eius effigies
indicat/q̄uis pudicus/fuit tñ pcliuior ad amandũ.Nudis pedibus.Talem ppterea Diotima pinxit
amorẽ/quoniã amator adeo in rebus amatoriis occupatus eſt/vt in cæteris vitę officiis tã priuatis
q̄ publicis non cautus quidẽ incedat vt decet/ſed abſq; vlla diſcriminũ puidẽtia temerarius quo-
cũq; feratur. Ideo in ſuis pgreſſibꝰ frequẽtia incurrit pericula/nõ aliter q̄ qui pedes ſuos corio nõ
ſuffulciunt:vnde crebris ſentibus & calculis offendunt.Humilis.Gręcum Platonis vocabulũ hu-
mi & per infima volans ſignificat.Vidit enim ſæpenumero propter amoris abuſum ſine ſenſu vi-
uere amantes/& leuibus curis magna perire bona.hi ſane amatis ſeipſos vſqueadeo dedũt vt ĩ eos
penitus tranſire nitant:eoſq; tã verbis q̄ geſtibus in ſeipſis effingant.Frequentiſſima vero puero-
rum/& puellarum imitatione quis non effœminet/qs nõ puer/fœminave euaſerit.Sine domicilio.
Humanæ cogitationis domiciliũ aĩa ipſa eſt.Animæ domiciliũ ſpiritus. Domiciliũ ſpiritus huius
eſt corpus.Tres habitatores ſunt.Tria ſunt domicilia.Quiſq; horũ naturali amiſſo exulat domici
lio.Nã cogitatio oĩs nõ ad animi ſui diſciplinã/& trãquillitatẽ: ſed ad dilecti hoĩs ſe vertit obſequ
& anima corporis ſui deſerit miniſteriũ:in amati corpus nititur trãſilire.Spiritꝰ animę currus,dũ
alio properat animus/alio quoq; euolat exhalando. Propria itaq; domo exit cogitatio/exit anima/
exit & ſpiritus.Primũ exitũ inſania & inquietudo:Secundũ debilitas mortiſq; formido:Tertiũ tre
pidatio/pauor/& ſuſpiriũ comitatur.Quocirca propriis laribus:naturali ſede:optata quiete priua
tus eſt amor.Sine ſtramentis & tegmine vllo.Vbi enim quieſcat:& quo tegatur non habet. Cum
enim res quæq; ſuã originẽ repetit:amoris igniculus a formoſi corpis obiectu in appetitu aman-

tis acceſſus/in corpus idem reuolare conaẗ.Quo gdẽ ĩpetu/& appetitũ & appetẽtẽ ſecũ euehit euolando.O crudelẽ amantiũ ſortẽ.O vitam oĩ morte miſeriorẽ.niſi forſitan veſter animus hac amoris violentia ꝓprio ex corpore raptus negligat inſuꝑ amati figurã:atq; in diuini ſplẽdoris ędẽ:vbi tandẽ quieſcet:vbi explebiẗ/ſe recipiat.Quis itẽ neget amorem ſine tegmine nudũq; vagari? Quis enim celet amorẽ:quẽ toruus/taurinus aſſiduus prodit intuitus?quẽ interceptꝰ ſermo declarat:rubor,pallorq; vultus,crebra ſuſpiria,iactatio mẽbroꝝ,perpetua querimonia,importunę laudatiões ſubita indignatio:iactantia,procacitas,petulãtia,vana ſuſpitio,& viliſſima indicant miniſteria?Sicut in ſole & igne calorẽ lux radii comitaẗ : ſic intimum amoris incẽdiũ externa ſequunẗ indicia. Ad fores dormit.fores animi oculi & aures eſſe videntur.hinc enim multa in animũ aduehũtur, & aĩ affectus & mores clariſſime ꝑ oculos emicant.In figuris ſpectãdis & vocibꝰ audiẽdis amãtes vt plurimũ immoranẗ.Raro illoꝝ mẽs in ſeipſam ſe colligit.Sępius ꝑ oculos, aureſq; vagaẗ. Iccirco ad fores dicunẗ procũbere.Dicunẗ & in via iacere.Nã corporis ſpecies,via q̃dã eſſe debet : per quã ad ſpeciẽ incipiamus altiorẽ aſcẽdere.Qui aũt turpibus libidinibus ſe ꝓſternunt,aut etiam in aſpectu vltra q̃ decet verſanẗ:in via ipſa reſtare videnẗ,ad eius terminũ minime ꝑficiſci.Sub diuo Merito.Vna eñ in re penitus occupati nihil in rebus agẽdis cõſiderant.Itaq; caſu vitã agẽtes:oĩbus fortunę ꝑiculis,tanq̃ q nudi ſub diuo vitã ducũt: oĩbus tẽpeſtatibꝰ ſunt expoſiti.Propter matris naturã ſemꝑ egenus.Sane cũ pria origo amoris ab indigentia fuerit:& qd naturale eſt penitꝰ extirpari nõ poſſit:ſemꝑ egenꝰ:ſemꝑ ſitibūdꝰ eſt amor.Q̃diu eñ deeſt ad cõſequẽdũ aliqd,flagrat eſtꝰ amoris.Cũ totũ vndiq; poſſideẗ,ceſſante ĩdigentia potiꝰ deſinit ardor,q̃ ſine egeſtate ꝑduret.

Quæ dotes amantium propter amoris patrem. Cap.X.

HAec inopiã amoris matrẽ ſequunẗ,copiã vero patrẽ eius cõtraria.Quę vero cõtraria ſint intellectus ſuperioribus,quiuis agnoſcet.Supra deſcriptus eſt ſimplex:incautus:vilis,inermis.hoꝝ hic contraria inducunẗ. Callidus eñ diciẗ: Venator ſagax,Machinator, Inſidiator,prudentię ſtudioſus,philoſophus,virilis & audax:vehemẽs:facundus,Magus atq; ſophiſta.Idẽ amor,qui in cęteris negotiis incurioſum & inertẽ facit amãtem:in rebus amatoriis aſtutũ reddit & callidũ,qui miris modis amati gratiã aucupeẗ,ſeu dolis illaqueet,ſeu captet obſequiis:ſiue eloquio mulceat,ſiue cãtu delimat.Idẽ furor,q obſequio blandũ fecerat: idẽ inquã furor arma miniſtrat:indignãtibus aduerſus amati ferocitatẽ,pro eo pugnantibꝰ ſecuritatem roburq; inuictũ.Amor vt diximus ab aſpectu duciẗ originẽ.Aſpectus inter mentẽ & tactũ eſt mediꝰ. hinc ſemper amantis diſtrahitur animꝰ & ſurſum viciſſim deorſumq; iactaẗ. Interdũ amplexus cupido ſuboritur:interdũ vero pudicũ cęleſtis pulchritudinis deſideriũ,& modo illa,modo hoc peruicit,& ducit. In his qui honeſtiſſime educati ſunt,& ingenii pollent acumine,hoc,in aliis illa ſæpius ſuperat.Quicũq; in feces corporis ſe proſternũt,merito aridi,nudi, humiles,inermes,& inertes eſſe cẽſentur.Aridi,quia ſemꝑ eſuriũt,implenẗ nũq̃.Nudi q̃a tanq̃ temerarii oĩbus ſubiecti periculis,& tanq̃ impudẽtiſſimi & inculti infames habẽtur.Humiles quia nihil altũ nihil magnificum cogitant.Inermes quia flagitioſę ſuccũbunt cupiditati.Inertes,quoniã adeo hebetes ſunt vt quo amor eos trahat,ignorẽt,& in via reſtẽt,ad terminũ nõ ꝑueniãt. Contrarii vero cõtra vidẽtur affecti,nam ſolidis animi bonis veſcentes implenẗ magis & trãquillius diligũt,pudorẽ ſeruant,vmbratilẽ corporis ſpeciem negligũt atq; altius eleuãtur,ac velut armis muniti,inanes a ſe libidines fugant,& ſenſus rõni ſubiiciũt. Hi tanq̃ ſolertiſſimi oĩum & prudẽtiſſimi ita philoſophãtur vt ꝑ corporũ figuras quaſi quędam veſtigia,ſiue odores prouidẽtiſſime gradiãtur:ex his ſacrum animi numiniſq; decorẽ ſagaciter inueſtigẽt:atq; ita prudenter venãdo,quod cupiũt feliciter aſſequanẗ. Tantũ profecto munus amoris a patre ipſius copia proficiſciẗ.quoniã pulchritudinis radius qui & copia eſt & pater amoris,hanc habet vim vt illuc vnde venerat reflectatur ſecũq; trahat amantẽ. Deſcendit autẽ a deo primũ:inq; angelũ & animã quaſi vitreas materias tranſiens,& ab aĩa in corpus eius ſuſceptiõi paratum facile demanãs, ab eo ipſo iunioris hominis corpore,præſertim ꝑ oculos animi feneſtras lucidiſſimas emicat:aduolat per aerẽ ꝓtinus & ſenioris oculos penetrans tranſfigit aĩam,appetitum accendit,ſauciã aĩam,appetitũq; accenſum in medelam eius & refrigeriũ ducit,dum eodẽ rapit ſecum vñ ipſe deſcenderat,gradatim q̃dem in corpus amati primũ,in animã ſcdo,tertio ĩ angelum, poſtremo in deum,primam ſplendoris huius originem.Hæc vtilis venatio,hoc felix amantium aucupium.Hanc vtiq; venationem apud Platonem in Protagora Socrati noſtro familiaris quidã eiꝰ attribuit. Vñnã ĩqt o Socrates?Arbitror eq̃dẽ a venatiõe illa redire te ad quã honeſta Alcibiadis indoles ꝓuocare te ſolet.Pręterea Sophiſtã amorẽ vocat & magũ Sophiſtã.Plato ĩ ſophiſtę dialogo ambitioſũ & ſubdolũ definit diſputatorẽ q captiũculaꝝ verſutiis falſũ ꝓ vero nobis oñdit:cogitq; eos,q ſecũ diſputãt ſibimet ĩ ſermonibꝰ cõtradicere.Hoc tã amãtes,q̃ amati quãdoq; ꝓpetiũt.Siq̃dẽ amãtes amoris nebulis occęcati falſa ſępe ꝓ veris accipiũt,dũ dilectos ſuos formoſiores,acutiores,

meliores q̄ ſint arbitrātur. Sibimetipſi ꝓpter amoris violētiā cōtradicūt. Aliud enī ratio conſulit/
aliud cōcupiſcētia ſequit̄. Cōſilia ſua ad amati imperiū mutant:ſibiipſi vt morē gerant aliis,aduer
ſant̄. Sępe etiā formoſi amatoꝝ aſtutia irretiunt̄,& faciles fiunt qui antea fuerant ꝑtinaces. Sed cur
magū putamus amorē?q̄a tota vis magicę in amore conſiſtit. Magicæ opus eſt/attractio rei vnius
ab alia ex quadā cognatione naturę. Mundi aūt huius partes/ceu aīalis vni⁹ mēbra,oēs ab vno au
ctore pendētes/vni⁹ naturę cōmunione inuicē copulant̄. Ideo ſicut in nobis cerebrū,pulmones/cor
iecur/& reliqua mēbra a ſe inuicem trahūt aliqd,ſeq; mutuo iuuāt/& vno illoꝝ aliquo patiēte cō
patiunt̄:ita ingentis huius aīalis mēbra.i.oīa mundi corpora cōnexa ſimiliter mutuant inuicē na
turas/& mutuāt̄:ex cōmuni cognatione cōmunis innaſcit̄ amor:ex amore cōmunis attractio. Hęc
aūt vera magica eſt. Sic ab orbis lunę concauitate ꝓpter naturę cōgruitatē ſurſum trahit̄ ignis:ab
ignis concauitate aer:a mūdi centro terra ad infima trahit̄:a loco etiā ſuo rapit̄ aqua. Hinc & Ma
gnes ferrum,& electrū paleas,ignē ſulphur,ſol flores multos ad ſe vertit & folia:luna aquas: Mars
ventos ciere ſolet:& herbæ varię varia quoq; ad ſe inuitāt animātiū genera. In rebus etiā humanis
trahit ſua quē ꝑ voluptas. Magicę igit̄ opera/naturę opera ſunt:Ars vero miniſtra. Ars enī vbi na
turali cognationi deeſt aliquid/ꝑ vapores/numeros/figuras/qualitates opportunis ſupplet tempo
ribus:quēadmodū in agricultura natura ſegetes parit,ars pręparat. Hāc artem veteres dęmonib⁹
attribuerūt:quia intelligūt qualis ſit rerū naturaliū ſocietas:quid cuiq; cōgruat:quomodo cōcor
dia rerū,ſicubi deſit,inſtauret̄. His nōnulli vel naturę ſimilitudīe quadā amici: vt Zoroaſter & So
crates:vel cultu dilecti/vt Apollonius Tyaneus / & Porphyrius fuiſſe tradunt̄. Ideo vel vigilanti
bus ſigna,voces/atq; portenta,vel dormiētibus oracula,& ſimulacra a dęmonib⁹ cōtigiſſe narrant̄.
Qui amicitia daemonū magi euaſiſſe vident̄:quēadmodū dęmones magi ſunt rerū ipſarū amicitiā
cognoſcentes. & natura oīs ex amore mutuo maga cognominat̄. Quinetiā formoſus quiſq; teneris
nos faſcinat oculis. Viri eos eloquētię virib⁹ & carminū modulis quaſi quibuſdā incātationib⁹ deli
niunt/ſibiq; conciliant:cultu ꝓterea & muneribus nō aliter q̄ veneficiis placant & capiūt. Quapro
pter neminī dubiū eſt/quin amor ſit magus:cū & tota vis magicę in amore cōſiſtat:& amoris opus
faſcinationibus/incātationib⁹/veneficiis expleat̄. Neq; mortalis eſt omnino/neq; etiā īmortalis. Non
mortalis:quoniā duo amores in nobis/duo illi quos dicimus dęmones:inſunt ꝑpetui. Nō immorta
lis:quoniā tres hoꝝ medii mutant̄ quotidie:creſcunt/atq; decreſcūt. Praeterea in hominū appetitu
a vitę primordiis inextinguibilis innatus eſt feruor:qui animum quieſcere non permittit:ac ſemꝑ
impellit/vt ad certum aliquid ſtudioſe ſe applicet. Diuerſa hominum ingenia ſunt/nec voto viuit̄
vno. Vnde continuus ille concupiſcentiæ feruor/qui naturalis eſt amor/alios ad ſtudia literarum:
ad muſicam alios vel figuras/alios ad honeſtatem morum/ſeu vitam religioſam: alios ad honores:
nonnullos ad pecunias cumulandas/pleroſq; ad ventris luxuriā/alios impellit ad alia: necnon eūdē
hoīem in diuerſis aetatibus ad diuerſa. Idē itaq; feruor & immortalis dicit̄ & mortalis. Immortalis:
quia nunq̄ extinguitur:mutatq; materiam potius:q̄ euaneſcat. Mortalis: quia nō ad idem ſemper
incūbit:ſed aut ex naturę mutatione/aut ex diuturna rei eiuſdē frequētatione orta ſatietate noua
requirit oblectamēta:& qui in re vna ferme defecit/in alia quodāmodo reuiuiſcit. Dicitur etiam ob
eam cauſam immortalis:ꝙ dilecta ſemel figura ſemper amatur. q̄diu enim eadem in eodem homine
permanet/in eoipſo diligitur:cum vero ab eo defluxerit:non amplius eadē in illo figura eſt/quā pri⁹
amabas. Nouam hanc non ardes quidē/quia nec arſeras ante:priorē vero illā amare nō deſinis. hoc
tū intereſt:ꝙ illam prius proſpiciebas in alio:iam vero in teipſo inſpicis ſolū:eadēq; memoria ſem
per infixam ſemper & amas:& quotiens animi oculis occurrit,totiens te vrit amantem. Ideo quo
tiens illū nobis olim chariſſimum habemus obuium/totiens cōmouemur:vel ſaliunt, trepidātve ꝓ
cordia:vel liqueſcit iecur:vel tremunt oculi,varioſq; trahit vultus aduerſo illo colores. Eius enī ꝓ
ſentia latentē mente figuram animi ſuggerit oculis:ac velut ſopitos ſub cineribus flando ſuſcitat
ignes. Hac de cauſa amor dicitur immortalis. Sed hic etiā ideo mortalis habetur/quia licet maneāt
ſemper infixi pectore vultus/non tamen aeque ſe mentis oculis offerunt. quocirca feruere viciſſim
beneuolentia,atq; refrixere videtur. Accedit ad haec/ꝙ & ferinus & humanus amor ſine indigna
tione eſſe nunq̄ poteſt. Quis illi non indignetur,qui ipſi abſtulerit animū? Vt enim ꝓ cęteris gra
ta libertas:ita ſeruitus oneroſa. Itaq; formoſos odis ſimul & amas:odis tanq̄ fures & homicidas: tan
q̄ ſpecula caeleſti fulgore micātia,mirari cogeris,& amare. Quid agas miſer? Quo te vertas,neſcis
heu perdite neſcis. Cū tui hoc homicida eſſe nolles,nolles etiam ſine beato ſpectaculo viuere. Cū
hoc eſſe non potes, qui te perdit, qui enecat:ſine hoc non potes viuere, qui tam miris illecebris
te tibi ſurripit, qui totum te ſibi vendicat. Hunc fugere cupis, qui ſuis te flammis adurit: huic
etiam cupis haerere, vt ipſi te poſſidenti proximus tibi quoq; cohaereas. Teipſum miſer extra te
quaeris, haereſq; raptori, vt captum quandoq; te redimas. Amare quidem nolles inſane: quia

emori nolles:nolles etiam non amare:quippe qui cęleſtiū ſimulacro iudicas ſeruiēdū. Quapropter
hac alternatione vel fit/vt ſingulis(vt ita dicā) momētis areſcat amor/& reuireſcat.Ponit etiam a
Diotima inter ſapientiā & ignorantiā medius.Porro amor,q̄ pulchra ſunt ſequit.Omniū pulcher
rima ſapientia eſt.Appetit igit ſapientiā.Qui ſapientiā appetit,eam omnino nō poſſidet.Quis eñ
praeſentia quęrat?Neq; etiam caret omnino.In eo enim vno ſaltem eſt ſapiens q̄ ſuam inſcitiam re
cognoſcit:qui vero ignorare ſe neſcit,tam res ipſas,q̄ ſuam ignorat inſcitiam: neq; ſciētiā expetit,
cuius eſſe ſe neſcit expertē.Amor igit ſapientiae,quia partim ſapientia priuatus eſt , partim eſt ſa-
piens,inter ſapiētiā ignorantiāq; locat.Haec inquit Diotima,eſt amoris conditio:ipſiꝰ aūt pulchri,
id eſt ſupmae pulchritudinis natura eſt,vt delicatum ſit,perfectū,atq; beatum.Delicatum,inquan
tum ſua quadam ſuauitate ad ſe allicit oīm appetitū:Perfectū,inquantum q̄ illexit accedētia illu-
ſtrat radiis ſuis & perficit:Beatum,inquantum illuſtrata bonis implet aeternis.

Quae vtilitas amoris ex eius definitione. Cap.XI.

POſtq̄ vero q̄ ſit amoris origo,& qualis ipſe ſit,Diotima enarrauit,iā quorſum tendat, et
ad quid cōducat hoībus,aperit.Oēs qdē bona habere cupimus:nec habere solū:ſed ſem
per habere.Singula vero mortaliū bona mutant atq; deficiunt:ac cito cuncta vaneſcerēt,
niſi abeuntium loco noua quotidie fierent.Vt ergo bona ſemp nobis quoquo modo pdurent,peun
tia cupimus recreare.Generando recreatio fit.Hinc innatus eſt omnibꝰ generationis inſtinctꝰ. Ge
neratio aūt cū mortalia diuinis cōtinuatione ſimilia reddat,munus eſt pfecto diuinum . Diuinis
vtpote pulchris,deformia cōtraria ſunt:formoſa ſimilia & amica.Iccirco generatio diuinum opus
in eo qđ pulchrū eſt perfecte & facile conſummat:in contrario contra.Quapropter generationis il
le conatus formoſa poſcit:cōtraria refugit.Quid hoīm amor ſit poſtulatis?ad qđ conducat?Cupi-
do generationis in pulchro ob ſeruandā vitā mortalibꝰ in rebus perpetuā.hic hoīm in terra viuen
tiū amor eſt:hic noſtri finis amoris.Enimuero eo ipſo in tempore quo animalium vnūqđq; viuere
dicit,idemq; eſſe,vt a pueritia ad ſenectutē,q̄uis idē dicat,nunq̄ tamen in ſe eadē continet:ſed no-
uum ſemp efficit,vt Plato inquit,& vetera exuit ſecundū pilos,carnem,oſſa,& ſanguinem,& cor-
pus penitus vniuerſum.Neq; in corpore ſolū,ſed etiā in anima id contingit.Mores,cōſuetudines,
opiniones,cupidines,voluptates,dolores,atq; timores iugiter pmutant:nec aliquid ex iſtis idē , &
ſimile perſeuerat.priora quidem abolentur:noua ſuccedunt atq; adoleſcunt.Quinetiam,quod mi
rabilius eſt,ſcientiae quoq; non ſolum alię euaneſcunt:aliae ſurgunt:neq; ſemper ſecundū ſcientias
iidem ſumus:verumetiam vna quaeuis ſcientiarum ferme idē patit.Meditatio enim & reminiſcē-
tia,quaſi praetereuntis ſcientiae reſumptio eſt.Obliuio nāq;,ſcientię exitus eſſe videtur. Meditatio
vero nouam ſemper memoriā abeuntis loco reſtituens,ſcientiam ſeruat:vt eſſe eadē videatur.Hoc
vtiq; pacto quaecunq; in animo vel corpore mutabilia ſunt,ſeruantur:non quia ſemper omnino ea
dem ſint:hoc enim diuinorum eſt proprium:ſed quoniam quod tabeſcit,& abit,nouum & ſimile ſi
bi relinquit.Hoc certe remedio mortalia immortalibus redduntur ſimilia.Eſt igitur in vtraq; ani-
mae parte,tum ea quae ad cognitionem ſpectat,tum ea qua regitur corpus,amor generationis in-
natus ad vitam perpetuo conſeruandam.Amor qui in hac parte eſt ad corpus regendum accōmo-
data,ſtatim ab initio nos impellit ad cibum potumq; ſumendum:vt his alimentis generentur hu
mores:quibus qđ a corpore iugiter defluit,reſumatur.Qua generatione nutritur corpꝰ & creſcit.
Adulto corpore ſemen ipſum laceſſit:& procreandae ſobolis libidinem prouocat:vt quod in ſeipſo
ſemper manere non poteſt,reſeruatum in prole ſibi perſimili maneat ſempiternum.Amor etiā ge-
nerationis parti animae cognoſcenti tributus,efficit vt anima veritatē,alimoniam propriam cōcu
piſcat:per quam ſuo modo nutriatur & creſcat:ac ſiquid per obliuionem animo excidit,aut torpet
propter deſidiam & incuriam , recordationis & meditationis ſtudio quaſi regenerat:reuocatq; in
mentem,qđ per obliuionē perierat,vel torpuerat p ignauiā.Adultū vero iā aīm flagrantiſſima do-
cendi atq; ſcribendi ſtimulat cupiditate:vt ſcientia vel in ſcriptis vel in diſcipulorū animis genera-
ta,praeceptoris intelligentia,& veritas inter homines aeterna permaneat.Atq; ita amoris beneficio
cuiuſq; hominis tam corpus q̄ anima in rebus humanis poſt mortem ſemper ſupereſſe poſſe viden-
tur.Amor vterq; pulchra ſectatur.Nempe qui corpus regit atq; gubernat,corpus pprium ex epu-
lis q̄ delicatiſſimis,iucundiſſimis, & pulcherrimis alere concupiſcit:& prolem formoſam cum ſpe-
cioſa foemina generare:& qui ad animum pertinet,eum ornatiſſimis gratiſſimiſq; diſciplinis ſtudet
imbuere:ac ſcientiam ſuae ſimillimam ſcribendo ornato pulchroq; in ſtylo edere:& docendo in ani-
mo quodam pulcherrimo generare:puro inquam animo,acuto,& optimo.Animum quidem ipſm
non cernimus:ideo neq; eius inſpicimus pulchritudinem.Corpus autem vmbram animi, imaginē
q̄ videmus:itaq; ex eius imagine ſuſpicantes in corpore formoſo ſpecioſum eſſe animum coniecta-
mur.Quamobrem formoſos homines libentius erudimus.

De duobus amoribus,& ꝙ anima naſcitur prædita veritate. Cap.XII.

DE amoris definitione ſatis iam diximus:nūc autem quæ apud Platonem fit ex animi corporiſve fœcunditate de amore diſtinctio,declaremus.Omnium inquit hominū pregnans & grauidum corpus eſt:pregnans & animus.Corpori ſemina ſuoq; omniū ab initio ſunt inſerta.Hinc ſtatutis curriculis temporum dentes erumpunt:prodeunt pili:barba profundit̄:ꝓ creationis ſemina defluunt.Si fœcundū corpus eſt,grauidumq; ſeminibus,multo magis animus ꝓ ſtantior corpore vberrimus eſt,atq; ſuorum omnium ab initio ſemina poſſidet.Igitur morum,artium,diſciplinarum rationes iādiu ſortitus eſt animus:ſuoſq; foetus inde,ſi recte colatur, ſtatutis temporibus promit in lucem.Q; autem rationes ſuorum omnium ingenitas habeat, ex appetitu eius,inquiſitione,inuentione,iudicio,comparatione cognoſcimus.Quis neget animum ſtatim a tenera ætate vera,bona,honeſta,vtilia exoptare?optat autem nullus incognita.Ergo inſunt iſtorum aliquæ etiam anteq̄ appetat,in animo notiones:per quas ceu formas rationeſq; ipſorum,ea iudicat appetenda.Idē ab inquiſitione & inuentione probatur.ſi in turba hominū quęrat Socrates Alcibiadem,ſitq; illū aliquando reperturus,neceſſe eſt Socratis menti aliquam Alcibiadis ineſſe figuram, vt ſciat quem hominum quærat præ cæteris,ac repertū in coetu multorum Alcibiadē ab aliis diſcernere valeat.Ita neq; indagaret ea quatuor animus,neq; aliquando inueniret,niſi haberet illorū .ſ. Veritatis,Bonitatis,Honeſtatis,Vtilitatis,aliquam notionem,per quā illa quæreret inuēturus, vt quotiens reperit quæ inueſtigauerat recognoſcat,atq; ab eorum diſcernat contrariis.Neq; ſolū ab appetitu,indagatione,inuentione,ſed etiam a iudicio id probamus.Quicūq; enim aliquem ſibi amicum iudicat,vel inimicum,quid amicitia quidve maleuolentia ſit non ignorat . Quonā igitur pacto multa vera vel falſa,bona vel mala,vt ſolemus,quotidie iudicaremus,& recte iudicaremus, niſi eſſet nobis veritas quodāmodo,bonitaſq; pręcognita?Quomodo rurſus ſtructurę,muſicę,picturę,& artium cæterarum opera,necnon inuenta philoſophorum,multi etiam in his artibus nō verſati probarent ſæpiſſime recte & reprobarent,niſi illarum rerum forma q̄dam eſſet,& ratio illis a natura tributa?Comparatio quoq; idem nobis oſtendit.Quicūq; enim mel vino comparans alterum altero pronunciat dulcius,quis dulcis ſit ſapor agnoſcit:& qui Speuſippum & Xenocratem cōferens ad Platonem,Xenocratem cenſet Platonis ſimiliorem,q̄ Speuſippum,Platonis figuram ꝓculdubio nouit.Eodēmodo cum e multis bonis aliud alio melius recte exiſtimemus:& maiori minorive bonitatis participatione aliud alio melius deteriuſve appareat:neceſſe eſt bonitatem nō ignorare.Præterea cum e multis diuerſis philoſophorum aut etiam aliorum opinionibus,quæ veri ſit ſimilior,& ꝓbabilior,ſæpe optime iudicemus,oportet nō deeſſe nobis aliquem veritatis intuitum, vt quæ ſint illius ſimiliora non neſciamus.Quapropter nonnulli in adoleſcentia,aliqui etiam ſine præceptore,plerīq; ex pauciſſimis doctrinæ rudimentis a ꝓceptoribus demonſtratis doctiſſimi euaſiſſe traduntur.quod nunq̄ niſi multum,vt diximus,iuuāte natura fieri potuiſſet.Hoc abunde Socrates Phædoni,Theæteto,Menoni,pueris demōſtrauit:docuitq; poſſe pueros recte in ſingulis artibus reſpondere,ſiquis prudenter eos interroget:quippe cum a natura ſint artium diſciplinarumq; omnium rationibus prædıti.

In Anima eſt veritatis lumen. Cap.XIII.

QVo aūt modo huiuſmodi ſint in animo rationes,apud Platonem videt̄ ambiguum. Siqs eos libros ſequatur,quos iunior ſcripſit Plato,Phædrum,Menonē,& Phædonem,putabit forſitan ita ferme illas eſſe in animi ſubſtantia pictas tanq̄ in pariete figuras:qđ in ſupioribus ſæpe & a me & a vobis eſt tactum.ſic enim ibi videtur innuere. In ſexto autem de Rep.libro, diuinus ille vir totam rem aperit:dicitq; lumen eſſe mentis ad intelligenda omnia,eundem ipſum deum:a quo facta ſunt omnia.Solem nanq; & deum ita inuicem comparat, vt quemadmodum ſe habet ſol ad oculos,ita ad mentes ſe deus habeat.Sol oculos generat,vimq; illis ꝓſtat videndi.Quę fruſtra eſſet,& ſempiternis obruta tenebris,niſi ſolis lumen adeſſet corporum pictum coloribus & figuris:in quo oculus corporum colores videt atq; figuras.Neq; aliud quicq̄ niſi lumen,oculus intuet̄.Videtur tamen varia intueri,quia lumen ipſi infuſum variis externorum corporum formulis eſt ornatum.Hoc quidem lumen in corporibus reflexum,oculus percipit : ipſum vero in fonte ſuo lucem minime ſuſtinet.Eodem pacto deus animam procreat:eiq; mentem, vim ad intelligendum largitur . quæ vacua eſſet atq; obſcura,niſi dei ſibi lumen adeſſet:in quo rerum omnium inſpiciat rationes,Vnde per dei lumen intelligit:atq; ipſum diuinum duntaxat lumen agnoſcit. Diuerſa tamen videtur agnoſcere,quia ſub diuerſis rerum ideis & rationibus ipſum intelligit.Quando quis oculis videns hominem,in phantaſia hominis imaginem fabricat,diutiuſq; in ea iudicanda reuoluitur,mentis ſuæ aciem tollit ad hominis rationem in diuino lumine exiſtentem ſuſpiciendam:inde ſcintilla in mente protinus emicat:ac reuera natura ipſa hominis intelligitur:atq; dē cę

teris omnibus eodem pacto. Itaq; per dei lumen omnia intelligimus: ipſum vero purum lumen eiuſ
ꝙ fontem hac in vita videre non poſſumus. In hoc plane tota animæ conſiſtit fœcunditas, ꝙ in eius
penetralibus lux illa dei fulget æterna, rerum omnium rationibus, ideiſq; pleniſſima: ad quã anima
quotiens vult, vitę puritate, & ſumma ſtudii intẽtione conuertiť: conuerſa ſcintillis emicat idearũ.

Vnde amor erga maſculos. Vnde erga fœminas. Cap. XIIII.

ITa pregnans hominum corpus vt Plato vult: ꝑgnãs & animus: & ambo amoris incitamẽ
tis ſtimulantur ad partum. Cæterum alii vel ꝑpter naturam, vel ꝑpter educationẽ ad ani
mi fœtus ſunt q̃ corporis aptiores: alii & quidem plurimi, contra. Illi cæleſtẽ ſequunť amo
rem: hi vulgarem. Illi natura iccirco mares, & illos quidẽ iam pene adultos potius, q̃ fœminas, aut
pueros amant: quoniam in eis magis admodum viget mentis acumen: quod ad diſciplinam, quã illi
generaturi ſunt, propter excellentiorem ſui pulchritudinem eſt aptiſſimum. Alii contra, ꝑpter con
greſſus venerei voluptatem, & corporalis generationis effectum. Quoniã vero genitalis illa vis ani
mæ, vtpote cognitionis expers, ſexuum nullũ habet diſcrimen: natura tamen ſua totiens incitať ad
generandum, quotiens formoſum corpus aliquod iudicamus: cõtingit plerunq; vt qui cum maſcu
lis conuerſantur, quo genitalis partis ſtimulos ſedent, illis ſe miſceant: Hi præſertim, in quorum ge
neſi Venus in ſigno maſculino & cum Saturno fuerit: vel in Saturni finibus, vel Saturno oppoſita.
Oportebat autem animaduertere genitalis partis illius incitamenta, nõ irritum hoc iacturę opus,
ſed ſerendi & procreandi officium affectare: atq; a maſculis ad fœminas eam traducere. Huiuſmo
di quodam errore nefarium ſcelus illud exortum putamus: qđ in legib9 ſuis Plato tanq̃ homicidii
ſpeciem acerrime deteſtať. Quippe non minus homicida cenſendus eſt qui hominem præripit naſci
turũ, q̃ qui natum tollit e medio. Audacior qdem qui præſentem abrumpit vitam: crudelior autẽ
qui lucem inuidet naſcituro: & nondum natos ſuos filios enecat.

Supra Corpus eſt Anima: ſuper Animam Angelus: ſuper Angelum Deus. Cap. XV.

VErum de gemina vbertate animæ, geminiſq; amoribus hactenus. Deinceps quibus gradi
bus Diotima Socratem ab infimis ad ſuperna euehit, diſſeramus: a corpore in aĩam, ab aĩa
in angelum, ab angelo reducit in deum. Hos quatuor rerum gradus in natura eſſe debere
ita licet argumentari. Omne corpus ab alio quodam mouetur: mouere autem ſeipſum natura ſua
non põt: cum nec agere per ſe quicq̃ valeat. Sed ꝑpter animę pręſentiam ſeipſo moueri videtur: & ꝑ
pter animã viuere. Et præſente qdem anima ſeipſum mouet quodãmodo: abſente vero, ab alio dũta
xat mouetur: vtpote quod hanc ex ſeipſo naturam non habeat: ſed anima ꝓprie vim ſeipſam mouẽ
di poſſideat. Nam cuicunq; adeſt, vim ad ſeipſum mouendũ impertit. qđ autem ipſa ſui pręſentia i
pertit aliis, hoc ipſa multo pri9 magiſq; debet habere. Eſt igiť aĩa ſupra corpora: vtpote quæ ſeipſam
ſecundum eſſentiã ſuam mouere queat: atq; iccirco ſup illa debeat eſſe: quæ non ex ſeipſis, ſed alio
rum præſentia vt ſe moueant aſſequuntur. Cũ dicimus ſeipſa moueri animam, non tranſitiue, vt
ita dixerim, quemadmodum a Platone accipi voluit Ariſtoteles, ſed abſolute verbum illud proferi
mus, vt cum ſtare per ſe deum, lucere ſolẽ per ſe, calere ignẽ aſſeueramus. Nõ enim pars animę mo
uet, pars agitať: ſed tota ex ſe. i. ſua natura moueť, hoc eſt ab alio in aliud ratione diſcurrit: ac nu
tritionis, augmenti, generationis opera per interualla temporum tranſigit. Tẽporalis iſta diſcurſio
ex ſeipſa competit animæ. quia quod ſup eã eſt, non aliis momentis alia, ſed vno ęternitatis puncto
ſimul intelligit oĩa. Quapropter recte primus a Platone motus, & primum temporis ĩteruallum
in anima ponitur: vnde & motus & tempus in corpora tranſeũt. Quoniam vero ante motum ſta
tum eſſe neceſſariũ eſt, cum ſtatus ſit motione perfectior, ſupra rationem animæ mobilem oportet
ſtabilem aliquam intelligentiam reperiri, quæ ſecundum ſe totam intelligentia ſit, & actu ſemp in
telligentia. Anima enim non ſe tota, neq; ſemper, ſed ex quadam ſui parte, & quãdoq; intelligit: ne
q; certam habet, ſed ambiguam intelligendi virtutem. Vt ergo, qđ perfectius eſt, illud qđ eſt imp
fectius antecedit, ſupra mentem animæ, quæ mobilis eſt, quæ pars, quæ intermiſſa, quæ dubia, po
nenda eſt angeli mens ſtabilis, tota, continua, atq; certiſſima: vt quemadmodũ corpori ab alio agi
tato anima per ſe mota præcedit, ita animæ per ſe agitatæ mens ſtabilis per ſe præcedat. Et quẽad
modum corpus per animam habet vt ſeſe moueat: atq; ideo nõ omnia corpora, ſed animata ſpon
te ſua moueri videntur: ita anima per mentem habet ꝙ ſemper intelligat. Si enim ſuapte natura
animæ intellectus ineſſet, omnibus etiam beſtiarum competeret animabus: quemadmodum ſuiip
ſius agitandi poteſtas. Non igiť animæ intellectus per ſe, primoq; competit: quare eam antecedat
oportet, quod per ſe primoq; mentis eſt compos. huiuſmodi angelus eſt, animis excellẽtior. Sed enĩ
angeli mẽtem, rerum illud principium, ſummumq; bonum, quod in Parmenide Plato ipſum vnũ
vocat, neceſſario ſupereminet. Quippe ſuper omnem rei compoſitæ multitudinem vnum ipſum
ſimplex debet eſſe natura. ab vno enim numerus, & a ſimplicibus compoſitio tota conflatur. Mens

autem illa licet immobilis ſit/non tamē vnum ipſum purum ſimplex exiſtit. Intelligit enim ſeipſam
vbi diuerſa inter ſeſe quoquo modo videntur hæc tria: ꝙ intelligit: ꝙ intelligitur: intellectio. Alia
enim ipſius ratio eſt, prout intelligit: prout intelligitur alia: alia item prout intellectio eſt. Ha-
bet præterea cognoſcendi potentiam ante cognitionis actum per ſe prorſus informem: cognoſcen-
do formatur: quæ intelligendo veritatis lumen cupit & capit: quo videtur anteq̄ intelligeret ca-
ruiſſe. Habet quoq; in ſe idearum omnium multitudinem. Cernis quāta ſit, q̄ varia in angelo mul
titudo, atq; compoſitio. Itaq; ipſi purum vnum & ſimplex præponere cogimur. Ipſi autem vni deo
nihil poſſumus anteponere, quia verum vnum omnis multitudinis, omnis compoſitionis eſt ex-
pers. Qđ ſi ſupra ſe quicq̄ haberet, ab illo vtiq; fieret: quare ab eo dependens in hoc ipſo ab eodem
degeneraret, vt a cauſa oīs ſolet effectus. Ideoq; non vnum iam eſſet & ſimplex, ſed ſaltem ex duo
bus compoſitum. ſ. ex cauſæ ſuæ munere/propriove defectu. Ipſum itaq; vnū vt Plato vult & Dio-
nyſius Areopagita confirmat/omnia ſupereminet: excellentiſſimumq; dei nomen, vnum ipſum ab
vtroq; cenſetur. Huius ſublimitatem ratio quoq; illa nobis oſtendit: ꝙ eminentiſſimæ cauſę donū
eſſe debet ampliſſimum: virtutiſq; ſuæ praeſtantia ſe ad cuncta protendere. Vnius munus per vni-
uerſa ſe propagat. Nam non mens ſolum vna eſt, & anima quælibet vna, corpus quodlibet vnum:
ſed etiam informis ipſa materies, rerumq; priuatio vna quodammodo dicitur. Nam vnum ſilētiū
dicimus: vnam obſcuritatem: Mortem vnam. Mentis tamen & animæ munera ad eam vſq; non ex
tenduntur. Mens enim ſpeciem artificioſam ordinemq; largitur: Anima vitam praeſtat & motū: in
formis vero & prima mundi materia/rerumq; priuatio ſpeciei & vitæ eſt expers. Ita ipſum vnum
mentem & animam antecedit: cum munus eius latius diffundatur. Eadem ratione mens animam
videtur excedere: quia vita, munus animæ, non omnibus datur corporibus. Omnibus tamē his ſpe
ciem, ordinemq; mens tribuit.

Quæ comparatio inter Deum, Angelum, Animam, Corpus. Cap. XVI.

ERgo a corpore in animā, ab hac in angelū, ab hoc in deū aſcendimus. Deus ſuper æternita-
tem eſt: Angelus in æternitate eſt totus. Sane tam eius operatio q̄ eſſentia, ſtabilis perma-
net. Status autem æternitatis eſt proprius. Anima partim in æternitate eſt, partim in tē-
pore. Eius enim ſubſtantia eadem ſemper abſq; vlla incrementi aut decrementi mutatione ꝑdurat.
Operatio aūt, vt pauloante monſtrauimus, per temporis interualla diſcurrit. Corpus tempori oīni-
no ſubiicitur. Nam & ſubſtantia eius mutatur, & operatio eius omnis temporis ſpatium exigit. Igi
tur ipſum vnum, ſupra ſtatum motūve exiſtit: Angelus, in ſtatu: Anima, in ſtatu pariter atq; mo
tu: Corpus ſolo ī motu locatur. Vnum rurſus ſuper numerum, motum, locumq; manet: Angelus
in numero ſuper motum & locum ponitur: Anima in numero motuq;, ſed ſuper locū: Corpus nu-
mero, motui, loco ſubiicitur. Siquidem ipſum vnum, neq; numerum vllum aut cōpoſitionem par-
tium habet: neq; vllo pacto ab eo quod eſt, mutatur: neq; loco clauditur vllo. Angelus numerū qui
dē habet partium vel formarum, ſed a motu locoq; eſt liber. Anima partium habet & affectuum
multitudinem: & ratiocinationis progreſſione, perturbationumq; varietate mutaꝛ: ſed a loci limiti
bus eſt exempta. Corpus autem his omnibus eſt obnoxium.

Quæ comparatio inter pulchritudines Dei, Angeli, Animæ, Corporis. Cap. XVII.

EAdem vero inter quatuor hæc, & eorum formas eſt comparatio. Nempe corporis forma
in multarū partiū compoſitione cōſiſtit: loco aſtringitur: tempore labitur. Species animi,
temporis quidem viciſſitudines patitur, & partium continet multitudinem, ſed a loci ter
minis eſt abſoluta. Angeli vero ſpecies, numerū habet ſolum: a duobus aliis imunis exiſtit. Dei aūt,
nihil iſtorum perpetitur. Corporis vtiq; formam vides. Vis ne animi quoq; ſpeciem intueri? Detra
he corporali formæ ipſius materiæ pondus, limiteſq; locorum: relinque cætera: Animi iam ſpeciem
habes. Vis & angeli? Deme obſecro non loci ſpatia ſolum, ſed temporis quoq; progreſſum: compoſi
tionem multiplicem retine: eam protinus nanciſceris. Cupis etiam Dei pulchritudinem cernere?
Auferas inſuper multiplicem illam formarum compoſitionem: ſimplicem prorſus relinque formā:
confeſtim dei ſpeciem fueris conſecutus. Verum quid mihi tandem ſubtractis iſtis reliquum ſu-
pererit? An tu eſſe aliud q̄ lucem, pulchritudinem ducis? Porro corporum omnium pulchritudo
lumen iſtud eſt ſolis quod vides, tribus illis infectum: formarum multitudine (Nā multis id aſpi-
cis figuris coloribuſq; depictum) loci ſpatio: temporali mutatione. Tolle ſedem eius in materia, vt
præter locum reliqua duo retineat: huiuſmodi prorſus eſt animi pulchritudo. Tolle hinc tempo-
ris, ſi lubet, mutationem: mitte reliquum: lumen reſtat ſine loco, ſine motu clariſſimum: ſed omni
bus inſculptum rerum omnium rationibus. Id angelus eſt: id angeli pulchritudo. Tolle poſtre
mo diuerſarum illum numerum idearum: vnam ſimplicem ac meram relinque lucem: inſtar lu-
cis eius, quæ in globo ſolis ipſo permanet: per aerem nō diſpergitur: iam dei pulchritudinē quodā

modo cōprehēdis:quæ tātū ſaltē formas reliquas antecellit,quantū lux illa ſolis in ſeipſa mera,vna,
inuiolata ſplendorē ſolis p nubiloſum aera diſiectū,diuiſum,infectū,obſcuratū exuperat.Fons itaq
totius pulchritudinis Deus eſt.Fons itaq totius amoris eſt Deus.Lumē preterea ſolis in aqua vm
bra quędā eſt ad clarius eiuſdē lumē in aere.Splendor in aere,vmbra ſimiliter ad eiuſdē in igne ful
gorē.Fulgor in igne,vmbra ad lucē ſolis eodē ipſo in ſole fulgentē.Eadē eſt inter quatuor illas cor
poris,animi,angeli,Dei pulchritudines cōparatio.Deus nunq̃ ita decipit̃,vt ſuę ſpeciei vmbrā in
angelo amet quidē:propriā ſui ac verā negligat pulchritudinē.Neq angelus vſqueadeo capit̃ ani
mæ ſpecie quę ipſius eſt vmbra,vt ſui vmbra detētus figurā propriā deſerat.Anima tamē noſtra:
qd̃ ſummopere dolendū eſt:Hęc eñ eſt totius noſtræ infelicitatis origo:Anima inquā ſola ita cor-
poralis formę blāditiis delinit̃,vt propriā poſthabeat ſpeciē:corporis vero formā,quę ſuę vmbra
eſt,ſuiipſius oblita ſectet̃.Hinc crudeliſſimū illud apud Orpheū Narciſſi fatū.Hinc hominū miſe-
randa calamitas.Narciſſus quidē adoleſcēs.i.temerarii & imperiti hominis animus,ſui vultū non
aſpicit:propriā ſui ſubſtantiam,& virtutem nequaq̃ animaduertit:ſed eius vmbram in aqua pro-
ſequitur,& amplecti conatur.i.pulchritudinem in fragili corpore,& inſtar aquæ fluenti,quæ ipſi⁹
animi vmbra eſt,admiratur.Suam quidem figurā deſerit:vmbram nunq̃ aſſequitur,quoniam ani
mus corpus ſectando ſe negligit,& vſu corporis non impletur.Non enim ipſum reuera appetit
corpus:ſed ſuiipſius ſpeciem,a corporali forma,quæ ſpeciei ſuæ imago eſt,illectus,quēadmodum
Narciſſus affectat:cumq id minime aduertat,dum aliud quidem cupit,aliud ſequitur,deſideriū
ſuum explere non poteſt.Ideo in lachrymas reſolutus conſumitur.i.animus ita extra ſe poſitus &
delapſus in corpus,perniciosis perturbationibus cruciatur:corporiſq infectus ſordibus quaſi mo
ritur:cum iam corpus eſſe potius q̃ animus videatur.Quam vtiq mortem vt Socrates deuitaret
Diotima ipſum a corpore ad animum,ab hoc in angelum,ab eo reduxit in Deum.

Quomodo Anima a corporis pulchritudine ad Dei pulchritudinem eleuetur. Cap.XVIII.

AGite conuiuæ chariſſimi Diotimā fingite ita Socratem alloquentē.Nullum corpus o So
crates vndiq pulchrum.Nam aut hac in parte formoſum,illa deforme:aut hodie for-
moſum,alias minime:aut ab alio pulchrum,ab alio turpe cenſetur.Ergo corporis pul-
chritudo turpitudinis contagione coinquinata,pura,vera,& prima pulchritudo eſſe non poteſt.
Quinetiam pulchritudinem turpem eſſe nemo aliquando ſuſpicatur:quēadmodum neq ſapien-
tiam eſſe inſipientem:Corporum vero diſpoſitionem quandoq ſpecioſam,quandoq turpem puta
mus:eodemq tempore de illa alii aliter ſentiunt.Non igitur prima & vera eſt in corporibus pul-
chritudo.Adde q multa corpora,vno pulchritudinis vocantur cognomine.Vna igitur eſt in cor
poribus multis pulchritudinis natura communis,per quā ſimiliter pulchra denominantur.Vnā
vero naturā huiuſmodi,ſicut in alio eſt.i.in materia,ſic ab alio dependere putato.Quod enim in
ſeipſo ſuſtentari non poteſt,multo minus a ſeipſo pendere.Nunquid a materia dependebit?mini-
me.Nihil enim deforme & imperfectum ſeipſum ornare poteſt,atq perficere.Quod autē vnum
eſt,ab vno debet oriri.Quapropter vna multorū corporū pulchritudo ab vno aliquo incorporali
pendet artifice.Artifex vnus omnium Deus eſt:qui per angelos,atq animas pulchrā quotidie red
dit omnē mūdi materiā.Propterea verā illā pulchritudinis rationē in Deo eiuſq miniſtris potius,
q̃ in mundi corpore reperiri putandū.Ad eā rurſus his gradibus facile,vt arbitror,aſcendes o So
crates.Si oculos tibi lynceos natura dediſſet mi Socrates,vt aſpectu quælibet occurrentia penetra
res,formoſiſſimū illud extrinſecus Alcibiadis tui corpus tibi turpiſſimum videretur.Quantū eſt
quod amas amice?Superficies duntaxat,immo color te rapit:immo quædam reflexio luminum,&
vmbra leuiſſima.Seu te vana imaginatio decipit:ita qd̃ ſomnias potius q̃ quod videas,amas.Cæte
rum ne tibi videar penitus aduerſari,ſit ſane Alcibiades iſte formoſus.At eñ quota parte formo-
ſus?oibus profecto mēbris pręterq̃ naſo ſimo,& elatioribus q̃ deceat ſuperciliis.Hæc tamē in Phæ
dro ſpecioſa ſunt.Sed crurū in eo craſſitudo non placet.Decora hæc apud Charmidē,niſi gracile
te collum offenderet.Ita ſi homines ſingulos obſeruabis,nullum ex omni parte laudabis.Quicqd
vbiq rectum eſt colliges:figuram apud te integram ex obſeruatione omnium fabricabis:vt abſo-
luta humani generis pulchritudo,quę i multis reperitur ſparſa corporibus,in animo tuo ſit vni⁹
imaginis cogitatione collecta?Cuiuſq hominis figuram paruipendes o Socrates,ſi ad iſtā contulē
ris.Iſtam vero non tā corporū,q̃ animi tui beneficio poſſides.Itaq iſtā potius quā tuus animus fa
bricauit,& animū ipſum eius artificē,q̃ exteriorē illam mancam,diſperſamq amato.Quid autē in
animo amare te iubeo?animi pulchritudinē.Lux aũt eſt pulchritudo corporū:lux eſt & animi pul
chritudo:lux animi veritas:quā ſolā amicus tuus Plato in votis ſuis a deo poſtulare videtur.Da
mihi,inquit,Deus vt meus animus pulcher efficiat̃:& quæ ad corpus attinent,animi pulchritudi
nē non impediant:ſolū ſapientē diuitē putē.In his Plato declarat,pulchritudinem animi in verita

te ſapiẽtiaq; cõſiſtere:eã a deo hoībꝰ tribui. Veritas vna eſt:& eadẽ nobis a deo tributa ĩ variis eiꝰ effectibꝰ variarũ virtutũ cognomẽta ſortit̃.ꝓut diuina demõſtrat,ſapiẽtia,quã a deo ꝑ cęteris Plato popoſcit:ꝓut naturalia,ſciẽtia:vt humana,prudẽtia:vt aequos facit,iuſtitia:vt inuictos,fortitudo:vt trãquillos,dicit̃ tẽperãtia. Ex his duo virtutũ gña numerant̃. Morales inquã virtutes,& itellectiuę illis preſtãtiores. Intellectiuę ſunt Sapiẽtia,Sciẽtia,Prudẽtia:Morales, Iuſtitia,Fortitudo,& Tẽperantia. Morales ꝓpter operationes earũ ciuiliaq; officia notiores ſunt:Intellectiuę ꝓpter recõditã veritatẽ occultiores. Pręterea q honeſtis moribꝰ educat̃,vtpote purior aliis facile ad intellectiuas virtutes erigit̃. Ideo pulchritudinẽ animi q̃ cõſiſtit in moribus primã cõſiderare te iubeo,vt intelligas vnã eſſe morũ oĩm rationẽ:ꝑ quã ſimiliter honeſti vocant̃. Vnã.ſ.vitę puriſſimę veritatẽ:q̃ Iuſtitiae,Fortitudinis,Tẽperãtię actionibꝰ,ad verã nos ꝑducit felicitatẽ. Vnã igit̃ hãc veritatẽ morũ,lucẽq; animi ſpecioſiſſimã primũ diligito. Scito ꝗ etiã ſupra mores ad ſapiẽtię,ſciẽtię,prudẽtię lucidiſſimã veritatẽ te ꝓtinus aſcenſurũ:ſi cõſiderabis haec animo optimis moribus educato cõcedi atq; in eis normã moralis vitę rectiſſimã cõtineri. Quãuis aũt varias Sapiẽtię,Sciẽtię,Prudentięq; doctrinas cõtuearis:in cũctis tñ vnicã eſſe veritatis lucẽ exiſtimato:ꝑ quã oẽs pulchrę ſimiliter appellant̃. Eã tibi vtpote ſupremã animi pulchritudinẽ ſummopere amare ꝑcipio. Sed eñ vna hęc ĩ doctrinis plurimis veritas,prima oĩm veritas ideo eſſe nequit,quoniã in alio eſt,cũ ſit in multis diſtributa doctrinis. Quicq̃d aũt iacet in alio,ab alio certe depẽdet. Neq; tñ veritas vna a doctrinarũ multitudine naſcit̃. Quod eñ vnũ eſt,ab vno debet oriri. Quare oportet vnã quãdã eſſe ſup aĩam hoĩs ſapiẽtiã:q̃ nõ ꝑ diuerſas ſit diuiſa doctrinas,ſed vna ſapiẽtia ſit:a cuius vnica veritate veritas hoĩm multiplex oriat̃. Illã o Socrates vnicã vnicę ſapiẽtię lucẽ,angeli pulchritudinẽ eſſe memẽto:q̃ tibi ſup animi ſpeciẽ ſit colẽda. Ea vt in ſuꝑioribꝰ demõſtrauimus corporũ ſpeciẽ antecellit:quia neq; loco aſtringit̃:neq; ſecũdũ materiae partes diuidit̃:neq; corrũpit̃. Antecellit & animi ſpeciẽ:q̃a aeterna eſt penitus:neq; tẽporali diſcurſione mouet̃. Quoniã vero angeli lux in idearũ cõpluriũ ſerie micat,ac ſupra multitudinẽ omnẽ vnitas ſit oportet,q̃ eſt numeri totius origo:neceſſe eſt eam ab vno rerũ oĩm principio,q̃d ipſum vnũ vocamus,effluere. Ipſius itaq; vnius lux penitus ſimpliciſſima infinita pulchritudo eſt:q̃a nec materię ſordibus inquinat̃,vt corporis ſpecies:neq; vt animi forma tẽporali ꝓgreſſione mutat̃,neq; vt angeli ſpecies multitudine diſſipat̃. Oĩs autẽ qualitas ab extraneo additamẽto ſecreta,dicit̃ apud Phyſicos ĩfinita. Si in ſeipſo ſit calor,frigore,& humore nõ impeditus,materię põdere nõ grauatus,calor dicit̃ infinitus,q̃a vis eius libera eſt,neq; vllis additionis limitibus coarctat̃. Similiter lumen ab omni corpore liberũ infinitũ.nã ſine modo,ac termino lucet,q̃d natura lucet ſua,quãdo ab alio minime terminat̃. Itaq; dei lux & pulchritudo,quę mera eſt,prorſus ab aliis oĩbus abſoluta,abſq; dubio infinita dicit̃ pulchritudo. Infinita vero pulchritudo,immẽſum quoq; requirit amorẽ. Quapropter te obſecro Socrates vt certo quodam modo & termino caetera diligas,deum vero amore diligas infinito,neq; vllus diuino modus adſit amori.

Quomodo Deus amandus. Cap.XIX.

HAec Diotima Socrati. Nos aũt viri clariſſimi nõ ſolũ ſine mõ Deũ,vt iubere Diotima fingit̃,ſed Deũ ſolũ amabimus. Ita eñ mens ad deũ:vt ad ſolẽ acies oculorũ. Oculus autem nõ mõ lumẽ ꝑ cęteris:ſed & ſolũ appetit lumẽ. Si corpora,ſi animos,ſi angelos diligemꝰ,nõ hęc q̃dẽ:ſed Deũ in his amabimꝰ. In corporibꝰ q̃dẽ dei vmbrã:in animis dei ſimilitudinẽ:in angelis eiuſdẽ imaginẽ. Ita Deũ ad ꝑſens in oĩbus diligemꝰ,vt in deo tandẽ oĩa diligamus. Nã ita viuẽtes eo ꝓficiſcemur,vt & Deũ,& in Deo oĩa videamus:amemuſq; & ipſm,& q̃ in ipſo ſunt oĩa. Et quiſq;s hoc in tẽpore ſeſe Deo charitate deuouerit,ſe deniq; recuperabit in deo. Nẽpe ad ſuã ꝑ quã creatus eſt,redibit ideã:ibi rurſus,ſi q̃d ipſi defuerit,reformabit̃:ideę ſuę ꝑpetuo cohęrebit. Verus aũt homo & idea hominis,idem. Ideo quiſq; noſtrũ in terris a Deo ſeparatus,nõ verus eſt hõ,cũ a ſui idea ſit formaq; diſiunctus.ad eã nos diuinus amor,pietaſq; perducet:cum hic diſcerpti ſimus & mutilati. Ideę tunc noſtrę amando coniuncti,integri homines euademus:vt Deũ primo in rebus coluiſſe videamur,quo res deinde in Deo colamus:reſq; in Deo ideo venerari,vt nos ipſos prae caeteris amplectamur:& amãdo Deũ nos ipſos videamur amaſſe.

ORATIO SEPTIMA.

Concluſio ſupradictorum:& opinio Guidonis Caualcantis philoſophi. Cap.I.

POſtremo Chriſtophorus Marſupinus vir humaniſſimus Alcibiadis perſonã geſturus his ad me verbis conuertitur. Gratulor equidem Marſili Ioannis tui familiae plurimum:quae inter multos & doctrina & rebus geſtis clariſſimos equites Guidonem philoſophum peperit de repub.benemeritum,& aculeis dialecticę cũctis ſuo ſęculo praecellentem:qui hunc amorem Socraticum tam moribus q̃ carminibus imitatus,breui quaecunq; a vobis ſunt dicta perſtrinxit. Phędrus enim amoris originem tetigit ex chaos viſceribus emanantem. Pauſanias iam natum amorem geminũ

diuiſit in ſpeciem:cæleſtem ſcilicet & vulgarem.Eryximachus eius aperuit amplitudinem,dum
cunctis in rebus eum ſic ineſſe mõſtraret in partes geminas diſtributum.Ariſtophanes quid agat
in ſingulis tam ampliſſimi dei pręſentia,declarauit:oſtendens per hunc fractos homines reſarciri.
Agatho quanta ſit eius virtus,potentiaq; tractauit,cum ab eo ſolo beatos fieri homines diſputa-
ret.Socrates tandem a Diotima edoctus ſummatim quid ſit amor & qualis,vnde ortus,quot ha-
beat partes,quorſum tendat,& quantum valeat,explicauit.Guido Caualcantes philoſophus,oĩa
hæc artificioſiſſime videtur carminibus ſuis inſeruiſſe.Quemadmodum ſolis radio ſpeculum mo
do quodam percuſſum ſplendet iterum,& proxime ſibi appoſitam lanam reflexione illa ſplendoris
inflammat:ita ille partem animę,quam obſcurã phantaſiam vocat,atq; memoriam ceu ſpeculum,
pulchritudinis ipſius ſolis locum habentis ſimulacro tanq̃ radio quodam per oculos hauſto cẽſet
ita pulſari,vt ipſa ſibi ex illo alterum effingat ſimulacrum quaſi ſimulacri primi ſplendorem:quo
appetendi vis non aliter q̃ lana accendatur & amet.Addit amorem hũc primum in appetitu ſen-
ſus accenſum a forma corporis per oculos inſpecta creari:ſed eam ipſam formã non eo modo,quo
in corporis materia eſt,in phantaſiã imprimi,ſed ſine materia:ita tamen vt certi cuiuſdam homi-
nis ſignato in loco & tempore poſiti ſit imago.Rurſus imaginis huiuſmodi ſpeciem aliquam ſta-
tim in mente lucere:quæ non amplius vnius cuiuſdam humani corporis vt erat in phantaſia,vi-
deatur eſſe ſimilitudo:ſed totius æque generis humani ratio communis & definitio.Itaq; ſicut ex
phantaſię imagine a corpore ſumpta,in appetitu ſenſus corpori dedito amor ad ſenſum procliuis
exoritur:ita ex hac mentis ſpecie rationeq; cõmuni,tanq̃ a corpore remotiſſima,amor alius in vo-
luntate naſcitur a cõmercio corporis alieniſſimus.Illum in voluptate:hunc in contemplatione lo-
cauit.Illum circa particularem corporis vnius formam reuolui putat,hunc circa vniuerſalem to-
tius humani generis pulchritudinẽ.Hos vtiq; amores ſibiipſis in homine repugnare,& illum de-
orſum ad ferinam & voluptuoſam depellere,hunc ſurſum ad angelicam vitam,contemplatiuãq;
attollere:hunc abſq; perturbatione vult eſſe,& in paucis reperiri:illum multis paſſionibus anxiũ,
ac plurimos occupare.Ideo iſtũ paucis verbis abſoluit,in alterius paſſionibus enarrandis prolixior.
Quoniam vero eadem apertiſſime,quę & vos in ſuperioribus narrauiſtis,hic explicat:ea in pręſen
tia recenſere opus eſſe non cenſui.Verum cognouiſſe ſufficiat philoſophũ hunc aliquã chaos in-
formitatem,qualem ſupra vos poſuiſtis,in amoris procreatiõe miſcuiſſe,dum diceret obſcurã phã
taſiam illuminari:atq; ex illius obſcuritatis & huius luminis mixtione,amorem originem ducere.
Amorem pręterea geminum illum cæleſtẽ atq; vulgarem,quis in eius verbis non videat?Originẽ
quinetiã illius primã in diuinorũ,ſecundam in corporum collocat pulchritudine.Solem nãq;, dei
lucem:radium,corporum formam intelligit.Finem poſtremo ſuum vult eiuſdem principiis reſpõ
dere:dum alios vſq; ad formam corporis,alios vſq; ad dei ſpeciem amoris prouehit inſtigatio.

Socrates fuit verus amator,& Cupidini ſimilis. Cap.II.

DE amore hactenus.Ad Alcibiadem & Socratem veniamus.Poſtq̃ conuiuæ ſatis amantiũ
Deũ laudauerãt,reliquũ erat vt dei huius cultores legitimi laudarentur.Maxime omniũ
legitime amaſſe Socrates ab omnibus perhibetur.Is cum per omnẽ vitã palam ſine vlla
prorſus diſſimulatiõe in caſtris Cupidinis militaſſet,a nullis vnq̃ notatus eſt quaſi minus honeſte
quẽq̃ dilexerit.Huic vitæ ſeueritas,& alienorũ ſcelerum correptio frequens,multos & magnos vi
ros,vt ſolet veritas,infenſos reddiderat,Anytum,Melitũ,Lyconem præſertim ciues in republicã
potẽtiſſimos:Thraſymachũ Poliũ & Calliam oratores.Ariſtophanẽ præterea comicũ acerrimum
habuit inſectatorem.Sed neq; ciues illi in accuſatione:qua Socratẽ in iudiciũ traxere,inhoneſtos
amores inſcripſerunt:neq; oratores eius hoſtes tale quicq̃ Socrati obiecere:neq; Ariſtophanes Co
micus,licet alia multa & abſurda in Dionyſiis colligat in Socratem maledicta.An cenſetis eum ſi
tam fœda ſe labe coinquinaſſet,immo niſi fuiſſet ab huius criminis ſuſpitione remotiſſimus,vene
noſas talium detractorum linguas euaſurum fuiſſe?Nunquid optimi viri illud in ſuperioribꝰ ani
maduertiſtis,q; dum Plato ipſum fingit Amorem,Socratis omnẽ pingit effigiem,ac numinis
illius figuram ex Socratis perſona deſcribit,quaſi verus amor,ac Socrates ſimillimi ſint,atq; ideo
ille pręcęteris verus ſit legitimuſq; amator?Agite iam Amoris picturã illã in animũ reuocate.Vi
debitis in ea Socratẽ figuratũ.Socratis pſonã ante oculos ponite.Macilentũ,aridũ,ſqualidumq; vi
debitis:hoiem.ſ.natura melancholicũ,vt fert,atq; hirſutũ.Extenuatũ inedia.Incuria ſordidũ.Nu-
dũ præterea.i.ſimplici & veteri opertũ palliolo.Sine calceis icedẽtẽ.Ita ſemp ſolitũ icedere Socratẽ
apud Platonẽ Phędrus oſtendit.Humilẽ perq; iſima volãrẽ.Humi ſemp Socratis defixus erat aſpe
ctus,vt ait Phędo.Loca inſup vilia frequẽtabat:aut.n.in Simonis coriarii,aut in ſculptor̃ officinis
obuerſabat̃.Ruſticis & icõptis vtebat̃ vocabulis:qd illi obiicit Callicles in Gorgia.Adeo p̃terea ini
q̃s,vt m̃ltis laceſſitꝰ iniuriis,ſępe etiã pulſatꝰ,ne cõmotꝰ qdẽ aĩo fuiſſe tradat̃.Sine domicilio.Inter
rogatꝰ Socrates cuias eſſet,Mũdanus inquit.Ibi eñi patria,vbi bonũ.Sed neq; huic ꝓprii lares,neq;

mollis lectus,neq delicat^is victus,neq ptioſa ſupellex.Ad fores in via ſub diuo dormiēs.Hęc aper
tū pectus & cor patēs oībus in Socrate noſtro ſignificāt.Praeterea q & viſu delectabaſ,atq audi
tu:quę fores animi ſunt:q etiā ſecurus & intrepidus incedebat,iacebatq etiā ſi oportuiſſet pallio
obuolutus vbiq.Semp egenus.Quis neſciat Socratē ſculptoris & obſtetricis fuiſſe filiū?& vſq in
ſenectutē in ſculpēdis lapidibus manu propria victū quęſiſſe,nec habuiſſe vnq̄ vnde ſe ſatis & fi
lios aleret?Hic inopiā ſuae mētis paſſim confitebaſ,interrogās oēs,nihil ſcire ſe praedicans. Virilis
erat eñ,cōſtātis animi,inuictaeq ſententiae,q etiā Archelaū Macedonē,& Scopā Cranoniū,Eurilo
chūq Lariſſeum aſpernatus eſt alto animo:cū ab eis miſſas pecunias nō acceperit:neq ipſe ad eos
voluit pficiſci. Audax, ferox q.Quāta eius fuerit in rebus bellicis fortitudo,Alcibiades in conti
uio explicat copioſiſſime:cui Socrates cū in Poridea viciſſet,victoriā ſpōte dicif conceſſiſſe.Vehe
mēs erat.qppe vt recte Topirus Phyſionomus iudicauerat,cōcitatiſſimus.Saepe vero inter loquen
dū agēte id orationis vehemētia iactare digitos ſolebat,& crines vellere.Facūdus.Huic ratiōes in
vtrāq partē ferme pares dū diſſereret ſuppetebāt.Hic licet incomptis verbis vtereſ,vt in cōuiuio
Alcibiades ait,magis tamē q̄ Themiſtocles & Pericles,omneſq caeteri oratores audiētiū animos cō
mouebat.Pulchris & bonis inſidiaſ.Inſidiatū ſibi ſemp fuiſſe Socratē Alcibiades inquit.eorū quip
pe qui honeſta indole praediti videbanſ,amore captus,eoſdē rationibus ſuis ad philoſophiae ſtudia
Socrates capiebat.Callidus ſagaxq venator.Socratē venari ſolitum ex corporis forma diuinā ſpe
ciem,in ſuperioribus ſatis eſt dictum:& in Protagora Plato teſtatur.Machinator.Multis modis vt
indicant Platonis dialogi,ſophiſtas confutabat:adoleſcentes exhortabatur,modeſtos viros erudie
bat.Prudentiae ſtudioſus.Fuit eñ tanta prudentia,& in pręſagiendo tam perſpicax:vt quiſquis cō
tra eius conſilium quicq̄ auderet,perderetur.quod in Theage a Platone narratur.Per omnem vi
tam philoſophans.Hic in ſua illa apud iudices defenſione iudicibus edixit,vt ſi ea cōditione eum
morte abſoluerent,vt nunq̄ poſtea philoſophetur,ſe mori malle q̄ philoſophari deſinere.Incātator
faſcinator,veneficus atq ſophiſta.Nam Alcibiades ait ſe magis Socraticis verbis q̄ Marſiae Olym
piq excellentiūq muſicorum melodia muloeri.Daemonem vero illi fuiſſe familiarem,& accuſato
res ſui & amici teſtantur.Sophiſtam quoq Socratem Ariſtophanes comicus appellauit,atq etiam
ſui accuſatores.Quippe cui ęqua eſſet hortandi & dehortandi facultas.Inter ſapientiā & inſcitiam
medius.Cum omnes homines ignorantes ſint,inquit Socrates,hoc ego tantū a caeteris differo,q
meam ignorantiam non ignoro:cum alii prorſus ignorent.Ita erat inter ſapientiā & ignorantiam
medius:quia licet res ipſas neſciret,ſuam tamen ignorantiam cognoſcebat.Quas ob res Socratem
amori ſimillimū,ideoq veriſſimū amatorē poſt amorem ipſum laudandum Alcibiades iudicauit
vt in eius laude intelligamus omnes qui ſimiliter amant,eſſe laudatos.Quae Socratis laudes ſint
hic audiuiſtis,& in Platōis verbis Alcibiadis ore patēt clariſſime:quo etiā pacto amabat Socrates
cognoſcere pōt q Diotimę doctrinę meminerit.Ita.n.amauit Socrates,vt ſupra Diotima docuit.

De amore ferino,quod inſanię ſpecies eſt. Cap.III.

VErū interroget forte qſpiā:Quid hoīm generi Socraticus amor iſte cōducat:cur tātis
ſit laudib⁹ celebrādus,qd obſit cōtrarius.Dicā equidē altius aliquāto exorſus.Plato no
ſter furorē in Phędro mētis alienationē definit.Alienationis aūt duo gña tradit. Alterā
ab humanis morbis,alterā a deo prouenire exiſtimat.Inſaniā illā:hāc diuinū furorē nū
cupat.Inſanię morbo infra hoīs ſpeciē homo deiicif:& ex hoīe brutū quodāmō reddiſ. Inſanię duo
ſunt genera.Vnū cerebri,alterū cordis vitio naſcif.Cerebrū ſaepe aduſta bili,ſępe ſanguine aduſto,
nōnūq̄ atra bili nimiū occupaſ.hinc demētes hoīes quādoq redduntſ.Qui aduſta bili vexanſ:vel
a nemine laceſſiti vehemētiſſime iraſcunſ:alte vociferanſ:in obuios irruunt:ſeipſos & alios cędūt.
Qui ſanguine aduſto laborāt,effuſos nimiū in riſus prorumpūt:praeter omniū cōſuetudinē ſe iac
ctant:mirabilia de ſe pollicenſ:cantu geſtiūt,exultātq tripudio.Qui bili premunſ atra,moerent p
petuo:ipſi ſibi ſomnia fingunt,quę vel pręſentia expaueſcāt,vel futura formidēt.Atq hae quidem
tres inſaniae ſpecies cerebri fiunt defectu.Quando eñ humores illi retinenſ in corde,anguſtiam &
ſolicitudinem pariunt,non dementiam:tunc vero amentiā,quando caput oppreſſerint.ideo cere
bri vitio dicuntur cōtingere.Cordis autem morbo eam proprie inſaniā fieri arbitramur,qua affli
guntur hi qui perdite amant.His falſo ſacratiſſimum nomen amoris tribuitur. Verum ne forte
nimis contra multos ſapere videamur,diſputationis gratia nos etiam nomine ad iſtos vtamur.

Amor vulgaris eſt faſcinatio quaedam. Cap.IIII.

VOs aūt auriū,ac mētē itētionē dicēdis accōmodate.Sāguis i adoleſcētia ſubtil' ē,clar⁹,cali
d⁹,atq dulc.Procedēte ei ętate ſubtiliorib⁹ ptib⁹ reſolut,fit craſſior:ppterea fit & obſcu
rior.Nēpe qd tenue rarūq ē,purū ē atq plucidū:cōtrariū vero cōtra.Cur calid⁹ atq dul
cis?q̄a vita,& viuēdi initiū,ipſa.ſ.gñatio,i calore & humore cōſiſtit,ac ſemē pria viuētiū genitura

calidũ eſt & humidũ:natura talis in pueritia & adoleſcẽtia viget.In ſequẽtibus ętatibus paulatim in cõtrarias qualitates ſiccitatẽ & frigiditatẽ neceſſario ꝑmutaẽ.Ideo ſanguis in adoleſcẽte ſubtilis eſt/clarus/calidus/atq; dulcis:q̃a ſubtilis/clarus:q̃a recẽs,calidus,atq; humidus:q̃a calidus & humidus eſt/ideo dulcis eſſe videẽ.Dulcedo eñ fit in calidi & humidi mixtiõe.Quorſum hęc:nẽpe vt intelligatis ſpiritus ĩ hac ætate ſubtiles & claros,eſſe calidos atq; dulces.Hi eñ cũ a cordis calore ex puriori ſanguine generenẽ/tales ĩ nobis ſunt ſemꝑ/qualis ẽ & ſanguinis humor.Quẽadmodũ vero ſpirituũ vapor hmõi creaẽ ex ſanguine:ita & ipſe ſimiles ſibi radios ꝑ oculos quaſi vitreas feneſtras emittit.Atq; etiã ſicut cor mũdi ſol ſuo circuitu lumẽ/perq; lumẽ virtutes ſuas ad ĩferiora demittit/ſic corporis noſtri cor/motu ſuo quodã ꝑpetuo ꝓximũ ſibi ſanguinẽ agitãs ex eo ſpũs ĩ totũ corpus/perq; illos luminũ ſcintillas/ꝑ mẽbra diffũdit qdẽ ſingula/ꝑ oculos aũt maxime.Ad altiſſimas q̃ppe corporis partes ſpũs maxime cũ ſit leuiſſimus euolat:eiuſq; lumẽ ꝑ oculos/cũ ipſi ꝑſpicui ſint atq; omnium partiũ nitidiſſimi,vberius emicat.Ineſſe vero oculis & cerebro lumẽ aliqd̃ licet exiguũ,aĩalia multa quę noctu vidẽt teſtimonio eſſe poſſunt/quoꝝ in tenebris coruſcãt oculi.Ac etiã ſiqs certo quodã modo oculi angulũ digito preſſerit/cõtorſeritq;/circulũ quẽdã videẽ intra ſe lucidũ intueri.Fertur & diuus Auguſtus oculos adeo claros & nitidos habuiſſe/vt cũ acrius quẽq̃ intuereẽ,cogeret eũ quaſi ad ſolis fulgorẽ vultũ ſubmittere.Tiberius quoq; pręgrãdibus fuiſſe oculis tradiẽ/& q qđ mirũ eſſet,noctu etiã & ĩ tenebris viderẽt:ſed ad breue,& cũ primũ e ſomno patuiſſent.deinde rurſus hebeſcebãt.Q; aũt radius emiſſus ab oculis vaporẽ ſecũ ſpiritalẽ trahat,& vapor is ſanguinẽ,ex eo ꝑſpicimus q; lippi & rubẽtes oculi ſpectãtis ꝓxime oculos radii ſui emiſſione cogũt morbo ſimili laborare.Vbi apparet & radiũ vſq; ad obuiũ illũ ꝓtendi,& cũ radio vna vaporem corrupti ſanguinis emanare:cuius cõtagione oculus ſpectãtis inficitur.Scribit Ariſtoteles mulieres quãdo ſanguis mẽſtruus defluit,ĩtuitu ſuo ſpeculũ ſanguineis guttis ſęp̃e fœdare.Quod ex eo fieri arbitror/q̃a ſpiritus qui vapor ſanguinis eſt,ſanguis quidã tenuiſſimus videẽ eſſe,adeo vt aſpectũ effugiat oculorũ:ſed in ſpeculi ſuperficie factus craſſior,clare perſpicitur.Hic ſi in rariorẽ materiã aliquam/ceu pãnum/aut lignũ incidat,ideo non videtur,quia in ſuperficie rei illius nõ reſtat,ſed penetrat.Si in denſam quidem,ſed aſperam,ſicuti ſaxa,lateres,& ſimilia,corporis illius inæqualitate diſſipatur,& frangiẽ.Speculum autẽ ꝓpter duritiem ſiſtit in ſuperficie ſpiritũ:propter æqualitatem,lenitatemq; ſeruat infractum:propter nitorem,ſpiritus ipſius radiũ iuuat & auget:propter frigiditatem rariſſimam illius nebulam cogit in guttulas.Eadem ferme ratione quotiens hiantibus faucibus obnixe anhelamus in vitrum,eius faciem tenuiſſimo quodam ſaliuæ rore conſpergimus.ſiquidẽ halitus a ſaliua euolãs,in ea materia cõpreſſus relabitur in ſaliuã.Ergo quid mirũ ſi patefactus oculus & intentus in aliquẽ,radiorũ ſuorũ aculeos in adſtãtis oculos iaculaẽ:atq; etiã cũ aculeis iſtis,q ſpirituũ vehicula ſunt,ſanguineũ vaporẽ illũ,quẽ ſpiritũ nũcupamus,intendit?Hinc virulẽtus aculeus tranſuerberat oculos:cũq; a corde ꝑcutientis mittaẽ,hominis ꝑculſi p̃cordia,quaſi regionẽ propriã repetit:cor vulnerat:inq; ei⁹ duriori dorſo hebeſcit,reditq; in ſanguinẽ.Peregrinus hic ſanguis a ſaucii hominis natura quodãmodo alienus,ſanguinem eius proprium inficit:infectus ſanguis ægrotat.Hinc duplex ſequiẽ faſcinatio.Aſpectus fœtidi ſenis,& mulieris mẽſtrua patientis,puerũ faſcinat.Aſpectus adoleſcẽtis faſcinat ſeniorẽ.Quoniam vero ſenioris humor frigidus eſt atq; tardiſſimus,vix dorſum cordis attingit in puero:& ineptus ad trãſitum,cor niſi propter infantiam ſit molliſſimũ,parum admodum cõmouet.Hæc ideo leuis faſcinatio eſt:illa vero grauiſſima,per quam iunior tranſfigit pręcordia ſenioris.Hoc illud eſt amici optimi de quo Platonicus Apuleius conqueritur.Cauſa inquit omnis,& origo pręſentis huius doloris,etiã medela ipſa,& ſalus vnica mihi tute ipſe es. Iſti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapſi præcordia,acerrimũ meis medullis cõmouẽt incendium.Ergo miſerere tua cauſa pereuntis.Ponite obſecro ante oculos Phædrum Myrrhinuſiũ,& Thebanum illum eius amore captũ Lyſiam oratorẽ.Lyſias in Phędri vultum inhiat:Phędrus in oculos Lyſiæ ſcintillis ſuorum defigit oculorũ,cumq; ſcintillis vna tranſmittit & ſpiritũ.Radius Phædri radio Lyſiæ facile copulatur:ſpiritui quoq; facile iungitur ſpiritus.Vapor huiuſmodi a Phędri corde genitus Lyſię ſtatim petit pręcordia:quorũ hebetudine fit compactior,& in priorem Phædri relabitur ſanguinẽ:ita vt Phædri ſanguis,qđ mirum eſt,iam in corde ſit Lyſiæ.Hinc ad clamorẽ cõfeſtim prorumpit vterq;:Lyſias ad Phędrum Cor meũ Phædre,chariſſima viſcera:Phædrus ad Lyſiã:O ſpiritus meus,o meus ſanguis Lyſia.Sequitur Phædrus Lyſiam,quia cor ſuum poſcit humorẽ.Sectatur Phædrũ Lyſias,quia ſanguineus humor vas proprium poſtulat,ſuam exigit ſedem.Verum Lyſias Phædrũ ſectatur ardentius.Facilius eñ cor ſine minima humoris ſui particula,q̃ humor ipſe ſine corde proprio viuit.Riuus fonte magis q̃ fons riuulo indiget.Igitur vt ferrum qualitate magnetis accepta,ad lapidem hunc trahitur quidẽ:lapidem vero non attrahit:ita Lyſias Phædrum magis q̃ Phædrus Lyſiam ſequitur.

Qꝫ facile amore irretiamur. Cap.V.

AN poteſt,dixerit quiſpiam,tenuis radius,leuiſſimus ſpiritus,pauculus ſanguis Phędri tā cito,tā vehemēter,tā pniciose totū Lyſiā inquinare?Hoc vtiq̧ mirū nō videbiť ſi cæteros morbos,q cōtagiōe naſcūť,cōſiderabitis,ſi pruritū,ſi ſcabiē,ſi leprā,pleureſim,phthiſim, Dyſenteriā,lippitudinē,epidimiā.Amatoria vero cōtagio facile fit,& grauiſſima oīm peſtis euadit. Quippe ſpiritalis vapor ille ſanguiſq̧ ab adoleſcēte ſeniori prorſus iniectꝰ,quatuor habet vt ſupra dixımꝰ qualitates.Clarus ē,ſubtilis,calidus,atq̧ dulcis.Quia clarꝰ,oculoꝝ & ſpirituū claritati i ſeniore maxie cōſonat,blādiť,& allicit:quo fit vt auide ab illis hauriať. Quia ſubtilis,celerrime cōuolat in pcordia:īde facillime p venas & arterias ī corpꝰ pmanat vniuerſum.Quia calidꝰ,vehemēter agit,& mouet,& fortiꝰ ſenioris ſanguinē īficit,eūq̧ ī ſuā cōuertit naturā.qđ Lucre.ita tetigit.

Hinc in te primum Veneris dulcedinis in cor
Stillauit gutta:& ſucceſſit frigida cura.

Præterea quia dulcis,fouet viſcera quodā modo,paſcit,atq̧ oblectat.hinc fit vt totus viri ſanguis in iuuenilis ſanguinis naturā mutatus,iunioris illius appetat corpus/quo ſuas venas īhabitet,& recētis ſanguinis humor/venas quoq̧ recētes & teneras illabať.Fit etiā vt voluptate ſimul & dolore æger hic tāgať.Voluptate pter vaporis illiꝰ/& ſanguinis claritatē/atq̧ dulcedinē.illa ſiqdē allicit/hæc oblectat.Dolore propter eius ſubtilitatē atq̧ calorem.illa quippe viſcera diuidit/& diſcerpit:hic homini quod ſuum eſt aufert/& in alterius mutat naturam.per quā ſane mutationē eum in ſe quieſcere nō permittit:ſed ad eum ſemper a quo infectus eſt trahit.Hoc ita Lucretius innuit.

Idq̧ petit corpus mens vnde eſt ſaucia amore.
Namq̧ omnes plerūq̧ cadūt in vulnus:& illam
Emicat in partem ſanguis vnde icimur ictu.
Et ſi comminus eſt hoſtē ruber occupat humor.

In his carminibꝰ Lucretiꝰ nō aliter vult ſanguinē hois oculoꝝ radio vulnerati i vulnerātē plabi/q̄ hois gladio ceſi ſāguis plabiť ī cædētē.Huiꝰ vt ita dicā miraculi ſi rōnē reqritis afferā.Vulnerat Hector Patroclū/ac pimit.Patroclus Hectorē iſpicit vulnerātē.Vñ eiꝰ cogitatio iudicat vlciſcēdū.cōfeſtim ad vīdictā bilis accēdiť/ab ea ſāguis iſlāmať/& ad vulnꝰ e veſtigio pperat/tū vt ptē illā corporis foueat/tū etiā ad vindictā.eodē cōcurrūt & ſpūs:ii qa leues ſunt/ad Hectorē vſq̧ volātes in eū migrāt/eiꝰ calore ſeruanť ad tpſ puta ad horas ſeptē:eo ipō in tpe ſi Hector cadaueris vulnus cominꝰ intētus īſpiciat,vulnus cruorē verſus Hectorē eiicit.pōt eñ cruor verſus hoſtē quodāmō effluere/tū qa nōdū calor oīs extinctus eſt/nōdū agitatio geuit interior/tū qa pauloante in eū cōcitus fuerat/tū deniq̧ qa ſanguis ſpūs reperit ſuos/atq̧ etiā ſpūs ſuū attrahūt ſāguinē.Simili quodā pacto hois amore ſaucii ſanguinē feſtinare i ferītē & Lucretiꝰ innuit,& nos ſummope cōprobamꝰ.

De miro quodā effectu vulgaris amoris. Cap.VI.

DIcam ne viri caſtiſſimi/quod ſequiť an potius ptermittā?Dicam certe poſtq̄ res ipa poſtulat/& ſi dictu videť abſurdū.At quis turpia nō turpiter dixerit. Tāta pmutatio ſenioris hois vrgēs ad iunioris ſimilitudinē facit/vt hic totū ſui corpꝰ i illū trāſferre:& totū illiꝰ in ſe tranſfundere ſtudeat/vt vel recens humor vaſa recentia/vel vaſa teneriora teneriorem cōſequātur humorē.Hinc multa inter ſe turpiſſime facere cōpelluntur.Cum enim genitale ſemen a toto corpore defluat/ſolo huius iactu/vel tractu totū corpus tradere ſe poſſe cōfidunt:& totum accipere.Id in ſeipſo philoſophus Epicureus ille pręſenſit Lucretius amantium omnium infeliciſſimus.

Sic igitur Veneris qui telis accipit ictus,
Siue puer membris muliebribus hunc iaculatur
Seu mulier toto iactans de corpore amorem,
Vnde feritur,eo tendit geſtitq̧ coire:
Et iacere humorē in corpus de corpore ductum.
Affigunt auide corpus iunguntq̧ ſaliuas
Oris:& inſpirant preſſantes dentibus ora.
Nequicq̄:quoniam nil inde abradere poſſunt
Nec penetrare & abire in corpus corpore toto.
Nam facere interdum velle & certare vidētur.
Vſqueadeo cupide Veneris cōpagibus hærent,
Membra voluptatis dum vi labefacta liqueſcūt.

Hæc Lucretius Epicureus. Qꝫ etiam totum in ſe capere amatum amantes cupiant, Artemiſia Mauſolei regis Cariæ vxor oſtēdit:quæ ſupra affectionis humanæ fidē virum ſuū amauiſſe diciť:eiuſq̧ defuncti corpus redegiſſe in puluerem:& aquæ inditum ebibiſſe.

Vulgaris amor eſt ſanguinis perturbatio. Cap.VII.

ESſe vero hāc in ſanguine paſſionē illud argumēto ē,q̧ æſtus hmōi alterna rege caret.Continua vero febris a phyſicis ī ſanguine poniť.q̄ aūt horas ſex qeti relinqt,in pituita:q̄ diē vnū,ī bili:q̄ duos,ī atræ bilis hūore.In ſanguīe igiť illā merito collocamꝰ.In ſanguie videlicet melācholico:vt in oratiōe Socratis audiuiſtis.hūc ſanguinis cōtagiōis ſemp affixio cominať.

Quemodo amantes fiunt amati ſimiles. Cap.VIII.

IDeo nemo veſtrū mireť ſiquē amātē audiuerit amati ſui ſiſitudinē aliquā vł figurā ſuo ī corpore cōtraxiſſe.Pręgnātes ſępe mulieres vinū qđ auidiſſime cupiūt,vehemēter excogitāt:vehemēs cogitatio,ſpūs mouet īteriores,atq̧ ī his excogitatę reī pigiť imaginē.iſti ſā

guinem mouent ſimiliter:& in molliſſima foetus materia/vini imaginem exprimunt. Amator aūt ardentius q̄ pręgnātes,ſuas cupit delitias:vehemētius quoq; & firmius cogitat. Quid mirū ſi vſq; adeo hęrentes & infixi pectore vultus ab ipſa cogitatione purgātur in ſpiritu:a ſpū ſtatim in ſanguine inſigant̃:pręſertim cū in Lyſię venis tam molliſſimus ſanguis Phędri ſit genitꝰ,vt facillime poſſit Phędri vultus in ſuiipſius ſanguine relucere. Quoniā vero mēbra corporis ſingula vt quotidie areſcunt,ita ſumpto almonię rore quotidie reuireſcunt:ſequitur vt in dies corpus cuiuſq; hominis/quod ſenſim exaruit/paulatim reficiat̃. Reficiunt̃ aūt mēbra a ſanguine ex venarum riuulis emanāte. Ergo miraberis ſi certa ſimilitudine pictus ſanguis eandē mēbris ĩpreſſerit:vt Lyſias tandem Phędro in nōnullis vel coloribꝰ,vł liniamētis,aut affectibꝰ,aut geſtibꝰ euaſiſſe ſimilis videat̃?

A quibus pręcipue irretiamur. Cap.IX.

QVęret forſitā aliqs:a qbus p̄cipue & quo pacto illaqueent̃,& quomō ſoluant̃ amantes. Foeminę pfecto viros facile capiūt:faciliꝰ aūt illę:q̄ maſculā quādā indolē prę ſe ferūt:& tāto facilius maſculi,quāto ſimiliores ſunt viris q̄ foeminę/& ſanguinē ſpiritūq; habēt lucidiorē/calidiorē/ſubtiliorē:qua in re amatoria cōſiſtit illaqueatio. Ex maribꝰ aūt illi viros/ſeu mulieres velociſſime faſciuāt,q ſanguinei ſunt potiſſimū,& quadā ex pte cholerici/oculos amplos habēt/glaucos atq; nitētes:p̄cipue vero ſi caſti viuāt/neq; p coitū claro humorū ſucco exhauſto ſerenos vultꝰ foedauerint. Hęc enī ad ipſas ſagittas pprie emittēdas q̄ cor vulnerāt/vt ſupra tetigimꝰ/requirunt̃. Irretiunt̃ p̄terea cito qbus naſcētibꝰ Venus fuerit in Leone/vel Luna Venerē vehementer aſpexerit/& q eadē cōplexione ſunt p̄diti. Phlegmatici in qbus dominat̃ pituita/nūq̄: Melāchołici/in qbus atra bilis/vix qdē captant̃:ſed capti/nūq̄ poſtea liberant̃. Quando ſanguineus deuincit ſanguineū/leue iugū eſt,ſuaue vinculū. ſimilis nāq; cōplexio mutuū creat amorē. Huius p̄terea humoris ſuauitas ſpem & fiduciā pręſtat amāti. Quādo cholericus cholericū/intolerabilior ſeruitꝰ. Viciſſitudinē quidē nōnullā beneuolētię in his facit cōplexionis ſimilitudo:ſed igneus ille bilis humor crebra illos iracūdia turbat. Quando ſanguineus cholericū/aut cōtra/propter ſuauis ſimul & acris humoris cōmixtionē altercatio quędam prouenit iracundię/& gratię/voluptatis atq; doloris. Cum ſanguineus melancholicum ligat/nodus perpetuus non miſerrimus. Sanguinis qppe dulcedo melancholię amaritudinē temperat. Cum vero cholericus illaqueat melancholicū/peſtis oīm pernicioſiſſima. Acutiſſimus adoleſcentis humor ſenioris viſcera paſſim illabitur. Eſt mollis flamma medullas. Vritur infelix amator. Cholera ad iracūdiā cędeſq; prouocat. Melancholia ad moerorem & perpetuā querimoniā. Is ſępe idē qui Phyllidi/Didoni/Lucretio/amoris eſt exitus. Phlegmaticus aūt ſeu melācholicus adoleſcēs propter ſanguinis & ſpirituum craſſitudinem capit neminē.

Modus illaqueationis. Cap.X.

QVō aūt pacto faſcinent̃ amātes ſatis ſupra dixiſſe videmur/ſi mō illud addamꝰ/mortales tūc ſummope faſcinari/qn̄ frequētiſſimo ĩtuitu aciē viſus ad aciē dirigētes/lumina iūgūt luminibꝰ/& lōgū miſeri cōbibūt amorē. Huiꝰ pfecto morbi/vt Muſeo placet/cauſa oīs & origo eſt oculus. Ideo ſiqs nitore polleat oculorū/licet minus in reliqs mēbris cōpoſitꝰ ſit/ſępius intuentes ea ratione qua diximus inſanire cōpellit. Qui cōtra diſpoſitus eſt/ad moderatā quādā beneuolētiā inuitat potiꝰ q̄ ardorē. Reliquorū p̄ter oculos mēbrorū cōcinnitas nō cauſę vim ad ęgrotationē hmōi/ſed occaſionis impulſam videt̃ habere. Talis qppe cōpoſitio eminꝰ pſpicientē vt ppius accedat hortat̃:deinde cernētē cominꝰ in ipſa ſui cōſideratione diutiſſime detinet:immorantē vero ſolus ipſe ferit intuitus. Ad moderatū aūt amorē illū diuinitatis participē/de quo in hoc cōuiuio vt plurimū diſputat̃:nō oculus ſolus:vt cauſa:ſed partiū cūctarū concordia iucunditaſq; concurrit.

Curatio amoris. Cap.XI.

HActenus quō & a qbus irretiamur tractauimus:reſtat vt quō ſoluamur:paucis doceamꝰ. Solutio vero duplex:altera qdē naturę:altera diligētię. Naturalis eſt q̄ certis tpis interuallis pficit̃. Quę nō ad hūc ſolū ſed ad oēs attinet morbos. ſiqdē i cute pruritꝰ eatenus pmanet:quatenꝰ tabidi ſanguinis fex in venis:aut ſalſedo pituitę viget in mēbris. Defecato ſanguine & pituita demollita pruritꝰ deſinit:& foedę cutis maculę abolent̃. Euacuatiōis tn̄ natura diligētia cōfert plurimū. Repētina euacuatio:vel vnctio piculoſiſſima iudicat̃. Ingetudo quoq; amantiū tādiu neceſſario pſeuerat q̄diu infectio illa ſanguinis p faſcinationē iniecta viſceribus pmanēs graui cor pmit cura. Vulnꝰ alit venis:ęcis mēbra flāmis adurit. a corde ſiqdē i venas:a venis i mēbra fit tranſitus. hac denīq; expurgata amātiū:immo vero amētiū ceſſat ingetudo. Id longū in omnibus requirit tēporis ſpatiū:in melācholicis vero longiſſimū:pręſertim ſi Saturni influxu fuerint irretiti. adde & amariſſimū:ſi Saturno retrogrado:vel Marti cōiūcto:vel Soli oppoſito mācipati ſint. Aegrotāt illi & diutiſſime:in quorū natiuitate Venꝰ in domo Saturni fuerit:vł Saturnū Lunāq; vehemēter aſpexerit. Addēda eſt naturali huic purgationi diligentiſſimę artis induſtria. Cauendum in primis ne

immatura euellere/vel amputare tentemus:neq; ſummo cū periculo diſcindamus:quę tutius diſ-
ſuere poſſumus,cōſuetudinis intermiſſio facienda.Sūmopere vero cauendū ne lumina oculorū lu
minibus cōiungant.Siqd in amati animo vel corpore vitii eſt,diligenter animo reuoluendū.Pluri
mis,variis,grauibus negotiis animus applicandus:ſæpe minuēdus ſanguis eſt,vino vtendū claro
nōnūq̄ etiā ebrietate,vt veteri ſanguine vacuato nouus ſanguis accedat,nouus & ſpiritus.Exerci
tatione ſæpe ad ſudorē vſq; vti praeſtat:p quā corporis meatus ad expurgationē faciēdā aperiant.
Ea inſup oīa quæ phyſici ad cordis præſidiū adhibēt & cerebri alimentū,proſunt q̄plurimū.Sæpe
etiā coeūdū Lucretius p̄cipit:Sed fugitare decet ſimulacra: & pabula amoris Abſterrere ſibi/atq;
alio cōuertere mētē,Et iacere humorē cōiectū i corpa q̄q;:Nec retinere ſemē cōuerſū vni⁹ amore.

Q͂ noxius vulgaris amor. Cap.XII.

SEd ne diutius de inſania loquētes inſaniamus,ſic breuibus cōcludamus.Inſanię ſpecies q̄
dā eſt anxia illa ſolicitudo:qua vulgares amātes diu nocteq; verant:q amore durāte bilis
incēdio primū,deinde atræ bilis aduſtiōe afflicti,in furias,ignēq; ruūt:& quaſi cæci quo p̄
cipitent ignorāt.Q͂ pnitioſus adulterin⁹ hic amor tā amatis q̄ amātib⁹ ſit,Lyſias Theban⁹ & So
crates apud Platonē in Phædro demōſtrāt.Hoc itaq; furore homo in beſtiæ naturam deuoluitur.

Q͂ vtilis diuinus amor:& de quatuor eius ſpeciebus. Cap.XIII.

DIuino autē furore ſuper hominis naturā erigitur,& in deū tranſit.Eſt aūt furor diuinus
illuſtratio rationalis animę:per quam deus animam a ſuperis delapſam ad infera,ab infe
ris ad ſupera retrahit.Lapſus animæ ab ipſo vno rerū omniū principio ad corpora,p qua
tuor gradus efficitur,per mentē,rationē,opinionē,atq; naturā. Nam cum in omni rerum ordine
ſex gradus exiſtāt/quorū ſummū tenet ipſum vnum infimū corpus,media vero ſint quatuor quę
pręduximus:neceſſe eſt quicqd a primo ad vltimū labitur/quatuor per media cadere.Ipſum vnum
rerum omniū terminus & mēſura,cōfuſionis & multitudinis expers.Mēs angelica multitudo qui
dem ideарū:ſed ſtabilis & æterna.Ratio animæ multitudo notionū argumentationumq; mobilis,
ſed ordinata.Opinio autē inordinata,& mobilis imaginū multitudo:ſed ſubſtantia punctoq; vni
ta:cū anima ipſa in qua eſt opinio/vna ſubſtantia ſit nullum occupans locū.Natura.i.nutriēdi vis
ab anima/ & animalis cōplexio ſimiliter/niſi q̄ per corporis puncta diffunditur.Corpus autem in
determinata partium & accidentium multitudo ſubiecta motui/& ſubſtantia punctis momētiſq;
diuiſa.Hæc omnia reſpicit anima noſtra/p hæc deſcendit,per hęc & aſcendit.Vt enim ab ipſo vno
quod omniū principiū eſt,producit/vnitatē quandā ſortita eſt:quæ omnē eſſentiā eius vires ope
rationeſq; vnit:a qua & ad quā ita cętera quæ in anima ſunt ſe habent/ſicut a centro & ad centrū
circuli lineæ.Vnit vero nō modo animæ partes inuicem & ad totam animā:ſed animā totam ad
ipſum vnum rerū omniū cauſam.Vt aūt diuinę mentis radio claret/rerum omniū ideas per men
tem actu ſtabili contemplatur.Vt ſeipſam reſpicit/rationes rerum vniuerſales cogitat:& a princi
piis ad concluſiones ratiocinatione diſcurrit . Vt corpora reſpicit,particulares rerum mobilium
formas atq; imagines per ſenſus acceptas opinione volutat . Vt materiam attingit,natura velut
inſtrumento vtitur,quo vnit materiam,mouet/& format.Vnde generationes,augmēta/& eorum
contraria proficiſcuntur .Cernitis igitur ab vno q̄ ſuper æternitatem in æternam multitudi-
nem labitur:ab æternitate in tempus/a tempore in locum,atq; materiam.labitur inquam,quando
ab ea puritate,qua nata eſt/longius corpus amplectendo diſcedit.

Quibus gradibus diuini furores animam extollunt. Cap.XIIII.

QVapropter ſicut per quatuor deſcendit gradus,per quatuor aſcendat neceſſe eſt. Furor
autē diuinus eſt,qui ad ſupera tollit,vt in eius definitione cōſtitit.Quatuor ergo diuini
furoris ſunt ſpecies.Primus quidē poeticus furor.Alter myſterialis.Tertius vaticinium.
Amatorius affectus eſt quartus.Eſt aūt poeſis a muſis,Myſteriū a Dionyſio,Vaticiniū ab Apolli-
ne,Amor a Venere.Redire qppe ad vnū animus nequit,niſi ipſe vnum efficiatur.Multa vero effe
ctus eſt:quia eſt lapſus in corpus in operationes varias diſtributus/& ad corporaliū rerū multitu
dinem reſpicit infinitam.Ex quo partes eius ſuperiores pene obdormiunt/inferiores aliis dominan
tur.Illæ torpore:hæ perturbatione afficiuntur.Totus autem animus diſcordia & inconcinnitate
repletur.Poetico ergo furore primū opus eſt/qui per muſicos tonos quæ torpent ſuſcitet:per har-
monicā ſuauitatē quę turbant/mulceat:per diuerſorū deniq; cōſonantiam/diſſonantē pellat diſcor
diam/& varias partes animi temperet.Neq; ſatis hoc eſt.Multitudo eñ adhuc & diuerſitas reſtat
in animo.Accedit ergo myſteriū ad Dionyſium pertinēs:quod expiationibus,ſacriſq;,& omni cul
tu diuino partium omnium intentionē in mentē/qua deus colitur/dirigit.Vnde cū ſingulę animi
partes ad vnam mentem redactæ ſint/iam totū quoddā vnum ex pluribus factus eſt animus. Ter
tio vero adhuc opus eſt furore/qui mentē ad vnitatē ipſam animæ caput reducat.hoc Apollo per

vaticiniū efficit. Nā cū aīa ſupra mentē in vnitatē ſurgit, futura praſagit. Demū cū aīa facta eſt vnū: vnū inquā, qđ in ipſa natura & eſſentia animę eſt: reſtat vt illico ī vnū, qđ eſt ſup eſſentiā.i. deum ſe reuocet. Hoc cęleſtis illa Venus ꝑ amorē.i. diuinę pulchritudinis deſideriū, boniq; ardorem explet. Primus itaq; furor inconcinna & diſſonātia temperat. Secūdus temperata vnū totū ex partibus efficit. Tertius vnū totū ſupra partes. Quartus in vnū qđ ſup eſſentiā & ſup totū eſt ducit. Plato in Phædro mentē diuinis deditā, in anima hominis aurigā vocat: Vnitatē animę aurigę caput: Rationē, opinionēq; ꝑ naturalia diſcurrentē, equū bonū: Phantaſiā cōfuſam, appetitūq; ſenſuū, malū equū: Animę totius naturā, currū. quia motus ſuus tāq̃ orbicularis a ſe incipiens in ſe deniq; redit: dū ſuiipſius naturā animaduertit. Vbi conſideratio eius ab anima profecta in eādem reuertitur. Alas animo tribuit: per quas in ſublime feratur: quarū alterā putamus indagationem illā eſſe: qua mens aſſidue ad veritatē annititur: Alterā boni deſiderii, quo noſtra volūtas ſemper afficit. Hę ꝑtes animę ſuū amittūt ordinē, quādo ꝑturbāte corpore cōfundūtur. Primus itaq; furor bonū equū.i. rationē opinionēq; a malo equo.i. a phātaſia cōfuſa & ſenſuū appetitu diſtīguit. Secūdus malū equū bono, bonū Aurigę.i. menti ſubiicit. Tertius aurigā in caput ſuū.i. in vnitatē mentis apicem dirigit. Poſtremus caput aurigę in caput rerū omniū vertit. Vbi auriga beatus eſt & ad prę ſepe.i. ad diuinā pulchritudinē ſiſtens equos.i. accōmodās oēs ſibi ſubiectas animę ꝑtes, obiicit illis ambroſiam, & ſup ipſam nectar potandū.i. viſionē pulchritudinis, & ex viſione lętitiā. Hęc quatuor furorū opera ſunt. De qbus generatim in Phædro diſputat: proprie vero de poetico furore in Ione: de amatorio, in Cōuiuio. Oībus his furoribus occupatū fuiſſe Orpheū libri eiꝰ teſtimonio eē poſſunt. Amatorio maxime Sapphon, Anacreōtē, & Socratē fuiſſe correptos accepimus.

Omnibus his furoribus Amor pręſtantior eſt. Cap.XV.

Omniū potentiſſimus, & pręſtantiſſimus eſt amatorius. Potentiſſimus inquā ꝓpterea, q oēs alii ipſo neceſſario indigent. neq; eñ poeſim, neq; myſteria, neq; vaticiniū ſine ingēti ſtudio, flagrāti pietate, & ſedulo diuinitatis cultu cōſeqmur. Studiū vero, pietatē, cultū quid aliud dicimus q̃ amorē? Igit oēs amoris potētia cōſtāt. Eſt etiā ꝑſtātiſſimꝰ, qm̄ ad hūc tāq̃ ad finem alii referunt. Hic aūt ꝓxime deo: qui nos copulat. Hos vtiq; furores quatuor, totidē adulterini affectus falſo imitari vident. Poeticū qdē muſica iſta vulgaris, q̃ auribus dūtaxat blanditur. Myſterialē, vana multoꝝ hoim ſupſtitio. Fatidicū, fallax peritię humanę cōiectio. Amatoriū libidinis ipetus. Verus eñ amor nihil eſt aliud q̃ nixus qdā ad diuinā pulchritudinē euolandi ab aſpectu corporalis pulchritudinis excitatus. Adulterinus aūt ab aſpectu in tactū pręcipitatio.

Q; vtilis amor Socraticus. Cap.XVI.

Quęritis quid amor Socraticus cōferat? Primo quidē ipſi Socrati plurimū ad alas illas recuperrādas, qbus in patriā reuolet. Deinde ciuitati ſuę magnope ad honeſte feliciterq; viuēdū. Ciuitatē profecto nō lapides ſed hoies faciūt. Hoies vero a tenera ætate quēadmodum arbores a tenerioribus curādi ſunt, & ad frugem optimā dirigendi. Puerorū curā parentes habent & pædagogi. Adoleſcētes aūt limites parētū & pędagogorū nō prius tranſgrediūtur q̃ iniqua vulgi cōſuetudine deprauent. Superiorem quippe viuendi normā domi inbibitā ſeqrentur, niſi ab ea improborū hominū, eoꝝ ꝑſertim qui illis blādiūtur, vſu, conſuetudineq; deflecterentur. Quid ergo Socrates faciet? Nō permittet vt flagitioſoꝝ cōtagione adoleſcētia, q̃ futurę reipublicę ſemen eſt, corrumpatur? At vbi patrię charitas? Succurret itaq; patrię Socrates, filioſq; illius, ſuos aūt fratres a pernicie liberabit. Leges fortaſſe cōſcribet: qbus laſciuos viros ab adoleſcentū cōſuetudine ſegregabit. Sed nō oēs Lycurgi, aut Solones eſſe poſſumꝰ. Paucis legū condendarū datur auctoritas: pauciſſimi legibus latis obtemperāt. Quid ergo? vim inferet, & manu iniecta ſeniores a iuuentute depellet? At ſolꝰ Hercules cū monſtris dicit decertaſſe: cæteris periculoſiſſima eſt huiuſmodi violentia. Forſitan ſceleſtos homines monebit, corripiet, obiurgabit. Cęterū perturbatus animus monentis verba cōtemnit: & qđ deterius eſt, ſæuit in monitorem. Qua de cauſa ab alio pugno, ab alio calce, dū id tentaret percuſſus eſt Socrates. Vnica reſtat iuuentuti via ſalutis: Socratis cōſuetudo. Huic ergo Gręcorū ille ſapientiſſimus charitate deuictus ſeſe miſcet vbiq;: & magna incedit adoleſcentū comitante caterua. Ita verus amator, vtpote paſtor, agnorū gregē, a falſorū amātiū, ceu luporū voragine, ac peſte, tuatur. Quoniā vero pares cū paribꝰ facillime cōgregātur, parē ſe facit iunioribus puritate vitę: verboꝝ ſimplicitate, ludis, iocis, atq; facetiis. Seq; ex ſene puerū facit: ī primis vt pueros quādoq; reddat domeſtica & iucūda familiaritate ſeniles. Ad voluptatē prona iuuētus ſola voluptate tenet, rigidos effugit ꝑceptores. hic noſtrę adoleſcentię tutor ad patrię ſuę ſalutē rerū ſuarū adminiſtratiōe neglecta iuniorū ſuſcipit curā, eoſq; primū iucūdę cōſuetudinis captat ſuauitate. Ita illaqueatos, monet deīde ſeueriꝰ. Poſtremo cēſura rigidiori caſtigat. Hoc pacto Phędonē adoleſcētulū lupanari publico ꝓſtitutū ab ea calamitate redemit: ſe-

citq; philoſophũ.Platonẽ poeſi deditũ coegit tragoedias igni tradere:& ſtudia ꝑcioſiora capeſſere.
Xenophontem a vulgari luxu ad ſapientum traduxit ſobrietatẽ.Aeſchinẽ,& Ariſtippũ ex paupe
ribus diuites:Phædrum ex oratore philoſophum: Alcibiadem ex ignorante doctiſſimũ reddidit.
Charmidem grauem fecit,& verecundũ.Theagem iuſtum,fortẽq; in republica ciuẽ.Euthydemũ
ac Menonem a ſophiſtarum captiunculis ad verã tranſtulit ſapientiã.Quo factum eſt,vt nõ tam
iucunda ꝗ vtilis fuerit Socratis conſuetudo:ac multo ardentius ab adoleſcentibus,vt Alcibiades
ait,dilectus fuerit Socrates ꝗ dilexerit.

Quomodo agẽdę ſunt gratiæ Spiritui ſancto,qui nos ad hãc diſputationẽ illuminauit atq;
accendit. Cap.XVII.

IAm igitur Conuiuæ optimi quid amor ſit, quis verus amator, quæve amantis vtilitas
ex veſtra primũ,ex mea deinde diſputatione feliciter cõperiſſe videmur.Huius aũt inuẽ
tionis feliciſſimę cauſam & magiſtrũ eundem ipſum amorem,qui & cõpertus eſt, fuiſſe
proculdubio exiſtimate.Amore nãq;,vt ita dixerim,inueniendi amoris accẽſi amorem ꝗſiuimus
& inuenimus : vt eidẽ inquiſitionis & inuentionis pariter habẽda ſit gratia. O mirã numinis hu
ius magnificentiã.O incõparabilem amoris benignitatẽ.Cętera ſiquidem numina vix tandẽ poſt
ꝗ diu quęſieris ſe parumper oſtendunt:Amor etiã quęſituris occurrit . Quapropter huic multo
magis ꝗ cęteris homines ſe debere fatentur.Sũt aũt qui diuinã potẽtiã ſępe audeãt execrari,ſcele
rum noſtrorũ fulminatricem.Nonnulli etiã ſapientiam oderunt noſtrorum omniũ exploratricẽ
flagitiorum.Amorem vero diuinũ bonorum omniũ largitorem non amare nõ poſſumus.Nos au
tẽ Amorem hunc adeo nobis propitium ea mente colemus,vt veneremur Sapientiam,& poten
tiam admiremur: vt amore duce totum vt ita loquar deum habeamus propitiũ: ac totũ amoris
flagrantia diligentes,toto etiam deo amore perpetuo perfruamur.

FINIS.

PLATONIS CONVIVIVM VEL DE AMORE A MARSILIO FICINO TRANS
LATVM AD LAVRENTIVM MEDICEM VIRVM CLARISSIMVM.

PERSONAE DIALOGI. APOLLODORVS. FAMILIARES APOLLODORI.GLAV
CO. ARISTODEMVS. SOCRATES.AGATHO.PHAEDRVS.PAVSANIAS. ERY
XIMACHVS.ARISTOPHANES.DIOTIMA. ALCIBIADES. APOL.

VIdeor mihi in his quę petitis,ſatis pręmeditatus eſſe. Heri eñ cum do
mo ex Phalero in vrbem redirem, quidã mihi notus a tergo me aſpi
ciens,eminus vocauit:& inter vocandum iocatus,O Phaleręe inquit
Apollodore,cur nõ expectas?Egó aũt expectaui. Tum ille. Quęrebam
te modo,audire cupiens qui de amore ſermones habiti ſunt in ea coe
na,ad quã Agatho,Socrates,Alcibiades,nonnulliq; alii conuenerunt.
Retulit quidẽ mihi & alius quidã,qui a Phoenice Philippi filio audiue
rat:addiditq; te ſcire. Verũ nihil certi ea de re afferre poterat.Quare
tu mihi referas.Tua eñ intereſt ſermones amici tui narrare.Id autem
primũ dicas.Ipſe affuiſti cũ diſputarent : an non? Reuera inquã certi
nihil retuliſſe tibi ille videtur:ſi quidẽ conueniſſe illos inuicem nuper
exiſtimas,vt ego intereſſe potuerim.Exiſtimabã equidẽ inquit ille.Tum ego. Vndenam iſtud au
dieras vel coniectabas? Neſcis o Glauco multis iam annis huc Agathonẽ nõ acceſſiſſe?Ex eo vero
tẽpore quo cũ Socrate verſari aſſidue coepi,eiuſq; tũ dicta tum facta diligentius obſeruare,nõdũ
tres anni fluxere.Antea vero quocũq; contigebat oberrans,exiſtimanſq; aliquid agere,omniũ mi
ſerrimus eram,perinde ac tu nũc,qui quodlibet aliud agendũ cenſes potius,ꝗ philoſophandũ.Ne
mordeas, inquit ille:ſed quo in tẽpore conuiuiũ celebratũ eſt,enarra.Ad hęc inquã.Dũ pueri ad
huc eſſemus,in primo tragoedię certamine victoriã reportauit Agatho.Sequenti aũt die poſt pal
mam,ſacraq; victorię gratia celebrata,parato cõuiuio diſputatio inſtituta fuit.GLAV. Longum
certe id tẽp9 eſt.Sed quis tibi narrauit?Nũquid ipſe Socrates?APOL.Non ꝑ Iouẽ. immo idẽ qui
& Phoenici Ariſtodemus quidã Cydatheneus:q exiguo corpore erat,& nudis ſemꝑ pedibus ibat.
Interfuit eñ diſputationi:quippe q maxime omniũ qui tũc erãt,Socratẽ,vt mihi videtur,amaret.
Quinetiã Socratẽ ipm de nõnullis ꝗ ille retulerat,percõtatus ſum:qui in referẽdo cũ illo conſen
tiebat.GLAV.Cur ergo mihi nõ refers?Apta qdẽ via eſt ꝗ ducit in vrbẽ,& ad audiẽdũ pariter &
ad dicẽdũ.APOL.Sic itaq; inter eũdũ de illis verba fecimus. Quapropter quẽadmodũ a principio
dixi,in his rebus ſatis ꝑmeditatus ſum. Q; ſi iterum vobis recenſeri hęc vultis,iterum recenſebo.
Nam quotiẽs vel ipſe de philoſophia ſermonem habeo,vel dicentes alios audio, pręter id ꝙ pro
deſſe mihi id putem,mirifice lætor.Quotiens autem ſermones alios audio,veſtros præſertim,qui

cumulãdis pecuniis ſtuderis ſemp,& ipſe angor,& veſtri miſereor : ꝙ efficere aliquid exiſtimetis,
cũ nihil efficiatis.Forte etiã vos me infelicẽ putatis:quos & ipſe de me vera putare arbitror. Ego
aũt vos nõ puto qdẽ,ſed certo ſcio.FAMIL.Semp Apollodore aeque tibiipſi & aliis detrahis:ac vi
deris proculdubio te quidẽ i primis,deinde alios oẽs pter vnũ Socratẽ infelices putare. Vnde ve
ro inſani cognomen tibi exortũ ſit,neſcio.Semp eñ loquẽdo te & alios improbas:Socratẽ vnũ pro
bas.APOL.O dilectiſſime vir,ex eo inſanire & delirare mẽ cõſtat,ꝙ ita de me ac vobis exiſtimẽ.
FAMIL.De his in pſentia cõtendere Apollodore nequaꝗ̃ decet:ſed pcibus noſtris obſequere,& q
ſermones illi fuerint,nobis expone.APOL.Tales vtiq; illi fuerũt.Immo vero a principio eodẽ or
dine quo Ariſtodemus retulit,vobis ipſe nũc recenſere conabor.Inquit.n.Socratẽ offendiſſe & lo
tum & calceis pedes ornatum:q̃ ille raro efficiebat:eũq; interrogaſſe quonam ita ornatus incede
ret.Cui reſpõdiſſe Socratẽ : Agathonis domũ cœnatũ.heſternã vero cœnã vitaſſe,ꝙ turbę ppter
Agathonis palmã cõcurſum veritus eſſet:pmiſiſſe aũt ſequenti die ſe affuturũ.Ea vero de cauſa
ſe ornaſſe,vt pulcher ad pulchrũ iret. Quęſiſſe inſup, quonã pacto tu Ariſtodeme ad cœnã pfi
ciſceris nõ vocatus?ARISTO.Vt tu iuſſeris.SO.Sequere me,vt prouerbiũ trãſgrediamur,illud
in hũc modum mutãtes,ꝙ ad bonoꝝ hominũ cœnas boni homines etiã nõ inuitati pficiſcũtur.
Homerus qdem videt nõ modo nõ obſeruare,ſed & violare prouerbiũ.Nã cũ Agamennonẽ i re
militari ſtrenuũ virũ finxiſſet:Menelaum vero mollem:conuiuiũ celebrãte poſt ſacrificium Aga
mennone,Menelaum induxit vltro ad menſam Agamennonis venientẽ. Vbi deteriorem ad p
ſtãtioris viri menſam nõ accerſitũ venire fecit.ARISTO.Forte & ipſe o Socrates nõ talis,qualem
tu inquis,ſed quẽadmodũ induxit Homerus,vilis homũculus ad ſapientis viri cõuiuiũ,vltro ve
nire videbor.Cũ ergo me ducas,vide quã aduentus mei rationẽ aſſignes.Ego eñ me ſponte veni
re nõ confitebor,ſed abs te inuitatũ dicã.SO.In ipſo itinere,qd dicturi ſimus,inuicẽ cõſultabimꝰ.
ſed eamus iam.His dictis,inquit Ariſtodemus,ire cœpiſſe:& Socratem cogitabundũ lento nimis
paſſu gradientẽ expectaſſe ſępius:tãdem iuſſiſſe Socratem,vt pręiret.Cũ vero aedibus Agathonis
appropinquaret, apertã ianuam inueniſſe,& aliquid ibi cõtigiſſe ridiculũ. Inquit eñ ꝙ in ipſo li
mine famulus quidã intrinſecus occurrens,intro vbi accũbebant alii, ipſum duxit. quos iam cœ
naturos repperit.Eũq; vt vidit Agatho:O Ariſtodeme ait opportune veniſti vt nobiſcũ cœnes.Si
vero aliud quicꝗ̃ vis,in aliud tempus differas. Equidem heri te q̃rens inuitaturus te nuſꝗ̃ vidi.
Sed cur Socratem ad nos nõ ducis?Ego qdẽ,inqt Ariſtodemus,retro conuerſus nuſꝗ̃ vidi: reſpõ
diq; Agathoni,Equidẽ cũ illo veni ab eo vocatus huc ad cœnam.AGA.Recte feciſti.ſed vbinam
Socrates? ARISTO.Poſt me pauloante accedebat. Quare ipſe quoq; admiror, & vbi ſit neſcio.
AGA.Quęre Socratem puer,& ad nos introducas. Tu aũt Ariſtodeme iuxta Eryximachum ac
cumbe.Heus tu dato huic manibus aquã,vt iam ſedeat. Tunc ingreſſum puerũ quendã nũciaſſe
dicebat Ariſtodemus:Socratẽ ipm in veſtibulũ proximũ ſeceſſiſſe,& accerſitũ igredi nolle.AGA.
Abſurdũ quiddã narras.Voca iterũ:neq; dimittas,quouſq; venerit.ARISTO.Nõ ſic o Agatho,
ſed mittite illũ.mos eñ Socratis iſte.Nonnũꝗ̃ deſiſtens,vbicũq; accidit cõſiſtere ſolet.Veniet aũt
cito,vt arbitror.Ne turbetis ipſum,ſed ſuo arbitratu venire permittite.AGA.Ita ſi tibi videtur,
agendũ eſt.Cęterũ vos o pueri,aliis epulas afferte,& quodcũq; lubet apponite.Vobis ſiquidẽ nul
lus pſidet.Id equidem nũꝗ̃ feci.Quapropter exiſtimantes nũc me vna cũ aliis conuiuio a vobis ex
ceptum,curate omnia diligenter,vt veſtrã operã cõprobemus.Poſt hęc addebat Ariſtodemus cœ
nare eos cœpiſſe:& Socratem Agathonis iuſſu ſępe vocatũ nõ prius intraſſe q̃ aliquantũ ſe more
ſuo exercuiſſet,mediaq; in cœna veniſſe.Ad quẽ,Agathonem qui vltimus ſedebat & ſolus,ita di
xiſſe.Hic Socrates prope me ſede,vt te tangens ſapienti illa ſententia fruar quã in veſtibulis exco
gitaſti.Cõſtat eñi inueniſſe illam te,atq; habere.Alioquin tãdiu nõ reſtitiſſes.Sediſſe itaq; Socra
tem,atq; dixiſſe.Bene ſe res noſtrę haberent Agatho,ſi ſapientia talis eſſet,vt in vacuũ hominẽ ex
pleniore ipſo cõtactu proflueret:quẽadmodũ aqua ex pleno calice in vacuũ p lanam influens.Si eñ
ſapientia ita ſe habet permulti facio,ꝙ apud te ſedeo.Repleri quippe abs te vberrima & pclara ſa
pientia puto.Mea ſiqdem tenuis eſt & ambigua inſomnii cuiuſdã inſtar:tua vero lucu lẽta admo
dũ atq; ppollens:vtpote q̃ in adoleſcentia tua heri in conſpectu plus q̃ triginta miliũ Gręcorũ,tã
clare emicuit & effulſit. AGA.Contumelioſus es o Socrates. Atqui haec poſtea de ſapientia ego
ac tu diiudicabimus Dionyſio iudice.nũc aũt cœna.Poſt hęc inquit Ariſtodemus,Socrate ſimul
& aliis diſcũbentibus,libare inuicẽ & deguſtare vina ſacrificantiũ ritu,deĩq; cãtare cœpiſſe,& alia
quędã,vt mos eſt,facientes ad potũ ſe conuertiſſe.Vnde Pauſaniã ita loquutũ.Videndũ eſt o viri,
quo pacto leuius ſuauiuſq; bibamus.Nã vt de me in primis verũ fatear,grauatũ adhuc heſterno
mero me ſentio:& intermiſſione quadã indigeo. Opinor quoq; & plurimos veſtrũ ſimiliter affe
ctos eſſe.heri eñ adfuiſtis.Conſiderate itaq; quomõ leuius ſalubriuſq; bibamus. Cui mox Ariſto

Socratẽ raro lauiſſe,& calceos induiſſe.

Antiquũ prouerbium.

Ad cœnã nemo pficiſcit nõ vocatus.

Mutatum puerbium.

Ad bonorum cœnã boni pficiſcũtur non vocati.

phanem reſpõdiſſe.Scite loqueris Pauſania:potui moderationẽ quãdã adhibendã eſſe.Ego quoq;
ex his ſum q heri ingurgitarũt.Cum hęc audiſſet Eryximachus Acumeni filius,ait.Probe dicitis
Atq; hoc inſup a vobis audire deſidero,quãtũ bibendo valeat Agatho.AGATHO.Minime qdẽ.
Cõfert id ſane nobis,mihi inquã & Ariſtodemo & Phædro,atq; his aliis,ꝙ vos q ad bibendũ va-
letis plurimũ,nunc tãq̃ bibẽdo defeſſi ꝓhibeatis.Nos eñ ſemp imbecilles excepto Socrate,qui ad
vtrũq; idoneus eſt. Quocirca quodcũq; agamus,illi ſat erit . ERY. Poſtq̃ præſentium nullus in-
De ebrietate. gurgitare mihi velle videť,forte ſi vera de ebrietate dixero,minus ero moleſtus. Id ſiqdẽ ex medi
cinę peritia apud me cõſtat:graue quiddã eſſe hoibꝰ ebrietatẽ.Nec eñ ſponte ſupuacue bibere vnq̃
vellẽ,nec alteri conſulerẽ:pręſertim ſiqs heſterno mero adhuc fœteat.Huic Phædrũ Myrrhinuſiũ
dixiſſe Ariſtodemus inqt.Equidẽ ſemp tibi fidẽ habui,in medicina ꝑſertim.Nũc ſiſiter,modo cę-
teri quoq; cõſentiãt.Hęc cũ audiſſent oẽs, cõceſſiſſe inqt,nõ ad ebrietatẽ in ꝑſenti cõuiuio,ſed ad
voluptatẽ eſſe bibẽdum.Tum Eryximachus.Poſtq̃ viſum eſt in cuiuſq; arbitrio fore quãtũ bibat,
neminẽ vero ſupra q̃ velit cogi, quod reſtat exponã. Tibicinẽ q̃ modo ingreſſa eſt,abigendã puto,
Tibicẽ de conuiuio expulſa. ſibiipſi tibia perſonantẽ,vel ſi velit,mulieribus q̃ ſunt intus.Nos aũt cõfabulari inuicẽ debere ho-
die iudico.Qui vero eſſe ſermones noſtri debeant,ſi vultis aperiã.Ad hęc oẽs explicare iuſſerunt.
Eryximachus deĩde.Mei,inqt,ſermonis exordiũ ſecundũ Euripidis Melanippẽ erit.Neq; eñ mea
fabula eſt,quã incepturus ſum,ſed Phædri.Phædrus hic mecũ ſępe conqriť:abſurdũ quiddã aſſe-
rens,ꝙ cũ in cęteros deos cantilenas & hymnos poetę finxerit,in Amorẽ tñ tãtũ taléve deũ nullꝰ
vnq̃ ex tot poetis laudẽ aliquã ſcripſerit.Atq ſi vis,inqt,O Eryximache q̃rere,inuenies ꝑfecto ſo-
phiſtas diſertos ſoluta oratione Herculẽ alioſq; laudaſſe:quẽadmodum peritiſſimus Prodicus.q̃q̃
Opus de laudibus Salis. hoc minus alicui mirũ videri debet.Sed ego legi quãdoq; ſapiẽtis viri librũ: in quo Sal ad victus
vtilitatẽ miris laudibus extollebat:aliaq; huius generis multa reperire licet,laudibus celebrata.In
his itaq; ſtudioſe verſari,Amorẽ vero tãtũ deũ a nullo adhuc in hũc vſq; diẽ ꝓ dignitate laudari
ſed vbiq; cõtemni,cui nõ grauiſſimũ videať!Mihi qdẽ oratio hęc Phędri vera videť.Quare & huic
munus id conferre gratificariq; cupio:& deũ hũc honorari a nobis decens eſſe cenſeo.Qđ ſi & vo
bis videť, cõgrua diſputatio inter nos orieť.Laudandũ quippe amorẽ ab vnoquoq; noſtrũ pro viri
bus arbitror,ad dextrã alterũ,alios deinceps aliis ſuccedendo. Incipiat aũt Phędrus,cũ & primus
ſedeat,& huius ſit ſermonis inuentor.Tũ Socrates.Nullus tibi o Eryximache repugnaret.Ego.n.
qui iſtuc renuerẽ:cũ nihil ꝑter amatoria ſcire ꝓfitear!Nec etiã Agatho & Pauſanias aduerſabunť
& Ariſtophanes multo minus: cuius oĩe ſtudiũ circa Dionyſiũ Venereq; verſať:nec alius vllus
eorũ quos nũc intueor.Qq̃ nõ æqua ſors nobis obtigit,q extremi diſcũbimus.Nã ſi priores ſcite
abũdeq; dixerint,ſat nobis erit. Verũ Phædrus felicibꝰ auſpiciis iam exordiať:Amoreq; honoret.
His oẽs q̃ Socrates dixerat,aſſenſere:ſiſiterq; iuſſerũt.Singula vero ſingulorũ dicta,nec Ariſtodemꝰ
memoria tenebat:nec ego quę ille recenſuit,ſingula teneo.Eorũ igiť orationẽ vobis nũc referã,qui
memoratu digna dixerunt.Principio inquit Phędrũ,hunc ĩ modũ exorſum fuiſſe.

Phędri collaudatio in Amorem.

MAgnus deus ẽ Amor,& apud deos hoieſq; mirãdus:cũ ꝑpter alia mlta:tũ maxime ꝓpter
eius originẽ.Cũ.n.ex antiqſſimorũ deorũ numero ſit:honore dignꝰ apparet.Id aũt ex eo cõ
ſtat,ꝙ parẽtes Amoris a nullo vel poeta,vel alio quouis deſcripti ſunt. Sed Heſiodus pri
cipio Chaos extitiſſe his verbis aſſerit. Terra ãpla ſtabiliſq; ſemp oĩm ſedes atq; amor.poſt Chaos
videlicet aſſerẽs duo hęc extitiſſe, Terrã atq; Amorẽ.Parmenides aũt de gñatiõe illius inqt.Ante
deos oẽs primũ gñauit amorẽ.Acuſileus quoq; cũ Heſiodo ſentire videť.Atq; ita paſſim amorẽ ex
antiquiſſimis eſſe concediť.Cũ vero talis ſit, maximorũ bonorũ nobis eſt cã. Nã qd meliꝰ accidere
poſſit adoleſcẽti q̃ optimus amator,aut amatori,q̃ amatus optimus,nõ ĩuenio.Duo qdẽ ſunt,q̃ a
pueritia ꝑ oẽm vitã ducere illũ debẽt q ſit ꝓclare victurus.In rebus turpibus, verecũdia:honeſtis
ſtudiũ.hęc aũt nobis,neq; genus,neq; diuitię,neq; honores ꝑſtare citius ac meliꝰ,q̃ amor poſſunt.
Neq; abſq; his duobus,aut ciuitas vnq̃,aut priuatꝰ ꝓclarũ aliqd & magnificũ ꝑficere poterit.Aſſe
ro equidẽ amatorẽ,ſi turpe aliqd agere vel pati ab aliquo ꝑ ignauiã,nec repugnare & vlciſci deꝑ-
hẽdať,ſeu a patre,ſiue ab amicis,ſiue ab alio quouis homine,haud tã vehemẽter angi q̃ ſi forte ab
amato deꝑhẽderetur.Similiter adoleſcentẽ tũc maxime erubeſcere cernimus, cũ amator eũ turpe
quid cõmittentẽ offendit.Siquo pacto fieri ciuitas vel exercitus poſſet partim ex his q amant, ꝑ-
tim ex his q amãtur,ſupra q̃ dici poſſit fortiter ageret adminiſtraretq; ſingula, dũ per verecũdiã
a turpibus abſtineret,& ad honeſta quaſi qdã emulatione cõtenderet:taleſq; hoies vel pauci nume
ro,vniuerſos,vt ita dixerim,hoies pl'io ſuperarẽt.Amator ſane vel deſerere ordinẽ vel arma abii
cere coram amato,vehementius q̃ coram cũctis aliis hominibus erubeſceret.Immo obire ſæpenu-
mero mallet,q̃ dilectum derelinquere, & in periculis non ſuccurrere. Nec vllus adeo ignauus eſt,

quem amor nõ inflãmet,& ad virtutem diuinũ reddat,vt viro fortiſſimo par euadat.Etenim qđ Homerus inquit,vim furoremq́ a deo quibuſdã heroum inſpiratum:hoc amor amãtibus efficit. Quinetiã ꝓ alio mori amãtes ſoli eligũt:nõ viri tãtũ,ſed etiã mulieres.Cui⁹ ſermonis teſtimoniũ Grecis Alceſte Pelii filia manifeſtũ exhibuit:q̃ ſola elegit ꝓ viro ſuo perire,cũ tñ & pater & mater illi adeſſent,quos illa ꝓpter amorẽ,charitate adeo ſuperauit: vt eos extraneos & nomine dũtaxat filio ſuo coniũctos eſſe mõſtraret.Qđ quidẽ facinus tã ꝑclarũ nõ tãtũ ab hominib⁹,verũetiã a diis eſt iudicatũ:vt cũ e multis q multa & egregia geſſerant,dii reuiuiſcendi munus paucis admodũ & ꝑſtãtiſſimis tribuiſſent,hanc ab inferis cõtinuo ſuſcitarint,tã egregio facinore delectati. Tanti ſtudiũ,virtutẽq́ circa amorẽ dii aeſtimant.Orpheũ vero Oeagri filiũ voti impotẽ ex inferis emiſeꝛũt.Neq́ eñ foeminã cuius gratia deſcẽderat,reſtituere: ſed illius phantaſma mõſtrarũt: cũ non auderet,vt Alceſte,amoris gratia mori:ſed vtpote citharoedus,mollitie quadam abſterreretur: & machinamẽta q̃dã excogitaret,quibus viuens ad inferna deſcenderet.Cuius delicti poenas eũ pendere decreuerũt,iuſſerũtq́ a foeminis lacerari . Achillẽ aũt Thetidis filiũ honorarũt,& in beatoꝝ inſulas miſerũt:quia cũ accepiſſet a matre ſi Hectorẽ occidiſſet,ſtatim ſibi moriendũ fore: ſin minus,in patriã ſe rediturũ, & ſenẽ deniq́ moriturũ,audacter elegit ꝓ Patroclo amatore ſuo pugnare,eiuſq́ mortẽ vlciſci:nec pro illo mori ſolũ,ſed & perempto illo interfici . Qđ quidẽ magnopere probãtes dii,inſigni eũ gloria decorarũt:quia tanti amatorẽ ſuũ feciſſet.Aeſchylus plane delirat, cũ Patroclũ ab Achille dicit amatũ:qui nõ Patroclo tãtũ,verũ etiã cũctis heroibus forma pſtabat, eratq́ adhuc imberbis:multoq́ natu minor,vt inqt Homerus. Reuera virtutẽ hanc in amore dii plurimi faciũt. Vehemẽtius aũt admirãtur,delectãturq́,ac maiora beneficia cõferũt:quãdo amatus amatorẽ tutatur & diligit,q̃ cũ amator amatum.Diuinior eñ eſt amator amato,cum diuino furore ſit raptus.Quãobrẽ Achillẽ magis q̃ Alceſtẽ honorarũt:illũ quippe in beatoꝝ inſulas trãſmiſerũt.Ex his oĩbus amorẽ aſſero deorũ omniũ antiquiſſimũ,atq́ ſummope venerãdũ: & maxime oĩm ad virtutẽ & beatitudinẽ cõſequendã hoĩbus tã viuẽtibus q̃ defunctis cõducere . Talem fuiſſe ſermonẽ Phedri narrauit.Poſt Phedrũ vero alios quoſdã fuiſſe locutos:ſed e memoria excidiſſe.Eos igitur ꝓtermittens,hanc quã modo referã orationẽ Pauſanię retulit.

Alce[illegible] Pelii filia p[illegible] viro amans periit.

Orpheus Oeagri filius acriter carpitur.

Achilles pulcherrimus.

Amans diuinior amato, & diuino furore ꝑcitus.

Pauſaniae cõllaudatio.

Videtur mihi Phedre haud ſatis recte ſermo ille nobis eẽ ꝓpoſitus,quo amorẽ ſimpliciter laudare iubemur.Nã ſi vnus eſſet amor,probe dictũ fuiſſet.Cũ vero nõ vn⁹ ſit dũtaxat ſatius eſt priusq̃ ſit laudãdus,exprimere.hoc itaq́ emẽdare conabor.Primo.n.quẽ amorem laudare deceat explicabo:deinde ꝓ dei iſtius dignitate extollere nitar.Neminẽ profecto latet, abſq́ amore Venerẽ nũq̃ eſſe.Quare ſi vna eſſet Venus,vnus & amor.Quoniã vero duę ſunt Veneres,geminũ quoq́ Amorẽ eſſe neceſſe eſt.Geminã aũt deã hãc eſſe qs neget? Nõne vna quędã antiquior eſt & ſine matre Venus,cęlo nata:quã cęleſtẽ Venerẽ nũcupamus? Altera vero iunior e Ioue & Dione ꝓgenita:quã vulgarẽ cõmunẽq́ vocamus? Neceſſarium itaq́ amorẽ Veneris illius comitẽ,cęleſtẽ vocarĩ:huius vero vulgarẽ.Laudare qdẽ deos oẽs decet. Sed vtriuſq́ amoris opera diſtinguẽda.Actionis cuiuſlibet hęc eſt cõditio:vt ſuapte natura neq́ honeſta ſit,neq́ turpis: vt ea q̃ nũc nos agim⁹,bibere,canere,diſputare.Nullũ ex his ſeipſo turpe vel honeſtũ.Sed agẽdi modus actioni certũ tribuit cognomẽtũ.Qđ.n.bene recteq́ agiẽ,honeſtũ: qđ nõ recte,turpe reſultat. Eadẽ rõne nõ q̃libet amor & quis amãdi mod⁹,honeſtus eſt,atq́ laudãdus.Immo ille ſolus,q honeſte amare nos exhortaẽ. Etenim vulgaris cõmuniſq́ Veneris amor, reuera eſt & ipſe vulgaris:& qđcũq́ cõtingit,ꝑagit. Atq́ is eſt,quo praui abiectiq́ hoies amãt. Amãt porro foeminas nõ min⁹ q̃ maſculos,& corpora magis q̃ animos:& ſine mẽte hoies poti⁹,q̃ prudẽtes.Ad explẽdũ ſane deſideriũ inhiãt:honeſte vero nec ne expleãt,oĩno nõ curãt.Quo fit,vt qđcũq́ ſors illis offert,exequãtur,& bonũ ſĩliter atq́ malũ.Affectus eñ huiuſmodi a Venere illa iuniore,& vtriuſq́ ſexus ĩ generatione ꝑticipe ꝓfluit.Amor aũt q cęleſtẽ ſequiẽ Venerẽ,q̃ nõ foeminę,ſed maſculi tãtũ ſexus in generatione eſt ꝑticeps,ipſe quoq́ genus reſpicit maſculũ.Deinde quoniã antiquioris Veneris pudiceq́ eſt comes,& ipſe petulantię oĩs eſt expers. Quocirca qcũq́ amore hoc inſpirati ſunt,genus maſculũ natura robuſtius & generoſius,& mẽtis magis ꝑticeps diligũt. Et q amore hoc ſincere ꝑfecteq́ ſunt rapti,ex hoc perſpicue dignoſcunẽ:q́ pueros nõ amãt,ſed adoleſcẽtes,cũ mẽte valere iã coeperint.Huiuſmodi vero gen⁹ exercẽdę mẽti ꝓpinquius eſt:ad eãq́ exercẽdã familiaritas ĩter illos initur.Parati.n.ſunt arbitror q ſic amare incipiũt,ꝑoẽm vitã ſimul & cõmuniter viuere,neq́ amatũ decipere,neq́ ab vno ĩ alterũ amãdũ abire.neq́.n.pueros adhuc mẽtis expertes amãt:quos deinde exoletos irrideãt & relinquãt. Oporteret aũt legib⁹ inſtitutũ eſſe ne qs pueros amet,ne in re ambigua fruſtra tãtũ ſtudiũ ponereẽ.Incertũ.n.eſt quo aut corp⁹ aut anima pueroꝝ tã ſcdm virtutẽ q̃ ſcdm vitiũ poſtremo deueniat.Probi qdẽ viri legẽ hãc ſibiipſi ſpõte ꝓponũt.Oportet quoq́

Cõtor & amplior hec q̃ Phaedri diſputatio.

Gemin⁹ amor Gemina Ven⁹.

eidē legi vulgares amatores adhibita neceſſitate ſubiicere:quēadmodū illos ꝓ viribus amare mu-
lieres liberas ꝓhibemus.Hi nāq; ſunt,q in turpiſſima queq; labūtur.Vnde orta eſt illoꝝ ſentētia
qui turpe aiūt amatorib⁹ obſeq.Hi vero de vulgaribus amatorib⁹ iſta loquunt:q̄a īportunitatē ī
iuſtitiāq; illoꝝ agnoſcūt & īprobāt.Nihil aūt qđ modeſte & legitime fit,vituperare decet.Lex vtī
q; de amore ī ciuitatibus aliis īſtituta,itellectu facilis eſt,quoniā ſimpliciter tradit.Apud nos aūt
& Lacedæmonios varia extat.In Elide nāq; & apud Bœotios,& vbi dicēdi arte hoīes carēt,ſimpli
citer lege ſtatutū eſt,morē amātib⁹ eſſe gerēdū:nec apud eos qſq̄ aut iuuenis aut ſenex,turpe id ꝑ
dicaret.Qđ qdē ea de cā ab illis arbitror eſſe factū,ne ī pſuadēdis adoleſcētibus elaborādū illis eēt
vtpote q ad orādū inepti ſunt.In Ionia vero & apud alios multos qui Barbaris ſubiecti ſunt,oīno
turpe hoc lege cenſet.Nā īter Barbaros qdē ꝓpter tyrānides turpe iſtud habet: & ſapiētię ꝑterea
atq; gymnaſticę ſtudiū.Neq;.n.tyrānis cōducūt ea ſtudia:q̄ ſubditorū mētes acutas, generoſaſq;
reddūt:q̄ve amicitias īter eos īdiſſolubiles ſocietateſq; frequētes pariūt.Quę cū ab aliis tū vel ma
xime ab amore gigni cōſueuerūt.Hoc aūt ipſo euentu tyrāni noſtri didicerūt. Nā Ariſtogitonis
amor & Hārmodii amicitia cōfirmata illorū tyrānidē diſſipauit . Atq; ita vbicūq; Amoris indul-
gentia funditus ſublata eſt,prauitate illoꝝ q leges condiderūt,eſt vetita:principū qdē iniq̄tate &
violētia,ſubditoꝝ ignauia.Vbi vero penitus ꝑmiſſa eſt,ꝓpter eoꝝ q ſic ſtatuerūt,ſecordiā & ſegni
tiē eſt ꝑmiſſa.Hic vero multo rectius eſt īſtitutū:ſed,vt dicebā,nō facile cognitu.Cōcedi plane vi
det,ſiqs aīaduertat qđ dicit:pręclarius eſſe palā amare q̄ clanculū,eoſq; ꝑcipue q generoſi & opti
mi ſunt,etiā ſi min⁹ formoſi q̄ alii videant. Fauet quoq; amatori q̄plurimū cōis oīm cohortatio
quaſi nihil turpe aggrediat.Nā cōiter ſiqs amatū capiat,pulchrū quiddā videt:ſi nō capiat,turpe.
Et lex ad amatū ſibi cōciliādū amatori mira q̄dā machinamenta cōcedit,laudariq; ꝑmittit : q̄ ſiqs
aliq̄ñ cuiuſuis gratia tentare auderet,maximas apud philoſophos vituperationes īcurreret. Siqs
eñ accipiēdę ab aliquo pecunię,vel magiſtratus potentię gratia,aggrediat illa q̄ erga amatos amā
tes:paſſim occurrat,ſupplex oret,obteſtet,ad fores noctu iaceat,& ſedula quadā obſeruātia ſeruiat
& in oībus obſequat:q̄ ſeruus aliqs agere,nec vellet,nec etiā cogeret:ab inimicis pariter & amicis
iurgabitur.Illi adulationes ſeruileſq; aſſentationes vituperabūt.Iſti corripient:eoſq; ſeruitutis ami
ci ſui pudebit.Amator aūt dū iſta facit,gratiā adipiſcit:& quaſi ꝑclarū aliqđ agat,a lege abſq; vlla
infamię nota facere iſta ꝑmittit. Qđ vero ꝑmaximū eſt,vulgo fertur, q; ſolis amatoriis periuriis dii
dant veniā.Venereū quippe iuſiurā dū nihil valere aiūt.Itaq; tā dii q̄ hoīes oēm amāti licētiā ꝑſti-
terūt:vt lex noſtra teſtat.Si ad iſta q̄ dicta ſunt reſpiciamus : ꝑclariſſimmū quiddā in hac ciuitate
exiſtimari videbit,q; qs amet, q̄ve amāti amatus indulgeat.Si rurſus ea q̄ dicā animaduertam⁹:
turpiſſimū hoc apud nos haberi,putabimus.Nā parentes pędagogis filios cōmēdāt:q amatos cū
amātibus loqui ꝓhibeāt.Socii quoq; & æquales quotiēs tale qđ vidēt,vituperāt:eoſq; dū talia car-
punt,ſenes nō reꝑhendūt:neq; eos quaſi errent,corripiūt. Quapropter ita hoc habere ſe arbitror,
vt ipm ſcđm ſe,ſicut a principio dictū eſt,neq; honeſtū ſit,neq; turpe.Neq; eñ ſimplex eſt,ſed recte
factū honeſtū : cōtra turpe. Turpe qdē eſt,prauo ac turpiter obſeq.Honeſtū vero bono,atq; hone-
ſte.Prauus aūt eſt amator ille vulgaris:q corp⁹ magis q̄ animū amat.Neq; ſtabilis eſt,cū rē ſequa
tur minime ſtabilē.Nā cū primū corpis ſpecies quā cupierat defloreſcit , abit nihil eorū q̄ ꝓmiſe-
rat ſeruās.Bonoꝝ vero morū amator ꝑ oēm vitā in amicitia ꝑſeuerat:vtpote q rē ſtabilē ſectabat.
Iſtos vtriq; nřa lex diligenter examinare ꝑcipit: & his morē gerere,illos fugere. Et hos qdem ſeq iu
bet:illos fugere:diiudicās & examinās q̄ qs amet,& q̄ in quouis ament.Atq; ob hāc cām primū fa-
cile,citoq; capi,turpe cenſet:vt tp̄s intercedat qđ ad examinandos mores exigit.deinde aut pecu-
niarū copia,aut magiſtratuū potentia capi,abſurdū:ſiue timore quodā potius q̄ volūtate irretia-
tur:ſiue acceptis pecuniis ciuilibuſq; muneribus acquiſitis,nō cōtemnat. Nihil.n.ex iis ſolidi fir
miq; eſſe videtur: pręter id q; ab iis amicitia generoſa oriri nequit. Vna itaq; ſecundū legem no-
ſtram via reſtat:qua amari amantibus iure gratificari poſſint.Etenim quemadmodū apud nos de
amantibus lex illa relata eſt,qua dicitur:nullū volūtarium amatoris in amatū obſequiū,adulato-
riū & infame putandū:ſic & alia q̄dā ſecūdū legem voluntaria ſeruitus reſtat,quę infamiā nullam
ſubit.Hęc aūt eſt:quę circa virtutem verſatur . Nam noſtris legibus eſt inſtitutū: ſiquis velit ali-
quem colere,putans per illum vel in ſapientia quadam,vel in alia quauis parte virtutis proficere,
hanc rurſus voluntariā ſeruitutem neq; dedecori ſeruienti fore: neq; adulationem vocari debere.
Oportet aūt has leges in idē cōducere:illā ſcilicet de amatoribus,& hanc de philoſophia,aliaq; vir
tute cōſcriptā:ſi vlla ratione cōtingere debet vt deceat amatos amatoribus obſequi. Quotiēs eñ
in idem cōcurrūt amator atq; amatus vteriq; legem habentes,hic qdem obſecuturis amatis iuſte in
oībus miniſtrare ſeruireq; paratus,ille rurſus ſcientię morūq; pręceptori ſuo,iuſte in ſingulis pari
turus,& hic quidē ad ſapientiā,aliaſq; virtutes conferre potens,ille aūt eruditione & ſapientia in-

Solis amatoriis periuriis Dii dāt veniam. Venereū iuſiurandum.

digens:tũc ſane in vnũ his legibus cõcurrẽtibus dũtaxat euenit,vt honeſtũ ſit amatos amatoribꝰ morẽ gerere:alias aũt nullo modo.In hoc vtiq̧ falli,turpe nõ eſt.In aliis aũt oĩbus,obſequiũ huiuſcemodi turpe cẽſeſ,ſiue obſequẽtẽ fallat opinio,ſiue nõ fallat.Siqs.n.amatori tãq̃ diuiti diuitiarũ cã gratificatus,fallitur,neq̧ voti cõpos efficiſ,cũ paup ſit amator,nihilominꝰ vituperaſ.Videſ.n. hic ſeruilẽ animi ſui habitũ oſtẽdiſſe,ꝙ pecuniarũ gratia ĩ ſingulis rebꝰ cuiuis ſeruiret. qđ qdem minime eſt honeſtũ. Eadẽ rõne ſiqs tãq̃ bono gratificatꝰ, ipſe hac cõſuetudine ſperãs euadere melior fallitur,cũ ille prauus eſſe dephẽdaſ:honeſta q̃dã deceptio eſt.Nam videſ affectũ ſuũ demonſtraſſe paratũ ad oĩa miniſteria virtutis cõſequẽdę gratia tolerãda. Qđ ſane p̃clariſſimũ iudicaſ, hac itaq̧ rõne virtutis auiditate gratificari atq̧ ſeruire ſemp honeſtum.Hic aũt eſt ipſius cęleſtis deæ amor cęleſtis & ipſe:q tã priuati, q̃ publice p̃cioſus eſt:et amantẽ pariter atq̧ amatũ virtutis curã ſtudiũq̧ ſuſcipere cogit.Cęteri vero amores Veneris vulgaris ſunt comites. Hęc ĩ p̃ſentia o Phędre velut ex tẽpore de Amore vobiſcũ cõfero. Cũ Pauſanias pauſam.i.finẽ dicẽdi feciſſet:ſic eĩn alludere vocabulo ſapiẽtes me docẽt:oportere inqt Ariſtodemus Ariſtophanẽ dicere.verũ ſingultu vel ꝓpter repletionẽ,vel ꝓpẽ aliã cãm cõtigẽte,ĩpeditũ fuiſſe.Quocirca ad Eryximachũ me dicũ cõtinuo poſt ipm ſedẽtẽ,ita loquutũ.O Eryximache tua nũc ĩtereſt,aut ſingultũ reprimere, aut ꝓ me loq donec ceſſet.Ad quẽ Eryximachũ reſpõdiſſe.Vtrũq̧ efficiã.Eqdẽ vicẽ tuã ſumẽs ꝓ te dicã:tu vero ꝓ me poſtq̃ ſingultus abierit. Interi dũ ipſe loquor, ſi vis aliquãdiu ſpiritũ cohibere,ſingultus ceſſabit.Si minus id placet,ſaltẽ aqua multa ĩtus allue fauces.Et ſi forte vehemẽs eſt, nares cõmode ſtimula vt ſternutatio irritẽ.Nã ſi id ſemel,aut bis feceris: etiã ſi frequẽtiſſimꝰ ſit tolleſ.Anteq̃ finẽ dicẽdi feceris,inqt Ariſtophanes,q̃ iubes efficiã.Eryximachũ igitur ita loquutũ. Carpitur & deridet Ariſtophanes. Remedia ſingultus.

Eryximachi collaudatio,quæ q̃ illa Pauſanię magis amplectens eſt.

NEceſſariũ mihi videſ:poſtq̃ Pauſanias recte exorſus,finẽ ĩpoſuit minꝰ ſufficiẽtẽ, qđ deeſt a me nũc ĩpleri.Diſtinctionẽ qdẽ illã qua in duo diſtributꝰ eſt Amor,approbo.Verũ nr̃a hac medicinę arte cõperiſſe mihi videor non ſolũ aĩs hoĩm erga pulchros Amorẽ ineſſe: verũetiã ad alia multa,atq̧ ĩ aliis tũ corpibꝰ aĩaliũ oĩm:tũ his q̃ ex terra naſcunſ:ac deniq̧ ĩ oĩbus vt ita dixerĩ,q̃ ĩ rerũ natura cõſiſtũt.Magnũ quoq̧ atq̧ mirabilẽ hũc deũ p oĩa tã humana q̃ diuina latiſſime ſe porrigere.A medicinę peritia primo exẽplũ capiã,vt artẽ meã venerer.Corporũ ſane natura Amorẽ hũc geminũ cõtinet.Qđ.n.ĩ corpibꝰ nr̃is bñ valet & qđ male,aliud atq̧ diſſimile eſſe cõſtat.Qđ vero diſſimile eſt,diſſimilia cupit & amat.Alius ergo q ĩ ſano corpe Amor,aliꝰ q in ægroto.Et vt paulo ante Pauſanias aſſerebat,tẽperatis hoĩbꝰ gratificãdũ eſſe,ĩtẽperatis vero nequaq̃:ita & ĩ ipſis corpibꝰ bonis qdẽ ſaniſq̧ obſequẽdũ eſt:in quo maxime rõ medicinę cõſiſtit: malis aũt ægrotiſq̧,minime,ſi modo artificioſus qs vult medicus eẽ.Eſt aũt,vt ſummatĩ dicã,medicina ſciẽtia qua amatorii affectꝰ corpis quo ad repletionẽ euacuationẽve noſcũſ.Et qſqs pulchrũ & deformẽ ĩ his amorẽ diſcernit,is eſt medicus peritiſſimꝰ.Quive ita pmutare hęc põt:vt ꝓ altero amore naſcaſ alter:aut qbꝰ abeſt Amor,adeſſe aũt oportet,immittere valet:& ĩſitũ extirpaſ:eruditꝰ eſt artifex.Poſſe aũt oportet,q̃ ĩ corpe inimica maxime ſunt,cõciliare:& amorẽ illis ĩſerere mutuũ. Inimica vero maxime ſunt q̃ cõtraria maxime:frigidũ calido:amarũ dulci:humido ſiccũ: cęteraq̧ hmõi.Cũ Amorẽ his mutuũ cõcordiãq̧ inſerere ſciret noſter ille ꝓgenitor Aeſculapius,vt hi poetę teſtanſ,qbꝰ & ipſe credo,artẽ noſtrã cõpoſuit.Medicina itaq̧ oĩs ea ratione qua loquor: ab hoc deo gubernaſ.Siliter quoq̧ agricultura atq̧ gymnaſtica. Q; aũt eadẽ ſit & de muſica rõ,p̃ſpicuũ eſſe cuiuis poteſt:q vel pauliſp aduerterit.Qđ Heraclitus forſitan ſentit: verbis tñ parũ explicat. Vnũ qdẽ,inqt,ſecũ ipſo diſcrepãs cõuenire:vt harmonia,arcus,& lyrę.Atq abſurdũ dictũ eſt,harmoniã diſcrepare: atq̧ ex diſcrepãtibꝰ q̃diu diſſonãt eẽ.Sed hoc forte ſignificare volebat:ꝙ ex his quę prius diſcrepabãt,graui ſcilicet & acuto,deinde p artẽ muſicã cõſonãtibꝰ,harmonia conficiſ. Nũq̃ eĩn ex graui & acuto dũ diſcrepãt,harmonia cõflatur.Harmonia nãq̧ cõcẽtus eſt. Cõcentꝰ vero cõcordia q̃dã.Cõcordia aũt ex diſcrepãtibꝰ donec diſcrepãt:fieri nũq̃ poteſt.Qđ vero diſcrepat neq̧ eſt concors,cõcinere nequit: quẽadmodũ rhythmus ex veloci & tardo antea diſcrepãtibꝰ poſtea vero cõcinentibus cõſtituitur.Et quẽadmodũ humoribus medicina cõcordiã,ita vocibus muſica cõſonãtiã tribuẽs, Amorem cõſenſumq̧ mutuũ gignit.Atqui eſt & muſica ſcientia circa harmoniã & rhythmũ affectus amatorios vireſq̧ diiudicans. Sane in ipſa harmoniæ & rhythmi cõpoſitione vis amatoria facile percipi poteſt:verũ geminus Amor nõdũ hic diſtinguiſ:ſed tũc demũ,cũ ad alios rhythmo & harmonia eſt vtendũ,vel fingendo,quã melodiæ fictionẽ vocãt,vel vtẽdo recte his q̃ facta ſunt,melodiis & metris:quã diſciplinã nominãt. Vbi difficilis obſeruatio eſt, & perito eſt opus artifice.Huc iã ſupior ille ſermo reuertiſ:ꝙ videlicet modeſtis hominibus & his q nõdũ ſatis modeſti ſunt,vt fiant,gratificãdũ:horũq̧ ſeruãdus eſt Amor. Atq̧ hic eſt decorus ipſe & cęleſtis Vraniæ muſæ Amor.Polymnię vero muſę,vulgaris.Cui ſumma cautione indulgẽdum

eſt,vt voluptatẽ q̃dẽ hoĩes hauriant:incõtinentiã vero deuitent.Sicut in arte noſtra arduũ eſt,cu
piditatibus q̃ ad ſuaues coquorũ epulas nos alliciũt,recte vti: adeo vt abſq; bonę valitudinis detri
mẽto,ſuauiter his veſcamur.Quãobrẽ & in muſica,& in medicina,& in aliis oĩbus,tã humanis,q̃
diuinis,vtrũq; amorẽ q oĩb⁹ ineſt,p viribus obſeruare debemus.Quinetiã anni tẽporũ conſtitutio
vtriſq; his plena eſt.Nã quotiẽs illa q̃ modo dicebã,calida & frigida,ſicca & humida,cõgruũ inter
ſe ſortiunt̃ amorẽ,& harmoniã tẽperiẽq; opportunã ſuſcipiũt,ſalubrẽ & fertilem annũ hoĩbus,ani
mãtibus oĩbus,atq; plantis afferũt,neq; quicq̃ lędũt.Cõtra vero cũ petulãs & cõtumelioſus amor,
in anni tẽporibus p̃ualet,iniuria multa corrũpit.Peſtes ſiqdẽ ex his oriri cõſueuerũt,aliiq; morbi
permulti & varii brutis ac plantis innaſci. Quoniã pruina,glacies,grando,ſegetũq; rubigines,&
putredines ex ĩmoderato & excedẽte qualitatũ amore p̃ueniũt.Horũq; & cęli motus & anni tem
porũ ſcientia,aſtronomia vocata eſt.Pręterea ſacrificia oĩa,& illa q̃bus vaticiniũ pręeſt,cõmunio-
nes videlicet deorũ hominũq; inuicẽ,circa nihil aliud verſant̃,q̃ amoris curationẽ atq; cuſtodiam.
Omnis eñ impietas tũc accidit quãdo q̃s modeſto amori haud indulget:nec illũ honorãs in oĩb⁹
veneratur:ſed circa amorẽ alterũ p̃uagatur:nec officio cõgrue erga parentes viuos & defunctos,
& erga deos vtitur.Hos amores diſcernere atq; curare vaticinii p̃poſitũ eſt.Eſt inſup vaticinium
Quid vaticinium. amicitiæ inter deos & hoĩes opifex, ex eo q̃ intelligit q̃ potiſſimũ ex humanis amoribus fas aut
nefas attingit.Atq; ita multã & amplã,ĩmo vero omnẽ vim ſummatim quidẽ oĩs continet amor.
Sed qui circa bona cũ temperãtia & iuſtitia tã erga nos q̃ erga deos verſatur,vim ſummã habet,
omnẽq; nobis beatitudinẽ exhibet.Nã & nos inuicẽ cõmuni vita cõciliat, & diis humana natura
pręſtãrioribus amicos efficit.Forte & ipſe multa q̃ ad laudãdum Amorem pertinent, p̃termitto.
neq; ſponte tñ. Q̃d aũt deeſt,tuũ eſt Ariſtophanes,adimplere.Vel ſi aliter hũc deũ honorare vis,
honora:cũ ſingultus ipſe ceſſauerit.ARISTOPHA.Iam ſedatus eſt, nõ tñ prius q̃ ſternutamẽto
Iterũ taxatur Ariſtophanes repreſſiſſem. Quo fit vt admirer,ſi cõgrua corporis affectio huiuſcemodi ſtrepitu & titillatione
indiget,qualis eſt ſternutatio.hęc enim mox expulit.ERY.Vide o bone Ariſtophanes,quid agas.
Riſum cõtra te moues dũ alios irrides,cũ iam dictur⁹ ſis,& obſeruatorem me fieri cogis ſermonis
tui,ſiquid forte ridendũ p̃tuleris,cũ tibi loqui ſecure liceat.ARISTO.Probe loq̃ris Eryximache.
Sint iſta mihi nõ dicta,ne nobis inſidieris obſecro.neq; eñ vereor nequid q̃d riſum moueat in me
dium afferã.hoc eñ muſę noſtrę lucrum propriũq; eſſet.ſed ne deridenda proferam timeo.ERY.
Emiſſo in nos iaculo Ariſtophanes aufugere ſperas.At mẽtem dicendis adhibe,tã q̃ rationem dicto
rum omniũ redditurus.forte vero ſi videbitur,te dimittam.

Ariſtophanis laudatio.

ALiter de Amore,q̃ tu & Pauſanias loq̃ cogito.Mihi plane vident̃ hoĩes Amoris vim oĩno
hactenus ignoraſſe.Nã ſi eã noſſent,delubra illi inſignia,aras,& hoſtias dedicarẽt,Quo-
rũ nihil his tẽporibus agit̃:cũ erga illũ maxime oĩm,obſeruare hęc deceat.Eſt eñ p̃ cęte
ris dus ſummopere generi humano beneficus: curator & tutor hoĩm,atq; medicus: quibus ſana-
tis,ſummã genus noſtrũ felicitatẽ nãciſceret̃. Conabor itaq; vim illius vobis exponere.Vos aũt q̃
a me hodie percipitis,alios deinde docebitis.Oportet ĩ primis qualis hoĩm quõdã natura fuerit,q̃
ve illi⁹ paſſiones,animaduertere.Neq; eñ qualis nũc eſt,olim erat:ſed lõge diuerſa.Principio tria
hoĩm erãt genera,nõ ſolũ q̃ nũc duo mas & fœmina,verũetiã tertiũ quoddã aderat,ex vtriſq; cõ-
poſitũ.Cuius ſolũ nobis teſtat nomen,ipm periit.Androgynũ quippe tũc erat & ſpecie & noĩe, ex
maris & fœminę ſexu cõmixtũ.Ipm p̃fecto defecit,nomen ſolũ ĩfame relictũ.Pręterea tota cuiuſq;
hoĩs ſpecies erat rotũda,dorſum & latera circũ habens,manus quatuor,totidẽq; crura: vultus itẽ
duos tereti ceruice cõnexos,& omnino cõſimiles.Caput vtriſq; vultibus cõtra verſis,vnũ. Aures
quatuor,genitalia duo,& alia ſingula,vt ex his quiſq; cõueniẽter excogitare poteſt. Incedebat hic
tunc & rectus vt nũc in vtram vellet partem:& quotiẽs celerius ire cõtenderet,inſtar eorum qui
prono capite crura ſurſum circũferentes circularem choreã exercẽt,tũc octo mẽbris innixus cele-
ri circulo ferebat̃.Ob hãc vero cauſam tria genera & talia erãt,quia maſculũ ſole genitũ erat:Fœ-
mina,Terra:promiſcuũ deniq;,Luna. Vtriuſq; eñ luna eſt particeps.Sphærica vero erãt & figura
& motu:quia parentũ ſimilia. Vnde & robuſto corpore & elato animo erãt.Quare cũ diis pugna-
re tentabãt,& in cęlũ aſcendere:quẽadmodũ de Ephialto & Oto ſcribit Homerus.Iupiter igit̃ vna
q; dii cęteri q̃d agẽdũ eſſet cõſultauerũt.Qua in re nõ parua inerat ambiguitas.Nã neq; fulmina
re hoĩes illos vt gigantes placebat. extincto eñ hominũ genere human⁹ deorũ cultus venerationq;
periret.neq; in tãta inſolẽtia p̃ſeuerare illos permittendũ cẽſebãt. Tandẽ ſentẽtiã Iupiter ſuã expli
cuit.Inueni,inq̃t,q̃ rõne fieri poſſit vt & ſint hoĩes & modeſtiores ſint.Idq; erit ſi ĩbecilliores fiãt.
Vnũquẽq; nũc duas ĩ p̃tes diuidã.Ex quo & debiliores erũt,& nobis ẽt magis id cõducet.Nũero
ſiqdẽ plures erũt q̃ nos colẽt.Recti duob⁹ crurib⁹ ibũt.Q̃ ſi rurſus ĩpie ĩſurgere videant̃, iterũ in

duo ſecabo, vt vnico crure nixi vtpote claudi ſaltare cogant̃. Hæc fatus bifariã ꝑtitꝰ eſt ſingulos: iſtar eoꝝ q̄ oua diuidũt, vt ſale cõdiãt: vel q capillo oua ſecãt. Mãdauitq; Apollini, vt partitiõe ſtatim facta, cuiuſq; vultũ ceruiciſq; dimidiũ in eã ꝑtẽ qua ſectꝰ eſt, verteret: vt ſciſſionẽ ſuã cõſiderãs modeſtior fieret: reliqs aũt mederi iuſſit. Ille cõtinuo vultũ vertit, & cõtrahẽs vndiq; cutẽ in eũ q nũc vẽter vocat̃, tanq̃ contracta marſupia, & os vnũ faciẽs medio ĩ vẽtre ligauit: quẽ qdẽ nexũ vmbilicũ vocãt. Et alias qdẽ rugas maxĩa ex ꝑte leuigauit: pectoraq; articulatim diſtĩxit, organo quodã tali vtẽs, quali coriarii cũ corii rugas ſup pedis formulã poliũt: nõnullas vero circa mediũ ventrẽ vmbilicũq; reliq̃t, vt q̄ſi cicatrices q̄dã paſſionẽ nobis veterẽ ſemꝑ rep̄ſentarẽt. Poſtq̃ natura hominũ ita diuiſa fuit, cũ q̄ſq; dimidiũ ſui agnitũ cuperet, inter ſe cõcurrebãt: circũiactiſq; brachiis ſe inuicẽ cõplectebant̃, cõflari ĩ vnũ affectãtes. Vnde fame, & torpore deficiebãt, eo ꝙ nũq̃ ſeiungebant̃. Et cũ dimidiũ vnũ moriebat̃, reſtabatq; alterũ: qđ ſuperat, rurſus aliud aſciſcebat, ſimiliterq; cõgrediebat̃, ſiue ſoliꝰ cuiuſdã totiuſq; fœminæ dimidiũ eſſet, quã fœminã nũc vocamꝰ, ſeu viri. Atq; itaq; genus hoĩm deperibat. Quocirca miſeratus Iupiter, remediũ aliud excogitauit: ꝑmutauit genitalia: & q̄ priꝰ retro erãt, ad anteriores ꝑtes trãſtulit. Antea ſiqdẽ cũ ad nates hæc haberẽt nõ ĩuicẽ, ſed ĩ terrã ſpargẽtes ſemina cicadarũ inſtar cõcipiebãt, atq; generabãt. Cũ vero ad anteriora trãſpoſuiſſet, ꝑ hæc gñationẽ ĩ ſe ĩuicẽ fecit expleri: ꝑ maſculũ qdẽ ĩ fœmina, hac de cã, vt ſi in amplexu vir fœminæ cõmiſceret̃, genita ꝓle ſpeciẽ hoĩm ꝓpagarent. Sin aũt maſculo maſculꝰ, ſatietate ab amplexu amouerentur: & ad res gerendas cõuerſi victũ curarẽt. Hinc vtiq; ex illo tẽpore mutuꝰ hoĩbus innatꝰ eſt amor, priſcę naturæ cõciliator, annitẽs vnũ ex duobꝰ efficere, hoĩmq; naturæ mederi. Eſt igit̃ q̄ſq; noſtrũ, dimidiũ hoĩs: vtpote ſectus: quẽadmodũ piſciculi q Pſectæ vocãtur, ſciſſi ex vno duo efficiunt̃. Quærit aũt ſui q̄ſq; dimidiũ. quãobrẽ q̄cũq; ex viris ꝑmiſcui gñis portio ſunt, qđ olĩ Androgynũ vocabat̃, mulieroſi ſunt: adulteriaq;, vt plurimũ, ex his patrant̃. Ex hoc ſane gñe mœchi ducunt originẽ. Rurſus q̄cũq; mulieres viroꝝ cupidę mœchęq; ſunt, hac ſtirpe naſcunt̃. Quæ vero mulieres mulieris ꝑs exiſtũt, haud multũ viros deſiderant: ſed fœminas magis affectãt: atq; hinc fœminę q̄ fœminas cupiũt naſcunt̃. At vero q maris portio ſunt, mares ſequunt̃. At dũ pueri ſũt, vtpote q maris ꝑticula ſunt, viros diligũt, viroꝝq; familiaritate aſſidua cõgreſſuq; gaudent: hiq; ſunt pueroꝝ adoleſcentuloꝝq; oĩm generoſiſſimi: q̄ppe q natura p̄ ceteris oĩbus ſunt viriles. Hos qdã ĩpudicos falſo appellãt. Neq; eñ ĩpudẽtia vlla, ſed generoſitate, & fortitudĩe quadã maſcula viriliq; natura hoc agũt. nã ſimili ſuo cõgratulant̃. Huiꝰ euidẽs argumẽtũ eſt, ꝙ cũ adoleuerint, ſoli ad ciuilẽ adminiſtrationẽ cõuerſi, viri p̄ſtãtes euadũt: et ĩ ętate virili conſtituti, ipſos adoleſcẽtes diligũt: matrimoniũ vero filioꝝq; gñationẽ natura ſpernũt: niſi lege cogãtur. Cęlebs porro vita his placet. Oĩno igit̃ vir talis mares diligit, amicoꝝq; ſtudioſus efficit̃: cognato ſemꝑ cõgratulatꝰ. Quotiẽs itaq; dimidiũ ſuũ alicui cuiuſcũq; ſexus auidꝰ fit, occurrit, vehemẽtiſſime concitant̃, & obſtupeſcũt: amicitiaq; & familiaritate, & amore ardent: neq; momentum quidem, vt ita dixerim, ſeiũgi a ſe inuicẽ patiũtur. Atq; hi ſunt, q per oẽm vitam amare pergunt: neq; quid potiſſimũ a ſe viciſſim expetãt, exprimere poſſunt. Neq; eñ venereus coitus id eſſe videtur, cuius gratia alter alterius cõſuetudine tantopere delectatur. Aliud quiddam eſt profecto: qđ animus vtriuſq; cupit: nec exprimere valet: ſed vaticinatur potius, & affectũ inſitũ veſtigiis ſignat obſcuris. Atqui ſi vna iacentibus illis ſuperne Vulcanus ſuis inſtrumẽtis adſtans interrogaret, qđ eſt O homines, qđ a vobis viciſſim exigitis? & ambigentibus illis iterum percontaretur: Nunquid hoc exoptatis, in vnum idemq; maxime congredi, adeo vt neq; die neq; nocte inuicem ſeparemini? Si hoc affectatis, colliquefaciam vos confundamq; in idem, vt ex duobus vnum efficiamini: & tam in hac vita, q̃ apud inferos vnum ſemper perſeueretis. Videte an hoc ſit quod ardetis: ſatiſq; futurum ſit vobis, ſi huius compotes efficiamini. Si ita inquam Vulcanus quęreret, conſtat ꝙ nemo renueret, aut aliud q̃ hoc expetere videretur. Reuera eñ quod olim cupierat, audiſſe ſe quiſq; putaret: congreſſu videlicet commixtioneq; cum amato vnum ex duobꝰ confici. Huius cauſa eſt, quia priſca hoĩm natura hæc erat: integriq; eramus. Totius itaq; reficiendi cupido nixuſq; amoris nomen accepit. Olim quidem, vt ſupra narrabam, vnum quiſq; noſtrum erat. Deinde propter iniuſtitiam a deo ſciſſi fuimus, quemadmodum a Lacedæmoniis Arcades. Verendum eſt p̄terea ne ſi minus modeſti q̃ deceat in deos ſimus, iterum diuidamur: taleſq; efficiamur, quales qui ĩ coluĩnis figurantur, nares ſecti euadamus ſimiles tenuiſſimorum quorundã animalium quæ liſpę vocantur. Sed horũ gratia vnũquẽq; decet ſumma pietate deos colere: & alios ad hoc exhortari: vt hæc vitemꝰ: adipiſcamur illa: vt quẽadmodũ nos dux noſter amor & imperator admonet: cui nullus repugnare audeat. Repugnat aũt huic: q aduerſat̃ diis. Nã ſi deo recõciliati eũ ꝓpitiũ habuerimus: ſinguli dimidiũ ſuũ exoptatũ repiemꝰ: & cõſeq̄mur. Qđ qdẽ pauci his tꝑibus agũt. Neq; ſermonẽ hunc meũ Eryximachus iſte corripiat, quaſi Pauſaniã Agathonẽq; dicã: forte eĩ & iſti ex his

ſunt,& natura ambo mares exiſtunt. Aſſero eqdem de oibꝰ viris ac fœminis,ita demũ genus nrm fore beatum,ſiqñ amoris ĩpetũ expleamus,& ſuis qſqꝫ delitiis potiat̃,ĩ antiquã naturã penitꝰ reſtitutꝰ. Si hoc feliciſſimũ qddã ẽ,ſeqt̃ vt ex iis q̃ nũc nobis tributa ſunt,qđ huic pximũ ẽ,id ſit & optimũ:hoc eſt,vt qlibet eos q natura ipſi cordi ſunt,nanciſcat̃. Cuiꝰ vtiqꝫ cãm deũ laudãtes,amorẽ iure laudare debemus:q ĩ pſenti tpe nos ſũmopere iuuat,dũ ĩ ſuũ igniculũ quẽqꝫ cõducit:& ĩ poſterũ ſpẽ ſummã porrigit nobis deos pie colẽtibꝰ,ĩ veterẽ figurã reſtituẽdo medẽdoqꝫ ſe nos beatiſſimos effecturũ. Hic meus ẽ Eryximache de amore ſermo, a tuo diuerſus:quẽ,vt ſupra oraui,ne carpas vt audiamꝰ qd qſqꝫ reliquoꝝ afferat:immo quid vterqꝫ. Nam Agatho dũtaxat & Socrates reſtãt. ERY. morẽ tibi gerã. Nã mihi oro tua placet. Et niſi cognouiſſẽ Socratẽ, & Agathonẽ ĩ amatoriis eſſe facũdos,dubitaſſem ne verba illis deficerẽt,eo ꝙ multa variaqꝫ ſunt dicta. Verum adhuc illis cõfido. SO. Strenue & ipſe certaſti o Eryximache. Verũ ſi ĩ eo gradu cõſtitutꝰ eẽs,ĩ quo nũc ego ſũ immo ĩ quo ero cum Agatho quoqꝫ ſcite dixerit,perinde vt ego nũc maxĩe formidares,& ãguſtiis vndiqꝫ pmereris. AGA. Incãtationibꝰ circũuenire me vis o Socrates,vt ĩ cõſpectu veſtro pauefcã ꝙ magna apud vos, tãq̃ ĩ theatro de me expectatio ſit,q̃ſi elegãtiſſime ſim dicturus. SO. Nimis o Agathõ obliuioſus eſſem,ſi te nũc corã paucis trepidaturũ putarẽ:quẽ heri tã fortit̃ tãqꝫ generoſe aſcẽdiſſe pulpitũ tragicũ vna cũ hiſtrionibꝰ viderĩ,& ſine vllo terroris motu corã tãta ſpectantiũ multitudĩe carminũ piculũ effeciſſe. AGA. Ne me adeo theatri ſtudioſũ eiuſqꝫ fauori deditũ putes

Prudẽti viro paucorũ ſapiẽtum magis q̃ multorũ ĩſipiẽtũ iudiciũ eſſe verendum.

vt ignorẽ prudẽti viro paucoꝝ ſapientũ,magis q̃ multoꝝ ĩſipiẽtiũ iudiciũ eẽ verendũ. SO. Inique iudicarẽ Agatho:ſiqd ĩ te ruſticũ exiſtimarẽ. Noui eqdẽ, ꝙ ſiquos offẽderes tuo iudicio ſapientes magis eos q̃ vulgꝰ curares. Sed vide ne ipſi tales minime ſimꝰ. Interfuimꝰ ibi & ipſi:vulgariũ nũero cõputati. Sin aũt aliis occurreres ſapiẽtibꝰ, neqd ĩ eoꝝ cõſpectu ĩepte faceres,formidares. Nũqd aliter dicis? AGA. Nõ. Vera ẽ refers. SO. Vulgꝰ aũt nõ metueres,ſiqd ĩeptũ cõmittere te putares. Phædrus o amice Agathon ſi Socrati rñdere pgis nihil curabit quõcũqꝫ cætera hic agant̃,modo habeat q cũ diſputet,pulchro pſerti. Eqdẽ libẽter Socratẽ audio diſputãtẽ. Verũtñ curãdũ mihi ẽ vt amor a ſingulis ordĩe certo laudet̃. Laudare igit̃ & vos deũ prĩo:poſtea arbitratu veſtro,inuicẽ diſputabitis. AGA.

Agathonis collaudatio.

PRæclare loq̃ris Phædre. Neqꝫ me qcq̃ dicere phibet. Cũ Socrate qdẽ ſæpe alias diſputare licebit. Ego vero nũc primũ a me dicẽdũ eſſe mõſtrabo:poſtea dicam. Videntur mihi qui hactenus locuti ſunt,nõ ipſm deũ laudaſſe:ſed beneficia,q̃ feliciter ab illo conferunt̃ hoibꝰ

Recta rõ laudandi.

narrauiſſe. Qualis vero ipſe ſit q horũ bonorũ cã eſt,nullus adhuc expſſit. Recta aũt laudãdi ratio ſola in omnibus illa eſt,qua illiꝰ de quo agit̃ natura prius oſtendit̃:poſtea quorum cauſa eſt declaratur. Sic & in præſentia qualis ipſe ſit amor primũ oſtendere decet,deinde munera illius exponere. Aſſero eqdẽ cũ dii oẽs beati ſint,amorem ſi modo fas eſt,& tolerabile dictu,eſſe omnium beatiſſimum:qppe cum pulcherrimus oim optimuſqꝫ exiſtat. Q̃ vero pulcherrimus ſit,ex eo primum patet,ꝙ deorum oim maxime iuuenis eſt,cuius ipſe euidens argumentum pbet : cum ſenectutem

Senectus velox.

fugiat:velocem videlicet,quæ citius q̃ oportet aduentat:eamqꝫ amor natura odit:fugitqꝫ:iuueni-

Prouerbium Simile ſimili gaudet.

bus vero ſe miſcet. Scite qdẽ veteri puerbio fertur , ſimile ſimili ſemper hærere. Et cũ multa Phædro concedo,in hoc vno minime aſſentior,ꝙ amor Saturno & Iapeto ſit antiquior. Immo præ cæteris diis iuuenem eſſe aio,ſempqꝫ iuuenem:priſca vero deorum geſta,quæ Heſiodus Parmenideſqꝫ deſcribunt,neceſſitati potius q̃ amori attribuẽda:ſi modo illi vera narrarunt. Neqꝫ eñ caſtrari inuicẽ,& vinciri,aliaqꝫ violẽta permulta diis olim cõtigiſſent,ſi amor illis tunc adfuiſſet:ſed beneuolentia,& pax ſumma regnaſſet:quẽadmodũ nũc,ex quo imperare diis amor incepit. Ergo iuuenis eſt,& tener præterea,molliſqꝫ. Opus aũt eſt tali quodam poeta qualis Homerus extitit,ad teneram

Atys dea

ſermone corripior,ne mireris.Ea certe q̃ modo canebam,a dithyrambis nõ multũ diſtãt.PHAE.
Veriſſima narras.SO.Horũ quidẽ tu cauſa es.ſed audi cętera, ne abeat id qđ ſuperuenit. At vero
deo curę erũt:nos diſputãdo ad puerũ reuertamur.Age igitur o optime,quid ſit id de quo conſu
litur,dictum & definitũ ẽ.Reſpicientes ergo ad hoc,qđ reliquũ eſt,videamus quid emolumẽti vel
damni ab amante & nõ amante,ei qui obſequitur ſit merito prouenturũ.Hominẽ libidini manci
patũ & voluptatibus ſeruientẽ neceſſe eſt amatũ ſuũ ꝑ viribus ſibi q̃iucũdiſſimũ reddere.Aegro
tanti vero quicquid nõ repugnat,iucũdũ : qđ vero melius,aut aequale,moleſtũ.Quare neq; pſtã
tiorẽ,neq; parẽ amator amatũ ſponte vnq̃ patieť eſſe. Inferiorẽ aũt indigẽtioreq; quoad poterit,
ſemꝑ efficiet.Deterior ignorãs ſapiente,forti timidus: ineptus ad dicẽdũ rhetorico:hebes acuto.
hęc & plura inſuꝑ animi mala cũ natura inſunt vel fiũt amato,gaudet amator:atq; alia inſuꝑ in
ferre conatur.Alioquin voluptate priuatur.Inuideat ergo neceſſe eſt amator amato:atq; eum ab
omni cõſuetudine ſtudioq; vnde vir excellẽs euadere poſſit,amouẽs,vehemẽter officiat. Maxime
tñ ex priuatione illius obeſt,qđ prudentiſſimũ efficit.Prudentiſſimũ vero diuina facit philoſophia
a qua amator procul abducere amatũ cõpellitur,metuens ne ab eo ſi fiat ſapientior, cõtemnatur.
Deniq; oĩa efficit, quibus ille omniũ ignarus euadat,admireturq; amantẽ.Qualis cum fuerit,
amatori quidẽ iucũdiſſimus erit,ſibi aũt ipſi pernicioſiſſimus.Atq; ita in his quę ad intelligentiã
pertinẽt, noxia eſt cũ amatore cõſuetudo.Poſthac videndũ quo pacto is qui bono dulce antepone
re cogitur,corpus illius quẽ amat,ſi cõmiſſum ſibi fuerit,ſit curaturus.Optabit ꝑfecto corpus nõ
ſolidũ,ſed molle & delicatũ:nõ ſub ſole ſed vmbra nutritũ: qđ procul a periculis & laboribus ſica
ciſq; ſudoribus,muliebri & delicato victu fuerit educatũ: coloribus alienis extraneiſq; ornamẽtis
ex propriorũ defectu ornatũ:ceteriſq; horũ ſimilibus conſuetũ. Quę omnia cũ prolixius recẽſere
indignũ ſit,ſummatim in ꝑlentia concludemus, vt reliqua proſequamur. Talem ſane corporis ha
bitum in pręliis & quauis alia ingenti neceſſitate,hoſtes quidem audacter inuadunt:amici autem
ipſiq; amatores huic maxime metuũt.Sed hoc iam tãq̃ manifeſtũ,dimittendum eſt.Deinceps ve
ro dicendum quid nobis emolumenti vel damni in rebus externis amantis familiaritas & cuſtodia
prębeat.Atqui hoc omnibus amatori ꝑſertim eſt manifeſtum,ꝙ amiciſſima chariſſimaq; & diui
niſſima poſſeſſione orbum fieri amatũ deſiderat. Parentibus eñ,neceſſariis,amicis,priuari eũ ex
optat,exiſtimãs eos dulciſſimę ipſius cũ amato cõſuetudini ĩpedimẽto fore. Puerũ ꝑterea vel auri
vel cuiuſuis poſſeſſionis ditiſſimũ,neq; facile capi poſſe putat,neq; ſi captus fuerit,detineri. Quã
obrẽ neceſſe eſt amatorẽ tãq̃ inuidũ amati proſperitate dolere,aduerſitate gaudere.Quinetiã ſine
vxore,ſine filiis,ſine domo,diu exoptat viuere adoleſcentem, cupiens plurimum tempus propria
dulcedine perfrui.Sunt alia quoq; mala:ſed horum plurimis in ipſo ſtatim principio daemon ali
quis voluptatẽ immiſcuit:veluti adulatori grauiſſimae beſtiae maximeq; calamitati inſeruit natu
ra oblectamentum aliquod non inconcinnũ. Vituperabit quoq; ſcortum aliquis vtpote noxium

& alia huiuſmodi animalia atq; ſtudia: quę nos ad p̄ſens delectare cōſueuerit. Amans vero p̄ter q̃ ꝙ noxius, eſt etiã ſua conſuetudine omniũ moleſtiſſimus. pares enĩ cũ paribus veteri prouerbio iucũdiſſime cōgregãtur. Nã æqualitas tẽporis cũ ad æquales voluptates ꝑpter ſimilitudinẽ trahat, amicitiã parit. Verũtamẽ his etiã nimiã ſatietatẽ affert. proinde neceſſitas oĩbus in rebus cuiq; grauis eſt, quę quidẽ ſimul cũ diſſimilitudine in amante ad amatũ eſt maxime. Iuniori enim ſenior adhęrens, neq; die vlla, neq; nocte ab eo ſponte recedit: ſed neceſſitate, & furore rapitur. qui illũ quidẽ voluptatũ illecebris trahit videntẽ, audientẽ, tangentẽ, & oĩno amatũ ſenſu quolibet attingentẽ: ita vt ingenti cũ voluptate illi aſſidue obſequatur. Amatũ vero qua voluptate quoue ſolatio æquale tẽpus adeo detinebit, vt extrema moleſtia nõ vexetur? cũ faciẽ ſenilẽ deformẽq; aſpiciat: cęteraq; ſimiliter, quę nõ factu ſolũ, verũetiã auditu moleſta ſunt: neceſſitate quadã ad ipm̃ captandũ ſemp̄ ꝑpoſita: dũ ſedulis paſſim inſidiis obſeruatur: auditq; importunas ĩmoderataſq; tum laudes, tũ vituperationes, quibus amans ipm̃ proſequit̃: quę in ſobrietate quidẽ intolerabiles ſunt: in ebrietate vero nõ intolerabiles ſolũ, verũetiã ob nimiã aperte loquẽdi licentiã turpiſſimæ. Pręterea dũ amat, pernicioſus & ĩportun⁹ eſt. Cũ vero amare deſierit, in poſterũ inſidus aduerſus illũ, quẽ multis iuramentis, p̄cibus, atq; promiſſis vix tandẽ induxerat vt p̄mioꝝ ſpe infeſtã eius cõſuetudinẽ ſuſtineret. Demũ cũ rependere deceat, principẽ aliũ in ſe ac p̄ſidẽ accipit, mentẽ tẽperantiãq; pro amore, atq; inſania: factuſq; iam alius amatũ latet. Tũc amatus eoꝝ quę dicta quõdã & facta ſunt memor, beneficiorũ gratiã exigit: putans cũ eodẽ verba ſe facere. Sed alter ob verecũdiã, neq; audet mutatũ eſſe ſe cõfiteri: neq; inuenit qua ratione prioris illius principatus inſani iuramenta & promiſſa perſoluat: mẽtis iam & tẽperantię compos effectus: ne ſi eadem quæ & antea fecerit, ſimilis idẽq; ac fuerat ante, rurſus euadat. Hinc efficit̃: vt q ante amauerat, iam aufugiat: mutatuſq; abeat, quaſi texta in aduerſum cadente: alter vero perſequi cogatur, grauiter ferẽs ad imp̄cationeſq; cõuerſus. Qui ſane ab initio deceptus eſt: cũ ignorauerit nõ decuiſſe, amãti neceſſario amenti gratificari: imo homini multo magis ab amore libero mentẽq; habenti. Alioqn̄ neceſſariũ fore ſeipm̃ cõmittere homini infido, moroſo, inuido, moleſto, ꝑnicioſo ad rerũ poſſeſſionẽ, ꝑnicioſo ad corporis habitũ, lõge vero ad animi diſciplinã pernicioſiſſimo. qua q̄dẽ nihil apud deos & hoĩes reuera aut eſt, aut erit vnq̃ venerabilius. Hęc o puer, cõſiderãda ſunt: atq; illud ĩſup animaduertendũ: amatoris amicitiã nõ beneuolentia vlla: ſed auiditate quadã expletionis quaſi fame cõſtare. Vt lupus ipſe agnũ, puerũ ſic ardet amator. Hoc illud eſt q̄d p̄dixerã o Phædre. Nec dicẽtẽ me vlterius audies: ſed iam finẽ habeat ſermo: q̃q̃ putabã dimidiũ diſputationis tranſactũ eſſe: ac reſtare tãtũdẽ de nõ amãte dicendũ: ꝙ illi potius indulgere deceat: ad idq; quot illi bona inſunt, enumeranda. PHAE. Cur ergo deſiſtis o Socrates? SO. Animaduertiſti Phædre carmina me iam nõ dithyrambos amplius canere: q̃uis in vituperando mea verſetur oratio? ꝙ ſi laudare alterum pergam, quid facturum me putas? An nõ ſentis a nymphis, tum opera tua, tum diuina prouidentia me afflari? Quare ſummatim dico: tot bona ineſſe alteri, quot mala in altero numerauim⁹. Sed quid multis opus eſt verbis? De vtriſq; enim ſufficienter eſt dictum. Atq; ita q̄d decet, fabula patietur. Ego iam trãſmiſſo flumine abeo, prius q̃ ad maius aliquid abs te cõpellar. PHAE. Nõdum o Socrates, prius q̃ æſtus abſcedat. An non vides vt iam plane meridies ſit: in qua hora intẽſus eſt calor? Sed interim morantes ac de his quę diximus colloquentes, cum primũ refrixerit, tũc abeamus. SO. Diuinus es circa ſermones o Phædre, ac vere mirabilis. Arbitror equidem orationũ quę tuis temporibus habitę ſunt, neminẽ pluribus auctorem cauſamq; fuiſſe q̃ te, ſiue vltro dicendo, ſiue quoquo mõ alios cõpellendo. Simmiam Thebanũ excipio. Alios vero longe antecellis. Et nunc videris cauſa fuiſſe vt aliqua a me oratio habeatur. PHAE. Non tu bellum ſane denũctas. ſed quonam modo, & quę oratio? SO. Cum flumen trãſiturus eſſem, dæmoniũ & ſolitum mihi fieri ſignũ factum eſt: q̄d ſane quotiens accidit: q̄d facturus eram agere prohibet. hinc vocem audire viſus ſum: quę abire me vetat, anteq̃ expiauerim, quaſi aliquid deliquerim erga deum. Sum igitur vates quidem: at nequaq̃ bonus: ſed quẽadmodum qui male ſciunt literas, quantũ ad meipſum ſufficiens. Clare itaq; iam intelligo delictum meũ. Siquidem o amice pręſagii quiddam etiã eſt in animo. Me enim cõmouit & antea dum loquebar: vnde quodãmodo verebar, ne cum forte ſecũdum Ibycũ apud deos deliquerim, apud hoĩes gloriã cõſequar. Nunc ſentio in quo deliquerim. PHAE. Quid eſt? SO. Grauẽ o Phædre, grauẽ ĩquã ſermonẽ & tu attuliſti, & me dicere cõpuliſti. PHAE. Quonã pacto? SO. Stultũ & quodãmodo impiũ. Quo quis grauior eſſe poteſt? PHAE. Nullus, ſi tu vera narras. SO. Quid enim Amorẽ? nõne Veneris filium, & deum aliquem putas? PHAE. Dicitur quidẽ. SO. Nõ tamen a Lyſia: neq; a ſermone tuo, qui per os meum abs te quaſi quadã incantatione demulctum, prolatus eſt. Si autem eſt, vt certe eſt, deus aut diuinũ quiddam amor, malum vtiq; non eſſet. At ſermones de illo quaſi malum eſſet, habiti ſunt. In hoc ergo aduerſus Amorem

Prouerbium. Pares cum paribus.

deliquimus. Atqui valde ineptę diſputationes hę noſtrę vidētur, ꝗuis vrbanę: quę cū nihil ſincerū verūq; cōtineāt, gloriātur tamē tāꝗ plurimū valeāt, ſi homūculis nōnullis deceptis approbentur. Mihi igitur o amice expiari neceſſe eſt. Eſt aūt his qui cōfabulando peccant, expiatio ꝗdā vetus: quā Homerus nō nouit, ſed Steſichorus. Oculis eīn priuatus ob Helenę vituperationem, non ignorauit cęcitatis cauſam vt Homerus: ſed vtpote muſicus eā agnouit. Itaq; ſtatim illa fecit carmina. Nō verus ſermo ille fuit, nec nauibus altis Exiſti fugiēs, nec adiſti Pergama Troię. Atq; ita edito poemate, quā Palinodiā, id eſt cantū contrariū vocāt, cōfeſtim viſum recuperauit amiſſum. Ego autem in hoc ero vtriſq; ſapientior: ꝙ anteꝗ accidat mihi quicꝗ mali ob Amoris vituperationē, conabor illi palinodiā reddere: & qdē aperto capite ſi vt ſupra ob verecūdiā velato. PHAE. His vero o Socrates nihil mihi gratius efficere poſſes. SO. Etenī meminiſti o Phædre ꝗ impudenter ex libro lectū eſt, & a meipſo quoq; de amatore dictū. Q; ſi generoſus vir aliquis & modeſtus qui ſimilē ſibi aliū amet aut amauerit, nos audiat dicētes ꝙ amātes ob minimas cauſas ſępe maximas inimicitias ſuſcitant, & inuidi amatis pernicioſiq; ſunt hoīes, audire ſe arbitrabitur in nauibus nutritos, qui liberalē amorē aliquē nūꝗ inſpexerint: neq; vllo modo nobis cōcedet, ꝗ in amoris vituperationē adducimus. PHAE. Forte p Iouē o Socrates. SO. Hūc ego hominē verit⁹ & Amorē ipſum metuēs, cupio veluti potabili oratione ſalſum illū auribuſq; noſtris noxiū ſermonē diluere. Conſulo quinetiā Lyſię, vt ꝗprimū ſcribat amanti potius ꝗ nō amanti ex ſimilibus indulgēdum. PHAE. Ita futurū certo ſcito. Nā poſtꝗ tu amatorē laudaueris, neceſſe erit Lyſiā vt eadē ſcribat a me cōpelli. SO. Credo equidē, ꝗdiu qui nūc es fueris. PHAE. Dic age forti aīo. SO. Eia vbi mihi puer ille adeſt, ad quē ſuperiorē ſermonē habui: vt hunc etiā audiat: ne ſi minuſꝗ audierit, temere nō amāti obtēperet. PHAE. Is tibi proximus ſemper adhęret, quoad cupis. SO. Sic ergo o egregie puer cogita: priorē ſermonē Phædri Pythocle geniti Myrrhinuſii fuiſſe: ſequentē vero Steſichori Euphemi filii, viri amabilis, fore. huius hoc erit exordiū. Non verus ſermo ille eſt: qui pſente amatore nō amanti magis iubet gratificari: quia amans furit: nō amans vero ſanus eſt. Si enim ſimpliciter verū eſſet, furorem eſſe malū, recte a nobis dictū fuiſſet. Nūc aūt maxima bonorū nobis fiunt per furorem diuino quodā munere cōceſſum. Nam & quę in Delphis futura prędicit vates, & ꝗ i Dodona ſacerdotes, furentes quidem multa ac magna cōmoda priuatim & publice Gręcis hominibus attulerūt: ſanę vero dum ſunt, exigua aut nulla. Q; ſi referamus Sibyllam & alios quicūq; diuino vſi ſunt vaticinio, ꝗ multa pdicentes in futurū profuerint, prolixū nimis extēderemus ſermonē: & rem manifeſtā omnibus proferremus. Illud tamē dignū eſt teſtificari, ꝙ veteres qui nomina rebus impoſuerunt, non turpe quiddam, neq; ignominioſum putauerunt furorem. Nō eīn præclariſſimę arti qua futurum diſcernitur, hoc nomen annectentes, eam Manicē, id eſt furorem nominaſſent: ſed tanꝗ bonum quiddam ſit furor, quando diuina ſorte prouenit, honeſtę arti nomen huiuſmodi indiderunt. At nunc iuniores iſti, interiecta. T. litera imperite nimiū, manticen dixerunt. Sane inueſtigationes futuri ſanorum hominum per aues & alia oſtenta, vtpote a coniectura humanæ intelligentiæ procedentes, mentem hiſtoriamq; auguralem cognominarunt. Quam deinde poſteriores o paruum in magnum vertentes honeſtiori vocabulo exornant. Quāto igitur perfectius pſtantiuſq; vaticiniū augurali coniectione, et nomen nomine, opuſq; opere, tanto teſtificantur antiqui furorem ex Deo profectū ꝗ humanā prudentiā pclarius eſſe. Atqui aduerſus morbos & labores maximos ob antiqua delicta quādoq; diuina indignatione mortalib⁹ imminentes gētibus quibuſdā alicunde furor aduenienſ ac prędicens quibus opus erat, remedia adinuenit, cōfugiens ad vota cultuſq; deorū: vnde expiationes propitiationeſq; cōſecutus incolumē reddidit poſſidentē & in pręſens tempus & in futurū: abſolutionē pſentiū malorū recte furenti occupatoq; adeptus. Tertia vero a muſis occupatio & furor ſuſcipiens teneram intactāq; animā, ſuſcitat illam atq; afflat. Vnde per cantus aliāq; poeſim infinita antiquorū geſta exornans, poſteros inſtruit. Qui aūt abſq; furore muſarū poeticas ad fores accedit, cōfidens arte quadā poetam ſe bonū euaſurū: inanis ipſe quidē atq; eius poeſis pre illa ꝗ ex furore procedit: qua quidē hęc quę ex prudentia fit, euaneſcit. Tot equidē, ac etiam plura diuini furoris pręclara opera referre poſſum. Quare hoc ipſum ne formidemus, neve vlla nos ratio abſterreat, oſtendens prudentē & ſanū potius ꝗ concitatū amicū eſſe deligendū. At ille inſuper oſtendat ſi poteſt, ac victoriā reportet, non p vtilitate amantis & amati amorē a diis eſſe cōceſſum. Nobis vero nūc oſtendendum eſt contra, p felicitate maxima huiuſmodi furorem a diis hominibus eſſe datum. Demonſtratio autem erit cōtentioſis quidem incredibilis, ſapientibus vero contra. Oportet aūt nos prius de natura animę diuinę & humanę, affectus & opera intuentes, vera nouiſſe. Hoc vero demonſtrationis huius principiū ſit. Anima omnis immortalis. qđ enim ſemper mouetur, immortale eſt. qđ vero aliud mouet ab alioq; mouetur, cum terminū habeat motus, terminū habet & vitæ. Solum ergo quod ſeipſum

De furore. Maxima bona fiūt p furorem diuinitus cōceſſum. Vates Delphici & Dodonę.

mouet,quia nũq̃ ſe deſerit,nũq̃ ceſſat moueri.Immo vero & aliis quęcũq; mouẽtur,id fons & principiũ eſt mouendi.Principiũ aũt ſine ortu eſt. Ex principio eñ neceſſe eſt quicqd generatur,oriri: ipſum aũt ex nullo.Nã ſi principiũ oriretur ex aliquo,ex principio vtiq; nõ oriretur. Cũ vero ſit abſq; ortu,& abſq; interitu ſit neceſſe eſt . Nã ſi principiũ interiret, neq; ipm ex alio,neq; ex ipſo aliud naſceret.Siquidẽ ex principio omnia oriantur oportet. Sic ergo principiũ motus eſt, qđ ſe ipſum mouet.Hoc aũt neq; meri,neq; naſci poteſt.Alioquin oĩe cęlũ omniſq; generatio cõcidat deſinatq; neceſſe eſt:neq; rurſus vnq̃ cõſtare poſſit,vnde hęc motũ nacta oriantur. Cũ igiť appareat ĩmortale eſſe qđ ſeipm mouet,animę ſubſtãtiã & rationẽ hãc ipſam qui dixerit,nõ erubeſcet. Omne eñ corpus cui motus extrinſecus incidit, inanime eſt.Cui vero intus ex ſeipſo id ineſt,animatũ:tãq̃ hęc animę natura ſit. Q; ſi ita eſt,vt nõ ſit aliud quicq̃ quo in ſeipm moueat p̃ter animã,neceſſario ingenita & ĩmortalis eſt anima.De ĩmortalitate animę ſatis eſt dictũ.De Idea vero ipſius in hũc modũ eſt dicẽdũ.Quale id oĩno ſit,diuinę penitus prolixęq; narrationis foret: ſimilitudinẽ vero eius quãdã deſcribere, humanę,& breuioris.hoc igitur modo dicamus. Similis eſto cognatę potentię ſubalati currus & aurigę.Deorũ equi & aurigę omnes boni ſunt atq; ex bonis: aliorũ vero permixti.Principio quidẽ noſtri princeps bigas habenis moderatur:deinde equorũ alter bonus & pulcher & ex talibus,alter cõtrarius & ex cõtrariis. Quo fit vt dura & difficilis neceſſario ſit aurigatio noſtra.Qua vero ratione mortale & ĩmortale animal appellatũ eſt,conãdũ eſt dicere.Omnis anima totius inanimati curã habet:totũq; percurrit cęlũ, alias videlicet alias ſortita ſpecies.Perfecta quidẽ dũ eſt & alata,ſublimis incedit:ac totũ gubernat mũdũ.Cui vero alę defluxerint, fertur quoad ſolidũ aliquid app̃hẽderit:vbi habitaculũ ſortita,corpuſve terrenũ ſuſcipit,ſeſe mouere apparens ,ppter illius potentiã:animalq; totũ vocatur,anima ſimul corpuſq; cõpactũ:& mortale animal cognominatur.Immortale aũt ex nulla ratione diſcurſu percepta: ſed quę fingitur:quippe cũ neq; viderimus,neq; ſatis intellexerimus Deũ,ĩmortale quoddã animal,habẽs quidẽ animã,habens etiã corpus naturaliter omne tẽpus cõiũcta . Sed hęc iam vti deo placet,ita ſe habeãt & dicãtur:per quã vero cauſam alę abiiciãtur decidãtq; ab anima,nũc dicamus.Eſt aũt talis quędã,naturalis alarũ vis eſt,graue in ſublime attollere:vbi deorũ inhabitat genus. Omniũ vero quę ſunt circa corpus,maxime particeps diuini eſt animus. Diuinũ aũt,pulchrum,ſapiens, bonũ,& quicquid tale dici poteſt.his vtiq; alitur maxime,augeturq; ipſa alatio animi: turpi autẽ & malo cõtrariiſq; huiuſmodi deficit atq; interit.Magnus vtiq; dux in cęlo Iupiter citãs alatum currum primus incedit,exornans cũcta,prouideq; diſponens.Hũc ſequitur deorũ dęmonũq; exercitus per vndecim partes ordinatus.Permanet aũt Veſta in deorũ ęde ſola. Aliorũ vero deorũ q̃cũq; in duodecim numero cenſentur,ducũt per ordinẽ quiliber vt quiſq; eſt ordinatus. Permulta igitur beataq; ſpectacula diſcurſuſq; intra cęlum exiſtunt:quibus deorum genus beatorum intendit ſuũ quiſq; officium peragens.Sequitur autẽ ſemper volens & potens. liuor enim a diuino choro procul abeſt.Cum vero ad conuiuiũ ac dapes vadunt ſublimes,in cęleſtem circũferentiam proficiſcuntur iam aſcendentes.Deorum quidẽ vehicula apta habenis ęqualiterq; librata facile gradiuntur: alia vero vix.Grauatur enim prauitatis particeps equus, ad terram vergens, atq; trahens,cuicunq; aurigarum equus non bonus nutritus fuerit. Vbi iam labor & certamen extremũ animę proponitur.Quę eñ immortales vocantur,cum ad ſummũ peruenerint,extra progreſſę in cęli dorſo cõſiſtũt.Ibi cõſtitutas circũferẽtia ipſa circũfert:atq; illę intuentur,quę ſunt extra cęlũ. Locũ vero ſupcęleſtẽ neq; quiſq̃ noſtrorũ laudauit adhuc poetarũ:neq; vnq̃ p dignitate laudabit. habet ſe vero in hũc modũ.Audẽdũ eſt eñ verũ dicere,pręſertim de veritate loquẽti.Sine colore: ſine figura:ſine tactu:eſſentia vere exiſtens,animę gubernatore ſolo intellectu cõtẽplãte vtitur:circa quã verę ſcientię genus hũc habet locũ. Vtpote igitur dei cogitatio intellectu & ſcientia imaculata ſe vertens,cogitatio quoq; omnis animę quęcũq; conuenientẽ ſibi conditionem ſuſceptura eſt,intuita per tempus id qđ eſt,contenta veritatis contemplatione nutritur & gaudet: donec circulo in idem circũferentia referat.In hoc autem circuitu conſpicit ipſam iuſtitiam:conſpicit temperantiã:conſpicit ſcientiã:non qua adſit generatio:nec qua alia alicubi ſit in alio : quales videlicet ſunt eorũ quę nos entia nũc appellamus:ſed illã quę in eo qđ eſt ens vere,ſciẽtia eſt:& alia eodẽ modo quę vere ſunt ſpeculata atq; his enutrita,ſubiens rurſus intra cęlũ,domũ reuertiť.Cũ autẽ redierit,auriga ad p̃ſepe ſiſtens equos obiicit illis ambroſiã:& poſt ipſam nectar potandũ.atq; hęc deorũ eſt vita.Cęterarũ vero animarũ alia optime deũ ſecuta ſimiliſq; effecta,extulit in ſupcęleſtẽ locũ aurigę caput:& cum ipſa circũferentia ſimul delata eſt:ſed perturbata ab equis:& vix ea quę vere ſunt,intuita.Alia vero mõ caput extulit,modo ſubmiſit:at violãtibus equis,ptim vidit qdẽ partim vero nõ vidit.Alię aũt animę affectantes quidem omnes ſuperiorẽ locũ ſequũtur: cũ vero nequeãt:ſubmerſę circũferũtur,calcantes ſeſe inuicẽm atq; incũbentes alia aliam pręire cõtendẽs,

De idea alę

Quo pacto fit animal.

Vide vt Plato ponit aliqua extra cęlum. Intellectus alę gubernator.

Tumultus igitur & certamen & ſudor fit extremus. Vbi quidē aurigarū vitio, multę claudicāt:
multę multas pennas cōfringūt: omnes vero magno implicatę labore, expertes eius qđ vere eſt in
tuendi, diſcedūt: poſt diſceſſum vero alimento vtūtur opinabili. Cuius quidē gratia multus ineſt
conatus, veritatis campus vbinā ſit, intueri. Nā ex huiuſmodi prato optima vis animę cōuenien
tē accipit alimoniā: & alarū natura qua anima eleuatur, hoc alitur. Regulaq; Adraſtię deę. i. ineui
tabilis numinis hęc eſt: vt q̄cūq; anima Deū comitata aliquid verorū īſpexerit, ea vſq; ad circuitū
aliū fit indēnis: & ſi ſemp hoc facere queat, ſit ſemp illęſa. Si vero īpotens aſſequēdi non inſpexerit
& caſu aliquo vſa, repletaq; obliuione & prauitate grauetur, grauata aūt pennas cōfregerit, in ter
rāq; ceciderit, tūc ꝓhibet lex hāc in prima generatione in aliquā brutalem ire naturā: ſed iubet eā

Nouē animarū conditiones.

quę plurima viderit, in geniturā viri futuri philoſophi, aut pulchritudinis cupidi, aut muſici, atq;
amatorii: Eā vero quę ſecūdo loco, in regē legitimū, vt bellicoſum virū & imperatoriū deſcendere.
Tertio in gubernatorē reipublicę: vt rei familiaris diſpenſatorē vel quęſtuariū. Quarto in laborioſum
gymnaſticū, aut circa medelam curāq; corporis verſaturū. Quinto in eos qui vates futuri
ſunt, & circa myſteria quędā. Sexto in poetā vel aliū quēuis eorū qui apte in imitatione verſantur.
Septimo in artificē vel agricolā. Octauo in ſophiſtā & popularem. Nono in tyrānicū. In his
aūt omnibus quicūq; iuſte vitā egerit, ſortē poſtea nanciſcitur meliorē: qui vero iniuſte, deteriorē.
In idem enim vnde ꝓfecta eſt cuiuſq; anima, annis decē milibus nō reuertitur. Nam alas ante hoc

Ad idem reuertit anima poſt decē milia annorum.

ſpatium nō recuperat, pręter illius animā qui philoſophatus eſt ſine dolo, vel vna cū ſapientię ſtu
dio pulchritudinē amauit. Hę quidē tertio ambitu mille annoꝝ, ſi ter hāc ipſam deinceps elegerit
vitā, ſic recupatis alis poſt ter milleſimū annū euolāt abeūtes. Alię vero animę primę vitę finē cōſe
cutę, iudicantur. Iudicatæ aūt aliæ ſub terra in iudicii locū euntes, meritas illic pœnas ſuſtinent.
Alię ī cęli quēdā locū per iudiciū eleuatę, ita degunt, vt dignū eſt ea vita qua in hominis figura vi
xerunt. Milleſimo anno ambę redeuntes ſortē & electionē ſecūdę vitę ſuſcipiūt: deligit vnaquæq;

Humana anima in beſtię vitā, & ex beſtia in hominē.

eam vitā quā velit. Hic & in beſtię vitā humana anima tranſit: & ex beſtia rurſus in hominē, ſi mo
do ea anima quādoq; prius fuerit hominis. Nam quę nūq̄ veritatē inſpexerit, in hanc figurā venire
nō poterit. Oportet vero hominē intelligere ſecūdū ſpeciem, ex multis procedentem ſenſibus in
vnū ratiocinatione conceptū. Hoc aūt eſt recordatio illorū, quę olim vidit anima noſtra cum Deo
perfecta: & illa deſpiciens quę nūc eē dicimus: & ad id qđ vere eſt ſurſum reflexa. Quapropter ſo
la philoſophi cogitatio merito recuperat alas. Nam illis ſemp quantū fieri poteſt memoria inhęret
quibus deus inhęrens diuinus eſt. Talibus autē cōmentationibus qui recte vtitur: perfectiſq; my
ſteriis ſemper imbuitur: perfectus reuera ſolus euadit. Ab humanis aūt ſtudiis ſegregatus, diuino
q; inhęrens, carpitur a multitudine quaſi extra ſe poſitus: ſed ipſe deo plenus multitudinē latet.
Tendit igitur huc totus ſermo, qui eſt circa quartū furorem: quo quādo quis viſa hic pulchritu
dine aliqua verę illius reminiſcens, alas recipit, receptiſq; euolare nititur. Cū vero id facere neque
at, tāq̄ auis ſuperna ſuſpiciens & inferiora cōtemnēs, crimen reportat quaſi furore correptus. Hęc
itaq; diuina alienatio omniū alienationū optima, atq; ex optimis fit & habenti, & participanti: & q
hoc tenetur furore, cū amet pulchra, amator vocatur. Vt enim dictū eſt, omnis anima hominis, ea
quę vere ſunt, intuita eſt. alioquin in hoc animal nō veniſſet. Recordari vero ex his quę hic ſunt,
illorū, nō facile eſt omnibus, nec quot ex illis breue tēpus illic inſpexerūt, neq; quot huc deſcenden
tes infortunatę fuerūt: ita vt quibuſdā cōſuetudinibus deprauatę, ſacrorū q̄ aliquādo inſpexerāt,
obliuionem ſuſceperint. Quamobrē paucę reſtant, quibus ſatis memorię ſuperſit. Hę vero quando
hic ſimilitudinē aliquā eorū quę illic inſpexerāt, intuentur, obſtupeſcūt, & quaſi extra ſe ponūtur:
quę tamē ſit hęc affectio ignorant, quia nō ſatis omnino perſentiūt. Iuſtitię quidē & tempērātiæ &
aliorū quot animis venerabilia ſunt, ſplendorem nullū in his imaginibus cernimus: ſed per obſcu
ra quædam inſtrumenta vix & perpauci in eorū imagines accedentes eius qđ aſſimilatur genus
aſpiciūt. At pulchritudinem tūc licebat videre clariſſimā, quādo cū beato illo choro felicem viſio
nem cōtemplationēq; ſecuti cū Ioue quidē nos, alii vero cum alio quodā deorum, viderunt & ini
tiati ſunt ſacris, quę fas eſt dicere ſacrorum omniū beatiſſima: quę operamur integri quidē nos &
malorum expertes quot in poſterum manebant: integra quoq; & ſimplicia īmobiliaq; & beata ſpe
ctacula initiati inſpectantes pura in luce puri & immaculati, ſolutiq; ab hoc qđ nunc circūferen
tes, corpus vocamus, in modū Oſtręę huic alligati. Hęc aūt memorię beneficio ſint attributa: pro
pter quā deſiderio illoꝝ quę quondā vidimus, nūc ſermonem extendimus. Pulchritudo aūt quem
admodum diximus, & cum illis progrediēs effulgebat tūc, & huc profecti percepimus eam per ſen

Viſus nobis acutiſſimus oīm ſenſuū.

ſuū noſtrorum perſpicaciſſimū clariſſime refulgentē. Viſus enim nobis peracutiſſimus eſt ſenſuū
omniū, qui per corpus ſiūt: quo ſapiētia non cernitur. Ardentes enim excitaret amores, ſiquid tale
ipſius ſimulacrum manifeſtum, oculis proueniret. Eadem eſt de ceteris quę ſunt amabilia, ratio,

At vero pulchritudo ſola hanc habuit ſortem, vt maxime omniũ & perſpicua ſit & amabilis. Qui ergo nõ eſt myſteriis nuper initiatus, aut potius eſt deprauatus, haud celeriter hinc illuc ad ipſam pulchritudinem excitatur, ſimilitudinẽ hic quãdã quę ab illa denominatur aſpiciẽs. Quapropter nõ veneratur dũ aſpicit: ſed quadrupedis ritu deditus voluptati aggredi, & concibere nititur: petulanterq; cõgrediens, nec timet, nec erubeſcit voluptatem pter naturã ſectari. Sed qui nuper expiatus eſt ſacris, quive aliquãdo eſt plurima cõtemplatus, quãdo vultũ diuina forma decorũ videt apte ipſam pulchritudinẽ imitatũ, vel aliquã corporis ſpeciem: primo quidẽ horret: metuſq; priſcorũ aliquis in eũ reuoluitur: deinde inſpiciens tãq̃ deũ colit: ac niſi vereretur vehementis inſanię crimen, ſacra amatis nõ aliter q̃ dei ſtatuę faceret. Intuentẽ vero ipſum velut ex horrore, permutatio, ſudor, & ardor inſolitus occupat. Quãdo eñ pulchritudinis influxũ per oculos accipit, calefit: quo pennarũ natura irrigatur: poſtq̃ vero incaluit, liqueſcũt q̃ ad pullulandũ ſpectãt, quęq; diu prę duritie cõpacta exitũ germinis cohibebant. Vbi aũt influxerit alimonia, pennarũ germina iam ab ipſis radicibus tumeſcentia, impetu quodam per animę ſpeciem totam nitũtur erumpere. tota enim erat olim pennis ſuffulta. Feruet itaq; tunc omnis & proſilit: atq; vt infantes cũ dentes emittũt pruritu & dolore gingiuarũ vexantur, ita & pẽnas emittentis anima feruet, & titillatione, moleſtiaq; afficitur. Itaq; cũ pueri ſpeciẽ intuetur, cupidineq; inde effluentẽ imbibens irrigatur caleſcitq;, dolere iam deſinit atq; lętatur. Cũ vero procul abfuerit: exaruerintq; meatus qua pte ſcaturire nititur ala, aridi & conſtricti, pennarũ germen cohibẽt. Hęc intus vna cũ cupidineo illo influxu occluſum tumeſcẽtiũq; more reſiliens, ipm ſibimet ſuos meatus vndiq; obſtruit, pũgitq;. Tota igitur anima vndiq; ſaucia ſtimulo cõcitatur & angitur: rurſuſq; memor pulchritudinis delectatur. Ex vtriſq; vero permixtis paſſionis huiuſmodi vehemẽtia & nouitate vexatur: & anxia furit, atq; inſanit. Sic affecta, p furore neq; nocte dormire poteſt, neq; die vſq̃ conſiſtere: ſed paſſim diſcurrit deſiderio pulchri vidẽdi pculſa. Videns aũt, & influxũ illum cupidineũ hauriens, abſtruſa prius & cõcluſa iam aperit & reſoluit. Cũ vero iã reſpirauerit, ſtimulis anguſtũſq; liberaẽ. Hac vtiq; ſuauiſſima voluptate in pſenti vſqueadeo delinitur, vt nunq̃ ab eius illecebris ſponte diſcedat: neq; aliquẽ pluris facit q̃ amatũ: ſed parẽtes, fratres, amicoſq; oẽs obliuioni tradit: ac diſſipato p incuriã patrimonio minime cõmouetur: patrias quoq; cõſuetudines & dignitates qbus gloriari ſolebat penitus aſpernaẽ, & ſeruire & iacere parata vbicũq; permittiẽ, modo igniculo ſuo ĩhęreat. Nõ eñ colit ſolũmodo & veneratur formoſum, ſed medicũ etiã hũc grauiſſimorũ morborũ ſibi ſolũ inuenit. Hunc vtiq; affectũ ingenue adoleſcens, ad quẽ meus eſt ſermo, homines Erota. i. amorẽ appellãt. Quo aũt modo dii nominãt, ſi audieris, merito ppter iuuẽtutẽ ridebis. Tradũt eñ Homerici quidã, vt arbitror, ex recõditis carminibus, in Amorẽ carmina duo: quorũ alterũ valde petulans, neq; ſatis concinũ. Sic aũt aiũt. Hũc quidẽ mortales Erota. i. amorẽ vocãt volatilem. Immortales aũt pterota: id eſt alationẽ ppter volandi neceſſitatẽ. His partim licet credere, partim nõ licet. Atqui cauſa affectioq; amantiũ hęc ipſa eſt. Quotcũq; igitur ex Iouis pediſſequis capti fuerunt, grauius, cõſtãtiuſq; alationis onus ferre poſſunt. Qui vero Martẽ coluerũt, cũq; illo circũuagati ſunt, amore illaqueati, ſiquã ab amato ſibi inferri iniuriã putant, in cędẽ facile prouolant, pcipiteſq; tum ad ſeipſos, tum ad amatos necandos ferũtur. Atq; ita ſecũdũ quẽq; deorũ cũ quo quilibet chorũ egit, eũdẽ honorat, imitaturq; ſemp in vita pro viribus quoad permanet incorruptus: & hoc pacto primã hic vitę generationẽ ducit: taleq; ſeipſum ad amatos & alios exhibet. Amorẽ ergo pulchrorũ ex ſuo quiſq; deligit more: et tãq̃ Deus ſibi ille ſit, quaſi ſtatuã fabricat & exornat vtpote honoraturus, atq; ſacrificaturus. Iouis itaq; cultores eũ ſibi amandũ q̃rũt, cuius Iouialis ſit animus. Quare cõſiderãt vtrũ ad philoſophiã & imperiũ natura ſit aptus: & quãdo illũ amantẽ inuenerũt, omni opere cõtendũt quo ille talis euadat. Ac niſi prius qđ exoptãt ingreſſi fuerint, ſtudio ſuo tũc cõtendũt admodũ, diſcũtq; vndecũq; aliquid poſſunt, atq; ipſi etiã ad hoc opus pgrediũtur. Inueſtigantes ex ſeipſis dei ſui naturã, voti tandẽ cõpotes fiũt, ex eo q; ſumma quadã attẽtione mentis aciem ĩ deũ erigere cõpellanẽ: deinde cũ p memoriã illũ attingant, diuinitate afflanẽ: atq; ex eo mores & ſtudia, quaten⁹ homini licet dei pticipẽ fieri, capiũt. Quoniã vero horũ omniũ cauſas referũt in amatũ, dilectione ardentius accẽduntẽ. Ac ſi ab Ioue hauriant, bacchantiũ ſacerdotũ more, in amati animũ trãſfundẽtes pprio deo quoad poſſunt, ſimillimũ reddũt. Quicũq; vero Iunonem ſecuti ſunt, regiũ quęrũt: quo inuento ſimiliter affecti eadẽ erga illũ oĩa faciũt. Apollinis pterea reliquorũve cultores deorũ ſinguli deos ſingulos imitãtes, eodẽ modo affectũ natura adoleſcentẽ q̃rũt: eoq; cõparato & ipſi imitãtes & adoleſcentibus pſuadẽtes moderãteſq; in numinis ipſius ſtudiũ & ideam pro viribus agũt. Non inuidia, nõ illiberali maleuolentia in adoleſcẽtes ſuos vtuntur, ſed omni ſtudio illos ad perfectã tum ſui, tum dei quem colũt ſimilitudinem, formare conantur. Cura igitur finiſq; vere amantium ſi modo qđ cupiunt fuerint aſſecuti, talis eſt profecto,

Pulchritudo ſola maxime omniũ amabilis.

qualē deſcripſimus:& inſignis admodū felixq́ ab amico ꝓpter amorē furēte,dilecto ſuo ſi captus fuerit,ꝑuenit.Cōꝑhendit̄ aūt quiſq́ capit̄ hoc pacto.Quālibet animā ab initio huius fabulę trifariā diuiſimus:atq́ equoꝝ q̄dē formas geminas,duas quaſdā ſpecies poſuimus: Aurigā vero ſpeciē tertiā:eadēq́ nobis in ꝑſentia maneāt.Equoꝝ aūt alter bonus:alter nō.Quę aūt aut boni equi virtus,aut mali prauitas ſit,nōdū plane diximus,nūc vero dicēdū.Bonus excellētiori habitu ſitꝰ eſt,ſpecie rectus,& articulatim diſtinctus,ardua ceruice, naribus modice aquilinis,nitido colore, nigris oculis:honoris cupidꝰ,tēperātię,pudoriſq́ pꝛiceps:ac verę opinionis amicꝰ,nullis ſtimulis indigēs.ſ.cohortatiōe ſola tōneq́ regit̄.Alter ītortus & multiplex temereq́ delatus,fuſuſq́ & cōfuſe cōpoſitꝰ:rigēti & dura ceruice:atq́ demiſſo collo,ſimo vultu,fuſco colore,oclis ceſiis ſanguineq́ ſuffuſis, moroſus & cōtumax,hirſutis auribus atq́ ſurdis,vix flagello ſtimuliſq́ obtēperās. Quādo igit̄ auriga amatoriū aſpiciēs vultū,totūq́ ſenſu inflāmās animā titillationis & deſiderii ſtimulis cōcitat̄,tum q aurigę obediēs eſt equoꝝ,vt cōſueuit,pudore cohibitus ſeipm̄ cōtinet ne proſiliat in amatū.Alter neq́ ſtimulis,neq́ verberibus coerceri pōt,ſed exultat:ac violentia delatus cōiūctū ſibi equū,aurigāq́ ꝑturbat,rapitq́ ad Veneris voluptatē.At illi ab initio aduerſant̄:īdignati ꝙ ad grauia & iniqua trahant̄. Tādē cū malū id minime ceſſet,cōpulſi ferunt̄,cedūtq́ iā & cōſentiūt q̄d iuſſi ſunt facere.hinc hęrēt igniculo,aſpectūq́ ipſius coruſcū inſpiciūt.Quē intuitus auriga,pulchritudinis ipſiꝰ naturā memoria repetit: rurſuſq́ illā cū tēperātia cernit,in caſto fundamēto firmiter collocatā.Vidēs aūt metuit,ac ꝑ reuerētia recidit reſupinus:vbi ſimulq́ cogit̄ vſqueadeo habenas retrahere,vt equi ambo femoribus,aut natibus humi reſideāt:ſed alter q̄dē ſponte,q̄a minime reluctat̄:procax aūt equus alter ꝓrſus inuitus.lōgius vero diſcedētes,alter q̄dē ꝓpter verecūdiā admirationēq́ ſudore totā animā madefacit:alter vero a dolore liberatus quē & frenū & caſus incuſſerat,vix tādē reſpirat:atq́ reſipiſcēs īdignatione motus aurigā equūq́ cōiūctū increpat , ꝙ timiditate atq́ ignauia cōſtitutū ordinē deſeruerint. Rurſuſq́ nolētes accedere cogens,vix tādē cōceſſit illis differri ī poſterū exorātibus.Accedēte aūt ſtatuto tēpore,cuiꝰ eſſe immemores illi q̄dē ſimulāt,hic vero illis cōmemorat,vi illata hinniēs trahēſq́ cōpellit iterū iiſdē verbis amatos affari.Poſtq̄ vero ꝓpe acceſſerūt,inflexus inclinatuſq́ extēſa cauda frenū mordet,& impudētiſſime rapit.Sed auriga multo magis eadē paſſus,& quaſi de termino flectēs reſupinꝰ habenas lōge vehemētes trahit:& dētes equi flagitioſi reprimit:atq́ īpurā līguā,maxillaſq́ cruētās crura nateſq́ humi defigit,ac poenas dare cōpellit.Quādo vero idē ſępe prauus equꝰ ille ꝓpeſſus, laſciuire deſtitit:māſuefactus iā aurigę obtēperat ꝓuidentię:atq́ etiā cū videt pulchrū formidine cōtremiſcit : adeo vt q̄nq́ cōtingat amatoris animā iā cū reuerētia quadā & metu adoleſcētū veſtigia ſequi. Vtpote igit̄ om̄i cultu tāq̄ Deo aequalis adoleſcēs obſeruatus ab amatore haud q̄dē ſimulāte, ſed reuera ſic affecto,ꝑſertim cū & ipſe honoratus natura colētis ſit amicus,in idē poſtremo cū amatore cōſpirat:ac etiā ſi antea a familiaribus ſuis cōdiſcipuliſq́ & aliis ꝑ calumniā deceptus fuerit,dicētibus turpe eſſe amāti hęrere,ideoq́ amātē reiecerit:tādē vero ꝓcedēte tp̄e aetas & naturę debitus ordo eū ī cōſuetudinē amātis inducūt.Nūq̄ eīn fato decretū eſt vel malū amicum malo,vel bonū bono nō amicū eſſe.Ergo cū adoleſcēs colloquio & cōſuetudine receperit amatorē, tūc amātis illius beneuolētia iā facta ꝓpinquior,amatū ipm̄ admirari cōpellit:animaduertētē neceſſarioꝝ amicorūq́ oīm alioꝝ beneuolētiā,ſi cū amico diuinitꝰ afflato cōferat̄,nullius fore momēti:ac ſi ſenior ille diu ſic pergat:hęreatq́:& in gymnaſiis cęteriſve ſimilibus tāgat,tūc iā fluxus liquoriſq́ illius fons quē himeron.i.cupidineū īfluxū Iupiter Ganymedis amore captꝰ vocauit,q̄ve in amātē vber influxit,ꝑtim in ipm̄ īfuſus eſt:ꝑtim extra ipſo exuberāte effundit̄ : atq́ vt flamen & Echo,a lenibus ſolidiſq́ repulſa corporibꝰ eodē vnde venerūt,iterū reflectunt̄:ita pulchritudinis ille liquor rurſus ī pulchrū ꝑ oculos refluens qua penetrare ī animā cōſueuit,adeo pēnarū meatus irrigat,vt & poſſint iā & incipiāt pullulare:atq́ ita amati animū mutuo implet amore.Amat igit̄:quid vero diligat ambigit:affectūq́ ſuū nec nouit,nec eloqui pōt: ſed ꝑinde ac ſi lippi alicuius aſpectu oculos ſimiliter ſit īfectus, ꝑſentis morbi aſſignare cauſam neſcit,nec animaduertit ꝙ ſeipm̄ ī amatore tāq̄ in ſpeculo reſpicit.Itaq́ ꝑſente illo,dolere vt ille ſimiliter deſinit:abſente vero deſiderat viciſſim deſideratus:mutuū amorem tanq̄ Amoris ſimulacrum poſſidens: nec amorem ipſum,ſed amicitiā & vocat & putat.Cupit ergo ferme vt ille q̄uis moderatiꝰ videre atq́ aſſidua conſuetudine perfrui: & vt par eſt poſthac protinus haec facit.In ipſa igit̄ conſuetudine amatoris quidē intēperans equus aurigā cōpellans breuē efflagitat pro multis laboribus voluptatem:adoleſcentis aūt equus eidē quid dicat ignorat:ſed ꝑcitus anxiuſq́ amātem mutua ꝑſequit̄ beneuolentia amantiſſimo ſuo cōgratulatus : atq́ in ipſa familiaritate paratus eſt pro viribus amatoris deſiderio obtemperare.Coniugatus aūt equus ſimul & auriga cū pudore & ratione his in rebus huic aduerſantur.Quare ſi ſecundū rectā vitae inſtitutionē & philoſophię ſtudia meliores cogitationis

partes obtineãt,beatã atq; cõcordẽ pſentẽ vitã agũt:ſui ipſorũ domini atq; modeſti ea parte ſubie
cta cui animę vitiũ ineſt:ea cõtra liberata ad quã probitas pertinet.In huius aũt vitę fine recupe=
ratis alis pręptes euolant:cũ triũ certaminũ vere Olympicorũ vnũ peruicerint.Quo quidẽ nullũ
pręſtãtius bonũ aut humana tẽperãtia aut diuinus furor hoĩbus afferre poteſt.Q; ſi impudentio
rem quãdã vitã,philoſophię expertẽ, alioquin ambitioſam ſequuti ſint:forte in ebrietate aut alia
quauis deſidioſa licentia:intẽperati illorũ equi incautas animas inuadũt,eaſq; in idẽ conducentes
illud oblectamenti genus ſectari cõpellũt,qđ vulgo beatiſſimũ iudicat:inq; eius deſiderii expletio=
ne nõnũq̃ deinde verſantur.Hac tamẽ icc irco raro vtũtur,quia nõ oĩs in hoc cõſentit animi cogi
tatio.Amici ergo & iſti licet minus q̃ illi ſuperiores tum feruente amore,tum reſtincto degunt:fi
dem ſibi inuicem firmiſſimã & dediſſe & accepiſſe putãtes.nefas eñ eſſe ducũt fidem frangere,&
inimicos quãdoq; ex amicis euadere.Demũ cũ naturę ſic cõceſſerint,affecti abeunt vt alati quidẽ
nõdũ ſint,ſed pennas emittere quodãmodo cœperint.Quãobrẽ pmiũ amatorii furoris nõ paruũ
reportant.Nã in tenebras locũq; ſub terrã deſcẽdere illos qui iam iter ſub cęlis agere cœperãt, lex
prohibet:ſed clarã vitã agentes beatos fieri iubet,dum vna pergũt, & ſimul alas emittũt.atq; hęc
amoris gratia fiũt.Tot igitur ac talia o puer tãq; diuina,amatoris tibi amicitia conferet.Eius aũt
qui nõ amat,familiaritas tẽperantię mortali cõiũcta,mortalibuſq; & exilibus miniſteriis dedita,illi
beralitatẽ illã quę vulgo virtus habetur,ĩ ſodalis ſui animo generabit:efficietq; vt nouem annorũ
milia ſup terrã,& ſub terrã demens pererret.Hãc tibi o dilecte Amor q̃ pulcherrime optimeq; va Oratio ad
luimus poeticis tum verbis,tũ figuris impulſu Phędri palinodiã cecinimus.Quare & ante dictis Amorem.
ignoſcẽs,& hęc grata a nobis accipiẽs benignus propitiuſq; mihi aſſiſtes:amatoriã artẽ nobis abs
te cõceſſam,neq; auferas indignatione aliqua,neq; etiã minuas.Quinetiã da vt magis q̃ nũc apud
honeſtos in pretio ſim.Tũ ſiquid numine tuo indignũ a Phędro & a me dictũ ſit,Lyſiã diſputatio
nis huius auctorẽ accuſans,ab huiuſmodi ſermonib9 deſiſtere facias: & ad philoſophiã quẽadmo
dũ frater eius Polemarchus verſus eſt,ita illũ cõuerte,vt & hic eius amator Phędrus nõ haud am
plius vt nũc modo huc, modo illuc ſe trãſferat:ſed in Amoris ſimul,& ſapiẽtię ſtudio prorſus vi=
tã agat.PHAE.Hęc ego quoq; ſi pſtat ita fieri o Socrates,deũ oro.Tuũ vero ſermonẽ iamprìdem
admiror q̃ valde ſuperiorẽ antecellit: vt iã verear,ne Lyſias mihi humilis videat,ſi ad hũc cõfer=
re aliũ ſtudeat.Atqui eũ nuper ciuis quiſpiã o vir mirifice in hoc ipſo vituperauit:perq; totã accu
ſationẽ orationũ ſcriptorẽ vocauit.forte igit honoris cauſa,a conſcriptione huiuſmodi abſtinebit.
SO.Ridicula hęc o adoleſcẽs ſentẽtia eſt,& ab amici mẽte lõge aberras: ſi eũ vſqueadeo meticulo=
ſum putas.forte vero obtrectatorẽ eius exiſtimas vera iudicare q̃ obiicit.PHAE.Ita pfecto viſum
eſt o Socrates:neq; te fugit potẽtes in republica,pſtãteſq; viros vereri orationes cõponere,eorũq; Prouerbium.
ſcripta reliquere,ne ſophiſtę fuiſſe poſteris videant.SO.Prouerbiũ illud,dulcis Ancon.i. cubitus Dulcis Ancõ.
o Phędre te latuit,a longo cubitu qui ppe Niliĩ eſt,ductũ fuiſſe. neq; id ſolũ,ſed illud quoq; te fu=
git, ꝙ excellẽtes prudẽtia ciues in cõſcribẽdis poſteritatiq; relinquẽdis orationibus ſummope ſtu
dẽt:qui vſqueadeo laudatores ſuorũ operũ diligũt,vt primos eos adſcribãt,q ſcripta vbiq; laudẽt.
PHAE.Quomodo id ais?Nõ eñ intelligo.SO. Neſcis ꝙ in exordio libri a ciuili viro cõpoſiti,pri
mus eſt laudator adſcriptus?PHAE.Quo pacto?SO.Probata eſt inqt ipſorũ ſententia ſenatui,aut
populo,aut vtriſq;,& ille ait q ab illo,& q̃ deinceps,ambitioſe nominãs extollenſq; ſentẽtię aucto=
rem.deinde etiã dicit poſt hęc,ſuã oſtẽtãs laudatoribus ſapientiã.Idq; ſępe poſtq̃ prolixã orationẽ
habuerit.An aliud quicq̃ tibi iſtud videt,q̃ ſcripta oratio?PHAE.Non aliud certe.SO.Q; ſi ap=
probetur,geſtiens ex theatro diſcedit tãq̃ poeta:ſin autẽ reprobetur excludaturq; a ſcribẽda ſentẽ
tia,neq; dignus cuius ſentẽtia mãdet literis habeat,mœret ipſe, eiuſq; amici.PHAE. Et maxime
quidẽ.SO.In hoc plane demõſtrãt ſe minime aſpnari ſtudiũ huiuſmodi,ſed multi facere. PHAE.
Sũmopere.SO.Quid vero ſi orator quiſpiã,aut rex eã nactus ſit facultatẽ,vt quẽadmodũ Lycur=
gus,aut Solo,aut Darius ĩmortalis in ciuitate ſcriptor haberi poſſit,an nõ & ipſe ęqualẽ ſe deo ad
huc viuentẽ exiſtimat?& poſteri monimẽta eius cõſiderãtes,de illo ſimiliter iudicãt?PHAE.Vehe
mẽter.SO.An igit cenſes taliũ quẽpiã,vel quãtũcũq; maleuolũ Lyſię ſtudiũ eius hoc ſcribendi vi=
tuperaturũ?PHAE.Ex his q̃ tu dicis id cõſentaneũ nõ videt:nã ſuũ quoq; ſtudiũ,vt videt,vitupe
raret.SO.Ergo ex hoc perſpicuũ eſſe cuiq; poteſt,nõ ob hoc ipm ꝙ ſcribat,quẽq̃ eſſe vituperandũ.
PHAE.Quid enĩ?SO.At illud eſt vt arbitror turpe,turpiter ac male & loqui,& ſcribere.PHAE.
Manifeſtũ id quidẽ. SO. Quęnã igit & bene,& nõ bene ſcribendi ratio eſt?Nũquid opus eſt nobis
o Phędre de his,a Lyſia,vel ab alio ſciſcitari,q vel quãdoq; ſcripſerit aliquid:vel ſit ſcripturus:ſeu
ciuile publicũ opus,ſiue priuatũ:aut carmine vt poeta,aut tãq̃ priuatus oratione ſoluta?PHAE.
Rogas an opus ſit?Cuius enim gratia,vt ita dicam,viuat quiſpiã:niſi huiuſmodi voluptatũ?Non
eñ illarũ gratia:quas dolor neceſſario antecedit:alioquin voluptas minime prouenit.Qđ omnes
&

pene voluptates corporis habēt.Quare ſeruiles nō iniuria ſunt appellatę.SO.Otio vtiq; abundamus:ac etiā mihi videnť velut in æſtu ſup caput noſtrū cicadę canētes,& inuicē diſputantes nos cōtueri.Si ergo nos viderēt quēadmodū & alios multos ī meridie nō diſputātes qdē: ſed dormitātes:ab ipſis ob mētis deſidiā delinitos,merito deriderēt exiſtimātes mācipia q̄dā ad eas illuc diuertiſſe.inq; ipſo ſeceſſu tāq̄ pecudes ſub vmbra ſecus fontē meridiano ſomno teneri.Sin autē viderint differētes nos,minimeq; ab illarū q̄ſi Sirenū illecebris captos,quo min⁹ portū verſus enauigarem⁹,forte nobis libētiſſime p̄miū illud tribuēt,qđ deorꝫ cōceſſiōe traducere ad hoīes poſſunt. PHAE.Quidnā muneris iſtud eſt qđ poſſidēt?Nunq̄.n.audiſſe videor.SO.Nō tñ decet muſarū

[Fabula de ortu & beneficio Cicadarum.]

ſtudioſum virū rerū huiuſmodi ignarū eſſe.fertur aūt hos olim hoīes ante Muſas fuiſſe.Natis deinde Muſis cātuq; mōſtrato,illorꝫ nōnullos voluptate cātus vſqueadeo delinitos fuiſſe,vt canētes cibū potūq; negligerēt īprudēterq; perirēt:ex qb⁹ deinceps cicadarū genus ſit natū,mun⁹ hoc a muſis nactū,vt alimonia nō indigeat:ſed abſq; cibo potuq; q̄diu vixerit,cantet:poſtea vero ad muſas p̄ficiſcať,quā qs hoīm muſam hic colat,renūciaturū. Ergo Therpſichore nūciātes q p̄cipue illā ī choris cœtibuſq; celebrauerit, eā ipſis p̄pitiā reddūt.Erato aūt eos q in reb⁹ amatoriis honorauerint. atq; aliis eodē mō p ſua cuiq; venerationis ſpecie . Calliope aūt antiquiſſimę, eāq; ſequenti Vranię eos q ī philoſophia viuūt colūtq; ipſarū muſicā,referūt:quę p̄ cęteris muſis circa cęlū,atq; ſermones,tā diuinos q̄ humanos verſanť,vocē pulcherrime modulātes.Itaq; multis de cauſis dicēdū eſt aliqd:neq; in meridie dormitādū.PHAE.Dicēdū certe.SO.Igiť qđ mō ſtatueram⁹,iā diſſerēdū eſt:qua videlicet rōne qs recte,aut non recte,& loquať,& ſcribat.PHAE.Proculdubio. SO. An nō neceſſe eſt eū,q recte dicturus ſit,verā ī ea re de qua loquatur, intelligētiā habere? PHAE. Audiui eqdē o Socrates amice,nō eſſe futuro oratori neceſſariū q̄ reuera iuſta ſunt diſcere,ſed q̄ iudicātiū multitudini videanť:neq; reuera bona,aut honeſta:ſed q̄ ſic appareāt. ex his eñ poti⁹ q̄ ex veritate poſſe p̄ſuadere.SO.Nūq̄ o Phędre ſapiētū cōtēnēda ſunt dicta:imo diligēter qd ſibi velint cōſiderāda.Itaq; qđ mō dicebas,p̄tereūdū eſſe non arbitror. PHAE.Probe loq̄ris.SO.Sic igiť iſtud cōſideremus.PHAE.Quo pacto?SO.Hoc plane.Si tibi ſuaderē,hoſtes te equo expugnaturū vtriq; vero equū ignorarem⁹:ſed ego id tātū de te ſcirē,ꝙ Phędrus equū putat eſſe domeſticū: & grādibus aurib⁹ aīal.PHAE.Ridiculū id qdē eſſet o Socrates.SO. Nōdū iſtud:ſed qñ obnixe tibi perſuadere conarer oratione in aſini laudes cōpoſita equū illū vocās,affirmāſq; p̄ſtātiſſimū animal eſſe,vtile domi & foris,ad bellū prōptiſſimū,ad ſarcinas ferendas aptū,& ad multa alia cōmodiſſimū.PHAE.Valde id abſurdū.SO.Nōne pręſtat ridiculū amicū eſſe,q̄ grauē,& inimicū?PHAE.

[Pręſtat ridiculū amicū eſſe q̄ grauē & inimicum.]

Videtur.SO.Quando igitur orator boni maliq; ignarus ciuitati ſimiliter affectę ſuadeat non oratione quidē in vmbrę aſini laudem tāq̄ equus illa ſit compoſita,ſed de malo tāq̄ bonū id ſit differens:vulgiq; opiniones aucupatus,mala facere pro bonis inducat,qualē putas oratorē huiuſmodi ſegetem quā ſeuit meſſurū?PHAE.Haud ſatis bonā.SO.Nū o bone vir ruſticius,q̄ deceat dicendi artē vituperauimus?Illa vero forſitan dixerit.Quid o viri mirabiles deliratis?Ego enim neminē veritatis ignarū diſcere orare compello.Sed ſiquis conſilio meo paruerit:percepta veritate me capiet:hoc ſane affirmo eſſe maximū: ꝙ abſq; me illi qui res nouerit, nihilo magis perſuadendi ars aderit.PHAE.An nō iure hęc dixerit.SO.Fateor equidē,ſi modo ſequentes rationes artē eſſe illā teſtenť.Audire nāq; mihi videor rationes nōnullas afferētes,mentiri eā,neq; artē eſſe: ſed aliquē

[Ars recte dicēdi nō erit abſq; veritate.]

ſine arte vſum.Verā aūt dicendi artem abſq; veritate,inquit Laco,neq; eſſe aliquā neq; vnq̄ fore. PHAE.His vtiq; rationibus opus eſt o Socrates.Igiť huc eas adducens,quid dicant, & quomodo, diſcute.SO.Adeſte animalia generoſa,ac Phædro honeſto adoleſcenti perſuadete, niſi ſufficienter philoſophetur,eū nunq̄ aliqua de re ſufficienter eſſe dicturū.Reſpondeat Phædrus Socrati īterroganti.An non rhetorica oīno ars erit alliciens animā per ſermones:non in iudiciis modo cęteriſq; publicis cœtib⁹, verūetiā in priuatis cōgreſſibus eadem de magnis quibuſq; reb⁹,& paruis? Nihil eñ honorabilius in magnis q̄ in exiguis ex recta artis ratione ſe gerere . Nunquid tu hęc audiſti?

[Circa quę verſetur recta ratio dicēdi.]

[Neſtor & Vlyſſes arte dicēdi vſi ſunt.]

PHAE.Non ita prorſus per Iouē.Verū circa iudicia p̄cipue ars iſta dicitur,ſcribiturq;, necnō circa conciones:vltra vero eā porrigi nō audiui.SO.Nunquid artem dicendi qua Neſtor & Vlyſſes apud Ilium vſi ſunt,audiſti?eam vero qua Palamedes,audiſti nūq̄?PHAE.Et per Iouem Neſtoris orationes audiui,niſi forte Gorgiā Neſtorē fingis eſſe,aut Thraſymachū Theodorūq; Vlyſſem. SO.Forſan:ſed hos mittamus.Tu vero reſponde.Quid in iudiciis aduerſarii faciūt?Nonne contra dicūt?An qd aliud dicemus?PHAE.Hoc ipm.SO.Nū de iuſto atq; iniuſto?PHAE.Ita.SO.Nōne qui arte id agit,efficiet vt idem eiſdē,tū iuſtū,tum iniuſtū appareat?PHAE.Quid prohibet?SO. Et in concione,vt eadē ciuitati modo bona,modo contraria videanť?PHAE.Certe.SO.Enimuero Eleatem Palamedē artificio ſuo efficere ſolitū accepim⁹:vt eadem audiētibus ſimilia, & diſſimilia, vnū & multa, manentia & fluentia viderentur.PHAE.Maxime.SO.Facultas ergo cōtradictoria

non in iudiciis ſolū,& cōcionibus,verūetiā in omnibus,vt apparet,quę dicunť,quādo quidē vna quędā ars eſt,verſatur:qua quis poterit omnia oībus,& quę poſſunt,& qb⁹ poſſunt,ſimilia fingere,& alio ſimilia iſta occulente ī lucē educere.PHAE.Quonā pacto id ais?SO.Hoc equidē. Num deceptio in his ꝙ̄ multū,an quę parū differūt, accidit? PHAE.In his quæ parū.SO. Atqui ſi paulatim trāſieris,latebis magis,dum ad cōtrariū venies:ꝙ̄ ſi ſubito tranſilieris?PHAE.Quid ni?SO. Oportet igiť eū quicūq; decepturus ſir aliū ipſe minime decipiēdus, ſimilitudinē & diſſimilitudinem rerū exquiſite dignoſcere.PHAE.Neceſſariū eſt.SO.Nunqd igiť ſingulorū veritatis inſcius poterit eius qđ ignorat ſimilitudinē in vniuerſis paruā,aut magnā diiudicare?PHAE.Impoſſibile id qdē.SO.Ergo illos qui p̄ter rerū naturā opinātur falſiq; ſunt,conſtat ꝓpter ſimilitudines aliquas ſic eſſe affectos.PHAE.Sic accidit.SO.Num igiť poterit quiſꝗ̄ ſi rē quālibet ignorauerit,artificioſe aliquē ſenſimq; a vero in cōtrariū ꝑ ſimilitudines aliquas ſigillatim traducere?aut errorē hūc in ſeipſo vitare?PHAE.Nūꝗ̄.SO.Quāobrē o amice quicūq; veritatē ignorat, & opinionibus duciť,dicēdi quoq; facultatē,vt videť,inertē exhibet atq; ridiculā.PHAE.Ita videť.SO.An vis in oratione Lyſię quā in manibus habes,& in noſtra diſputatione videre,vbi artificioſe,& vbi ſine arte agitur?PHAE.Maxime omniū.Nude eñ in p̄ſentia loquimur,cū exēplis perſpicuis careamus. SO.At eñ fortuna quadā orationes dictę ſunt,vt videť:exēplo mōſtrātes,compotē veritatis virū dum verbis iocatur,trahere auditores.Atq; ego o Phædre locales deos huius rei cauſas arbitror. Forte etiā muſarū interp̄tes ſup capita noſtra cantores munus hoc nobis inſpirauerūt.Ego enim dicendi artē habeo nullā.PHAE.Eſto vt ais.Solū qđ dicis oſtēde.SO. Age itaq;:procemiū orationis Lyſię lege.PHAE.Mearū qdē rerū ſtatus ſic,vt intellexiſti,ſe habet:atq; cū ita ſit,quēadmodū nobis cōducere putem audiſti.Arbitror equidē me nō minus ob id abs te ſiquid petiero conſecuturū,ꝙ amore tui captus minime ſum.Nā amatores cum primū amare deſierint,collati beneficii poenitet.SO.Define.In quo iſte delinquat,& quid ſine arte faciat,dicēdū.Nōne?PHAE.Profecto. SO.An nō cōſtat cuiq;,ꝙ in aliis,dū loquimur,idē ſentimus omnes: in aliis vero nō idē? PHAE. Quis qđ ais intelligere videor,planius tamē vt dicas cupio.SO.Quādo quis ferri nomen,vel argenti pronūciat,idē oēs protinus intelligimus.PHAE.Prorſus.SO.Quid cū iuſti,vel boni nomē? nonne alius alio fertur?atq; cū aliis,& nobiſcū ipſi ambigimus?PHAE.Magnopere.SO.In aliis ergo cōſentimus,in aliis diſſentimus.PHAE.Sic eſt.SO.Vbinā facilius falli poſſumus?& in quibus horū rhetorica plurimū valet?PHAE.Patet,in qbus ambigimus.SO.Oportet igiť eū qui rhetoricā ſit aſſecuturus,primū hęc ordine diſcreuiſſe,& ꝙ̄ vtriuſq; ſpeciei figurę ſint pcepiſſe:& vbi maxime falli ambiguitate multitudo poteſt,vbi nō poteſt.PHAE.Pręclarā quādā o Socrates agnoſceret ſpeciē,qui cogitatione id caperet.SO.Deinde oportere arbitror eū nihil latere,cū ad ſingula venerit: ſed acute perſentire id de quo dictur⁹ ſit vtrius ſit generis.PHAE.Cur nō?SO.Quid porro Amorē?vtrū ambigui generis,an alterius eſſe dicimus?PHAE.Ambigui prorſus. SO. An putas eū tibi illa de ſe dicere cōceſſurū quę ſupra dicebas? ꝙ videlicet amato ſimul atq; amāti perniciosus eſt,ac rurſus ꝙ omniū maximū eſt bonorū?PHAE.Scite loqueris.SO.Sed id quoq; dicas: ego eñ ꝓpter diuinā illā occupationē,nō admodū memini: num amorē in diſputationis principio definierim.PHAE.Per Iouē mirifice.SO.O quanto ſolertiores Acheloi nymphas,& Pana Mercurii filiū Lyſia Cephali filio ad oratiōes cōponēdas eſſe demōſtras. An vero nihil dico?ſed Lyſias quoq; in amatorii ſermonis exordio coegit nos intelligere Amorē,certū aliqd eſſe qđ ipſe volebat:atq; ad id ſequentia referens orationē oēm peregit?Vis ne principiū rurſus legamus?PHAE.Vt lubet:ꝗ̄ uis ibi qđ ꝗ̄ris,minime ſit.SO.Lege vt illū ipm audiā.PHAE.Mearū qdem rerū ſtatus ſicut intellexiſti ſe habet:atq; cū ita ſit,quēadmodū nobis cōducere putē audiſti.Arbitror equidē me nō min⁹ ob id abs te ſiquid petiero conſecuturum ꝙ amore tui captus minime ſum. Nā amatores cum primū amare deſierint collati beneficii poenitet.SO.Permultū abeſſe videtur,vt qđ quęrimus,faciat. ſiquidem non a principio ſed a fine modo quodā conuerſo,& reſupino ſermonem tranſigere nititur:incipitq; ab illis quę amator extincto amore adoleſcentibus obiicit.An forte nihil dixi o Phædre mi lepidū caput?PHAE.Finis eſt p̄fecto o Socrates de quo ſermonē habet.SO.Quid alia?nonne ſparſim ſermonis partes tibi iactę videntur?An cenſes qđ ſecundo loco poſitum eſt,neceſſitate quadam ita eſſe ſubiunctū?aut aliquid aliud ab illo dictorū?Nā mihi quidem vtpote omniū ignaro videtur,non ingeneroſe quicquid incidit a ſcriptore dictū fuiſſe.Tu vero neceſſitatem ſcribēdi aliquam habes,per quā ille ſic ea inuicem deinceps diſpoſuit?PHAE.Optimus es o Socrates:ſi quidē me putas ſcripta adeo ſubtiliter poſſe diiudicare.SO.Sed hoc arbitror te dicturū:oportere orationem omnem tanꝗ̄ animal quoddam conſtitui,vt ſuum quoddam habeat corpus,qđ neq; ſine capite ſit,neq; pedibus careat:ſed habeat media atq; extrema ſibi inuicem, & toti conuenientia. PHAE.Quid ni? SO.Cōſidera quęſo vtrum amici tui oratio ſic ſe an aliter habeat.Reperies eam

Deceptio ī iis, quę parū differunt.

Decepturus aliū nō decipiēdus debet exacte noſſe rerū ſimilitudinē & diſſimilitudinem.

Concluditur oratoriā ſine veritate eſſe deridendā.

Oratio tanꝗ̄ aial ſuū corp⁹ habens cōſtituenda.

Epigramma ſup ſepulcrũ Midæ.

nihilo ab eo epigrãmate diſcrepare qđ Midæ Phrygio inſcriptũ nonnulli fuiſſe tradunt. PHAE.
Quid iſtud,& quale?SO.Audi.Aenea virgo ſum Midæ ſepulcro impoſita:quoad aqua fluet,arbo
reſq̧ vireſcent,hic permanens ꝑtercũtibus nũciabo: in hoc deplorato Midã iacere ſepulcro.Q; ve
ro nihil intereſt quãlibet eius partem vt primã,vel vt vltimam ponere, vt arbitror tu ipſe vides.
PHAE.Orationẽ noſtrã mordes o Socrates.SO.Hanc ergo ne nobis ſuccenſeas dimittamus:q̃uis
in ea multa reperiri poſſe exempla videãtur:quibus inſpectis vtilitas nobis ex hoc prouentura ſit
ne talia imitemur.Verũ ad orationes alias deſcendamus:habeant illę quidẽ nonnihil,vt arbitror,
qđ a viris dicendi ſtudioſis ſit obſeruandũ.PHAE.Quid illud?SO.Erant vtriq̧ contrarię.altera ſi
quidem amanti,altera nõ amanti inhęrendũ aſſeuerabat.PHAE.Ac ſtrenue quidem.SO.Qđ ve
rius eſt,te reſponſurũ putaram:videlicet ac furioſe quidem.Cęterũ qđ q̃rebam id ipſum eſt.Furo

Diuidiť furor.

rem quẽdam Amorem vocauimus.An non?PHAE.Certe.SO.Furoris autẽ duas ſpecies ponim⁹.
Alteram ab humanis morbis.Alteram ex alienatione diuina,qua extra conſuetã vitę inſtitutionẽ

DIVINI FVRORES QVATVOR.

quis rapitur.PHAE.Omnino.SO.Diuinę autẽ partes quatuor:vt etiam dii pręſunt quatuor.Et
vaticinii quidẽ inſpirationẽ Apollini: Myſteria Dionyſio:Poeticã muſis:Amatoriũ furorẽ Vene-
ri,& Amori omniũ optimũ tribuimus.Ac neſcio quo modo,dũ Amoris affectũ per imagines quaſ

Vaticinium Apollini. Myſteria Dionyſio. Poetica muſis Amatorium Ven.& Am.

dam effingeremus,veritatẽ forte aliquã attigimus:forte etiã alio tranſgreſſi ſumus.Ideoq̧ miſcẽ-
tes orationem non penitus improbabilem,fabuloſum quẽdam hymnũ compoſuimus: & quaſi lu-
dentes meum ac tuũ o Phędre dominũ Amorem pulchrorum pręſidem puerorum,modeſte lau-
dauimus.PHAE.Hęc mihi auditu nõ iniucũda.SO.Hoc itaq̧ inde accipiamus:quo pacto a vitu-
peratione ad laudes diſputatio pertrãſiuit.PHAE.Quonã modo idais? SO. Mihi quidẽ videmur
cętera reuera luſiſſe.At ſiquis duarũ ſpecierũ in quas modo ex fortuna incidimus,vim arte compꝛ
henderit,opus non ingratum fuerit cõſecutus.PHAE.Quas ſpecies dicis?SO.Vt in vnam ideam
conſpiciens paſſim diſperſa cõducat:quo ſingula definiens,manifeſtum reddat ſemper id de quo
agitur.Quemadmodũ nos in ꝑſentia quid Amor ſit definiuimus,ſiue bene ſeu male id factũ ſit.
Certe hinc diſputatio noſtra claritatem in ſe habuit,cõſtantẽq̧ ſibi ipſi concordiã.PHAE.Alterã
vero ſpeciẽ quã dicis o Socrates? SO.Vt rurſus ſecũdũ ſpecies articulatim pro rerũ natura ĩcidat:
neq̧ imperiti coqui ritu vlla membra cõfringat: ſed perinde faciat,vt ſuperiores ſermones fecerũt:
qui concitationẽ mentis vnã cõmunẽ ſpeciem acceperũt.Quemadmodũ vero in vno corpore mẽ-
bra gemina eodem nomine nũcupantur,dextrũ vnũ,ſiniſtrum alterũ:ſic & concitationis ſpeciem
in nobis natura vnam ſermones illi exiſtimauerũt.Et prior ille quidẽ partem ſiniſtram diuidẽs,ac
rurſus hanc partiẽs,non prius deſtitit,q̃ ibi ſiniſtrũ quẽdam reperiret amorem:inuentũq̧,vt par
eſt,improbaret.Sequens alter in dextram furoris partẽ nos duxit:vbi Amorẽ nomine priori ſimi
lem,ſed diuinũ inueniens,& amplificans laudauit tãq̃ bonorũ nobis cauſam maximorum.PHAE.
Veriſſima loqueris.SO.Harum ego diuiſionũ collectionũq̧ o Phædre amicus ſum, vt & intelli-
gendi,& loquendi ſim compos.Ac ſiquẽ aliũ poſſe arbitror,tum ad vnũ,tum ad multa pro rerũ
natura reſpicere,huius a tergo tãq̃ dei veſtigia ſequor.Atq̧ eos qui id facere poſſunt, recte an ne

Qui diuidere põt ꝑ rerũ natura is dialecticus eſt.i.metaphyſicus.

contra cognominẽ,deus ipſe nouit.Voco aũt hactenus dialecticos. Nũc vero dic obſecro quo no-
mine pro tua Lyſięq̧ ſentẽtia nũcupari oporteat.An hęc dicendi ars eſt:qua Thraſymachus aliiq̧
vſi,ſapientes & ipſi in dicendo fuerũt,cæteroſq̧ reddunt tales,qui illis tãq̃ regibus offerre mune
ra volunt?PHAE.Regii quidẽ illi viri:non tamen earum rerum periti,de quibus interrogas. Sed
hanc ſpeciẽ recte ſane dialecticã appellare videris:rhetorica vero adhuc nos fugit. SO. Quomodo
iſtud ais?Pulchrum ne aliquid erit,qđ ab iis alienũ,arte tamen percipiatur? haudquaq̃ ſpernendũ
id tibi mihiq̧ eſt:ſed dicẽdum quid ſit reliquũ in rhetorica.PHAE.Permulta o Socrates in libris
de arte dicendi cõpoſitis tradita.SO.Opportune cõmemoraſti.Procemũ arbitror primam oratio
nis partem eſſe vocandam.Talia quędam egregia illa ornamenta artis appellas?PHAE.Sane.SO.
Sequitur ſecundo loco narratio: teſtimoniorũq̧ aſſertio. Tertio coniecturę. Quarto veriſimilia.
Probationem quoq̧,& approbationẽ,vt arbitror, optimus orationũ faber Byzantius vir induxit.
PHAE.Eximiũ dicis Theodorũ?SO.Equidẽ.Hic etiam inuenit quo pacto in accuſatione,& defen
ſione fieri,& geminari redargutio poſſit.Egregium aũt virũ Euenum Parium cur in medium nõ
adducimus?qui ſubdeclarationes primus inuenit:collaudationes pręterea.nec deſunt qui dicãt vi
tuperationes huiuſmodi quaſdã carminibus memorię gratia illum inſerere.Vir enim ſapiens eſt.
Lyſiã vero Gorgiãq̧ valere ſinemus:qui veriſimilia veris antepoſuerũt:ac vi orationis efficiũt,vt
parua eſſe magna,& magna viciſſim parua,vetera itẽ noua,& nouiſſima vetera videantur.Breui
tatẽ quoq̧ loquendi conciſam,rurſuſq̧ infinitam verborũ prolixitatẽ adinuenerũt.Quæ cũ olim
ex me audiret Prodicus,riſit,ſeq̧ ſolũ inueniſſe aſſeruit,quibus verbis ars illa indigeat.Egere aũt
neq̧ paucis neq̧ multis:ſed mediocribus.PHAE.Sapientiſſime reſpondiſti Prodice.SO.Hippiam

vero nequaq̃ cõmemoramus.Arbitror eñ cũ ipſo Elienſem quoq; hoſpitẽ cõſentire. PHAE.Cur
nõ?SO.Quid porro de muſica Poli cõcinnitate dicemus?Qui geminationẽ verborũ:inſignes ſen-
tẽtias:cõparationes, ſimilitudineſq; inuexit : nominũq; vſum ad orationis ſplendorẽ, prout a Li-
cymnione didicit.PHAE. Protagorę aũt ſcripta nõne talia q̃dã erant o Socrates? SO. Recta ſane
ac ꝓpria o puer Protagorę elocutio: & multa in ſtylo pꝛclara.In cõmiſerationibus aũt a ſenectute
& paupertate cõmouẽdis Chalcedonius orator excelluit:in ira itẽ cõcitãda,& ſedãda potẽs:quaſi
incantatione,vt inquit,mulceret:in cõficiendis ſoluendiſq; calumniis vnde opus fuerit,ſummus.
De fine aũt orationis oẽs cõuenire videntur:ſed hunc alii repetitionẽ alii aliter nominãt. PHAE.
Finem dicis ſummatim ſupradicta omnia in orationis calce in memoriam auditoribus reuocare?
SO.Hęc inquã:& ſiquid tu aliud habes qđ de hac arte dicas.PHAE. Exigua q̃dẽ habeo,neq; me-
moratu digna.SO.Mittamus exigua:ſed hęc ĩ lucẽ potius educamus,vt quã,& quãdo artis vim De vi dicendi
habeant videre poſſimus.PHAE.Et maximã q̃dẽ o Socrates in hominũ coetibus potentiã habent. & tempore.
SO.Habent profecto. ſed o beate tu etiã vide vtrũ tibi horũ veſtis quẽadmodũ mihi rara diſſuta
q; videaẽ.PHAE.Oſtende modo.SO. Dic age.Siquis amico tuo Eryximacho,vel patri eius Acu-
meno dicat in hũc modũ:Ego quidem illa ſcio corpori admouere, quibus & caleſcat pro arbitrio
meo,& frigeat : vomitũ quoq; rurſuſq; deiectionẽ,& expurgationes alias ꝓuocare:cęteraq; huiuſ
modi multa intelligo:quibus cognitis,& medicũ me eſſe profiteor,& aliũ quẽlibet medicũ me fa-
cere poſſe:quid illos reſpõſuros exiſtimas?PHAE.Quidnã aliud q̃ ꝑcontaturos, nũquid etiã ſciat
quibus,quãdo,quouſq; ſingula horũ ſint adhibenda?SO.Ergo ſi dicat nullo modo ſe id intellige-
re,ſed oportere eũ qui ab ipſo didicerit talia q̃dã facere poſſe:quid reſpondebũt?PHAE.Certe hu
iuſmodi hominẽ inſanire:qui cũ ex aliquo medicorũ libro audiuerit quãdoq; aliquid, & in mede-
las nõnullas inciderit,neq; quicq̃ artis intelligat,medicũ euaſiſſe ſe putat.SO.Quid vero ſi ad So-
phoclẽ, & Euripidẽ diceret quis ſcire ſe parua de re prolixam orationẽ habere,& cõtra de magna
breuiſſimã:& quotiẽs velit miſericordiã mouere:atq; eius contrariũ,horrorẽ, & minas incutere:
cęteraq; ſimilia:atq; his docẽdis tragicã poeſim ſe docere putaret?PHAE.Et hi o Socrates, vt opi
nor,illũ riderent,qui tragoediã aliud quicq̃ putaret eſſe,q̃ horũ cõpoſitionẽ,& partibus inuicẽ, &
toti cõuenientẽ.SO.Nõ tñ ruſtice,vt arbitror,increparẽt:ſed facerent perinde ac muſicus aliquis
offendẽs hominẽ,cẽſentẽ ſe muſicũ eſſe ex eo ꝙ ſciat quo pacto fides tũ grauiſſimę reddãtur,tum
acutiſſimę.hic eñ nõ acerbe quidẽ diceret,o miſer inſanis:ſed vtpote muſicus ſic mitius admone
ret:O vir optime neceſſe eſt oĩno hęc illũ tenere qui futurus ſit muſicus.Nihil aũt prohibet eũ q
ſic affectus eſt,vt tu,de harmonia nihil penitus ĩtelligere. nẽpe quę ante harmoniã neceſſaria ſunt
agnoſcis:harmoniã prorſus ignoras.PHAE.Rectiſſime.SO.Sic & Sophocles illũ ſibi obuiũ, q̃ tra Sophocles.
goediã antecedũt potius q̃ tragoediã habere diceret:& Acumenus medicus medicinę pꝛcedentia: Acumenus.
nõ medicinã.PHAE.Ita prorſus.SO.Quid vero?ſi melliſluus Adraſtus,aut Pericles audirẽt quæ Adraſtus.
nũc ipſi referebamus egregia verborũ artificia,breuiloquia, ſimilitudines,& reliqua illa q̃ in lucẽ
producta cõſiderãda iudicabamus:nũquid cẽſemus illos quẽadmodũ nos ꝓ ruſticitate aſperrime
illis ſuccẽſuros qui talia ſcripſerit docuerintq; tãq̃ rhetoricã facultatẽ?An potius vtpote nobis ſa
pientiores,nos ita increpaturos?O Phædre atq; Socrates,nõ ſuccẽſendũ eſt, ſed ignoſcẽdũ,ſiqui diſ
ſerendi ignari definire quid rhetorica ſit nõ poſſint:atq; ita affecti,dũ artẽ antecedẽtia poſſidẽt ru
dimenta,rhetoricã inueniſſe ſe iactent,& ea docentes oratoriã artẽ abſolutã tradere ꝓfiteãtur.Sin
gula vero iſtorũ ad perſuaſionem diſponere:totãq; orationẽ contexere: quaſi in his pꝛceptore opus
non ſit,oportere diſcipulos ſuos ꝓpria induſtria cõparare.PHAE.Talis ꝓfecto o Socrates ars illa
videtur eſſe,quã iſti tãq̃ rhetoricã docent,& ſcribũt.Ac mihi videris vera dixiſſe. Verũ oratoris
perſuaſoriſq; veri artẽ quonã pacto,& vnde nobis vendicare poterimus?SO.Cõſentaneũ eſt o Phę
dre:forte etiã neceſſariũ:quẽadmodũ in cęteris,ita & ĩ hoc certamine peragẽdo perfectũ eſſe.Quip
pe ſi tibi natura vt ſis orator tribuerit,accedente doctrina,& exercitatione excellẽs eris orator. Si Quãdo erit ex
quid vero tibi horũ defuerit,mancus eris.Quãta vero ars huiuſmodi ſit,nõ ea via quã Gorgias, cellens orator.
& Thraſymachus ſecuti ſunt:ſed alia potius cõſtare videẽ.PHAE.Quanã maxime? SO.Videtur
o vir optime nõ iniuria Pericles oratorũ omniũ pfectiſſimus extitiſſe.PHAE.Cur? SO.Magnę q̃- Magnæ artes
libet artes exercitatione dialectica,cõtẽplationeq; ſublimiũ ĩ natura rerũ indigent . Ipſa eñ mẽtis exercitatione
ſublimitas,& vis efficax in quauis re perficiẽda,hinc quodãmodo proficiſci videnẽ.qđ Pericles ad dialecticę: &
ingenii acumen adiunxit.Anaxagorę nãq; huiuſmodi rerũ indagatoris familiaritate frętus,cõtem cõtẽplatione
plationi ſe tradidit:mentiſq;,& dementię naturã illã cõphendit,de qua Anaxagoras diffuſe diſ- indigent.
ſeruit. vnde ad dicendi artẽ qđ ipſi cõducere videbatur,traduxit. PHAE.Quomodo id ais? SO. Pericles Ana-
Medẽdi artis atq; dicendi eadẽ ferme ratio eſt.PHAE.Quonã pacto? SO.In vtriſq; partiri naturã xagoræ audi-
oportet,corporis quidem in vna,in altera animæ,ſi modo non exercitatione ſolum & vſu, verum tor.

& iii

etiam arte corpori medicinas,& alimenta ita ſis ꝓbiturus,vt & ſanũ,& robuſtum efficias:animæ
aũt per rationes legitimaſq; inſtitutiones perſuaſionẽ affatim virtutẽq; adhibiturus. PHAE. Ita
veriſimile eſt o Socrates.SO.Animę vero naturã abſq; totius natura ſufficiẽter cognoſci poſſe exi
ſtimas.PHAE.Si Hippocrati Aſclepii ſucceſſori credẽdũ eſt,neq; etiã corporis naturã ſine doctri
Vt oportcat ꝑter auctoris ſententiã & rationẽ quęrere. — na huiuſmodi cõprehendi poſſe putabimus.SO.Scite loquitur o amice.Oportet aũt ꝑter Hippo
cratem conſiderare vtrũ diſputationis nobis ratio cõſonet.PHAE.Aſſentior.SO. De naturę igit
De naturę ratione. — perſcrutatione quid Hippocrates,& vera ratio dicat attende.An nõ ita cuiuſq; natura excogitan
da eſt:Primo qdẽ vtrũ ſimplex illud ſit an multiplex,de quo & ipſi habere artẽ, & aliis dare poſſe
deſideramus:deinde ſi eſt ſimplex,inueſtigandũ quã,& ad quid in agendo,rurſuſq; quã, & a quo
in patiendo natura vim habeat.Q; ſi ſpecies habet multas,his dinumeratis in ſingulis ſiſiter ac in
vno naturalis & agendi,& patiendi vis inquirenda.PHAE.Sic apparet o Socrates.SO.Sine his ve
ro progreſſio tãq̃ cęci iter eſſe videtur.Non tamẽ cęco,vel ſurdo,qui arte tractat aliquid,eſt cõpa
randus . Sed patet ꝙ quiſquis arte alicui ſermones accõmodat,naturã ſubſtantiæ illius exquiſite
mõſtrabit:cui ſermones adhibet:id aũt eſt anima.PHAE.Abſq; dubio.SO.Nõne ad id ſtudiũ illi⁹
omne cõtendit,vt huic penitus perſuadeat:PHAE.Prorſus. SO. Cõſtat igitur ꝙ Thraſymachus
& quicũq; alius tradendę incumbit rhetoricę,primo quidẽ ſumma diligentia deſcribere declara-
req; debebit vtrũ anima naturaliter vnũ,& quiddã ſimile ſit,an ſecũdũ formã corporis multiplex
hoc eñ eſſe dicimus naturã oſtẽdere.PHAE.Omnino.SO.Secũdo qd facere cuiq; quidve a quoq;
pati queat oſtẽdere. PHAE.Certe.SO.Tertio diſtĩctis ſermonũ animęq; generibus atq; affectibus
cauſas oẽs percurrere,ſingula ſingulis accõmodãs, docenſq; qualis anima, qualibus ſermonibus,
quâve ob cauſam neceſſario hęc quidẽ mouetur,illa vero nequaq̃.PHAE.Pręclariſſimũ, vt vide
tur,hoc eſſet.SO.Neq; igitur hoc o amice neq; aliud quicq̃ ſi aliter tractetur,artificioſe vnq̃ tra-
ctabitur.Noſtri vero in hac arte ſcriptores,quos ipſe audiſti,callidi ſunt,& animę naturã pulcher
rime cognoſcentes nos celant.Nos vero prius q̃ hoc modo loquantur,& ſcribãt,nunq̃ ex arte eos
Quo pacto arte ſcribendũ. — ſcribere cõfitebimur.PHAE.Quẽ dicis modũ? SO.Verba qdẽ ipſa nõ facile dixerim.Quo aũt mo
do ſcribere oporteat ſi arte ſcripturi ſim⁹,quoad fieri poteſt exponã.PHAE.Dic obſecro.SO. Poſt
q̃ dicendi facultas q̃dã animi attractio ac perductio eſt,futurũ oratorẽ neceſſe eſt quot ſpecies ani
mus habet cognoſcere.hę vero tot taleſq; ſunt:vnde tales alii,alii tales efficiũtur . His ita diſtin-
ctis ſermonũ quoq; tot taleſq; ſunt ſpecies.Tales igitur animi, talibus quibuſdã ſermonibus certa
quadã de cauſa ad talia quædã facile perſuadẽtur : aliter vero affecti aliquã ob cauſam, minime.
Oportet itaq; hominẽ talia cõtẽplatũ,quãdo hęc in ſingulis fiũt,iãq; in ipſa re ſunt,ea ꝑ ſenſum ve
lociter aſſequi:alioquin nõdũ quicq̃ plus habere q̃ verba ſibi quõdã a doctoribus tradita.At cum
ſufficienter poteſt dicere qualis a qualibus ſermonibus ſuadetur,ꝑſentẽq; hominẽ acute perſentit
eo ingenio ꝓditũ eſſe,de quo antea fuerit diſputatũ:ſicq; ipm eſſe talibus ſermonibus ad talia cõ-
pellendũ,is ita inſtructus tũc demũ perfecte artẽ hanc erit cõſecutus,cũ ad ſuperiora hęc adiunxe
rit,vt opportunitatem loquẽdi tacendiq; calleat,& vſum abuſumve breuiloquii , cõmiſerationis
vehemẽtię acrioris, amplificationiſq;, cęterarũq; partiũ orationis a ꝓceptoribus traditarũ recte co
gnoſcat,prius vero nequaq̃.Eũ vero qui horũ quouis caruerit in dicendo,aut docẽdo,aut ſcriben
do,dixeritq; ex arte verba ſe facere,qui nõ perſuadetur,exuperat. Cęterũ ſcriptor ita forſitan nos
cõpellabit.O Phædre atq; Socrates ita ne prſus an aliter dicẽdi artẽ capeſſendã eẽ cẽſetis? PHAE.
Impoſſibile eſt o Socrates aliter:q̃uis nõ paruũ id opus appareat.SO.Vera loq̃ris,atq; horũ cauſa
oportet oĩbus ſurſum deorſumq; ſermonibus reuolutis perquirere nũquid via ad illã vlla facilior
breuiorq; occurrat:ne temere ꝑ lõgã & aſperã perremus: cũ liceat ꝑ breuẽ,& planã incedere.Qua
re ſiquã tu opẽ afferre potes ꝑ ea quę a Lyſia,vel aliquo alio accepiſti,reuoca in memoriã:& expo-
ne.PHAE.Experiũdi cauſa poſſem qdẽ:nõ tñ ad ꝑſens.SO.Vis ne ego tibi & ſermonẽ recẽſeã,quẽ
aliq̃ñ de huiuſmodi rebus audiui?PHAE.Quid ni?SO.Fertur iuſtũ eſſe o Phędre Lupi illud dice
re,ac tu ita facias.Aiũt vtiq; nihil oportere hęc tãtũ extollere: neq; ad ſupna longo ambitu diſpu
tationis efferre.Quippe ſicut ĩ diſputationis principio dixim⁹, oratorẽ futurũ nõ oportere verita
tẽ noſſe de iuſtis,& bonis,ſiue rebus,ſiue hoĩbus natura,vel educatione talib⁹.Nã in iudiciis nulli
prorſus horũ veritatẽ ſed ꝑſuaſionẽ curę vnq̃ eſſe ſolere.Id aũt eſſe veriſimile:ad qd mẽtẽ intẽdere
debeat,q ſit arte dictur⁹.Neq; facta dicẽda eſſe aliq̃ñ,niſi ꝓbabile ſit facta fuiſſe:ſed tã ĩ accuſatione
q̃ defenſione ſemp veriſimilia ĩducẽda:et oĩno dicẽtẽ,veriſimile qdẽ ꝓſequi:verũ aũt negligere.hoc
eñ ſi in omni oratione ſeruet,perfectã artẽ oratoriã exhibere.PHAE.Ea narraſti o Socrates, q̃ di-
cũt qui artẽ rhetoricã ꝓfitentur.Memini eñ id nos in ſuperioribus breuiter attigiſſe.Videtur au
tem hoc magnũ quiddam eſſe his qui in hac arte verſantur.Sed & Tiſiam ipſum grauiter peſſum
dediſti.SO.Dicat ergo id quoq; nobis Tiſias,nũquid aliud probabile,& veriſimile nuncupet,q̃ qd

vulgo videtur.PHAE. Quidnã aliud?SO.Hoc pterea ſcitũ,& artificioſum inueniſſe,& ſcripſiſſe
videtur, ꝙ ſiquis imbecillis,& audax cũ robuſtũ quẽdã timidũq; verberibus cæſum ſpoliauerit,
in iudiciũ deducatur,neutrũ horũ verũ cõfiteri oportet:ſed timidũ quidẽ dicere nõ a ſolo auda-
ce illo eſſe ſe cęſum:audacẽ vero hoc refellere:ſolos fuiſſe mõſtrantẽ:atq; ad tale quiddã cõfugere.
Quonã pacto imbecillis cũ ſim,robuſtũ hũc iuaſiſſem?Ille aũt timiditatẽ ſuã nõ dicet: ſed falſũ ali
quid excogitãs forte aduerſariũ arguet.atq; ĩ aliis etiã talia q̃dã ſunt q̃ arte dicũtur.An nõ ſic eſt
o Phędre?PHAE.Ita prſus.SO. O q̃ callide abſtruſam artẽ adinueniſſe videtur Tiſias,vel quicũ
q; alius fuerit,vel quocũq; alio cognomine delectetur.Sed nũquid hoc o amice dicemus, an non?
PHAE.Quid iſtud?SO.O Tiſia iampridẽ ante acceſſum tuũ affirmabamus probabile iſtud,& ve
riſimile vulgo nõ aliter q̃ per veritatis ſimilitudinẽ fieri. Similitudines aũt veri ab eo qui verita-
tem nouit aptiſſime vbiq; reperiri poſſe aſſerebamus.Quapropter ſi aliud quicq̃ de hac arte dixe-
ris,auſcultabimus quidẽ:ſin minus,his quę paulo ante diximus,fidem pſtabimus: ꝙ videlicet niſi
auditorũ qs ingenia nouerit diſtinxeritq;,atq; res ipſas in ſpecies ſuas diſcreuerit:rurſuſq; ſingu-
la idea vna cõphẽderit,nũq̃ dicendi artem quoad homini licet,adipiſcetur. Hæc aũt ſine longo
ſtudio aſſequetur nũq̃.In quo nõ ideo inſudabit vir prudẽs,vt dicere,& agere ad homines poſſit,
ſed vt ea potius,& loqui,& facere quę diis grata ſint valeat. Viri eñ nobis ſapientiores o Tiſia vi-
rũ mẽtis cõpotẽ aiũt nõ id meditari debere, vt cõſeruis ſuis niſi prout cõtigerit obſequatur,ſed
vt dominis bonis atq; ex bonis obtẽperet.Quãobrẽ ſi longior ſit circuitus,ne mireris.Non eñ vt
ipſe putas,ſed magnarũ rerũ gratia circũeũdũ.Erũt aũt,vt ratio dictat, ſiquis voluerit,hęc quoq;
pulcherrime ex illis effecta.PHAE. Perpulchre admodũ dici hoc videtur o Socrates,modo aliqs
aſſequi poſſit.SO.At pclarũ eſt ad præclara ſemper anniti:& quicquid cõtigerit tolerare. PHAE.
Valde.SO.De arte hactenus,& inſcitia oratiõis ſatis ſit dictũ.PHAE.Satis profecto.SO.Reliquũ
eſt,vt de ſcribẽdi decore,& indecẽtia quomodo fiat diſſeramus.PHAE.Plane.SO.Scis ne quo pa-
cto maxime de ſermonibus dicendo,vel agendo deo placere poteſ? PHAE.Minime. Tu vero? SO.
Audiui equidẽ nõnulla a veteribus tradita.verũ aũt ipſi intelligunt.Id vero ſi nos inueniremus,
nũquid humanarũ opinionũ nobis amplius cura eſſet?PHAE.Ridicula ſane interrogatio.ſed quę
audiſſe dicis recẽſe.SO.Audiui equidẽ circa Naucratim Aegypti priſcorũ quẽdã fuiſſe deorũ:cui
dicata ſit auis quã Ibim vocant:Dæmoni aũt ipſi nomen Theuth:hũc primũ numerũ,& cõputa-
tionẽ inueniſſe numerorũ,geometriãq;,& aſtronomiã:talorũ rurſus alearũq; ludos,& literas.Erat
tũc totius Aegypti rex Thamus,& in eminẽtiſſima ampliſſimaq; ciuitate: quas Gręci Aegyptias
Thebas appellãt:deũq; ipſum Ammonẽ vocãt.Ad hũc,Theuth profectus,artes demõſtrauit ſuas:
dixitq; eas diſtribui deinceps Aegyptiis cęteris oportere. Verũ ille quę cuiuſq; vtilitas foret,inter
rogauit:& ipſo referente,qđ bene dictũ videbatur,probabat quidẽ:qđ cõtra,vituperabat. Vbi mul
ta de qualibet arte in vtrãq; partẽ Thamus fertur Theuthi oſtendiſſe : quorũ ſingula ſi enarrare
pergamus,prolixior erit oratio.Cũ vero ad literas deſcendiſſent: diſciplina hęc inq̃t Theuth o rex
ſapientiores magiſq; memorioſos Aegyptios faciet.Memorię nãq;,& ſapientię remediũ id eſt inuẽ
tum.At ille.O artificioſiſſime Theuth inquit,alius quidem ad artis opera fabricanda idoneus eſt:
alius ad iudicandũ promptior quid emolumenti,vel damni ſint vtẽtibus allatura. Atqui & tu li-
terarũ pater ppter beneuolẽtiã cõtrarium q̃ efficere valeãt,affirmaſti. Nã illarũ vſus ppter recor
dationis negligentiã obliuionẽ in animo diſcentiũ pariet : quippe q externis literarũ confiſi muni-
mẽtis,res ipſas intus animo nõ reuoluẽt.Quãobrẽ nõ memorię,ſed cõmemorationis remediũ inue
niſti.Sapientię quoq; opinionẽ potius q̃ veritatẽ diſcipulis tradis.Nã cũ multa abſq; pceptoris do
ctrina plegerint,multarũ rerũ periti vulgo cũ ignari ſint,videbũtur. Cõſuetudine quoq; moleſtio
res erũt,vtpote qui nõ ſapientia ipſa ſint pditi:ſed opinione ſapientię ſubornati.PHAE.Facile tu o
Socrates Aegyptios,& alios cuiuſuis gẽtis ſermones facis.SO.At o amice q in Iouis Dodonei tem
plo verſanſ,ex quercu ſermones primos fatidicos erupiſſe aſſerũt.Priſcis itaq; illis, vtpote q nõ ita
vt vos recẽtiores,ſapientes erãt,ſatis erat ob eoꝝ inſcitiã petras,& quercus audire,modo vera pro-
merent. Tu forſitan intereſſe cenſes,quiſnã cuiaſve ſit,q dixerit. Nõ eñ id ſolũ cõſideras, vera ne
an falſa dicanſ.PHAE.Recte admodũ increpuiſti:ac mihi videſ ita in literis euenire, vt Theban⁹
ait.SO.Igitur qcũq; ſe putat ſic artẽ, aut mãdare literis,aut mãdatã ſuſcipere,vt certũ quiddã,&
firmũ ex literis ſit futurũ,admodũ ineptus eſt:ac reuera Ammonis vaticiniũ prorſus ignorat:cum
plus aliqd in ſcriptis eſſe credat: pter id qđ ſcienti res ipſas quę ĩ literis ſignificãtur,cõmemorãt.
PHAE.Rectiſſime.SO.Graue id habet o Phędre ſcriptura:& picturę reuera pſimile.Picturę nãq;
opera tãq̃ viuentia extãt:ſiquid vero rogaueris,verecũde admodũ ſilent.Non aliter ſermones puta
bis fortaſſe quaſi aliquid ipſos intelligentes dicere. Verum ſi ſciendi auidus ab iis dictorũ aliquid
ſciſcitaberis:idem in his ſemper,& vnũ ſignificatur:omniſq; ſermo cum ſemel ſcriptus eſt,paſſim

Preceptum,vt recte dicatur.

De ſcribendi decore.

Ibis auis dicata dæmoni Theuth.

Aegyptiæ Thebæ.

reuoluitur ęque apud intelligētes:atq; alios,inter quos minime decet:neſcitq; dicere,qbꝰ oportet
& qbus nō oportet.Iniuria vero īmerito cōtumeliaq; affectꝰ patris ſemp eget pſidio. Ipſe eīn neq;
aduerſario repugnare,neq; opē ferre ſibi ipſi pōt.PHAE.Hęc quoq; recte abs te dicta videnť.SO.
Quid porro? Aliū videmus ſermonē huiꝰ fratrē?quēadmodū legitimꝰ ſit:& quāto melior atq; po
tētior q̄ is naſcať?PHAE.Quē iſtū? & quomō fieri dicis? SO. Eū īquā q in aīo diſcētis cū ſcientia
ſcribiť:qa ſibi ipſi auxiliari pōt,ītelligitq; apud quos loquēdū ſit,apud quos tacēdū.PHAE.Scien
tis ſermonē dicis viuētē,& aīatū:cuius oratio ſcripta ſimulacrū quoddā nō iniuria nūcupabitur.
SO.Oīno.ſed hoc quoq; mihi dicas.Mētis cōpos agricola nūqd chariſſima ſibi ſemina,quoꝝ fru
ctus expectat,aſtate in Adonis hortis ſummo ſtudio,& diligētia ſparget:vt octo diebꝰ ſpecioſos ī
de flores aſpiciat? An potiꝰ ſiqñ id egerit,feſti cuiuſdā diei ludiq; gratia faciet? At vbi ſerio agēs
agriculturę ſtudiū adhibuerit,feret qdē vbi cōuenit:& ſatis ſe cōſecutū putabit, ſi octo mēſiū in
teruallo ſatio ſua ad fruges puenerit?PHAE.Ita prorſus o Socrates,illa qdē ioco,vt ais,hęc aūt ſe
rio faciet.SO.Hoīem vero iuſtorū,honeſtoꝝ,bonorūq; ſciētiā poſſidētē agricola īperitiorē ad ſemi
na ſua ſpargēda putabimꝰ?PHAE.Minime oīm.SO.Nō igiť ī aqua nigra ſtudioſe ipſa calamo cū
ſermonibꝰ ſeminabit:cū ſuccurrere illis periclitātibꝰ neq̄at:nequeat & ex ipſis veritatē ſufficiēter
oſtēdere.PHAE.Certe id nō eſt cōſentaneū.SO.Nō ſane.Cęterū hortos qdē literarū,vt ludi cau
ſa,vt videť feret:atq; deſcribet: & poſtq̄ ſcripſerit tāq̄ monimēta theſauroſq; ad ſenectutis futurę
obliuionē,tā ſibi,q̄ cęteris veſtigiorū eorūdē ſectatoribꝰ,lętabiť vtiq; ratos iā tenellos ſuos fructꝰ
inſpiciēs:cęteriſq; hoībus ludos alios ſeq̄ntibus,& cōuiuia horūq; ſimilia celebrātibus,ipſe īterim
his omiſſis ī ſermonū oblectamētis vitā ducet.PHAE.Pręclariſſimū pre alioꝝ viliſſimo narras o
Socrates eius ludū,q pōt ī ſermonibꝰ ludere:ac de iuſtitia,& aliis q̄ tu dicis,cōfabulari.SO.Eſt ita
profecto amice Phędre.ſed multo mea ſentētia ī his pclariꝰ ſtudiū qñ qs arte dialectica vtēs aīam
nactus idoneā ſermones cū ſciētia plātat,& ſeminat,q & ſibi ipſis,& ſatori ſuo afferre opē poſſunt
fructuſve pducūt,& ſemina reddūt.Vnde alii ī moribus aliis nati id ſemp munus īmortale ſerua
re poſſunt:atq; eū q haec habet,beatiſſimū quoad homini licet efficiūt.PHAE.Multo id quoq; p
clarius.SO.Nūc iā illa o Phędre his cōceſſis diſcernere poſſumus.PHAE.Quęnā?SO.Ea videlicet
quoꝝ cognoſcēdorū gratia hucuſq; deſcēdimus,vt vituperationē Lyſię diſcuteremus ī ipſa ſcribēdi
arte,ſermoneſq; ipſos,qui vel arte,vel ſine arte ſcribunť,artificioſum qdē,& artis expers,ſatis iā
declaraſſe videmur.PHAE.Sic apparet.SO.Meminiſſe rurſus oportet nō prius poſſe aliquē dicē
di artē ad ſummū callere ad perſuadendū atq; docendū,vt ratio ſuperior nobis oſtēdit,q̄ veritatem
earū rerū quas dicit aut ſcribit cognouerit:vniuerſamq; rē definire,& definitione poſita rurſus ſe
cūdū ſpecies vſq; ad indiuidua diuidere nouerit:atq; hac ratione animā cōtēplatus,& quid cuiq;
ingenio cōgruū eſt aucupatus,ita maxime diſponat exornetq; ſermonē: varię qdē animę varios,
& harmonia multiplices,ſimplici vero ſimplices ſermones accōmodans.PHAE.Sic prorſus appa
ruit.SO.Quid aūt de illa q̄ſtione dicemus quā ſupra tetigimus?honeſtū ne an turpe ſit orationes
cōponere:& quomodo ſtudiū hoc iure vituperari queat:quomodo nequeat.Num ſuperiora nobis
hoc ſatis declarauerūt? PHAE.Quęnam illa? SO.Quippe,ſiue Lyſias,ſiue alius quiſpiam ſcripſit
quādoq;,aut ſcribit,ſcribetq; priuatim quicq̄,vel publice ciuiles quaſdā cōſtitutiones, ita vt ſuis
in ſcriptis magnam quādā ſtabilitatem,& certitudinem putet ineſſe,turpe id eſſe ſcriptori,ſiue di
catur a quoq̄,ſiue non dicatur,putandū eſt.Siquidem ignorare quid verum ſit,quid falſum,de iu
ſtis,& iniuſtis,de bonis,& malis,etiam ſi vulgus vniuerſum laudauerit,fieri nūq̄ poteſt quin ſit re
uera turpiſſimū. PHAE.Turpiſſimū.SO.Contra qui ſcripta ludis,vt plurimū,iociſq; neceſſario
ſimilia cenſet:orationēq; nullam aut ſolutam,aut poeticam magno cōponendi ſtudio dignā eſſe
ducit,inſtar eorū q̄ ſine diiudicatione,& doctrina perſuaſionis gratia carminibus recitari cōſueue
runt:ſed reuera ſermonū illorū optimos cōmemorandi ſcientibus cauſa fuiſſe cōpoſitos:in ſermo
nibus aūt qui docendi diſcēdiq; cauſa dicūtur,ac vere ſcribūtur in animo de iuſtis, honeſtis,& bo
nis dūtaxat perſpicuitatē perfectionēq; ineſſe,eoſq; ſolos ſtudio dignos exiſtimat,iudicatq; ſermo
nes huiuſmodi filios ſuos legitimos eſſe vocādos: primū qdē eū qui ſibi inest ſi modo ſit adinuētꝰ
deinde ſiqui huius filii,& fratres ſimul in aliis aliorū animis p dignitate innati ſunt,reliquos aūtē
poſtponit:hic vir īquā talis o Phędre videť eſſe,quales eſſe nos exoptaremꝰ. PHAE. Eqdē q̄ dicis
cupio prſus,& voto precor.SO.Sed hęc iā ſatis a nobis de arte dicēdi quaſi illudentibꝰ dicta ſunt.
Quare Lyſię dicas,nos ad nymphae fontē muſarūq; coetū pfectos,ſermones quoſdā audiſſe,q dice
re iuſſerūt Lyſię,cęteriſq; orationū ſcriptoribus,Homero pręterea,& ſiquis alius nudā poeſim,vel
cantu exornatā cōpoſuit: Soloni poſtremo:& oībus q ciuiles inſtitutiones literis mandauerūt : q
ſi veritatis cōſcii talia cōpoſuerūt:poſſuntq; ſua in diſcuſſionē tracta defendere:ac dicēdo ſcripta
verbis viliora mōſtrare,nō vtiq; ab his q̄ calamo luſerūt,ſed ab illis potius q̄ ſerio excogitarūt,co

gnoīandi videntur.PHAE.Quænam cognoīa,& quo pacto accõmodas? SO.Sapientis cognomẽ o
Phædre magnum,ſoliq̃ deo cõuenire videtur.Philoſophi vero aut ſimilis alicuius cognomine eiuſ
modi viros quales modo deſcripſimus,cõuenientius modeſtiuſq̃ nũcuparemus.PHAE.Certe nõ
dedecet.SO.Eum igitur q nulla habet in ſe pſtantiora iis q̃ cõſcripſit, & ſurſum deorſumq̃ retor
quens diuturna emẽdatione addẽdo vel ſubtrahẽdo cõpoſuit,iure poetã,vel orationum legumve
ſcriptorẽ cognominabis.PHAE.Quid ni?SO.Hęc itaq̃ amico referas tuo.PHAE.Tu vero qd fa-
cies?neq̃ eñ amicus tuus pternittẽdus.SO.Quis iſte?PHAE.Iſocratem pbũ inquã. Quid illi nũ
ciabis o Socrates?Quem eſſe dicemus?SO.Iuuenis adhuc Iſocrates eſt o Phædre. Quid aũt de illo
præſagiam,nõ pteribo.PHAE.Quidnã?SO.Videt mihi pſtãtiori ingenio eſſe,q̃ Lyſiã ſua ſcripta
demonſtrent.Præterea moribus generoſioribus præditus.Quãobrẽ nihil mirum putarim,ſi creſcẽ
tibus annis ĩ arte dicẽdi cui nũc incũbit,magis q̃ viri pueris,oĩbusq eloquẽtiæ vnq̃ ſe tradiderũt,
excellat:atq̃ his etiam ſtudiis nõ cõtẽtus ad maiora diuiniore quodã iſtinctu ferat.Ineſt eñ o ami
ce ex ipſa natura philoſophia quędã illi⁹ ĩgenio.Hęc ego ab iis diis accepta,Iſocrati mihi dilectiſſimo
nuncio.Tu illa Lyſiæ tibi chariſſimo.PHAE.Ita fiet.Sed abeam⁹ hinc: cũ ęſtus nõnihil iã efferbue
rit.SO.Vota prius his facienda ſunt q̃ abeam⁹.PHAE.Quid ni?SO.O amice Pan & aliĩ oẽs q locũ
hũc colitis dii:date mihi vt pulcher intus efficiar:et q̃cũq̃ extrĩſecus habeo,intrĩſecis ſint amica.
Diuitẽ aũt ſapiẽtẽ ſolũ exiſtimẽ.Tãtũ vero mihi ſit auri,quantũ nec ferre nec ducere queat alius,
niſi vir temperans.Nũqd aliud orãdum cenſes,o Phædre?mihi enim ſatis eſt optatũ.PHAE.Mihi Amicorũ oia communia.
quoq̃ eadem opta.Amicorum enim communia omnia.SO.Abeamus.

FINIS PHAEDRI.

Argumentum Marſilii in Apologiam.

ANtiqui gentium theologi in tris diuiſi ſunt ſectas.Alii qdẽ dæmonib⁹ ſolũ ſacri
ficabãt,diffidentes,vt arbitror,vota hoim ad cæleſtia puenire.Alii vero cæleſtia
quoq̃ colebãt,putãtes illa non viuere ſolũ atq̃ intelligere:ſed etiã radiis ſuis cir
cũſpicere cũcta atq̃ audire:ideoq̃ tam ſacrificiorum ritus ab eis pſpici,q̃ ſuppli
cũ laudes preceſq̃ exaudiri: verũtñ aĩoꝝ in corporibus his viuentium vota,ad
deos illos qui nullũ cũ corporib⁹ cõmerciũ habeant,puenire nõ poſſe.Alii deniq̃
hos ipſos deos ĩ primis venerabant: iudicãtes a ſũmis rerũ cauſis effect⁹ oẽs etiã
humanos tã cognitione q̃ virtute pfectiſſime contineri.Deos vero vocabant tum viſibiles.i. cæle-
ſtes,tũ ĩuiſibiles.i.ſupcæleſtes,quos noſtri vocãt angelos,& ipſi deos:quaſi proximos ſummi dei cõ
tẽplatores atq̃ miniſtros.Praeterea triplicem hi prouidẽtiã eſſe putãt. Vniuerſalem quidẽ ĩ deo,p
quã omnibus oĩa proſpiciat atq̃ præbeat.Minus vero in diis vniuerſalẽ, per quã omnibus quidẽ
conſulant:non omnia tamen munera,ſed quædam omnibus exhibentes.Particularẽ deniq̃ in dæ-
monibus:qua videlicet quædam quibuſdam iam largiantur.Et dæmones quidem in totidem diſ-
tribuunt ordines,quot in cælo ſunt ſtellæ,vt alii Saturnii ſint,alii Ioniales,aliiq̃ ſimiliter.Cunctos
autem ordines,& in igne collocant,ſed ignea rõne:& in aere puro,ſed ratione aerea:& in aere craſ
ſo,rõne videlicet aquea.Hos aqueos arbitrantur alios aliis ſpeciebus viuentium præſidere,ſenſua
liq̃ & vegetali vbiq̃ naturæ fauere.Quos Plato ingt ſtatim ab initio malorum plurimis volupta-
tem immiſcuiſſe.Aereos autem dæmones rationali potius fauere potẽtiæ,eamq̃ a vegetali ſenſua
liq̃ natura quodammodo ſegregare.Igneos tandem diſcurſum rationis ad ſublimiora contemplã
da conuertere.Atq̃ hoc pacto voluptuoſę vitæ dæmones aqueos, actiuæ aereos, contemplatiuę
igneos dominari.Cum vero deos immortales atq̃ impatibiles arbitrentur,homines vero morta-
les atq̃ patibiles: dæmones omnes quidem affectu patibiles:ſuperiores vero medioſq̃ etiam im-
mortales, infimos vero longęuos.Præterea in omnibus affectus erga corporea collocant.ſed ĩ pri
mis ſecundum quendam tranquillæ prouidentiæ morem:in ſecundis humanos quidem,ſed mo-
deratos: in tertiis ad perturbationes noſtras iam declinantes.Item dæmones alios naturales ab ini
tio conſtitutos,alios peregrinos ſcilicet hominum aĩos in aerea tranſlatos corpora , homineſq̃ ea
qua antea conſueuerant ratione curantes. Pręterea alios dęmones plagis terræ maioribus,alios an
guſtioribus,vrbibuſq̃ pæſſe.Quoſdam etiã hoĩes ſingulos gubernare:quos animæ labentes in cor
pus fuerint pro vitæ electione ſortitę,deinceps electę vitę duces & exploratores & iudices.Proin-
de aĩas hoĩm alias Saturniorũ dæmonum,alias Iouialium,alias alioꝝ tũ ſyderũ tũ dæmonũ natu-
ris accõmodari.Corporum quoq̃ noſtrorum complexiones ſimili quadam ratione diſtingui.Ani-
malia item & plantas metallaq̃ & lapides ad ſyderũ ſimiliter dæmonũq̃ varietatem inter ſe natu
ra diſcerni:vt alia inter hæc ſolaria ſint : alia vero lunaria,cæteraq̃ ſimiliter.In his q̃ diximus Plato
nici omnem ſacrificiorum,oraculorũ, diuinationum vim conſiſtere arbitrantur. Profecto & ipſe

ARGVMENTVM IN APOLOGIAM.

Plato antiquores theologos imitatus,& Platonici oẽs oraculoꝝ hiſtoriã vbiq; tanq̃ verã accipiũt,rõ
nibuſq; confirmant.Mitto quãtã his in Phædro adhibeat fidẽ: quãtã & in Timæo.In Phædro qdẽ
hũanã ſapiẽtiã ꝑ illa q̃ ab oraculis furoribuſq; diuinis habeẽ nihili pẽdẽs:in Timæo aũt dicẽs eate
nus a philoſopho de rebus diuinis affirmãdũ eẽ,quatenꝰ diuinis oraculis cõfirmenẽ.Mitto q̃plurĩ
ma apud Platonẽ ſimilia.certe in Apologia totam Socratis ſui defenſionẽ ab oraculis vaticiniiſq;
auſpicaẽ:imo vero qđ maximũ eſt,totã Socratis & ſapiẽtiſſimi & iuſtiſſimi vitã aſſerit tũ ad Apol
linis oraculũ,tũ ad ſui cuiuſdã dęmonis vaticiniũ inſtitutã. Si q̃ras qualis Socratis dæmõ fuerit,
reſpõdebiẽ igneꝰ:qm̃ ad cõtẽplationẽ ſublimiũ erigebat.Itẽ Saturniꝰ:qm̃ ĩtẽtionẽ mẽtis quotidie
mirũ in modũ abſtrahebat a corpore.Attributus quoq; ab initio,nõ acqſitus.Nã ſibi a puero dicit
aſpirauiſſe.Nõ ꝓuocabat vnq̃,q̃a nõ Martius,ſed ſæpe ab actionibꝰ reuocabat,q̃a Saturnius.Item
nõ adhibebat calcaria viro ſatis ꝑ ſe ad honeſta ꝓpẽſo:ſed cohibebat fræno,vbi ĩ eligẽdis ad finem
viis ob cõiecturarũ fallaciam poſſe decipi videreẽ.Aſpirabat mẽti:oſtẽta oculis:voces auribꝰ ſugge
rebat.Sed q̃bus oculis atq; auribꝰ?viſui videlicet atq; auditui:q̃ꝑ oẽ edunẽ corpus ęthereũ ſub ma
nifeſto hoc corpore latẽs.Poterat aũt Socrates,ꝑ æthereos ſentire ſenſus ab elemẽtalibꝰ ſenſibꝰ ſe fa
cile ſeuocãs, Oſtẽta cernebat per eoſdẽ ſenſus & ſomniãs pariter atq; vigilans. Similiter Auicẽna
probat ꝓphetas angeloꝝ & ſpecies cernere & voces audire.At cur Socrates pauciq; ſimiles dęmo
nẽ ſuum aĩaduertunt?Quoniã pauci vel genitura vel diſciplina dæmonici ſunt,plures humani,ple
riq; ferini.Cur itẽ alias dęmonẽ,alias deũ vocat?Quia ſublimis dęmõ Socratẽ quaſi dei ĩterpres nũ
ciuſq; afflabat.Sed nũqd ipm̃ Socratis ĩtellectũ poſſumꝰ dæmonẽ nũcupare?Poſſumꝰ certe. Nã Ti
męus inq̃t deum nobis ſupremam animi partẽ tanq̃ dæmonem tribuiſſe. Rurſus in Sympoſio ipſe
mentis amor ad diuinam pulchritudinem contemplandam,dæmon cognominaẽ. Verũ p̃ter hæc
neceſſe eſt ſuperiorem nobis ſubſtantiam dæmonis ꝓſidere:propterea q; vt in Sympoſio legibuſ
q; probatur,humanum genus vtpote a diuinis maxime diſtans,media quadã natura indiget,qua
lis eſt dæmonica,quaſi cõciliatrice. Neq; ĩiuria diuina prouidẽtia vt ĩ Politico Protagoraq; proba
tur, dæmones nobis præfecit propinquiores quaſi paſtores, ſiue vt ĩ Critia dicit gubernatores.Ho
mo ſiquidem in hac ignorantiæ caligine conſtitutus,innumeriſq; fortunæ vel malis agitatus vel
diſtractus illecebris,ad conſtitutum ſibi a deo finẽ abſq; ꝑpetuo dei auxilio peruenire nõ põt.Hinc
probat deum nos dæmonibus purioribus quaſi rectoribꝰ cõmendaſſe: q̃ vaticiniis,auguriis,ſom
niis,oraculis,vocibus,ſacrificiis,inſpirationibus adiuuarent.Horũ vero ex numero eſſe vult fami
liarem Socratis dæmonem a mente Socratica differentem.Hæc eñ Socratem ſæpe prouocat:ille
vero prouocat nunq̃.Item hæc niſi loquatur aut ſcribat,docere non poteſt.Ille vero vt in Theage
probatur,multos etiam ſilendo docebat. Præterea q; & voce & ſignis Socratẽ corrigat, ſignificat
dæmonẽ hunc aliquid eſſe p̃ter mẽtem.At ſi minus tibi placet & familiarem hominis ducem dæ
monẽ appellare,ſaltem,vt placet noſtris,bonum angelum appellato.Poſt hæc Apologia nos cogit
nonnihil de oraculis ſtatuiſq; tractare.Principio ſi q̃ras quã ob cauſam dæmones ſolita illa quon
dam miracula noſtris ſęculis non efficiant,reſpõdebitur,Chriſtũ & dæmones malos ſuo illo impe
rio priuauiſſe,& hoĩbus tum omnẽ dæmonũ cultum,tũ artem dæmonicam ſuſtuliſſe.Si rurſus
interroges qua rõne vel in ſtatuas vel ĩ homines dæmonũ trahanẽ ĩfluxꝰ, diligẽter attẽde. Trahiẽ
quotidie aliq̃d naturale ꝑ artẽ:ceu quotiẽs lignũ qđ ꝓpter dẽſiſſimã craſſitudinẽ accẽdi a tenui q̃
dam flamma non poterat,vel oleo illiniũt,vel inficiunt ſulphure,rapiũtq; in fomite flammam.Tra
hitur & quotidie diuinum aliquid per naturam:quando fœtus tener in aluo certo affectus figura
tuſq; modo ſic per naturam a deo humanam haurit animã,vt per magicã ſtatua a mũdo accipit
dæmonẽ.Vnde Aegyptii naturam quoq; magã appellauerunt,vim ipſam magicam in attractu
quodam ſimilium ꝑ ſimilia,vel cõuenientiũ ſaltem per conuenientia collocantes.Emittis quotidie
vocem:emittis & tui vultus imaginem.At non vbiq; vox in te tua & imago remittitur.Paries dũ
taxat ita diſpoſitus ſic oppoſitus vocem per echo reflectit: & ſpeculare corpus tuam tibi reddit
imaginem.Eſto igiẽ ſpecularis & ille paries:ſubito totus,vt ita dixerim,eris in illo.Ibi enim videbe
ris audieris intelligeris,ferme vt in ſtatua dæmon.Si Triſmegiſtum cõſulueris,diſces ex propriis
mundi materiis certo cuidam dæmoni congruentibus compoſitam rite ſtatuam confeſtim per dę
monem congruum animari.vel per dæmonem inquit vel per angelum.intellige vel per impurio
rem vel per puriorem ſpiritum afflari ſolere.Audies quoq; Mercurium hunc veteres pleroſq; dã
nantem : q; diffidentes vel eſſe numina ſuper cælum,vel terrenorum vota ad cæleſtia ſuperio
raq; peruenire, fabricauere ſtatuas habitacula dæmonum,quos quaſi familiares colerent deos.
Putabat ſane,q̃uis interdum in delubra dæmones ſalutares aduocarentur,ſæpe tñ deſcẽdere no
xios.Audiſti paucis tractũ dæmonũ in corpora ſtatuarũ.Audi quoq; paucis raptum in corpora ho
minũ.Quãdo vel per atram bilem vel aliquid ſimile aut vitiũ totus in imaginationẽ cõuertiẽ ani

mus,facile fit inferiorum dæmonum domicilium:quorū pſentia & inſaniat, & aīo ſimul vexeť & cor
pore.Quādo p philoſophicā purgationē trāſferť tot⁹ in rōnē,euadit ędes dæmonū mediocꝝ:a qb⁹
hūanarū rerū ſæpius,q̄nq; etiā naturaliū miras accipiat rōnes.Q̄n per pietatē erigiť tot⁹ in mētē,
ſublimiū dæmonū fit ſpiraculū,ſeu potius angelorū,quibus vtiq; ducibus mirū ī modū arcana pe-
netret diuinoꝝ.Optas video intelligere qbus potiſſimū oraculis ſiue per ſtatuas ſiue p hoīes editis
Plato confidat.Scito his dūtaxat,q̄ certa rōne cōptū ſit nō p fallaces dęmones,ſed p veridicos ſiue
per angelos potius pueniſſe.Nā & ab ipſis Aegyptiorū myſteriis acceperat:Iouē ſpuriores dæmo
nes ad inferos deturbaſſe,qui & homines ſimiliter p virib⁹ ad ima detorqueāt:et a Pherecyde Sy-
ro multos ab Ioue dæmones rebellaſſe:quoꝝ exercit⁹ Ophioneus duxerit ſerpētinus. Ab his ergo
maleficis cauēdū eſſe diligētiſſime iudicabat.Socrates aūt ppriis rōnib⁹ atq; ſignis adduct⁹ & ora
culo cuidā,& ſuo cuidā dęmoni ſe cōmittebat p arbitrio pducēdū.Deniq; vtcūq; ſit,ita ſuā ad hęc
īſtituit vitā: vt ęterna ſemp tēporalib⁹ anponeret:iniuſtitiā magis timeret q̄ mortē:p veritate,p pie
tate,p charitate,nō dubitaret labores,penuriā,cōtumelias,iniurias,verbera,mortēq; ſubire.Huic
apud hoīes veritas falſas calūnias peperit:charitas odiū:pietas accuſationē ipſā atq; mortē.Sed hęc
oīa parui imo nihili pēdit,ſperās apud diuinū iudicē pro bonis bona mereri.Ergo hac ſpe & fidu-
cia fretus & libenter acceſſit ad iudices, neq; excuſauit ſe,ſed iudices accuſauit:atq; tanq̄ vates,
quod euenire ait his q ſunt prope mortem,pœnitentiam illis pœnamq; prædixit poſt falſum iudi-
cium ſecuturam,& ipſe interim mira mentis lætitia & vultus alacritate ad iudicē migrauit æter-
num.Statueram hic ſatis honeſtū argumēto ſeu potius cōmentariolo finē imponere. Sed duo pa-
rumper me dubia remorantur.Primum Socraticū illud & hic & ſæpe alibi repetitum. Hoc equi
dē vnum ſcio q nihil ſcio. Multa tamen & hic & alibi affirmat quaſi ſciens.Sed hoc illi ſimile eſt,
Ego dixi in exceſſu meo omnis homo mendax.Ait itaq; Socrates.Ego abſtractus a corpore, rapt⁹
a dæmone,illuſtratus a deo, ſcio equidem in diuino lumine hoc vnum, videlicet q alioquin con-
iunctus corpori nihil in lumine naturali ſcio.Neſcio inquam in naturali lumine res ipſas per ipſm
affirmationis modum.Eiuſmodi enim ſcientia,dei propria eſt:qui & naturas ipſas & naturarum
cauſas comprehendit:cum ipſemet fecerit.Scio tamen multa per quendam negationis modum.
Veluti q deus non ſit corpus,potius q̄ quid ſit. Item q anima non ſit mortalis magis q̄ quid
ſit. Rurſus q bonum abſolutum non hoc eſt, aut illud bonum: potius q̄ quid ſit. Atq; hoc pa-
cto Socrates & ſcit & docet multa.Hoc illud inſuper q dæmon eum reuocat non prouocat id eſt
ad negandum illuminat eum potius q̄ affirmandum. Nonnunq̄ vero affirmat quædam : & illa
quidem magna:tanq̄ videlicet non a dæmone tantum raptus,ſed deo iam plenus. Affirmat quo
q; vbi ſanctorum adducit veterum teſtimonia : vel animas hominum a mortuis reſurgentium
citat in teſtimonium.Sequitur altera dubitatio quam ob cauſam Socrates cum nunq̄ ſoleat dubi
tare quin animus ſit immortalis,in fine tamē Apologiæ hac vtitur diſiunctione:Aut nullus poſt
mortem ſupereſt ſenſus:aut ſupeſt aliquis.Reſponde primo quidē non de omni ſenſu,id eſt de om
ni cognitione : ſed de noſtrarum rerum ſenſu vel noſtro ſimili dubitare. Quod quidem ſignifica
tur per illa quæ in parte diſiunctionis altera deinde ſubduntur,vbi idem quod & in Republica di
cit,ſeparatas videlicet animas eodem pacto ſeſe illic,quo & hic ſolebant,agnoſcere.Vbi conſide-
ra dictum contra illos qui dicunt animas de corporibus in corpora tranſmigrare. Deinde tutius
quoq; ita reſponde.Socratem hac in præſentia diſiunctione non vti quia de illo cenſeat dubitan
dū,qđ vbiq; tū p ſciētiā negatiuā p diuinā inſpirationem approbationemq; conſtantiſſime tenet:
ſed aduerſariorum ſuorū perſonas in præſenti reſpicere : q cū obeſſe illi oīno ſtuderent, inferebāt
ei mortem tāq̄ pculdubio malā. Socrates ergo contra infert nullo modo eſſe malam,ſiue ſic,ſiue
aliter ſe noſtrę res habeant. Vbi illud qđ de imortalitate apparet ambiguum,ppter illos eſt adiun
ctum qui tanq̄ tyranni epicureo more deridere Socratem potuiſſent : quaſi facile poſſet decipi:ſi
ex eo ſolo affirmauiſſet mortem non eſſe malam : q poſt hanc vitam alia ſupſint bona.Quę qdem
æterna bona,& ſi conſtabant Socrati,illis tū nullo modo conſtabant : neq; in anguſta illa tēporis
breuitate poterant demōſtrari,quæ in Phædone & ſæpe alibi demonſtrantur. Tu vero nota certā
Socratis noſtri fiduciam amicis prope finē Apologiæ dictis.Bene de morte ſperare debetis.Nihil
enim mali bono viro vel viuēti vel defuncto poteſt accidere.Res eñ hominis quodammodo deo ſi
miles a deo non negliguntur. Qđ autē extrema ad iudices voce clamauit:Ego quidē hinc abeo
moriturus: vos vero victuri:vtri vero noſtrum in melius eant,ſoli deo eſt certum: Intellige non
dubitare illum qđ pauloante affirmabat: ſed dicere ſoli deo certum eſſe per ſeipſum affirmatio-
niſq; rationem,poſſe tamen homini certum fieri per ipſum deum negationiſq; rationem.Adde q
affirmare non audet ſe tam purgato tunc animo emigrare,vt præſentem migrationem affirmet
omnino animum ſuum ſtatim cæleſti patriæ redditurum.

APOLOGIA SOCRATIS.

fuiſſem. Cogitare aūt hoc pacto poſſum⁹, ſpem multā eſſe id eſſe bonū. Duorū enim alterum mors ē.
Nam aut tāq̄ nihil oīno ſit, ſenſum nullū vllius rei retinet is qui deceſſit e vita: aut queadmodum di
citur, permutatio q̄dam & tranſmigratio animę ab hoc in aliū locū. Siue ergo nullus remanet ſenſus,
ſed tanq̄ ſomnus quidam eſt in quo quis ſomnium cernit nullum, admirabile lucrum erit in morte.
Reor equidē ſiquem oporteat ad eam noctē quā tanta trāſegit quiete vt ne inſomnium quidē vllum
videret, alias noctes dieſq; vitæ totius cōferre: atq; dicere quot ipſe noctes atq; dies in vita meli⁹ dulci
uſq; peregerit: reor inquā nedū priuatim aliquē, ſed nec magnū quidē regē, aliquas numerare poſſe. Si
ergo tale quiddā eſt mors, lucrū eſſe eq̄dē dico. Etenim nihil plus hoc pacto totū tēpus q̄ nox vna eſſe
videtur. Sin aūt mors eſt tanq̄ trāſmigratio quędā hic in alium locū: ac vera ſunt quę dicūtur: videli-
cet in alio ſeorſum a nobis loco omnes defunctos eſſe: quidnam melius q̄ hoc eſſe poteſt o iudices? Si
quis eñ illuc ꝓfectus liber ab iis qui ſe ꝓfitent̄ iudices eſſe, veros repererit iudices q̄ iudicare illic ꝑhi-
bent̄, Minoem, Rhadamanthū, Aeacū, Triptolemū, alioſq; quotcūq; ſemidei iuſte vixerūt, nunquid
eiuſmodi tranſmigratio paruipendēda cēſebitur? Rurſus Orpheum Muſeūq; conuenire & Heſiodū
& Homerū, q̄ multo aliq̄s noſtrū redimeret? Equidē ſi hęc vera ſunt, ſępi⁹ mori velim. Quippe cū mi-
hi in primis mirifice grata ſit futura habitatio illa atq; conſuetudo: quandoq̄dē vna cum Palamede
futurus ſum, & Aiace Thelamonis filio, & aliis antiquorū quicunq; falſo damnati iudicio deceſſerūt
e vita: apud quos meos caſus cum illorū caſibus conferre vtrinq;, vt arbitror, nō iniucundum foret.
Illud praeterea maximū: illic degere ſcrutantē ſingulos atq; examinantē queadmodū hic feci, quiſnā
illorum ſapiēs ſit: & quis cū non ſit, ſe tñ exiſtimet ſapiētē eſſe. Proinde quāti faciēdū eſt o iudices ꝑſcru-
tari ducē qui tātū ad Troiā duxit exercitū? vel Vlyſſē vel Siſyphū alioſq; q̄plurimos quos referre q̄s
poteſt viroſq; & mulieres, quibus cū loqui atq; examinando verſari, inextimabilis prorſus felicitas eſ-
ſet? Siquidē hui⁹ cauſa qui illic degūt haud amplius moriunt̄: ſuntq; illi nobis & in rebus aliis beatio-
res, & in eo inſuper q̄ reliquū iā tēpus ꝑmanēt immortales: ſi quidē vera ſunt q̄ dicunt̄. Vos quoq; o
iudices bñ de morte ſperare debetis: idq; vnū cogitare verū eē: viro videlicet bono nihil mali accidere
poſſe neq; viuēti neq; defuncto: neq; res illius a diis negligi. Neq; vero mea nūc caſu aliquo acciderūt:
ſed mihi id cōſtat, mori iā & a laboribus liberari, mihi meli⁹ extitiſſe. atq; hāc ob cauſā diuinū illud ſi-
gnum mihi non obſtitit. Equidē haud admodum his indignor q̄ accuſarūt me vel condemnarunt: q̄-
uis non hac mēte accuſauerint me atq; damnauerint: ſed quia detrimētum mihi inferre ſperabāt. Ob
hoc vtiq; illis eſt ſuccenſendum. Sed iam ad eoſdē illos reuerſus, ſic eos alloquor. Tātū tamē vos ꝑcor
o viri: vt meos quoq; filios cū adoleuerīt, ſi ipſi ſimiliter atq; ego vobis moleſti ſint, pœnis ſimiliter af-
ficiatis: pręſertim ſi videant̄ vobis vel pecuniarū vel alterius cuiuſq̄ rei maiorē q̄ virtutis curā habe-
re: atq; ſi videri velint putēt ve ſe alicuius eſſe pretii cū nullius ſint, illos obiurgetis, queadmodū ego
vos, q̄ nō illis incūbāt, q̄bus eſt incūbendum: ac exiſtimēt cū nullius ꝑtii ſint, ſe aliq̄d eſſe. Q; ſi haec fe-
ceritis, iuſta a vobis paſſus fuero egoq; & filii. Sed iā hora eſt hinc abire: me quidē vt moriar: vos aūt
vt vitam agatis. Vtri vero noſtrum in melius eant, omnibus pręterq̄ deo eſt incertum.

Immortalitas animorum.

Orpheus Museus

Argumentum Marſilii In Critonem Ad Laurentium Mediocem Virum Magnanimum.

QVēadmodū apologię ita Critonis quoq; tā ordinata tā plana diſpoſitio eſt vt argu-
mēto nō egeat. Aduerte tñ in primis Socratē: ſicut in Apologia vigilās vaticinat⁹
eſt, ſic in Critone dormiētē vaticinari. Vt cognoſcas ſapiēti pioq; viro deū & vigi-
lāti & dormiēti ſemꝑ adeſſe. Ex oībus aūt collige euāgelicę doctrinæ cōfirmationē.
Approbationē martyrꝫ. Exēplar iuſtitię. Incōpabilē fortitudinē. Cōtēptū mortaliū
Deſideriū æternorū. Religionis deniq; fundamentū. Quid memorē vulgi opinio-
nem contēnendā eſſe: ſapiētis dūtaxat ſñiam, imo veritatē ipſam eſſe colendam? Quid rurſus non vi-
uere quidē: ſed bñ viuere exoptandū? Irē inimicis malefaciēdū eſſe nunq̄: neq; iniurias vlciſcēdū? Rur-
ſus & periculum mortis interitūq; ſubeundū potius q̄ peccandū? Quid referā obſeruantiā legū ſingu-
larē? & inextimabilē patriæ charitatē? Quā & parētibus & vitę ꝓculdubio anteponit: ob hanc vt ipſe
inquit rationem: quo in alteram ꝓfectus vitam valeat ęterno iudici ęquā anteactę vitę reddere rōnē
neq; leges quæ illic imperant humanarū legū ſorores expaueſcere cōpellat̄. Concludit deniq; rationes

iuſtitiæ fauentes mentis ſuæ auribus vſqueadeo inſonare, vt alia audire non poſſit: fruſtraq́ conatu-
rum, quicunq; pgat diſſuadere. Addit ea ſolum via eſſe pgendū, qua de⁹ idest rō diuinit⁹ infuſa, pducit.

CRITO VEL DE EO QVOD AGENDVM.

PERSONAE DIALOGI.

SOCRATES. CRITO.

SO. CVr hac hora veniſti o Crito? An nō valde adhuc eſt ante lucē? CRI. Valde
qdē. SO. Qn vero maxīe? CRI. Profunda aurora. SO. Admiror quēadmo
dū ipſe cuſtos carceris tibi obtēperare voluerit. CRI. Familiaris iā mihi ē o
Socrates ob crebrū huc aduētū meū. Preterea bñficii nōnihil a me accepit.
SO. Veniſti ne modo? an iā eſt dudū? CRI. Satis dudū. SO. Proīde cur nō
ſtatī me excitaſti? ſed ſilētio aſſediſti? CRI. Nūq̄ p Iouē o Socrates excitaſ-
ſe. Neq; eī ipſe vellē in tāto dolore euigilare. Sed te iādudū admiror, ſētiēs
q̄ ſuauiter dormias. Et cōſulto non excitaui te, vt q̄ placidiſſime degeres.
Eqdē & p oēm vitā ob huiōi morē btm̄ te iudicaui: maxīe vero ī pñti cala
mitate, q̄ eā tam facile ac placide feras. SO. Perabſurdū eſſet o Crito ſiqs
tā grādis natu iminētē mortē moleſte ferat. CRI. Sed & alii o Socrates q̄
ſenes ſimilib⁹ calamitatibus opprimunt: quos tñ etas ab afflictiōe quā ſors preſens affert ſecū, nō libe
rat. SO. Ita eſt. Sed curnā adeo mane veniſti? CRI. Nunciū o Socrates ferēs acerbū, non tibi qdē vt mi
hi apparet, ſed mihi potius & familiaribus tuis oībus & acerbū & grauē. Qd eqdē inter grauiſſima
vt arbitror numerauerim. SO. Quidnā hoc? Nūqd nauis ex Delo iā rediit? Qua reducta mihi eſt mo
riēdū. CRI. Nōdū rediit qdē: ſed reditura videt hodie, quēadmodū nūciāt nōnulli e Sunio venīētes:
q ibi eā reliqrūt. Cōſtat ergo ex his nūciis, hodie eē venturā: ideoq; neceſſariū fore te cras o Socrates e vi
ta decedere. SO. Bona o Crito fortuna. Si ita diis placet, ita eſto. nō tñ exiſtimo illā hodie redituram.
CRI. Vndenā id coniectas? SO. Dicā eqdē: ſi qdē poſtridie q̄ nauis redierit, mihi eſt obeundū. CRI. Sic
vtiq; aiunt hi penes quos rei huius poteſtas eſt. SO. Itaq; nō hac die venturā puto, ſed altera. Cōiectu
rā vero ex ſomnio quodā accipio: qd pauloante hac ipſa nocte mihi viſum eſt: opportuneq; videris ſo
mnū mihi nō pturbaſſe. CRI. Sed quale id ſomniū erat? SO. Videbat mihi mulier qdā adueniens pul
chra & aſpectu grata, veſtes habēs cādidas, vocare me atq; dicere: O Socrates tertia hic die Phthiā p
uenies latiglebā. CRI. Q̄ mirū id īſomniū Socrates. SO. Manifeſtū tñ, vt mihi videtur. CRI. Manife
ſtum certe. Sed o beate Socrates etiā nūc crede mihi, ac ſaluus eē velis. Mihi enim ſi tu obieris, nō vna
tñ calamitas īminet: ſed preter id q̄ te orbatus fuero tali neceſſario, qualē alterū nunq̄ reperiam, vi-
debor vtiq; multis q neutrū noſtrū ſatis nouerint, cū potuiſſem te ſeruare ſi minus pecuniis peperciſ
ſem, te penitus neglexiſſe. Atq̄ quānā maior pōt eſſe infamia, q̄ videri pluris feciſſe pecunias q̄ amicos?
Nō eñ poterit pſuaderi cōpluribus te hinc abire noluiſſe, nobis quo id ageres omni ſtudio contenden
tib⁹. SO. Quid vero a nobis o beate Crito tanti vulgi opinio extimat? Probatiſſimi.n. viri, quorū ma-
gis habēda rō eſt, hec ita geſta eſſe vt geſta ſunt, arbitrabunt. CRI. Attñ vides o Socrates cōpelli nos
opinionē quoq; vulgi curare. Preſentia eñ hec declarant poſſe vulgus non minima malorū, īmo fere
maxima, ſiqs in populo calūniis agitet, inferre. SO. Vtinā o Crito poſſet vulg⁹ maxima inferre mala
vt viciſſim maxīa poſſet bona, & bñ qdē ſe res haberet. neutrū vero pōt: qppe cū neq; prudētē, neq; im
prudentē efficere valeat. Faciūt vero quod libet, vtcūq; cōtigit. CRI. Hec qdē ita ſe habeāt. Ad id ve-
ro Socrates mihi rñde: nū forte mei cęterorūq; neceſſariorū tuorū reſpectus te retinet, ne ſi hinc euaſe
ris, calūniatores nos poſtea vexent, quaſi te hinc furati fuerimus: cogamurq; vel totū patrimoniū, vl
pmultas pecunias amittere, vel praeter hec aliud qppiam pati. Siqd tale times, curā eiuſmodi pone. Iu
ſtū nāq; eſt nos tuæ ſalutis gr̄a nō hoc ſolū, verūetiā ſi oportuerit maius aliud ſubire periculū. Verū
mihi obtēpera: neq; aliter facias. SO. Et haec equidē & alia multa o Crito cōſidero. CRI. Ne igitur hec
vereare. Neq; eñ multū eſt argentū qd poſtulant hi qui ſeruare te atq; hinc educere pollicentur. Vi
des preterea q̄ tenues ſint calūniatores tui, vt nō magna ad eos placandos largitiōe ſit opus. Tibi ve-
ro pecunię adſunt meæ ad hoc vt opinor ſufficientes. Proinde ſiquo mei reſpectu adductus non pu-
tas meas pecunias erogandas: adſunt hoſpites hi parati perſoluere. quorū vnus etiā huc attulit ſuffi
cientē pecuniā ad hoc ipſum paratā Simmias Thebanus. Ad hoc ipſum prōptus eſt & Cebes, aliiq; p
multi. Quāobrē vt mō dicebam nihil tale metuas, quo minus ſerues te ipſum. Sed neq; etiā illud qd
in iudicio dixiſti, te remoret: ſi hac vrbe exires, quo te ipſum verteres te minime habiturū. Aliis enim
multis in locis quocūq; pfectus fueris te hoīes colēt: ac ſi velis in Theſſaliā te cōferre, reperies illic ho
ſpites meos, q te libēter libētiſſime cōplectēt: tutūq; pſidio ſuo adeo reddēt, vt nemo in Theſſalia tibi
iniuriā ſit factur⁹. Accedit ad haec o Socrates q̄ rē minime iuſtā aggredi videris: ſi cū ſalu⁹ eſſe poſſis
te ipſum pdas, taliaq; cōtra te facere ſtudeas, q̄lia inimici ipſi tui cōtēderēt, cōtēderūtq; te pdere pperātes.

Proinde filios quoq; tuos ꝑdere mihi videris. quos cum liceat tibi educare atq; erudire: deſeris omnīo & quantū in te, eorum mores fortunę cōmittis. Accidēt vero eis veriſimiliter qualia euenire orphanis conſueuerunt. Profecto oportebat nō genuiſſe filios: aut in eis educandis erudiēdiſq; laborē nō recuſare. Tu vero mihi videris q̄ elegiſſet vir ſegnis ac piger, nunc elegiſſe: decebat autē cōtra viri boni fortiſq; eligere præſertim te per omnem vitam virtutis ſtudium profitentem. Itaq; non poſſum tua noſtraq; vice familiariū tuorū, non erubeſcere: veritus, ne tota hæc res tua, ignauia quadā noſtra ſic tractata fuiſſe videaẗ. Et primū qdē ille tūc in iudiciū ingreſſus cū liceret nō ingredi: deinde concertatio ipſa iudicii ſimiliter acta: et extremus hic finis, tanq̄ ridiculū qddā ꝑ ignauiā ſegnitiēq; noſtram effugiſſe nos videbiẗ: ꝙ nec nos te ſeruauerim⁹, neq; tu ipſe te: cū id fieri abſq; magna difficultate potuerit: ſi vel parū in nobis vſus induſtriæq; fuiſſet. Hęc igiẗ o Socrates cōſidera: ne ꝑterq̄ ꝙ mala ſunt etiā dedecori tibi nobiſq; ſint: ſed tibi cōſule. Immo vero nō iā amplius conſulendi tēpus: ſed cōſultū iā eſſe oportuit. Vnicū vero cōſiliū eſt: videlicet venienti hac nocte cuncta hęc facta eſſe oportere. Sin autē vltra tardamus, nihil oīno fieri vlterius poterit. Quãobrē oīno mihi adhibe fidē o Socrates: nec vllo modo aliter facias. SO. O amice Crito ſtudiū hoc tuū ꝑmulti faciēdū eſſet, ſiqua rōne recta ſuſceptū eſſet. Sin min⁹, quãto vehemētius eſt, tãto moleſtius. Cōſiderādū eſt igiẗ, agēda ne hęc nobis ſint an nō. Nā ego is ſum nō mō nūc ſed & ſemꝑ, q meorū nulli pareā ꝑterq̄ rōni q̄ ratiocinanti mihi optima videaẗ. Rōnes itaq; illas qbus ſuperioribus tēporibus vſus ſum, nec nunc qdē poſtq̄ in hāc fortunā incidi, reiicere poſſum: ſed ſiles mihi ferme apparent: eaſdēq; in ꝑſentia quas & prius veneror atq; ꝓfiteor: adeo vt niſi nūc meliores afferre poſſimus, plane ſcire debeas me tibi nō conceſſurū: non ſi etiam plura q̄ nūc multitudinis potētia cōminata nos tanq̄ pueros laruali terribiliq; facie perterrere conetur pœnam, & damna, catenas, cędes obiiciēs. CRI. Quanā igiẗ rōne mediocriter cōſiderabim⁹? SO. Hac vtiq; ſi id qd tu de opinionib⁹ paulo ante dicebas, reſumam⁹, vtrū ſemꝑ recte ſe habeat nec ne: oportere. ſ. quarūdā opinionū rōnē habere: quarūdā vero minime. An forte prius q̄ in ꝑiculū mortis inciderē, recte id dicebaẗ: nūc vero cōſtat fruſtra diſputatiōis gratia ita dictū fuiſſe: cū reuera ioco cuidam nugiſq; eſſet adductū. Cupio eqdē o Crito vna tecū cōſiderare, nūqd ſermo ille prior alien⁹ appareat mihi nūc in hac fortuna cōſtituto: an ꝑſus idē q & prius: atq; vtrū dimittēdus ſit a nobis, vel ipſi obtēperādū. Cōſidera igiẗ an non ſufficiēter tibi dici videaẗ nō oportere oēs opiniones hoīm ſeq: ſed alias qdē ſequi: alias vero negligere: neq; oīm qdē: ſed dūtaxat quorūdā. Quid ergo dicis? hæc non recte dicunẗ? CRI. Recte. SO. An non bonas honorare decet, malas vero cōtemnere? CRI. Ita decet. SO. Bonę aūt nonne prudētū? Malę cōtra ſunt imprudētū? CRI. Quid ni? SO. Age vero quonā mō rurſus talia dicebanẗ. Qui in gymnaſiis ſe exercet, vtrū cuiuſlibet hoīs laudi vel vituperationi mētē adhibebit: an illius tm̄ qui medicus ſit aut gymnaſii magiſter? CRI. Huius ſolius. SO. An non timere decet vituperationes & optare laudes illius vnius poti⁹ q̄ multoꝝ? CRI. Proculdubio. SO. Hac itaq; rōne illi agēdū eſt exercendūq; & edēdū atq; bibēdū, qua illi vnico videaẗ q ꝑſideat intelligatq;, poti⁹ q̄ vt videẗ vulgo. CRI. Vera hęc ſunt. SO. Quid vero ſi illi vni nō pareat: opinionēq; eius & cōmēdationes nihilipēdat: honoret vero multorū ignorantūq; cōmēdationes, nunqd a malo tutus erit? CRI. Minime. SO. Quid aūt eſt id malū: & quonam tendit & in quā non obediētis partē? CRI. In corpus videlicet. hoc enim corrumpitur. SO. Recte dicis. Nōne & de aliis o Crito eadem ratio eſt? Ne oīa ꝑcurramus: de iuſtis inquā iniuſtiſq;: de turpibus & honeſtis: boniſq; & malis: de quibus in ꝑſentia nobis cōſultatio eſt vtrū multorū opinionē ſequi vererīq; debeamus: an vnius potius q intelligat: quē decet & venerari & timere magis q̄ cūctos alios. Cui niſi obtēperauerimus, lędemur: & corrūpemur in eo, qd iuſto quidem melius fieri, iniuſto aūt corrumpi ſoleat. An nihil id eſt? CRI. Idem quidem o Socrates arbitror. SO. Age vero ſi id qd a ſalubri quidē fit melius, ab inſalubri vero corrumpiẗ, corruperimus imperitorū potius q̄ peritorū ſecuti iudicia, an nobis eo deſtructo viuēdū erit? Eſt aūt id corpus, nōne? CRI. Corpus. SO. Nunqd ergo viuēdū nobis cū deprauato corpore atq; deſtructo? CRI. Nullo modo. SO. An forte cū illo viuendū eſt nobis corrupto, qd iniuſto quidē læditur, iuſto vero iuuaẗ? Nunqd vili⁹ illud q̄ corpus exiſtimamus, quicqd illud eſt e noſtris, circa qd iuſtitia iniuſtitiaq; verſaẗ? CRI. Nullo mō. SO. Sed pretioſius? CRI. Valde. SO. Non igitur o vir optime admodum nobis curādum eſt, quid de nobis multi loquantur, ſed quid dicat is vnus qui intelligit iuſta & iniuſta atq; ipſa veritas. Quãobrem primo quidem non recte adduxiſti, opinionē vulgarem de rebus iuſtis & honeſtis & bonis harūq; contrariis eſſe alicuius exiſtimandam. At vero dicet aliquis, poſſe vulgus nos interficere. CRI. Nimirum dici id poteſt o Socrates. SO. Vera loqueris. Sed o mirabilis, hæc ratio quam ꝑcurrimus ſuperiori ſimilis eſſe videtur. atq; hanc rurſus conſidera: vtrū nobis maneat nec ne: videlicet non multi faciēdū eſſe viuere: ſed bene viuere. CRI. Manet qdē. SO. Sed hoc quoq; manet nec ne: bñ & honeſte & iuſte viuere idē eſſe? CRI. Conſtat. SO. Igitur ex his q̄ confeſſi ſumus: hoc cōſiderandū: vtrū iuſtū ſit conari me hinc exire, Athenienſibus non dimittēribus: vel iniuſtum, ac ſi appareat iuſtū eſſe, tentemus:

ſi minus,dimittamus.Quas vero tu affers conſiderationes de pecuniarū ſumptu,de vulgari opinio
ne, de filiis educandis,cauēdū eſt o Crito,ne excogitationes reuera horū multorū ſint qui facile inter
ficiunt: atq; eorū qui ſiſt inquā ſi poſſent reuiuiſcerēt,& id quidē abſq; mēte. Nobis vero quandoqui
dem ſic exigit ratio,nihil aliud attendendū eſt q̄ qđ mō dicebamus:vtrū agamus iuſta pecunias lar=
giēdo gratiaſq; habēdo his qui me hinc educāt: vtrū inquā in hoc agamus iuſta nos quidē educti illi
vero educētes,an potius vtrinq; in his oībꝰ agēdis agamus iniuſte.atq; ſi appareat nos iniqua aggre
di ne excogitandū qdē id eſt,ſed manſuete ſubire decet & mortē & quoduis aliud ſuppliciū priuſq̄ qc
q̄ agamus inique.CRI.Recte loqui videris Socrates.Conſidera tñ qd agamus.SO.Conſideremꝰ o bo
ne vir vna.Ac ſiqua in pte me dicētē redarguere poteris,redargue.Ego eñ aſſentiar. Sin minus,deſi
ne queſo o vir beate iam totiēs eadē verba repetere:oportere.ſ.me hinc Athenieſibus inuitis abire.Eq
dem multi facio pſuaſo te hęc agere nō aūt inuito.Attende itaq; nunquid conſiderationis initium ti
bi ſufficiēter dictum ſit:conareq; qđ rogatus ſis ita reſpondere,vt maxime cēſeas reſpondendū.CRI.
Conabor equidē.SO.Dicimus ſane nullo modo ſponte eſſe iniuriandū.An forte quodam pacto iniu
ria faciēda eſt: aliter vero nequaq̄: vel potius iniuriari nullo modo vel bonū eſt,vel honeſtum:quēad
modum in ſuperiori tpe ſępe cōfeſſi ſumus?Qđ qdem & nuper eſt confirmatum.An forte oēs illæ ſu
periores conuētiones noſtræ in paucis his diebus prorſus euanuerunt,ac iādiu non tā grandes natu
homines o Crito tāq; ſtudioſe inuicē differentes latuit nihil a pueris nos differre? An potius ſic pror
ſus res ſe habet,vt iādiu dicebamus:ſiue affirmet id multitudo,ſiue neget : et ſiue grauiora præſen=
tibus,ſiue leuiora ſubire cogamur?Attamen iniuriam facere,oīno malū turpeq; eſſe fatemur illi ipſi
qui facit.an non?CRI.Fatemur certe.SO.Quāobrē nullo modo iniuriandū eſt.CRI.Nullo quidem.
SO.Neq; ſi iniuriā paſſus fueris,vlciſcēdū,vt vulgꝰ putat.ſiqdē nullo mō iniuriādū. CRI.Ita videt.
SO.Quid vero?mala alicui facere decet o Crito, an non?CRI.Non certe o Socrates.SO. Quid aūt q
mala patitur,nū mala viciſſim referre illi debet q intulit vt vulgo videt? Iuſtū ne id eēt an iniuſtum?
CRI.Iniuſtum.SO.Nēpe mala inferre hominibus non diſcrepat ab iniuria.CRI.Vere loq̄ris.SO.Ne
q; igitur vlciſci decet:neq; malefacere cuiq̄ hominum,quodcunq; ab aliis ipſe paſſus fueris.Et vide o
Crito nequid dum hęc concedis,pręter ſniām tuā nobis aſſentiare.Perpaucis eñ ſcio quid loquar ſic
vel apparet vel apparebit.At vero qbus ſic apparet,& qbus aliter, his nō eſt cōmunis deliberatio: ſed
neceſſe eſt eos cū vltro citroq; conſilia ſua reſpiciūt,inuicē ſe deſpicere.Animaduerte igit & tu diligē
ter vtrum tibi mihiq; cōmunis ſit hęc opinio,mecūq; ſentias : atq; vtrum ab hoc principio exorſi de
liberemus,quaſi nunq̄ rectum ſit vel iniuriari vel vlciſci iniuriā vel malū referre in eum qui intulit.
an hic diſcedis a nobis in hoc principio non conſentiens?Mihi qdem & iādiu & nunc ita videtur.Qꝫ
ſi tibi apparet aliter:dic & doce.Sin aūt in ſuperioribus permanes,iam quid ſequatur audi.CRI.Con
ſentio equidē & permaneo.SO.Dico ergo deinceps immo potius interrogo : vtrum quæ quis conſi=
teat alicui iuſta eſſe,facere debeat,an fallere.CRI.Facere.SO.Ex his iam ita conſidera.ſi nos hinc abe=
amus pręter ciuitatis cōſenſum,vtrū male aliquibus faciemꝰ,& his quidem,qbus minime decet, vel
non,& vtrum in his pmanebimus quæ iniuſta eſſe conuenimus,vel contra.CRI.Nequeo equidem o
Socrates ad hæc rñdere.Neq; enim intelligo.SO.Verum ita conſidera:perinde ac ſi volētibus nobis
hinc ſiue aufugere ſiue quomodocūq; hoc vocandum eſt,veniant leges ciuitatiſq; huius reſpublica,
& inſtantes nobis ſic inquiant.Dic nobis o Socrates.Quidnam cogitas facere? An non intelligis hac
re quā aggrederis,te nobis,legibus,totiq; patriæ quantum in te eſt interitum machinari? An putas
ciuitatem vllam amplius ſtare poſſe,ac non ſubuerti, in qua iudicia publica nullam vim habeāt: ſed
a priuatis hominibus contēnantur atq; frangantur?Quid ergo dicemus ad hæc o Crito aliaq; huiuſ
modi? Permulta enim in hanc ſententiam afferre quis poteſt,præſertim orator pro lege ita ſoluta de
clamans:quæ quidē ſentētias publico iudicio latas iubet ratas eſſe.An reſpondebimus illis ciuitatem
nō recte iudicādo nobis iniuriam intuliſſe?Ita ne an aliter?CRI.Ita p Iouē o Socrates.SO.At.n.leges
ipſę ſic rñderēt.O Socrates nōne nobis tecum id conuenit, ſtandum tibi eſſe iudiciis,quæ ciuitas tu
lerit?Qꝫ ſi leges ita loquētes admiraremur,forte dicerēt, Noli Socrates quæ mō diximꝰ admirari.im
mo reſponde,cum tibi & interrogare & reſpondere ſit conſuetum.Dic age quidnam nobis ciuitatiq;
ſuccēſeas:quo diſſoluere nos contēdas.Principio nonne nos te genuimꝰ?atq; per nos pater tuus ma=
trē accepit tuam & puocauit?Dic ergo:an has inter nos leges quæ ſunt circa cōiugia improbes:atq;
his aliqua in parte quaſi minꝰ rectis ſuccēſeas.Nihil ſuccēſeo dicerem.Sed an his legibus q̄ educatio
ni eruditioniq; natorum prouidēt,in qua ipſe quoq; eruditus es?an non recte diſpoſuerunt hæ leges
ad hoc officium condite,cum iuberēt patrem tuum in muſica te,& gymnaſtica erudire?Recte diſpo
ſuiſſe concederē.Age ergo:poſtq̄ per nos genitus eſt educatuſq; ac eruditus,primo quidem num po
tes negare te noſtrum eſſe & natū & ſeruū,ipſumq; te & progenitores? Deinde cū id ita ſe habeat,an
putas ius ex ęquo tibi,atq; nobis eē:& quę nos tibi facere aggrediamur ,eadē viciſſim in nos abs te rę

ferri iuſtum eſſe iudicas? An cum nec ad patrẽ,nec ad dominũ ſi eum habeas,tibi ius ex æquo ſit:vt quę ab illis patiare in eos referre poſſis,neqꝫ ſi iurgio hi te laceſſant,cõtra iurgare,neqꝫ ſi te verberẽt, viciſſim verberare: neqꝫ alia eiuſmodi in eos tentare liceat,contra patriam vero ac leges tibi licebit? Adeo vt ſi nos iudicãres id eſſe iuſtum,interficere te velimus,tu viciſſim nos leges & patriam pro viribus coneris occidere,dicaſqꝫ te in his agendis iuſta facere: qui virtutis curam reuera habere profiteris. An ſic es ſapiens vt te latuerit & patri & matri & progenitoribꝰ omnibus patriam eſſe anteponendam? Atqꝫ eſſe venerabilius quiddam ſanctiuſqꝫ, & in ſuperiori ſorte,tũ apud deos,tum apud homines mẽtis compotes eſſe patriã collocandam: colereqꝫ eam oportere magis eiqꝫ obedire ac rigidius ſe gerẽti mitius aſſentiri ꝙ̃ patri:& ſiqd iubeat vel diſſuadere illi quãtum liceat,vel facere,& patiẽter ſuſtinere quicquid iuſſerit patiẽdum? Ac ſiue mãdauerit verberari te,ſiue in vincula conici,ſiue in prelium miſerit ad vulnera excipienda mortẽqꝫ ſubeundam,obediendum eſt omnino. Ius enim ita dictat:& neqꝫ tergiuerſandũ,neqꝫ fugiendum,neqꝫ ordinem deſerẽdum:ſed & in bello,& in iudicio,& prorſus vbiqꝫ ea ſunt quę reſpu.patriaqꝫ iuſſerit,faciẽda:aut certe verbis quatenus iuſtum eſt vti licet ad perſuadẽdum illi,eamqꝫ placandam. Vi autẽ vti nefas eſt,vel contra matrẽ,vel contra patrem,maxime vero omniũ contra patriam. Quidnam ad hæc dicemus Crito:vera ne loqui leges an cõtra? CRI. Mihi quidẽ vidẽtur. SO. Proinde leges forte dicẽt:animaduerte o Socrates,vtrum vere dicamus te iniuſta cõtra nos aggredi. Nos quidẽ quę te & alios ciues genuimus,educauimus,nutriuimus,participes bonorũ oĩm quę in noſtra erant poteſtate effecimus:tamẽ ꝑmiſimus cuilibet Atheníenſium cognitis iam ciuitatis moribus legibuſqꝫ & reipublicę gubernandę forma,ſicui nõ placeamus,licere acceptis ſuis quocunqꝫ placuerit hinc abire. Nec vlla ex nobis legibus impedit,aut denegat,ſiue quis veſtrum cui nos ciuitaſqꝫ minime placeamus,in coloniã aliquã hinc velit diſcedere,ſiue habitationẽ alio transferre cupiat,quo minus id pro arbitrio facere valeat:ſecũqꝫ ſua ꝑferre. Ac vero quicũqꝫ ex vobis,poſtꝙ̃ cognouerit quẽadmodum nos iudicia diſponimus: & in cæteris omnibus regimus ciuitatẽ: permanſerit tamẽ,hunc iam aſſeueramus opere ipſo conueniſſe nobiſcum quęcũqꝫ iuſſerimus ſe facturũ. Atqꝫ eum qui non paruerit,tripliciter iniuriari cẽſemus,& ꝙ genitricibus nobis non obtẽperat,& ꝙ nutricibus non obſequitur,& ꝙ pactus nobis obedire,neqꝫ obedit,neqꝫ ꝑſuadere nobis ſtudet,ſiquid minus recte facere videamur. Cumqꝫ præcepta noſtra libere proponamus, neqꝫ mandemus rigide:ſed ꝑmittamus alterũ e duobus,aut verbis ꝑſuaderi nobis,aut mãdata explere,tu horum neutrũ facis. His ergo criminibꝰ te o Socrates obnoxium iudicamus fore ſi quę cogitas feceris: nec minime Atheniẽſium te,ſed maxime omniũ. Ac ſi cauſam requiram ob quã præ cæteris ſim obnoxius,forte iuſte me remorderẽt dicẽtes me maxime omniũ Atheniẽſium ciuitatis legibus cõſenſiſſe,ſic enim inferrẽt. Magna nobis o Socrates horum ſunt argumẽta,tibi nos ciuitatẽqꝫ placuiſſe. Nunꝙ̃ enim maxime omniũ Atheniẽſium cõtinuas in ea moras traxiſſes,niſi tibi mirifice placuiſſet. Itaqꝫ nec ſpectaculi gratia vrbe vnꝙ̃ egreſſus es,niſi ſemel in Iſthmum,nec alio vſꝙ̃ niſi in militia: neqꝫ aliam feciſti peregrinationẽ vnꝙ̃,quemadmodum cęteri ſolẽt:neqꝫ alterius ciuitatis te cepit cupiditas aliarũve legum:ſed nos tibi noſtraqꝫ ciuitas ſatiſfecimus:vſqueadeo vehemẽter probaſti nos: noſtriſqꝫ moribus victurum te conſenſiſti:tum in cęteris rebus:tum quia in ea filios ꝓcreaſti:vtpote quæ tibi placuerit. Quinetiã licebat tibi in ipſo iudicio exilium poſtulare ſi voluiſſes,atqꝫ qđ nũc inuita ciuitate aggrederis tunc ea volẽte poteras facere. Tu vero verbis tũc te extuliſti quaſi nõ grauiter ferres ſi mori te oporteret. Quinimo mortẽ ipſam,vt dicebas,potius ꝙ̃ exilium elegiſti. Nũc vero nec verba illa tua erubeſcis,neqꝫ nos leges vereris: ſed nobis interitũ machinaris. Facis autẽ qđ deterrimus faceret ſeruus,fugã arripere tẽtans cõtra pactiões cõuẽtioneſqꝫ,in quibus conueniſti nobiſcũ noſtris te prębẽs inſtitutionibꝰ gubernandũ. Primũ reſpõde nobis:nũ idipſum vere dicamus:conſenſiſſe nõ verbis ſed re ipſa moribꝰ noſtris gubernari debere. An nõ vera hęc ſunt? Quid ad hęc dicemꝰ Crito,an nõ cõfitebimur? CRI. Neceſſe eſt o Socrates. SO. Nonne igiť,leges inquiẽt,conuẽta nobiſcũ & pacta trãſgrederis,quę neqꝫ coactus es nobiſcũ inire,neqꝫ deceptus,neqꝫ ad breue tẽpus deliberare ad hęc eligẽda es cõpulſus,ſed annos ſeptuaginta deliberare licuit. Quo in tẽpore licuit & abire,niſi tibi placuiſſemus,conuẽtioneſqꝫ iuſtę tibi viſę fuiſſent. Tu vero nec Lacedęmonẽ,neqꝫ Cretam nobis antepoſuiſti: quas ipſe vrbes aſſidue prędicas recte gubernari,neqꝫ aliã vllã,vel Grecarũ ciuitatũ,vel barbararũ. Immo ex hac rarius peregrinatus es ꝙ̃ claudi & ceci mancíqꝫ alii ſoleãt. Vſqueadeo Athenienſis tibi prę cæteris ciuitas placuit,atqꝫ nos,videlicet leges. Cui eñ placere poteſt ciuitas:cuiꝰ nõ placeant leges? Nũc vero nõ ꝑmanes in his in ꝗbus iã diu nobis tibiqꝫ cõuenit. Permanebis certe ſi nobis credideris:ne egrediẽs vrbe deridẽdus euadas. Cõſidera rurſus ſi hęc trãſgreſſus fueris,& ea quæ inique cogitas perpetraueris,ad ꝗd tandẽ id vel tibi,vel neceſſariis tuis conducet,cuiqꝫ enim conſtat in periculo neceſſarios tuos fore ne ipſi quoqꝫ in exilium expellantur priuẽturqꝫ ciuitate,& patrimonio ſuo expolientur. Tu autẽ ſiquã in ciuitatẽ finitimã te cõtuleris,vel Thebas,vel Megaras:vtręqꝫ

con.v.

Qualis ſit corruptor legum.

enim gubernantur recte: hoſtis primũ reipublicę illius accedes: & omnes quib⁹ curę eſt patria, deſpicient abominabunturq; te, corruptorẽ legum exiſtimãtes. Ideoq; cõfirmabis eorũ qui te dãnarũt opinionẽ, vt recte contra te tuliſſe ſententiam videãtur. Quiſquis enim corruptor eſt legũ, is potiſſimũ & iuuenum imperitorũq; hominũ videbitur eſſe corruptor. Quid ergo? ciuitates ne quę recte gubernãtur, & modeſtiſſimos quoſq; homines deuitabis? Atqui ſi id feceris, vita ne dignus eris? an forte impudẽter te his admiſcebis, nec erubeſces de eiſdẽ apud eos diſſerere, de qbus apud nos cõſueuiſti? virtutẽ videlicet & iuſtitiã, legeſq;, & inſtituta legũ plurimi eſſe exiſtimãda? neq; putas abſurdum, & ab his diſſonans apparere Socratis factũ? Proculdubio putandũ eſt. Forte vero ciuitates has declinans in Theſſaliã ad Critonis hoſpites abibis. Illic enim abſq; ordine & tẽperantia viuitur. Ac forſan libẽter illi te audient, narrantẽ quẽadmodum e carcere ridicule fugeris, vt faſcem quẽdam tibi ſupimponẽs, aut corio tegens, vel aliis quibuſdã te inuoluẽs, quẽadmodum ſolent qui fugam ſurripiũt: & in alienam figurã te tranſmutans illinc aufugeris. Quẽadmodum vero vir ſenex paruo admodũ tẽpore vt veriſimile eſt victurus, auſus fueris ob viuendi cupiditatẽ in tã ſordida inopia viuere, maximas trãſgreſſus leges, nullus ne dixerit? Forte ſi neminẽ offenderis. Alioquin multa o Socrates atq; indigna te audies. Viues autẽ obnoxius cunctis hominib⁹ atq; deſeruiens. Quid vero facies in Theſſalia? Cõuiuia ne frequẽtabis? vtpote qui in Theſſaliã quaſi ad coenam aliquã aduẽtaueris? Diſputationes vero illę de iuſtitia caeteriſq; virtutibus: vbinam vlterius nobis erũt? Enimuero filiorum gratia viuere cupis, vt nutrias eos atq; erudias. An ergo in Theſſaliã eos perduces, vt illic nutrias eos, atq; erudias, hoſpites eos efficiens: vt hoc inſuper cõmodi abs te reportent? An id quidẽ non facies: hic vero relicti melius te viuo alentur, atq; erudientur a neceſſariis tuis te abſente? Verũ vero ſi in Theſſaliã abibis, tui id curabunt: ſin autẽ in alteram tranſibis vitam, non curabunt? Profecto ſiquid opis eſt in his qui aiunt ſe tuos neceſſarios eſſe, credẽdum eſt curaturos. Cęterũ o Socrates fidẽ nobis adhibens nutricibus tuis, neq; filios tuos, neq; vitam, neq; aliud quicq̃ pluris facias q̃ iuſtitiã: vt cum in vitã alteram tranſmigraueris, valeas illic pręſidibus horum omniũ reddere rationẽ. Nẽpe ſi leges tranſgreſſus hęc feceris, neq; melius, neq; iuſtius, neq; ſanctius id vel tibi cõtinget, vel tuis: neq; illuc tibi profecto conducet. Quin potius iniuriam paſſus abito, ſi abieris, non a nobis quidẽ legibus, ſed ab hominib⁹. Verum ſi adeo turpiter aufugeris, etiã verſa vice iniurias malaq; referens, conuẽtiones nobiſcũ initas & promiſſa trãſgreſſus, atq; lędẽs eos quos minime oportebat, teipſum ſcilicet & amicos, & patriã noſq; & leges, nos vtiq; & viuẽti tibi infenſi hic erimus: & in altera vita leges q̃ illic ſunt noſtrae ſorores, haudquaq̃ te benigne recipient, ſcientes te nos pro viribus diſperdere conatum fuiſſe. Quãobrem ne Crito aliter tibi q̃ nos perſuadeat, caueto. Haec equidẽ o dulcis amice Crito audire videor, quẽadmodum Corybãtes tibias audire ſe putãt. Atq; in me ſermonũ eiuſmodi ſonitus adeo reboat, vt alia audire nõ poſſim. Vides quę in pręſentia mihi apparẽt: quibus ſiquid contradicere aggrediaris, fruſtra conabere. Verũtamen ſiquid te profecturũ confidis, dicas. CRI. Ego vero qd̃ dicam o Socrates nihil habeo. SO. Define ergo Crito: & pergamus hac: quando quidem hac nos Deus ipſe ducit.

Argumentum Marſilii in Phaedonem.

NOſtẽr de Religiõe liber rem ſatis per ſe notam probat: Chriſti vitã eſſe virtutis totius ideam. Octauus aũt epiſtolarũ noſtrarũ liber Socratis vitam vitę Chriſtianę imaginẽ quandã, aut ſaltẽ vmbrã eſſe demonſtrat: & teſtamẽtum quidẽ vetus per Platonẽ confirmat: nouum vero per Socratẽ. Qd̃ autẽ ad Socraticam hãc ſpectat ſimilitudinẽ, ſiquis dubitat, Xenophontẽ, atq; Platonẽ legat: & caeteros qui dicta ſimul actaq; Socratis cõſcripſerũt: pcipue Platonis Gorgiã, & Apologiã, Critonẽ, atq; Phędonẽ. Huius ergo Phędonis deinceps argumẽtũ paſſu, immo ſaltu celeri percurremus. Eius enim myſteria ſatis in Theologia expoſuiſſe videmur. Vnũ hoc in primis admonebimus: nequis admiret Socratẽ inter argumẽtationes ad immortalitatẽ animę ptinẽtes prętermiſiſſe hic illã, qua ſola confidit in Phędro: Animã. ſ. eſſe principiũ motionis: vnde ſequatur eã per ſe ppetuoq; moueri, ſemperq; viuere. Id enim ideo factũ eſt a Socrate: qm̃ eiuſmodi ratio nõ ſolum noſtris, ſed caeleſtibus etiã, atq; dęmonicis animis eſt cõmunis. In Phędone vero rationes nobis magis proprię requiruntur. Sed iam ad diſpoſitionẽ dialogi breuiſſimã veniamus. Principio obſeruandũ eſt: q̃ mirifice Socrates conſoletur amicos: qui eo praecipue die quo venenũ bibiturus erat in carcere, quaſi cõſolaturi eum ſalutauerunt. Deinde q̃ religioſe obſeruet vel ſomniorũ praecepta quaſi quaedã oracula: & q̃ in eo apprime cautus ſit, ne minimũ quid circa diuina mãdata delinquat. Tertio memorię mandandũ eſt: hoĩes ſub aſſidua Dei eſſe cuſtodia, neq; licere niſi quãdo deus voluerit, hinc emigrare. Quarto aduertẽdũ eſt diligenter qd ſibi velit, vbi ait ſperare quidẽ ſe in obitu ad bonos viros, deoſq; alios bonos iturum,

Sed magis affirmare ad bonos deos ꝗ̃ ad bonos viros iturũ. Primo quidẽ qđ dicit deos alios atq; valde bonos, intelligit preter ſpherarũ animas eſſe mẽtes angelicas ſpheris ſublimiores. In quarũ familiaritatẽ animas quoq; noſtras quãdoq; admitti poſſe ſperat. Neq; tamẽ audet aſſerere, propterea ꝙ pleriſq; ſapiẽtibus videbatur ſatis fore animę factũ, ſi ad conſortium animarũ cæleſtium quandoq; recipiatur. Immo vero dubitatio proprie ſuper eam partem cadit, quę bonos appellat viros. Non enim audet deinde hominũ animos affirmare eadem ratione bonos, qua deos dixerat bonos. Poſt hæc ſeipſum ſimul amicoſq; ſub perſona philoſophãtis conſolaturus, ait. Cum totum philoſophantis ſtudium ſit quędam a corpore ſeparatio, per eamq; perficiatur quotidie, nimirũ ſeparationẽ a corpore, quę fit per mortẽ, non modo nõ timere debet: ſed optima cũ ſpe lętitiaq; expectare. Mox duobus modis oſtendit philoſophũ a corpore animũ ſeparare. Primo quidẽ a perturbationib⁹ per moralis diſciplinę purgationem: deinde a ſenſibus atq; ipſa imaginatione per contẽplationis ipſius intentionẽ. Medici ſapiẽtes duplici vtuntur purgatione: Prima quidẽ leniendo: Secũda vero ſoluendo: ſcientes neq; ſatis eſſe lenire: neq; tutũ ſoluere anteꝗ̃ lenias. Similiter apud philoſophos moralis antecedit purgatio quaſi leniens. non enim interiores imaginationis morbos, id eſt deceptiões extirpat. Sequitur purgatio ſpeculatrix imaginationis quãdoq; pro viribus diſcutiens nebulas. Ante vero moralem purgationẽ aggredi ſpeculationis officiũ non eſt tutum: nequis vitiorũ morbis infectus ipſo ſpeculatiõis acumine abutatur ad iniuſtitiã impietatẽq; defendẽdam. Ex his concludit philoſophũ mentis aciem quatenus a corporeis ſegregat, eatenus incorporeis rationib⁹ ideiſq; coniungere. Sed cũ multa ꝗ̃ a corpore animo inferuntur incõmoda numeraſſet, ſubiunxit extremũ maximũq; malorũ eſſe fallaciã illam, qua imaginatio mẽtem ad incorporea ſe eleuantẽ, interim ad imagines quaſdã corporũ ſępiſſime diſtrahit, cogitq; ipſa modo quodã corporeo cogitare. Poſt hæc & ex eo ꝙ animus ipſam ſeparatarũ rerum veritatem quã naturaliter appetit, corpori coniũctus aſſequi nequit, per diſiunctionẽ infert, aut nunꝗ̃ aſſequi, aut poſt mortẽ. nunꝗ̃ vero aſſequi nõ eſt conſentaneũ. Quippe cum ab omni mente perpetuo appetatur. Proinde improbat illos, qui tẽperãtiam eſſe putant abſtinere a minoribus corporis voluptatib⁹, vt maiores deinde voluptates corporis conſequãtur. Rurſus qui fortitudinẽ definiunt, ſuperare timores quoſdam eorum timorũ gratia qui nos iam ſuperauerint. Vult enim omne moralis virtutis officiũ in quadam animi purgatione verſari ſapientię gratia. Alioquin nullã eſſe virtutẽ. Immo vero humanã quoq; ſapientiã nominat purificationẽ quãdam: perinde quaſi exiſtimet nihil aliud ſapientię noſtrę meditatiõe nos conſequi ꝗ̃ puritatem quãdam: quã mox illuminatio diuina ſequatur: quæ proprie ſapientia ſit. Significat præterea nõ tam habitũ aliquem noſtris laboribus acquiſitũ, ꝗ̃ purificationem ipſam nos deo coniungere. His actis immortalitatẽ animæ probaturus ait: ex vno contrariorum genere in alterum progreſſionẽ fieri: atq; viciſſim regreſſionẽ. Ideoq; ſicut ex viuentib⁹ fiunt mortui: ſic ex mortuis viuentes quãdoq; reſurgere. Vbi videtur mortuorum reſurrectionẽ vaticinari. quã & in Politico comprobat. Præterea per longas ambages innuere: ſicut & ſubſtantia cæli & elementorum materia infinite de diſpoſitione alia viciſſim pertranſit in aliã: ſic & animã rationalẽ, quæ principium motus & vitę generationiſq; eſt, poſſe infinite coniũgi corpori viciſſimq; ſeparari. Siquidem & multę in natura ſubſtãtię diuturna viciſſitudine qualitates mutant: & vbiq; virtute animæ ſit circuitus ſempiternus. In ſequẽtibus tandem ingenti quadam fiducia reſurrectionẽ quam innuerat, aſſerit. Aggreditur deinde rationẽ de reminiſcentia, idem qđ & pauloante probantẽ, animã & ante corpus viuere, & poſt corpus. Tu vero eiuſmodi rationes eſſe intellige Pythagoricas. Atq; ex illis qđ ad veritatem magis cõducat eligito. Ait ergo. ſi diſciplina reminiſcentia eſt, vixerunt animæ ante corpus. Reminiſcentiã vero eſſe, duobus pręcipue ꝓbat modis. Primo quia recte interroganti, ſępe vera de his quę nunꝗ̃ didicimus reſpõdemus. Deinde quoniã ex notitia eorum quę ſentiũtur, ſubita quadam abſtractione in notitiam aſcendimus idearum: ceu cognoſcẽdo hęc æqualia in ipſius æqualitatis cognitionem. Vbi cognoſcimus deficere hæc ab illis, atq; anniti ſimilia fieri: rurſus quantum accedãt: & quæ magis quęve min⁹. Cũq; id per omnẽ agamus vitam, neceſſe eſt ideam ipſam ante ortum nos habuiſſe. Non enim perfecte rei notitiam ſubito ex imperfectis accepimus. Oſtendit autem duobus modis ideas eſſe. Primo. Quodlibet ſubiectum qđ appellatur æquale, poteſt etiam dum per ſubſtãtiam manet idem, inęquale & fieri, & videri. Aequalitas autem nequit vnꝗ̃ inęqualitas vel fieri, vel videri. Præterea æqualia hæc velut imperfecta inæqualitatẽ participant: æqualitas vero ipſa nequaꝗ̃. In ſequẽtibus nota quanta aſſeueratione affirmet ideas: addatq; idearum eſſentiam eſſe noſtram. Atq; cum animus noſter ſingula referat ad ideas, ipſum oſtẽdere ſe vna cum idearum eſſentia ſempiternum eſſe: atq; eam agnoſcere tanꝗ̃ ſuam. Nota inſuper nulla in re magis elaborãdum eſſe: ꝗ̃ vt per immortalitatis demonſtrationẽ mortis metum, quaſi morbum grauiſſimũ, expellamus. Cõfeſtim aliam aggreditur rationẽ a proportione intellectus ad intelligibile ductam. Intelligibile vero ipſum, ideam ipſam incorpoream ſempiternãq; appellat. Cumq; intellectus cum ipſa velut obiecto

proprio congruat, concludit hunc incorporeum ſempiternūq; eſſe: pręcipue cum dominetur corpori, mortalibuſq; repugnet. Proportionē vero mentis cum idea confirmat ex eo, q̃ quotiens non impeditur ad eam ſeſe confert, eiuſq; cōmercio gaudet, atq; perficitur. Q; autē poſtq̃ dixit animā eſſe omnino indiſſolubilem, ſubiunxit, Vel rei omnino indiſſolubili propinquā: hoc additū intellige: quoniā in Timęo ꝓbatur, deum ſolū omnino indiſſolubilem eſſe: cętera vero ſi cōparētur ad deum, diſſolubilia quodāmodo iudicari: quia quodāmodo & compoſita. q̃uis illa quę optime cōpoſita ſunt. i. ſeorſum ab elemētali materia, nō diſſoluātur vnq̃. Animæ igitur tam noſtræ q̃ diuinæ indiſſolubili deo propinquę ſunt: ipſę quodāmodo ſolubiles, ſed diſſoluendę nunq̃. Pręterea vocat id omnino indiſſolubile, in quo neq; eſſentię, neq; actionis partes vllę ſpargūtur. Anima igitur, & ſi ſecūdum eſſentię partes non ſpargitur, tamē per actionis partes diffunditur. Tēpore enim & mobiliter agit. Proinde ſubdit puram animā poſt obitū ad pura & ęterna redire, impurā vero terreniſq; infectā ad ſimilia retrahi atq; terrena, ſępeq; videri. Profecto affectio erga corpora in anima remanens, non per ſe ꝓprie facit vt anima videatur: cum affectio non ſit viſibilis: efficit tamen vt anima nonnihil viſibile ſecum trahat. i. inuolucrum quoddā vel aereum, vel ex ſpiritibus vaporibuſq; corporis ſui conflatum, vt vult Proculus, vł nuper ex circūfuſo aere congregatū. Certe hic Plato ſignificat qđ vult Proculus. ſ. inter corpus æthereum, qđ & immateriale eſt & ſimplex & ſempiternū, atq; corpus terrenum, qđ eſt materiale, compoſitumq; & ad breue perdurās, eſſe corpus aereum, materiale quidem, ſed quodāmodo ſimplex & longioris æui: in quo animæ diutius habitent etiam poſt diſceſſum: quoad hoc diſſoluto, corpus iterum compoſitū induantur, videlicet ſi purgatę non ſint: ſi vero purgatę, cum ſolo ęthereo cælum petant. Q; animarū trāſitus narrat in beſtias, Pythagoricū eſt. Idq; intellige: videlicet animas noſtras non tam viuificare corpora beſtiarum, q̃ purgatorii gratia per brutam imaginationē ſuam quodāmodo brutorū imaginationi miſceri: quēadmodum impuros aiunt dęmones inſanorū imaginationi ſæpe permixtos. ſic vtiq; excepto Plotino plæriq; exponunt Platonicorū. qđ quidē patet ex eo q̃ nō dicit animā fieri beſtiam: ſed induere, ſubire, tranſire. Concludit ſolos in deū recipi qui per veram philoſophiā purgati deceſſerint. Audi ꝑter hęc vinculū animę cū corpore nihil eſſe aliud q̃ amorem. ſ. naturaliter prouidentē. Item quotiens anima per inſtrumētum agit circa formas in ſubiecto iacentes, nihil ſincere cognoſcere: ſed ſolum quando per ſeipſam cōuertitur ad formas in ſeipſis ſimpliciter exiſtentes. Diſce hic quoq; animā ex eo q̃ rebus corporeis oblectatur & paſcitur, euadere corporalē: atq; hinc vſqueadeo falli, vt ſola corporea iudicet eſſe vera: cum oīno ſit cōtra: fallaciā eiuſmodi malorū omniū eſſe grauiſſimū. Accedit q̃ anima iam facta corporea poſt obitum quoq; ab incorporeis ſeorſum circa corporea labitur. Conclude animū ſuę puritati penit⁹ reſtitutū nullo modo ſuę immortalitati diffidere. Cygni fabula pythagorica eſt, atq; allegorica. Pythagorica quidem vbi dicit cygni animā ſuperuiuere. Allegorice vero intelligitur cygnū in numero ſolariū animaliū contineri: & Socratē ſolarem eſſe: tum quia Phœbi oraculo approbatus eſt: tum quia mentibus hominū medebatur. Adde vaticiniū eſſe quadruplex, diuinū, dæmonicū, humanū, naturale. Idq; vltimū in beſtiis fieri quodam inſtinctu naturæ. Intellige etiā cygnos innocentes ſine philoſophia homines: qui cū mortem ſæpe minime timeant, ſignificāt philoſophos abſolutos timere eam nullo pacto debere. Aīaduerte deinde difficillimū eſſe in hac vita ſubſtantiam animæ intelligere: quoniam videlicet ſub corporea eam ſpecie intuemur. Ideoq; tutiſſimā rationē ad animā cōprehendēdam eſſe, tum moralem purgationem, tum metaphyſicam abſtractionē. Vbi vero minus id ſufficiat, opus eſſe diuino quodam verbo, id eſt reuelationibus diuinitus factis atq; miraculis. Nos vero hic diuini verbi myſteriū a Platone ſignificatū cōſiderare debemus. Tradit deinde duo in diſputādo præcepta. Primū ne rationibus vllis abſq; longa examinatione credamus. Poſtq̃ vero rationi cuidam ſufficiēti examine crediderimus, ne facile inde ob quaſlibet obiectiones ſimilitudineſq; amoueamur. Secūdum ne aut propriā, aut alienā in diſputando perſonā: ſed rationem dūtaxat veritati conſonā cogitemus. Sequūtur dubia cōtra animā: ne forte cōſonantia quędā ſit humorum: atq; vel prius corpore, vel vna cū ipſo, vel inde ad tēpus aliquod diſſoluatur. Quę quidē dubia Socrates ita ſoluit. Si diſciplina reminiſcētia eſt, ideoq; ante corpus vixit anima, nequit anima eſſe corporis conſonātia. quippe cū conſonātia partes ex quarū cōcurſu fit, nō antecedat ſed cōſequatur. Si eadē eſt cōſonātię ratio, atq; animę, ſicut altera aīa nō magis anima eſt, q̃ altera, ita neq; conſonātior erit tēperantia. Igitur anima nihilo plus cōſonabit q̃ intēperans. Si conſonātia neceſſario ea ſequitur, ab eiſq; ducitur ex quibus ipſa conflatur, non poteſt anima corporis conſonātia eſſe, qđ quotidie ducit, cui ſępe repugnat. Cęterū anteq̃ dubitationes abſoluat: rationeſq; immortalitatis oīno perficiat: lōgo diſcurſu dānat illos q̃ in rerū cauſis aſſignādis ad materias quaſdam & inſtrumēta confugiūt: aſſerens totam hiſtoriā naturalē inſufficienter per eadē naturalia confirmari: quippe cū hęc oia oīmq; motus a diuinis cauſis efficientib⁹ finalibus idealibuſq; oīno dependeat. Optat ī primis finalē cuiuſq; rei cauſam atq; vniuerſi. i. bonū cuiuſq; & vniuerſi bonū, cui⁹ qđē

boni poteſtatē cauſam eſſe dicit efficientē. Quoniā vero ipſam boni amplitudinē comprehēdere nequit, ſecūdo eligit loco ideales diuinę intelligentiæ rationes: ad quarū ſimilitudines in mundi materiam expreſſa ſunt omnia. Inter hęc nota Moſaici myſterii confirmationem, ſicut & in Timęo. Vidit deus ſingula eſſe bona: etiam cuncta valde bona: Itē omnia ipſo bono connecti. Rurſus animū corporea intuentē, interim ad incorporeorū intuitum occęcari. Neq; poſſe veritatem rerum haberi, niſi ad ideas confugiamus. Præterea formulas idearū ineſſe mentibus noſtris: ad quarū congruitatē vel contra, ſingula vera eſſe, vel cōtra cenſent. Socratē nunq̄ certā idearū contemplationē intermittere conſueuiſſe: ſolaſq; affirmare ſolere. Certam rerū cauſam in ideis eſſe ſitam: immortalitatē quoq; animæ ab ideis potiſſimū demōſtrari. Proceſſum inter ideas a minus cōmuni ꝑ medias ad cōmuniſſimā fieri. Atq; deſcēſum ab ideis ad effectus earū. Demū rationē diſponit immortalitatis ex eo ꝙ rationalis anima corpori pręſtet vitā, non vt accidētalis forma inhęrens corpori, ſed vt ſubſtātialis in ſeipſa permanēs, ex ſe formaliter viuens quaſi quędam vitę corporalis idea, atq; per ſe efficienter corpus viuificans. Ideoq; concludit animā nō poſſe ſuſcipere mortē: cum mors vitę oppoſita ſit: anima vero & vitam propriā habeat: & maneat in ſeipſa: adeo vt neq; per ſe ꝓprie, neq; per ſubiectū aliud mortē ſuſcipere valeat. Poſt hæc ex eo ꝙ anima ſit immortalis, cohortatur omnes ad moralē ſpeculatiuāq; diſciplinā: vt animus & per voluntatē, & per intellectū purgatus atq; perfectus, his quaſi duabus alis in cęleſtem patriā reuolet. Cōfirmat interim eſſe animā immortalē: quia neq; virtus tandē obeſſe, neq; vitium ꝓdeſſe debeat. obeſſet aūt laborioſa virtutis via bonis: atq; cōtra ꝓdeſſet voluptuoſa malis vita niſi foret animꝰ immortalis. Ac nequis fortaſſe neget poſſe poſt hāc vitam vł vitiū obeſſe, vel ꝓdeſſe virtutē, ſubiungit animā affectiōes & habitus tā voluntatis, q̄ intelligētię cōparatos, ſiue bonos, ſiue malos ſecum ferre: ſubito vel læſuros, vel ꝓfuturos. Dæmonē nanq; ducem omnes ad diuinū iudicē vitę repente perducere in locum cōmuni iudicio deputatū: in aerem ſcilicet minus puros: & in ętherem puriores: ibiq; iudicatos ab alio rurſus dæmone per triuium ad ſua id eſt ſibi ſimilia ſingulos trahi. Per triuium inquā, quia alii mittūtur in cælū: alii in tartarum: alii vero in medias regiones. Ducit autē eos dęmon: in bonis quidem intelligentiā mouens: in malis autem imaginationē affectūq; ꝑturbans. Q; autē dicit iniquos abſq; duce errare, abſq; benefico intellige duce. Adde ꝙ neq; quo trahantur agnoſcunt, & violentia rapiuntur. Cęterum anteq̄ animarū diſtribuat ſortes, orbem terrę deſcribit: dicēs eſſe quaſdā terræ plagas: atq; illas quidē ampliſſimas: & vſqueadeo altas, vt ventis & imbribus non pulſentur. Vbi tēperatiſſimus aer ſit: ſub quo pretioſiſſima quęq; naſcant: homines acutiſſimi ſenſibus, vitaq; longęui. Sūt qui velint & homines & alia illic naſcentia q̄plurimū ex ęthere aereq; cōponi: q̄minimū vero ex craſſioribus elemētis: vt hominū corpora quaſi aerea ſint, fructibuſq; maxime aereis nutriātur. Qđ nequis tanq̄ impoſſibile neget, Olympiodorus Ariſtotelis adducit hiſtoriā: in qua Ariſtoteles vidiſſe ſe inquit hominē qui ſolo aere nutriebatur & ſole. Q; autē terræ ſublimis faciem in duodecim diuidit plagas, inde prouenit: quia duodecim cōgruit zodiaci ſignis: duodecim ſphęrarū regitur animabus: & duodecima eſt mundi ſphęra: atq; veluti totius fundamētum duodecaedram illam ſibi vſurpat figuram, quā Timęus attribuit mundo. Sed de hac ipſa figura, deq; aliis terrę propriis quęſtionibꝰ, in Timęo dicemus. Tu vero terræ huiuſmodi habitationē terreſtri Moyſi paradiſo ſimilem eſſe memento. Proinde flumina ſub terra deſcribit, quibus animę nutriantur. Quæ quiſquis ſecūdum noſtri corporis humores animiq; perturbationes in hac vita nos affligentes exponit, nōnihil adducit ſimile vero: verūtamē veritatem integram nō aſſequit. Plato em̄ & hic, & in Republica ſignificat præmia virtutum & ſupplicia vitiorum ad alteram vitam potiſſimum pertinere. Acheron igitur ſub terra flumen locus eſt purgatorius: atq; ad curam pertinet & mœrorem. reſpondet quoq; aeri partiq; mundi meridianę. Phlegethon igni reſpōdet atq; orienti: vimq; puniendi continet per calorem: & irę cupiditatiſq; feruorem punit. Styx Cocytuſq; reſpondent terrę atq; occaſui: odiumq; per luctum fletumq; puniunt. Differunt vero hoc inter ſe ſolum: ꝙ Styx exoriens appellatur: Cocytus vero progrediens. Tartarum infimum tenere vult inferni locum: in quo ſceleſtiſſimi non medicinæ ſed exempli gratia affligantur: quemadmodum hic, & in Republica legitur, & Gorgia. Addunt quidam ad hæc flumina oceanum quoq; quodāmodo pertinere, aquæ ſeptentrioniq; reſpondentem: in quo diſtinguendi definiendiq; virtus intelligatur. Tu vero qđ de fluminibꝰ dicitur: potiſſimum de dęmonibus numinibuſq; intellige, flagitioſos tali quodam ordine punientibus. Profecto peccata facile ſanabilia ſunt, quæ nōdum in habitum ſunt conuerſa. Difficile vero ſanātur quę iam habitum genuerunt. Verūtamen vna cum quadā rationis repugnantia cōmittuntur: & cōmittentes afficiunt pœnitētia. Inſanabilia vero ſunt oīno, quorū habitus & repugnātiam & pœnitētiam procul fugat. Prima purgātur in Acheronte. Secūda, ſi ad prima vergant, puniūtur in Phlegethonte: ſi ad tertia, in Styge, atq; Cocyto. Tertia affligunt in Tartaro: ex quo vt Plato inq̄t nūq̄ egrediuntur. Quo vero pacto alii aliter id exponāt, in pręſentia libētius prętermitto. Affligi vero poſſunt ani-

mę non tãtum per imaginationem infeliciter a dęmonibus agitatam: ſed per aerea quędam corpora, quę vehiculi & cymbæ noĩe deſignanť. Pręmia vero ſic Plato diſtinguit. Aĩæ quæ iuſte & ſancte ſine philoſophia vixerũt, ſublimia terrę, q̃lia ſupra deſcripſimꝰ, aſcendẽtes, in tenuiſſimis ſpiritalibuſq; ibi corporibꝰ habitãt. Quę vero ciuiliter ꝓpterea philoſophatę ſunt, cũ ſplẽdidis cęleſtibuſq; corporibus cęlũ colũt. Sed quę ꝑ exactã philoſophiã ꝑfecte purgatę ſunt, in locũ ſupcæleſtẽ euolant, vbi abſq; corporibꝰ oĩno, vt Plato hic inq̃t, totũ ꝑ tẽpus viuũt. Qua vero id ratiõe exponãt nõnulli, cõſulto nõ recẽſebo. Porphyrius certe atq; Iãblichus tradũt aĩas deo ꝑfectiſſime reſtitutas nunq̃ cadere. Q đ quidẽ cõgrue reſpõdet oppoſitis: q̃ ex Tartaro nũq̃ emergere iudicanť. Q đ q̃dẽ ſi ita ſit, circuitꝰ iã infiniti tollenť: Tẽporales vero circuitꝰ adhiberi purgatiõis cuiuſdã g̃ra videbũť. Socrates tãdẽ galli Aeſculapio ſacrũ ſe debere fateť: reddiq; diligẽtiſſime iubet. Priſci Aeſculapio medico Phœbi filio Gallũ ſacrificabant diei ſoliſq; nunciũ, id eſt diuinę beneficẽtię morborũ oĩm curatrici: quę diuinę ꝓuidẽtię filia noĩatur: diẽ id eſt vitę lumẽ debere ſe fatebãtur. Eiuſmodi medicũ in ſuperioribꝰ ꝓquirere iuſſerat morborũ animi curatorẽ. Et quaſi iã omni dubitatiõis metuſq; morbo liberati ſint: gratiã victimãq; deo referri iubet. Pręterea oracula priſcorũ tradũt, aĩas remeãtes in cælũ, pęana id eſt triũphalẽ cantilenam canere Phœbo. Reddit ergo deo votum, vt alacer Pęana canẽs cæleſtem patriam repetat.

PHAEDO, VEL DE ANIMI IMMORTALITATE, VEL DE ANIMA, AD LAVRENTIVM MEDICEM VIRVM MAGNANIMVM.

PERSONAE DIALOGI.

ECHECRATES. PHAEDO. APOLLODORVS. SOCRATES. CEBES. SIMMIAS. CRITO. MINISTER VNDECIM VIRORVM.

ECHE.

IPSE NE O Phædo affuiſti qua die Socrates venenũ bibit in carcere? an ab alio audiuiſti? PHAE. Equidẽ o Echecrates affui. ECHE. Quænam ſunt ea quę vir ille anteq̃ moreretť, locutus eſt? Et quomodo e vita deceſſit? Libẽter eñ audirẽ. Nã neq; quiſq̃ Phliaſiorũ ciuiũ frequẽter ꝓficiſciť nunc Athenas, neq; iãdiu hoſpes aliq̃s inde ad nos acceſſit, qui certũ aliquid ea de re nũciare nobis poſſet: niſi illũ potato veneno e vita migraſſe. De cęteris vero nihil quid referrẽt, habebãt. PHAE. Nec ergo quę ad iudiciũ pertinebãt, quo pacto tractata fuerint audiuiſtis? ECHE. Audiuimus. hæc enim nobis quidã retulit. Et admirati profecto ſumus, q iã peracto iudicio, diu poſtea obiiſſe videať. Quidnã in cauſa fuit o Phędo? PHAE. Sorte quadã id Socrati o Echecrates accidit. nam pridie q̃ iudicaretur, ornari contigit puppim nauis eius, quã mittũt Athenięſes in Delũ. ECHE. Id vero quidnã ſibi vult? PHAE. Hęc eſt illa nauis, vt aiunt Athenięſes, in qua Theſeus olim bis ſeptẽ illos ſecũ tulit in Cretã: ſeruauitq; illos: & ille ſeruatus eſt. Vouerat autẽ, vt ferť, Apollini, ſi ſeruarẽtur, quotannis in Delũ ſpectaculũ quoddã mittere. Q đ quidẽ nũc etiã ac ſemꝑ ex illo tẽpore ſingulis ad deũ mittunt annis. Cũ igiť ſpectaculi pricipiũ agiť, ex lege interim luſtrãt vrbẽ: nemineq; eo tẽpore publice necãt, donec Delũ perueniat nauis, rurſuſq; Athenas reuertať ex Delo. Id vero nõnunq̃ lõgo peragiť tẽpore quãdo eos occupãt venti. Initiũ vero ſpectaculi eſt poſtq̃ Apollinis ſacerdos nauis illius coronauerit puppim. Id vero vt modo dicebã, pridie q̃ iudicareť, factum erat. Quãobrẽ lõgum tẽpus Socrates fuit in carcere iudiciũ inter atq; mortẽ. ECHE. Circa vero mortẽ ipſam o Phędo, quęnã ſunt ab eo dicta, q̃ facta, quive familiariũ aderãt? An forte magiſtratꝰ adeſſe nõ ꝑmittebãt? atq; ita orbatꝰ deceſſit amicis? PHAE. Permittebãt quidẽ. Ideoq; aderãt aliqui: & quidẽ multi. ECHE. Hęc igiť oĩa para te q̃ planiſſime nobis referre: niſi q̃d negotiũ te ĩpediat. PHAE. Otioſus equidẽ ſum: atq; enarrare vobis conabor. Quippe cũ meminiſſe Socratis, ſiue ipſe loquar, ſiue loq̃ẽtes alios audiam: mihi ſemꝑ oĩm ſit dulciſſimũ. ECHE. Similiter o Phędo hos qui te audituri ſunt, affectos habebis. Sed iã pro viribus diligẽtiſſime refer oĩa. PHAE. Atqui mira quadã ratiõe o Echecrates illic ꝑſens affectus erã. Neq; eñ miſericordia me habebat vt familiariſſimi viri morti pręſentẽ. Sane beatus vir ille mihi o Echecrates videbať, tũ animi illiꝰ habitũ, tũ orationẽ cõſiderãti: adeo intrepide generoſeq; migrabat e vita, vt videreť mihi illũ in vitã alterã, non abſq; diuina ſorte migrare: ſed illic quoq; beatũ fore, ſiq̃s vnq̃ alter. Quãobrẽ neq; admodũ cõmouebar: vt cõſentaneũ videreť hoĩem rei ꝑſentẽ lugubri cõmoueri: neq; rurſus afficiebar lętitia, quẽadmodũ ſolebamꝰ alias cũ ĩ philoſophia verſabamur. Nã ſermones quidẽ eiuſmodi erãt: ſed reuera affectꝰ q̃dã mirus atq; ĩſolita voluptatis doloriſq; ꝑmixtio me ĩuaſerat: cõſiderãtẽ illi paulopoſt moriẽdũ fore. Et q̃cunq; aderamꝰ ferme ſiĩ́lr eramꝰ affecti: alias quidẽ ridentes alias vero lachrymantes. Vnus autẽ præ cæteris Apollodorus. noſti enim virũ, eiuſq; morẽ. ECHE.

De naue: quæ Delũ ab Athenięſibus mittitur ob votũ Theſei.

Quid ni?PHAE.Ille igitur ita prorſus erat affectus,atq; ego ipſe aliiq; omnes diſtractū ſimiliter per-
turbatione animū habebamus. ECHE.Sed quinā forte aderant o Phędo?PHAE.Ciues quidē & in-
digenę aderant ipſe Apollodorus,& Critobolus,paterq; eius Crito,rurſus Hermogenes,Epigenes,
Aeſchines,Antiſthenes.Aderat & Cteſippus Pęanus,& Menexenus,atq; alii quidā indigenæ. Plato
autē vt arbitror ęgrotabat.ECHE.Sed nū aliqui aderāt peregrini?PHAE.Aderāt & peregrini:Sim
mias Thebanus,& Cebes,& Phędondes:Megarenſes vero Euclides:& Terpſion.ECHE.Ariſtippus — Megarenſis Euclides ipſe Socratis.
autē & Cleombrotus nunqd aderant?PHAE.Non.In Aegina eñ dicebant̃ eſſe.ECHE. Aderant ne
inſup alii?PHAE. Hos ferme quos narraui interfuiſſe exiſtimo.ECHE.Dic vero q̄les fuerunt ſermo
nes?PHAE.Conabor eqdē a principio tibi oīa enarrare. Solebamus quotidie diebus ſuperioribus ad
Socratē proficiſci ego,atq; alii conueniētes mane in illa curia in qua & iudiciū factum fuerat.Carceri
enim erat ꝓxima. Colloquētes igit̃ inter nos operiebamur ſemp illic quoad carcer aperiretur:aperie-
batur enim haud admodū mane.Eo autē aperto ingrediebamur ad Socratē: & ad plurimū diem cū
ipſo cōfabulabamur. Tunc ergo prius ſolito cōuenim⁹.Pridie nāq; ei⁹ diei cū e carcere egreſſi eſſem⁹
veſpere nauē ex Delo audiuim⁹ rediiſſe. Itaq; ediximus inuicē ſummo mane nobis fore ad locū ſolitū
redeundum.Cum vero reuerſi eſſemus,exiens nobis obuius ianitor qui nos ſolebat admittere,expe-
ctare iuſſit:nec prius ingredi q̄ ab ipſo accerſiremur. Soluūt enim inquit vndecim viri Socratē,illiq;
denūciant hodie mortē eſſe obeundam.Neq; deinde admodū cōmoratus rediit ad nos: iuſſitq; intra
re.Itaq; introeuntes Socratē quidem inuenim⁹ cōpedibus pauloante ſolutū: Xanthippen vero,noſti — Xanthippe
mulierē,iuxta ſedētē:puerūq; eius manibus tenentē.Quę nos cū vidiſſet,eiulare cœpit,& qualia mu
lieres ſolēt exclamare.O Socrates inquit nunq̄ amplius affabunt̃ te tui familiares,neq; tu illos.At So
crates Critonē intuitus,o Crito inquit,deducat quis hanc domū.Et illam quidē reduxerūt quidam
Critonis domeſtici vociferantē atq; plangentē. Socrates autē ſedens in lectica,cōtraxit ad ſe crus ma
nuq; perfricuit:atq; inter fricandum ſic inquit: q̄ mira videtur o viri hęc res eſſe quā nominant ho-
mines voluptatem:q̄q; miro naturaliter ſe habet modo ad dolorē ipſum qui eius cōtrarius eſſe vide
tur.Quippe cū ſimul homini adeſſe nolint. Attamē ſiquis ꝓſequitur capitq; alterū,ſemp ferme alte-
rū quoq; accipere cogitur,quaſi ex eodē vertice ſint ambo cōnexa.Arbitror equidē Aeſopū ſi hęc ani — Aesopus
maduertiſſet,fabulā fuiſſe facturū: Videlicet Deū ipſum cū ipſa īter ſe pugnātia vellet cōciliare neq;
id facere poſſet,in vnum ſaltē eorū apices cōiunxiſſe: ꝓptereaq; cuicūq; adeſt alterū,eidē mox alterū
quoq; adeſſe.qđ quidē mihi accidit in p̄ſentia.Siquidē modo crus ꝓpter vīcula afficiebat̃ dolore: ſed
huic ſuccedere voluptas iam videt̃.Ad hęc Cebes,ꝑ Iouē inquit o Socrates opportune mihi id in me — Aesopus
moriā reuocaſti.Cum enim poemata cōpoſueris intēdēs ſermones Aeſopi procemiūq; in Apollinē,
tum alii multi me interrogauerūt,tum Euanus pręcipue atq; prius:quonā conſilio poſt q̄ huc deue-
niſti hęc feceris,quę prius feceras nunq̄. Si igitur tibi curę eſt,vt habeam qđ reſpōdeam Euano,quā
do iterum ex me quęſierit,qđ certo ſcio ipſum eſſe facturū,dic quæſo qđ illi ſit reſpondēdū. Vera in-
quit o Cebes reſponde:me id effeciſſe nō vt vel ſibi gratificarer,vel cū ſuis carminibus decertarē:ſcie
bam enim facile id nō eſſe:verū vt inſomnia quędā experirer me ſimul expians,num forte hæc ſit ea
muſica quā ſępius iā exercere me iubēt. Nā frequēter in ſuperiori tēpore inſomniū idē licet alia,atq;
alia forma ſeſe mihi offerēs eadē ſemp ita pręcepit. Fac o Socrates muſicā,atq; exerce. Ego igit̃ qđ in
ſuperiori tēpore faciebā,hoc mihi præceptū arbitrabar,& quēadmodū currētes adhortari ſolem⁹,ſic
qđ ipſe antea faciebā,ad idē me inſomniū cohortari putabam,quaſi philoſophia maxima muſica fo-
ret.poſt q̄ vero facto iam de me iudicio mori me interim dei feſtiuitas inhiberet,cēſui oportere,ſi for-
te inſomniū totiens iubeat popularē hanc muſicā exercere,nō negligere eius pręceptū. Tutius enim
fore arbitratus ſum,anteq̄ e vita migrarē,expiare animum atq; vt monet inſomniū,poemata facere.
Quāobrem primo equidē cecini deū ipſum: cuius tunc ſacra celebrabant̃ : atq; poſt deum iudicans
oportere eū qui poeta futurus ſit nō ſermones,ſed fabulas facere: me vero nō eſſe fabulatorē:nōnul-
las ex fabulis Aeſopi quas ſciebā prōptioreſq; habebā,vt in quaſq; prius incidi modulatus ſum.Hęc
igit̃ o Cebes refer Euano,& valere iube.Atq; conſule vt ſi probe ſapit,me ſequatur:migro.n.hinc ho
die.Sic.n.Athenięſes iubēt.Tunc Simmias:quale id eſt inqt o Socrates,qđ Euano mandas?Sępe equi
dē cū illo fui,& quātū de illo ſentio,nullo pene modo libēs ille tibi parebit.SO. Quid vero?nonne phi
loſophus eſt Euanus?SIM.Mihi quidē videtur.SO. Volet igitur & Euanus & oīs quicūq; huius rei
digne eſt particeps.Non tamē forte ſibi vim inferet.non enim fas eſſe aiunt.Et ſimul hæc dicēs crura
e lectica demiſit ī terrā.Atq; ita ſedēs deinceps reliqua diſputauit.Quæſiuit igit̃ ab eo Cebes:quonā
id modo ais o Socrates?fas quidē nō eſſe ſeipm violare: philoſophū tamē optare morientē ſequi?SO.
Sed dic o Cebes nōne tu Simmiaſq; talia q̄dā audiuiſtis a Philolao,quo familiariter vtebamini?CE.
Manifeſti qdē nihil o Socrates.SO.Atqui ego quoq; de his reb⁹ ex auditu loquor.Quæ igit̃ forte ipſe
audiui,referre vobis nulla inuidia ꝓhibebit.Etenim forte maxīe decet illo migraturū cōſiderare atq;

effingere qualis fore putanda ſit hæc ipſa migratio. quid eñ aliud vſq; ad ſolis occaſum, quis faciat? CE. Quã ob cauſam o Socrates nefas eſſe aiũt ſibimet manus inferre. Iam eñ qđ modo quęrebas ego a Philolao audiui, cũ apud nos obſeruaret: & ab aliis inſup nõnullis, nõ decere id facere: apertũ tamẽ hac de re quicq̃ nihil ab aliquo vnq̃ audiui. SO. Sed attentione iam opus eſt. Nam & ſi audiueris: mirum tamẽ forte videri poſſit, ſi hoc ſolũ ex aliis oĩbus ſimplex ſit: nec accidat vnq̃ homini quẽadmodum cętera: quãdo & quibuſdã melius mori q̃ viuere. Itaq; mirũ tibi forte videbitur, ſi his q̃bus pręſtat mori, nõ liceat ſibimet ꝓdeſſe: ſed alium oporteat expectare qui proſit. Tunc Cebes ſubridẽs Thebanorũ more, Proh Iupiter inquit. SO. Atqui videri quidẽ poteſt id ſic abſurdũ. Fortaſſe etiã quãdã habet rationẽ. Profecto ſermo ille qui de his in arcanis habeť: in quadã cuſtodia eſſe hoĩes, neq; decere quẽq̃ ex hac ſeipſum ſoluere: neq; aufugere, magnus quidẽ mihi videť: neq; cognitu facilis. Verũtamen id mihi o Cebes recte apparet dictũ: deos quidẽ curã habere noſtrũ: nos vero hoĩes vnã quãdam ex poſſeſſionibus eſſe deorũ. An nõ ita tibi videtur? CE. Mihi quidẽ. SO. Nõne igitur & tu ſiquod ex mancipiis tuis ſeipſum perimeret, cũ tu nullo modo id permiſiſſes, iraſcereris vtiq; illi? Et ſi poteſtatẽ haberes poena quadã afficeres? CE. Omnino. SO. Forte igitur hac ratione haud præter rationẽ eſt nõ prius decere ſeipſum interficere q̃ deus neceſſitatẽ aliquã impoſuerit qualẽ nobis impoſuit in pręſentia. CE. Cõſentaneũ id quidẽ apparet. Qđ vero dicebas modo, philoſophos perfacile velle mori: abſurdum o Socrates videtur eſſe: ſi quidẽ qđ nũc diximus rationẽ habet: deum videlicet noſtrũ eſſe curatorem: nos vero in rebus eius poſitos eſſe. Nullã enim id rationẽ habet: prudẽtiſſimos videlicet homines non ægre ferre ab ea cura ſe amoueri quã ſibi pręſtẽt dii optimi omniũ rerũ gubernatores. Nunq̃ enim putaret vir prudens ipſum ſe melius eſſe curaturũ, ſi liber euaſerit: ſed demẽs aliquis forſitã id putaret: fugiendum, ſ. eſſe a domino: neq; cogitaret non eſſe id qđ bonũ eſt fugiendũ: ſed in eo maxime permanẽdum. Ideoq; abſq; ratione fugeret. Qui vero mentẽ habet, ſemꝑ apud eum qui ſit melior eſſe cupit. Atq; ita o Socrates contra oĩno conueniens eſſe videtur q̃ qđ pauloante dicebatur: Sapientes quidem decere grauiter mortẽ ferre: Inſipientes vero libenter. Socrates igitur cũ hęc audiſſet, delectari viſus eſt argutia Cebetis. Conuerſuſq; ad nos, ſemꝑ inquit hic Cebes rationes quaſdã perſcrutatur: neq; admodum facile qđ quiuis dixerit vult admittere. Tunc Simias, mihi quoq; inquit nõnihil videtur Cebes dicere. Quo enim cõſilio ſapientes viri meliores reuera q̃ ipſi ſint fugiant, illiſq; carere facile patianť? Atqui mihi videtur Cebes ſermonẽ in te intendere ꝙ tam facile & nos relinquas & deos, vt tu ipſe fateris, principes bonos. Iuſta dicitis inquit Socrates. arbitror eñ vos dicere meipſm tanq̃ in iudicio oportere purgare. SIM. Et maxime quidem. SO. Age ergo. Conabor nunc apud vos accuratius q̃ nuper apud Athenienſium iudices fecerim, me defendere. Equidẽ o Simmia atq; Cebes niſi me migraturũ putarem, primũ quidem ad deos alios ſapientes & bonos: deinde ad homines defunctos his qui hic ſunt meliores, iniuſte agerẽ, nõ moleſte ferens mortẽ. Nunc certe habetote, ſperare me ad viros bonos iturũ: ſed hoc quidẽ haud oĩno aſſeuerarẽ. Q; vero ad deos dominos valde bonos iturus ſim, certum habetote ſiquid aliud eiuſmodi & hoc vtiq; me affirmaturũ. Propterea haud ſimiliter mortẽ moleſte fero. Sed bono animo ſum: ſperoq; ſupereſſe aliquid his qui defuncti ſunt: atq; vt iandiu dicitur multo melius bonis fore q̃ malis. SIM. Quidnam o Socrates cogitas? Nunquid ipſe cum iſthac ſententia hinc abire? An nos quoq; participes eius relinquere? Nempe cõmune nobis quoq; id bonum arbitror eſſe debere. Pręterea ita demũ te apud nos purgaueris, ſi quæ dicis, nobis etiã perſuaſeris. SO. Dabo equidem operam. Sed Critonẽ prius auſcultemus. Videtur enim mihi iandudũ nonnihil ſignificare velle. CRI. Quidnam putas aliud o Socrates q̃ quod iandudum mihi dicit is qui tibi venenum eſt daturus? iubet enim te moneri vt q̃ parciſſime loquaris: dicens eos qui diſputant, nimium incaleſcere: nihil vero tale bibituris venenũ conuenire. Alioquin eos qui id fecerint, cogi interdum bis quãdoq; ter venenum bibere. SO. Mitte ipſum. Tantum id qđ eſt officii eius paret, tanq̃ bis, & ſi oportuerit ter prębiturus. CRI. Et antea quidẽ ferme id reſponſurũ ſciebam. Sed ille me iandudum ſtimulat. SO. Mitte ipſum. Ego vero o iudices rationẽ vobis iam reddere volo ob quã mihi videatur vir qui per omnẽ vitam incubuerit philoſophię merito magna cum fiducia imminentẽ expectare mortem, atq; bona ſpe eſſe: ſe ibi poſtq̃ hinc migrauerit maxima bona reportaturum. Quẽadmodum igitur id ita ſe habeat o Simmia atq; Cebes, conabor equidẽ aperire. Quicũq; philoſophiã recte aliquando attigerunt: nimirum videntur latuiſſe cęteros homines, ꝙ nihil aliud ipſi commentarẽtur q̃ mori, atq; eſſe ſe mortuos. Q; ſi id verum eſt, perabſurdum foret, ſi cum nihil præter hoc aliud per omnẽ vitam ſtuduerint, hoc ipſo adueniente qđ iandiu agitabant exercebantq;, grauiter ferrent. Hinc Simmias arridẽs, ꝑ Iouẽ inquit o Socrates mihi quidẽ haud multũ ridere cupiẽti riſum expreſſiſti. Nã multos arbitror fore q ſi id audiuerint aptiſſime in philoſophos dictũ putẽt: noſtroſq; homines cõſenſuros & valde quidẽ, philoſophos reuera ſeipſos morti præbere: nec tamẽ ſe latuiſſe, q̃ digni ſint morte. SO. Forte id recte o Simmia dicerent præter id qđ ſe non latuiſſe addunt. Latuit ſane eos

qua ratione veri philoſophi & mori ſtudeāt,& morte ſint digni.Sed iā relinquamus illos,nobiſq; ip-
ſis loquamur.Putamus ne aliqd eſſe mortē?SIM.Aliquid certe.SO.Nūquid aliud q̄ animę a corpore
ſolutionē?Eſſeq; id mortuū eſſe.ſ.ſolutū ab aīa corpus p ſe ſeorſum eſſe?Seorſum quoq; a corpore ani
mā ſolutā ipſam p ſeipſam exiſtere?Nūquid mors p̄ter hoc aliud eſt?SIM.Nihil aliud.SO.Conſidera
bone vir,num tibi idē quoq;,& mihi videať.Ex his eñ vos arbitror planius quę pquirimus inuentu-
ros.Videť ne tibi philoſophi officiū eſſe ſectari ęas quæ appellanť voluptates: quales ſunt epularum:
atq; poculorū?SIM.Minime qdē o Socrates.SO.Sed nunqd venereorū?SIM.Nullo modo.SO.Quid
reliquū corporis cultū,an multifacere philoſophus tibi videť?Vt habere veſtes egregias calceoſq;,&
alia quę circa corpus ſunt ornamenta,vtrū multifacere tibi videť,an nihilipēdere niſi quatenus ma-
gna cogat neceſſitas illis vti?SIM.Mihi quidē videť verus philoſophus hæc oīa floccipēdere.SO.An
nō tibi videť eiuſmodi ſtudiū haud ad corpus qdē declinare: ſed quantū fieri poteſt ab illo diſcedere,
atq; ad animū ſe cōuertere?SIM.Mihi qdē.SO.Nōne igiť in eiuſmodi reb⁹ primū manifeſte apparet
philoſophus pręter cæteros hoīes animū q̄ maxime poteſt a cōmercio corporis ſegregare?SIM.Appa
ret.SO.Putāt vero pleriq; o Simmia eū hominē cui nihil taliū dulce ſit,neq; illis fruatur,reuera viue
re exiſtimandū nō eſſe : ſed pene mortuū:cū voluptates corporis nō pcipiat.SIM.Veriſſima narras.
SO.Quid autē circa ſapiētię ipſius acqſitionē?Vtrū impedimēto eſt corpus:ſiqs ipſum ſociū ad inue
ſtigandū aſſumpſerit:nec ne?Quale vtiq; tale aliqd dico.Habent ne viſus,& audit⁹ veritatē in homi
nib⁹ aliquā?An talia q̄dā ipſi quoq; poetę ſemp canūt,nihil nos audire,nihil videre ſincerū? atq ii cor
poris ſenſus ſinceri certiq; nō ſunt,neq; etiā alii:quippe cū cęteri oēs his quodāmodo deteriores ſint.
An nō tibi videnť?SIM.Prorſus.SO.Quādo igiť animo veritatē attingit?Quādo eñ aliqd cū corpo
re tentat inueſtigare,pculdubio decipiť a corpore.SIM.Vere loqueris.SO.An nō ſicubi ꝓprie in ipſa
ratiocinatiōe fit ſibi aliqd co꜀ q̄ vere ſunt manifeſtū?SIM.Ita eſt.SO.Ratiocinať aūt tūc optime,quā
do horū nihil eū pturbat,neq; auditus,neq; viſus,neq; dolor,neq; voluptas.Sed q̄maxime ſeipm̄ in ſe
recipiēs,deſerit corpus:neq; quicq̄ quoad fieri poteſt cū illo cōmunicās,neq; attingens,ipm̄ qđ vere
eſt affectat.SIM.Eſt ita.SO.Nōne & in hoc philoſophi animus maxime cōtemnit corpus,ab eoq; au
fugit:quęritq; ſcđm ſeipſum viuere?SIM.Apparet.SO.Quid vero hęc o Simmia?Dicimus ne iuſti
ipm̄ eſſe aliqd,an nihil?SIM.Aliqd per Iouē.SO.Rurſus ipm̄ pulchrū ipſumq; bonū aliqd eſſe?SIM.
Quid ni?SO.Num aliquādo horū aliqd oculis pcepiſti?SIM.Nunq̄.SO.An alio quodā ſenſu corpo-
ris attigiſti?Loquor autē de oībus:veluti de ipſa magnitudine,de ſanitate,de robore ipſo:ac ſumma-
tim de cæterorū oīm eſſentia,id eſt qđ vnūquodq; ſit: nunqd per corpus quod ī his veriſſimū eſt pſpi
citur?An ita ſe res habet?Quicunq; noſtrū maxime,& ſinceriſſime cogitare mēte ſe cōparat ipm̄ qđ
aggrediť cogitandū,hic proxime ad cognitionē ipſius accedit?SIM.Prorſus.SO.Nōne igiť ille puriſ
ſime faceret : quicunq; ipſa mētis excogitatione q̄maximū ſe ad vnūquodq; conferret,neq; viſum in
excogitādo adhibēs,neq; ſenſum pſus vllū ratiocinationi cōiungēs: ſed ipſa ſcđm ſeipſam mētis ex-
cogitatiōe ſincera vtens,ipm̄ p ſe quodlibet ſincerū exiſtēs ſtuderet venari,ab oculis,ab auribus,& vt
ſummatim dicā,a toto corpore liber,vtpote pturbante animū,neq; pmittente veritatē ſapientiāq; aſ
ſequi,ſiquādo ī cōmunionē recipiať?An nō hic erit o Simmia ſiqs vnq̄ alius ipſius qđ vere eſt cōpos?
SIM.Mirifice vera loqueris Socrates?SO.Nōne igiť ex his oībus neceſſario ſequiť,opinionē eiuſmo-
di legitimis philoſophis vſqueadeo cōſtare debere,vt ad ſe inuicē ita loquanť?Neceſſaria iā ratiōe cō
cludiť nos quadā ratiōis ipſius via ad id cōſiderādo pduci: videlicet donec corpus habem⁹,animuſq;
noſter tāto malo erit admixtus,nunq̄ nos id qđ deſideram⁹ verū ad votū cōſecuturos.Impedimenta
eñ pene innumerabilia corpus p̄bet ꝓpter neceſſariā eius alimoniā.pręterea morbi nobis hinc incidē
tes inueſtigationē veritatis impediūt:amorib⁹,cupiditatib⁹,timoribus,multiplicibuſq; imaginibus,
multis deniq; nugis nos implet: vt veriſſime dicať nihil pēſi vnq̄ ac veri nobis afferre.Nam ad bella
ad ſeditiones,ad pugnas nihil aliud q̄ corpus multiplex eiuſq; cupiditas īpellit.Oīa enim pecuniarū
gr̄a fiūt.Pecunias autē q̄rere cogimur corporis gratia vſui ei⁹ inſeruiētes,atq; ita fit vt ꝓpter hęc oīa
a philoſophię ſtudiis abſtrahamur.Extremū vero oīm eſt:ꝙ ſiqd ab ipſo otii nobis cōtingat,noſq; ad
cōſiderādū aliqd cōferamus,inueſtigātibus nobis rurſus vbiq; ſeſe opponēs tumultu quodā pturbat
animū,& quaſi pcutiēs reddit attonitū:adeo vt hoc obſtaculo impediti verū pſpicere nequeam⁹.Cæ
terū nobis reuera demōſtratū eſt:ſiqñ optam⁹ pure aliqd ītelligere,recedere a corpe oportere:atq; ipſo
animo res ipſas cōſiderare.Atq; tūc,vt apparet,cōpotes euadem⁹ eius qđ affectam⁹:cuiuſve amato-
res pfitemur nos eſſe,ſcilicet ſapiētię,cū videlicet mortui fuerim⁹,quēadmodū ſignificat ratio:dū au
tem viuem⁹,nequaq̄.Nēpe ſi nihil cū corpore pure diſcerni pōt: e duob⁹ alterū,aut nullo modo poſ-
ſumus ſcientiā cōſequi,aut poſt mortē.Tūc eñ animus ipſe p ſeipm̄ erit ſeorſum a corpore:prius ve
ro nequaq̄.Atq;,dū viuimus,ita,vt videť,pxime ad ſciētiā accedem⁹ ſi q̄minimū cū corpore cōmer-
ciū habuerimus,neq; quicq̄ cū illo cōmunicauerim⁹,niſi quantū ſumma cogat neceſſitas:neq; huius

Studiū philo ſophi nō decli nare ad corp⁹.

Corpus impe dimento eſſe philoſophāti. Q: ſenſus nō capiat quicq̄ ſincere.

Sermo cupi di diſcendi, & philoſophi q̄ rentis de cor pore.

natura replebimur : ſed ab eius contagione cauebimus:quoad deus ipſe nos ſoluat:atq; ita puri,& a
corporis inſania liberati,vt cõſentaneũ eſt:cũ talibus erimus:cognoſcemuſq; per nos ipſos ſincerum
quodlibet,id eſt forſitan ipſm verũ.nã impuro quidẽ purũ attingere nefas eſt. Talia equidẽ o Simmia
iudico neceſſariũ eſſe oẽs diſcendi cupidos loqui inuicẽ,atq; opinari. An nõ ita tibi videt̃? SIM. Et ma
xime quidẽ oĩm o Socrates. SO. Si hæc igitur vera ſunt,o amice magna ſpes eſt eunti illuc quo nunc
ego pficiſcor,ſicubi & ibi ſufficienter eius rei ſe cõpotem fieri,cuius gratia tantũ nos negotiũ in ſu-
periori vita ſuſcepimus. Hanc ergo migrationẽ,in præſentia mihi iniunctã,bona cũ ſpe ſuſcipio:ſimi
literq; quiuis alius,qui modo putauit preparatã ſibi mẽtẽ tanq̃ purificatã. SIM. Ita prorſus. SO. Pu-
rificatio vero nõne in hoc cõſiſtit,qđ iandudũ dicebamus:videlicet,vt q̃maxime poſſumus ſeiunga-
mus a corpore animũ? poteſt & in pſenti tẽpore,& in futuro a corpore tanq̃ a vinculis reſolutũ. SIM.
Maxime qdẽ. SO. Nõne igit̃ hæc mors appellat̃ ſolutio animę ſeparatio a corpore? SIM. Prorſus. SO.
Soluere vero ipſum quẽadmodũ confitemur, omni tẽpore maxime ac ſoli ſtudẽt qui recte & philoſo
phantur. Atq; hæc ipſa philoſophorũ meditatio eſt animũ a corpore ſoluere,atq; ſeparare. Nõne ita?
SIM. Ita videt̃. SO. Quãobrem,vt in principio dicebã,ridiculũ foret ſi vir qui ſe in vita ſic cõparauit,
vt q̃ proxime ad mortẽ accederet,ea deinde adueniente pturbaretur. Nonne ridiculũ? SIM. Quid ni?
SO. Reuera igit̃ recte philoſophãtes mortẽ cõmentant̃:atq; ab ea minime oĩm perterrent̃. Ita vero cõ
ſidera. Cũ eñ corpus quidẽ vbiq; aſpernent̃,animũ vero ipſum cupiant ſcđm ſeipſum habere,nonne
ſumma eſſet abſurditas,ſi tunc quãdo id euenit expaueſcãt moleſteq; ferãt,neq; libẽter illuc pficiſcã-
tur,quo cũ peruenerint,ſpes eſt eo quidẽ qđ amabãt in vita potiri:amabãt autẽ ſapientiã:eo autẽ cu-
ius cõmerciũ moleſte ferebãt,liberari? An vero amatis,& mulieribus,& filiis defunctis multi iã ſpõte
voluerũt ad inferos pficiſci,ſperãtes eos ibi viſere,cũ eiſq; verſari quos amauerãt: Sapientiæ autẽ ve-
rus amator vehemẽter in hãc ipſam ſpem adductus nõ aliter eã pro dignitate vlla ſe cõparaturũ q̃ ſi
moriat̃,imminentẽ mortẽ ęgre feret,ac nõ libẽter hinc illuc emigrabit? Arbitrari quidẽ o amice opor
tet,ſi vere philoſophus ſit,magnopere apud ipſum hãc opinionẽ valere:vt nõ alibi purã ſapiẽtiã poſ-
ſe aſſequi ſperet q̃ in futura poſt mortẽ vita. Si autẽ hoc ita ſe habet,nonne quẽadmodũ modo dicebã
pręter rationẽ foret oĩno ſi mortẽ vir eiuſmodi formidaret? SIM. Per Iouẽ cõtra rationẽ. SO. Sufficiẽs
ergo coniectura erit:ſiquẽ videris moleſte mortẽ ferre,eũ nõ eſſe philoſophũ:ſed philoſomatũ quẽdã
id eſt corporis amatorẽ:atq; eundẽ ferme philocrimatũ,& philotimũ.i.pecuniarũ honorũq; cupidũ:
ac talẽ,aut alterũ horũ affectet,aut vtrũq;. SIM. Oĩno ita eſt,vt ais. SO. Proinde q̃ o Simia fortitudo
noïat̃,an nõ viris eiuſmodi maxime cõuenit? SIM. Maxime. SO. Nõne & tẽperantia,cui⁹ pleriq; aiũt
officiũ eſſe nequaq̃ pſternere ſe libidinibus:ſed paruipẽdere illas modeſtiãq; ſeruare: his dũtaxat con
uenit qui corpus deſpiciũt maxime atq; in philoſophia viuũt? SIM. Neceſſe eſt. SO. Si eñ cõſiderare
velis fortitudinẽ tẽperantiãq; aliorum,tibi perabſurda videbit̃. SIM. Quanã o Socrates ratione? SO.
Scis vtiq; cæteros oẽs mortẽ vnũ ex maximis malis exiſtimare. SIM. Et maxime quidẽ. SO. Nõne igi-
tur maiorũ metu malorũ,qcũq; inter eos fortes ſunt,ſuſtinẽt mortẽ quãdo ſuſtinẽt? SIM. Hoc pacto.
SO. Metuẽdo igit̃ atq; metu fortes ita ſunt oẽs pręter philoſophos:& ſi abſurdũ eſt metu,vel timidi-
tate aliquẽ eſſe fortẽ. SIM. Nimiũ certe. SO. Quid autẽ? q inter eos moderati dicũtur,nõne ſimili quo
dã pacto affecti ſunt:intẽperantia videlicet quadã tẽperati? q̃q̃ impoſſibile id eſſe dicimus. verũtamẽ
illis euenit affectio quędã huic ſimilis in iſthac eorũ fatua tẽperantia. Timẽtes eñ ne aliis careant vo
luptatib⁹,eaſq; appetentes a cæteris abſtinẽt,ab aliis ſuperati:& ſi vocãt intẽperantiã,a voluptatibus
ſuperari.verũtamen accidit eis:vt ſuperati a voluptatib⁹,alias ſuperẽt voluptates. Iã vero id illi ſimile
eſt qđ modo dicebat̃.ſ.quodãmodo p intẽperantiã fieri tẽperatos. SIM. Simile quidẽ. SO. Aiaduerten
dũ eſt o beate Simmia ne hęc haudquaq̃ recta ſit ad virtutẽ via:voluptates videlicet voluptatib⁹,do
lores doloribus,& metũ metu,& maius minori tanq̃ nũmos cõmutare:ſed ille dũtaxat rectus ſit nũ-
mus,cuius gratia hęc oĩa oporteat cõmutari,atq; venũdari.ſ.ſapiẽtia,prudentia,p qua,& cũ qua oĩa
empta ac vẽdita reuera ſit & fortitudo,& tẽperãtia,& iuſtitia:ac ſummatim vera virt⁹,cũ ſapiẽtia,ſi
ue prudẽtia,& accedẽtibus,& recedẽtibus voluptatib⁹,& timorib⁹ cęteriſq; generis eiuſdẽ. Sin autẽ a
ſapiẽtia ſegregata inuicẽ cõmutat̃:adumbratio q̃dã ſit eiuſmodi virt⁹ ac reuera ſeruilis nihil ſani ve
riq; poſſidẽs : virtutis autẽ veritas ĩ horũ oĩm purificatione reuera cõſiſtat:& tẽperãtia,& iuſtitia,&
fortitudo,& ſapiẽtia ipſa ſit purificatio quędã. Quãobrẽ hi q myſteria nobis cõſtituerũt,minime cõ-
tẽnẽdi vident̃:ſed reuera iãdiu occulte nos admonere:qcũq; nõ expiatus neq; initiat⁹ migrabit ad in
feros eũ iacere ĩ luto:qcũq; vero purgat⁹ atq; initiat⁹ illuc acceſſerit,cũ diis habitare. Aiũt eñ q my
ſteria tractãt miniſtri Bacchi ferentes ferulas:narthecophori qdẽ feruligeri multi ſunt:Bacchi vero
pauci. Hi vero,vt equidẽ opinor,nõ alii ſunt q̃ qui recte philoſophati ſunt.quorũ quidẽ in numero eſ
ſe me neq; inferiorẽ qdẽ omni ſtudio p viribus conat⁹ ſum. An vero recte cõtenderim aliquidve pfe-
cerim,cũ illuc puenerimus certo ſciem⁹ ſi deus voluerit paulopoſt,vt mihi videt̃. Hæc igit̃ mea excu

Narthecophori multi: Bacchi pauci.

ſatio eſt o Simmia & o Cebes: quã videlicet ob cauſam cũ vos eoſq; qui hic ſunt dños reliquã, merito
nõ ægre ferã neq; pturber. ſpero em̃ me & illic nõ minus q̃ hic bonos dños amicoſq; inuenturũ. Mul
ti vero id minime credũt. Si igiť defenſio mea vobis magis q̃ Athenieñſib⁹ iudicib⁹ pſuaſit, bene ſe res
habet. Cũ hęc Socrates dixiſſet: ſuſcipiẽs ſermonẽ Cebes ſic inqt. Cætera qdẽ o Socrates recte dicta vi
denť. quãtũ vero ad ipſam aiam ſpectat, valde ãbigũt hoĩes ne aĩa a corpore ſeparata nuſq̃ ſit vlteri⁹:
ſed ea ipſa die qua homo mortẽ obierit, intereat: ſtatimq; ſeiũcta a corpore diſſoluať: atq; exhalãs qua
ſi vẽtus, aut fumus diſſipeť atq; euaneſcat: neq; vſq̃ vlterius oĩno ſit aliqd. Profecto ſi eſſet alicubi col
lecta in ſemetipſam, & ab his malis q̃ tu modo narrabas liberata, multa nimirũ bonãq; ſpes eſſet o So
crates vera q̃ dicebas fore. Cæterũ ad id fortaſſe pſuaſiõe fideq; nõ parua opus eſt: vt credať ſupereſſe
animã poſt interitũ hoĩs: atq; aliquã vim intelligẽtiãq; habere. SO. Vera o Cebes loqueris. Verũ qd
agendũ cenſes? an forte de his ipſis cõfabulandũ: vtrũ ita fore an aliter pbabile ſit? CE. Libẽter equidẽ
audirẽ de his rebus qd ſentias. SO. Neminẽ arbitror hęc audientẽ: nec ſi comœdus qdẽ ſit, eſſe dictu
rũ nugari nũc me: ac de qb⁹ minime oporteat verba facere. Si ergo placet, oporteтq; cõſiderare, id hoc
pacto cõſideremus: vtrũ videlicet apud inferos ſint mortuoꝝ animę nec ne. Vetus qdẽ hic extat ſer
mo cui⁹ memores ſum⁹: abire qdẽ illuc aĩas defunctorũ: rurſuſq; huc reuerti, fieriq; ex mortuis. Atq
ſi hoc verũ eſt, vt ex mortuis iterũ viuẽtes fiant, eſſent aĩę illic noſtrę. Neq; em̃ rurſus fierẽt ſi alicubi
nõ eſſent. Atq; hęc ſufficiẽs cõiectura eſt, ita eſſe, ſi reuera cõſtet haud aliunde viuẽtes fieri q̃ ex mor
tuis. At vero niſi id ſit, alia opus erit ratiõe. CE. Oĩno. SO. Neq; vero id in hoĩbus ſolũ ſi plani⁹ intel
ligere vis, cõſideres: ſed in aĩalibus oĩbus, & plãtis: atq;, vt ſummatim dicã, in oĩbus q̃ gignunť. in his
inquã oĩbus cõſiderem⁹ nunqd oĩa ſic fiãt: neq; aliũde q̃ ex cõtrariis cõtraria, qbuſcũq; tale aliqd con
tingit: quẽadmodũ pulchrũ turpi quodãmodo cõtrariũ eſt, & iuſtũ iniuſto: aliaq; eiuſmodi q̃ pluri
ma videm⁹. Ergo vtrũ neceſſariũ ſit, cuicũq; aliqd eſt cõtrariũ, nullo modo aliunde id q̃ ex ſuo cõtra
rio fieri. Veluti quãdo qd maius efficiť, neceſſe eſt ex eo qđ ante fuerat minus, poſtea maius euadere.
CE. Ita eſt. SO. Nonne & ſi minus aliqd fiat, ex eo qđ ante maius erat, poſtea fiet minus? CE. Sic oĩno.
SO. Quinetiã ex robuſtiori debili⁹, ex tardiori velocius? CE. Prorſus. SO. Quid vero? Siqd euadat de
terius, nõne ex meliori? Et ſi iuſtius, ex iniuſtiori? CE. Quid ni? SO. In oĩbus igiť ſatis id exploratũ ha
bemus, oĩa ita fieri, cõtraria videlicet ex cõtrariis. CE. Prorſus. SO. Quid rurſus? Eſt ne mediũ aliqd
inter cõtraria duo? Duę videlicet ĩter illa generatiões, ſiue pgreſſiões ab altero qdẽ ĩ alterũ: atq; in al
terũ viciſſim ab altero? Sane inter maius atq; minus mediũ obtinet incrementũ, & decrementũ: dici
muſq; id qdẽ creſcere, illud vero decreſcere. CE. Ita. SO. Nõne ſimiliter diſcerni viciſſim: atq; confun
di: frigeſcere, & incaleſcere: oĩaq; eodẽ pacto? Et ſi noĩa nobis deſunt alicubi, vbiq; tamẽ ita neceſſe eſt
fieri: videlicet oĩa ex cõtrariis inuicẽ: generationẽq; eſſe vtriuſq; viciſſim ĩ alterũ? CE. Oĩno quidem.
SO. Quid vero? ei qđ eſt viuere: eſt ne aliqd cõtrariũ? Quẽadmodũ ei qđ vigilare eſt, dormire cõtra
riũ? CE. Sic eſt oĩno. SO. Quidnã? CE. Mori. SO. An non ex ſe inuicẽ hæc fiunt? ſiquidẽ cõtraria ſunt.
Cũq; duo ſint: duæ quoq; inter hęc generatiões mutuæ, ſiue pgreſſiões? CE. Nihil prohibet. SO. Al
terã quidẽ coniugationẽ eorũ q̃ modo dicebã, ego tibi dicã, & ipſam q̃ generatiões eoꝝ. Tu vero mi
hi aperies alterã. Dico autẽ illud quidẽ dormire: illud autẽ euigilare: atq; ex ſomno vigiliã fieri, & ex
vigilia ſomnũ: horũq; generatiões hãc quidẽ cõniuere: illam vero expergiſci. Satiſfeci tibi nec ne? CE.
Satiſfeciſti certe. SO. Dic tu mihi quoq; ſĩliter de vita: atq; morte. An nõ contrariũ viuere dicis eſſe
atq; mori? CE. Equidẽ. SO. Et ex ſe inuicẽ fieri? CE. Ita. SO. Ergo ex viuente qdnã fiet? CE. Mortuum.
SO. Quid autẽ ex mortuo? CE. Neceſſe eſt cõfiteri viuens. SO. Igiť ex mortuis o Cebes viuẽtia fiunt
atq; viuẽtes. CE. Apparet. SO. Sũt igiť apud inferos aĩæ noſtræ. CE. Videť. SO. Nõne ergo & gene
rationũ quę circa hęc ſunt, altera qdẽ manifeſta eſt? Mori enim manifeſtũ eſt. nõne? CE. Ita prorſus. SO.
Quidnã igiť faciemus? Non reddemus viciſſim generationẽ huic cõtrariã: ſed hac in re dũtaxat mã
cam dicem⁹ naturã eſſe? An vero neceſſe eſt reddere ei qđ mori eſt cõtrariã quãdã generationẽ? CE.
Oĩno. SO. Quã vero iſtã? CE. Reuiuiſcere. SO. Nõne igiť ſi reuiuiſcẽtia eſt pgreſſio quędã, hęc eſt ex
mortuis ad viuẽtes? CE. Eſt vtiq;. SO. Cõuenit ergo nobis hac inſup ratione: viuẽtes ex mortuis fieri
nihilominus q̃ mortuos ex viuẽtib⁹. Qđ cum ita ſit ſufficiẽtẽ coniecturã hinc haberi aĩas mortuorũ
neceſſario alicubi eſſe, vnde iterũ reuertanť. CE. Videť mihi o Socrates hoc ex his q̃ cõceſſa ſunt: ne
ceſſario ſequi. SO. Animaduerte ergo o Cebes haud ab re nos hęc, vt arbitror, cõceſſiſſe. Niſi enim cõ
tinue altera viciſſim alteris redderẽtur quaſi quodã circulo remeantia: ſed directa q̃dã pgreſſio foret
dũtaxat ex altero ĩ eius oppoſitũ, neq; rurſus reflecterenť in alterũ, facerẽtq; regreſſum: oĩa tandẽ, mi
hi crede, eandẽ ſubirẽt figurã atq; paſſionẽ: fieriq; ceſſarẽt. CE. Quonã id pacto dicis? SO. Haudquaq̃
intellectu difficile eſt, qđ loquor. Perinde enim ac ſi in ſomnum cadereť quidẽ, ab eo vero in vigiliam
nunq̃ reſurgereť, minime te latet oĩa tandẽ eo deuẽtura, vt Endymion ridicula quędã fabula videať:
neq; appareat vſq̃: cũ cætera quoq; vniuerſa ſomno ſimiliter opprimanť. Proinde ſi cõfunderenť qui

Proponiť diſcutiẽdum an aĩa hoĩs ſit poſt obitũ.

Generationẽ fieri a contrariis.

Argumẽtum imortalitatis aĩæ ſumptũ a cõtrarioꝝ mutua gñatione.

dẽ oĩa, nunq̃ vero diſcernerent, Anaxagorę illud repẽte cõtigeret: vniuerſa videlicet eſſe ſimul. Eadẽ
ratiõe o amice Cebes, ſi quęcũq; vitã acceperint moriant̃, mortua vero cũ fuerit, mortua relinquant̃,
neq; iterũ reuiuiſcãt, an nõ neceſſariũ eſt oĩno, cũcta demũ interiiſſe, nihilq; viuere? Nã ſi ex aliis q̃dẽ
viuẽtia fierẽt: poſtea vero perirẽt: q̃d obſtaret quo minus in interitũ cũcta cõſumerẽtur? CE. Nihil pr
ſus o Socrates, ſed mihi oĩno vera loqui videris. SO. Eſt certe o Cebes maxime oĩm ita, vt mihi videt̃:
neq; nos hęc ipſa quaſi decepti cõfeſſi ſumus: ſed reuera reuiuiſcẽtia eſt: atq; ex mortuis viuẽtes fiũt:
mortuorũq; ſupſunt aĩę. Atq; bonis quidẽ melius eſt: malis vero peius. CE. Atqui & ſcd̃m illud o So
crates, q̃d frequẽter vſurpare ſoles, ſi modo verũ eſt, diſciplinã videlicet noſtrã nihil eſſe aliud q̃ remi-
niſcentiã: & ſcd̃m hoc inquã neceſſe eſt nos ĩ ſuperiori quodã tẽpore, ea quorũ nunc reminiſcimur, di
diciſſe. Id vero fieri nõ poſſet: niſi prius aĩa nr̃a fuiſſet alicubi q̃ in hãc humanã ſpeciẽ deueniret. Quã
obrem & hac ratiõe ĩmortale quiddã aĩa videt̃ eſſe. SIM. Quales hui⁹ rei demõſtrationes habes o Ce

Oſtẽditur noſtra ſcia eẽ reminiſcẽtia.

bes? Cõmemora nobis eas. Nõ eñ ſatis in p̃ſentia memini? CE. Vna q̃dẽ ratio eſt pulcherrima, ꝙ in-
terrogati hoĩes ſiq̃s eos recte interroget, ipſi oĩa quẽadmodũ ſunt reſpõdent. Atq; nunq̃ id facere poſ-
ſent niſi ineſſet ipſis ſciẽtia rectaq; ratio. Deinde ſiq̃s eos ad geometricas figuras deſcriptiõeſq;, vel ſi-
mile aliq̃d cõuerterit, ibi manifeſte cõperiet, ita id ſe habere. SO. Si hæc o Simmia ratio tibi nõ ſatiſfa-
cit, attende, an ſic tibi cõſiderãti idẽ q̃d nobis videat̃. Diffidis enim eã quã diſciplinã vocãt, reminiſcẽ
tiam eſſe poſſe. SIM. Haud equidem diffido. Verũtamẽ id expedit mihi diſcere de quo ſermo eſt. ſ. re-
miniſci. Ac ferme ex his quę Cebes cœpit dicere, iã recordor, & credo. Nihilominꝰ tamẽ & a te o So-
crates qua ratiõe id modo ꝓbare ipſe aggrediebaris, ꝑlibẽter audirẽ. SO. Hac eq̃dẽ ratiõe. cõfitemur
ſane quodãmodo, ſiq̃s alicuiꝰ reminiſcat̃, oportere ipſm̃ prius aliquãdo id ſciuiſſe. SIM. Prorſus. SO.

Quid reminiſcentia. Quo pacto ſiat reminiſcentia.

Nũquid ergo & hoc cõfitemur, quotiẽs ſciẽtia hoc modo ꝑuenit, reminiſcẽtiam eam eſſe? Dico autẽ
hoc pacto. Siq̃s aliud q̃ddã viderit, vel audiuerit, vel alio pceperit ſenſu: neq; ſolũ idipſm̃ cognoſcat, ve
rũ etiã agnoſcat aliud q̃ddã, cuius nõ vna eadẽq;, ſed alia ſciẽtia ſit, nõne merito dicemꝰ hũc eius rei
reminiſci in cuius ꝑuenerit notionẽ? SIM. Quonã pacto id dicis? SO. Hoc. Alia quodãmodo hoĩs ſciẽ
tia eſt: alia lyræ. SIM. Quid ni? SO. An ignoras hoc amãtibus euenire, cũ lyrã, aut veſtẽ, aut q̃d aliud
ex his aſpiciant q̃bus vti eorũ amatæ cõſueuerunt. Nã & agnoſcũt lyrã, & ſimul mẽte formã recolũt
puellę cuiꝰ erat lyra. Hoc vero eſt reminiſci. Ceu ſiq̃s cũ Simmiã viderit ſępe Cebetis recordet̃: & cæ-
tera eiuſdẽ generis infinita. SIM. Infinita ꝑ Iouẽ. SO. An nõ igit̃ tale quiddã recordatio quędã eſt? Ma
xime vero ſi id nobis in illis cõtingat rebus, quas longitudine tẽporis, & negligẽtia obliuioni iã tradi
derimus? SIM. Ita certe. SO. Quid vero? Cõtingit ne, vt qui equũ pictum viderit, pictãq; lyram, remi
niſcat̃ hominis? Atq; cũ pictũ aſpexerit Simmiã, veniat illi in mentẽ & Cebes? SIM. Sic vtiq;. SO. Nõ-
ne euenit etiã, vt q Simmiã inſpexerit pictũ, ipſius quoq; Simmię recordet̃? SIM. Euenit certe. SO. An
non ſcd̃m hæc oĩa contingit, tũ a ſimilibus, tum a diſſimilibꝰ reminiſcẽtiam ꝑuenire? SIM. Cõtingit.
SO. Verũ quotiẽs a ſimilibus quiſpiã reminiſcit̃, an nõ neceſſe eſt id inſuper intelligere: vtrũ deficiat
hoc ſcd̃m ſimilitudinẽ nec ne ab illo cuius repetita memoria eſt? SIM. Neceſſe eſt. SO. Attẽde ſane, nũ
quid hæc ita ſe habeant. dicimus aliq̃d eſſe ęquale? Non dico lignũ ligno neq; lapidẽ lapidi: neq; aliud
eiuſmodi quicq̃: ſed præter hæc omnia aliud quiddam æquale. ipſum dicimus ne aliquid eſſe an ni-
hil? SIM. Dicimus per Iouem, & quidem mirifice. SO. An ſcimus & ipſum q̃d eſt æquale? SIM. Omni
no quidem. SO. Vndenam ſciẽtiam eius accepimus? An non ex his quæ modo diximus, videlicet cõ-
ſpicati vel ligna, vel ſaxa, vel alia quædam æqualia, ex his illud excogitauimus, quod aliud eſt q̃ hæc?
An non aliud quiddam apparet? Cõſidera vero & hoc pacto. Nõne ſaxa, vel ligna æqualia dum eadẽ
ſunt, alias æqualia: alias inęqualia nobis apparẽt? SIM. Penitus. SO. Quid autem ipſa æqualia? poſſunt
inęqualia tibi videri? vel æqualitas, inęqualitas? SIM. Nunq̃ o Socrates. SO. Quamobrẽ non idẽ ſunt
hæc æqualia atq; ipſum æquale. SIM. Nullo modo idẽ mihi apparent o Socrates. SO. Verũtamen ab
his æqualibus, quæ alia ſunt q̃ ipſum illud æquale, ipſius ſimul excogitaſti ſciẽtiam: atq; percepiſti.
SIM. Veriſſima loqueris. SO. An non ſiue ſimile ipſum ſit, ſiue diſſimile? SIM. Omnino. SO. Nihil ſa-
ne refert. quatenus enim aliud conſpicatus, ex hac ipſa perſpectione aliud intellexeris, ſiue ſimile, ſiue
diſſimile, neceſſe eſt hinc reminiſcẽtiam prouenire. SIM. Et maxime quidẽ. SO. Quid vero ad id? An
ſic nos habemus circa quæ ſunt in his quæ modo dicebamus æqualia, lignis, ſaxiſq;, & aliis? Viden-
tur ne ita æqualia hæc eſſe, vt ipſum quod eſt æquale? An deeſſe potius aliquid quo minus talia ſint
quale eſt æquale ipſum: an nihil? SIM. Permultum certe deeſt. SO. Nonne confitemur quando quis
aliquid intuens, animaduertat appetere quidem hoc q̃d in præſentia videt, eſſe tale quale quiddam
aliud ex his quę ſunt: verum deficere, neq; poſſe tale eſſe æquale, quale ſit illud, ſed deterius eſſe: neceſ
ſe eſt eum qui animaduertit, ante cognouiſſe illud cui dicit hoc quodã modo ſimile fieri: ſed ad plenã
ſimilitudinẽ non accedere? SIM. Neceſſe eſt. SO. Quid ergo? tale ne aliquid contingit & nobis nec ne,
circa hęc æqualia ipſumq; æquale? SIM. Q̃ plurimũ. SO. Neceſſe eſt ergo nos æqualis ipſius ſcientiã

ante illud tẽpus habuiſſe:in quo primũ videntes aequalia,agnouimus conari quidem haec omnia talia euadere quale eſt ipſum:attamẽ a pfectione ipſius abeſſe.SIM.Ita eſt.SO. Atqui & hoc cõfitemur nos neq; aliunde id agnouiſſe:neq; agnoſcere poſſe,q̃ ex viſu,vel tactu,vel alio quodã ſenſu.ſimiliter enim de his oĩbus iudico.SIM.Similiter o Socrates ad id ſe habẽt de quo agitur oſtẽdẽdũ.SO. Atqui a ſenſibus quidẽ intellexiſſe oportet oĩa quae ſubiecta ſunt ſenſibus,illud qđ eſt ęquale appetere:q̃uis ipſum nõ aſſequãtur.an aliter dicimus?SIM.Haud aliter.SO.Ante eñ q̃ inciperemus videre,aut audire,aliiſq; vti ſenſibꝰ,oportuit nos ęqualis ipſiꝰ ſciẽtiã poſſediſſe:videlicet qđ ipm ſit:ſi modo aequalia haec,quę ſenſibus ſubiacẽt,ad ipſum adeo relaturi ſimus,vt iudicemꝰ anniti qđẽ haec oĩa talia quale ipſum eſt euadere:verũtamẽ deteriora relinqui.SIM.Neceſſario ex ſuperioribꝰ id o Socrates ſequitur.SO.An nõ ſtatim nati vidimus,& audiuimus,alioſq; ſenſus exercuimus?SIM.Oĩno.SO.Oportuit autẽ,vt diximus,ante hęc ipſius ęqualis ſcientiã habuiſſe.SIM.Oportuit.SO.Quãobrem,vt videtur,neceſſe eſt anteq̃ naſceremur eam cõprehendiſſe.SIM.Sic apparet.SO.Nõne ſi eam ſortiti ante natiuitatẽ ipſam iam habẽtes nati ſumus,ſciuimus & ante ortũ:atq; ſtatim nati nõ ſolũ ipm ęquale maiuſq; & minus:verũetiã eiuſdẽ generis omnia?Nõ enim de aequali magis nũc nobis eſt ſermo,q̃ de ipſo pulchro,de ipſo bono,de ipſo iuſto atq; ſancto:& vt dico de oĩbus quibus proprie hoc ipm qđ eſt aſſignamus & interrogationibus interrogantes:& reſpõſionibus reſpõdẽtes:vt neceſſariũ ſit nos anteq̃ naſceremur horũ oĩm ſciẽtiam habuiſſe.SIM.Eſt ita.SO.Ac ſi acceptis ſciẽtiis nõ ſemper obliuiſceremur,oporteret & cũ ipſis naſci,ſemp etiam per omnẽ vitã ſcire. Nam ſcire id eſt acceptã alicuius rei ſcientiã retinere:nec amiſiſſe.An nõ obliuionẽ ſciẽtiae iacturã eſſe dicimus? SIM.Ita prorſus o Socrates.SO.Si autẽ acceptam ante ortum ſciẽtiam nati amiſimus,deinde vero freti ſenſibus circa ipſas ſcientias,illas quas ante habueramus,recipimus:nõne id qđ diſcere appellamꝰ eſſet ſcientiã propriã recuperare:atq; id reminiſci nominãres,recte nominaremꝰ?SIM.Recte.SO.Fieri eñ id poſſe apparuit. Videlicet,vt cũ quis aliqđ ſenſerit,vel vidẽdo,vl' audiẽdo,vel aliter ſentiẽdo,aliud quiddã ex hoc agnoſcat cuius erat oblitus:cui quidẽ hoc quodãmodo ꝓpinquabat,ſiue ſimile id ſit,ſiue diſſimile.Ita qđ iãpridẽ dico,e duobus alterũ. aut enim ſciẽtes nati ſumus,ſcimuſq; per omnẽ vitam oẽs,aut quos deinde dicimus diſcere dũtaxat reminiſcunť:atq; diſciplina reminiſcẽtia eſt.SIM.Sic oĩno ſe res habet,o Socrates.SO.Vtrũ igitur eligis o Simmia?vel cũ ſcientia nos eſſe natos,vel reminiſci poſtea,quorũ prius ſciẽtiam accepimus?SIM.Ambigo vtrum in pręſentia Socrates eligam.SO. Quid vero?potes ne eligere qđ de hoc videať tibi? Vir ſciẽs poteſt ne eorũ quae ſcit reddere rationẽ,an contra? SIM.Neceſſe eſt o Socrates poſſe.SO. An vero tibi vidẽtur oẽs rationẽ de his quae modo tractabamꝰ afferre poſſe.SIM.Optarẽ equidẽ.ſed multo magis vereor ne cras nullus hic homo ſit q pro dignitate id ſciat efficere.SO.Non igitur o Simmia putas oẽs hoc intelligere?SIM. Nullo modo.SO.Reminiſcũtur ergo q̃ aliquãdo didicerant.SIM.Neceſſe eſt.SO.Quãdo vero accepetũt animae noſtrę ſciẽtiam?Non enim poſtq̃ homines nati ſumus.SIM.Non certe.SO.Ergo prius.SIM.Ita.SO. Erant igitur Simmia animę etiam prius,q̃ in humanã ſpeciem deuenirent,ſeorſum a corpore:intelligẽtiamq; habebant.SIM.Niſi forte o Socrates,dum naſceremur ipſas ſciẽtias accepimus. Nam id etiã tẽpus reliquum eſt.SO.Eſto ſic o amice.Sed quonam alio tẽpore eas amiſimus? Non enim habẽtes iam eas naſcimur,vt modo confitebamur.An in eodem perdidimus:quo & accepimus?an aliud tẽpus afferre potes?SIM.Nullo Socrates modo.ſed nihil me dicere minime aduertebam. SO. An ergo ſic nobis ſe res habet o Simmia?Si quidẽ ſunt ea quae quotidie praedicamus:pulchrum ſcilicet quiddã:atq; bonum,& omnis eiuſmodi eſſentia:ad quã omnia ſenſibus percepta referimus:quę & prius erat noſtra,& tanq̃ noſtram quęrẽtes inuenimus:atq; ad ipſius exemplar referimus:neceſſe eſt ita vt & ipſa ſunt noſtram quoq; animã prius etiam q̃ naſceremur extitiſſe. At ſi haec non ſunt,fruſtra vtiq; ratio haec tractata eſſet. An non ita ſe habet:atq; par neceſſitas eſt,& ipſa eſſe,& animas noſtras anteq̃ naſceremur,& niſi ipſa ſunt neq; haec vtiq; ſunt? SIM. Mirifice o Socrates,eadẽ mihi videtur eſſe neceſſitas:atq; pulcherrime huc ratio nos perducit:vt ſimiliter tam animã noſtram q̃ eſſentiam ipſam quã modo dicebas,anteq̃ naſceremur extitiſſe confiteamur. Nihil enim tam certũ habeo,q̃ eſſe eiuſmodi oĩa & quidẽ maxime:ſcilicet pulchrũ ipſum,& bonum,aliaq; omnia quę tu modo dicebas. Et quantũ ad me attinet,ſatis eſt demonſtratum.SO. Quid vero videtur Cebeti? Oportet enim illi quoq; perſuadere.SIM.Satis & illi arbitror perſuaſum:q̃uis omnium repugnãtiſſimus ſit,& ad credẽdum tardiſſimus.Opinor tamẽ ſufficiẽter illi probatũ:ante ortum noſtrum animã extitiſſe. An vero poſt interitum noſtrum etiam futura ſit,nec mihi quidẽ ipſi o Socrates ſatis adhuc videtur oſtẽſum.Sed nunc etiam reſtat multorum dubitatio illa quã in medium Cebes adduxerat:ne videlicet homine moriente ſimul anima diſſipetur:atq; ita eſſe deſinat. quid enim prohibet fieri quidẽ illã,& aliunde cõſtitui atq; eſſe prius etiam q̃ in corpus hominis laberetur:poſtq̃ vero ab eo diſceſſerit,tunc illam inſuper interire? CE. Recte loqueris Simmia. Videtur enim quaſi dimidium eius quod oportet proba

tum:ante videlicet q̃ naſceremur noſtrã animã extitiſſe:oportere autẽ id quoq; oſtendere:poſtq̃ mor
tui fuerimus non minus fore q̃ eſſet anteq̃ naſceremur:ſi modo finem ſuũ demonſtratio ſit habitura.
SO.Demonſtratũ quidẽ eſt iſtud o Simmia,& o Cebes etiã nũc : ſi modo velitis,& id qđ modo pro-
batũ eſt,& illud qđ ante conceſſeramus,videlicet omne viuẽs ex mortuo fieri,in vnum cõnectere. Si
enim eſt anima prius,& cũ in hãc venit vitã fitq; homo,neceſſe eſt non aliunde eam q̃ ex mortuis pro
ficiſci,cur non neceſſariũ ſit,vt etiam poſt mortẽ corporis maneat:cum oporteat ipſam ad hanc vitã
reuerti?Demõſtratum igitur & nũc eſt qđ dicitur. Verũtamẽ videmini tu atq; Simmias cupere idẽ
rurſus diligẽtius pertractari:ac forſitan puerorũ more formidatis,ne reuera corpore egredientẽ ven-
tus diſſoluat:atq; diſpergat:præſertim ſi ventis vehemẽtius flãtibus exeat . Ad hæc Cebes ſubridẽs,
tanq̃ nobis id formidãtibus inquit o Socrates contra perſuadere conare.immo vero nõ tanq̃ formidã
tibus nobis:ſed forte eſt inter nos puer aliquis talia metuẽs.huic ergo annitamur perſuadere:ne mor
tem ceu laruas pertimeſcat.SO.Oportet certe huic mederi carminib⁹ quotidie,quoad ſanus efficia-
tur.CE. Sed vbinã medicũ eiuſmodi nãciſcemur,o Socrates,cũ tu deceſſeris?SO.Ampla eſt o Cebes
Grçcia,in qua ſunt viri præſtantes: q̃plurimæ ſunt barbaræ nationes: per hos omnes eiuſmodi me-
dicum debetis perquirere,neq; pecuniis parcẽtes,neq; laboribus. Nihil eſt enĩ pro quo cõmodius oĩa
quis expendat.Perſcrutandũ quoq; eſt etiam inter vos ipſos.forte enim nõ facile inuenietis qui meli⁹
q̃ vos id queat efficere.CE.Fiet id quidẽ:ſed redeam⁹ iam ſi tibi placet,vnde digreſſi ſumus.SO.Mi-
hi quidẽ placet.Quid enĩ prohibet?CE.Recte reſpondes.SO.An non tale aliqđ a nobis ipſis ſciſcitari
debemus? Cuinam & quali conueniat ea paſſio per quã diſſolui poſſit.Et cui qualiq; ſit metuendũ,ne
id patiatur.Et ſecundũ quã qualẽq; eius partem.deinde conſiderare cuiuſmodi anima ſit:demum ex
his animę noſtrę gratia vel confidere,vel timere.CE. Vera loqueris.SO. Nõne igitur ei qđ componi
tur, iamq; compoſitum eſt, natura id pati cõuenit:vt quatenus eſt compoſitum diſſoluatur?Siquid
vero non ſit compoſitum,huic ſoli potiſſimũ nulla accidit diſſolutio? CE. Mihi quidem ſic apparet.
SO.An non quæ ſemper ſecundũ eadem eodẽq; modo ſe habent,hæc maxime eſſe cõuenit ſimplicia?
Quæ vero alias aliter,nec vnq̃ ſecundũ eadẽ, hęc eſſe cõpoſita?CE.Ita equidẽ opinor.SO.Redeamus
iam ad illa,ad quę in ſuperiori diſputatione proceſſimus.Ipſa eſſentia cuius interrogando reſpõden-
doq; rationem hoc ipſum qđ eſt aſſignauimus,vtrum eodẽ modo,& ſecundum eadem ſe ſemper ha-
bet?An alias aliter : videlicet & ipſum ęquale,ipſum pulchrum,ipſum vnũquodq; qđ eſt ens,vtrum
mutationẽ aliquando aliquã ipſa recipiunt:an ipſorum vnũquodq; ſemper id qđ eſt vniforme exiſtẽs
ipſum per ſeipſum,eodẽ modo,& ſecũdum eadem ſe habet: neq; vnq̃,neq; vſq̃,neq; vllo pacto muta-
tionem aliquam ſuſcipit? CE. Neceſſe o Socrates hæc eodem modo,& ſecũdum eadem ſe ſemper ha-
bere.SO.Quid autem dicemus de multis quę ſimiliter pulchra dicuntur:ſcilicet hominibus,equis,
veſtibus,vel aliis quibuſcunq; talibus,q̃ vel pulchra dicuntur,vel ęqualia:vel etiam de omnibus quę
illis ſynonyma ſunt?num hæc ſecũdum eadem ſe ſemper habent?An potius omnino contra q̃ illa:vi-
delicet neq; ipſa ſibimet, neq; inuicem vnq̃,vt ſimpliciter loquar,vllo pacto ſecũdum eadem eodẽq;
modo ſe habẽt?CE.Hæc o Socrates nunq̃ eodem modo ſunt. SO.Et hæc quidem tangi,videri,aliiſq;
ſenſibus attingi poſſunt.Quę vero ſemper ſecundũ eadem permanẽt, ſola intelligentię ratione perci-
piuntur:ſuntq; inuiſibilia quæ talia ſunt,neq; cernũtur vnq̃.CE. Vera omnino loqueris.SO. Vis er
go duas rerum ſpecies ponamus,alteram viſibilium, inuiſibiliũ alteram?CE.Ponamus.SO.Et inuiſi
bile quidẽ modo ſemper eodẽ eſſe:viſibile vero nonnunq̃ eodem? CE. Hoc quoq; ponamus.SO. Age
iam. aliud ne in nobis eſt q̃ hinc quidem corpus inde vero anima?CE.Nihil aliud.SO. Vtrinam ſpe-
ciei corpus eſſe ſimilius cognatiuſq; dicimus?CE.Nemini dubiũ quin viſibili.SO.Quid vero anima?
Viſibile ne aliquid eſt,an cõtra?CE.Non hoĩbus quidẽ o Socrates.SO.Atqui nos de iis dũtaxat quę
ab hoĩm natura videri vel nõ videri poſſunt loq̃bamur. An de iis quę ad aliã naturã ſpectãt,tractaba
mus?CE.De iis dũtaxat quæ ad humanã.SO. Quid ergo de anima dicebamus? Nunquid viſibilem
eſſe?CE.Non viſibilẽ.SO.Inuiſibilẽ ergo.CE.Ita.SO.Anima igitur inuiſibili ſpeciei ſimilior eſt q̃ cor
pus.Corpus vero viſibili.CE.Neceſſariũ id eſt omnino.SO. An nõ & hoc euenire in ſuperioribus di
cebamus?Vt cum anima ad aliquid conſiderandũ ſocium ſibi corpus aſſumit,vel per viſum,vel per
auditum,vel per alium ſenſum:hoc enim eſt per corpus cõſiderare,quia per ſenſus id agitur:tũc qui-
dem a corpore trahatur ad ea:quę nunq̃ eodẽ modo ſunt:atq; ipſa aberret,perturbeturq; quaſi ebria
vacillet:vtpote quæ talia quędã attigerit.CE.Prorſus.SO.At vero quotiens ipſe animus per ſeipſũ
excogitat,illuc ſe confert ad purum,ſempiternũ,immortale: ſemper eodem modo ſe habens:& tanq̃
ipſius cognatus ſemper inhæret illi quotiens ipſe redierit in ſeipſum,eiq; liceat,ceſſetq; ab errore:&
circa illa ſemper ſecundũ eadẽ eodẽ modo ſe habet,vtpote qui talia iam attigerit.Atq; hæc eius affe-
ctio ſapientia,ſiue prudẽtia nominatur.CE.Pręclare ac vere oĩno loqueris Socrates.SO. Vtri igitur
ſpeciei rurſus tibi videť,ex his quæ & in ſuperioribus,& modo dicta ſunt,anima eſſe ſimilior atq; co-

gnatior.CE.Arbitror equidē o Socrates quēlibet,vel indociſſem prorſus,& pertinacem ex hac diſcuſſione conceſſurum,animā & per totum atq; per omne,ſimiliorem eſſe ei qđ ſemper eodē modo eſt q̄ oppoſito.SO.Quid autē corpus? CE. Alteri ſpeciei. SO. Conſidera rurſus hoc pacto. Q̄diu in eodē ſunt anima atq; corpus:hoc quidem ſeruire atq; ſubeſſe natura iubet: hanc vero praeeſſe:atq; dominari.Secūdum haec rurſus vtrū tibi videtur ſimile eſſe diuino,vtrū mortali? An non putas diuinum quidem tale eſſe natura,vt praeſit,& ducat: Mortale vero,vt ſubiiciat̄ ac ſeruiat? CE.Puto eq̄dē.SO. Vtri igitur horum eſt anima ſimilis? CE. Conſtat o Socrates animā quidem ſimilem eſſe diuino:corpus vero mortali.SO.Animaduerte iam o Cebes num haec ex omnibus quę dicta ſunt conſequātur. Videlicet ipſi diuino,immortali,intelligibili,vniformi,indiſſolubili,ſemper eodem modo & ſecundū eadem ſeipſum habēti,animā eſſe ſimillimā:humano vero, mortali,nec intelligibili,multiformi,diſſolubili,nunq̄ eodē modo ſibimet ſe habēti,ſimillimū eſſe corpus. Poſſum⁹ ne o amice Cebes hęc praeter,aliud quicq̄ afferre:quo minus ita ſit? CE. Non poſſumus.SO.Quid ergo? Cum haec ita ſe habeant,nonne corpori conuenit vt breui ſoluatur? Animae vero,vt omnino indiſſolubilis ſit,vel aliquid rei omnino indiſſolubili propinquū? CE.Quid ni? SO.Cernis igitur poſtq̄ mortuus homo fuerit,qđ in eo viſibile eſt corpus & in loco viſibili poſitum,qđ cadauer appellam⁹,cui cōuenit vt diſſoluatur, cōcidat,diffluat,nihil horum ſubito pati: ſed multum aliquādo tempus ſupereſſe:ſiquis corpore per belle affecto deceſſerit. Corpus enim ſeruatum,& rebus quibuſdam ad durationem curatum quēadmodum in Aegypto faciūt,incredibile quoddam tempus ferme integrum manet. Quinetiam ſi putreſcat,tamē nōnullę corporis partes,oſſa videlicet,neruiq;,atq; ſimilia,vt ita dicam,immortalia permanent. An non? CE.Ita.SO.Anima vero quae inuiſibile quiddam eſt, in ſimilem quēdam aliumq; locum migrans,excellentem,purum,inuiſibilem,nobis occultum reuera ad bonū ſapiētemq; deū,quo ſi deus voluerit,paulopoſt meo quoq; animo eſt migrādum:anima inquā talis taliq; natura praedita nunquid cū primū a corpore liberata fuerit diſſipabitur atq; interibit,vt multi putant? Permultum abeſt o dilecte Cebes atq; Simmia.immo multo magis ita ſe res habet:ſi quidē pura diſceſſerit corporeum nil ſecum trahēs,vtpote quae ſua cum illo inuita cōmunicauerit:ſed fugerit illud ſemp,ſeq; in ſe collegerit tanq̄ ſemper id meditata,qđ quidem nihil eſt aliud q̄ recte philoſophari,mortemq; reuera facile cōmentari,an non haec eſt meditatio mortis? CE. Eſt omnino.SO. Anima inquā ſi ſic affecta diſceſſerit,nōne ad aliquid ſibi ſimile diuinum abit? diuinum,& immortale,& ſapiens? quo cum peruenerit euadit felix ab errore,dementia,timoribus,duriſq; amoribus,cęteriſq; humanis liberata malis,& quēadmodum de initiatis dici ſolet,reuera reliquum tempus vitam cum diis agit? Ita ne dicendum eſt o Cebes an aliter? CE.Ita per Iouem.SO.Si autē polluta impuraq; decedat,vtpote quae corpus ſemper amplexa ipſum dūtaxat coluerit,& amauerit:eiuſq; voluptatibus,& libidinibus quaſi veneficiis quibuſdam delinita fuerit,& vſqueadeo capta:vt nihil aliud putet eſſe verum niſi qđ corporeum ſit,qđ tangi,quod videri poſſit,quodve bibat,& qđ edat,& quo ī venereis vtatur:qđ vero oculis quidem occultum,& inuiſibile ſit,verūtamen intelligibile,& philoſophia comprehendendum, habere odio conſueuerit,tremereq;,& fugere:ſic inquā inſtitutam animā putas ne ipſam per ſe ſincerā euadere? CE.Nullo modo.SO.Sed infectam inuolutamq;,vt arbitror,cōtagione corporea,quā conſuetudo congreſſuſq; cum corpore propter continuam familiaritatem plurimūq; eius cultum inſeruit quaſi iam naturalem? CE.Ita putamus.SO.Ponderoſum vero o amice id putādum eſt,& graue terrenumq;,& viſibile,qđ anima eiuſmodi ſecum trahit.Ideoq; ab eo grauatur,& ad viſibilem retrahitur locum metu inuiſibilis,atq; occulti: & quēadmodum fertur circa monumenta ſepulchraq; reuoluitur:circa quę iam nonnulla apparuerunt animarum vmbroſa phantaſmata,qualia praeferunt ſimulacra tales animę,quae videlicet non purae deceſſerunt a corpore,ſed viſibile aliquid trahentes. quo fit,vt videri poſſint.CE.Conſentaneū eſt o Socrates.SO.Conſentaneum tamen o Cebes:non eſſe has bonorum animas,ſed malorum:quae circa haec oberrare coguntur,poenas dantes vitae improbe actę.Itaq; tandiu circumuagantur,quoad cupiditate naturae corporeae comitante,rurſus induant corpus. Induunt autem,vt decens eſt,eiuſmodi mores quales in vita exercuerunt. CE. Quales dicis mores o Socrates? SO. Eiuſmodi.eos quidem qui ventri dediti per inertiam atq; laſciuiam vitam egerunt,neq; quicq̄ penſi pudoriſq; habuerunt,decens eſt aſinos ſimiliaq; ſubire.An non putas? CE.Conſentanea loqueris.SO. Qui vero iniurias,tyrānides,rapinas prae caeteris ſecuti ſunt,in luporum,accipitrum,miluorum genera par eſt pertranſire. num alio has migrare dicendum eſt? CE. Ita potiſſimum.SO. Similiter & in caeteris.abeunt enim in ea genera quęlibet quibus in vita mores ſimiles contraxerunt. CE. Manifeſtum id quidē.SO. Nonne horum feliciſſimi ſunt,& in optimum proficiſcuntur locum,quicunq; popularem ciuilemq; virtutem,quā temperantiam,& iuſtitiam nominant,exercuere abſq; philoſophia quidem atq; mente,ſed ex conſuetudine exercitationeq; acquiſitam? CE. Quonam pacto hi feliciſſimi ſunt? SO. Quoniam decens eſt hos in tale quiddam genus

Argumentum ab actionib⁹.

Aegypti diu ſeruāt cadauera medicamētis.

Animas prauorum verſari circa ſepulchra atq; vmbroſas imagines apparere.

iterũ ciuile miteq; demigrare quodãmodo apum, aut veſparũ, vel formicarũ: atq; deinde in idẽ rurſus genus humanũ: modeſtoſq; ex illis homines fieri. CE. Ita decet. SO. In deorũ vero genus nulli fas eſt peruenire, præter eos qui diſcendi cupiditate flagrantes, & philoſophati ſunt, & puri penitus deceſſerunt. Horũ quidẽ gratia o amice Simmia atq; Cebes qui recte philoſophant ab omnibus corporis cupiditatibus abſtinent: atq; ita perſeuerãt: nec ſe illis vnq̃ tradunt: neq; familię iacturam paupertatemq; formidant: quẽadmodũ multi pecuniarũ cupidi: neq; rurſus cõtemptũ atq; ignominiam: quẽadmodum qui magiſtratus ambiunt, & honores: deinde ab his abſtinẽt. CE. Neq; enim deceret o Socrates. SO. Non per Iouem. Quãobrem hi qui animũ ſuum colunt: neq; corpori fingẽdo viuunt: ſpretis his omnibus, haudquaq̃ ea gradiunt via qua ſuperiores illi quos narrauimus, quia videlicet quo proficiſcantur ignorent. Ipſi vero exiſtimãtes philoſophię eiuſq; ſolutioni repugnãdum non eſſe, hãc ea ſequũtur via qua eos ipſa ducit. CE. Quonam pacto o Socrates? SO. Dicã equidẽ.

Cogitatio boni philoſophi circa id quod agere debeat.

Cognoſcũt profecto viri ſcientię cupidi quẽadmodum eorum animã ſuſcipit reuera ligatam in corpore: atq; implicitam, ac per ipſum quaſi per carcerẽ quendã res conſiderare coactam: cumq; per ſeipſam id non faciat, omni prorſus inſcitia inuolutam: cognoſcũt præterea, quẽadmodum philoſophia perſpiciens q̃ calli de corporeũ vinculũ aſtringat animã: quippe cum per ipſam fiat concupiſcentiã: per quã deuinctus animus adiutor fit ad ſeipſum deuinciendũ: cognoſcunt inquã viri ſciẽtiæ cupidi quẽadmodũ philoſophia eorũ animã ita cõſtitutam ſuſcipiens, paulatim inſtruit, ſoluereq; aggreditur, oſtẽdens q̃ fallax oculorũ: q̃ fallax auriũ, cæterorũq; ſenſuũ ſit iudiciũ: ſuadens ab his diſcedere, quatenus hęrere illis ſumma non cogat neceſſitas: ſeq; in ſeipſam reuocare atq; colligere: nec vlli credere præterq̃ ſibi: quatenus videlicet ipſa per ſeipſam intelligat quodlibet eorũ quę ſunt, exiſtens per ſeipſum. Qđ vero ipſa per alia conſideret exiſtens in aliis aliud, nihil exiſtimare verũ: eſſe vero eiuſmodi quidẽ ſenſibile atq; viſibile: quod autẽ ipſa per ſe conſideret, intelligibile atq; inuiſibile. Huic ergo ſolutioni veri philoſophi animus repugnandũ non eſſe iudicans, ſic a voluptatibus, cupiditatibus, doloribus, timoribus, pro viribus abſtinet, iudicans, quando quis vehemẽter delectetur, vel metuat, vel doleat, aut cupiat: haud tantũ ab his dũtaxat pati malũ, quantũ quis forſan exiſtimarit, videlicet ſi propter concupiſcentias, vel ęgrotet quiſpiam, vel pecunias conſumpſerit: ſed qđ malorũ omnium maximũ, extremũ, turpiſſimũ eſt, perpeti: neq; tamen illud animaduertere. CE. Quidnam hoc eſt? SO. Q; videlicet omnis anima hominis cogitur delectari, vel dolere circa aliquid vehemẽter, ſimulq; putare illud circa qđ hoc maxime patitur, manifeſtiſſimũ eſſe atq; veriſſimũ: cum longe ſit ſecus. Hæc autẽ maxime ſunt quæ viſibilia ſunt. nonne? CE. Omnino. SO. An non in hac paſſione anima q̃ maxime ligatur a corpore? CE. Quonam pacto? SO. Quoniã omnis voluptas atq; dolor quaſi clauũ tenens animã corpori affigit: atq; cõnectit, efficitq; corpoream adeo, vt iam opinetur ea eſſe vera quę ſuadeat corpus. nempe ex eo ꝙ eadem opinetur cũ corpore: eiſdẽq; oblectetur: cogitur, vt puto, eiuſdẽ moris eiuſdẽq; alimoniæ fieri: vt nunq̃ poſſit pura in vitam alteram proficiſci, ſed ſemp plena corporis labe egrediatur: ideoq; cito cadat rurſus in aliud corpus, & quaſi ſata iterũ innaſcatur: atq; ꝓpterea a cõmercio diuinę, purę, vniformis eſſentię aliena prorſus euadat. CE. Veriſſima narras, o Socrates. SO. Horum igitur gratia o Cebes iuſti ſcientię ſtudioſi tẽperantiã fortitudinẽq; ſequũtur: non autẽ illorũ, quorũ gratia cẽſet vulgus. An tu putas? CE. Minime quidẽ. SO. Nõ certe. Sed ita veri philoſophi anim⁹ cogitaret: nec vllo modo arbitrareť, cũ ipſum philoſophia ſoluiſſet, oportere iterũ voluptatibus doloribuſq; ſe dedere, iterũq; vinciri, atq; irritum opus facere: quaſi telam Penelopes retexentem. Immo vero horũ tranquillitati ſtudens, ſequenſq; rationẽ: ac ſemp in ea permanẽs: verũ: & diuinũ, opinionẽq; ſupereminens contemplať: a quo nutritus ita viuendũ cenſet q̃diu viuat: atq; ſperat ſe vbi deceſſerit in cognatũ atq; tale migrantẽ ab humanis eximi malis. Ex huiuſmodi q̃dẽ educatione nõ eſt cur metuat o Simmia & Cebes, ne cũ recedat a corpore: diſtrahať, & diſſipeť: omniſq; in ventos vita recedat.

CVm hæc Socrates dixiſſet, lõgum factũ eſt ſilentiũ. & ipſe quidẽ Socrates quæ dicta fuerãt ſecum vt videbatur repetebat, idemq; pleriq; noſtrum faciebant. Cebes autem & Simmias parũper inſuper inuicẽ collocuti ſunt. Hos ergo intuit⁹ Socrates, Quidnam vobis inquit de his quæ dicta ſunt videtur? An forte aliquid inſuper in his deſideratis? Multæ eñ adhuc dubitationes obiectioneſq; ſuperſunt: ſi quis ſufficienter ea ſit tractaturus. Si igitur aliud quiddã inter vos agitatis, nihil dico. Si autem ĩ his quæ dicta ſunt hęſitatis, ne vereamini loqui atq; percurrere, ſiqua in parte putatis melius dici poſſe. Quinetiã ſocium me aſſumite, ſi mecũ id cõmodius fieri poſſe exiſtimatis. SIM. Verũ equidẽ Socrates tibi fatebor. Iãdudum ambigens vterq; noſtrũ impellit alterum iubetq; interrogare propter audiendi cupiditatẽ. Veremur autẽ ne tibi ob præſentẽ calamitatẽ rogitando ſimus moleſtiores. Hęc Socrates audiẽs, leniter arriſit dicẽs: Papę o Simmia q̃ difficile aliis perſuaderẽ hanc me fortunã haudquaq̃ aduerſam exiſtimare, quãdo ne vobis quidẽ id perſuadere poſſum. Quippe cum metuatis ne difficilior moeſtiorq; ſim in pręſentia, q̃ in ſuperiori fuerim vita. Atq;

vt apparet:deterior cygnis ad diuinandũ vobiſ eſſe videor.Illi quidẽ qñ ſe breui pſentiũt morituros, tunc magis admodũ dulciuſq; canũt q̃ antea cõſueuerint,cõgratulãtes,q; ad deũ ſint cui⁹ erãt famuli,iã migraturi.Hoĩes vero cũ ipſi mortẽ expaueſcãt,cygnos quoq; falſo criminantur q; lugẽtes mortẽ ob dolorẽ cãtũ emittãt.Profecto haud aĩaduertũt nullã eſſe auẽ q̃ cantet qñ eſuriat,aut rigeat,aut quouis alio afficiat̃ incõmodo.Nõ ipſa philomena,nec hirundo,nec epops quas ferunt p querimoniã cantare lugẽtes.At mihi:neq; hę aues prae dolore vident̃ canere: neq; cygni.Sed q̃a Phoebo ſacri ſunt vt arbitror,diuinatione p̃diti pręſagiũt alterius vitae bona:ideoq; cantãt alacrius,geſtiuntq; ea die,q̃ ſuperiori tp̃e.Atq; & ego arbitror me cygnorũ eſſe cõſeruũ,eidẽq; deo ſacrũ: neq; deterius vaticiniũ abeodẽ dño habere q̃ illos:neq; ignauius e vita decedere.Quapropter licet vobis huius gratia dicere: & interrogare q̃cq̃d libet:quoad Athenieñſiũ vndecim viri ſinunt.SIM.Pręclare loq̃ris. Itaq; & ego tibi aperiã qua in re dubitẽ:& rurſus hic Cebes q̃dnã ex ſuperiori diſputatione minus admittat . Mihi q̃dẽ o Socrates quẽadmodũ fortaſſe tibi quoq;,videtur de his quidẽ reb⁹ manifeſtã veritatẽ in vita p̃ſenti,aut nullo modo,aut ſumma cũ difficultate intelligi poſſe. Quae tñ de his dicant̃,ea nullo modo redarguere,adeo vt nõ prius deſiſtas q̃ examinando alteruter acq̃eſcat,mollis nimiũ iudico eſſe viri. oportere.n.circa haec alterutrũ efficere:aut diſcere,vel inuenire quẽadmodũ ſe habeant:aut ſi hęc fieri nequeant:optimã atq; tutiſſimã humanarũ rationũ eligere:qua quis tanq̃ rate vehat̃: atq; ita p̃cellas huius vitae pertranſeat:ſi nequeat firmiori quodã vehiculo vel diuino aliquo verbo tutius ac minori cũ periculo tranare.Atqui ego nũc nõ verebor interrogare:praeſertim cũ ad hoc ipſe nos adhorteris:ne forte meipſum q̃ñq; ſim culpaturus: q; nunc q̃ mihi videant̃ minime dixerim. Profecto mihi o Socrates vna cũ hoc Cebete tua dicta reputanti haud ſatis confirmata videntur.SO.Forſan vere o amice opinaris.Sed dic qua in parte minus ſufficienter dicta fuiſſe cenſeas.CE.In hac vtiq;.Nẽpe de harmonia:& lyra:& fidibus idẽ poſſet q̃ſpiã dicere:harmoniã videlicet eſſe inuiſibile quiddã: & incorporeũ:& p̃pulchrũ atq; diuinũ in lyra rite tẽpata.Ipſam vero lyrã fideſq; corp̃a eſſe,atq; corporea, & cõpoſita terreſtriaq;:& mortali cognata.Cũ igit̃ aliq̃s vel lyrã fregerit:vel fides iciderit:ſiue diſrupérit:poterit quis eadẽ qua tu rõne p̃bare,neceſſarium eſſe illã ſupereſſe harmoniam : neq; diſperdi. Nulla eñ machinatio foret lyram quidẽ eſſe adhuc fidibus iã diſruptis:atq; ipſas fides mortalis generis:harmoniã vero,quę diuini & immortalis cognata erat,prius q̃ mortale illud interiſſe . Ille vero diceret adhuc eẽ alicubi harmoniã: atq; prius ligna & fides putrefieri q̃ illa aliq̃d patiatur. Arbitror equidẽ o Socrates te animaduertiſſe,nos tale aliquid potiſſimũ eſſe animã cogitare. Eſſe videlicet in corpore noſtro intenſionẽ,& cõplexionẽ quãdã ex calido,frigido,ſicco,humido,cęteriſq; talibus: horũq; tẽperantiã conſonantiãq; animã eſſe:reſultantem videlicet in corpore poſt q̃ haec ipſa bene moderateq; inuicẽ tẽperata fuerint.Si ergo anima harmonia q̃dã eſt,quotiẽs horum natura in corpore propter morbos aliaq; mala immoderate,vel remittitur vel intenditur,neceſſe eſt animã q̃dẽ q̃uis diuiniſſimã ſubito interire:ſicut ſolent caeterę conſonantię,ſiue quę in vocibus,ſiue quę in aliis artificum operibus fiunt : reliquias aũt corporis cuiuſq; diutius p̃manere,quouſq;,vel ardeant,vel putrefiant. Conſidera igitur q̃d huic rationi ſit reſpondẽdũ:ſiquis cenſeat animã,temperantiã quandam eſſe eorum quae ſunt in corpore,prioremq; in morte perire. Tunc Socrates quẽadmodum ſępe ſolebat, intuens acrius:atq; ridens,iuſte inq̃t tu q̃dẽ loqueris Simmia.Siquis ergo veſtrum me facundior eſt , cur his non reſpõdebat? Non.n.ignaue rationẽ attigiſſe videtur. Iudico tñ anteq̃ Simmię reſpondeatur: q̃d Cebes quoq; dãnet,eſſe audiẽdũ:vt tẽpore interiecto deliberãdi habeam⁹ facultatẽ. Deinde his auditis,vel his concedendũ,ſi conſentanea vero videant̃ afferre:ſin vero minus,rationẽ ſuperiorẽ defendendã eſſe:atq; retinendam.Quãobrẽ dic age o Cebes:q̃dnã potiſſimũ te turbet:quo minus aſſentiatis.CE.Mihi quidem videtur eodẽ reuolui : eidẽq; quod in ſup̃ioribus diximus,crimini obnoxia eſſe. Q3.n.fuerit aĩa nr̃a prius q̃ in hũanã deſcẽderet ſpeciẽ: haud eq̃dẽ retracto:q̃n belliſſime dictũ fuerit. Ac niſi dictũ eẽt inuidioſũ:ſufficiẽter demõſtratũ aſſeuerarẽ.Attamẽ nobis mortuis ſup̃fore:nõ ſic aſſentior. Neq; tñ Simmiae concedo obiiciẽti nõ eſſe animã validiorẽ corpore atq; diuturniorem. Videtur profecto mihi:his omnibus anima praeſtare q̃plurimũ.Hic ergo ratio ſuperior ad me conuerſa ſic inquiet.Quidnã vlterius ambigis? Cũ videas hoĩe defuncto:q̃d in eo imbecillius fuerat ſupereſſe: cur non concedis oportere etiã q̃d validius diuturniuſq; erat:hoc ipſo in tẽpore ſup̃eſſe? Sed aduerte iã quãti momẽti ſit:q̃d ad id r̃ñdeo.Similitudine mihi quoq; opus eſt:quẽadmodũ Simmię.Profecto mihi p̃inde haec dici vident̃:ac ſiq̃s de hoĩe textore ſene defuncto diceret:nõdũ interiſſe illũ: ſed forte alicubi ſup̃eſſe:coniecturãq; afferret veſtis:quã ipſe cũ texuiſſet vſus fuerit:aſſereretq; eũ adhuc eſſe incolumẽ:neq; interiiſſe:ac ſiq̃s id nõ credat,interrogaret̃ ab eo:vtrũ diuturnius ſit hoĩs genus an veſtis:qua quotidie quis vtatur . q; ſi reſpondeat genus humanũ diuturnius eſſe, tunc demonſtratum id eſſe putaret:videlicet multo propterea magis ſoſpitẽ eſſe hominẽ:quandoquidem q̃d in eo erat fragilius:nondum perierit.Hoc aũt o Simmia ita ſe habere non arbitror.Sed conſidera tu quoq; quid di

cam. Profecto quiuis intelligeret inepte illud adduci. Nã hic textor qui multas cõtriuerit veſtes, mul
taſq; texuerit, multis quidem poſterior obiit, vltima vero prior: neq; propterea magis ſequitur homi
nem eſſe veſte viliorẽ: atq; debiliorẽ. Eãdẽ fieri ſimilitudinẽ animæ ad corpus poſſe arbitror: ac ſiquis
de his duobus eadem illa adducat, congrue dicere videretur: videlicet animã quidem eſſe diuturnio
rem: corpus vero debilius, minuſq; diuturnũ: verũ diceret quẽlibet animorum plura conſumere cor
pora, præſertim ſi multos viuant annos. Si enim fluat corpus, hominec etiam viuente diſſoluat, ani
ma vero qđ conſumitur retexat continue, neceſſarium tamẽ erit quando perierit anima, tũc vltimã
habere veſtem: eaq; ſola priorẽ perire. Cum vero perierit anima: tunc demum imbecillitatem naturæ
ſuæ corpus oſtendere, cito putreſcens atq; euaneſcens, vt hac ratione nõdum cõfidere valeamus, tũc
etiam cum deceſſerimus animam noſtram ſuperfore. Nam ſiquis dicẽti etiã plura q̃ quæ tu dicis con
ceſſerit: nec ſolum ante ortum noſtrum animam extitiſſe, verũetiam nihil prohibere etiam poſt obi
tum quorundã noſtrum remanere, ſępiuſq; accedere: ac decedere fateatur: adeo enĩ naturam animæ
validam eſſe: vt ſępius corpori indita ſe corpuſq; ſeruet, his tamen conceſſis nõdum illud tibi daret,
non defatigari in multis generationibus animã: ſed tandẽ aliqua ex pluribꝰ morte diceret omnino de
leri. Quinetiam adderet neminẽ mortẽ illam diſſolutionemq; corporis, quæ animę quoq; interitũ in
ſert, poſſe diſcernere, eſſe enim impoſſibile, vt quiſq̃ noſtrum id ſentiat. Qđ qdem ſi ita ſe habeat, ne
mo non ſtulte in morte confidit, niſi demonſtrare poſſit animã omnino immortalem, atq; indiſſolubi
lem eſſe. Alioquin conſentaneum eſt neceſſarium eſſe, vt qui moriturꝰ eſt, animæ metuat ſuę, ſemper
q; ſit ſolicitus, ne in ea quæ proxime imminet corporis diſiũctione prorſus intereat. Omnes igitur cũ
hæc audiuiſſemus, conturbati ſumus, vt poſtea inuicem aperuimus: q cum ſuperiori diſputatione
nobis fuiſſet magnopere perſuaſum, viderentur nos ab eo ſtatu in pſentia deturbaſſe: atq; eo iam de
ieciſſe, vt nedum rationibus iam adductis: ſed & dicendis inſuper, fidem nullam adhiberemus, veren
tes ne vel nos nequaq̃ boni eſſemus iudices, vel res ipſæ fide eſſent indignæ. ECHE. Veniam equi
dem p Iouẽ do vobis o Phædo. Nam mihi quidem modo te audienti, tale quiddam veniebat in men
tẽ. Cuinam vlterius rationi credemus? Quippe cum ratio illa Socratis vſqueadeo paulo ante probabi
lis, iam fidem amiſerit? Mirum eſt enim quantũ apud me cõtra poſſit ratio illa ſemperq; potuerit, quæ
animã noſtram harmoniam quandã eſſe probat: & nunc quidẽ audita me ſubito in memoriã reuoca
uit, quantum mihi quoq; alias perſuaſerit. Quo efficitur, vt alia quadam ratione iterum tanq̃ ab ini
tio prorſus indigeam, quæ mihi perſuadeat animã cũ corpore non interire. Dic ergo per Iouẽ precor
quo pacto diſputationem peregerit Socrates: & vtrum ipſe quoq;: quẽadmodum de vobis ipſe fateris
grauiter id ferre viſus fuerit: an contra benigne ſuam defenderit rationem: præterea vtrum ſatis nec
ne eam tutatus fuerit. hæc nobis q̃ potes diligentiſſime refer oĩa. PHAE. Equidẽ o Echecrates ſępe ad
miratus Socratem nunq̃ maiori cũ voluptate q̃ tunc præſens ſum admiratus: neq; affuiſſe ibi miri
fice gaudeo. Habuiſſe quidem illum qđ obiectionibus reſponderet: forte non eſt mirãdum: ſed hæc in
eo potiſſimũ ſum admiratus: primo quidẽ q̃ iucunde, benigne, amice, adoleſcentium verba recepit: de
inde q̃ ſagaciter ſenſit nos illorum ratiõibus fuiſſe commotos: demum q̃ opportune nobis adhibuit
medicinã: & quaſi fugientes atq; victos reuocauit nos: conuertitq; ad proſequendum atq; conſiderã
dum. ECHE. Quonam pacto? PHAE. Dicam equidem. Sedebam forte ad dexteram eius in ſubſellio
quodã humili iuxta lectulũ. Ipſe vero Socrates ſedebat longe ſuperior. Attrectans igitur caput meũ
cõprimẽſq; crines ſup ceruicẽ: cõſueuerat. n. nõnunq̃ vbi contigiſſet, in meos crines ludere: cras forſi
tan inquit o Phædo iſtas pulchras incides comas. PHAE. Sic arbitror. SO. Non certe, ſi mihi aſſen
ſus fueris. PHAE. Quid ergo? SO. Immo hodie, & ego meas, & tu tuas: ſi nobis ratio itereat, neq; eam
ipſi ſuſcitare poſſimꝰ. Atq; ſi ego tu eſſem: ac me fugeret ratio: more Argiuorũ iurarẽ: non priꝰ comã
nutriturũ, q̃ viciſſem Simiã: Cebetẽq; expugnauiſſem. PHAE. At vero cõtra duos ne Hercules qdẽ
Ne Hercules qdem contra duos.
dicit ſuffeciſſe. SO. At tu me Iolaũ dum lux eſt, aduoca. PHAE. Aduoco equidẽ: ſed nõ tanq̃ Hercu
les Iolaũ: imo tãq̃ Iolaus Herculẽ. SO. Nihil refert. In primis vero cauẽdũ, ne id nobis accidat. PHAE.
Quid nã? SO. Ne rationũ euadamus oſores: quẽadmodũ nõnulli hominũ oſores fiunt. Nullum enĩ
maius q̃ hoc malũ nobis poſſet accidere: videlicet ſi ratiões odio habuerimus. Fit aũt eodẽ pacto odiũ
& aduerſus rõnes, & aduerſus hoĩes. Odiũ qdẽ contra hoĩes tunc maxime ſubit, qñ alicui nimiũ cre
dimus abſq; arte: putamuſq; ipſum omnino verum: & ſincerũ, fidumq; virum eſſe: deinde vero mox
prauum infidumq; deprehẽdimus: rurſuſq; alium eodẽ pacto. Itaq; quãdo qs ſępius offenſus ita de
cipitur: præſertim ab iis quos præcipue familiariſſimos amiciſſimoſq; exiſtimabat: odit tandem plu
rimum vniuerſos: putatq; nihil omnino apud quenq̃ eſſe ſincerum. An te latuit id ita accidere con
ſueuiſſe? PHAE. Aĩaduerti equidem. SO. An non turpiter & abſq; humanarũ rerum arte hic aggre
ditur hoĩbꝰ vti? ſi enĩ ex arte vti ſtuderet: cogitaret vtiq; rẽ ipſam ita ſe vt habet habere: videlicet ho
mines vehemẽter bonos aut malos, ppaucos eẽ: medios vero pluriſos. PHAE. Quo id pacto dicis? SO.

Quẽadmodum videlicet in rebus contingit valde aut paruis, aut magnis. An tu arbitraris qcq̃ eſſe rarius, q̃ valde magnum, aut valde paruum reperire hominẽ, vel canem, vel quoduis aliud? Atq; rurſus celerrimũ, & tardiſſimum, pulcherrimũ, turpiſſimum, albiſſimum, nigerrimũ? an ignoras in his om̃ibus extremorum ſumma, rara qdẽ & pauca eſſe, media vero frequẽtia atq; multa? PHAE. Sic arbitror. SO. Nonne igiť arbitraris, ſi improbitatis proponereť certamẽ, admodũ paucos in hoc genere ſummos inueniri? PHAE. Conſentaneũ eſt. SO. Conſentaneũ quidẽ. verũ nõ hoc pacto ſimiles rationes ſunt atq; hoĩes: ſed te nunc ducẽtẽ ꝓſecutus ſum: immo vero in hoc ſimilitudo conſiſtit, qñ videlicet qs abſq; rationũ arte, crediderit rationẽ aliquã eſſe verã: ſed paulopoſt appareat falſa: quæ quidẽ aliquando talis eſt, aliqñ minime: & rurſus altera ſimiliter atq; altera. Pręcipue vero illis id euenit qui plurimũ rationes contradictorias agitant. hos enim ſcis putare tãdẽ ſe ſapientiſſimos euaſiſſe, ſoloſq; animaduertiſſe neq; in rebus, neq; in rationibus eſſe ſanum aliquid aut firmũ: ſed oĩa reuera tanq̃ in Euripo ſurſum deorſumq; iactari: nullũq; tẽpus in aliquo ꝑmanere. PHAE. Vere nimiũ loq̃ris. SO. Nonne ęgritudo hęc Phædo miſerabilis eſſet: ſi cum ratio aliqua vera firmaq; ſit, comprehendiq; valeat: poſtea tamẽ auditis huiuſcemodi rõnibus, quę modo afferre vera modo falſa vidẽtur, aliquis hic in ambiguitatẽ deductus, nõ ſeipſum, neq; eius inertiam ob id accuſet, ſed tãdem velut ęger libenter culpã omnem a ſeipſo in ipſas transferat rationes: & in reliq̃ vita eas odio habeat atq; vituperet, rerũ iam ipſarum veritate ſciẽtiaq; priuatus? PHAE. Per Iouem miſerabilis ægritudo. SO. In primis igiť diligenter id caueamus: ne perſuadeamus nobis nihil in rõnibus eſſe ſanũ: ſed multo magis nondum eſſe nos ſanos. Itaq; totis viribus vt ſani efficiamur eſt annitẽdum: tibi quidẽ & aliis toti⁹ reliquæ vitę gratia: mihi vero gratia mortis: qui in periculo ſum, ne in hoc ipſo tẽpore, nõ vt philoſophum me gerã: ſed vt contentioſum atq; pertinacem: qđ quidã homines a diſciplina alieniſſimi facere ſolẽt. Illi enim vbi aliqua de re ambigitur, non vt res ipſa qua de agitur ſe habeat, curant: ſed vt quæ poſuerũt ipſi præſentibus videantur vera obnixe cõtendũt. Atq; ego mihi videor in hoc dũtaxat in ꝑſentia ab illis differre: q; non vt pręſentibus ꝓbẽ ea quæ dico, annitar: niſi quatenus forte contigerit: ſed vt mihi ipſi vera q̃maxime videanť. Sic eñ cogito dulcis amice: & vide quanto cum lucro ſit ratio mea. Si forte vera ſunt quę dico: operęp̃tium eſt ita credere: ſin aũt nihil ſupereſt poſt mortẽ, attamẽ hoc ipm tẽpus ante obitũ ꝑſentibus minus ero moleſtus, minuſq; deplorabo. Hæc aũt ignorantia minime perſeuerabit mecũ: malum id quidẽ eſſet: ſed paulopoſt delebitur. Sic equidẽ o Simmia & Cebes paratus reuertor ad diſputandũ. Vos tamẽ ſi mihi aſſentiamini, non Socrati cedite: ſed veritati. Si eñ vera vobis loqui videbor concedite: ſin minus, omnino cõtradicite: diligenter cauentes ne ego dum annitor me ipſum ſimul voſq; decipiam, & velut apes aculeo in nobis relicto abeã. Sed iam accedẽdũ eſt. Primũ quidẽ redigite in memoriam mihi quę dicebatis, ſi minus meminiſſe vobis videbor. Simmias quidem vt arbitror diffidit ac metuit, ne anima q̃uis diuinior pulchriorq; corpore, prius tñ ꝓ harmonię natura intereat. Cebes aũt mihi viſus eſt concedere diuturniorẽ eſſe animã corpore: ſed is addidit ſcire poſſe neminem, ne cum multa ſępius conſumpſerit corpora: tãdẽ quãdoq; poſtremũ relinquẽs corpus: ipſa quoq; pereat: atq; mors eiuſmodi tantũ ſit interitus animæ: corpus vero diſſolui continue conſueuerit. An non hæc ſunt o Simmia & Cebes, quæ nos oportet conſiderare? SIM. & CE. Confitemur profecto. SO. Sed nunquid om̃ia quæ dicta in ſuperioribus fuerant negatis? An quædã negatis quidem ſed conceditis alia? SIM. & CEB. Quędã ꝓculdubio. SO. Quid igitur de eo q; diſciplinam diximus reminiſcentiam eſſe: atq; ſi ita ſe res habeat, neceſſario conſequi, alicubi fuiſſe animam prius q̃ corpore clauderetur. CEBES. Mihi quidem iſtud dum diceres mirifice placuit: atq; nunc ſiqua vnq̃ in alia, in hac maxime ſententia permaneo. SIM. Similiter ego quoq; affectus ſum: vehementerq; admirarer, ſi mihi vnq̃ hac de re aliter videretur. SO. At vero neceſſe eſt hoſpes Thebane aliter tibi videri ſi in hac opinione permanſeris: harmoniam videlicet eſſe compoſitũ quoddã: animã vero harmoniam quãdã ex his quę per corpus intenſa ſunt, conſtitutã. Nunq̃ eñ admittes conſonantiã compoſitã prius eſſe q̃ illa ex quibus componi conſonantiã oportebat. Nunquid admittes? SIM. Nullo Socrates modo. SO. Animaduertis igitur cogi te id confiteri: quando dicis animã quidem eſſe prius q̃ in humanã ſpeciẽ corpuſq; deueniret: atq; eſſe corporis conſonantiam: videlicet ex his quæ nondum ſunt eam conſtitui. Neq; enim talis tibi eſt conſonantia: cui tu ſimile eſſe dicis. Immo vero prius eſt ipſa lyra, & fides, & ſoni adhuc inconcinni: tandẽ vero ex om̃ibus cõponiť cõſonantia omniũ poſtrema: priaq; diſperditur. Hic itaq; ſermo quonam pacto tuo illi concinet? SIM. Nullo modo. SO. At vero ſicubi verba cõcinnitatem ſeruare debent: pręcipue decet eſſe concinna vbi de concentu tractatur. SIM. Decet nimirum. SO. Hic igitur ſermo tibi diſſonat. Sed vide vtrum ex his duob⁹ eligas: diſciplinam ne reminiſcentiam eſſe: an potius animam eſſe concentum? SIM. Primum equidem potius eligo. Id nãq; alterum abſq; demonſtratione admiſi ex veriſimili quadam conuenientia: quẽadmodum videtur & multis. Ego autem ea verba quæ per id qđ conuenit demonſtrationes faciunt, ſemper inania iudica-

Prouerb. Velut apes relicto aculeo abis.

ui:ac niſi quis caueat valde decipiunt,& in geometria,& in cęteris omnibus.Ratio vero de reminiſcē
tia atq; diſciplina fundamēto innitit̃ fide digno.Dictum eſt.n.aïam noſtram ita eſſe alicubi,prius etiã
q̃ labereť in corpus,vt illa ipſius eſſentia habẽs ipſius qđ eſt cognomentũ. Ego vero hanc vt mihimet
pſuadeo,ſufficienter recteq; admiſi:proptereaq; neq; mihi neq; aliis animã appellãtibus harmoniam
aſſentiri poſſum.SO.Quid vero Simmia? Videť ne tibi vel conſonantię vel alteri cuiq̃ compoſitioni
congruere,vt aliter ſe habeat q̃ illa ex quibus conflatur?SIM.Nullo modo.SO.Neq; etiã vt aliud ge-
q̃ vt arbitror patiatur,aut agat,q̃ illa vel agãt vel patiantur.SIM.Aſſentior.SO.Non igitur conue-
nit conſonantiam ea ducere ex quibus compoſita eſt:ſed ſequi.SIM.Opinor ita.SO.Quare permultũ
abeſt vt harmonia in contrarium moueatur,aut ſonet,aut quicq̃ aliud edat partibus ſuis aduerſum
SIM.Permultũ proculdubio.SO.Quid vero cõſonãtia ? nonne eatenus p natura ſua conſonantia eſt
quatenus temperať?SIM.Haud ſatis intelligo.SO.Nonne ſi magis pluſq; contemperetur,ſi modo id
admittit,magis pluſq; conſonantia eſt?Sin vero minus atq; perpaucũ, min⁹ ppaucũq; ſimiliter? SIM.
Omnino.SO.Nunquid de anima id dici poteſt? Vt vel in minima quadã re alia anima hoc ipſum qđ
eſt anima vel magis vel plus aut contra ſit q̃ alia?SIM.Minime.SO.Dic age p Iouẽ precor,num aïam
dicimus aliam quidem habere mentem virtutemq;,atq; eſſe bonam,aliam vero dementiam & prauĩ
tatem malamq; eſſe?hęc ne inquã vere dicunť?SIM. Vere quidem.SO.Eorum ergo qui animam eſſe
aſſerunt harmoniã,quis quidnã dicet eſſe in animabus?hęc.ſ.vitium & virtutem?an aliam quandam
conſonantiã atq; diſſonantiam?& bonam quidem eſſe conſonantem:& cum ipſa conſonantia ſit, alte
ram in ſe conſonantiam poſſidere:malã vero diſſonantẽ & ipſam eſſe,nec aliã in ſe habere?SIM.Quid
reſpondeã non habeo.Conſtat tñ,eum q aïam eſſe conſonantiam poſuiſſet:talia q̃dam reſponſurum.
SO.At vero iam conceſſum eſt nihilo magis aut minus aliã alia animã eſſe.Eiuſmodi vero conceſſio
eſt,neq; magis,neq; plus,neq; minus,neq; ſub paucioribus gradibus aliã alia conſonantiã eſſe.Nõne?
SIM.Prorſus.SO.Eam vero quę neq; magis,neq; minus conſonantia eſt, nimirũ neq; magis,neq; mi
nus eſſe contẽperatã. Eſt ita?SIM.Eſt.SO.Quæ vero neq; magis neq; minus temperata eſt, poteſt ne
pluribus paucioribuſve gradibus particeps conſonantię eſſe? An poti⁹ ęque?SIM.Aeque potius.SO.
Quapropter anima,ſi quidẽ neq; magis neq; minus alia q̃ alia ſcđm aïæ naturam anima eſt,conſequẽ
ter neq; magis neq; minus eſt tẽperata.SIM.Eſt vt dicis.SO.Cũ vero ſic affecta ſit , nihilo magis con-
ſonantię eſt,vel diſſonãtię particeps.SIM.Nihilo magis.SO.Pręterea cũ ita cõpata ſit, num plus ali-
quid prauitatis vel virtutis alia q̃ alia poſſidet?ſiqdem prauitas quidẽ diſſonantia eſt,virtus vero cõ
ſonantia.SIM.Certe plus nihil.SO.Quinimo ſecundum rectã Simmia rõnẽ nulla vſq̃ aïa prauitate
erit affecta,ſi fuerit conſonantia.Q ſiquidẽ cõſonãtia vera ſecundum id qđ cõſonãtia eſt,nũq̃ ſit diſſo
nantiæ particeps.SIM.Nunq̃ certe.SO.Neq; igitur aïa q̃ omnino ſit aïa,prauitate inficieť.SIM.Quo
eñi modo p ea quę dicta ſunt,id fieri poſſet?SO. Hac igiť rõne oẽs aïalium oĩm aïę bonę ſimiliter erũt
ſi ſecundũ aïæ ipſius naturã ſimiliter animę ſint.SIM.Mihi qdẽ Socrates ita videtur. SO. Nũquid re
ćte ſic tibi dici videtur,atq; haec ſequi,ſi vera eſſet illa poſitio,animã conſonantiã eſſe?SIM.Nullo mo
do.SO.Quid vero?ex oĩbus quæ in homine ſunt,aliud ne præter animũ aſſeris dominari,pręcipue
prudentem?SIM.Nihil aliud.SO. Vtrum corporis perturbationibus indulgentẽ,an potius repugnã
tẽ?Dico aũt talequiddam:veluti ſi ſub ęſtu ſitis angat , interea tñ aduerſať animus retrahitq; in con-
trarium ne bibat:ſimiliterq; ſi premat fames,ne edat:in aliiſq; q̃plurimis animũ videmus corporis af
fectibus repugnãtẽ.Nõne?SIM.Et quidẽ maxime.SO.Nonne in ſupioribus confeſſi ſumus animam
ſi cõſonãtia fuerit nunq̃ diſſonaturã his quibus intendiť,vel remittiť,vel cribrať,vel quodcũq; aliud
patiantur illa,ex quibus ipſa conflať:ſed ſecuturã illa,nunq̃ vero ducturam?SIM.Confeſſi ſum⁹.SO.
Quid vero nunc?nonne contra omnino videtur agere,quatenus ea ducit omnia ex qbus dixerit ali-
quis ipſam conſtitui?atq; ferme omnibus per omnẽ vitã repugnat, multiſq; dominatur modis:inter
dum rigidius quodam cum ſupplicio puniens per gymnaſticam,atq; medicinam:interdum vero mi
tius caſtigans comminando,aut monendo aduerſus cupiditates,& iras,atq; timores,tanq̃ altera quę
dam res contra alteram loquens:quẽadmodum Homer⁹ tradit in Odyſſea. Tum pectus pulſans,cor
ſic affatur Vlyſſes.Hoc quoq; cor perfer: nãq; & grauiora tuliſti.An putas Homerum haec dixiſſe tñ
q̃ harmonia quædam ſit:ac talis vt corporis paſſionibus ſubiiciať:non autem ducat atq; dominetur?
An potius quaſi quiddam longe diuinius q̃ harmonia ſit animus?SIM.Diuinius per Iouem mihi vi
detur ſignificauiſſe.SO.Non ergo vir optime recte harmoniam eſſe animam diceremus.Sic enim vt
apparet neq; Homero diuino poetę,neq; nobis ipſis conſentiremus. SIM. Sic eſt.SO. Age harmoniã
Thebanam ſatis,vt videtur,iam placauimus.Rationem vero Cadmeam o Cebes, quonam pacto, &
qua ratione placabimus?CE.Tu mihi Socrates viam inuenturus videris.Nempe rationem hanc ad
uerſus harmoniam mirifice pręter opinionem noſtram excogitaſti.Cum enim audirem Simmiã du-
bitantẽ,valde admirabar ſiquis rationib⁹ eius reſiſtere poſſet. Itaq; ſummæ mihi fuit admiratiõi,ip-

ſum nec primũ quidẽ potuiſſe orationis tuę impetũ ſuſtinere. Quapropter non admirarer ſi Cadme-
us quoq; ſermo idẽ pateref.SO.Parcius iſta bone vir: nequa inuidia nobis ſequentia interturbet.Sed
hęc quidẽ deo curę erũt:nos autẽ vt ait Homerus cominus congreſſi periculũ faciamus an forte quid
dicas.Sũma vero eorũ quę pergris,eſt eiuſmodi.demõſtrandum eſſe iudicas aĩam noſtrã indiſſolubi-
lẽ immortalẽq; eſſe:ne vir philoſoph⁹ in morte ſecur⁹ magnaq; cũ fiducia ſperãs in alia vita lõge bea-
tiorem ob philoſophię ſtudiũ ſe futurum inſipiẽs ſit ſtulteq; cõfidat. Oſtendere autẽ validũ qddã eſſe
animã atq; diuinis ꝑſimile,priuſq; etiã q̃ nos extitiſſe,nihil impedimẽto eſſe ais quo minus hęc omnia
non immortalitatẽ qdem ſignificẽt,ſed duntaxat aĩam corpore diuturniorẽ eſſe,multaq; ante nos ſę-
cula fuiſſe:nouiſſeq; & egiſſe ꝑmulta:nihilo tñ magis ob hoc immortalẽ eſſe exiſtimandã . immo hũc
ipm in hũanũ corpus ingreſſum,quaſi morbũ quẽdã interit⁹ eius initiũ eẽ:adeo vt & ĩ hac vita ſit mi-
ſera,& in corporis morte depereat.Nihil aũt differre cenſes ſiue ſemel tãtũ,ſiue ſępius labatur in cor-
pus: vt quis noſtrũ ꝑtimeſcat.Merito nãq; timẽdũ eſſe niſi ſtultus ſit,ei q neq; ſciat neq; aſſignare q̃at
ĩmortalitatis aĩę rõnem.Talia quędã ſunt quę dicis,o Cebes:egoq; ea cõſulto ſępius repeto neqd nos
fugiat,ſiue addere his quicq̃ velis ſiue demere.CE.Nihil eqdẽ in ꝑſentia habeo qđ aut minuã aut ad-
iũgã:atq; hęc ſunt quę dico.Tũc Socrates cum aliquantũ ſe recepiſſet , ad ſe cõuerſus, haud leue qd-
dam requiris ĩqt, o Cebes:ſed cuius gratia oporteat generatiõis corruptiõiſq; cauſam ꝑtractare.Ego
igitur ſi vis ea tibi q̃ mihi euenerũt enarrabo.Deinde ſi qd eorũ quę dixero ad q̃ſtiõis tuę veritatẽ ape-
riendã conducere putabis , vtere.CE.Volo equidẽ.SO.Audi igiť iam narrãtem.Equidẽ o Cebes cũ
eſſem iuuenis mira quadã eius ſapiẽtię cupiditate flagrabã quã naturalem vocãt hiſtoriam.Pręclariſ-
ſimũ eñ eſſe cẽſebam cauſas intelligere,ꝑ quas ſingula fiãt atq; intereãt,& qua ſint ratione:ſępiuſq;
me ſurſum deorſumq; iactaui talia q̃dam primo cõſiderãs:nunqd poſtq̃ calidum & frigidum putre-
factionẽ aliquam acceperunt quẽadmodum nõnulli dixerũt,tunc animalia cõualeſcãt.Preterea vtrũ
ſanguis ſit quo ſapimus vel aer vel ignis:aut nihil horum ſit: ſed cerebrũ: qđ prębeat ſenſus audien-
di,vidẽdi,olfaciendi:ex his aũt memoria & opinio fiat: ex memoria vero & opinione q̃etem accipiẽte
per hęc ſciẽtia oriatur.Proinde horũ corruptiones cõſiderans atq; eas q̃ circa cęlũ terrarũq; paſſiones
contigunt,tandẽ adeo mihi ad hęc conſiderãda viſus ſum hebes vt nihil magis.Cõiecturã vero ad id
afferam tibi ſuff iciẽtẽ.Nẽpe ob eiuſmodi conſiderationẽ vſqueadeo ſum occęcatus:vt ea etiã quę pri-
us manifeſte ſciebã,vt mihi aliiſq; videbať,dediſcerem:& alia videlicet multa quę antea me ſcire pu-
tabã:& qua rõne homo creſcat.Id nãq; opinabar ante eſſe cuilibet manifeſtum:hoĩem videlicet ꝑ cibũ
potũq; augeri.Q ñ.n.ꝑ hęc carnes carnibus oſſaq; oſſib⁹ adduñť: eodẽq; mõ in aliis qñ ſua cuiq; adhi-
beñť:tunc ſane molẽ primo paruã:deinde magnã euadere,atq; ita paruũ hoĩem effici magnũ.Sic ego
tunc opinabar:nõne ſatis belle tibi videor?CE.Mihi quidẽ.SO.Animaduerte hęc inſup. Arbitrabar
eñ ſatis recte mihi videri quotiẽs hoĩem vel equũ magnũ paruo ꝓpinquũ alterũ altero iudicarẽ capi-
te ipſo eſſe maiorẽ.Atq; multo etiã euidẽtius decẽ plura apparebãt mihi q̃ octo : ꝓpterea q; denarius
duo ꝑter octonariũ cõtineret.Praeterea bicubitum cubitali maius:qm̃ dimidio ſuparet.CE.Nunc ve-
ro qdnã de his iudicas?SO.Procul equidẽ ꝑ Iouẽ abeſſe mihi videor:vt alicuius horũ cauſam intelli-
gere putẽ : qui nõdũ mihi ipſi ꝑſuadere poſſum:vt qñ quis vni addat vnũ,tũc vel illud vnũ cui vnũ
adiunctũ eſt,fiat duo,vel & adiunctũ,& illud cui adiũctum eſt,ꝓpter alterius ad alterũ adiunctionẽ
euadat duo.Admiror eqdẽ,ſi cũ vtrũq; horũ ſeparatũ erat,vtrũq; vnũ erat,neq; erãt tũc duo:poſt q̃
inuicẽ cohęſerunt,hęc ipſa cauſa fuerit,vt duo fierent,congreſſio videlicet ꝑ quã propius iam poſita
ſunt. Neq; etiã ſi qs vnũ diuidat adhuc poſſum ꝑſuaderi hãc ipſam diuiſionẽ cauſam eſſe vt duo eua-
dant.Cõtraria eñ tũc atq; ſupius cauſa ſit qua duo fiãt.Tũc.n.qa coniungebanť ꝓpius inuicẽ,alterũ-
q; admouebať alteri:nunc vero qm̃ remoueť alterũ ab altero,atq; ſeparať. Neq; ꝓpter qd vnũ fiat ad-
huc ſcire me arbitror,neq; vt ſummatim dicã,aliđ qcq̃ quare fiat,aut pereat,aut ſit,ꝑ hãc ipſam viã
me noſſe ꝓfiteor:ſed aliũ quẽdã ipſe modũ fruſtra miſceo : nunc vero nullo modo admitto. Verũ cũ
audiſſem aliquãdo ex libro,vt ille aiebat,Anaxagorę legentẽ quẽdã hãc Anaxagorę ipſius ſentẽtiã,vi-
delicet mẽtẽ omnia exornare,omniũq; cauſam eſſe,hoc vtiq; cauſę genere magnopere ſum delectatus
exiſtimãs quodãmodo cõſentaneũ mẽtẽ eſſe oĩm cauſam:putabãq; ſi id ita eſſet vt mẽs oĩa exornaret
ſingula ꝑ hãc ita eſſe diſpoſita,vt optime diſponi potuerãt.Propterea ſiqs vellet cauſam inuenire qua
ſingula fiant,aut ꝑeant,aut ſint,hoc ipſum eſſe inueniẽdũ:qua videlicet ratione optimũ ſit vnicuiq;
aut eſſe,aut quoduis aliud pati vel agere.Atq; hoc pacto nihil aliud conſiderandũ homini vel de ſe ip-
ſo vel de aliis,niſi qđ potiſſimũ ſit & optimũ.Neceſſe vero eſt eũ qui id norit,illud quoq; qđ eſt deteri-
us,cognouiſſe.Quippe cũ eadẽ horũ ſciẽtia ſit.Haec vtiq; mecũ ipſe reputãs gaudebã,inueniſſe ratus
Anaxagorã magiſtrũ,qui me id qđ tantope cupiebã,cauſas rerũ doceret:primũq; mihi diceret,vtrũ
plana ſit terra vel rotunda.Et cum haec dixiſſet: ſubiungeret mihi cauſam atq; neceſſitatem,afferens
videlicet id ipſum qđ melius eſt:meliuſq; fuiſſe eam eſſe talem . Proinde ſi terram diceret in mundo

mediā eſſe: mox exponeret melius extitiſſe, vt media eſſet. Q; ſi ille hęc oſtēderet: ita me cōparabā qua
ſi nullā amplius cauſarū ſpeciē poſiturus. Pręterea de ſole & luna cęteriſq; ſtellis earūq; inter ſe veloci
tate cōuerſionibuſq; & de huiuſmodi oībꝰ, me ſiſt quęſiturū auditurūq; cōparauerā: q; videlicet &
qua ratione hæc melius ſit ſingula, vel facere, vel pati quodcūq; agāt vel patiant. Neq; eī putabā cū
ab initio dixiſſet mēte oīa exornari, ipſum aliā poſtea cauſam rebus aſſignaturū præterq̄ q; optimum
ſit eas ita ſe vt habēt habere. Itaq; arbitrabar eum in reddēdis tum ſingulorū, tū cunctorum cōmuni
ter cauſis, ſingulis quidē aſſignare qđ vnicuiq; optimū: cunctis vero cōmune bonū. Neq; vero ſpes ip
ſe meas paruifaciebā: ſed ſūmo quodā ſtudio acceptos libros q̄ velociſſime poterā lectitaui: vt ocyſſi-
me qđ optimū q̄dve eius contrarium eſſet cognoſcerē. Hac igiť mirabili ſpe ductus cū legere pergo,
video hoīem mēte q̄dem nullo mō vtētē: nec cauſam vllam ad ipm rerū ornatum referenti: ſed aereas
naturas & ethereas aqueaſq; & talia multa incredibilia p rerū cauſis aſſignātē. Qua q̄dē in re ille mi-
hi pinde viſus eſt agere: ac ſiqs diceret Socratē quęcūq; facit mente facere. deinde volens ſingulorum
quę facio cauſas explicare, dicat primū quidē nunc me hic propterea ſedere, qm̄ corpus meū ex oſſibꝰ
neruiſq; cōponiť: & oſſa quidē ſolida ſunt: & iuncturarū interualla inuicē habēt: nerui aūt ſic inſtitu-
ti vt & extēdi & contrahi valeāt, cōplectanť oſſa cū carnibus atq; cute, quę res illa cōtinet. Elatis igiť
oſſibus in ſuis coniunctionibus, nerui, q & intendunt & remittūt cōmode, faciunt vt flectēdi cuiuſq;
mēbri habeā facultatē: atq; hāc ob cauſam hic inflexus ſedeā. Ac rurſus diſputationis meę alias quaſ-
dā eiuſmodi cauſas aſſignaret: voces & aerē & auditū aliaq; gnīs eiuſdē q̄plurima, cauſas veriſſimas
negligēs: videlicet qm̄ Athenieſibus melius viſum fuerit me cōdēnare, ideoq; mihi etiā melius ſit vi-
ſum hic ſedere: iuſtiuſq; iudicarim expectātē dare poenas quas illi iubeāt. Profecto p Canē iādiu, vt ar
bitror, hi nerui, atq; hęc oſſa apđ Megarēſes aut Boeotios eēnt, ipſiꝰ qđ optimū eſt opinione delata: ni
ſi iuſtius honeſtiuſq; cēſuiſſem poenas ciuitati pēdere quaſcunq; a me exigat: q̄ ſubterfugere atq; exu
lē viuere. Verū talia q̄dā cauſas appellare a ratione eſt remotiſſimū. Siqs aūt dixerit abſq; oſſibꝰ & ner
uis atq; ſimilibus non poſſe me, q̄ mihi facienda videanť, īplere, vere vtiq; dicet. Attn̄ aſſerere ppter
hæc me facere q̄cunq; facio, dū ipſa mēte ago, nō aūt eius qđ optimū ſit optione, multa magnaq; ſer-
monis negligētia eſſet. Nā qui ſic eſt affectus, neq; diſcernere aliā q̄dē eſſe verā rei alicuius cauſam: ali
ud vero illud ſine quo ipa cauſa eē nō pōt cauſa. Qđ q̄dē multi mihi videnť quaſi in tenebris attrectā
tes, alieno appellare noīe dū cauſam nūcupāt. Quapropter nōnulli vertiginē circūponentes terrę ſub
cęlo eā ſtabilē faciūt. Alii vero tanq̄ latū piſtoris alueū aere velut baſe ſuffulciunt. Potētiā vero ipſam,
qua nūc ita diſpoſita ſit, vt optime diſponi poterat, neq; pq̄runt, neq; dęmonicam quādā habere vim
putāt: ſed Athlantē quēdā robuſtiorē & imortaliorē magiſq; oīa cōtinentē inueniſſe ſe opinanť. Ipm
aūt bonū atq; decēs cōnectere atq; cōtinere reuera nihil exiſtimāt. Ego igiť libētiſſime cuiuſuis eſſem
diſcipulus: vt quēadmodū ſe habeat hęc ipſa cauſa diſcerē. Poſtq̄ vero hac priuatus ſum, neq; ipſe in-
uenire, neq; ab alio diſcere potui: ſcđam nauigationē ad cauſā īueſtigādā molitꝰ ſum. Vis ne o Cebes
hāc tibi a me demōſtrari? CE. Mirifice cupio. SO. Cēſui tandē cū in rebꝰ cōſiderādis iā defeſſus eſſem,
cauendum fore, ne mihi idē accideret, qđ accidere illis ſolet, q in ſolē deficiētē ſigūt intuitū. orbanť.n.
nōnūq̄ viſu, niſi in aq̄, vel in eiuſmodi aliquo imaginē eius aſpiciāt. Tale q̄đdā ego reputaui, timuiq;
ne animus mihi prorſus occęcareť, ſi oculis res aſpicerem, ſenſuq; quolibet attingere illas aggrederer.
Quapropter opęp̄tiū fore cēſui: vt ad rationes confugerē: atq; in illis rerū veritatē conſiderarē. Forte
vero noſtra hęc ſimilitudo nō omni ex parte cōgruit. Non eī prorſus aſſentior: eū qui res in rationi
bus cōtēplatur, ī imaginibꝰ aſpicere potius q̄ qui in opibꝰ intueť. Verūtn̄ hac via iter direxi meū: ſup
ponenſq; rationē ſemp quā eſſe iudico validiſſimā, q̄cūq; huic conſonare videanť, pono equidē tanq̄
vera: idq; ago & circa rerū cauſas & circa reliqua oīa: quæ vero diſſonant vera eſſe nego. Volo equidē
quæ dico tibi apertius explanare. Puto.n. te nōdū intelligere. CE. Per Iouē haud multū. SO. Verū no
uum nihil adduco: ſed quę & ſępe alias & in ſupiori diſputatione dicere nunq̄ deſtiti. Pergo iā igiť de
monſtrare tibi cauſę ſpeciē quā cōtinue pertractaui: ac redeo ad illa iā ſępius decātata ab eiſq; exordior,
ſupponēs aliq̄d eſſe ipſum p ſe pulchrū, & bonū & magnū & cętera oīa. Quę q̄dē ſi tu mihi dederis ea
q; eſſe cōceſſeris, ſpero tibi ex his ipſam cauſam demōſtrare: itēq; inuenire eſſe animā immortalē. CE.
Quaſi vero iā tibi conceſſerim, nihil tibi opus eſt p̄ludio, quo minus iam concludas. SO. Conſidera iā
quę ſequunť deinceps, vtrū in his mihi cōſentias. Arbitror.n. ſiquid eſt aliud pulchrū p̄ter ipſum pul
chrū, nō ob aliud q̄ppiā eſſe pulchrū q̄ q̄a pulchri ipſius eſt particeps. Atq; oīa dico ſimiliter. Nunq̄d
hanc ob cauſam recipis? CE. Recipio eq̄dē. SO. Ergo nōdū vltra pcipio: neq; poſſum cęteras iſtas præ
claras cauſas cognoſcere. Siqs aūt mihi dixerit quare pulchrū ſit qđlibet, videlicet q̄a vel colorē habe
at floridū vel figurā vel aliud qđuis taliū, cętera equidē valere ſino. In cęteris.n. oībꝰ ſoleo pturbari. Id
vero vnum ſimpliciter atq; pculdubio & forte iam inepte penes me teneo: nihil aliud eſſe qđ aliquid
faciat pulchrū, q̄ ipſius pulchri ſiue p̄ſentiā ſiue cōmunionē, ſiue qualicūq; rōne & quocūq; mō id p-

ueniat. Neq̧.n.id adhuc affirmarē. ſed pulchro pulchra oīa eſſe pulchra, id mihi videtur tutiſſimum
tā mihi q̄ aliis reſpōdere: atq̧ huic fundamēto innixus, puto nunq̄ cadere: ſed & me & quēuis aliū tu
to reſpōdere poſſe: q̄cūq̧ pulchra ſunt, ipſo pulchro fieri pulchra. Nōne & ipſe cōſentis? CE. Cōſentio
equidē. SO. Ergo & quę magna ſunt, ipſa magnitudine eē magna: & q̄ maiora ſunt ſilr eſſe maiora: et
q̄ minora, paruitate eſſe minora. CE. Ita eſt. SO. Igitur neq̧ tu qdē aſſentieris ſiquis aliquē dixerit alio
quodā capite eſſe maiorē: atq̧ eū q minor eſt, eodē capite eſſe minorē: ſed teſtificaberis te qdē nihil ali
ud eſſe dicturū, q̄ omne maius alio non alia re vlla q̄ magnitudine eſſe maius, atq̧ ob hoc maius, ob ip
ſam .ſ. magnitudinē: minus aūt, nullo ſimiliter alio q̄ paruitate: & ꝓpter hoc eſſe minus, ꝓpter ipſam
videlicet paruitatē: metuēs vt puto ne ſiquē dixeris capite maiorē eſſe vel minorē, quiſpiā tibi ſic obii
ciat: primū quidem, eadē re & maius fore maius, & minus fore minus: deinde q̧ capite quæ res parua
eſt, maiorē affirmes eſſe maiorē. Hoc autē dicet monſtro eſſe ꝑſimile: vt paruo aliquo magnū qddam
eſſe dicas. Nonne hęc metueres? Tunc Cebes ſubridens, equidē inquit. SO. Nonne ſilr quoq̧ metue-
res dicere, decē plura q̄ octo eſſe duobus: atq̧ ob hanc cauſam ſuperare, potius q̄ multitudine atq̧ ꝓ-
pter multitudinē? Ac ſimiliter bicubitū cubitali maius eſſe dimidio potius q̄ magnitudine? Id.n. ſimi
liter eſt metuēdum. CE. Omnino. SO. Quid vero ſi vni addatᷓ vnum, additamētū ipſum eſſe cauſam
vt duo fiant: vel ſi diuidatur, diuiſionē ipſam duorū eſſe cauſam, dicere non formidares? Altiuſq̧ ex-
clamares, neſcire te quonam alio pacto quicq̄ fiat, niſi participatione quadā eſſentię vnicuiq̧ proprię,
cuius ſit particeps? atq̧ in his nullā aliā habere te cauſam cur duo fiant pręter duitatis ipſius partici-
pationē: ſed oportere huius participia fore, q̄cunq̧ futura ſunt duo: & ſilr vnitatis qđcūq̧ futurum
ſit vnū? Has vero diuiſiones adiunctioneſq̧ & cęteras eiuſmodi argutias valere ſineres, relinquereſq̧
ſapiētioribus te ꝑ eas ꝑ arbitrio reſponſuris: tu vero tuā, quēadmodū dici ſolet, metuēs vmbrā & im
peritiā, atq̧ innixus tutiſſimę illi poſitioni, ſic vtiq̧ rñderes. At vero ſiqs eandē poſitionē cōplex⁹ in
ſtaret, valere ſineres, neq̧ prius rñderes q̄ quę inde manāt cōſideraſſes vtrum conſonēt inuicem aut
diſſonēt. Vbi vero illius ipſius rationē oporteret afferre, eodē mō afferres: atq̧ aliā rurſus poſitionē
adduceres, q̄ ſuperiorū optima videreᷓ: quoad ad aliqđ ſufficiens ꝑuenires. Nūq̄ vero ſimul cōfunde-
res contētioſorū more, vbi & de principio & de his quę a principio deducunᷓ, diſputas, ſi modo velles
eorū aliquid quę vere ſunt inuenire? Nā illis fortaſſe nullus hac de re ſermo eſt, nulla cura. Poſſunt.n.
pręſapiētia & ſimul oīa cōmiſcere: & tñ ſibimet placere. Tu vero ſi ex philoſophoꝝ numero es, quę di
co, vt arbitror, facies. SIM. & CE. Veriſſima loq̄ris. ECHE. Per Iouē o Phędo merito admodū cōſen-
ſerūt. mirifice.n. ille mihi videᷓ rē ipſam vel hebetiſſimo cuiq̧ explanaſſe. PHAE. Sic prorſus o Eche-
crates pſentibus oībus ſilr viſum fuit. ECHE. Quid mirū? cū nobis quoq̧ q non interfuimus, nūc ſi-
militer audiētibus videaᷓ. Verū q̄nā poſt hęc dicta fuerunt? PHAE. Vt equidē arbitror poſtq̄ hęc illi
Socrati cōceſſerunt, conſenſeruntq̧ ſpeciē quālibet aliquid eſſe: & quæ harū participia ſunt ipſarum
denominationē habere: deinceps hunc in modū interrogauit. Si hęc ita ſe habēt, nōne qñ Simmiā di-
cis Socrate quidē maiorē eſſe, Phędone vero minorē, tūc affirmas in Simmia vtrūq̧ eſſe & magnitu
dinē ſimul & paruitatē? CE. Equidē. SO. Attamen Simmiā cōfiteris excedere Socratem, non ita reue
ra vt verba ſonāt. Nō.n. ita natura inſtitutū eſſe exiſtimas Simmiā: vt ea ratione ſuperet qua eſt Sim
mias, ſed magnitudine quā habet: neq̧ rurſus Socratē eo qđ Socrates eſt, excedi: ſed qa paruitatē pręe
magnitudine illius habeat. CE. Vera loq̄ris. SO. Similiter nec a Phędone ſuꝑari: eo q̧ Phędo ſit Phæ-
do: ſed qa Phædo præ Simmiæ paruitate magnitudinē habet. CE. Ita eſt. SO. Sic itaq̧ Simmia deno-
minationē parui habet & magni. ſiqdē in amborum medio poſitus alterius qdē paruitatē magnitudi
ne ſuꝑat: alteri⁹ vero magnitudini paruitate cedit. Et ſimul ſubridēs inq̄t. Videor eq̄dē affectati⁹ de
ſcripſiſſe. verūtñ eſt vt dico. CE. Sic appꝫ. SO. Dico aūt ꝓpterea: qa cupio videri tibi qđ & mihi videᷓ.
Opinor.n. nō ſolū magnitudinē ipſā nūq̄ velle magnā ſimul paruāq̧ eē: verūetiā neq̧ hāc q̄ in nobis
ē magnitudinē vnq̄ recipe paruitatē neq̧ ſuꝑari velle: ſed e duob⁹ alterū accidere: vel fugere ſeq̧ ſub
trahere qñ aduentat cōtraria ꝑuitas: vel cū aduenerit, interire: nolle aūt expectare: atq̧ ī paruitate re
cipiēda aliud eſſe q̄ erat. Quēadmodū ego cū ſuſcepim ſuſtinuerimq̧ ꝑuitatē q̄diu is ipſe ſū q ſū ſic ipſe
met ſū paru⁹. Illud aūt magnū qđ ipm ē, nūq̄ ſuſtinuit eē ꝑuū: ſilr ꝑuū qđ ē i nobis nūq̄ vult magnū
aut fieri aut eē. neq̧ aliđ qcq̄ cōtrarioꝝ: q̄diu ē id qđ erat, patiᷓ ſil' cōtrariū fieri aut eē: ſꝫ aut abit aut
perit cū aduētat cōtrariū. CE. Ita prorſus exiſtio. PHAE. Tūc qdā eoꝝ q aderāt, hęc audiēs, qs aūt il-
le fuerit nō ſatis memini, Dii boni iq̄t nōne in ſuꝑiorib⁹ cōtrariū eoꝝ q̄ dicunᷓ nobis eſt cōceſſū: vide
licet ex miori mai⁹ fieri, atq̧ ex maiori min⁹: eēq̧ ꝓculdubio gñationē cōtrarioꝝ ex cōtrariis? Nūc au
tē videmini fieri id nō poſſe dicere. Cū vero Socrates admouēs caput auſcultaſſet: viriliť iq̄t id recor-
dat⁹ es. nō tñ ītelligas differētiā īter id qđ mō dictū eſt, atq̧ illđ ſuꝑi⁹. Tūc.n. dicebaᷓ ex cōtraria re, rē
cōtrariā fieri: nūc vero cōtrariū ipm ſibimet contrariū fieri nūq̄, neq̧ qđ in nobis, neq̧ qđ in natura
contrarium eſt. Tunc qdē o amice de his q̄ habent contraria dicebamus, hęc illorū cognomine appel-

Prouet. Tuā vmbrā metuis.

lantes. At nunc de illis ipſis loqmur,quę his inſunt,quorũve pſentia cognomẽ habẽt ea quę nominan
tur.Illa vero ipſa dicimus nunq̃ velle mutuam inter ſe generationẽ ſuſcipere.Et ſimul Cebetẽ intuit⁹
inquit:Num te quoq; Cebes aliquid eorum quę nũc obiecta ſunt,perturbauit? CE.Haud equidẽ ita
ſum affectus:ac tibi affirmo nõ multum me turbari.SO.Id ergo ſimpliciter cõfeſſi ſumus:contrariũ
nunq̃ ſibimet fore contrariũ.CE.Omnino.SO Aduerte pręterea nunqd & ĩ hoc mecum ſentias.Vo
cas ne aliquid calorem atq; frigus?CE.Voco equidẽ.SO.Num tanq̃ niuem atq; ignem?CE.Non per
Iouem.SO.An aliud quiddam calorem eſſe q̃ ignem:& aliud frigus q̃ niuem?CE.Ita.SO.Sed hoc
quoq; tibi videri puto:niuem q̃diu nix eſt,nunq̃ ſuſcepturam eſſe calorem:quemadmodum in ſupe-
rioribus dicebamus:ac eſſe niuẽ vt erat prius ſimulq; calidam.Sed aduentãte calore aut ſubterfuge-
re aut interire.CE.Penitus.SO.Similiter & ignẽ ſubintrante frigore,aut ſubterfluere aut extingui:
nec vnq̃ poſſe & ſuſcipere frigus & ſimul eſſe ignem ſicut prius erat,& frigidũ.CE.Vera narras.SO.
Sunt igiẽ quedam eiuſmodi,vt non ſolum ſpeciẽ ipſam nomine ſuo dignẽtur per omne tẽpus.Sed &
aliud quiddã,qđ quidem non eſt primum illud,habet vero q̃diu eſt, illius formam.In hoc rurſus tibi
qđ volo forte manifeſtius erit.Impar eñ ſemp oportet nomen id qđ nunc dicimus poſſidere.Nonne?
CE.Oportet ſane.SO.Num id ſolũ ex oĩbus?hoc enim quaero,an & aliud quiddam:qđ quidẽ eſt non
idipſum impar:attamẽ hoc oportet vna cum ſuo nomine,hoc inſuper nomine alio ſemper appellari:
propterea φ ita natura ſit inſtitutum:vt nunq̃ ab impari deſeratur.Dico autẽ hoc effectum eſſe ceu
ternariũ aliaq; pmulta.Conſidera vero de ternario.An non tibi videẽ hunc & ſuiipſius nomine ſem-
per nuncupãdum eſſe,& ſimul nomine imparis?Quod quidẽ impar nõ idem eſt qđ eſt ternarius.Ve
rũtamen ita natura comparatus eſt,& ternarius,& quinarius, & omnis medietas numeri:vt q̃uis
non idem ſit qđ impar,ſemper tamẽ eorum quiuis eſt impar.Prętere a duo & quatuor,omniſq; alter
numeri ordo,q̃uis idem qđ par non ſit,ſimul tamẽ quilibet illorum par ſemper exiſtit.Concedis nec
ne?CE.Quid ni?SO.Cõtemplare ergo quid velim.eſt autem eiuſmodi:videnẽ quidẽ non ſolum ipſa
inter ſe contraria ſeſe inuicem non recipere:verũetiã quęcunq; talia ſunt,vt licet cõtraria ĩter ſe non
ſint,ſemper tamen contraria poſſident,nunq̃ recipere ſpeciem illam quae ipſi ſpeciei quã in ſe habent
contraria ſit:ſed hac adueniente aut perire protinus aut abire.An non dicimus tria & deficere & ali
ud quoduis pati prius,q̃ ſuſtinere vt quatenus tria ſunt,paria fiant?CE.Ita prorſus.SO.Non tamen
contraria eſt duitas trinitati.CE.Non certe.SO.Non ſolum ergo ſpecies ipſę contrariae nunq̃ inuicẽ
ſe recipiunt,ſed etiam alia quaedam contrariorum ingreſſum mutuum non ſuſcipiunt.CE.Veriſſi-
ma narras.SO.Vis ne igitur hec ſi poſſumus qualia ſint definiamus?CE.Volo equidem.SO.An nõ
Cebes haec erunt,quae quodcunq; occupant tale reddunt:vt non ſolum ſuiipſius ideam retinere co-
gatur:ſed etiam contrario illi ſit opus?CE.Quonam pacto dicis?SO.Quẽadmodum paulo ante dice
bamus.Scis.n.quae trium continentur idea,oportere non ſolum tria,ſed etiam imparia eſſe.CE.Cer-
te.SO.Ad hoc tale vtiq; dicebamus ideam contrariam formę illi quae id perficit,nunq̃ accedere.CE.
Nunq̃.SO.Perficit autem imparis ideam.CE.Hęc ipſa.SO.Contraria vero huic paris idea.CE.Ita
eſt.SO.Ergo ternario numero idea paris ſe nũq̃ inſinuabit.CE.Nunq̃.SO.Quapropter ternari⁹ nu-
merus paris eſt expers.CE.Expers.SO.Trinitas ergo eſt neceſſario impar.CE.Eſt.SO.Qđ ergo defi
niendum aſſumpſeram,qualia videlicet ſint,quae & ſi alicui non ſunt contraria,ipſum tamen contra
rium non admittunt:perinde ſe habet vt trinitas:quae cum pari non ſit contraria,nihilo tamen ma-
gis ipſum accipit:propterea φ ſemper eius cõtrarium affert.Similiterq; binarius ad impar, & ignis
ſe habet ad frigidum,aliaq; q̃plurima.At vide iam num ita definiendum putes,vt non modo contra
rium non admittat contrarium,verum etiam illud qđ aliquid afferat cõtrarium illi ad qđ ipſum ac
cedat,ipſum videlicet qđ affert,nunq̃ cõtrariam eius quae affertur recipiat formam.Rurſus autem
recordare.neq; enim inutile ſępius admonere.Neq; quinq; paris ſpeciem admittent:neq; decem im-
paris:qđ eſt duplum.Hoc quidem ipſum alii contrarium,ſpeciem tamen imparis accipiet nunq̃:ne-
q; etiam numerus ſeſquialter:neq; alia huiuſmodi quae dimidium habẽt,formã totius ſuſcipiunt,ſi
militerq; numerus qui partem habet tertiam,atq; eiuſdem generis alia,ſi modo aſſequeris ita atq; cõ
ſentis.CE.Omnino equidem conſentio atq; aſſequor.SO.Rurſus tanq̃ a principio mihi dicas.Nec ta
men per id quod nunc interrogo:ſed per aliud quiddam mihi reſpondeas me imitatus.Dico autem
praeter tutam reſponſionem illam a principio poſitam,iuxta tutam quoq; reſponſionem aliam per ea
quae modo dicta ſunt adinuentam.Nempe ſi me interroges,o Socrates quidnam in corpore ſi ſit cale
ſcet corpus,non tutã reſponſionẽ illam rudẽq; tibi dabo videlicet ſi caliditas:ſed exquiſitiorem ex pſ-
ſentibus verbis,vt ſi inſit ignis.Similiter ſi me interroges:quid ſi in corpore ſit ęgrotabit:non reſpõ-
debo ſi ęgrotatio:ſed ſi febris.Rurſus ſi percontaeris qd ſi inſit numero fuerit impar,non dicã ſi impa
ritas:imo ſi vnitas:atq; in caeteris eodẽ pacto.Sed vide an dũ qd velim plane cognoueris.CE.Planiſſi
me.SO.Reſpõde igiẽ.qdnam ſi in corpore ſit erit viuum?CE.Si aĩa.SO.Nõne id ſemper ita ſe habet?

CE.Semper.SO.Anima igitur quicqđ occupat,ſemꝑ ad illud vitā affert?CE.Affert ꝓculdubio.SO.
An eſt aliqđ vitæ contrariū nec ne?CE.Eſt vtiq;.SO.Quid iſtud?CE.Mors.SO.Aīa vero cōtrarium
eius qđ ipſa ſemꝑ adducit,ſubibit nunq̃:quēadmodū ex ſuꝑioribus eſt conceſſum.CE.Sic eſt oīno.
SO.Quid vero?Qđ paris ideam non accipit,quonā modo paulo ante noīabamus?CE.Impar oīno.
SO.Qđ vero non accipit iuſtitiā:quodve nō capit muſicā?CE.Iniuſtū dicimus & īmuſicū.SO.Age
iam:qđ non ſubit mortē,quomō appellabimus?CE.Immortale.SO.Et aīa quidē mortē non ſuſcipit.
CE.Nequaq̃.SO.Eſt igiť aīa īmortalis.CE.Immortalis quidē.SO.Age vtiq;:hoc ne iam demonſtra-
tum dicemus?An aliter tibi videť?CE.Et ſufficiētiſſime qdē o Socrates.SO.Quid ergo Cebes?Si ne-
ceſſe foret qđ oīno eſt impar,& imperdibile fore:nōne tria imperdibilia forent?CE.Quid ni?SO.Præ-
terea ſi qđ incaleſcibile ſit,neceſſe foret imperdibile eſſe:qñ quis ad niuē calidū admoueret,nix quidē
incolumis illiq̃factaq; ſubterfugeret.neq;.n.vel periret,vel ꝑmanēs calorē admitteret.CE.Vera narra-
ras.SO.Simili vt arbitror ratione,ſi qđ infrigeſcibile etiā imperdibile eſſet:qñ in ignē aduētat frigus,
non extingueretˀ,& euaneſceret ignis:ſed abiret incolumis.CE.Ita neceſſe foret.SO.Eodē pacto de im-
mortali quoq; neceſſe eſt dicam⁹.Si eñ qđ eſt immortale,eſt etiā imperdibile,īpoſſibile eſt aīam immi-
nēte morte perire.Nā mortē qdem quēadmodū ex ſuperiorib⁹ cōſtat,nō recipiet,neq; interierit:quē-
admodū ternarius nunq̃ vt diximus,par erit:neq; rurſus impar erit par:neq; ignis frigidus:neq; ca-
liditas quę ineſt igni:frigiditas vnq̃ erit.Cęterū dicet quiſpiā:qdnam prohibet:quo minus ipſum im-
par,par quidē nō fiat adueniēte pari:quēadmodū inter nos conuenit:attamē eo diſſoluto par ꝓ ipſo
ſuccedat?Ita dicenti repugnare non valeremus:quin ſit deſtructū.Quippe cū nō idē ſit impar,atq; in-
diſſolubile.Alioquin ſi nobis id conſtitiſſet,facile obtineremus,inuadēte pari,impar ternariumq; ſal-
uum diſcedere.ſimiliterq; de igne & calido cæteriſq; aſſereremus.Nonne ita?CE.Prorſus.SO.Iā ve-
ro de imortali:ſi nobis id conſtat qđ eſt immortale,eſſe etiā ꝑdibile,cōſequēs eſt aīam præter id ꝙ eſt
immortalis,impdibilē quoq; eſſe.Sin vero minus id cōcedatur:rōne alia opus erit.CE.Sed nihil opus
eſt,quantum ad id ſpectat,alia ratione.Siquidē quidnā aliud indiſſolubile poſſet eſſe:ſi immortale ip-
ſum & ſempiternū diſſolueretˀ?SO.Deū vero & ipſam vitæ ſpeciē:& ſiqđ aliud eſt immortale:indiſſo-
lubile quoq; eſſe oēs cōfiterentˀ.CE.Vniuerſi per Iouē hoīes:& multo magis ipſi vt arbitror dii.SO.
Cū igiť qđ imortale eſt:etiā incorruptibile ſit:qdnā ꝓhibet animā,ſi fuerit īmortalis,incorruptibilē
quoq; fore?CE.Neceſſario ſequiť.SO.Imminēte igiť homini morte:qđ mortale quidē ī eo eſt interit:
qđ vero imortale,incorruptū ſoſpeſq; morti ſe ſubtrahit.CE.Manifeſtū eſt.SO.Itaq; maxime omniū
o Cebes aīa īmortalis incorruptibiliſq; eſt,eruntq; apud manes animę noſtrę.CE.Nihil equidē o So-
crates aduerſus hæc habeo quominus rōnibus tuis aſſentiar.Verū ſiquid aut hic Simmia:aut alius
quiſq̃ habet,qđ dicat,opęptium fuerit non ſiluiſſe.Neſcio.n.in qđ aliud qs differat tēpus:ſiquid de re-
bus eiuſmodi,vel dicere,vel audire deſideret.SIM.Atq nec ego habeo quicq̃ quominus ſuperiorib⁹
aſſentiar rationibus.Verūtamē rei ipſius qua de agitur magnitudinē,& humanā imbecillitatē conſi-
derans,cogor intra me dictis nondū acquieſcere.SO.Quinimo & hęc bene dicis Simmia:& poſitiōes
primæ q̃uis fide vobis dignæ videanť,diligentius tamen conſiderandę:atq; ſi illas ſufficiēter,vt arbi-
tror,ſuſceperitis:hanc ſequemini rationē quātū fieri ab hoīe poteſt.Q; ſi hoc ipſum fuerit manifeſtū
nihil vlterius perquiretis.SIM.Vera loqueris.SO.

Q đ eſt imortale eſt indiſſolubile.

HOc aūt,o viri iuſtū eſt cogitare,ſi aīa ſit immortalis,eā nō ſolum tēporis huius in quo viue-
re dicimur:verū etiā vniuerſi gſa curatiōe plurimū indigere.Nā graue periculū fore putan-
dū eſt:ſiqs neglexerit aīam.ſi.n.mors totius diſſolutio eſſet,nimirū improbi lucrarentˀ:cū &
a corpe,& ab eoꝝ prauitate cū aīa liberarentˀ.Nūc aūt cū aīa īmortalis appareat:nulla ſupeſt malorū
declinatio:nulla ſalus:niſi vt optima & prudētiſſima fiat.Nihil.n.aliud cū migrat ad manes aīa ſecū
tranſfert ꝑter eruditionē atq; educationē.Quę qdē ſtatim in principio tranſmigrationis illius pluri-
mū vel prodeſſe,vel obeſſe dicunť.Ferunt.n.quēlibet hinc illuc emigrātē ab eo dęmone,quē viuentes
ſortitus fuerat,in locū quēdā duci:vbi oporteat oēs vna collectos iudicari:ac deinde ad inferos profi-
ciſci eo duce:cui mādatū erat vt hic decedētes ad illa loca traducat.Sortitos vero illic quę oportebat
ſortiri,tēpuſq; debitū cōmoratos ab alio quodā duce rurſus huc reduci poſt multos tēporis longoſq;
circuitus.Eſt autem iter non tale quale ait Thelephus apud Aeſchylū.Ille ſiquidē ſimplicē inquit viā
ad inferos ferre.Ego vero,neq; ſimplicē,neq; vnā eſſe puto.Alioquin nullis ducibus opus eſſet.Quip-
pe cū vnica via aberrare poſſit nemo.Quinimo multos tramites multoſq; anfractus habere.Qđ qui-
dē ex ſacrificiis & ritibus coniectare licet.Animus ergo moderatus & prudens ducē ſponte ſequiť:ne-
q; ignorat ꝑſentia.Sed qui cupiditate corporis eſt infectus,quēadmodū ſupra dixi,per multū tēpus
ad ipſum ardēter afficitur,& circa locū viſibilem multis reluctatus modis multaq; perpeſſus:vix tā-
dē ab eo adducitur dęmone,cui eius cura erat iniuncta.Cū vero ad ea loca vbi alii quoq; animi ſunt
ꝑuenerit:quiſquis admodū immūdus eſt:& hmōi obnoxius crimini:qui vel iniuſtis ſe contaminauerit

cædibus:vel alia his ſimilia ſiſiuiq; animorũ opa perpetrauerit:hũc quidem animũ omnes fugiũt atq;
declinant:nec reperitur vllus,qui vel ſociꝰ,vel dux eius fieri velit.Itaq; omni auxilio deſtiturꝰ eo vſq;
pererrat,quoad certa tẽporũ curricula impleanť.Quibus tandẽ impletis in habitationẽ ſibi cõuenientẽ
tẽ ab ipſa Neceſſitate transfert.Qui vero purã moderat atq; transfegerit vitam,deos ſocios, ducesq; na
ctus ibi habitat,vbi vnicuiq; conuenit.Multa vero ſunt,mirabiliaq; terrarũ loca:ipſaq; terra neq; ta
lis,neq; tanta eſt qualẽ aut quãtã hi qui de terra loquunť, exiſtimant: quẽadmodũ mihi a quodã tra
ditũ eſt.SIM.Quanã rõne hęc ais o Socrates?Equidẽ de terrarũ orbe multa audiui.Nõ tamẽ hęc quę
tanq̃ vera accepiſſe te ais.Libenter igitur ex te auditem.SO.Atqui o Simmia nequaq̃ mihi videť ars
Glauci quæ ea ſint narrare.ſed q; vera ſint probare,artis Glauci facultatẽ mihi videtur excedere.Præ
terea ego forſan non ſufficerẽ. Quinetiã ſi id ſcirem, hęc tamẽ vita mea o Simmia longiori huic nar
rationi nequaq̃ ſufficeret.Formam tamen orbis terræ eiuſq; loca cuiuſmodi eſſe rear , nihil prohibet
dicere.SIM.Satis id erit.SO.Perſuaſum quidẽ mihi eſt,primo ſi eſt terra in cæli medio rotunda,nihil
ei opus eſſe vel aere vel alia neceſſitate eiuſmodi,ad hoc vt nunq̃ decidat.Sed ad eam ſuſtinendã ſatis
id eſt eſſe, q; & cælũ vndiq; ſibiipſi ſimillimũ eſt oĩno,& terra vndiq; æquilibris.Res eñ æqlibris in ſi
milis alicuius medio poſita,nec magis nec minus poteſt in partẽ aliquã inclinari.Cumq; ſimiliter ſe
habeat ab inclinatione permanet aliena.Primo igiť mihi eſſe ita eſt pſuaſum.SIM. Et recte quidẽ.SO.
Pręterea ingentẽ eſſe terrarũ orbẽ: noſq; a Phaſide ad Colũnas Herculeas habitare,in parua quadam
eius particula,ceu formicas atq; ranas circa paludes atq; mare.eſſe vero & alios in ſimilibus multiſq;
locis multos habitatores.eſſe eñ paſſim p terrã multas variaſq; cõcauitates ſecundũ formas & moles
in quas aqua,nebulę,aerq; confluant.Puram vero ipſam terram in puro iacere cęlo in quo ſunt aſtra.
Quẽ pleriq; eorum qui hęc tractãt,ętherẽ nomiñãt.Ei qdem ſubiecta quaſi reſidendo hęc eſſe:ſemper
q; in hiatus terræ confluere.Nos itaq; in his concauitatibus habitãtes adeo falli,vt in terrę ſupficie al
ta nos habitare credamus.Perinde ac ſiqs in profundo pelagi habitans,putet ſe altiora maris incole
re:atq; ſolẽ cęteraq; aſtra per mare pſpiciens,mare ipſum eſſe cęlum exiſtimet:quippe cũ ppter tardi
tatẽ imbecillitatẽq; nunq̃ ad ſummũ maris euaſerit:neq; caput vndis extulerit:planeq; aſpexerit quã
to hic locus pfundo illo purior pulchriorq; ſit:quinetiã nec ab alio qui hũc intuitꝰ ſit,acceperit. Hoc
igitur idẽ & nobis accidere,qui in quadã orbis terreni concauitate habitãtes,altam incolere ſuperfi
ciẽ arbitremur:atq; aerẽ nominemus cælum:vtpote qui p ipſum quaſi cælũ aſtrorum motus intuea
mur.Idq; nobis accidere propterea q; propter imbecillitatem tarditatemq; ad ſupremũ vſq; aerem
tranſcendere nequeamus.Q; ſiqs ad ſummũ euaderet,vel alis fretus eo volaret, hinc prodeũtẽ inde
iã pſpecturũ,quẽadmodũ piſces emergẽtes e mari noſtra hæc aſpiciunt.Ac ſi natura ad inſpiciẽdum
ſufficeret,cogniturũ ptinus cælum illud eſſe verum,verãq; lucẽ,verã quoq; terram.Siqdẽ quę a no
bis incolitur terra,hiq; lapides,totuſq; hic locꝰ, abeſa ſunt atq; corrupta,vt ea quæ in mari ſunt a ſal
ſedine,neq; naſcitur in mari quicq̃ exiſtimatione dignũ:atq; vt ita dixerim,nihil eſt in eo perfectum,
ſed cauernę,arena,limus icredibilis,atq; ſordes vbicũq; ſit & terra.Quę quidẽ ad has noſtras pulchri
tudines nullo modo ſunt conferenda.Illius vero loci pulchritudo hãc noſtram multo magis appare
bit excedere.Proinde ſi fabulã quoq; narrare oportet perpulchrã,operępretiũ Simmia eſt audire quales
ſint hę terrarũ plagę quæ ſubiacent cęlo.SIM.Immo vero libẽtiſſime hãc fabulã audiemus. SO.Ferũt
igitur o amice primũ quidẽ talẽ videri terræ illius faciem ſiquis ſuperne deſpiciat, quales ſunt hę pi
lę quæ ex coriis duodecim contextæ ſunt,variis ſcilicet diſtinctã coloribus . quorũ hi noſtri colores,
quibus pictores vtunť,ſimilitudinẽ quãdam retinẽt.Illic vero vniuerſam terram ex talibus multoq;
etiam nitidioribus,ac purioribus eſſe:partim quidem purpureã mira pulchritudine præditam:par
tim vero coloris aurei:partim gypſo & niue candidiorem.Pręterea ex coloribus aliis ſimiliter exorna
tam,ac etiam pluribus pulchrioribuſq;,q̃ in noſtram notitiam peruenerint. Enimuero has ipſas ipſi
us concauitates aqua aereq; repletas ſpeciẽ quandam coloris ſplendidã in primis afferre inter cætero
rum colorum varietatem:vt vna quędã ſpecies eius varia ſemper appareat.In hmõi vero terra cõue
nienti rõne ſimiles naſci arbores,& flores,& fructus.Praeterea montes & lapides ibidẽ ſimili ratiõe ha
bere pfectionẽ atq; pſpicuitatẽ,coloreſq; admodũ pulchriores.Quorũ quidẽ particulę q̃dã ſint lapilli,
q apud nos habenť in pñtio,Sardia,Iaſpides,Smaragdi, cęteriq; eiuſmodi.Illic vero nihil eſſe qđ non ta
le ſit,aut etiã pulchrius.Cuiꝰ qdẽ rei cauſa ſit:qm̃ lapides illi puri ſunt,neq; quẽadmodũ noſtri a pu
tredine ſalſugineq; attriti atq; corrupti:qbus in hũc locũ cõfluentibus lapides & tellus animaliaq; &
plãtę inficiunť,atq; ęgrotare cogunť.Terrã vero ipſam his omnibus exornari,atq; auro etiã & argen
to cæteriſq; ſimilibꝰ.Prefulgẽtia qdẽ hęc ibi naſci & multa & magna,perq; oẽm terrã:vt eã videre ſpe
ctatorũ feliciũ ſit ſpectaculũ.Proinde ibi eſſe aĩalia multa & hoĩes,partim regionẽ mediterraneã inco
lẽtes,partim circa aerẽ quẽadmodũ nos circa maris littora:ptim etiã inſulas quę haud pcul a cõtinẽ
ti poſitę aere circũdanť.Sed vt ſummatĩ dicã,qđ nobis aqua eſt & mare ad vſũ noſtrũ,idẽ illic eẽ aerẽ

Ars Glauci.

Nihil dignũ naſcit in mari.

Fabula de terra pura: & quę in ea ſunt.

qđ vero nobis aer,id illis ętherē eſſe. Tēpora vero apud illos tantā habere tēperiē, vt illi & ſine morbo
continue & longe diutius ꝗ noſtri viuāt. Item viſu,auditu,prudentia,cęteriſq; talibus nobis tātum
praeſtare,quantū & aer aquę & ęther aeri puritate pręſtat. Pręterea illic eſſe deorum tēpla & lucos,in
quibus reuera dii familiariter habitēt:& reſpōſa & diuinationes deorūq; ſenſus familiaritateſq; eiuſ-
modi hominibus ad deos eſſe. Solē quoq; & lunā ſtellaſq; alias quales reuera ſunt apud eos videri:cae-
teris in rebus beatitudinē eos his rebꝰ cōgruā poſſidere. Itaq; vniuerſam terrā ſic natura inſtitutam,
& quę circa eā ſunt ſimiliter tradunt.eſſe pręterea in ipſa ꝑ eius concauitates loca in circulum multa
partim quidem ꝓfundiora,atq; ampliora ꝗ ſit regio a nobis culta:partim vero ꝓfundiora quidē: ſed
hiatum anguſtiorē habētia noſtra hac regione:eſſe & alicubi minus ꝓfunda,ſed ampliora ꝗ noſtra.
Haec aūt oīa ſub terra ſibi inuicē obuiare,atq; irrumpere multis vndiq; modis,tum ꝑ anguſtiora, tū
ꝑ ampliora,diſcurſuſq; habere,& exitus quibꝰ magna aquarū copia ex aliis in alia velut in crateres cō
fluat. Itē perpetuorū fluminū ſub terra incredibiles magnitudines aquarū,tū calidarū,tū etiā frigida
rum:plurimūq; ignē,& ignis ingentes amnes. Multos quoq; lutulenti humoris partim qdē purioris
partim vero ſordidioris,ceu torrēs luti q in Sicilia eſt,& iuxta ipſum amnes lutei īde fluētes. Quibꝰ
ſingula cōpleri loca quacūq; eos cōtingit ꝓfluere. Hęc aūt oīa ſurſum deorſumq; ferri veluti ſuſpendi
culo quodā ſub terram poſito,atq; ita librato,vt vtriq; viciſſim inclinet atq; attollat. Eſt aūt id ſuſpē
diculū ob naturam quandam eiuſmodi. Vnus aliquis ex terrae hiatibus eſt ꝑfecto ꝗ maximus perq;
vniuerſam terrā traiectus & patēs.de quo Homerus. Lōge nimis barathrū ſtat ſub tellure ꝓfundum
Qđ & ipſe alibi:& multi poetarū tartarū appellarunt. In hoc vtiq; receptaculū oīa confluunt flumi-
na,atq; inde rurſus effluūt. Talia vero ſunt ſingula ꝑ quales labunt̃ terras. Qꝫ aūt hinc effluāt oīa
rurſuſq; refluāt;haec eſt cauſa : ꝙ hic humor nec fundamētū habet nec firmamētum. Itaq; eleuat̃,&
ſurſum deorſumq; redundat. Idēq; facit aer & ſpiritus qui circa ipſum verſat̃. Sequitur.n. ipſum,&
qñ ad ſuperiora terrę, & quādo ad hęc noſtra ꝓlabit̃. Et quēadmodū in reſpirantibus flatus continue
expirat atq; reſpirat,ſic & ibi ſpūs vna cū humore elatus vehemētes quoſdā vētos,& incredibiles cō-
mouet,ſiue influat ſiue effluat. Quapropter cū aqua in locū inferiorē delabitur per meatus terrae iu-
xta eiuſmodi riuos īfluit:paſſimq; per eos exundat,& implet velut hi qui hauriūt. Cū vero illinc huc
erumpit,hęc quoq; iterū loca complet. Plena vero cū ſint, per riuos terraq; meatꝰ exuberat. Et cum
humores ſinguli illuc profluxerint:quo quiſq; profluit opportunꝰ,maria,lacus,flumina, fontes effi
ciunt. Proinde rurſus hinc relabētes per terrā,partim quidē per lōgiores pluresq; anfractus, partim
vero ꝑ pauciores atq; breuiores rurſus in tartarū cōfluunt. Alii certe multo ꝓfundius ꝗ hauſti fue-
rint,alii vero paulo:oēs aūt inferius influunt ꝗ effluxerint,& alii ꝑ contrariā partem elabunt̃ ꝗ illapſi
fuerint:alii vero per partē eandē. At quidam paſſim circūfluentes aut ſemel aut ſępius,ſpiraſq; circa
orbē terrarū inſtar anguiū replicātes,quātū fieri pōt infra relapſi iterū cōmiſcent̃. Licet aūt vtriq; ad
mediū vſq; defluere:vltra vero neq̄ꝗ. vlterior.n. ꝓlapſus vtrinq; foret aſcenſus. Proinde ſunt & alia
multa & magna variaq; fluēta. Sed ꝓcipua quatuor. Quorū quidē maximū atq; extimū,terram circū
dans,oceanus appellat̃. E contraria vero huius regione fluit Acherō. qui per deſerta alia fluens loca,
atq; per ſubterranea,in paludē defluit Acheruſiā. Quo plęriq; defunctorū deueniunt animi:ibiq; per
fatalia quędam tēporū curricula cōmorati,partim quidē lōgiora,partim vero breuiora, rurſus in ge-
nerationes animaliū relabunt̃. Tertius vero fluuius horū medius duorū interfluit. Nec admodū lon
ge ꝓgreſſus in locū cadit vaſtū multo igne flagrātē,efficitq; paludē noſtro mari maiorē,aqua lutoq;
feruētē. Hinc vero turbidus lutulētuſq; circūfluit: terraq; circundata:& alibi,& ad extrema paludis
Acheruſiae peruenit:nec tñ illius aquę miſcet̃:ſed ſub terra ſępius reuolutꝰ abſorptuſq; defluit infra
tartarū. Hunc fluuiū Pyriphlegethōtē nomināt: cuius riui quidā inde velut euulſi quacūq; terrarū
cōtigerit manant. E cōtraria vero huius regione fluuius quartus primū in locū erūpit ferū & aſperū
vt ferūt,colorē vero locus talē habet totꝰ,qualis eſt Cyaneus. Quē Stygiū nomināt.hic aūt fluuꝰ ꝓ
lapſus paludē efficit Stygē. In hūc vero incidens locū vireſq; vehemētes in aqua aſſumēs ſub terram
ſe cōdit:circūuolutuſq; aduerſus Pyriphlegethontē labit̃,& in Acheruſia palude e cōtraria parte illi
ſit obuiā. Nec vlli huius aqua miſcet̃:ſed reuolutus in gyrū cōtra Pyriphlegethontē irrūpit in tarta-
rū. Poetae vero hūc appellāt Cocytū. Cū vero haec ita natura diſpoſita ſint,qñ in eū locū defuncti per
uenerint:quo dęmon vnūquēq; ꝑducit,primo illic iudicant̃,& qui honeſte ſancteq; & qui aliter vixe
rint. Itaq; q̄cūq; in vita quodāmodo tenuiſſe mediū quoddā cōperiunt̃,ad Acherontē ꝓfecti vehicu-
lis quae vnicuiq; adſunt,in paludē ꝑueniūt Acheruſiā: ibiq; habitāt purgant̃q; poenas dātes iniuria
rū:& cū purificati ſunt abſoluunt̃:rurſuſq; ꝓ merito ſinguli benefactorū pręmia reportāt. Qui vero
ob ſcelerū magnitudinē inſanabiles eē vident̃,q videlicet ſacrilegia multa & magna,vel cędes iniq̄s,
vel alia hoꝝ ſīlia ꝑpetrauerint,hos oēs cōueniēs ſors mergit in tartarū:vñ nunq̄ egrediunt̃. Qui aūt
ſanabilia quidē peccata ſed ingētia cōmiſerūt,veluti ſiq cōtra patrē,vel matrē irati ꝑ vim aliqđ fece-

rint,ſed pœnitētia ducti eos in cætera vita coluerit:vel qui ſimili quodā pacto fuerint homicidæ:eos
in tartarū quidē neceſſe eſt cadere:ſed ibi per ānū cōmorati a fluctu eiiciunť,homicidę quidē per Co-
cytū,parētū vero violatores per Pyriphlegethontē.Poſtǭ vero ab his delati fluminibus ad paludem
Acheruſiā peruenerūt,clamant illic vocitantq; eos quos vel necauerunt vel iniuriis affecerūt:ſupplici
terq; rogāt atq; deprecanť,vt eos pmittāt progredi p paludē,ibiq; abſolui:ac ſi īpetrauerint,penetrāt
illuc finēq; malorū accipiunt.Sin minus queant pſuadere,referunť in tartarū:atq; inde,rurſus in flu-
mina,neq; p hęc mala deferri prius ceſſant,ǭ ab his quos affecerūt iniuriis impetrauerint.Hæc.n.pœ-
na illis a iudicibus eſt īpoſita.Qui aūt pie p̄ cęteris vixiſſe inueniūť,hi ſunt q ex his terrenis locis tan-
ǭ e carcere ſoluti,atq; liberati,ad altiora tranſcēdunt,purāq; ſupra terram habitāt regionē.Inter has
aūt quicūq; ſatis per philoſophiā purgati ſunt,abſq; corporibus omnino totū p tēpus viuunt:habi-
tationeſq; his etiā pulchriores nāciſcunť.Quarū pulchritudo,neq; facilis dictu eſt,neq; p̄ſens tēpus
ad dicendū ſufficeret.Sed horū quæ narrata ſunt gratia o Simmia omni ſtudio eſt adnitendū:vt in
hac vita virtutē,& prudētiā ſapientiamq; conſequamur.Præmiū nāq; pulchrū eſt,& ſpes eſt ingens.
Hęc igiť eo ſe pacto prorſus habere,quo ego diſpoſui,nō decet virū ſanę mētis aſſerere:eſſe tñ vel hæc
vel talia ǭdā circa animos noſtros,eorūq; habitationes:qñquidē animus ipſe īmortalis apparet:& de-
cere mihi videť,& dignū quaſi periclitantes ita exiſtimare.honeſtum.n.periculum eſt:oporterq; hæc
quaſi carmina quædā magorū ritu mentibus noſtris infundere.quāobrē ipſe iādiu ꝑtraho fabulam.
Sed horū gratia bonā ſpem de animo ſuo habere debet,qcūq; voluptatibus ornamētiſq; corporis ne-
glectis tanǭ alienis,ad diuerſumq; declinantibus,voluptates quę in diſcendo percipiunť,ſtudioſe ſe-
ctatus fuerit,animūq; non alieno,ſed ſuo decorauerit ornamēto,tēperātia,iuſtitia,fortitudine,liber-
tate,veritate:ſic ex hac vita migrationē expectās,tanǭ cū fatū vocauerit migraturꝰ.Vos qdē o Simia
& Cebes,aliiq; pręſentes,in poſterū quodā in tēpore ſinguli trāſmigrabitis.Me vero nunc,vt tragicꝰ
aliqs diceret,iam vocat fatū.Ac ferme tēpus eſt,vt ad lauandū diuertam.Pręſtat.n.vt puto,poſt laua-
crū venenū bibere:ne in lauando cadauere moleſtiā mulieribus p̄beamus.Cum hæc dixiſſet Socrates
Crito ſic inqt.Dic age o Socrates,qdnam his aut mihi mandas agendū:vel erga filios tuos,vel circa
cætera?Quidve agēdo maxime tibi gratū fecerimus?Nihil equidē inquit noui pręcipio,ſed qđ ſemꝑ
vobis prædico:videlicet ſi veſtri curā habebitis,& mihi & vobis ipſis grata euadēt quęcunq; feceritis
etiā ſi nūc verbis non concedatis.At vero ſi vos ipſos neglexeritis,nolētes ſecundū ea ǭ nunc ex ſupe-
riori tēpore dicta ſunt,quaſi per veſtigia vitā dirigere,nihil prorſus proficietis,& ſi multa nobis nūc
diſputantibꝰ concedatis.Iſta qdē,ait Crito,curæ nobis erūt.Sed quēadmodū ſepeliri te iubes?Vtcun-
q; inquit libet,ſi tñ me apprehendetis:ac niſi ego vos effugero.Et ſimul ſubridēs,& ad nos conuerſus
non pſuadeo inqt Critoni,me eſſe hunc Socratē q nunc diſputo,& ſingula dicta diſpono.Sed opinať
me illud eſſe,qđ paulopoſt videbit cadauer.Itaq; interrogat quēadmodū me ſepeliat.Qđ aūt iādiu
plurimis verbis contendo,poſtǭ venenū bibero,haud vlterius apud vos me eſſe futurū,ſed ad beato-
rum ꝑfecturū felicitates,hoc quidē mihi videor fruſtra Critoni dixiſſe,cōſolans vos ſimul,atq; meip-
ſum.Fideiubete igitur pro me Critoni contraria quadam fideiuſſione ǭ ipſe iudicibus fideiuſſit.
Ille.n.me iudicio ſiſtere:vos aūt me non ſiſtere cū obiero fideiubete,ſed abiturū:vt Crito obitū facilꝰ
meū ferat:neve meū corpus vel cremari cernens vel ſepeliri,me deploret quaſi dira patientē.Neq; di-
cat in funere proponi Socratem,aut efferri,aut ſub terrā condi.Certum id habeto optime Crito,ma-
ledictū nō ſolū in hoc ipſo delinqre,verūetiā animis nonnihil officere.At.n.cōfidere oportet atq; di-
cere corpus ſepeliri meū,atq; ita ſepeliri,vt tibi placebit,maximeq; iuſtū eſſe cenſebis.His dictis ſur-
rexit intrauitq; cubiculū quoddā quaſi lauaturus.Crito aūt ſecutꝰ eſt.Nos vero expectare iuſſit.Ex-
pectabamus ergo de his ǭ dicta erāt inter nos colloquētes,rurſuſq; cōſiderātes.Prętera conquereba-
mur fortunā noſtrā,q tāǭ parēte orbati reliquū vitę tp̄s orphani futuri eſſemꝰ.Cū Socrates lotꝰ eēt,
delati ſunt ad eū pueri ſui.Duos.n.filios habebat paruulos,vnū vero iā grādē.Venerunt & mulieres
domeſticę.Ad eas Socrates cū in p̄ſentia Critonis verba feciſſet,& ǭ volebat mādauiſſet,mulieres qui-
dē & pueros abire iuſſit:ipſe vero ad nos rediit,iā circiter ſolis occaſum:permultū.n.tēporis ſpatiū in-
tus fuerat cōmoratus.Cū vero ad nos veniſſet lotus,cōſedit.Nec multa poſt hęc locutꝰ erat,cum ve-
nit vndecimvirorū lictor.Qui illi adſtans,o Socrates inqt,nō arbitror eā in te nouitatē me dep̄henſu-
rū,quā dep̄hēdere in cęteris ſoleo.Illi.n.indignanť mihi atq; execranť qñ illis denūcio venenū eſſe bi-
bendū,ita magiſtratibꝰ cōpellētibꝰ.Te vero cognoui p̄ſertim in hoc tēpore generoſiſſimū,māſuetiſſi-
mūq;,& optimū virū oīm q vnǭ hūc in locū deuenerūt.& nūc eqdē certo ſcio te mihi haud infeſtū fo-
re:ſed illis penes quos rei huius cauſam eſſe cognoſcis.Nūc ergo ſcis quē tibi nūciū afferā.Vale atq;
annitere,ǭ neceſſaria ſunt p viribꝰ facile ferre:& ſimul his dictis abibat lachrymās.Socrates aūt in eū
reſpiciēs,& tu inqt vale:& nos id faciemꝰ.Simulq; ad nos cōuerſus:ǭ vrbanꝰ eſt hō hic inqt.Neq; ſolū
ī hoc,ſed ī ſupiori etiā tp̄e me ſalutabat:colloq̄baťq; nōnūǭ,fuitq; ſemꝑ virorū optimꝰ.Et nūc ǭ inge-

nue me lachrymat? Sed age o Crito illi parcamus: ac ſi iã tritũ eſt venenũ, aliqs huc afferat. Si nõdum eſt tritũ, cõterat ille. At reor eqdẽ, iqt Crito, o Socrates, nõdũ ſolẽ reliqſſe mõtes nec occidiſſe. Et noui alios poſtq̃ id ſibi nunciatũ eſt valde ſero bibere illud conſueuiſſe, largiter coenatos atq; potos: interdũ vero etiã illorũ potitos quorũ amore afficiebant. Quãobrẽ ne adeo feſtines. adhuc. n. ſupereſt tempus. Tũc Socrates: merito inqt o Crito illi iſta faciunt. Putant. n. haec facientes lucrari. Atq; ego merito iſta nõ faciã. Nihil. n. me lucraturũ ſpero ſi paulo poſterius venenũ bibero: niſi vt mihi ipſi ſim ridiculus tanq̃ vitae cupidus: atq; parcus eiꝰ rei ſeruator, cuius nihil iã mihi amplius adeſt. Sed age iã mihi obtẽpera, nec aliter facias. Crito vero his auditis annuit puero, q lõge nõ aberat. Ille vero egreſſus, & aliquãtulũ cõmoratus, rediit, eũ q venenũ daturus erat, ſecũ ducẽs. attulit aũt in calice id attritũ. Hũc aſpiciẽs Socrates. Cedo inqt bone vir, tu enim harũ rerũ peritiã habes, qd me facere oportet? Nihil inqt aliud q̃ poſt potionẽ deambulare quoad grauari tibi ſentias crura. Poſtea vero iacere: atq; ita tu facies. Haec dicens porrexit calicẽ Socrati. Socrates vero hilariter admodũ o Echecrates accepit, nihil omnino cõmotus, neq; colore, neq; vultu mutato. Sed quẽadmodũ cõſueuerat taurine illũ aſpiciens, quid ais inqt: licet ne ex hoc poculo nõnihil ſpargendo ſacrificare? Tãtum inquit o Socrates conteriuimus, quantum ſatis fore putauimus. Intelligo inquit. Sed & licet & oportet orare deos: vt felix ſit tranſmigratio noſtra. Quod equidem obſecro: atq; vtinam ita fiat. Et ſimul his dictis admonẽs, facile admodum alacriterq; ebibit. Pleriq; noſtrum eo vſq; retinere quodammodo lachrymas potueramus. At poſtq̃ & bibentẽ vidimus, & bibiſſe, vlteriꝰ nõ potuimus: ſed me quidẽ dolor adeo ſuperabat vt lachrymę largiter iam mihi ꝑfluerẽt. Quapropter me ꝓtegẽs deplorabã: non illũ qdẽ, ſed fortunã meã, qui tali amico orbatus eſſem. Crito aũt etiã prius cũ lachrymas nequiret continere, ſurrexerat. Sed Apollodorus nec in ſuꝑiori qdẽ tpe vnq̃ lachrymare ceſſauerat. Tunc vero pręcipue vociferãs ſe q; ipſum afflictãs neminẽ reliquit ꝓſentiũ, cuius vicem nõ deploraret: praeter vnius Socratis vicẽ. Ille vero hęc animaduertens, Quidnã inqt, o viri mirabiles agitis? Atq ego maxime hãc ob cauſam mulieres abegerã ne talia facerẽt. Audiuerã eñi in benedictione eſſe ex hac vita migrandũ. Quieſcite igit atq; tolerate. Nos vero hęc audientes erubuimus, deſtitimuſq; a lachrymis. Sed ipſe cũ inter deãbulandũ crura iam grauari ſentiret, iacuit reſupinꝰ. ſic eñi qui veneñ ꝓbuit iuſſerat. Qui paulo poſt eum tangens, pedes & crura cõſiderauit. Deinde grauiꝰ cõprimẽs pedẽ eius, q̃ſiuit an ſentiret. negauit Socrates. Ille rurſus preſſit tibias: paulatimq; manu aſcendẽs, oſtendit nobis frigere eas atq; rigere. Et ipſe attigit rurſus: aitq; cũ ad cor ꝑuenerit, tũc eſſe deceſſurũ. Iam igit friguerant ei praecordia, cũ detegens, erat. n. veſte coopertus, dixit, q̃ vox illi extrema fuit, O Crito Aeſculapio gallũ debemꝰ: quem reddite, neq; negligatis. Fiet inqt Crito qđ iubes. Sed vide num qd aliud velis. Nec interroganti nihil vltra reſpondit. Sed paulo poſt cõmotus eſt. Et miniſter detexit eum: atq; ipſe lumina fixit. Qđ cum Crito cerneret, ora oculoſq; cõpoſuit. Hic finis fuit amici noſtri o Echecrates: viri noſtro quidẽ iudicio, omniũ quos experti ſumus optimi, & apprime ſapientiſſimi atq; iuſtiſſimi.

FINIS PHAEDONIS.

Argumentum Marſilii Ficini In Menexenum Ad Laurentium Medicem Virum Magnanimum.

COnſiliũ Platonis in Menexeno eſt cohortari oẽs ad ſummã patrię charitatẽ: idq; facit q̃uis aliter in Critone & Legibus atq; Rep. Hic vero duobꝰ p̃cipue id efficit modis. Primo qdẽ, dũ laudat illos, q ꝓ ſalute patrię pericula mortẽq; intrepide ſubeũt. Deinde dũ ipſe patrię ſuę antiqtatẽ virtuteſq; laudibus miris extollit. Tu vero ſtatim ab initio nota, philoſophiã ſcilicet moralẽ viro rẽpublicã gubernaturo eẽ ſummope neceſſariam. Mox praeclarum eſſe in bello occũbere. ſ. pro ſalute patriae: idq; confirmari ex eo, q; hoc apud omnes gentes maxime omnium honoretur. Deinde occaſione ſumpta ex laudibus oratoriis animaduerte: q̃ ꝑniciosa ſit adulatio. Cõmunẽ ſiquidẽ oratoriã in Gorgia adulationis ſpeciem eſſe iudicat. In Phędro aũt adulatorẽ appellat beſtiam humano generi peſtilentẽ. Similẽq; affirmat impuro dęmoni, incautos animos ſub noxię voluptatis eſca continue corporis ſordibus inquinanti. Hic praeterea praeſtigiatoribus veneficiſq; adulatorẽ tam priuatum q̃ publicum iudicat eſſe ꝑſimilẽ: quippe q tanq̃ fure & homicida deterior & iniquior nõ pecunias, nõ ipſam corporis vitã dũtaxat nobis auferat: immo vero tanq̃ ſacrilegus rem ſacrã, iudiciũ ſcilicet rationis ſub boni ſpecie ſurripiat atq; ſubducat. Et vide q̃ valde decipiat. Non eñi in rebus ſolũ occultis, ſed id qđ mirum eſt, in manifeſtiſſimis artificioſiſſime fallit. Cui enim non euidẽtiſſima ſit a uita paternaq; origo? Itẽ ipſa ſui corporis magnitudo atq; forma? Verũtamen in his quoq; adulatores venefici nos circũueniũt: tanto Circe crudeliores, quanto grauius inferũt detrimentum. Illa enim ſuis poculis exteriora homi

nis fertur in beſtias tranſformaſſe. hi vero lenociniis ſuis interiora tranſformant. Proinde deridet Socrates oratores ꝙ gratiam popularē oībus machinamentis aucupentur: laudētq; alios ſupra modū, quo ipſi laudētur: remq; adeo leuē graui quodā ſtudio & diuturna præmeditatiōe pertractent. Aggreditur pręterea qđ ſtatuerat ab initio, omnes videlicet ad defendēdā patriā cohortari: laudādo videlicet eos q pro patria occubuerūt. Hic eñ erat mos vetus Atheniēſiū: publica cōcione illos laudare quotānis: atq; inſup inferias celebrare. Verum ne ſupra q̄ par eſt oratoriæ tribuat facultati, aſſerit ſe orationē eiuſmodi ab alio & quidē a muliere Aſpaſia accepiſſe. Pręſertim cum Socratici ingenii non ſit oratorū more concionari. Quo potiſſimū ordine laudandū ſit, præſertim in oratiōe funebri, manifeſte declarat. Quod autē homines ait ab initio in Attica regiōe ſolū atq; ſolos ex terra ſpōte progenitos, ex aliis vero regionibus, e terra ſimiliter ſolū bruta, vtcūq; placet accipito, ſiue tanq̄ a philoſopho ſiue potius oratore. Scito tamē Platonicā eſſe ſentētiā: poſt vaſtas terrę illuuiones, ex abūdanti humore atq; calore ſequēti poſt diluuiū, terrā adeo fœcundā reddi, vt ex ea nō animalia tantū puſilla, qualia nunc, ſed grādia etiam, atq; ipſi inſup homines vltro naſcanť. Quod quidem & hic & alibi ſępe confirmat. Idq; plerīq; ſenſerunt Aegyptiorū atq; Græcorum: & Arabes multi: deniq; cōfirmarūt præcipue Algazeles atq; Auicenna. Qua quidē ſentētia Ariſtoteles in q̄ſtionibus naturalib⁹ vſus ex antiquorū mēte inq̄t: queādmodū ī paruis tēpoꝝ mutatiōib⁹, parua q̄dā ex terra pullulāt aīalia, ita ī maioribus quoq; maiora, in maximis deniq; maxīa atq; pfectiſſima. Plato aūt vbicūq; ex ipis terrę viſcerib⁹ eruit animātes, deos artifices adhibet mūdani architecti miniſtros. Deos inquā. i. ideas ſpecialeſq; rōnes in ipa mūdi vita diuinaq; intelligētia cōſiſtētes: per quas & ſtatim poſt diluuia, & quotidie animantiū formenť ſpecies, vbicūq; corporeū ſpeciei eiuſdē ſemen abeſſe videreť. Quod q̄dē fieri oportere ſatis in Theologia pbauimus. Vbi vero naſciť hō, non ſolū ſicut cęteris deorū adhibet manus, ſed etiā quoddā dei ſummi ſpiraculū expreſſioreq; imaginē. Deiñ ſtatī natis deos ipos ſaltē in primis ſęculis tanq̄ duces pficit atq; pręceptores. Tu vero ex his oībus quę Moſaicę ſapiētię magis cōſonāt, prudēter eligito. Profecto id Moyſi maxīe congruit, ꝙ hic & in Protagora & in Politico atq; Critia vult hominē aliquādo ex terra auctore deo ad dei ipſius ſimilitudinē fuiſſe pgenitū. Quales aūt illuuiones ſint & quando & quā ob cauſam, docebimus in Timęo. Poſt hęc inſignis pietate vir patrię ſuę laudes mirifica quadā tū charitate, tū arte pſequiť: ab origine pria, ab ipſa reipublicę forma, a diſciplina quotidiana, a rebus egregie geſtis: quę & hinc & aliunde ex aliis ſcriptoribus manifeſtiſſimę ſunt. Quāobrē argumētū noſtrum paucis cōcludamus, eiuſmodi ſnīas annotantes. Virtuti oīa parēt. Proſperitas primo æmulationē parit: deinde inuidiā: demū diſſenſiones & plia. Oīs poſſeſſio abſq; morali virtute nō ſolū inutilis eſt, ſed noxia. Sciētia ſeorſum a virtute morali, nō ſapiētia, ſed calliditas quędā eſt iudicanda. Maiorū ſplēdor in filiis obſcurus euadit, qñ p ipſorū ignauiā in poſteros non trāſfundiť. Non eſt optādū, vt oīa ſuccedāt ad votū. Obſeruādū eſt in oībus puerbiū vetus: Nihil nimis. Qui ita ſe cōparauit, vt ex ſeipſo pēdeāt oīa q̄ ad beatitudinē cōferūt, vel q̄ proxīe ad hoc accedit, hic optime vitā īſtituit. Noli vel lętitia exultare, vł dolore deiici. Parētes iudicare debēt ſe genuiſſe filios, nō vt imortales, ſed vt boni forēt. Lugubres lamētatiōes domeſticorum moleſtę ſunt defunctis, ſi q̄dē illas audiāt. Perpetuo quodā ſolēni honore pſeq decet eos, q p ſalute patrię ſtrenue ſe in bello geſſerunt: eorū filii cura publica educādi: colēdi quoq; parētes. Ne res ipſę nobis iniquę ſint, ęquo ſunt animo pferendæ.

MENEXENVS PLATONIS VEL DE ATTICA ANTIQVITATE, VEL EPITAPHIVS, TRANSLATVS A MARSILIO FICINO FLORENTINO AD IVLIANVM MEDICEM VIRVM CLARISSIMVM.

PERSONAE DIALOGI.

SOCRATES. MENEXENVS.

SO. E Foro venis Menexene? An vnde? ME. E foro o Socrates, & a ſenatu. SO. Quid tu ad ſenatū? An forte quia diſciplinę philoſophięq; finē adeptum iā & ſatis pfeciſſe te putas, maiora poſt hac aggredi ſtudes, nobiſq; ſenioribus ipſe adeo iunior imperare: vt familia veſtra ſemp ſicut ſolita eſt, aliquē nobis exhibeat cōſultorē? ME. Si ipſe pmittis o Socrates cōſuliſq;, operā dabo. ſin contra: nequaq̄. Nunc vero iccirco ad conſilium pfectus ſum quoniā audiueram eligēdum eſſe aliquem qui laudibus defunctos ornet. Nam vt ſcis inferias facturi ſunt. SO. Audiui equidem: ſed quem potiſſimum elegerunt? ME. Nullum. Nam in craſtinum diſtulerunt. Arbitror autem Archinum vel Dionem electum iri. SOCRA. Videtur Menexene apud plurimas gentes præclarum eſſe in bello occumbere. Etenim qui ſic e vita migrat, funere & ſepulchro magnificentiſſimo honoratur. Et ſiue pauper quis ita

Præclarum in bello occūbere.

decedat,laudatione non caret:ſiue etiã vilis qſpiã & ignauus,ruſſus a ſapiētibus viris extollitur:qui
non fruſtra ac temere,ſed mature cõpoſita & cõſulta oratione tã egregie laudãt,vt dũ & quę adſunt
& quę non adſunt de aliquo prędicant,verborũ elegantia auditoribus animos quaſi pręſtigiis veneſi
ciiſve quibuſdã ſurripiãt atq; ſubducant.Ciuitatē quoq; interim vt lubet exornant:& eos q in armis
occubuerunt.Maiorũq; retexunt noſtrorũ originem.Nos quoq; ipſos adhuc viuētes extollunt.Qua-
propter ego qdē Menexene ab illis elatus generoſe admodũ affici ſoleo:cũq; illis paſſim aures præbeo
mirifica ſuauitate demulceoriſtatimq; me maiorem,generoſiorem,pulchriorē q̃ antea reputo:ac ſæ-
penumero hoſpites aliqui mecũ hæc audiunt:egoq; erga illos eueſtigio præſtantior q̃ antea reddor.
nempe & illis idē qđ mihi videt̃ accidere tã erga me q̃ reliquã ciuitatē.Nam ab oratore protinus per-
ſuaſi,mirabiliorē q̃ prius ciuitatē exiſtimēt.Atq glorioſa hęc venuſtas mihi triduum vltra ꝑmanet:
adeo concinna oratio canoraq; vox oratoris ore demanans auribus meis infundit̃:vt vix tandē quar-
ta poſt die vel quinta mei ipſius reminiſcar,& vbinã gentiũ ſim agnoſcã.Ac tunc demũ me fuiſſe de
ceptũ animaduerto,cum me ante putauerim in beatorũ inſulis conſtitutũ.vſqueadeo rhetores apud
nos ingenioſi ſunt.ME.Semper aduerſus rhetores iocaris o Socrates.Nũc aũt ſuſpicor,ne illi q eliget̃
deſit dicendi facultas.ſubita nãq; obrigit optio.Quãcbrē coget̃ forte qſqs dicturus erit,eximproui-
ſo quodãmodo verba facere.SO.Nunqd bone vir ſingulis iſterũ ſunt orationes cõpoſitæ?Quin neq;
arduũ eſt de his rebus abſq; meditatione dicere.Si eñ oporteret vel in Peloponeſſo Atheniēſes,vel Pe
loponeſſiacos Athenis orare,facũdo tũc oratore opus eſſet,q & perſuaderet,& ꝓbaret̃.Qñ aũt apud
eoſdē ſe qs exercet,quos & laudat,facile ei⁹ verba laudant̃.ME.Facile ne iſtđ exiſtimas Socrates?SO.
Equidem.ME.An ſperas eloqui poſſe te,ſi opus fuerit,& conſilio eligaris?SO.Quid mirũ Menexene
me ad dicendum ſufficere:qui magiſtrã haudquaq̃ imperitam in rhetorica nact⁹ fuerim:quę & alios
multos eloquentes reddidit oratores,& vnũ gręcorum omnium præſtantiſſimum filium Xantippi
Periclē?ME.Quęnã iſta?Nũqd Aſpaſiã dicis?SO.Et hanc dico:& filiũ Metrobii Cõnũ.Hi nãq; duo ꝓ
ceptores mihi ſunt:Cõnus quidē muſicę:Aſpaſia vero rhetoricæ.Ita igit̃ eruditũ virũ nihil mirũ eſt
in his eloquentē eſſe.Quinĩmo & ſiqs etiam deterius q̃ ego doctus fuerit,muſicã quidē a Lãpro,rhe-
toricã vero ab Antiphonte Rhamnuſio,is tñ poterit Athenienſes inter ipſos Atheniēſes laudãdo,ſic
eloqui,vt eius ab auditoribus probetur oratio.ME.Quidnã habes qđ in mediũ afferas,ſi te verba fa
cere oportuerit?SO.Ex me quidē fortaſſe nihil.Sed heri Aſpaſiam ipſam audiui funebrem de his ora
tionē dictantē.Audiuerat eñ quę & ipſe dicebas,Atheniēſes aliquē electuros eſſe qui de his orationē
haberet.Deinde partim mihi eximprouiſo tranſegit,quę dicēda forēt:partim meo qdē iudicio pręme
ditata exponēs,funebrē orationē cõtexuit:quã dixit Pericles reliqas qſdã ex illa cõponēs.ME.Nũqd re
cordareris q̃ dicebat Aſpaſia?SO.Equidem,niſi iniurius ſim.Ab ea nãq; edidici:parũq; abfuit,qn ꝓ-
pter obliuionē plagis illa me cęderet.ME.Cur non refers?SO.Vereor ne magiſtra mihi ſubiraſcatur,
ſi orationem illius edidero.ME.Nullo pacto Socrates.Verũ gratificare mihi:ſeu Aſpaſiæ ſiue cuiuſ
libet alteri⁹ orõnē dicere placet:dicas mõ.SO.Forte me ridebis,ſi ſenex adhuc iocari tibi viſus fuero.
ME.Abſit o Socrates.Dic amabo.SO.Mos tibi gerendus eſt.Ferme nãq; ſi nudatum me ſaltare iube
res,quando qdē ſoli ſumus,obſequerer.Sed audi iam.Hunc.n.in modum,vt arbitror,loqui cœpit,ſu
mens ab ipſis defunctis exordium.

Vt q in bello ceciderant laudatione ornabant̃ & funere

Q oratores ſint deceptores.

Laudati laudãt orationē benedicētem de ipſis.

Pericles habuit Aſpaſiã magiſtrã in rhetorica.

Aſpaſia magiſtra Socratis.

OPere qdē ipſo decētia his apud nos exhibita ſunt:q̃ iã aſſecuti iter fatale agũt,tã publice a ci-
uitate,q̃ priuatim a ſuis magnifico ſumptu,& frequenti cõcurſu ſequētiũ honorati verborũ.
Præterea laudationē addi lex iubet:ac ꝑfecto ita decet.Bene ſiqdē rebus geſtis,ex ipſa verbo
rũ exornatione,ad eos q geſſerũt apud auditores memoria perennis ſplendorq; ꝑuenit.Ea vero opus
eſt oratiõe,q̃ defunctos ſatis laudet:ſuꝑſtites benigne moneat:filios eorũ ſtatreſq; ad virtutis ipſorũ
imitationē hortet̃:parētes aũt,& maiores alios ſiqui ſuꝑſunt,cõſolet̃.Quę igit̃ nobis talis erit oratio?
vel vnde potiſſimũ ꝑclaros laudare viros incipiemus,q viuētes virtute propria ſuos mirifice delecta
uere,& ꝓ ſalute viuētiũ offerre ſe morti nõ dubitarunt?Videtur itaq; mihi oportere ſecũdũ naturã
vt boni effecti ſunt,ita eos laudare:boni aũt ideo ꝑuenerũt,qa ex bonis traxerunt originē.Quapro-
pter generoſam priõ illorũ ſtirpē laudemus.Deiñ educationē & diſciplinã.Poſtremo narrem⁹,ita ab
eis fuiſſe res geſtas,vt maxime decebat eos,q eſſent ex talibus oriũdi,& ita poſtmodũ educati.Prima
qdē generis horũ laus eſt,ꝙ maiorũ origo haud peregrina fuit:neq; ſucceſſores hos ita hic reliqt ve-
lut inqlinos nouoſq; hoĩes,ex aduenis genitos,ſed indigenas ac reuera in pñia habitãtes,viuētesq; &
nutritos,nõ a nouerca quidē,vt alii,ſed ab ipſa matre ipſorum regione quã habitarũt:in qua & nunc
cõdũt̃ vita fũcti,ipſis videlicet in viſcerib⁹ ei⁹ q̃ peperit eos,& nutriit & excepit.Par eſt.n.matrē ipſã
ante oĩa honorare.nã ita maxime horũ genus excolitur.Eſt aũt regio hęc nõ ſolũ nobis:ſed omnibus
hominibus celebranda:cum aliis multis de cauſis,tum ex hoc præcipue quia diis chariſſima eſt.Qđ
teſtatur deorum de hac inter ſe concertatio.Ea vero quę a diis laudata eſt,cur non a cunctis homi-

Oratio funebris.

Attica tellus hoiem prio ꝑduxit.

nibus collaudet. Altera eius laus erit: ꝙ eo tẽpore quo tellus oia aialia omnigena ꝑducebat, feras, & paſcentia oia, terra dũtaxat noſtra ad hęc ſterilis erat, agreſtibuſq; aialib⁹ vacua. proprie vero ex oĩni bus animantibus hominẽ genuit: qui cæteris intelligentia præſtat: ſoluſq; ius ac deos aiaduertit. Q; vero hæc regio horũ noſtroſq; maiores ꝑgenuit, hinc euidẽtiſſime licet cognoſcere: quia omne qđ gi-gnit, alimẽtũ cõueniẽs genito cõtinet. Quo plane diſcernit mulier illa q̃ peperit, ab ea q̃ infantẽ ſimu-lando ſuppoſuit. nã q̃ peperit, lacte abundat, ad eius qđ genitũ eſt alimoniã: alia vero nequaq̃. Tellus itaq; noſtra materq; pſpicuum argumentũ pbet, ꝙ homines procreauerit. Nam & ſola & prima tũc pabula humana porrexit: tritici hordeiq; fruges: qbus cõmodiſſime gen⁹ hominũ alitur: vtpote quæ vere aial id ꝑduxerit. Potius aũt de terra q̃ de muliere cõiectare id licet. Neq; eñ terra mulierẽ conce ptione partuq;, ſed terram mulier imitatur. hmõi vero pabulũ ſine inuidia nõ hominib⁹ ſolũ abunde verũetiã brutis ſubminiſtrauit. Poſt hęc oleum laborum ſubſidium natis ſuis ſuppeditauit. Nutritis aũt adultiſq; filiis principes pręceptoreſq; deos induxit. Quorum nunc prętermittẽda ſunt noĩa. Ne q;.n. nos latet qui vitam noſtrã munierunt, tã artium inuẽtione ad quotidianũ victum ſpectantium, q̃ traditione peritiaq; armorũ ad regionis ipſius cuſtodiã. Ita maiores horũ geniti atq; educati rẽp. inſtituerũt. quã paucis pſtringere decet. Res.n.pub. hominũ educatio eſt: bona qdẽ bonorũ, cõtrario-rũ vero cõtraria. Q; ergo in prę:clara rep. enutriti ſũt noſtri maiores, declarãdũ eſt, p quã & illi hi bo ni viri, ex quib⁹ ſunt, qui e vita migrarũt. Eadẽ nãq; reſp. quondã, & nunc: optimatũ videlicet guber natio, ſub qua & his tẽporibus ac ferme ſemper ex eo tẽpore degimus. Eã qdã popularẽ vocant, alii ali ter, vtcũq; placet. Eſt aũt reuera hęc optimatũ, cũ quadam auctoritate populi gubernatio. Semp eñ nobis reges ſunt, alias generis ſucceſſione, alias electiõe creati: ſed auctoritatis ciuitatis plurimũ apđ populũ: qui ſemp his qui optimi iudicantur, magiſtrat⁹ ipertit. Vbi neq; parentũ debilitate vel pau-pertate vel ignobilitate quiſq̃ reiicit: neq; cõtrarus de cauſis honorat, vt in aliis ciuitatibus fieri ſolet. Sed hęc eſt ſumma. Quicunq; ſapiẽs aut bonus habet, dominat & imperat. Cauſa nobis gubernatio-nis huiuſmodi, ex ęquo generatio eſt. Alię ſiquidẽ ciuitates ſunt ex variis diſſimilibuſq; generib⁹ con ſtitutę. Quo fit, vt inęquales ſint & gubernationes: tyrãnides: paucorũq; potẽtię. In qbus ita hoies vi uunt, vt ſe inuicẽ partim dños, partim ſeruos exiſtimẽt. Nos aũt noſtriq; vna ex matre oẽs, fratres in uicẽ geniti, haud arbitramur inuicẽ nos dños & ſeruos eſſe: ſed generatiõis ęqualitas nos inducit, vt & legis q̃ramus ęqualitatem, neq; rei prorſus vlli niſi opinioni virtutis prudentięq; cedamus. Qua-propter & noſtri & horũ parẽtes, & hi honeſte creati, & in omni libertate nutriti, multa atq; præcla-ra facinora apud omnes gẽtes notiſſima priuatim, & publice ediderũt: exiſtimãtes libertatis gr̃a tã ad uerſus Gręcos ꝑ gręcis aliis q̃ aduerſus barbaros ꝑ cũctis græcis eſſe pugnãdũ. Eñuero quo pacto ĩ bello ſe geſſerit Argiui quõdã aduerſus Cadmios, & Heraclidæ aduerſus Argiuos, cũ Eumolpus & Amazones, ac etiã cũ his ſupiores regionẽ inuaderẽt, breue eſſet ꝑ dignitate referre: & poetæ virtutẽ illorũ elegãter muſica celebrãtes ĩ oẽs gẽtes diuulgauerũt. Quare ſi nos eadẽ nudo ſermone repetere nunc aggrederemur, forte videremur illis eſſe ſecũdi. Hęc igit ob hãc cauſam arbitror dimittẽda: qñ quidẽ ꝑ dignitate iã ſatis celebrata vident. Quæ vero nõdũ, vt rerũ dignitas exigit, a poetarũ aliquo decãtata ſunt, necdũ tñ obliuione delecta ſunt, hæc nobis prædicanda nũc arbitror, vt & nos ea lau-demus & adiuuemus, puocemuſq; alios ad eadẽ odis aliiſq; carminibus vt decens eſt exornãda. Eorũ aũt q̃ dico, prima hęc extant. Perſę pfecto cũ Aſię imperarẽt & Europę dominarent, obſtiterũt regio-nis huius hoſes, hinc qdẽ oriũdi, noſtri autẽ ꝑgenitores. quorũ meminiſſe, virtutẽq; laudare & opor tet in primis & decet. Eã nãq; noſſe oportet, ſi qs ſufficiẽter laudaturus ſit res ab illis eo in tpe geſtas, quo Aſia ois tertio iã regi ſeruierat. Quorũ prim⁹ Cyr⁹ magnitudine quadã animi ciues ſuos Perſas in libertatẽ redigens, ſimul dños Medos ſubiecit, totiq; Aſiæ vſq; ad Aegyptũ ipauit. Filius aũt eius Aegypto quoq; & Libyę, quouſq; penetrare dabat. Tertius Darius, pedeſtri pugna vſq; ad Scythas extẽdit iperiũ. Nauali aũt, mari, & inſulis eſt dñatus. Quo factũ eſt, vt repugnare illi nullus auderet. Animi qdẽ hoĩm oẽs ſeruili quadã formidine abiecti iã erãt: adeo multæ, frequẽtes, & bellicoſę gentes ſub Perſarũ iperio tenebant. Nos aũt Eretriẽſeſq; incuſans Darius ꝙ Sardibus inſidiaremur, & hãc belli occaſionẽ nactus, quingẽta hoĩm milia claſſib⁹ miſit, naues vero trecẽtas: hiſq; Datim pfecit, at ꝙ illi mãdauit, vt captiuos ad eũ Eretriẽſeſq; & Atheniẽſes duceret: ſi caput illi ſuũ charũ eẽt. Ille na-uibus aduect⁹ Eretriã: vbi viri nõ pauci erãt, ac pterea in rebus bellicis inter Gręcos eoꝝ tẽpoꝝ illu-ſtriſſimos nũerabant, triduo eos captiuos fecit. Neve vlli eẽt fugiẽdi loc⁹, oẽm regionẽ ſic explorauit. Nẽpe ad fines Eretriæ pfecti milites ei⁹, & ex mari ĩ mare ſępe extẽdẽtes diſcurrẽteſq; iũctis inuicẽ ma nibus vniuerſam regionẽ ꝓtinus ꝑcurrerunt: vt regi referre poſſent, neminẽ illos ſubterfugiſſe. Eadẽ ſnia ex Eretria Marathonẽ deſcẽderũt: vtpote ꝙ illis ad id aptiſſimũ erat, vt Atheniẽſes vna cũ Ere-triẽſibus quaſi ſub eodẽ iugo ducerẽt captiuos. His aũt partim qdẽ ita pactis, pti vero tẽtatis, nullus gręcoꝝ pter Lacedæmonios Eretriẽſib⁹ Atheniẽſibuſve ſuccurrit. Et ii ſequẽti poſt pugnã die vene-

rũt.Caeteri autẽ oẽs pterriti ſunt:ac bene ſecũ agi putãtes ſi periculũ pręſens euaderẽt:quieuerũt. Ex hoc intueri licet quãta illoꝝ virtus fuerit,q in Marathone barbaroꝝ impetũ ſuſtinuerũt:eorũq; ſupbiã domuerũt.Primi ſane de barbaris triũpharũt:& exẽplo reliqs oſtenderũt,Perſarũ vim haud inexpugnabilẽ eſſe: immo vero & multitudinẽ omnẽ:& diuitiarũ copiã virtuti parere. Eos equidẽ viros nõ modo noſtrorũ corporũ genitores:ſed & libertatis tum noſtrę,tum oim qui ĩ huiuſmodi habitãt cõtinenti auctores arbitror extitiſſe.His nãq; exẽplis prouocati poſteriores Gręci in ſequẽtibus bellis pericula oĩa pro ſalute ſua ſubire nõ dubitarũt,diſcipuli ꝓfecto illorũ qui in Marathone Perſas profligauere.Primã itaq; palmã oratiõe illis tribuere decet:ſecundã vero iis q circa Salaminã Artemiſiũq; hoſtes prȩlio nauali vicerũt.Multa nẽpe ab his viris geſta narrare poſſemus: quãta pericula terra mariq; imminentia ſuſtinuerint,deuicerintq;.qđ autẽ prę caeteris egregiũ puto:nũc referã.Nã qđ reſtabat poſt bellũ Marathonicũ,ꝑfecerũt.Siqdẽ q in Marathone certarũt,hoc tm̃ Gręcis demõſtrauerũt: ꝙ terreſtri pugna pauci qdẽ Graeci multoꝝ impetũ barbaroꝝ frãgere poſſent. Maritima vero victoria adhuc incerta:exiſtimabant̃q; Perſę ĩ maritimis prȩliis,& multitudine & diuitiis arteq; & robore inexpugnabiles eſſe. Hoc itaq; in his q tũc nauibꝰ pugnauere,laude dignũ eſt:ꝙ metũ Graecis infinitũ penitus depulerunt: fecerũtq; ne amplius nauiũ virorũq; numerũ ꝑtimeſcerẽt. Vtriſq; his factũ eſt, tam in Marathone,terra pugnãtibus, q̃ mari poſtea circa Salaminã:vt reliqui Graeci & docerent̃,& prouocarẽtur:ab illis quidẽ terra,ab his autẽ mari,ad prȩlia cõtra barbaros ĩtrepide cõmittẽda. Tertium aſſero qđ in Plateis geſtũ eſt:& numero & virtute,ſalutis Graecae cauſam extitiſſe.Cõmune vero id iã Lacedęmoniis,& Atheniẽſibus facinus. Igit̃ oẽs hi Graeci in ſummis a nobis,& a poſteris laudabunt̃.Poſt haec multae inſup Gręcorũ vrbes adhuc ſub barbaris cõueniebant.Rex autẽ minabatur Gręcos ſe iterũ inuaſurũ. Decet ꝓfecto illos cõmemorare:qui ſuperiorũ operibus ſalutis extremã manum impoſuerũt:cũ oẽm ex mari barbariẽ depuliſſent.hi vero fuerũt q circa Eurymedontẽ claſſe pugnarũt:& ĩ Cyprũ militaturi ſe cõtulerũt.Itẽq; ĩ Aegyptũ nauigauere:plurimaſq; alias terrarũ oras peragrarũt.Horũ meminiſſe oportet:his gratia eſt habẽda:ꝙ regẽ perterritũ coegerũt de ſalute ſua cogitare potiꝰ q̃ ad Graecoꝝ pniciem inſidias tẽdere. Atq; id bellũ ꝑ oẽs vrbes diffuſum fuit,dũ Gręci ſe ipſos oẽſq; linguę eiuſdẽ hoies aduerſus barbaros tutarent̃.Pace vero demũ confecta honorataq; ciuitate,cõtigit ei qđ ſolet ab hominibꝰ in eos qbus ꝓſpere res ſuccedũt oriri: primo quidẽ aemulatio ab aemulatiõe:deinde inuidia,quę hãc ciuitatẽ inuitã in bellũ cũ Gręcis gerẽdũ traxit.Poſt haec inito bello in Tanagra cõgreſſi ſunt,ꝓ libertate Boeotiorũ aduerſus Lacedęmonioſ cõcertãtes.Cũq; incertus pugnae eſſet euentus,qđ poſtea ſequutũ eſt,rẽ ipſam aperuit.Pleriq; ſane aufugerũt:deſtituentes Boeotios,qbꝰ auxiliũ allaturi cõuenerãt.Noſtri aũt die tertia in Enophitis potiti victoria,eos q iniuſte fugerãt,iuſte reduxerũt.hi vtiq; primi poſt bellũ pſicũ Gręcis gratia libertatis auxiliati cõtra Gręcos,viri qdẽ pręclati,& libertatis auctores his qbus opem tulerãt,his ĩ monumẽtis honorati a ciuitate priores ſunt poſiti.His vero peractis,cũ increbreſceret bellũ:Gręciq; oẽs ſumptis armis regionẽ deuaſtarẽt:vrbiq; nõ dignã gratiã redderẽt,eos noſtri nauali prȩlio ſuperarũt: & eoꝝ duces Lacedaemones cõprehenderũt:quos q̃uis iugulare liceret dimiſerũt:pacẽq; firmarũt:exiſtimãtes aduerſus eiuſdem generis hoies ad victoriã vſq; pugnandum:neq; ob ꝓpriã ciuitatis indignationẽ Gręcorũ cõmunionẽ penitus diſſoluẽdam: ſed aduerſus barbaros ad necem vſq; certandũ . Hos itaq; laudare viros decet:qui hoc bello peracto hic iacẽt:quoniã oſtẽderunt inanẽ eſſe illoꝝ ſuſpitionẽ,ſiqui Athenienſiũ virtuti diffiſi opinent̃ in primo cõtra barbaros bello alios quoſdã pręſtantiores Atheniẽſibꝰ extitiſſe. Hi enim cum oĩs Gręcia ſeditionibꝰ agitaret̃,ipſiq; viros caeteris Graecis pręſtãtiores bello ſuperatos cõprehendiſſent,declarauerũt eos ſeorſum ſe vincere:qbus cũ cõmuniter barbaros expugnauerant. Tertium poſt pacẽ hanc bellũ improuiſum:& graue exortum eſt:in quo cũ multi forteſq; viri occubuiſſent,hic cõduntur.Quorũ multi circa Siciliã plurimis ſunt potiti victoriis pro ſalute Leontinorum:qbus iureiurando aſtricti opem ferebãt,quo foedere ad ea loca nauigauerãt. Cũ vero diuturna eſſet nauigatio:ac interim rerũ diſcrimine penuriaq; ciuitas premeret̃,neq; illis poſſet ſuccurrere,negatis ſubſidiis res eorũ haud proſpere ſucceſſerũt. Quorũ hoſtes belloq; aduerſarii maiorẽ tẽperãtiae virtutiſq; laudẽ q̃ amici aliorũ habent.Multi pręterea nauali bello per Helleſpontum die vna omnes aduerſariorũ naues ceperunt:plurimaſq; alias deuicerunt.Bellũ vero,iccirco inſperatũ durũq; vocaui:quia nullus exiſtimaſſet reliquos oẽs Graecos contra ciuitatẽ tam acerrimo ſtudio contẽtionis accẽdi,vt regem illũ barbarũ infenſiſſimũ quẽ vna nobiſcum expulerãt,rurſus ꝑ legatos ad bellũ Graecis inferendũ irritare nõ dubitarẽt:& vniuerſos,tũ Gręcos,tũ barbaros ad hãc vrbẽ obſidendã colligere. Vbi pręcipue potentia virtuſq; ciuitatis huius effulſit. Nã cũ exiſtimarẽt eã iã ſuccubuiſſe,naueſq; obſeſſae circa Mitylenen eſſent:ipſi auxiliũ laturi ſexaginta naues ingreſſi:viri quidem ſine controuerſia fortes hoſtes profligarunt: liberarũt amicos:& in ſortem incidentes indignã,ex mari vtiq; non aliter recepti hic iacent.Quorum ſemp cum laude meminiſſe decet.Nam illorũ virtute nõ mo-

Aemulatio, inuidia, bellum ex ꝓſperis.

Aduerſꝰ eiuſdẽ gñis hoies vſq; ad victoriã: aduerſus barbaros vſq; ad necẽ pugnandum.

do tunc ex nauali certamine:ſed reliquo etiam prelio victoriã reportamus. Etenim ꝓpter illos tantũ eſt noſtra ciuitas gloriã cõſecuta,vt nunq̃ expugnari poſſe nec ab oĩbus quidẽ hominibꝰ crederetur. Qđ certe haud ꝓcul a veritate eſt iudicatũ.Neq; eñ alioꝝ inſidiis viribuſq;,ſed ꝓpria diſſenſiõe deuicti ſumus.Nempe nũc etiã ab illis ſumus inuicti.Sed ipſi nos expugnauimus : nobis ipſis ſuccubuimus poſt hęc tẽpora:pacatis oĩbus,cũq; aliis pace confecta,inteſtina nobis ſeditio coorta eſt:in qua ſe ita gesſerũt,vt ſi fatis decretũ eſſet hoĩes ſeditionibus agitari,nemo videatur aliter ægrotare patriã optaturus.Nã ex Piræo & vrbe q̃ benigne atq; domeſtice pręter cæteroꝝ Gręcorũ opinionẽ ciues inuicẽ conuenerũt:belliq; aduerſus eos qui Eleuſines erant,concitũ q̃ moderate tranſegerũt atq; ſedarunt!Horũ ꝑfecto oĩm alia nulla eſt cauſa prater verã ipſam cognationẽ:quę amicitiã firmã atq; cognatã nõ ſermone,ſed re his hoĩbus indidit.Oportet autẽ eos etiã qui hoc in bello mutuis vulneribꝰ cõciderũt,memoria colere:& vtcũq; poſſumus inter ſe eos cõciliare votis ſacrificiiſq; ꝓ illis q ſuperauere peractis:quãdoquidẽ & nos conciliati ſumus.Neq; eñ improbitate inimicitiiſq;,ſed infelicitate quadã manus inuicẽ cõſeruerũt.Horũ vero teſtes ſumus ipſi ſuperſtites.Nã cum illis genere cõiuncti ſimus:mutuo damus veniã: & recipimus,ſiqđ vel in aliũ intulimus,vel perpeſſi ſumus ab alio.Deinde cũ in ſumma rerum trãquillitate quieſceret ciuitas,barbaris qdem ignoſcebat ꝙ infeſtati ab illa fortiter repugnauerãt: Gręcis autẽ indignabatur,quia ꝓ acceptis beneficiis iniuriã quãdoq; retulerant,dum ſocietatẽ cũ barbaris inirent:nauesq; qbus fuerant ſeruati,diriperent:diſſiparentq; muros quibꝰ nos mœnia eoꝝ ne corruerẽt,quãdoq; defendimus.Inſtituit itaq; ciuitas haud vltra tueri Gręcos,ſiquãdo vel a Gręcis,vel a barbaris opprimerẽtur.Cũ vero nos in hac eſſemus ſentẽtia cõſtituti, putarẽtq; Lacedęmonii nos libertatis tutores iacere,opuſq; eoꝝ fore poſt hac,vt alios ſubiugarẽt,hęc egerũt.Quid mltis opus eſt verbis!Neq; eñ vetera,neq; multoꝝ hoĩm geſta dicerẽ q̃ ſequunt.Neq; nos latet prerritos Gręcoꝝ primos Argiuos,Bœotios,Corinthios auxiliũ ciuitatis huius implorauiſſe.Quodq; oĩm diuiniſſimũ eſt:rex ipſe tanta eſt indigẽtia preſſus,vt nõ aliunde q̃ ex hac ciuitate quã omni ſtudio diruere conatꝰ fuerat,ſalutẽ ſuã tutari poſſe cõſideret.Enſuero ſiqs huius ciuitatis captũ incuſare voluerit:hoc dũtaxat obiicere poterit,ꝙ miſericordia nimis afficit,diligẽtiuſq; ſubleuat ſuccũbẽtes.Ea ſiquidẽ tẽpeſtate tolerare nõ potuit:qđ ve inſtituerat vltra ſeruare.Decreuerat ſane nullis vnq̃ eorũ,a qbus iniuriã accepiſſet,ſuccũbentibus opem ferre.Mutauit tamẽ ꝓpoſitũ:& auxiliũ praſtitit.Vnde Gręcos liberauit a ſeruitute:ita vt liberi vixerint,donec ipſi ſe inuicem ſubiugarũt.Regi vero ſuccurrere auſa eſt minime.verebat eñ triũphos ex Marathone,Salamina,Plateis antea reportatos.Sed cũ fineret exules,& volũtarios adiutores illi fauere,ſine cõtrouerſia eũ quoq; ſeruauit. Structis autẽ muris fabricatiſq; nauibꝰ belloq; ſuſcepto quãdo coacta eſt bellũ gerere,ꝓ Pariorum ſalute cõtra Lacedęmonios dimicauit.Metuẽs vero ciuitatẽ rex,poſtq̃ Lacedęmonios viderat naualé bellũ renuere,& icciroo deſiſtere volẽs.reqſiuit Gręcos q in cõtinẽti erãt:quos prius ipſi Lacedęmonii exhibuerãt:ſi ꝓpugnãdũ foret nobiſcũ cæteriſq; belli ſociis:arbitratus hoc ſibi negatũ iri:quo tergiuerſandi occaſionẽ nãciſceret.Vbi a ꝓpugnatoribus ſociiſq; aliis eſt deceptus.Nãq; exhibere illi voluerũt:cõuenerũtq; iureiurãdo adhibito Corithii,Argiui,Bœotii,cęteriq; belli ſocii,ſi daret pecunias:vt eos illi q in cõtinenti erãt Gręcos traderẽt.Soli vero nos neq; tradere,neq; iurare tunc auſi ſumus:vſqueadeo mos ciuitatis huiꝰ,generoſus,liber,conſtans,integer: & natura barbaris eſt infenſus:propterea ꝙ hoĩes hi abſq; vlla barbarorũ cõmixtione puri integriq; ſunt Gręci.Neq; eñ miſcẽtur nobiſcũ Pelopes,aut Cadmii,aut Aegyptii,Danaive,aliiq; ꝑmulti:natura qdẽ barbari:lege ſolũmodo Græci:ſed ipſi Græci dũtaxat nulla prorſus infecti barbarorũ cõfuſione ꝑſeuerauimus.Quę qdẽ puritas odiũ huic ciuitati aduerſus genus alienũ ingenuit.Soli rurſus puriq; ex hoc ꝑſeuerauimꝰ ꝙ opus ꝓphanũq; perpetrare noluimꝰ:Græcoſq; barbarorũ manibꝰ tradere.Ad hæc igit deſcẽdẽtes:ex quibꝰ primo ſuperati fuimus:fauẽte deo:felicius q̃ tũc bellũ poſuimꝰ.Nã retinẽtes naues : muros:noſtraſq; colonias,a bello liberati ſumus:adeo libẽter & hoſtes ipſi deſtiterũt.Viros tñ fortes hoc quoq; in bello amiſimus:partim apud Corinthũ regionis aſperitate,& anguſtia interceptos,partim ꝑditione apud Lecheũ ꝓfligatos.Inſignes quoq; viri,q & regẽ liberauere:& ex mari Lacedæmonios expulerũt.Quos ego eqdẽ in memoriã vobis reduco.Vos autẽ viros huiuſmodi collaudare celebrareq; decet.Atq; opa qdẽ hęc virorũ hic iacentiũ,cæterorũq; oĩm qcunq; ꝓ patria obierũt,q̃ relata ſunt,multa ſunt:atq; pręclara.Sed q̃ reſtãt:plura admodũ ꝓſtãtioraq; ſunt.Atq dies multi vix nocteſq; ſufficerẽt:ſiqs oĩa cõplecti voluerit.His ergo memoria repetitis,vnũquẽq; virũ oportet natos horũ aſſidue exhortari:vt tanq̃ in bello maiorũ ſuoꝝ ordinẽ ſeruẽt:neq; ꝑ ignauiã aufugiãt.Equidẽ o virorũ pręſtantiũ filii, vos ipſe & in pręſentia exhortor:& in poſterũ quẽcũq; veſtrũ nactꝰ fuero admonebo ſemper:& cohortabor:vt q̃ optimi euadere cõtendatis.Nũc quoq; par eſt vobis referre quæ nobis patres veſtri finxerũt:mãdarũtq; poſteris pręedicare ſiquid paterẽtur:cũ foret periclitandũ.Recẽſebo igit vobis in pręſentia quę ex illis ipſis audiui:quę ve ipſi nunc vobis:ſi facultas daretur,libenter pręciperẽt,

Coniecturã equidẽ ex illis quę quondã dicebãt efficio. Exiſtimate vero nũc quę referã illos ipſos audire loquẽtes. hũc autẽ in modũ exorſi ſunt. Q; ex pręclaris parentibus orti eſtis o filii, praeſentia vobis teſtãtur: pfecto cũ nobis liceret turpiter viuere, honeſte emori maluimus, q̃ vos cęteroſq; poſteros in fame cuiq̃ ſubiicere: ac parẽtib⁹ noſtris ſuperioribuſq; dedecori eſſe: putãtes homini ſuos dedecorãti nõ eſſe viuẽdum. ei nãq; neq; ĩ vita, neq; poſt mortẽ amicũ aliquẽ eſſe, vel hoĩm, vel deoꝝ. Oportet igitur vos verborũ noſtroꝝ memores, ſiqd aliud exercetis, cũ virtute exercere: ſciẽtes abſq; virtute exercitationes, & poſſeſſiões oẽs turpes malaſq; eſſe. Diuitię nãq; ſplẽdorẽ afferũt nulli eas cũ ignauia poſſidenti. neq; eñ ſibi hic ſed alteri parat poſſidetq; diuitias. Neq; forma corporis atq; robur timido ac prauo cũ inſunt, decorem pręſtãt. Eũ nãq; dedecẽt: notiorẽ efficiũt: ignauiã patefaciũt. Praeterea ſciẽtia quęuis remota iuſtitia aliaq; virtute nõ ſapiẽtia ſed calliditas eſſe videt. Quorũ cauſa & primo, & poſtremo atq; p oĩa omni ſtudio diligẽtiaq; contẽdite, vt & nos, & maiores noſtros virtutis gloria ſuperetis. Alioqn ſcitote, ſi vobis virtute praeſtemus, victoriã hanc nobis dedecus allaturã. Sin ſuperemur a vobis, felicitatẽ. Ita vero maxime nos qdẽ ſuperabimur: vos aũt ſuperabitis: ſi ea ratiõe vitã inſtituetis, vt maiorũ gloria nõ abutamini, neq; eã vt ita dixerim⁹ expẽdatis erogetiſq;: ſciẽtes viro aliquid eſſe ſe exiſtimãti, nihil turpius poſſe accidere, q̃ ſeipm̃ honorandũ nõ propriã ob virtutẽ, ſed pꝑter gloriam ſuperiorũ prębere. Gloria eñ parentũ natis, praeclarus eſt magnificuſq; theſaurus. Vti vero pecuniarũ honorũq; theſauro, & hũc ad poſteros nõ trãſfundere, proprię poſſeſſiõis glorięq; defectu, turpe, & a viri generoſitate penitus alienũ. Si igiť haec exercueritis, vitae demũ fatis exactis chari ad nos filii charos parẽtes pficiſcemini. Sin autẽ neglexeritis hęc, & improbi euaſeritis, nemo vos libens excipiet. Natis qdẽ noſtris hęc ſint dicta: patres autẽ noſtros: ac matres ſicui noſtrũ ſupſunt atq; cõſolatione indigẽt, cõſolari oportet: qa deceat facile quęcũq; acciderint ferre: neq; cũ illis vna deplorãdus eſt caſus. lamẽtatiõibus eñ aliorũ nõ indigebũt: ſatis eñ ſors triſtitię illis inferet. Mederi profecto lenireq; oportet, & in primis illud cõmemorare, q; maxima eorũ q̃ exoptare ſolent, exaudiẽtes dii iam tribuerũt. Neq; eñ immortales ſibi filios dari, ſed bonos & illuſtres optabãt. Cui⁹ qdẽ voti cõpotes effecti ſunt: qđ maximũ exiſtimãdũ eſt bonum. Oĩa vero mortali viro ad votũ in vita ſuccedere, haud facile eſt. Atq ſi fortẽ forti animo tolerabũt: videbunť reuera fortiũ filiorũ parẽtes: ipſiq; fortes eſſe. Sin autẽ dolori ſuccũbẽt: ſuſpitionẽ hominib⁹ inferẽt, ne forte aut parẽtes noſtri minime ſint: aut qui nos laudib⁹ efferũt mentianť. At horũ neutrũ euenire oportet: immo vero laudatores noſtros re ipſa pręcipue illos eſſe: oſtẽdentes ſe reuera parẽtes viros eſſe virorũ. Enimuero vetus illud pꝛouerbiũ, Nihil nimis, ſcite dictũ videť. Nã qui ita ſe cõparauit: vt ex ſeipſo pendeãt oĩa quae ad beatitudinẽ cõferunt: vel q̃proxime ad hoc accedit: neq; ex aliis pendet hominibus: quibus vel bene, vel male agentibus: ſua quoq; mutari cogãtur: hic optime vitã inſtituit: hic tẽperans eſt: hic fortis: hic prudẽs: hic ſiue pecunias nanciſcať ac filios: ſiue amittat: prouerbio ſemper parebit. Nunq̃ enim nimis aut laetitia exultabit: aut dolore deiicietur: propterea q; ipſi pareat. Tales eſſe & noſtros debere iudicam⁹, & volumus. Atqui & in pręſentia nos ipſos tales penitus exhibemus haud certe pturbatos, vel nimio metu pterritos: ſi nũc vita decedere nos oporteat. Oramus quoq; patres noſtros: ac matres: vt ſimiliter affecti vitã futurã agant: ſcientes q; nõ lamẽtationibus eiulationibuſq; maxime nobis gratificabuntur: verũ ſiquis eſt his qui defuncti ſunt: ſenſus viuẽtiũ: ita maxĩe nobis moleſti futuri ſunt ſi ſeipſos perdiderint, & inique fortẽ tulerĩt: ſin autẽ moderate ac leuiter, nobis ſummopere obſequẽtur: noſtra porro eũ iam finẽ habebũt: qui hominib⁹ eſt pulcherrim⁹. Quãobrem collaudãda ſunt potius q̃ deflenda. Profecto ſi vxores noſtras filioſq; tuebunť, & nutrient, & his incũbent, ita maxime caſus obliuioni mandabũt: pulchriuſve & rectius nobiſq; gratius vitã agent. Hęc igiť noſtro noĩe noſtris praedicare ſufficiet. Ciuitati vero mandamus: vt parentum noſtrorũ filiorũq; curam habeat: & hos quidem honeſte erudiat: illorũ ſenium digne foueat. Cognouimus certe vos etiã ſi haec minime pręceperimus, optime curaturos. Hęc igiť o filii defunctorũ atq; parentes: vt moneremus illi mandarũt: ego vero quantũ poſſum diligẽtiſſime moneo: eorũq; noĩe obſecro: iuniores quidẽ: vt pręclaras ſuoꝝ res imitẽtur: ſeniores autẽ: vt de ſe optime ſperẽt. Nempe ſenectutẽ veſtrã priuatim publiceq; alemus: & quęcunq; ex illorũ progenie nacti fuerim⁹: ſumma beneuolẽtia cõplectemur. Ciuitatis vero pꝛudentiam ipſi minime ignoratis, quę ſtatutis legibus: parẽtes: & filios eorũ qui in bello interiere: tutať: & ante alios ciues ſummo magiſtratui taliũ cõmittit curã: ne vlla prorſus iniuria parẽtes horũ afficiantur. Filios autẽ educat ipſa: ſtudetq; vt illis ignota ſit orbitas. Nã ipſa parentis gerit vicẽ & dũ pueri ſunt: & cũ ad maturã ętatẽ venerũt: ad officia ſua tranſmittit: omni armatura fulcit: & ornat: patris ſtudia oſtẽdit: & memorat, dũ paternę virtutis tribuit inſtrumẽta. Ac ſimul auſpicii gratia iubet tũc primũ domũ paternã ingredi filiũ quaſi imperaturũ: & armis cũ robore fulctũ. Eos pręterea q deceſſerũt e vita, honorat: cerimonias quotãnis lege decretas cõmuniter cũctis inſtaurãs: quę priuatim vnicuiq; pprię peragi ſolẽt. Gymnica itẽ certamina equeſtriaq; ĩſtituit; muſicaq; ludos varios adhibet,

Ac profecto quo ad defunctos ſpectat,hęredis,& filii ſubit conditionē: quo ad filios,patris:quo ad parentes cæteroſq; huiuſmodi,curatoris:omni diligentia ſemper oībus prouidens. Quarū rerum animaduerſione quę acciderūt ęquo animo ferre debetis.Nam hoc pacto,& mortuis,& viuentibꝰ eritis gratiores:facileq; curabitis:& facile curabimini. Nunc vero vos:ac cæteri oēs qui cōmuniter ſecundum legem eos qui naturę ceſſerūt,iam lugubribus expiationibus ꝓſecuti eſtis,abite.Hic eſt o Menexene Aſpaſię Mileſię ſermo.ME.Per Iouem o Socrates beatam dicis Aſpaſiam, ſi cum mulier ſit tales poteſt orationes cōponere.SO.At ſi minus credis ſequere me.dicentē ipſam audies.ME.Sæpenumero cum Aſpaſia fui Socrates:& qualis ſit noui.SO.Cur igitur eā nō veneraris:Cur nō habes propter hanc orationē illi gratiam?ME. Ingentem equidem o Socrates habeo gratiam mulieri huic ſeu viro, quiſquis tibi orationē hāc tradidit.Ac præ cæteris multis narrāti gratiā habeo.SO.Bene quidē. Sed ne me prodas:vt deinceps multas eius præclaraſq; de ciuilibus rebus orationes tibi recenſeam . ME. Confide.Non prodam.Referas modo.SO.Fiet vt poſtulas.

MENEXENI FINIS.

Argumentum Marſilii Ficini Florentini in Dialogum Primum de Repub.vel de Iuſto,ad Laurentiū Medicem Virum magnanimum.

QVanto oculus præſtat manibus,caput pedibus,ratio ſenſibus,anima corpori, finis oībus quæ diriguntur ad finem,ſtatus motui,æternitas tēpori,tanto cōtemplatiua vita actiuæ præſtare videtur. Cōtemplatio enim, actionis & principium eſt,& finis:ducitq; illam pro arbitrio atq; ſiſtit:iubens deniq; inferiores motus,externamq; deſinere actionē,vt intrinſeca ſtabiliſq; actio,liberior tandem poſſideat. Sic vtiq; ab ipſa cōtemplatione dei cęleſtes naturaleſq; motus,& actiones oēs tanq̄ a principio ducunt:& reducūtur velut ad finem.Quamobrem Plato noſter eo ſaltē cæteris ciuitatū legumq; cōditoribus eſt excellentior, quo cæteri quidem velut humani ad actionē magis ciuitatem inſtituerunt:ipſe vero quaſi diuinus actionem ciuitatis omnem tam publicā q̄ priuatam potiſſimū perducit ad contēplandū:ciuitatemq; cōſtituit ſui ipſius anteq̄ orbis dominā,neq; tam multis timendam,q̄ cūctis gētibus venerandā,cæleſtē quaſi Hieruſalē pro viribus in terris expreſſam:in qua ſublatis proprię poſſeſſionis gratia contentionibus cōmunia ſint pro ipſo iure naturæ,omnibus oīa:cōmunis ſit copia:firma cōcordia,cūctorū vna volūtas,ideoq; ad contēplandū ſemp expedita trāquillitas.Cōponit autē integrā abſolutę Reipu. formā denario librorū numero numerorū oīm integerrimo:numeros tū intra ſe numeratos cōtinēte,tū ex ſe innumeros replicante.Atq;,vt ſępe his in libris præcipue ī ſecūdo declarat:totā diſputationē de iuſtitia a nobis inſcribi mauult q̄ de Repu. docēs,vt arbitror,rē omnē actionēq;,& publicā,& priuatā nō ad copiā,nō ad potētiā,nō ad victoriā eſſe:ſed ad ipſam iuſtitiā penitus referendā.Quę qdē iuſtitia oī ſublata ꝑturbatione,expulſiſq; cōtentionū impedimētis ciues tandē reddit expeditiſſimos ad verū inueſtigādū,deūq; colēdū. Eiuſmodi vero cōtēplationē atq; cultū Plato noſter iudicat præcipuū reipu.finē. Vt qd̄ neq; vnus ſi ſolus vixerit,neq; plures ſi ſimul habitauerint,ſine lege efficere poſſunt,multi ſaltē ciues cōmuni lege ī vnū ciuitatis cœtū cōgregati perficiāt.Pręterea docet nos Timęus,& Critias ante ingentē terrarum inundationē Athenas alias extitiſſe,& apud Gręcos,& apud Aegyptios,ſimilibꝰ īter ſe legibꝰ gubernatas:quas dea Pallas cōdidit,educauit,& docuit:eāq; illis tradidit reipu.formā quā ī his libris Plato cōſcribit. In libris vero de Legibꝰ rēpublicā ex gubernatiōe Cretēſi,ex Lacedęmonia,& Attica noua cōponit:ipſāq; cōpoſitionē a deo inchoat legū oīm auctore. Verū,vt ad pręſentia redeamꝰ,hāc quoq; rēpu.felicibꝰ auſpiciis exorditur ab ipſis diuinæ ſapientiæ ſacris:a ſeniorū cōſuetudine atq; cōſilio:a religioſa iuſtitia atq; ſanctitate.Ex eo eñ ꝙ & vota deo,& ſua cuiq; reddēda dixerat,incipit iā de priuata quadā iuſtitia diſputare:ꝑ quā ad publicā opportune ſuo loco trāſibit.Tu vero memēto ī his a Platone ſignificari:abſq; diuina humanaq; iuſtitia,ſeniorūq; cōſilio,ac ſapiētiæ diuinę fauore,nō poſſe ciuitatē,vel ab initio cōſtitui ꝓſpere,vel cōſtitutā feliciter gubernari. Deinceps argumentū primi libri ꝑſtringēs:ex plurimis grauibuſq; præceptis neceſſaria q̄dā excerpā.Moderata iuuētus facilē efficit ſenectutē:immoderata difficilē.Qui corpis obſequit̄ libidinibꝰ ꝓculdubio īſanis ſeruit tyrānis.Animꝰ ī ſenectute ſedatis ꝑturbatiōibꝰ q̄s ſecū affert iuuētꝰ,ſegregatꝰ a corpe,diuina ꝓpius & aptiꝰ inſpicit. Innocētia ſola optimā ī poſterū ſpem aīo ꝓbet:vnicū vitę ſolamē.Vir ſanę mētis ad id ī primis pecunias eſſe vtiles iudicabit:vt qoqd vel deo vouerit:vel hoī ꝓmiſerit aliterq; debuerit:īpleat: neq; ob pauptatē adducatur,aut mentiri cuiq̄ aut vlla in re defraudare. Pecuniæ nāq; referendę ſunt ad iuſtitiā:Iuſtitia vero ad vitæ alterius præmiū. Sed anteq̄ diſputationē de iuſtitia ꝓſequamur,conſiderādum moneo ſingula ſub allegoria quadā a Platone diſponi. Primo quidē Cephalus ſenex.i.caput pręb;et diſputa-

tioni caput. Deinde Polemarchus,q̄d & nomē eius ſignificat,princeps.i.primus moderate pugnam
aggredit̄. Deniq; Thraſymachus.i.pugnator ferox agit aſperius. Socrates aūt.i.ſeruator potēs vbiq;
ab errore oēs,& iniuſtitia ſeruat. Sed allegoriā cōmentariis relinquētes,ad definitionē iuſtitię iā per-
gam⁹. Simonidē,Pittacum, Biantē,dixiſſe ferunt iuſtitiā eſſe vera fateri,ac debitū vnicuiq; reddere.
Q̄d quidē ita nōnulli interpretant̄. Simpliciter verū cuilibet aperire:& q̄d acceperis reſtituere. Id au-
tē ideo Socrates improbat quoniā inſano neq; omne verū patefaciendū eſt : neq; arma reddenda ſunt
quę ſanus dū erat apud te depoſuerat . Alii ſic exponunt. Dare vnicuiq; q̄d ſibi conuenit,ceu amicis
emolumentū,inimicis vero damnū:prodeſſe quidē bonis : malos autē lędere. Id iterū improbat̄:pro-
pterea ꝙ neminē vnq̄ lædere deceat. Quicunq; eīn aliquid lædit,idipſum ad opus ſuū propriāq; vir-
tutē deterius efficit,& ineptius. vt qui canē lædit:ad propriā canis virtutē reddit ineptū. Iuſtitia ve-
ro hominis virtus eſt. Quiſquis ergo lædit hominē:ad iuſtitiam facit deteriorē. At iuſtitia iuſtitiam
nunq̄ minuit,ſicut neq; muſica opus muſicæ deſtruit. Quāobrem nō eſt iuſtum aliquē lædere. Inter
hæc Thraſymachus:q̄d & alii multi alias,obiicit Socrati,ꝙ reſpondere nunq̄ velit: ſemp autē inter-
rogare. Te vero latere non debet multis de cauſis Socratē quęrere ſolitum ſemp potius q̄ docere. Pri-
ma, vt arrogantes admoneret in omni ętate diſcēdum eſſe potius q̄ docendū. Secūda,vt ſignificaret
veritatem mētibus per opportunā inquiſitionē ſegregatis a corpore atq; erroribus,ſtatim infundi di-
uinitus. Q̄d & Auicēna magnopere cōprobat. Tertia,vt oſtēderet rerū formas eſſe animis noſtris in-
genitas:ꝑ quas ipſa rerū veritas animis ꝑ interrogationē ad eas cōuerſis quādoq; ſubrutilet. Quarta
quo declararet humanā ſcientiā in negatione quadā falſi potius q̄ in veri affirmatione cōſiſtere. Ad-
ducitur deinde definitio iuſtitiæ a Thraſymacho,qualis & a Callicle in Gorgia: iuſtū eſſe q̄d eſt po-
tentioribus vtile. Semp enim potentiores dominari:atq; ad vtilitatē ſuam ferre leges ac ſubditos gu-
bernare. Tunc vero ſubditos iuſte agere:cū illis parent legibus,quę ſunt ad vtilitatē gubernantiū cō-
ſtitutæ. Socrates hunc ad contradictionē trahit. Quoniam poſſit princeps per ignorantiā mandare
quæ ſibimet ſint detrimēto futura. Quæ ſi obſeruet priuatus,tum iuſtus erit quia domināti pareat,
tum iniuſtus,quoniam agat contra dominātis vtilitatē. Addit artem quālibet abſolutam ideoq; mi-
nime indigam,in tractandis materiis:& hominibus,non ſuę,ſed rerum ſibi cōmendatarum vtilitati
conſulere:quaſi pupillis tutor,Medicus ægris,nautis gubernator : ſimiliterq; magiſtratum legiti-
mū ſubditorū vtilitati proſpicere. Siqua vero ars ceu medicina mercedem exigit,nō quatenus medi-
cina eſt:cuius finis eſt morbi curatio,quæſtum facit:ſed quatenus cū mercenaria quadā,& quęſtua-
ria cōmiſcetur. Artem ergo ciuilē omniū perfectiſſimā ideoq; minime indigētem atq; ſeruilē conſtat.
multo minus vtilitatis gratia gubernare. Mitto quæ Thraſymachus temere,& cū quadā ſuimet re-
pugnātia adducit contra iuſtitiam . Tu vero nota nō decere quēq̄,petere principatū,& magiſtratus
ambire. Itē,ſiquando bonorū virorum exiſtet ciuitas,non aliter pugnaturos gratia non imperandi q̄
nunc certent imperādi cupiditate. Tria vero nunc aduerte. Primū malos non eſſe admittēdos ad ma-
giſtratū. Scdm:Ciues nō malos:quo libenter graue onus gubernandi ſuſcipiant inuitandos:impoſi-
to quodā pręmio ſtipendii atq; honoris. Tertiū:probos hoīes qui neq; auaritia:neq; ambitiōe mouē-
tur:eo dūtaxat diſcrimine metuq; prouocari ad rēpu.oportere, ne videlicet ipſi deteriorū iniuſte gu-
bernationi ſubiiciantur. Plato diuinus intelligit,ſiquis vnq̄ alius:officiū gubernandæ patrię:ſi iuſtū
ſit,voluntariū eſſe debere. Sed probatiſſimi ciuis exemplo vult iniquā illorū arrogātiam improbare,
qui qualibet via ſemp ambiūt magiſtratus:dignitateſq; aucupātur . Qua vero ratione dignitatibus
ipſi digni fiant,oīno nō curant. Vult ergo id officiū voluntariū eſſe ſimul:atq; neceſſariū:vt vir pro-
batiſſimus libentiſſime patrię ſuæ ſuſcipiat gubernacula:ſed tunc ſolū id faciat:quādo neceſſitas po-
ſtulat:interea vero cōtemplationē pręferat actioni. Verū rebus quādoq; vrgētibus actionē circa pu-
blicū bonū ad tēp⁹ cōtēplatiōi ꝓprię anteponat. Id totū ex epiſtola Platonis ad Architā Tarētinū cō-
prehēdi planiſſime poteſt. Cōfutat̄ deinceps tyrānicū Thraſymachi dictū:iuſtitiā q̄dē in genere inſi-
piētię maliq;,iniuſtitiā vero ī genere ſapiētię boniq; collocās,q̄d q̄dē ideo falſum eſſe mōſtrat̄:q̄a quę-
libet ars,ſapiētia q̄dā eſt:atq; circa q̄ ſapiēs eſt circa eadē eſt & bona. Vir autē in quauis arte doct⁹ nō
plus alio docto in actiōe artificioſa quærit:immo pariter actionē exequi atq; ſimiliter . Et q̄uis doctū
adęquare tantū velit:indoctū tamē vult ſuperare. At indoctus temere nōnunq̄ plus ſibi aſſumere tē-
tat q̄ doctus ſimul:atq; indoct⁹. Illi ſimillimus eſt vir iuſtus nihil plus habere cupiēs alio iuſto:ſed ali-
quid tamē.i.virtutis plus iniuſto: Iniuſtus autē indocto ſimilis tā iuſto q̄ iniuſto plus habere cōten-
dit. Cōclude cōtra Thraſymachū:iuſtitiā q̄dē ad ſapiētię boniq; genus: iniuſtitiā vero ad genus inſi-
piētię maliq; referendā. Adde iniuſtitiā eſſe infirmitatis omniū cauſam. Nā in quolibet cœtu odiū &
diſcordiā pariēs,infirmiſſimū primo cœtū reddit:deinde diſſoluit. Eatenus vero cōſiſtere cœtus po-
teſt,quatenus nōnihil diſtributionis iuſtę ſeruat̄. Per iuſtitiā ergo conſiſtit,per iniuſtitiā vero diſſol-
uitur. Per illā & ſibi inuicē:& aliis eſt amicus:per hanc vndiq; inimicus. Q̄d autē in qualibet congre

gatione:idē & in quolibet animo iuſtitia:& iniuſtitia facit:vt iuſtus quidem ſecū ipſe conſentiat amicuſq; ſibi ſit:& hoībus:atq; ſuperis.Illi enī iuſtiſſimi ſunt:vt nō mirū ſit iuſtū illis ſimilē etiā amicum eſſe.Iniuſtus autē in his oīb⁹ oīno cōtra ſe habet.Pręterea res quęlibet ꝓpriū quoddā habet opus.Requirit quoq; virtutē ꝓpriā:quandā.ſ.facultatē per quā aptiſſime ꝓpriū ꝑficiat opus,ſine qua id efficere neqt.Cū igiť aīa ꝓprium quoddā habeat:ceu cōſulere atq; gubernare:multoq; prius & viuere:ꝓpriā quoq; virtutē exigit:ꝑ quā hæc cōmodiſſime ꝑagat:qua ſublata laborat.Virtus aūt aīæ iuſtitia eſt,iniuſtitia vero vitiū.Quapropter ꝑ iuſtitiā ꝑfecte cōſulit:& gubernat:viuitq; feliciter.Sublata vero iuſtitia,contra.His dictis primus liber cū quadā correptiōe cōcludiť.Nempe cū prius dicendū eſſet quid iuſtitia ſit q̄ qualis,factū eſt hactenus ecōuerſo:dū Socrates partim diſputātes ſequereť:partim ꝑ notiora principia diſputans,audientiū tum ingenio indulgeret,tum facultati cōſuleret.

REIPV.PLATONIS VEL DE IVSTO TRANSLATAE A MARSILIO FICINO FLORENTINO,AC LAVRENTIO MEDICI VIRO MAGNANIMO NVNCVPATAE,DIALOGVS PRIMVS.

PERSONAE DIALOGI.

SOCRATES.GLAVCO.POLEMARCHVS.ADIMANTVS.CEPHALVS.

SO.

DESCENDERAM Heri in Pirçum vna cū Glaucone Ariſtonis filio,vt & deam precarer:& celebritatē ſpectarē,quonā modo acturi eſſent,quę tunc primū agebant pulchra.Igitur mihi patria pōpa viſa eſt:ſed nihilominus,vt videbať,decens fuit ea quā Thraces mittebāt.Cū vero & preces egiſſemus,& ſpectaculo interfuiſſem⁹,in vrbē regrediebamur.Aſpexerat autē procul nos redeuntes domū Polemarchus Cephali filius:ſeruuluq; currentē nos ſiſtere iuſſit.A tergo igiť veſte me apprehēdēs ſeruus:Iubet vos inquit Polemarchus manere.Egoq; ad eum cōuerſus,vbinā ipſe eſſet,interrogaui.At te pone ſequiť inquit.Verum expectate.Expectabimus reſpondit Glauco.Ac pauloport Polemarchus venit:vnaq; Adimātus Glauconis frater,& Niceratus Niciæ filius,& alii cōplures:qui a pōpa venire videbanť.Igiť Polemarchus,videmini inqt o Socrates tanq̄ recedere velitis,ad vrbem accedere.Nō male inquā coniectas.Vides ne inqt quot ſumus?Quid ni?Aut ergo his fortiores eſſe vos oportet:aut manere.Vnū hoc ſubticetis īquā:vos videlicet miſſuros abire nos ſi ꝑſuaſerim⁹ dimittendos eſſe.Nunqd poſſetis ait ꝑſuadere non audientibus?Nequaq̄ reſpōdit Glauco.Perinde itaq; tanq̄ audituri nō ſimus,deliberate.Tunc Adimantus.Neſcitis veſperi facib⁹ curſuq; equorum deæ fore ludendū?Equorum curſu inquā?Nouum hoc certe:faces ne geſtātes,viciſſim illas ſibi inuicem tradent:equiſq; certabūt?An ita dicis?Ita prorſus.quare aut potentiores ſitis neceſſe eſt,aut hic maneatis.His Polemarchus addidit.Nocturna pręterea ſacra peragent digna certe conſpectu.Surgemus enī poſt cœnā:eaq; ſacra ſpectabimus:aderimuſq; illic iter multos familiares,& cōfabulabimur.Sed manete,neue aliter facite.Atq; Glauco,videť inquit manēdū eſſe.Verū ſi videtur inquā,ſic facere oportet.Profecti igiť ſum⁹ domū Polemarchi:ibiq; repperim⁹ & Euthydemū & Lyſiam Polemarchi fratres,Thraſymachū Chalcedoniū,Charmetidē Pęaneiū,& Clitophontē Ariſtonymi filiū.Erat & intus pater Polemarchi Cephalus,valde qdē ſenex,vt mihi videbať:diu nāq; eū nō viderā.Sedebat autē coronatus in quodā ceruicali:& ſede.In aula enī ſacrificauerat.Cōſedimus igiť iuxta eū pleriſq; ſedibus in orbē diſpoſitis.Quē primū itaq; me contēplatus Cephalus ſalutauit,dixitq;:O Socrates,raro admodū ad nos accedis,in Pirçū deſcēdēs.Oporteret autē.Nā ſi ego ī robore eo adhuc eſſem,vt in vrbē venire poſſem,minime opus eſſet,vt tu huc ad nos,ſed nos ad te tēderem⁹.Nūc autē te huc crebro aduētare decet.ꝑfecto quāto magis me corporis voluptates deficiūt,tanto cupiditas cōfabulādi,& voluptas quā ex ea re capio,augeť.Hoc igiť age,& vna cū iſtis iuuenibus huc ad nos veni tanq̄ ad amicos apprime familiares.Atqui inquā ego o Cephale valde qdē delector ſenilib⁹ ſermonib⁹.Videť enī mihi audire ab his oportere,q viā aliquā iā perfecerint:quę & nobis fortaſſe peragēda erit:q̄ aſpera:& difficilis:vel q̄ facilis ſit:& ꝑuia.Atq; ex te libēter audirē:quidnā de hac re ſentias:cū huc ętatis perueneris:qđ in limine ſenectutis eſſe poetę aiūt.Verū difficultatē vitę:vel quomodo ipm enuncies.Ego tibi per Iouē inquit dicā o Socrates qđ mihi videť.Sæpe cōuenimus plerīq; ferme æquales:antiquū illud ſeruātes prouerbiū.Plurimi ergo noſtrū in eo cœtu lamētanť:voluptatū qbus in iuuētute frui licuit:deſiderio affecti:& rem venereā & cōuiuia cęteraq; generis eiuſdē recordati:grauiterq; ferunt:tanq̄ maximis priuati rebus:& tunc quidē ſe bene vixiſſe affirmāt:nūc autē ne viuere quidem Nōnulli etiā domeſticorū cōuitia cōtumeliaſq; deplorāt:& in hoc ſenectutē maxime accuſant:tanq̄

Seniles ſermones libēter audiendi.

De cōqueſtu:& collaudatione ſenectutis.

maximorũ ſibi cauſam malorũ.Mihi autẽ huiuſmodi homines haud iure ſenectutẽ,vt horũ cauſam
culpare videtur.Nam ſi hæc cauſa eſſet,& ego eadẽ eſſem paſſus propter ſenectutẽ,& reliqui oẽs qui
ad id ętatis deuenerũt.Verũ ego etiã multos nõ ita affectos inueni:& cũ Sophocle nõnũq̃ fui poeta,
qui cũ a quodã quonam pacto in venereis ſe haberet interrogaretur:& an poſſet mulieribus admiſce
ri.Cui ille recte reſpõdit.Bona verba quęſo o amice:libentiſſime hæc tanq̃ furioſum agreſtẽq; domi
nũ aufugi.perbelle igitur & tũc illi reſpõdiſſe mihi viſus eſt,& nũc nõ minus.Omnino enĩ ab huiuſ
modi rebus in ſenectute multa pax ineſt & libertas.Quãdo enim deferbuerũt iam ceſſauerũtq; libidi
nes:omnino hoc Sophocleum accidit:nã a multis dominis & his inſaniẽtibus liberamur.Sed & horũ
o Socrates & eorũ quæ aduerſus familiares dicuntur,vna quædam cauſa eſt non ſenectus,ſed mores
hoĩm.nã ſi modeſti,& faciles ſint,haud nimis ſenectus his laborioſa cõtingit.Sin contra:& ſenectus,
& iuuentus o Socrates his difficilis.Tum ego mirifice his quę dicebat delectatus:pluraq; audire cu
piens,ita eũ ad reliqua prouocaui.O Cephale,exiſtimo profecto multos,cũ ita dicas,minime hęc ad
mittere.Verũ putare facile ſenectutẽ ferre te propter diuitias potius q̃ ꝓpter mores.diuitibus enim
multa ſolatia adeſſe dicũt.Vera inquit dicis.Non enĩ admittunt:& dicunt quidẽ aliquid:non tamẽ
quantũ dici poſſet.Verũ illud Themiſtoclis pulchre ſe habet:qui Seriphio cuidam ſibi per contume
liam obiicienti ꝙ nõ ꝓpter ſeipm̃,ſed eius patriã tantã eſſet gloriã cõſecutus,ita reſpondit.Equidẽ ſi
ipe Seriphius eſſem,in eadẽ gloria viuerẽ.Tu vero ſi Atheniẽſis,minime.Idẽ quoq; aduerſus eos,qui
cũ nõ ſint diuites,grauiter ſenectutẽ ferũt,dici poteſt:ꝙ neq; vir ipſe modeſt⁹ inique ſenectutẽ ferret
cũ paupertate,neq; ĩmoderatus cũ diuitiis facile.Verũ autẽ inquã ego,ex his quæ habes plura tibi a
maiorib⁹ relicta ſunt q̃ acquiſiſti an cõtra?Nõnihil acq̃ſiui inq̃t o Socrates.medius enĩ in pecunia ex
titi inter patrẽ & auũ.Auus nẽpe meus Cephalus tantũdẽ fere quantũ nũc mihi eſt,accipiẽs ſupra id
multũ accumulauit.Lyſanias autẽ pater minores etiã eas opes q̃ nũc ſint effecit.Ego aũt ſat habeo,ſi
nõ minores iſtis relinquo,ſed aliquãtulo maiores q̃ accepi.Hęc ego ideo interrogaui inquã:q̃m mihi
videbaris nõ multũ diuitias admirari:qđ quidẽ plurimũ ii faciũt qui eas nõ peperere.Qui autẽ illas
parauerũt,duplo magis q̃ alii amant.Quẽadmodũ enĩ & poetę poemata ſua,& filios patres diligunt
eodẽ modo qui acquiſiuere pecunias,illis ſtudẽt tanq̃ operi ſuo,non ad vſum neceſſitatẽq; vt alii.Ex
quo difficilis eorũ eſt familiaritas:cũ nihil aliud præter diuitias laudare velint.Vera inq̃t narras.Et
valde quidẽ inquã ego.Sed hoc etiã mihi declara.Quid boni maxime ex diuitiarũ poſſeſſiõe te exiſti
mas conſecutũ?Qđ inquit nõ multis forte perſuaderem ſi dixerim.Certo ſcias o Socrates ꝙ poſt q̃ eo
deuenit aliquis,vt breui iã moriturũ ſe opinetur,incidit in eũ timor,& cura quædã eorũ quæ in ſu
periori vita neglexit.Etenim fabulæ quę de inferis dicunť,quẽadmodũ eos q iniuſte egerũt,pœnas il
lic dare oporteat,irriſæ hactenus mouent tũc animum ne forte veræ ſint ſuſpicantem.Atq; ipſe ſiue
propter ſenectutis debilitatẽ,ſeu ꝙ alteri vitæ propinquior illa acutius inſpicit,ſolicitudinis & timo
ris plenus redditur:atq; reputat examinatq;,ſiquẽ iniuria aliqua affecerit.Qui ergo inuenerit mul
tas eius in vita iniq̃tates,ex ipſo ſomno tanq̃ pueri frequenter excitus extimeſcit:& peſſima in ſpe vi
uit.Qui autẽ nullius iniuriæ ſibi conſcius eſt,huic iucũda ſpes ſemꝑ adeſt,optima ſenectutis nutrix:
quẽadmodũ Pindarus ait.Scite nãq; ille o Socrates iſtud cecinit.Quicũq; videlicet iuſte ſancteq; vi
tã exigit,dulcis eũ ſpes comitatur cor nutriens,ſenectutẽq; fouẽs:quæ maxime hoĩm volubilẽ guber
nat animũ.Bene igitur & apprime mirandũ dicit.Ad hęc ego exiſtimo pecuniæ poſſeſſionẽ plurimi
faciendã eſſe nõ cuiuis homini ſed modeſto & ęquo.plurimũ ad id cõfert pecuniarũ poſſeſſio,vt quis
illuc intrepidus ꝓficiſcatur:cũ neq; inuitũ quẽpiam circũuenerit:neq; mẽtitus fuerit,neq; debeat vł
votas deo victimas,vel pecunias homini.Habet præterea & vtilitates alias,ac ſane permultas.Sed ſi
vnum vni conferatur o Socrates,nõ minimũ ego ponerẽ ad hoc homini mentẽ habẽti,immo pluri
mũ cõferre pecunias.Egregie loqueris inquã,o Cephale.Hoc aũt ipſum,iuſtitiã ſcilicet,verũ ita ſim
pliciter veritatem dicimus eſſe:& reddere qđ q̃s acceperit?vel hęc eadẽ facere,alias iuſtum,alias iniu
ſtum eſt?Qđ hinc apparet.Vnuſq̃ſq; enĩ diceret ſiq̃s ab amico ſanę mẽtis arma acceperit,idemve in
ſanus repetat:non oportere ea reddi:neq; iuſtũ eſſe eum qui reddat:vel rurſus homini ſic affecto ve
ra omnia dicat.Recte inquit loqueris.Non ergo hæc eſt iuſtitię definitio:vera dicere & depoſita red
dere.Recte nimiũ dicis o Socrates,ſermonẽ ſubiiciens Polemarchus inq̃t:ſiquid credere decet Simo
nidi.Hic Cephalus:Sermonẽ vobis trado inquit.Nam ſacra me curare oportet.Nunquid Polemar
chus inquã tibi hæres eſt?Et ille quidẽ arridens:eſt profecto inquit:& ſimul ad ſacrificandum diſceſ
ſit.Dic inquã igitur ſermonis hæres:quid recte dici de iuſtitia a Simonide aſſeris.Q;,ait,iuſtum eſt
debitum vnicuiq; reddi.Atq; hæc dicens recte loq̃ videtur.Atqui non facile inquã eſt fidẽ Simonidi
abnegare.Sapiens enim:& diuinus vir.Verum qđ dicit:tu fortaſſe intelligis o Polemarche.ego au
tem ignoro.Manifeſtum enim eſt:non hoc eum dicere qđ pauloante dicebamus:ſcilicet depoſitũ ali
cui non ſano repoſcenti reddere.Atqui debitum quodammodo eſt hoc:quod depoſitum eſt.Nonne?

Sophoclis pe bellũ reſpõſũ.

Modeſtia & ĩmodeſtia iuuenta eſt cauſa facilis & difficilis ſenectutis.

Partaꝫ q̃ poſſeſſarũ diuitiarũ amor maior.

Pidar⁹. Spes nutrix optima ſenectutis

Modeſtis hoĩbus plurimi faciendã eſſe pecuniam.

Iuſti definitio ex Simonide

PO.Certe.SO. Reddendũ autẽ,neq; tamẽ tunc quãdo aliquis nõ ſanus repetat.PO. Vera dicis.SO.
Aliud igitur q̃ hoc dicit Simonides:quãdo iuſtũ eſſe aſſerit debitũ reddere.PO.Aliud per Iouẽ.Ami
cis eñ putat amicos benefacere debere,non autẽ male. SO. Intelligo equidẽ ꝙ minime debita redde-
ret ille,qui ei a quo depoſitũ accepiſſet aurũ,redderet,ſiquidẽ retributio & receptio noxia foret:ami-
ci autẽ eſſent inuicẽ qui recipit & qui reddit.Nõne ſic dicere affirmas Simonidẽ?PO. Sic pr̃ſus.SO.
Quid autẽ inimicis reddẽdum eſt?qđ debitũ?PO.Omnino qđ illis debetur. Debetur aũt inimico vt
arbitror ab inimico qđ cõuenit,malum videlicet aliquid. SO. Ergo poeticis velaminib⁹ ſignificauit
Simonides qđ iuſtũ ſit.Iudicabat eñ vt apparet iuſtũ eſſe,tribuere qđ cuiq; conuenit.Hoc autẽ debi
tum appellauit. Verum quid putas ipſum dicturum,ſiquis eum roget?o Simonides quęnã facultas,
& quibus,& quid tribuens debitum & conueniens,medicina vocatur?Quid nobis reſponſurum exi
ſtimas?PO.Nẽpe quę corporibus medicamenta,cibos,potiones.SO.Atq; eodẽ pacto ſi idem percõte
tur quę ars & quibus & quid pręſtãs debitũ & conueniẽs,coquinaria noiatur,qđ illi potiſſimũ reſpõ
debit?PO.Quę ſuauia obſoniis condimẽta.SO.Age itaq; quę ars & quibus & quid tribuens,Iuſtitia
nũcupabitur?PO.Si ante dicta ſequi oportet,ea eſt iuſtitia quę amicis vtilitates,inimicis detrimenta
reddit.SO.Ergo bene amicos,male inimicos afficere iuſtitiã dicit.PO. Ita mihi videt̃.SO.Quis ma-
xime poteſt morbo laborãtes amicos bene afficere? Inimicos autẽ contra,& ad bonã valitudinẽ:& ad
malã?PO.Medicus.SO.Quis autẽ nauigantes ad maris periculum?PO.Gubernator.SO.Iuſtus ve-
ro in qua actione & ad qđ opus maxime poteſt amicis prodeſſe:inimicis nocere?PO. Impugnando &
propugnãdo,vt mihi quidẽ videtur.SO.Non ęgrotantibus o amice Polemarche,medicus eſt inuti-
lis.PO. Verũ dicis.SO.Non nauigãtibus,gubernator.PO.Certe.SO.Nũ igitur nõ pugnãtibus iu-
ſtus inutilis erit?PO.Haud hoc admitto equidẽ.SO. Vtilis igitur & in pace,iuſtitia.PO. Vtilis.SO.
Agricultura quoq; in pace vtilis.nõne?PO.Et hęc.SO.Ad fructuũ perceptionẽ.PO.Sane.SO.Et co
riaria.PO. Vtiq;.SO.Ad ſtructurã velut calceorũ.PO.Plane.SO.Quid autẽ de iuſtitia? Ad quẽ vſũ
aut quęſtum eam in pace vtilẽ dices? PO.Ad cõmercia Socrates.SO. Cõmercia vero dicis cõmuni-
cationes,vel aliud quid?PO.Iſtud ipſum.SO.Num igitur iuſtus bonus & vtilis erit in digerẽdis ta-
lis cõmunicator?An ille qui talo ludit?PO.Ille ꝑfecto.SO.Atqui in laterũ lapidũve ſtructura melior
& vtilior ſocius ipõ architecto iuſtus erit?PO.Minime.SO.Sed in qua cõmunione iuſtus melior erit
q̃ citharista cõmunicator:quẽadmodũ citharista iuſto in pulſandis chordis vtilior?PO.In argẽto vt
mihi videtur.SO.Non tamẽ o Polemarche ad vtẽdum argẽto:quãdo oporteret equos vẽdi argento
vel emi.Tunc ſane mango vtilior eſſet.An non? PO.Apparet.SO. Et quãdo nauigiũ,faber nauis,ſi-
ue nauta?PO. Videtur.SO.Ad quẽ igitur cõmunẽ vſum auri vel argẽti,iuſtus aliis eſt vtilior? PO.
Quando id deponere volumus,& ſaluũ eſſe o Socrates cupimus. SO. Nunquid dicis,quando nihil
oportet ipſo vti,ſed condere? PO. Prorſus.SO.Quãdo igit̃ inutile eſt argentũ,tunc vtilis in ipſo iu-
ſtitia?PO.Apparet.SO.Et quãdo falcẽ oportet cuſtodiri,iuſtitia vtilis eſt & priuatim & publice:quã
do autẽ vti,vinearũ cultura?PO.Patet.SO.Dices p̃terea cũ clypeũ & lyrã opus eſt cuſtodire,nõ autẽ
in vſum ꝓmere,vtilẽ eſſe iuſtitiã?Quãdo autẽ vti his volum⁹,tũc diſciplinã armoꝝ & muſicã eẽ vti
lẽ?PO.Neceſſe eſt.SO.Atq; de aliis oĩbus ſimiliter eſt dicendũ:Iuſtitiã ſcilicet in vſu rerũ inutilẽ eſſe:
quãdo vero nõ vtimur eſſe vtilẽ?PO.Apparet.SO.Nõ multo igit̃ ſtudio o amice digna eſt iuſtitia:ſi
tm̃ ſit ad inutilia vtilis. Verũ hoc cõſiderem⁹.Nõne q aptiſſimus ad ꝑcutiẽdũ eſt ĩ pugna ſiue pugili
ſeu q̃uis alia,idẽ quoq; & ad cauẽdũ?PO.Prorſus qdẽ.SO.Nũ igit̃ & morbũ qcũq; vitare & occulta-
re poterit,idẽ & inferre valebit?PO.Mihi qdẽ videt̃.SO.Atq exercitus ipſius idẽ optim⁹ eſt cuſtos,q
hoſtiũ & cõſilia & alias actiões furat̃.PO.Sic eſt ꝑfecto.SO. Cuiuſcũq; ergo qs apt⁹ eſt cuſtos,eiuſdẽ
& fur eſt apt⁹.PO.Apparet.SO.Ergo ſi maxime ſeruare argẽtũ poterit iuſtus,poterit & furari.PO.
Ita ratio iudicat.SO.Fur itaq; aliqs eſſe iuſt⁹ apparuit : videriſq; ab Homero didiciſſe.Ille eñ Auto-
lycũ maternũ Vlyſſis auũ admirat̃:eũq; affirmat pręcęteris & furto & iureiurãdo valere. Videt̃ igit̃
iuſtitia & ſcđm te & ſcđm Homerũ atq; Simonidẽ furatoria q̃dã facultas eẽ:ad emolumẽtũ qdẽ ami
corũ,detrimẽtũ inimicoꝝ.Nõne ita dicebas?PO.Minime ꝑ Iouẽ.ſed nõdũ noui qđ dixerim. Hoc eñ
mihi adhuc videt̃,ꝓdeſſe amicis iuſtitiã,inimicis obeſſe.SO.Amicos autẽ dicis tu eſſe,vtrũ eos q vnĩ
cuiq; boni vtileſq; vident̃,vel q ſunt:& ſi nõ videant̃?& inimicos eodẽ modo?PO. Decẽs eſt amare q-
dẽ quos bonos & vtiles qs putet:odiſſe autẽ,quos malos & inutiles arbitret̃.SO. Nõne ĩ hoc aberrãt
hoĩes?vt videant̃ multi ſibi boni & vtiles eſſe,cũ mali ſint & inutiles:multi aũt cõtra?PO.Aberrãt cer
te.SO.Iſtis igit̃ boni qdẽ inimici,mali autẽ amici.PO. Valde qdẽ. SO. Attñ iuſtũ tũc iſtis,malos qdẽ
iuuare,bonos aũt lędere.PO.Apparet.SO.Atqui boni qdẽ iuſti ſunt,taleſq; vt nihil ꝑpetrẽt iniuſte.
PO. Vera loq̃ris.SO.Scđm vero ſermonẽ tuũ eos q nulla iniuria afficiãt,iuſtũ eſt lędere.PO.Mini-
me o Socrates. praua eñ hęc oratio.SO.Iuſtũ ergo eos q ĩiuriant̃ lędere:iuſtos vero iuuare.PO.Pro-
babilior hęc orõ q̃ ſupior.SO.Cõtinget ergo multis eoꝝ q in iudicandis amicis errarũt,iuſtũ eſſe vt

amicos lędãt:mali eñ quãdoq; amici adſunt:atq; itẽ vt inimicis pſint,cũ quãdoq; ſint boni.Atq; ita cõtraria dicemꝰ eorũ,quę pferri a Simonide dicebamꝰ.PO.Ita prorſus accidet.Sed retractemus. Videmur eñ non recte amicũ inimicũq; poſuiſſe.SO.Quid hac ipoſitione dãnas Polemarche? PO. Q; diximus amicũ eſſe eũ q bonus & vtilis.SO.Quomodo id in pſentia corrigemꝰ?PO.Amicũ dicemus eũ q bonꝰ vtiliſq; & videat & ſit. Eũ vero q videat qdẽ,ſed nõ ſit,videri quoq; amicũ,nõ tamẽ amicũ eſſe. Atq; eadẽ ratio de inimico erit.SO.Amicus igit,vt videt,hac ratiõe bonꝰ erit:Inimicus autẽ malus.PO.Prorſus.SO.Iubes nos addere iuſto aliqd ad ea q̃ dicebamꝰ?Dicebamꝰ porro iuſtũ eſſe amico pdeſſe,inimico nocere.Nũc aũt vis dicamus iuſtũ eſſe,vt amicũ qui bonꝰ eſt,iuuemus:inimicũ q malus eſt,cõtra lędamus?PO. Perpulchre mihi qdẽ hoc pacto dici videt.SO.Eſt igit viri iuſti aliquẽ hominũ lędere.PO.Decet ſane prauos & inimicos lędere.SO.Detrimẽto affecti equi,meliores ne an deteriores fiunt?PO.Deteriores.SO.Num ad canũ virtutẽ,an ad equorũ potius?PO.Ad equorũ.SO. Nõne & canes lęſi deteriores ad canũ nõ ad equorũ virtutẽ efficiunt?PO.Neceſſario qdẽ.SO.Hoĩes itaq; o amice detrimẽto affectos,nõne peiores ad virtutẽ hoĩm iudicabimus?PO.Oĩno.SO.Atqui iuſtitia nõne humana virtꝰ eſt?PO.Eſt plane.SO.Neceſſe itaq; erit lęſos hoĩes:iniuſtiores fieri.PO.Videt.SO.Poſſunt ne muſici ipſa muſica aliquos muſicos reddere?PO.Nequaq̃.SO.Nunqd & equites equeſtri,ab equeſtri peritia alienos?PO. Non licet.SO. An iuſti viri iuſtitia ipſa iniuſtos?Et ad ſummã,virtute ipſa boni malos facere poſſunt?Nõ certe. Non eñ caloris exiſtimo opus eſſe frigidũ aliqd reddere,ſed cõtrarii.PO.Sic ẽ.SO.Neq; ſiccitatis humidũ,ſed cõtrarii.PO.Valde qdẽ.SO.Neq; igit boni lędere eſt,ſed eius contrarii.PO.Videt.SO. Iuſtus autẽ bonꝰ.PO.Oĩno.SO. Nõ igit iuſti opus eſt o Polemarche nocere vel amico vel alteri cuiq̃,ſed cõtrarii eiꝰ iniuſti.PO. Veriſſima loq videris o Socrates.SO.Siqs ergo iuſtũ eſſe dixerit debita cuiq; tribui:deberi aũt intellexerit inimicis a iuſto dãna,amicis vtilitatẽ,haudquaq̃ ſapiẽs iudicãdus.Neq; eñ vera hęc. Cõſtitit n.aq; nullo modo iuſtũ eſſe,quẽq̃ lędere.PO.Fateor eqdẽ. SO. Pugnabimus itaq; vna ego ac tu ſiqs hoc aſſerat vel Simonidẽ, vel Biantẽ dixiſſe,vel Pittacũ,vel aliquẽ aliũ ſapientũ beatorũq; virorũ.PO. Eqdẽ pugnare tecũ vna aduerſus eũ paratꝰ ſum.SO.Sed noſti cuiꝰ mihi eſſe hęc ſentẽtia videat,qua iuſtũ aſſerit pdeſſe amicis,inimicis obeſſe?PO.Cuiuſnã? SO.Periandri eſſe exiſtimo,vel Perdicę,vel Xerſis,vel Iſmenii Thebani:aut alterius cuiuſdã opulẽti viri,maxima ſe poſſe putãtis.PO. Vera nimiũ loqueris. SO.Poſtq̃ hoc minime apparet aut iuſtitia eſſe,aut iuſtũ,qd aliud hoc eſſe qs dixerit?Thraſymachus autẽ ſępiꝰ diſputãtibꝰ nobis cõtradicere cõcupiuerat:ſed a pſentibꝰ q nos audire deſiderabãt,phibitus acquieuerat.Poſtq̃ vero finẽ dicẽdi fecimꝰ,atq; ego hæc dixi,nõ vlterius ſe cõtinuit:verũ ſeipm colligẽs tãq̃ fera qdã in nos ipetũ fecit,quaſi nos ptinus diſcerpturus.Itaq; ambo,ego atq; Polemarchus exterriti ſumus.Ille vero exclamauit:q̃ vos nugæ hactenus o Socrates occuparũt?Quidve inuicẽ inſanitis,vobis ipſis ſuccũbẽtes! Q; ſi reuera noſſe cupis iuſtũ qd ſit,ne interroga ſolũ:neue vincere cõcupiſce reprehẽdẽdo,poſtq̃ tibi reſpõſum fuerit,aĩaduertẽs facilius eſſe interrogare q̃ reſpõdere.Sed tu ipe reſpõde qd eſſe iuſtũ exiſtimes:neq; mihi dicas qđ decens ſit,neq; qđ vtile,neq; pficuũ,neq; conducibile,neq; cõferens: verũ plane & pſpicue mihi ediſſere qdnã dicas. Neq; eñ admittã,ſi huiuſmodi nugas induxeris.Hæc ego audiẽs,exterritus ſum:& ipm aſpectãs phorrui:atq; vt arbitror niſi prior eũ aſpexiſſem q̃ ipe me,mutus penitꝰ euaſiſſem.Nũc quãdo ofone ipſa exaſperari cœpit,reſpexi ad eum prior:quocirca reſpõdere illi potui:ſubtremiſcenſq; dixi: O Thraſymache,ne nobis ſæuias. Si eñ in ſermonis inueſtigatiõe lapſi ſumꝰ egoq; & hic,p certo habeto iuitos erraſſe nos.profecto ſi aurũ rimaremur,nunq̃ ſpõte ita ſuccũberemꝰ inuicẽ ingrẽdo vt inuẽtionẽ ipediremꝰ.Quare ne exiſtimes,cũ in pręſentia iuſtitiã pſcrutemur,rẽ auro mlto ptioſiorẽ,vſqueadeo inuicẽ nos ignaue cõcedere vt nõ oĩ ſtudio annitamur,quo ipam plane cõperiamꝰ.Sed vt puto eã aſſeq nõ valemꝰ. Quapropt niſi multo magis vos ſapiẽtes miſereri decet,q̃ vrgere. Tũc ille hęc audiens,valde Sardonice profuſeq; riſit:& o Hercules inqt,hęc illa ſolita eſt Socratis ironia. Verũ hęc ego cognoui atq; pdixi: q; tu reſpõdere qdẽ nolles,ſed ironia potiꝰ vtereris: & deniq; oĩa faceres potius q̃ interrogãti cuiq̃ reſpõderes. Sapiẽs inquã es o Thraſymache,recteq; noſti q; ſiquẽ interrogares,quot duodecim ſunt,iterrogãſq; pdiceres ne mihi dicas amice duodecim eẽ biſſex,neq; ter quatuor,neq; ſexies duo,neq; quater tria:alioqn minime huiuſmodi nugas admittã:nemo tibi ſic iterrogãti reſpõderet.At ſi tibi dixerit:quõ o Thraſymache dicis,ne reſpõdeã eoꝝ q̃ pdixiſti qcq̃! Vtrũ o mirabilis vir,neq; etiã ſi horũ aliqd eſt.xii.illud reſpõdeã,ſed alienũ qddã a vero! Vel quo pacto id ais?Quid tu illi ad hęc?THRA.Q; hoc illi ſimile? SO. Nihil phibet. Q;uis eñ ſimile nõ ſit,ſi tamẽ iterrogato illi ſimile videat,putas ne illũ minus ex hoc qđ ſibi videbit reſpõſurũ:ſiue nos iterdicamꝰ,ſiue nõ? THRA.Sic & tu facies?& aliqd eoꝝ q̃ interdixerã,reſpõdebis?SO.Haudquaq̃ admirarer,ſi ingrẽti mihi ſic videret.THRA.At ſi ego aliã reſpõſionẽ de iuſtitia demõſtrauero pter oẽs iſtas,iſtiſq; meliorẽ,qua te dignũ pœna putabis?SO.Quã alia,q̃ ea quę cõuenit ignorãti?Cõuenit autẽ vt a docto diſcat.& ego igit hoc pati me dignũ exiſti

Iuſti opus nõ eſſe nocere alicui.

Sardonice ridere.

Pœna quę cõuenit ignoranti.

mo.THRA. Q; facetus.verũ prater hoc ꝙ diſces, pecuniã etiã tribues.SO. Cum videlicet aderit.
GLAV.Immo vero adeſt pecunia.Dic iã Thraſymache:neq; eñ deerit argentũ.Quinetiã nos oẽs ꝑ
Socrate iſto ſpõdemus.THRA. Ita ꝑſus exiſtimo,vt ſuã Socrates ſeruet conſuetudinẽ,nihil reſpon
deat,ſed reſpõdentis orationẽ accipiens rep̃hẽdat. SO. Quonã pacto vir optime reſpõdere qs poſſet,
primo qdẽ q neq; ſciat neq; ſcire ſe p̃dicet:deinde ſiqd de his exiſtimet,tñ a viro nõ mediocris auctori
tatis ꝓhibitus ſit ꝗ exiſtimat dicere?Sed te magis ęquũ eſt dicere.ꝓfiteris eñ ſcire,licetq; tibi diſſere
re.Gere igiṫ mihi morẽ:neq; inuideas Glaucon ĩſtũ alioſq; docere.Hæc ego cũ dicerẽ:Glauco cęte
riq; hoc idẽ ipm̃ orabãt.Eratq; manifeſtũ Thraſymachũ maxima cupiditate dicẽdi affici vt ſe oſtẽta
ret.Arbitrabaṫ eñ habere optima ꝗ reſpõderet:verũ ſimulabat inſtare vt ego reſponderẽ.Tãdẽ vero
uentu difficilia fore.GLAV.Forte nō ſunt difficilia.SO.Quid nobis pręterea diſtinguendū? Non
ne horū oīm,qnā imperare debeant,q parere?GLAV.Cur nō?SO.Cōſtat qdem ſeniores imperare
oportere,iuniores ſubeſſe.GLAV.Conſtat pfecto.SO.Et hoc liquet ex his eſſe optimos eligendos.
GLAV.Liquet certe & iſtuc.SO.Agricolarū optimi nōne hi ſunt:qui maximā agrorū habent co
lendorū peritiā?GLAV.Prorſus.SO.Nūc aūt cū ex cuſtodibus optimos eligi oporteat,nonne eos
qui maximā cuſtodiēdę ciuitatis peritiā habēt?GLAV.Eos plane.SO.Prudentes ergo ad hoc eſſe
eos oportet,potēteſq;:& qui Reip.curā habeāt.GLAV.Et ita.SO.Curat aūt quiſq; maxime id qđ
maxime diligit.GLAV.Neceſſe eſt.SO.Atq; hoc diligit maxime cui cōferre eadē ac ſibi exiſtimat
& ex cuius felicitate vel infelicitate ſuā arbitrať felicitatē infelicitatēve pēdere.GLAV.Sic eſt.SO.
Eligendi igiť ex oībus cuſtodibus hi maxime qui nobis cōſiderantib⁹ videanť p omnem vitā ſum-
mo ſtudio ea facere,quae e Rep.eſſe ducūt:quę vero contra,cauere.GLAV.Cōmodiſſimi certe hi
ſunt.SO.Obſeruandi itaq; ſunt,vt arbitror,in ſingulis ętatibus,vtrū praeceptū hoc ſeruēt,neq; tā
q̄ praeſtigiis quibuſdā decepti,neq; vi vlla cōpulſi,ſuiq; ipſorū obliti eiiciāt eā opinionē qua ea ſo-
la cēſeńt agēda,quę ſunt optima Reip.GLAV.Quā eiectionem dicis?SO.Dicā tibi.videť mihi opi
nio mente exire,vel ſpōte,vel inuite.Sponte quidē falſa,in eo qui dedidiſcit falſa,vera diſcit.Inuite au
tē,vera queq; opinio.GLAV.Qđ de volūtario exitu dicis,ītelligo:qđ aūt de inuito,diſcere cupio.
SO.Nōne putas bonis hoīes inuite priuari:malis aūt ſpōte? An nō mētiri,verūq; neſcire malū eſt,
vere aūt iudicare bonum? Nonne opinari ea quę ſunt,vere putare tibi videť?GLAV.Probe loque
ris:mihiq; videntur homines inuiti vera opinione priuari.SO.An non vel ſurreptione,vel dece-
ptione,vel vi hoc patiuntur?GLAV.Neq; iſtud intelligo.SO.Tragice porro loqui videor. Surri-
pi enim opiniones iis dico,qui ſententiam mutant,vel ſenſim tempore obliteratā,vel clam aduerſa
ratione ſubtractā.Nūc intelligis?GLAV.Intelligo equidē.SO.Vim autem illis inferri,quos dolor,
cruciatus,aliter ſentire cogunt.GLAV.Iſtud intelligo equidem,ac recte dicis.SO.Subduci autem
quaſi praeſtigiis eos,vt arbitror,tu quoq; diceres,qui priorē depoſūt opinionē,vel voluptate per-
mulcti,vel metu perterrefacti.GLAV.Videntur ſane quęcūq; decipiunt,praeſtigiis nos ſeducere.
SO.Quod igiť nuper dicebam,quaerendum eſt:quinam conſtantes ſeruatores ſint eius quę apud
ipſos eſt,ſententiae,id videlicet ſemper agendum eſſe,quod Reipub.conducere arbitrantur.Obſer-
uandi ſunt igitur ſtatim a pueritia,eaq; illis opera proponenda,ex quibus aliquis maxime praece-
ptum illud obliuiſci,fallīq; poſſit.Atq; is qui ſeruat illud memoriter,neq; ſubducitur,eligendus:
qui contra,abiiciendus.an non?GLAV.Certe.SO.Ergo & labores & dolores illis & certamina
opponenda:in hiſq; haec eadem obſeruanda.GLAV.Scite.SOCRA.Nonne ſecundum ſpeciem il-
lam tertiam,hoc eſt quaſi quandam praeſtigiorum hallucinationem pugnādum eſt? & quemadmo
dum qui inſpicere cupiūt nūquid pulli pauidi ſint nec ne,ad ſtrepitum illos,& tumultum ducūt
ſic iuniores in terribilia quaedā impellendi,atq; item oblectamenta:in hiſq; multo magis q̄ igni au
rum examinandi?vt ita comperiamus,ſi extet aliquis inter eos qui non facile irretiatur,ſitq; com-

poſitꝰ ĩ oĩbꝰ:ſuiipſiꝰ custos optimꝰ,& eiꝰ quã didicit muſicę,cõſeruator, cõcinnũq; & cõſonũ ſe in
his oĩbꝰ ꝑbeat.Qualis vir eẽt & ſibi & patrię vtiliſſimꝰ.Atq; is q ſinglis ętatibꝰ ſemꝑ pueritia:ado
leſcẽtia,natura,ętate,ꝓbatꝰ eſt:& ĩmaculatꝰ exiſtit,custos & prĩceps ẽ ciuitatis cõſtituẽdus. Hono
res huic tribuẽdi & viuẽti & mortuo ſepulchroꝝ & aliorũ monimẽtoꝝ maxima munera ſortiẽti.
Qui vero talis non ſit,abiiciendus eſt.Huiuſmodi igiť o Glauco delectus & inſtitutio principũ &
custodũ eẽ debere mihi videť:vt ſummatim potiꝰ q̃ exacte ſit dictũ.GLAV.Idẽ & mihi videť.SO.
Igiť veriſſime vocabunť hi qdẽ custodes oĩ ex pte,tã externorũ hoſtiũ,q̃ internoꝝ amicoꝝ:vt iſti
nolint,illi nequeãt malũ aliqd machinari.Iuuenes aũt quos pauloaſi custodes noĩabamꝰ,recte auxi
liarii defenſoreſq; iſtitutionũ ipſoꝝ prĩcipũ appellabunť.GLAV.Sic & ipſe ſentio.SO.Quis itaq;
modꝰ erit quo ex his mẽdaciis q̃ aliquãdo decẽt,quẽadmodũ & nos in ſuꝑioribꝰ generoſum qddã
mẽtiẽtes ĩduximꝰ:ꝑſuadeamꝰ priꝰ qdẽ prĩcipibꝰ:ſin minus,ſaltẽ reliqs ciuibꝰ:GLAV.Quale iſtuc
ais:SO.Nihil noui eqdẽ ſed Phoeniciũ qddã:qđ añ qdẽ apud multos factũ ẽ,vt poetę dixerũt:& ꝑ
ſuaſerũt.noſtris vero tꝑibꝰ minime:nec ſcio,ſi futurũ vnq̃.Perſuadere certe eſt arduum. GLAV.
Q̃ pigre ad dicẽdũ videris accedere.SO.Videbor eqdẽ tibi poſtq̃ dixero valde decenter pigreſce
re.GLAV.Dic age:nec timeas.SO.Ecce iã dico,q̃q̃ neſcio qua audacia qbuſq; verbis fretꝰ dicã:ac
q; aggrediar primũ ipſis prĩcipibꝰ & militibꝰ ſuadere:deĩceps aũt & reliqs ciuibꝰ:q; ea qbus nos ip
ſos enutriuimꝰ:erudiuimuſq; tãq̃ ſomnia viſi oĩa ſũt circa ſeipſos habere.Erãt aũt tũc reuera ſub
terra,intus formati & enutriti ipſi,& arma eoꝝ,& ſupellex oĩs.Poſtq̃ vero oĩno ꝑfecti fuerũt,terra
ĩpſos vt mater eduxit.Et nũc qdẽ tãq̃ matri ac nutrici,regioni huic ĩ qua ſunt,cõſulere debẽt,atq;
ſuccurrere:ſiqs eã inuaſerit:deq; cęteris ciuibꝰ tãq̃ de fratribꝰ terra genitis,cogitare. GLAV.Nõ
fruſtra olim erubeſcebas hoc mẽdaciũ dicere.SO.Decẽter admodũ:ſed audi iã reliquũ fabulę.Eſtis
vtiq; oẽs in ciuitate tãq̃ fratres,vt ipſi dicemꝰ,ad eos cõfugiẽtes.Sed cũ deꝰ nos formaret,qcũq; ve
ſtrũ ad iperãdũ idonei nati ſunt,aurũ ĩ eorũ gñatiõe ipis admiſcuit:ꝓpter qđ honoratiſſimi ſunt.
Illis aũt q ad auxiliãdũ,argẽtũ indidit.Ferrũ deniq; atq; ęs,agricolis & aliis opificibꝰ.Tãq̃ igiť eiuſ
dẽ gñis oẽs,ſimiles vobis plurimũ generatis.Euenit aũt qñq;,vt ex aureo naſcatur argẽteus:& ex
argẽteo ſimiliter aureus:cęteraq; ita viciſſim.Quapropter ipſis prĩcipibꝰ & prio & maxime deus
ꝑcipit:vt nulliꝰ rei maiorẽ curã custodiãq; ſuſcipiãt q̃ natorũ:vt dignoſcãt qđ ex quatuor his po
tiſſimũ,illoꝝ aĩs ſit imixtũ:& ſiqs ex ipſis naſcať ęneus aut ferreus,nullo pacto miſereanť:ſed hono
rẽ illi naturę cõueniẽtẽ tribuẽtes,iter opifices vel agricolas mittãt.Rurſuſq; ſi ex illis naſcať aliqs
aureus vel argẽteus,honorãtes extollãt ꝑim qdẽ ĩ custodes,ꝑim auxiliarios.Quaſi oraculum ſit,
tũc Rẽp.periturã,cũ ipſam vel ęneus custos vel ferreus gubernabit.Habes ne quõ huic fabulę fidẽ
adhibeãt:GLAV.Nullo modo,quo pacto iſti:quo aũt mõ iſtoꝝ filii ac reliq poſteri,habeo.SO.At
hoc bñ ſe haberet ad maiorẽ curã ſui,& ciuitatis habẽdã.GLAV.Ferme qđ dicis intelligo.SO.Et
hoc qdẽ illuc tẽdet,quo oraculũ ꝑducet.Nos aũt hos terra genitos armãtes ducẽtibꝰ principibus
ꝑducamꝰ.Profecti aũt explorẽt,vbinã in ciuitate ſit optimũ caſtra ponere:vñ & eos q intus ſunt,
maxime cohibeãt,ſiqs nolit legibꝰ ipſis obtẽperare:& eos q extra,repellãt,ſi hoſtes,tanq̃ lupus ad
ouile,perrexerit.Cũ vero caſtra poſuerint,& qbus oportet ſacrificauerint,tabernacula ſtruant.Sic
ne:an aliter:GLAV.Sic certe.SO.Nũ hmõi q̃lia contra hiemes & calores ſufficiãt:GLAV.Quid
ni:habitatiões ei dicere mihi videris.SO.Sic aio,ſed militares nõ opulẽtas & mercatorias.GLAV.
Quo differre aſſeris hoc ab illo:SO.Conabor eqdẽ declarare.Grauiſſimũ qppe oĩm,& turpiſſimũ
paſtoribꝰ eẽt,ſi eos atq; ita canes gregis custodes futuros nutrirẽt,vt ex itẽperãtia aut ex fame aut
ex aliqua alia mala cõſuetudine:canes ipſi aggredianť pecuaria lędere:& ꝓ canibꝰ ſimiles lupis effi
ciãť.GLAV.Graue nimiũ.SO.Oĩno itaq; nobis cauẽdũ neqd tale aduerſus ciues efficiãt:q defen
ſores adhibenť:cũ ipſis valẽtiores ſint:neq; beneuoloꝝ loco ſociorũ,agreſtibus dñis ſe ſimiles præ
beant.GLAV.Cauendũ ſane.SO. Nõne maxima eſſet adhibita cautio ſi reuera præclare educati
ſint:GLAV.Sunt qdẽ.SO.Hoc qdẽ o amice Glauco aſſeuerare non decet.qđ aũt nuꝑ dicebamus:
nimirũ decet:q; oportet ipſos rectã ſiqua eſt,cõſequi diſciplinã:ſi modo mites futuri ſunt & ſibi i
uicẽ & his quos custodiunt.GLAV.Et recte qdem.SO.Ad hãc igiť diſciplinam quiſq; ſanę mẽtis
diceret,habitationẽ & reliquã ſupellectilẽ ita adhibendã,ne ipſos quo minus optimi viri eſſent,ꝓ
hiberet:neq; eos ad cæteros ciues lędendos induceret.GLAV.Et vere quidem.SO.Inſpice igitur
an tali quadam ratione eos oporteat & viuere & habitare,ſiquidem futuri ſint tales.Primo quidẽ
nemo proprium quicq̃ poſſideat,niſi quatenus ſumma cogat neceſſitas.Deinde neq; domum neq;
penu habeant:quo non omnibus pateat aditus.Quæ vero ad victum pertinent,tãta ſint apud eos
quantis indigent militares Athletę:tẽperati ac fortes:accipiantq; ex inſtituto ab aliis ciuibus mer
cedis tãtũ custodiæ gratia,vt exacto anno,neq; deſit qcq̃,neq; ſuperſit.Cõferẽtes aũt ſe ad comeſſa
tiones ꝑinde atq; in caſtris,cõi veſcanť cõuiuio.Dicẽdũq; eſt illis:aurũ & argẽtũ diuinũ a diis ĩ aĩo

eos habere:neq; humano auro indigere:neq; ſanctũ eſſe,illius poſſeſſionẽ admixtione mortalis au-
ri inquinare.Nẽpe ex vulgi pecuniis multa impia ꝓuenerũt.qđ vero ineſt illis aurũ,prorſus imma-
culatũ.Profecto ſolis ipſis ex oĩbus qui ſunt in ciuitate,tangere aurũ aut argẽtũ:aut ſub tecto ſuo
recipere:aut circũferre vel ex ea materie bibere,nefas.Hoc ergo pacto & ſibi & ciuitati ſalutẽ pare
rent. Siqñ vero domũ ſibi aut agrũ aut pecuniã priuatim poſſederint:adminiſtratores familiæ:&
agricolę pro cuſtodibus erunt:& vice eorum qui ciuibus auxilio ſint,domini eorum infenſi efficiẽ
tur.Et ipſi odio habiti,odioq; alios habentes,& inſidias parãtes,pariterq; patiẽtes vitã vniuerſam
degent.Vbi multo magis ciues q̃ externos hoſtes timebunt:accedentq; iam tũc proxime ad per-
niciẽ tam ipſi q̃ reliqua ciuitas.Horũ igitur omniũ cauſa dicamus cuſtodes ipſos circa domum &
reliqua omnia,ita inſtructos eſſe debere.Hæcq; lata ſit lex.an non? GLAV.Sic eſto.

Argumentum Marſilii Ficini in Dialogum Quartum de Iuſto.

TRADITVR IN QVARTO Libro modus poſſeſſionis atq; ciuitatis:vt neq;
diuites nimium ciues ſint neq; pauperes. Putat enim tam ex nimia copia q̃ in-
opia ſeditiones oriri,ciuitatẽq; diſſipari.Iudicat præterea ciuitatem illã non eſſe
vnã,ſed plures:ĩ qua alii quidem pauperes ſint:alii vero diuites:atq; vt fieri ſo-
let,diuites cõtemnãt pauperes:hi vero erga illos,& inuidia afficiantur,& odio.
Vñ ſenſim deſcẽdit ad myſteriũ ſuũ,vt oĩa videlicet ſint cõmunia:ne alii minus
alii vero plus habeãt:& inde inuidiæ,mendacia,furta:& hinc luxuria,ſuperbia,
pigritiaq; naſcant̃.Adde ꝙ poſſeſſio rerũ tã excedẽs q̃ deficiẽs,nõ ſolũ moribus & cõcordię,ſed in-
genio etiã & artibus obeſt.Docet nõ diuitiis ſed virtute ſeruari ciuitatẽ,magnaq; gerere.Itẽ quali-
bet ciuitatis partẽ nõ ita diſponendã eſſe,vt in ſeipſa q̃optime habere ſe videat̃:ſed vt cunctis cõ-
ferat,cõmuniq; ciuitatis totius cõducat bono.Alioquin neq; ciuitatẽ ipſam,neq; partes vllas poſ-
ſe cõſiſtere.Addit præterea ciuitatis augendę modũ,quatenus ſcilicet ciuitas vna ꝑmaneat.At cũ
primũ perdi vnitas poſſe videt̃,nõ eſſe vlterius augendã.Præcipit ergo,vt neq; exigua,neq; vaſta
ſit ciuitas,ſed mediocris æqualiſq; & concors:quo eius vnitas conſeruetur. Quoniam vero meſ-
ſem fruſtra ſperat q negligẽs fuit in ſeminãdo,icciroo totũ ſtudiũ circa pueritiã adoleſcẽtiãq; adhi-
bẽdũ eſſe iudicat,quaſi circa meſſis vrbanę ſementẽ,adeo vt etiã verborũ,ludorũ,geſtuũq; ſingulo-
rũ ratio diligens circa pueros adoleſcẽteſq; habeatur.Alioquin ſi negligatur hęc ætas,nõ aliter cir-
ca leges quotidianas fruſtra laboratũ iri,q̃ ſiquis pharmacis eũ quotidie curare cõtẽderit,qui nul-
lũ ſeruare velit in victu tẽperantię modũ.Inter hæc cõſidera ludos in ſtudia ſenſim,moreſq; con-
uerti.Itẽ ſicut homini & natura robuſto,& victu prudenti,atq; tẽperato nullis pene vnq̃ opus eſt
medicinis:ita ciuitati & optime ab initio conſtitutę,& in ea forma ꝑſeuerãti,neq; multis ab initio
legib⁹,neq; quotidianis deinceps cõſtitutionib⁹ opus eſſe.Malas vero reſpublicas,in quotidiana q-
dẽ ꝑ nouas leges curatiõe verſari,nũq̃ vero bñ valere.Quapropter in hac Rep.tãq̃ optima Plato
nullũ circa leges adhibuit ſtudiũ,ſperãs prudẽtes bonoſq; viros leges eẽ viuẽtes.De legib⁹ vero ſa-
cris qđ? Multo certe minus in his cenſuit laborãdũ.Nemo eñ qua ratiõe colẽdus ſit deus itelligit
vnq̃:niſi prius intelligat deũ.Diuinũ vero ſolẽ niſi ipo diuino ſole ſe mõſtrãte videre nõ poſſum⁹
Petẽdas ergo religiõis leges ab Apolline.i.diuino lumine indicat:petẽdas inquã,nõ lingua,ſed pur-
gata mente,atq; ſerena.Mitto qđ hic de hiſtoria tãgat oraculorũ.Hęc eñ notiſſima ſunt.Allegori-
cę vero ſignificat Apollinẽ.i.diuinũ lumẽ ſedere.i.firmiter adeſſe medię terrę:id eſt vbiq; rerũ oĩm
penetralibus.In vmbilico cõquieſcere.i.in mẽte a ſenſibus ſegregata,atq; inſtar figuræ motioniſq;
ſphęricę in ſe reflexa.Pręterea Apollinẽ oĩbus eſſe patriũ:id eſt præſentẽ & familiarẽ,atq; propitiũ
patrẽ qdẽ naſcẽtib⁹,patriã deniq; reuertentibus. Cõſtituta vero Rep.deinceps quatuor in ea vir-
tutes agnoſcit:Prudentiã in principibus:id eſt recte cuſtodiẽdi cõſultãdiq; ſciẽtiã.Fortitudinẽ in
militibus:id eſt firmã ſentẽtiã inuictis tã illecebris q̃ minis audẽdi pro patria in periculis,quaten⁹
leges magiſtratuſq; pręcipiunt.Temperantiã in principib⁹ ſimul & militib⁹,atq; artificibus:id eſt
cõſenſionem quãdã qua libenter cũcti cõueniunt,vt alii qdẽ imperent,alii pareant:& inter eos q
parent,alii qdem in bello,alii in opificio pareant:neq; ob voluptates vllas cõſenſio talis impediatur
immo cupiditates inferiorũ,ſuperiorũ iperio cõſilioq; obtemperent.Iuſtitiã quoq; in oĩbus:ꝑ quã
ſuũ quiſq;,id eſt ad qđ & natura & ſtudio eſt aptiſſim⁹,opus munuſq; exequit̃ tã publice q̃ priua-
tim cõmunis cõmodi gratia:neq; quiſq̃ ſibi vendicat alienũ.Q; autem temperantiam appellauit
diapaſon harmoniã,intellige diapaſon cõſonantiã reſultãtem ex dupla tenſionis,velocitatis,vehe-
mẽtię proportione ad id qđ duplo remiſſius eſt,tardiuſq;,& lenius.Ex qua quidẽ proportione du-
pla conſurgit acutę:id eſt octauę vocis exceſſus ad grauem.nec immerito.Prima enim proportio
dupla inter duo eſt & vnum.In qua quidem proportione binarius numerus,dũ ſuperare videtur

vnū recreat,& geminat vnū.Binarius deinde dū mouet ac reuoluit in ſeipſm,octo pducit numerū ſolidū.Bis em̄ duo bis,octo cōficiūt.Dicit aūt diapaſon.i.per oīa.Cōſonātia em̄ eiuſmodi,& oēs in tra ſe cōtinet,& replicat in oībus.Nec ab re Plato inqt temperantiam quaſi diapaſon extendi per ſummos ciues īfimoſq; & medios.In octaua em̄ & grauis vox,& acutiſſima eſt.ſunt & medię.Sed vt ad iuſtitiā redeamus: quēadmodū in diapaſon cōſonātia vox octaua cū graui adeo cōſonat,vt q̄ vox gemina eſt appareat vna,ſic in bene cōpoſita ciuitate tēperātię grauitas cū iuſtitiæ robore tā apte cōgruit,vt duę hę virtutes vix īuicē diſcernant.Et vide q̄ opportune ex diapaſon cōſonā-tia vocis octauę Socrates ſe cōferat ad iuſtitiā apud Pythagoricos octonario nūero deſignatā. Cū em̄ iuſtitia ſit æqualis oīno p cuiuſq; meritis diſtributio,ciuitatiſq; ſolidū fundamētū:iuſte p octo nariū deſcribit numerū.Hic em̄ nūerus & ſolidorū primus eſt:primuſq; oīm in nūeros ita ſoluit pariter pares,hoc eſt in bis quaternos:vt nihilo minus in numeros ęque pariter pares diuiſio quo q; ipſa ſoluat.i.ī bis binos.rurſuſq; qua ęqualitate reſoluit,eadē quoq; cōtexit.Nā bis bini bis,octo-nariū,vt dixi,cōſtituūt æqualitatis iuſtę ſimulacrū.Quapropter Orpheus vbicūq; diuinā iuſtitiā obteſtari volebat,p numia octo iurabat,ignē,aquā,terrā,cęlū,lunā,ſolē,phanetāq;,& noctē.In Aegy-ptia quoq; colūna in ſignū iuſtitię poſita numina octo notabant inſcripta:quēadmodū teſtat Euā-der:Saturn⁹,Rhea,Oſiris,ſpirit⁹,cęlū,terra,nox,dies.Deniq; cęleſtis iuſtitię ordinē ſphęris octo di-geſtū eſſe oīs arbitrat antiqtas.Socrates poſt hęc oſ̄dit iniuſtitiā eſſe ſubitū ciuitatis exitiū,qm̄ alie na ſinguli vſurpātes oīa pturbāt atq; cōfundūt.Iuſtitiā vero ciuitatis ordinē eſſe atq; ſalutē. Pro inde ex manifeſtiori hac ciuitatis iuſtitia,ad occultiorē trāſit in aīo quaſi latētē.Diuiditq; trifariā animi vires,in rōnē loco principis,& vim iraſcēdi vice militū,naturāq; cōcupiſcēdi opifici ſimilē. Probatq; vnā in nobis eē aīam:cui⁹,& in qua hę tres ſint vires,nō loco ītra ſe,ſed pprietate diſtin ctę.Qđ qdē & Peripateticos quoſdā latratores refellit:& cuilibet diligēter legēti pōt fieri manifeſtū. Hāc vero diſtinctionē adducit:vt pateat quō inter ſe aīa atq; ciuitas,& illius,& hui⁹ iuſtitia ſint pſimiles.Inqt ergo.Cū nequeat aīa p eādē ſui vim circa idē ſimul oppoſita facere,neceſſe eſt eā tres ſaltē vires habere.Quippe cū eodē in tpe p libidinē rapiat ad voluptatē,& p rōnē interim reuocet. Itē p libidinē retrahat a pſilio,p iracūdiā puocet ad pugnā.Ex qb⁹ patet rōnē eē a libidine differen-tē,& ab eadē differre etiā iraſcēdi vigorē.Differre quoq; hūc a rōne patet:tū in pueris nōdū vten tib⁹ rōne,iracūdia tñ valde feruētib⁹,tū in aliis multa p irā pter rōnis legē agētib⁹.Propinqori ve-ro iraſcēdi vigorē rōni ex eo eē pbat,q; indignatio ſępe rōni opitulat cōtra libidinē.Cōcludit de-inceps iuſtitiā vna cū tēperātia eē legitimā quādā cōſenſionē,tū ī cuiuſlibet aīo triū quas diximus partiū,tū ī ciuitate triū his ptib⁹ cōſimiliū.Cōſenſionē īquā ī gubernādo,exequēdo,obediēdo:atq; in ppriis munerib⁹ pagēdis,& alienis nō vſurpādis.Nec īmerito hic iuſtitiā tēperātię germanā,no minat harmoniā,ex acutis vocib⁹ & grauib⁹ mediiſq; cōſtātē:vocib⁹ inquā principes & qſtuarios medioſq; horū milites referētib⁹. Deinde vt qſtiōi iādiu adductę rñdeat,qrēti qdnā iuſtitia iniu-ſtitiaq; ī aīo pariāt,dicit virtutē eē animi ſanitatē pulchritudinēq; & robur:vitiū vero morbū,tur pitudinē,ībecillitatē.Siqdē virtus cūctas aīæ partes,vt ſtatuit natura,diſponit & ſeruat.Vitiū ve ro cōtra naturę ordinē cōfundit atq; pturbat.Qm̄ vero qm̄ deprauata oīno corporis eſt natura,p ſtat mori q̄ viuere,etiā ſi externa nobis abūde ſuppeditent:iccirco cōcludit illi⁹ vitā tāq̄ miſeram eſſe ab oībus fugiendā,in quo aīa p quā viuimus p vitium eſt deprauata.Poſtremo in ipſo libri hu ius calce aſſerit eiuſmodi aīam ciuitatēq;,quā deſcripſit,optimā eſſe atq; feliciſſimā.Aīam inquā ci uitatēq; regiā,a regina videlicet hoīs rōne diſpoſitā.Addit eiuſmodi gubernationē tū regiam ap-pellari,qm̄ inter multos bonos excellat qdam manifeſte oīm pſtantiſſimus:tū Remp.optimatū,qm̄ plures pariter videant excellere.Oīno vero eandē eſſe gubernationē exiſtimandam.Annuit quoq; ſe in ſequenti libro quatuor reliquas,tū aīoꝝ,tū rerūpublicarū affectiones ordine diſtincturum.

DIALOGVS QVARTVS DE IVSTO.

ADIMANTVS . SOCRATES. ADI.

QVID RESPONDEBIS Socrates,ſiqs dicat te nō multū hos viros beatos efficere,cū tñ ipſi ſint quorū reuera eſt ciuitas:nihil aūt ex bonis ciuitatis accipiāt quēadmodū alii:q & agros & magnificas domos,ſupellectilēq; hmōi domib⁹ cōuenientē poſſidēt,ſacraq; diis priuata faciūt:hoſpites excipiūt:q̄ tu nūc dicebas,aurū & argētū adepti:& quęcūq; ad felicitatem cōferre putant:iſti vero tanq̄ auxiliarii qdam mercede cōducti in vrbe ſedent,nihil agentes aliud q̄ cuſtodiam! SOCRA.Certe & qui victum ſolummodo recipiāt , neq; mercedem vltra victum,vt alii ſolēt. Quocirca neq; ſi pficiſci priuatim alio velint,licebit ipſis:neq; qcq̄ ſcortis largiri:aut ad q̄uis alia pecunias erogare:eoꝝ more q bti putant.Hęc

vtiq; & alia multa huiuſmodi in reprehenſione pmittebas.ADI.Atqui ſint & iſta in accuſatione
cõprehẽſa.SO.Quaeris igiť qua rõne defendam⁹ ſupiora!ADI.Nẽpe iſtud q̃ro.SO. Eandẽ viam in
grediẽtes,inueniemus,vt arbitror,q̃ ſint dicẽda.Dicemus porro nihil mirũ fore,ſi ita iſti feliciſſimi
ſint.Nõ tñ ad hoc reſpicientes,cõſtituimus ciuitatẽ,vt vna aliqua nobis gens ſit pcipue felix:ſed
vt q̃maxime ciuitas vniuerſa.Putauim⁹ eñ in hmõi ciuitate maxie iuenire iuſtitiã,ruſuſq; i ea
q̃ peſſime inſtituta eſſet,iniuſtitiã.Quib⁹ inſpectis,facile nos qđ iãdiu q̃rim⁹,iudicaturos exiſtima-
uimus.Núc ſane,vt opinamur,beatã fingim⁹,nõ vt pauci qdã in ea beati ſint,ſed vt ciuitas tota.
Deinceps aũt cõtrariã cõtẽplabimur.Siqs cũ figurã hoĩs pingeremus,nos vituperaret, q; pulcher
rimis aĩalis ptibus nõ pulcherrimos apponeremus colores:oculi eñ pulcherrimũ mẽbrũ nõ pur-
pura,ſed nigro colore eẽnt depicti:decẽter vtiq; rñdere videremur,nõ oportere adeo nos pulchros
oculos pĩgere,vt nõ videanť oculi:ac caetera mẽbra ſimiliter:ſed cõſiderare eũ debere,ſi ſingulis de
corẽ ſuũ attribuentes,totũ pulchrũ reddim⁹.Ergo neq; núc cogas nos,diceremus,ea cuſtodes felici
tate afficere,q̃ illos qduis aliud potius q̃ cuſtodes efficiat.Sciremus eñ agricolas ptioſiſſimo corpo
ris cultu auroq; ornatos ad voluptatẽ colere terram iubere:& figulos a dextra diſcũbentes,atq; ad
focum conuiuium celebrãtes,miſſa rota quantũ figulinam cupiant exercere: & alios oẽs hoc mõ
beatos facere,vt vniuerſa ciuitas felix ſit.Sed ne nos ita moneas.Porro ſi tibi parebimus,neq; agri-
cola,agricola erit:neq; figulus,figulus: neq; vllus alius formam habebit eo℞ ex quibus fit ciuitas.
Sed alio℞ qdẽ rõ leuior.Sutores eñ facti deteriores deprauatiq;,& ſimulantes id eſſe qđ nõ ſunt,ci
uitati nihil inferũt graue.Cuſtodes aũt legũ & ciuitatis ſi nõ ſint,ſed appareãt:vides ne vt oẽm ci
uitatẽ ſimul pdãt!Ruſuſq; cuſtodes ipſi bene eã cõſtituẽdi,beatãq; reddẽdi ſoli opportunitatẽ ha
bent.Quãobrẽ ſi veros ciuitatis cuſtodes q̃rimus,minime eos eligere debemus,q noceant ciuitati.
Qui vero illud dicit:& agricolas nõ tanq̃ in ciuitate,ſed tanq̃ in feſtiua quadã celebritate diſcum
bentes felices facit:aliqd certe aliud q̃ bonũ conſiderat ciuitatis.Vidẽdũ igiť vtrũ ad hoc reſpicien
tes cuſtodes cõſtituamus:vt q̃maxima felicitate abũdẽt:an potius totius ciuitatis rõnẽ habeamus
vt tota ſit felix: auxiliarios aũt iſtos atq; cuſtodes cogere & pſuadere deceat illa facere,ex qbus q̃
optimi ſui operis ſint artifices,caeteroſq; oẽs ſimiliter.Atq; ita vniuerſa aucta ciuitate recteq; inſti
tuta,ſinẽdũ vt ſinguli quatenus cuiuſq; natura capax eſt,beatitudinis ſint participes.ADI.Probe
mihi loqui videris.SO.An & qđ huic eſt proximũ,videbor tibi decenter dicere!ADI. Quid ma-
xime!SO.Contemplare nunqd iſta caeteros quoq; artifices ita corrũpant,vt praui ſint.ADI.Quę
nam iſta!SO.Diuitiae videlicet & paupertas.ADI.Qua rõne!SO.Ita.figulus diues factus videtur
ne tibi vlterius curam ſuae artis habere!ADI.Minime.SO.Pigrior certe negligentiorq; reddetur.
ADI.Valde.SO.Quare & deterior figulus.ADI.Et iſtud.SO.Ruſus aũt ſi ppter inopiã inſtru-
mentis & reliquis quibus indiget ars,careat,& opa ipſa deteriora faciet,& filios ac caeteros quoſ-
cũq; docebit,deteriores artifices reddet.ADI.Quid ni!SO.Ex vtriſq; igitur tam opulẽtia q̃ paup
tate,& praua artificũ opa & praui artifices ipſi fiunt.ADI.Sic apparet.SO.Alia ergo quaedam in
uenimus noſtris cuſtodibus obſeruanda,ne ipſis inſciis in ciuitatẽ irrepant. ADI. Quaenam iſta!
SO.Opulentiam inquã & iopiã.Illa ſiquidem delirias,deſidiam, ſeditiones, rerũ nouarum ſtudiũ Quę mala ex opulentia & paupertate oriãť
parit.Haec aũt cũ rerũ innouatione illiberalitatem,& maleficia gignit.ADI.Sic eſt prorſus.Verũ
tñ o Socrates aĩaduerte quaeſo,quo pacto noſtra haec ciuitas cum pecuniis careat ,bellum gerere
poterit.praeſertim ſiqñ aduerſus amplam opulentamq; ciuitatem arma cogetur capeſſere.SO.Cõ
ſtat vtiq; q; aduerſus vnã difficili,ſed aduerſus duas tales,certe facilius.ADI.Quõ iſtud ais!SO.
Qđ aequũ eſt vtiq; dico.Principio ſi committenda pugna eſt,nonne hi bellicis rebus exercitati,ad-
uerſus diuites pugnabunt!ADI.Fateor equidem iſtud.SO.Quid vero Adimante! Vnus pugil
optime ad hoc inſtructus nonne contra duos huius facultatis ignaros,diuites inſuper ac pingues
videtur tibi facile pugnatur⁹!ADI.Haud forte ſimul.SO.An forte neq; etiã ſi licuerit ſubterfugi
endo eius q primus inuadit ictus euitare,deinde ſubita conuerſione eũ cędere!Quin ſi ſaepius ſub
ſole & aeſtu id egerit,plures huiuſcemodi hoĩes vir talis ſubiget.ADI.Nempe nihil mirũ. SO. An
non putas diuites pugilis facultatis ſcientia & peritia participes eſſe magis q̃ bellicae!ADI.Eqdẽ
SO.Facile itaq; athletae noſtri,vt conſentaneum eſt,cum duplis tripliſq; ipſo℞ certabunt. ADI.Id
quoq; admittam.Nam pbe loqui videris.SO.Quid ſi miſſa in ciuitatem aliã legatione,vera dixe-
rint,q; nos quidem auro & argento non vtimur,neq; nobis fas eſt:vos ergo bellum nobiſcum ge-
rentes,quae alii poſſident habetote:cenſes vero aliquos his auditis electuros contra canes duros
aptoſq; pugnare potius,q̃ cum canibus vna contra pingues oues ac molles!ADI.Haudquaq̃ mihi
videtur.Verum ſi in ciuitate vna caeterorũ pecuniae cumulentur,caue ne minus pecunioſae picu
lum inferat.SO.Beatus es,q̃ñquidem putas decens eſſe aliam quandam appellare ciuitatẽ, q̃ ta-
lem qualem ipſi conſtituimus.ADI.Quid prohibet!SO.Ampliorem appellationem exigũt aliae.

Nā quæq; illarū,ciuitates multæ ſunt,nō ciuitas:vt more loquar iocātiū.Vnaq̄q; ſane duę eſt ſal-
tē,inuicē diſſidētes.Vna qdē pauperū:diuitū altera.Ruſuſq; i vtraq; iſtarū ꝑmultæ:qb⁹ ſi vt vni
intendas,penit⁹ aberrabis: ſin vt multis,tribuēs ea q̄ alioꝝ ſunt aliis,tā pecunias q̄ potētias aut &
ipſos præterea,ſociis auxiliatoribuſq; ſemꝑ multis vteris:hoſtib⁹ aūt paucis.Et quaten⁹ ciuitas ita
vt nuꝑ ordinata eſt,tēperata exiſtet,maxīa erit.Nō ad opinionē inquā,ſed reuera maximā fore:etiā
ſi mille dūtaxat ꝓpugnatorib⁹ cōſtet.Ita eīn magnā ciuitatē vnā haud facile veliter Græcos vel in
ter Barbaros qńq; repies:q̄ tñ huiuſcemodi ciuitate multo maiores videanť multis,inuenies.An
aliter ſentis?ADI.Nō aliter ꝑ Iouē.SO.An non hic igiť pulcherrim⁹ erit noſtris pricipib⁹ augendę
ciuitatis termin⁹:cui cū tāta fuerit tātā regionē tribuere decet,reliquā aūt dimittere.ADI. Quiſ
nā termin⁹?SO.Arbitror eqdē, quouſq; adaucta ciuitas vna ꝑmaneat:eo vſq; augēdā eē, nō vltra.
ADI.Præclare.SO.Hoc præterea ꝓceptū cuſtodib⁹ ſeruādū mādabimus,vt nec parua ciuitas nec
magna videať eſſe,ſed vna atq; ſufficiēs.ADI.Atq leue qd forſan illis ꝓcipiem⁹.SO.Et iſtud ꝓterea
leui⁹,cuius i ſuꝑiorib⁹ mētionē fecim⁹,oportere dicētes ſi ue qs ex cuſtodib⁹ ignauus naſcať,ad ali
os mittere,ſiue ex aliis ꝓbus,ad cuſtodes ipſos trāſferre.In quo plane oſtēdere volebam⁹ ꝗ & alio
rū ciuiū vnūquēq; ad vnū id opus dūtaxat ad qđ natura ē apt⁹,ducere decet,vt qſq; vnū aliqđ ſuū
opus exercēs,nō multi,ſed vnus exiſtat,atq; ita ciuitas tota vna fiat,nō multæ.ADI.Eſt hoc etiā il-
lo minus.SO.Haudquaq̄ o bone vir Adimāte hęc multa ac magna,vt exiſtimaret aliqs,illis ꝓcipi
mus:ſed leuia oīa exiguaq;,ſi vnū,vt dici ſolet,magnū ſeruēt:immo vero ꝓ magno,ſufficiēs.ADI.
De educatiōe. Quid iſtud?SO.Educationē inquā & eruditionē.Nā ſi bñ educati,viri moderati euaſerint,facile
oīa iſta diſcernēt:tū alia quotcūq; nos i ꝑſentia ꝓtermittimus:tū mulierū viroruq; cōiūctiones &
Prouerbium amicorū cōia oīa. procreationes filioꝝ:ꝗ videlicet oporteat amicoꝝ oīa hæc ſcđm ꝓuerbiū q̄maxime cē cōmunia.
ADI.Rectiſſime profecto ita fieret.SO.Etenim reſpu.ſi ſemel cœperit bene,ꝓgrediť tanq̄ circulus
ſemꝑ ꝓficiens.Quippe educatio eruditioq; bona ſeruata,ingenia quoq; bona efficit.Ruſuſq; bona
ingenia educationē huiuſmodi conſecuta,meliora etiā q̄ pri⁹ euadūt,tum ad alia,tū ad filios gene
randos,quemadmodum in cæteris aīalibus.ADI.Cōſentaneū id qdem.SO.Deniq; vt ſummatim
dicam , hoc diligenter eſt a ciuitatis tutorib⁹ obſeruandum,ne clā illis ignorātibus corrumpatur.
Immo iſtud in primis curent: neqd ꝓter ordinem a nobis datum circa gymnaſticā & muſicam in
nouetur:ſed illum q̄maxime fieri pōt,quiſq; ſequatur.Et cum dixerit aliquis poeticum illud,hoīes
videlicet nouis cantibus admodum delectari,metuere debēt ipſi cuſtodes,ne ſæpenumero poetam
quis putet nō cātilenas nouas,ſed modos canēdi nouos dicere,eoſq; laudet.Oportet aūt neq; lau-
dare qcq̄ tale,neq; ſuſcipere.Cauendum ſane ſpeciem muſicæ nouā inducere,tanq̄ in toto naufra-
Cū mutatiōe modorū muſicę,mutari maximas leges ciuiles. gium.Nuſq̄ enim muſicæ modi mutanť,abſq; maximarum legū ciuiliū mutatione:vt ait Damō:
cui & ipſe aſſentior.ADI.Me quoq; ſcito o Socrates aſſentiri.SO.Arcem igitur quandā cuſtodiæ
gratia hic ipſi cuſtodes circa muſicā ſtruere debēt.ADI.Nempe eiuſmodi ꝓuaricatio clam ac fa-
cile ſurrepit.SO.Certe ioci cuiuſdā inſtar: atq; ita vt nihil lædere videatur.ADI.Atqui paulatim
nobis familiaris effecta,ſenſim in mores ſerpit & ſtudia: ex his deinde ad commercia emergit am-
plior:demum a cōmerciis in leges,reſpublicaſq; erumpit magna o Socrates cū petulātia atq; laſci
uia:quouſq; tādē priuatim ac publice cūcta peruertat.SO.An hoc ita ſe habet?ADI.Ita mihi vide
Inſtitutio puerorū i iocis honeſtis. tur.SO.Ergo vt a principio diximus,ſtatim a primis annis pueri honeſtis in iocis aſſuefaciendi
ſunt.Nam ſi iocis minus decentibus aſſueſcant , nunq̄ legitimi probiq; viri euadere poterunt.
ADI.Quid ni?SO.Quando itaq; bene incipientes pueri iocari ac ludere,legitimum per muſicam
morem imbibunt,in contraria his oīno ac ſuperioribus muſica tendit: atq; proſequitur erigere ſi-
quid antea in ciuitate iacebat.ADI.Vera loqueris.SO.Quæ igitur exigua videnť eſſe ciuitatis in-
ſtituta,vt dixi,hi reperiēt:quæ ſuꝑiores oīa perturbabāt.ADI.Qualia? SO.Hæc videlicet. Quem
admodū tacere debent corā ſenibus iuniores,cedere illis locum,atq; aſſurgere,parētes colere:quis
tonſuræ modus ſeruandus cuiq;:qbus veſtibus calceiſve vtendū:& oīno quis corꝑis ornat⁹ cōue
niat:ac cætera generis eiuſdē.An non putas?ADI.Eqdē.SO.Atq legibus hæc præſcribere,ineptū
vt arbitror,videretur.Nā neq; id vſq̄ fit:neq; cōſtarēt hæc verbis literiſq; mandata.ADI. Quō
eīn?SO. Apparet itaq; o Adimante quale cuiuſq; fuerit puerilis educatiōis initiū,talia fore etiā q̄
ſequunť.An nō ſile ſemꝑ ſimile ꝓuocat?ADI.Cur nō?SO.Ac tandē dicendū id eſt in vnum aliqđ
ſummū & potēs ſiue bonū ſeu malū deſinere.ADI.Quid ꝓhibet?SO.Hac equidē rōne nūq̄ ſtatue
re legibus hæc cōtēderē.ADI.Et merito qdē.SO.Dic ꝑ deos,nūqd negotia ipſa forēſia mutuaq; cō
mercia & pacta in mechanicis artibus,iurgādi verberandiq; iura,citationes in iudicia,cōſtitutiōes
iudiciū, et ſiqua vel circa forū vel portus aut īponēda aut exigēda ſunt vectigalia:vel oīno forēſia
quæq; iura,vel vrbana,vel naualia,& reliqua id genus : an hæc inquam vel hoꝝ qcq̄ legib⁹ ꝑſignā
re aggrediemur?ADI.Haudquaq̄ decet viris bonis præclariſq; ꝓcipere.Hęc enim plurimū qualia

& quō ſtatuenda ſint,facile ipſi reperient.SO.Nimirū o amice:ſi deus illis legū illarum quas ſupra
poſuimus,ſalutem præſtiterit.ADI.Sin minus,ita vitam ducēt,vt multa eiuſmodi legibꝰ ſtatuāt,
corrigātq; ſemp & innouēt,putātes ita ſe qđ eſt optimū aſſeq.SO.Dicis nēpe iſtos ꝑinde victuros,
ac illos,q cū ægrotēt,ꝓpter intēperātiā inſalubrē victū mutare nolūt.ADI.Sic prorſus.SO.Enimue
ro ridiculo quodā mō iſti ī morbis ꝑſeuerare videnť:curatiōibuſq; ſuis nihil aliud aſſequunť,q̄ ꝙ
plures vehemētioreſq; morbos efficiūt:cōfidūtq; ſemp ſiqs pharmacis agi cōſulat,bene ſe valitu-
ros.ADI.Oīno tales ſunt ita laborātiū morbi.SO.Quid vero?nōne hoc in illis gratioſum? ꝙ oīm
inimiciſſimū eū putēt,q vera monet,dicitq; nō priꝰ pharmaca,vſtiōes,inciſiones,incātatiōes, eave
q̄ extrinſecus admouenť,aut eiuſmodi aliqua ꝓfutura, q̄ deſinat qs ebrietati,voragini,veneri,otio
indulgere?ADI.Haud admodū gratioſū iſtud.Nā indignari aduerſus eū q vtilia cōſulit,gratiā ha
bet nullā.SO.Ergo viros hmōi vt videris,nequaq̄ ꝓbas.ADI.Minime ꝑ Iouē.SO.Neq; etiā ſi ciui-
tas tota id agat qđ mō dicebamꝰ,laudabis.An nō idē qđ iſti facere tibi ciuitates videnť,quęcunq;
male inſtitutæ,ciuibꝰ īterdicūt,ne totū ipm reip.ſtatū moueāt,alioqn capite damnenť qcūq; res ī
nouāt?Cōtra qſqs pñtē gubernationē approbat cōfirmatq;:volūtateſq; gubernātiū aucupatus,aſ-
ſentiť,ſuffragať,& explet,hic demū bonꝰ vir:hic ī rebꝰ maximis ſapiēs:hic honore dignꝰ exiſtimeť?
ADI.Idem ꝑſus facere mihi videnť,neq; vllo pacto hmōi reſp.laudo.SO.Quid aūt?nōne eoꝝ for
titudinē ꝓpēſioreq; affectū miraris,q has ciuitates curare cōtēdūt?ADI.Admiror eqdē his exce-
ptis q ab ipſis fallunť,putātq; reuera ciuiles eſſe, ꝙ vulgo laudenť.SO.Quid ais?An nō iſtis igno
ſcis?Nūqd exiſtimas eū q metiēdi ſit ignarꝰ ſiqñ cæteri mlti tales q̄dricubitū eē eū ꝓdicēt,effugere
poſſe qn & ipſe de ſe idē exiſtimet?ADI.Nō iſtud qdē.SO.Ne igiť ęgre feras.Sūt eñi hi qdē oīm mō
quodā ridiculo gratioſiſſimi,q leges ferūt ī his q̄ diximꝰ,emēdātq; ſemp,cōfidētes ſe finē aliquē re
perturos circa ea q̄ inique ī cōmerciis cōmittunť,& circa illa q̄ ego pauloante dicebam, ignorātes
ꝙ reuera tāq̄ hydræ capita amputāt.ADI.Certe nihil aliud faciūt.SO.Eqdē ſpeciē hāc īſtitutionū

Ferre leges ac mutare ē hydrę capita amputare.

circa leges ac reſp.arbitror verū cōditorē legū,neq; ī male diſpoſita,neq; ī bene cōſtituta ciuitate
curioſe tractare:in illa qdē,qm̄ īutilia ſunt hmōi īſtituta, neq; mouēt qcq̄:in hac aūt,qa ꝑtim qſq;
repiet,ꝑtim ſuapte natura ex ſupioribꝰ ſtudiis ꝓficiſcunť.ADI.Quid ꝑterea reſtat nobis lege ꝑci-
piēdū?SO.Nobis qdē nihil.Apollini aūt Delphico maxīa,ꝓclariſſima,pria īſtituta.ADI.Quænam
iſta?SO.Tēploꝝ cōſtitutiōes & ſacrificia,cęteriq; deoꝝ & dæmonū atq; heroū cultꝰ,ſepulcra ꝑter
ea & funera defunctorū, & q̄cūq; ſunt ad eos placādos miniſteria ſubeūda.Talia ꝑfecto neq; ipſi ſci
mus:& ī ordināda ciuitate nulli credemꝰ alteri,ſi ſapiemus:nulloq; alio vtemur īterpte,niſi patrio
deo. Hic nēpe deus ī rebꝰ hmōi cūctis hoībꝰ patriꝰ īterpres,ī media terra ſup vmbilicū ſedēs expo-
nit.ADI.Scite loqris:atq; ita agēdū.SO.Cōſtituta iā tibi o Ariſtonis fili ſit ciuitas. Deinceps autē
& ipſe ſpeculare ꝑ ipſam ſufficiēs alicūde lumē porrigens:& fratrē aduoca tuū,& Polemarchū,&
alios inſup:vt expiamur, ſiquo pacto īſpicere valeamꝰ vbinā iuſtitia ſit,vbi & iniuſtitia ſit:quove
inter ſe diſcrepēt,atq; vtrū hoꝝ cōſequi debeat is,q beate victurꝰ ſit,ſiue lateat ſeu nō lateat deos
oēs & hoīes.GLAV.Nihil dicis o Socrates.Tu eñi īueſtigare pollicitꝰ es:q̄ſi ipiū futurū ſit ſi nō ꝑ
viribꝰ iuſtitię fueris ſuffragatꝰ.SO.Vera admones,& ita certe agēdū.Oportet tamen mihi & vos
adeſſe.GLAV.Agemus ita.SO.Spero itaq; hac rōne id īuenire.Nēpe arbitror ciuitatē,ſi recte no
bis fuerit cōſtituta,abſolute bonā exiſtere.GLAV.Neceſſe eſt.SO.Cōſtat vtiq; ꝙ ſapiēs ē,fortis,
& tēperata , & iuſta.GLAV.Cōſtat.SO.Quodcūq; hoꝝ ī ciuitate cōpto,reliquū erit qđ nondū in
uentū.GLAV.Cur nō?SO.Si ex aliis qbuſdā q̄tuor,vnū aliqd ī ſubiecto aliquo ingrerēmꝰ,illudq;
prīo pateret,ſatis nobis eſſet factū:ꝙ ſi tria reliqua priꝰ cōpiremꝰ,ex hoc ipſo q̄ſitū cognoſceremus
qa cōſtaret nihil eſſe aliud:q̄ qđ reſtaret.GLAV.Probe loqris.SO.An nō de iſtis etiā q̄nqdē qua-
tuor ſunt dūtaxat,eodē modo q̄rēdū?GLAV.Plane.SO.Atq ex his oībꝰ prima ī ciuitate ſapiētia
ꝑfulgere videť:aliqdve mirādū circa ipſam apparet.GLAV.Quidnā?SO.Sapiēs mihi reuera ciui
tas quā deſcripſimꝰ eē videť.Nā bene cōſulta ē.Nōne?GLAV.Eſt ꝑfecto.SO. Eteñ hæc ipſa ī cō-
ſiliis ꝑſpicacia,ſciētia q̄dā eſt. Non eñ inſcitia, ſed ſciētia potiꝰ hoīes bene cōſulūt.GLAV.Perſpi
cuum id qdē.SO.Multæ vero ac variæ ī ciuitate ſciētiæ ſunt.GLAV.Sūt.SO.Nūqd ꝓpter ipſā fa
brorū ſciētiā,ſapiēs & bñ cōſulta,ciuitas appellāda?GLAV.Nullo mō ꝓpter iſtā,ſed fabrilis.SO.
Nō ergo ſapiēs appellāda ē ciuitas,ex eo ꝙ ꝓpter fabrilem ſcientiā de operibꝰ ligno conficiendis,q̄
rōne paganť, bene cōſulter.GLAV.Nō certe.SO.An forte ſciētiā,q̄ ænea opa fingit?vel aliam ta
lē?GLAV.Certe ꝓpter nullā hmōi.SO.Neq; etiā ꝓpter ſciētiā cōſiliūq; fructuū ex terra ꝓducen
doꝝ colligēdorūq;,ſapiēs noīať ac bene cōſulta,ſed agricolaria.GLAV.Sic opinor.SO.Quid vero?
Eſt ne aliqua ſciētia in ciuitate nuper a nobis condita,apud ciues vllos,qua nō de re aliqua in ci-
uitate,priuata deliberať,ſed de vniuerſa potius ciuitate,qua rōne & ipſa ad ſeipſam & ad alias ci-
uitates optime ſeſe gerat?GLAV.Eſt nimirum.SO.Quænā hæc,& ī quibus?GLAV.Ipſa.ſ.cuſto

diendi diligentia: & in his principibus quos modo cuſtodes perfectos appellabamus. SO. Propter
hanc ergo ſciētiā quo noīe ciuitatē nūcupas? GLAV. In cōſulrādo pſpicacē, ac reuera ſapiētē. SO.
Vtrū plures ī ciuitate fabros ærarios: q̄ veros hoſce cuſtodes eē putas? An contra? GLAV. Multo
certe plures ærarios fabros. SO. An non & reliquoꝝ oīm, quotcūq; ſciētias habēt, & aliq̄ quodāmō
noīanť, iſti pauciſſimi erūt? GLAV. Pauciſſimi admodū. SO. Ergo ex minima quadā gēte ſuiq; pte
& ex ſciētia q̄ ī pſidēte & pricipe pte ieſt, tota ſapiēs erit ſcđm naturā ciuitas īſtituta: atq; id vt vi
deť natura pauciſſimū rariſſimūve gen⁹: cui cōuenit eſſe hui⁹ ſciētię pticeps: quā ſolā ex oīb⁹ aliis
decet ſapiētiā appellare. GLAV. Veriſſima narras. SO. Hoc itaq; vnū ex q̄tuor, nō vides q̄ rōne in
uenim⁹? GLAV. Et ipm̄. SO. Et qua ſit ciuitatis ī pte locatū? GLAV. Mihi q̄dē ſufficiēter videť iuē
Quid fortitudo: & quō ciuitas fortis ſit. tū. SO. At vero neq; inuētu difficile eſt: q̄d fortitudo ſit: q̄ve ciuitatis ī pte loceť, ppter quā fortis
ciuitas nūcupať. GLAV. Quonā pacto? SO. Quiſnā ad aliud q̄cq̄ reſpiciēs ciuitatē vel timidā vel
fortē noiat, q̄ ad eā ptē q̄ pro ipſa pugnat ac militat? GLAV. Certe null⁹ ad aliđ. SO. Neq; eñ alii ī
ipſa vel timidi vel fortes exiſtētes auctoritatē habēt: q̄ eā vel timidā vel fortē reddāt. GLAV. Non
certe. SO. Fortis igiť ex pte ſui aliqua ciuitas erit, ex eo q̄ in ea vim quādā habeat, q̄ ratā in oībus
ſeruat opinionē: q̄ ea dūtaxat terribilia ſint, & talia, q̄ & qualia legiſlator ī eruditiōe pnūciauit. An
nō hāc fortitudinē vocas? GLAV. Nō ſatis q̄đ dixiſti, pcepi: dicas iterū. SO. Cōſeruationē quādā
Definitio fortitudinis. fortitudinē eſſe dico. GLAV. Quā cōſeruationē? SO. Opinionis videlicet lege per educationē con
ceptę: qua iudicanť q̄ terribilia ſint & qualia. In oībus aūt eā cōſeruationē eſſe dixi, hoc eſt vt rata
ſemp & vbiq; ſerueť, ſiue q̄s dolorib⁹ afficiať, ſeu voluptatib⁹, aut cupiditatib⁹, aut timoribus: nec
vllo pacto q̄s ppter hæc ab ea dimoueať. Cui aūt ſimile eē id arbitror, ſi vis tibi apriā. GLAV. Cu
pio eq̄dem. SO. Neſcis q̄ fullones, quotiēs volunt lanas purpureo colore īficere, primo q̄dē ex tot
colorib⁹ albū eligūt, deīde nō mediocri opa pparant: vt q̄maxie florē ſuſcipiāt: atq; ita demū colo
re īſpergūt purpureo? Q̄đ aūt ita eſt tinctū, idelebile pmanet: neq; ſola aqua dilui, neq; etiā additis
his purgatiōib⁹, q̄ ad abſtergēdū ptinēt, aboleri flos ille coloris pōt. Quę aūt nō ita pparata ſūt, ſcis
qualia euadāt, ſeu q̄s aliis tīgat colorib⁹, ſeu iſtis, cū min⁹ antea excoluerit? GLAV. Certe deformia
ſunt: coloreſq; eorum facile diluunť. SO. Tale aliquid facere ſtuduiſſe nos pro virib⁹ cogita, q̄ñ mi
lites ipſos eligebamus: eoſq; in muſica & gymnaſtica erudiebamus: atq; exiſtima nihil nos aliud ex
cogitaſſe, q̄ vt nobis q̄optime perſuaſi leges inſtar coloris cuiuſdā imbiberent: adeo vt eorum opi
nio de rebus terribilibus deq; cæteris oībus immobilis perſeueret, ex eo q̄ optima natura geniti
fuerint, & decenti educatione nutriti: neq; colorationē eoꝝ delere valeāt purgamina iſta ad diluē
dum vehementiſſima: voluptas. ſ. omni ſaponis acrimonia, aluminiſq;, & calcis ad expurgandum
acrior: Dolor item, metus, atq; cupiditas omni alio purgamine ad abſtergendum potentiora. Hanc
vtiq; vim paſſim rectæ legitimæq; opinionis cōſeruatricē, circa terribilia eorūq; contraria fortitu
dinē voco eq̄dē atq; aſſero, niſi tu forte quid aliud dixeris. GLAV. At ipſe nihil aliud. Videris eñ
opinionem eandem de eiſdem abſq; diſciplina cōceptā, ferinā videlicet & ſeruilem, haudquaq̄ exi
ſtimare legitimam, ſed aliud q̄ddā q̄ fortitudinē nūcupare. SO. Veriſſima loqueris. GLAV. Ad
mitto igiť hāc fortitudinem eſſe. SO. Intellige inſup & ciuilē: atq; ita recte accipies. Deiceps autem
de hac ſi volueris alias diligentius ptractabimus. In pſentia vero nō iſtud q̄dem, ſed iuſtitiam quæ
rebamus. Ad cuius inueſtigationē, ſatis de hac, vt arbitror, dictū. GLAV. Præclare loqueris. SO.
Vide oīa hīc agi ad indagādā iuſtitiam. Duo reſtant præterea in ciuitate conſideranda, temperantia ſcilicet, & cuius gratia oīa indagam⁹,
iuſtitia. GLAV. Prorſus. SO. An quoquo modo iuſtitiam iam ipſam reprrire potuimus: ne rurſus
in inueſtiganda tēperātia īmoremur? GLAV. Haud video eq̄dē qua rōne id fieri poſſit: quin neq;
vellem prius nobis iuſtitiā īnoteſcere, q̄ temperantiam conſiderauerimus. Quare ſi mihi obſequi
vis, ante hoc q̄ illud iueſtigato. SO. Volo equidem: niſi ſit vobis iniuria. GLAV. Ingre iā. SO. Ecce
pergo: atq; vt hinc intueri licet, conſonātię & harmoniæ magis q̄ ſupiora ſimilis eſt. GLAV. Quo
pacto? SO. Ornatus quidam eſt tēperātia: & a voluptatibus cupiditatibuſq; quibuſdam, vt phibēt,
abſtinentia. Dū vero temperatū hoiem ſeipſo potentiorē: ſuiq; victorē neſcio quo mō eſſe dicūt: &
quędam ſimilia, tanq̄ veſtigia nōnulla tēperātiæ ſignant. An non? GLAV. Maxime oīm. SO. Nōne
q̄đ ſeipſo potētius nuncupať: ridiculū quodāmodo apparet? Quiſquis enim ſeipſo potentior, ſeip
ſo quoq; imbecillior erit: rurſuſq; qui imbecillior, & potentior. Idem quippe aliquis in his omni
bus appellatur. GLAV. Quid ni? SO. Atqui videtur mihi id velle ſibi hic ſermo q̄ ī hoīs aīa duo
quædam ſunt. Vnū quidē melius: alterū vero deterius. Et q̄ñ quod natura melius deteriori do
minať: tunc aliquis ſeipſo potentior diciť: atq; hoc ſermone laudať. Quotiens aūt ppter īprobā nu
tritionē vel cōſuetudinē aliquā: q̄đ eſt melius: cū minus ipſum ſit, deterioris multitudine ſuperatur
hoc ex opprobrio quodā ſeipſo ībecillius diciť: & q ita affect⁹ eſt: intēperās appellať. GLAV. Sic ap
paret. SO. Cōtemplare hāc nup a nobis cōditā ciuitatē: inuenieſq; ipſi alterū horū ineſſe. Potētiorē

quippe ipſam ſeipſa iure vocatā fateberis.Nā ſi meliꝰ ī ea peiori impat,tēperata dicēda eſt,& ſeipſa
melior.GLAV. Cōtēplor eqdē:ac vera loqueris.SO.Enīuero plurimas variaſq; cupiditates,volu
ptates,dolores,in his oībus repire maxīe qſq; poterit,mulieribꝰ & miniſtris:& eoꝝ q liberi eē dicū-
tur ī ipſis plebeis abiectiſq; hominibus.GLAV.Oīno qdē.SO.Simplices aūt & moderatas,q̄ cū mē
te & opinione recta,ipſa rōcinatione ducuntur,ī paucis ſane repies:& his qdē natis optīe & optīe
educatis.GLAV.Vera hæc ſunt.SO.An nō hæc ī ciuitate hac eē vides:atq; hic cupiditates vulgi
viliūq; pſonarū ſupatas a cupiditatibꝰ & tēperātia paucorū modeſtorūq; viroꝝ?GLAV.Cerno eq
dē.SO.Siqua igiť ciuitas potētior cupiditatibꝰ & voluptatibus atq; itē ī ſeipſa, hæc maxīe talis ap
pellāda ē.GLAV.Prorſus.SO. Itaq; nōne iuſta hæc oīa & tēperata?GLAV. Maxime.SO.Atq ſi
eadē ī alia ciuitate tam ſubditis q̄ īperātibꝰ qnā adminiſtraturi ſint remp.opinio ineſt:nō ī hac p
cipuæ ineſſe oportet?an nō ita cēſes?GLAV.Magnope iſtud qdē.SO.Quibus itaq; potiſſimū ciui
bus ineſſe tēperātiā dices,quotiēs ſeſe ita habuerint?in pricipibꝰ ne?an ī ſubditis?GLAV.In ambo
bus quodāmodo.SO.Cernis q̄ apte vaticinati ſumꝰ pauloante,harmonię cuidā eē ſimilē tēperātiā?
GLAV.Curnā?SO.Quia nō quēadmodū ſapiētia & fortitudo ī ptibꝰ qbuſdā iacētes,illa qdē ſapi
entē,hæc fortē efficit ciuitatē:ita hæc agit:ſed īſtar harmoniæ q̄ diapaſon diciť,p totā ciuitatē dif-
fundiť:efficiens cōſonantes ī idē debiliores hoīes & fortiores & medios,prudētia,potētia,multitu
dine,vel pecuniis,vel alio quodā hmōi.Quapropter rectiſſime poſſumꝰ tēperātiā hāc appellare cō Quid tēpātia.
cordiā,deterioris videlicet & potioris ſecūdū naturā cōſenſionē,ſtatuētē quē ī ciuitate vel in vno
quoq; cōueniat dominari.GLAV.Aſſentior eqdē.SO.Cū ita ſit,tria iā nobis ī ciuitate cōpta ſūt
vt ex his appet.Reliqua vero ſpecies,pp̄ter quā p̄terea virtutis pticeps ciuitas eēt,q̄nā erit?Cōſtat
aūt hāc eē iuſtitiā.GLAV.Cōſtat plane.SO.An nō iā nūc nos oportet o Glauco tāq̄ venatores hūc Inueſtigatio
ceſpitē circūdare:circūſpicientes nequa ex pte iuſtitia ſubterfugiat:& ab oculis euaneſcēs,ſeſe oc- iuſtitiæ.
culat? Patet eñ hic eē.Fige itaq; paſſim ītuitū: atq; annitere ſiquo mō poſſis prior me eā cernere
ipſamq; mihi oſtēdito.GLAV.Vtinā poſſem.Verū ſatius me vteris vt tali quodā comite q poſſim
demōſtrata pſpicere.SO.Seq̄re igiť,mecū deū ante p̄catus.GLAV.Efficiā qđ mones.Ducas mō.
SO.Inacceſſibilis hic locꝰ atq; vmbroſus eē videť:abdita certe ipſcrutabiliſq; latebra. Verūtñ pgē-
dū ē.GLAV.Pergēdū plane.SO.Hui hui mi Glauco,videmur veſtigia q̄dā eiꝰ qđ q̄rimꝰ,nacti:ap
paretq; iſtud haud lōge nos effugiturū.GLAV. Fauſtus certe nūcius.SO.Q̄ molles hebeteſq; ſu
mus o Glauco.GLAV.Quid iſtud?SO. Iampridē nobis ab ipſo pricipio vir beate qđ q̄rimꝰ ad pe-
des reuoluiť:neq; ipm inſpeximꝰ:ſed ita ridēdi fuimꝰ vt illi q ſæpe qđ ī manibꝰ habēt, perquirunt.
Nos quoq; longe petebamꝰ qđ prope nos erat:vel forte nos latuit.GLAV .Quō iſtud ais? SO.Ita
Nempe videmur mihi dicentes iſtud pridem & audientes,haudquaq̄ animaduertiſſe id quoquo
modo nos dicere. GLAV. Prolixū ſane procemiū audire cupienti.SO.Attende ſiqd dico.Qđ q-
dē principio paſſim ſtatuimus faciendū,cum ciuitatē cōdidimus,hoc eſt , vt arbitror,vel ſpecies q̄
dā ipſius,iuſtitia.Nā diximus ſæpenūero,ſi recordaris, vnūquēq; oportere vnū aliqd exercere eo-
rū quæ ciuitati cōducant,ad qđ ipſius natura eſſet aptiſſima.GLAV.Diximus proculdubio.SO.
Etenī q ſua agere, neq; per aliena curioſe verſari,iuſtitia eſt,& ex aliis multis audiuimꝰ, & ſæpe Iuſtitia eſt ſua
ipſi diximꝰ.GLAV.Diximꝰ plane.SO.Hoc vtiq; videť amice cū fit,quodāmō iuſtitia eē,ſua.ſ.age agere:neq; per
re.Scis vnde iſtud coniiciā?GLAV.Nequaq̄. ſed dicas.SO.Videť mihi qđ reliquū nobis ē in ciui aliena curioſe
tate,præter illa quæ conſiderauimus,tēperantiā,fortitudinē,prudētiā,hoc eſſe qđ oībus illis vim verſari.
prębuit,qua & innaſcerenť & innata pſeuerarēt,quatenus ipm adeſt.Atqui diximus iuſtitiā fore
qđ reſtaret,ſi tria nobis cōperta eſſent.GLAV.Neceſſariū id qdē.SO.Verūtñ ſi iudicandū ſit,qd Quid dictoꝝ
horū potiſſimū cū ineſt,bonā efficit ciuitatē,ambiguū erit,vtrū cōſenſio imperantiū & ſubiectorū q̄tuor potiſſi-
an legitimæ opinionis ſeruatio in militibus,iudicātis ſcđm legem quę terribilia cenſenda ſint,quę mū bonā ciui-
ve non: vel in principibus ipſis prudentia & cuſtodia.An id potius bonam ipſam præ cęteris red- tatē reddat.
dat,cum ineſt pueris,mulieribus,ſeruis,liberis,artificibus,magiſtratibus,& priuatis , q videlicet
ſuū qſq; vnꝰ vnum egerit,minime per aliena vagatꝰ.GLAV.Ambiguū certe.qd nī?SO.Ergo vis
ipſa qua ſua qſq; ī ciuitate agit,de ipſius ciuitatis virtute ex æquo cū ſapiētia eius,temperātiaq;,&
& fortitudine certat.GLAV.Valde.SO.An nō igiť iuſtitiā pones,qđ cū iſtis ex æquo de ciuitatis
virtute cōcertat?GLAV.Oīno eqdē.SO.Cōſidera p̄terea & hac rōne,nunqd tibi ſic videatur. An
principibus in ciuitate mādabis vt iuſte ſententias ferāt?GLAV.Cur nō?SO.An iudicabunt alte
rius cuiuſq̄ auidi magis q̄ huius ipſius,vt ſinguli neq; vſurpent aliena,neq; ſuis priuenť?GLAV.
Nō alteriꝰ certe,ſed iſtiꝰ dūtaxat.SO.Tanq̄ id iuſtum ſit?GLAV.Nēpe.SO.Et hac quoq; rōne aſ-
ſeritur ſui cuiq; & pprii poſſeſſionē actionēq; eē iuſtitiā.GLAV.Eſt ita.SO.Vide nūqd & tibi idē
qđ mihi videatur.Si faber opa coriarii aggrediať,vel coriariꝰ fabri,vel inſtrumēta inter ſe cōmu-
tent vel pręmia,aut ſi idē vtraq; exercere cōtēdat,oiaq; talia inuicem pmutenť, nunqd cōmutatio

nem hanc exiſtimas magna quadã iactura afficere ciuitatẽ?GLAV.Haud certe nimiũ.SO.Quotiẽs aũt aliqs artifex vel alius natura q̃ſtuariꝰ,diuitiis elatꝰ,vel multitudĩe copiaq;,vel robore,aut eiuſmodi alio quopiã,ĩ militaris hoĩs ordinẽ trãſire conat̃:vel miles cũ ſit ĩdignꝰ,ĩ cõſularis nitit̃ & cuſtodis aſcẽdere dignitatẽ,& ĩſtrumẽta viciſſim iſti p̃miaq; p̃mutãt:aut idẽ aliqs hęc oĩa ſiml' p̃agere tẽtat:tũc arbitror cõfuſionẽ p̃uagationẽq; eiuſmodi videri tibi ciuitatis totiꝰ interitum. GLAV.Et maxime q̃dẽ.SO.Cũ ergo tria ĩ ciuitate ſint gña,hoꝝ mutua cõmutatio,vagatioq; p̃ plura extrema ẽ ciuitatis calamitas & maxĩa corruptela.GLAV.Penitꝰ.SO.Corruptelã vero ſũmã ciuitatis tuæ,nõne ĩiuſtitiã eẽ dices?GLAV.Quidni?SO.Hoc igit̃ ĩiuſtitia ẽ.Rurſus aũt ſic dicimꝰ.Quæſtuarii,auxiliarii,cõſularis gñis actio p̃pria,vnoquoq; ſuũ opus p̃agẽte ĩ ciuitate,cõtra ac cõfuſio illa ſup̃ior,& iuſtitia erit:& ciuitatẽ iuſtã efficiet.GLAV.Haud aliter q̃ ſic ſe habere videt̃.SO.Nõdũ oĩno iſtud debemꝰ aſſerere.Verũ ſi & ĩ cuiuſq; hoĩs aĩo ſpecies eadẽ cõſiderãtibꝰ nobis iuſtitia eſſe aſſeuerét̃,tũ demũ cõſentiemus.Nã q̃d aliud dixerimꝰ?alioq̃n tũc aliud quicq̃ excogitabimus.Nũc aũt diſceptationi huic finẽ iã ĩponamus:ſecũdũ quã exiſtimauimꝰ,ſi pluriũ habẽtiũ iuſtitiã ĩ maiori p̃riꝰ eã cõtẽplaremur,facile deĩde ĩ hoĩe vno nos quale hoc ſit ĩſpecturos.Viſũq; nobis eſt maius ip̃m,ciuitatẽ exiſtere:atq; ita q̃ optimã potuimꝰ eã cõdidimꝰ,ſciẽtes ĩ bona republica ĩeſſe iuſtitiã.Quare q̃d ĩ illa nobis app̃uit,referamꝰ ad vnũ:& ſi idẽ ibi cõſtet,ſatis nobis erit factũ.Siq̃d aũt aliud ĩ vno app̃eat,rurſus ad ciuitatem conuerſi,hæc examinabimꝰ:ac forte alterna cõparatiõe diſceptantes,velut ſcintillas,ex his iuſtitiã excuriemꝰ:eãq; iã cũ clare micuerit apd̃ nos ipſos ſtabiliemꝰ.GLAV.Scite loq̃ris:atq; ita agẽdũ.SO.Nũq̃d q̃d idẽ appellamꝰ tã maiꝰ q̃ minus,diſſimile ẽ quatenꝰ idẽ,an ſimile?GLAV.Simile certe.SO.Ergo vir iuſtꝰ a ciuitate iuſta quo ad iuſtitiæ ſpeciẽ p̃tinet,nihilo differt:ſed ſimilis erit.GLAV.Similis.SO.Atq; ciuitas iuſta eſſe tũc viſa eſt,cũ ĩ ipſa tria hoĩm gña,p̃ natura cuiuſq; ſic ĩſtituta erũt:vt vnuſq̃ſq; ſuũ opus exerceat Tẽperata rurſus & fortis & ſapiẽs,p̃pter alios quoſdã eorũdẽ generũ affectꝰ & habitꝰ.GLAV.Vera hæc ſunt.SO.Vnũ quoq; o amice ita cenſebimꝰ habentem eaſdẽ has eius ĩ aĩo ſp̃ẽs,p̃pter affectus eoſdẽ,eadẽ noĩa merito cũ ciuitate ſortiri.GLAV.Neceſſe eſt oĩno.SO.In leuem ne rurſus amice de aĩa cogitationẽ incidimꝰ,vtrũ tres ĩ ſe ſpecies has habeat,necne?GLAV.Minime mihi in

Prouerbium. Pulchra difficilia eſſe.

leuẽ diſceptationẽ delapſi videmur.Forte enĩ q̃d dicit̃,verũ eſt o Socrates,pulchra difficilia eẽ.SO.App̃et vtiq;.Ac certe ſcito o Glauco,nos vt mea fert opinio,nũq̃ ex diſcurſibꝰ huiuſcemodi qualibus in p̃ſenti diſputatione vtimur,exacte id cõp̃henſuros:longior porro via eſt,quæ ad hoc nos ducit.Forte tñ ſecũdũ ea q̃ ſupra dicta & cõſiderata ſũt,facilius diſſeret̃.GLAV.An nõ ſat iſtud videri debet?Mihi ſane ĩ p̃ñtia id ſufficiet.SO.Mihi quoq; valde ſufficiẽs.GLAV.Ergo ne te pigeat ſed cõſidera.SO.Profecto nobis neceſſe ẽ cõfiteri,eaſdẽ ĩ nobis ſp̃ẽs atq; mores ineſſe,quas & in ciuitate.Neq; enĩ aliunde in ciuitatem hæc deuenerũt.Ridiculũ q̃ppe eẽt ſiq̃s iracũdã animoſitatẽ exiſtimaret nequaq̃ ex priuatis hoĩbus in ciuitatibus inuectã eſſe:quoꝝ idẽ eſt captus:q̃ & Thracum,Scytharũ,ſuperiorũq; gentiũ:aut ſapientiæ ſtudiũ,nõ ex tali priuatoꝝ ĩſtinctu qualis natura nr̃is hoĩbus eſt tributus:aut q̃ſtus auiditatẽ,nõ ex ea ſingulorũ hoĩm cupiditate,qua affecti apprime dicũt̃ Phoenicii,Aegyptiiq; nõnihil.GLAV.Et maxĩe q̃dẽ.SO.Hoc q̃dẽ ita ſe habet:neq; difficile

Quęſtio de aĩa an tres ſp̃ẽs habeat ĩ ſe an vna ſit.

cognitu.GLAV.Haud certe difficile.SO.Id aũt difficile iã,vtrũ vno quodã eodẽ ſingula hæc agamus:an potiꝰ tria q̃dã habeamus in nobis:quorũ ſingulis,ſingula op̃amur:vno q̃dẽ diſcimus:iraſcimur alio:tertio cõcupiſcimꝰ voluptates eas q̃ ad nutritionẽ gñationẽq; p̃tinẽt,cæteraq; huiuſmodi:vel tota aĩa vnũquodq; explemus,cũ cõcitã rẽ aggredimur.Hæc haud facile p̃ rei dignitate diſcernerent̃.GLAV.Mihi quoq; idem videt̃.SO.Sic aũt aggrediamur hęc diſtĩguere:nunquid eadẽ ſunt inuicẽ,vel diuerſa.GLAV.Quonã pacto?SO.Cõſtat plane idẽ cõtraria facere ſeu pati ſecũdũ idẽ & ad idẽ ſiml' nõ poſſe.Quãobrẽ ſiq̃n repiemꝰ ĩ ipſis hęc fieri,ĩtelligemꝰ nõ vnũ idẽ hęc eẽ ſed plura.GLAV.Eſto.SO.Aĩaduerte q̃d dico.GLAV.Dic.SO.Stare ſiml' atq; moueri idẽ ſcd̃m

Explicat̃ circũſtãtię:q̃ĩ definitiõe oppoſitoꝝ ponuntur.

idẽ nũq̃d põt?GLAV.Nullo mõ.SO.Pręterea hęc diligẽtiꝰ cõfirmemꝰ,neq̃ procedẽtibꝰ nobis ambiguitas forte ſuboriat̃.Siq̃s enĩ dixerit hoĩem ſtãtẽ q̃dẽ,mouẽtẽ vero manus & caput,eundẽ ſtare ſimul atq; moueri,haudquaq̃ ita dicendum cẽſebimus,ſed p̃tem q̃dẽ eius manere,partẽ vero moueri.An non ita?GLAV.Ita prorſus.SO.Q; ſi artificioſius & argutius iſte luſerit,aſſerens turbinem trochũq; totũ moueri ſimul & ſtare,q̃n in eodem pũcto centrũ aculeũq; figẽs reuoluitur:vel aliud q̃cq̃,dicens idẽ agere,cũ eidẽ affixũ cardini circũfert̃,nequaq̃ aſſentiemur:quia nõ ſecundũ eadẽ ſui hæc tunc moueant̃,& maneant.Dicendum q̃ppe habere ipſa rectũ in ſe atq; rotundũ:& ſecũdũ rectum quidem ſtare,cum nulla ex p̃te declinẽt.Secũdum vero rotũdũ,circũmoueri.Quotiens aũt dum q̃d reuoluitur,in rectum quoq; deuehitur ſiue ad dexterã ſiue ad ſiniſtrã vel ante vel retro,tũc nuſq̃ permanet.GLAV.Recte admodum.SO.Quare nulla ex his obiectionibus nos perturbabit,perſuadebitq;,q̃ idem q̃ñq; ſimul ſecũdũ idem atq; ad idem,contraria ſit,vel agat

vel patiat.GLAV.Me qdē minime iſta mouebūt.SO.Verūtñ ne in iſtis obiectiunculis enarrandis
reiiciendiſq; vtpote falſis,diutius cogamur iſiſtere,ſupponētes iā id ita eſſe,vlteri⁹ progrediamur
cōfeſſi inuicē,ſiqñ aliter q̄ ſic ſe habere hęc appareant:q̄cūq; ex his ducunt,fore ſoluta.GLAV.Sic
nimirū decet.SO.Nōne annuere & renuere, aggredi & declinare:aſciſcere & reiicere:iter ſe cōtra
ria pones,ſiue actiones ſeu paſſiones? Nihil enī intereſt.GLAV.Cōtraria.SO.Quid aūt hæc? eſuri-
re,ſitire:& oīno cupere,velle,eligere,nōne ad eorū ſpecies referes,q̄ mō dixim⁹? Veluti ſemp cupiē
tis aīam nōne vel aggredi dices illud qđ appetit,vel aſciſcere qđ ſibi adeſſe eligit:vel quaten⁹ vult
aliqd ſibi porrigi,annuere,& illud ad ſe trahere,amātis more gñationē ipſi⁹ affectātē? GLAV.Egdē
SO.Quid vero,nolle,aſpernari,negligere,nō cupere,nōne ī reiiciendi repellēdiq; ſpeciē,& ī oia illis
cōtraria referemus? GLAV.Quid ni? SO.Cū hæc ita ſe habeant,ſpeciē aliquā cupiditatū eſſe dice
mus:& manifeſtiſſimas oīm aliarū cupiditates,ſitim & famē? GLAV.Dicem⁹ vtiq;.SO.Et hāc qdē
potus,illā cibi? GLAV.Ita eſt.SO.Nūqd in quātū ſitis eſt,alicui⁹ pterea cupiditas ē alterius q̄ cu-
ius nos dicimus:potus.ſ.& ſitis? GLAV.Huius dūtaxat ſitis.SO.Nūqd calidę potionis,vel frigidę
vel multæ,vel paucæ? Vel & ī pauco qualis cuiuſdā poculi? Vel poti⁹ ſi calor ſitiendi ineſt, frigidi
appetitū īducit:ſin aūt frig⁹,calidi? Et ſi ppter pſentiā multitudinis,multa ſit ſitis,multi auiditatē
infert:ſin aūt pauca,pauci? Ipſum vero ſitire nūq̄ alicui⁹ alterius appetitio eſt,q̄ cui⁹ ſuapte natura
eſt,ipſi⁹ videlicet potionis: rurſuſq; fameſcere,comeſtiōis? GLAV.Ita certe ipſa cupiditas q̄q; ipſi⁹
cuiuſq; eſt ſolū,cui⁹ ipſa natura eſt. Talis aūt vel talis cuiuſdā ppter additamēta q̄dā dicit.SO.Ca
uendū ē aūt neqs nos īprouidos turbet,inferens neminē potū cupere,ſed potū bonū:vel cibū:ſed bo
nū cibū.Nēpe bona oēs expetūt.Quare ſi ſitis appetitio eſt,boni eſt,ſiue potiōis ſeu cuiuſuis alteri⁹
eſt auiditas.Similiterq; de cęteris.GLAV.Forte nōnihil efficere videbit,q talia dixerit.SO.Verū
tñ quotcūq; eiuſmodi ſūt,vt alicui⁹ ſint,talia quædā talis cuiuſdā ſunt,vt arbitror.Ipſa aūt q̄q; ip-
ſius cuiuſq; dūtaxat.GLAV.Haud intelligo eqdē.SO.Nō itelligis mai⁹ ipm eiuſmodi eſſe,vt ſem
p aliquo mai⁹ exiſtat? GLAV.Plane.SO.Nōne minorē? GLAV.Minorē.SO.Multo aūt mai⁹,mul
to minore:an nō? GLAV.Sic ē.SO.Et quōdā mai⁹,quōdā minore,deinceps q̄nq; mai⁹,deinceps quo-
q; minore? GLAV.Nihil prohibet.SO.Atq; etiā plura ad pauciora:dupla ad dimidia & oia talia:
itēq; grauiora ad leuiora:& velociora ad tardiora:& calida itē ad frigida,oiaq; hoꝶ ſimilia,eodē mō
īnuicē referūtur? GLAV.Certe.SO.Nōne & de his q̄ ad ſciētias ſpectāt,eadē rō? Scientia qdē ipſa
rei ipſi⁹ quę ſcit,ſciētia ē,vel cuiuſcūq; alteri⁹ dicēda eſt eē ſciētia.At vero ſciētia q̄dā & ſciētia ta-
lis rei,cuiuſdā,& talis eſſe dicit.Tale vero aliqd dico.Poſtq̄ ædificandarū ædiū ſcientia extitit,ab
aliis ſcientiis diſcreta ē:adeo vt ędificatoria appellata ſit.GLAV.Quid ni? SO.Nōne ex eo q talis
ſit,qualis aliarū nulla? GLAV.Nēpe.SO.Ergo qa talis cuiuſdā,ideo talis q̄dā effecta ē.Eodēq; mō
cæteræ artes oēs atq; ſciētiæ.GLAV.Eſt ita.SO.Hoc itaq; inferre me voluiſſe tūc dicito,ſi mō nūc
intellexiſti,q q̄cūq; eiuſmodi ſunt,vt alicuius ſint,ipſa qdē ſola ipſorū ſūt dūtaxat:taliū vero quo
rundā talia q̄dā.Neq; vero ideo dico,q qualiū ſunt,ſint & talia:quia.ſ.& ægrotantiū & bene valē
tium ſcientia,bene vel male valens & ipſa ſit:bonorum item atq; malorum, bona rurſus ac mala:
ſed quoniā nō illius ipſius dūtaxat cui⁹ abſolute ſciētia eſt,euaſit ſciētia,imo talis cuiuſdā:hoc au
tem eſt ſalubre & inſalubre:talis quædā ipſa quoq; effecta eſt.Ex quo factū eſt vt non amplius ſciē
tia ſimpliciter appelletur,ſed quali quodam addito,medicinaria ſcientia.GLAV.Teneo iam,mi-
hiq; hæc ita ſeſe habere vident.SO.Sitim vero nōne his annumerabis,q̄ id qđ ſunt,alicui⁹ exiſtūt?
Eſt autem ſitis? GLAV.Annumero eqdē,& potionis ſitim eſſe dico.SO.Annon qualis cuiuſdam
poculi qualis quædam ſitis? Ideoq; ſitis ipſa,neq; multi,neq; pauci,neq; boni,neq; mali,neq; vt vno
verbo complectar qualis cuiuſdā,ſed potionis ipſius ſolūmodo,ſitis ipſa natura eſt? GLAV.Sic ē
oīno.SO.Sitientis igit aīa quatenus ſitit,non aliud appetit q̄ bibere:idq; affectat:& ad ipſum fer-
tur.GLAV.Cōſtat.SO.Siquid ergo ipſam q̄nq; retrahit ſitientē,aliud qddā erit in ipſa ab ea par-
te diuerſum quæ ſitit & quaſi beſtia quædā ad bibendū impellit.Neq; enim fieri poſſe dicimus vt
idem aliquid eodē ſui circa idem ſimul agat cōtraria.GLAV.Nō certe.SO.Quēadmodū abſurdū
dictu eſt eandē ſagittarii manū ſimul arcum intendēdo ptrahere atq; cōtrahere.Porro dicēdū eſt,
alteram eſſe manum q̄ protrahit,alteram vero quę contrahit.GLAV.Ita prorſus.SO.Fatemur ne
eſſe aliquos,qui cum ſitiant nōnunq̄ bibere nolint? GLAV.Multos, ac ſæpe.SO.Quid de iis aliqs
dicet? nōne ineſſe in hoꝶ anima aliquid:quod ad bibendum allicit? aliquid cōtra quod cohibet? qđ
quidem & aliud eſt,& ei quod allicit,dominatur.GLAV.Mihi quidem videtur.SO.An non igi-
tur quod prohibet iſta,ex ratione ineſt:quotiens operatur? Quæ vero concitant atq; trahunt:ex
affectibus perturbationibuſq; ſunt? GLAV.Apparet.SO.Merito igitur duo hæc inter ſe diuerſa
exiſtimabimus:& illud quidem quo ratiocinatur animus,rationale ipſius denominabimus. Illud
vero quo amat, eſurit,& ſitit,& ad alias libidines pronior labitur,irrationale: & auidū repletionū

Q; ī aīa ſunt duę ſpēs cōtrarię rōnale & irrationale.

quarundam & voluptatum.GLAV.Diuerſa profecto.Meritoq; ira cẽſebimus.SO.Hæ itaq; duę iam in anima ſpecies diſtinctæ ſint.Illud autem quod ad iraſcibilem ptinet,quove iraſcimur: vtrũ tertium quiddam eſt?An alterius horum cognatum?GLAV.Forte eius quod voluptates cupit, eſt cognatum.SO.Atqui credo hoc equidem:ex eo quod audiui quondam : ꝙ videlicet cum Leontius Aglaionis filius ex Piræo ſub Boreali muro ad ciuitatem aſcendens ſentiret extra cadauera prope littus iacẽtia,ſimul & videre cupiebat,& horrebat tamen,absterrebaturq;,vultũq; tegebat:ſecum ipſe pugnãs.Cupiditate deniq; ſuperatꝰ,ad cadauera directis & patefactis oculis aduẽtauit,dicens.Ecce iã vobis licet o infelices deſideriũ veſtrum pulchro explere ſpectaculo.GLAV. Audiui & ipſe.SO.Itaq; ſermo teſtatur,iram ſæpe pugnare aduerſus concupiſcẽtiam, tanq̃ hæc inter ſe diuerſa ſint.GLAV.Id certe ſignificat.SO.Nonne & alibi frequẽter animaduertimus, qñ diſtrahũt aliquem præter rationem cupiditates,obiurgantem ipſum ſeſe,& aduerſus id ſui quod trahitur indignantem?Et quaſi duobus diſſentientibus adiutricem rationi iram accurrere? Ratione autem imperante non eſſe ſibi contradicendum: iram cupiditatibus coniunctam obſiſtere illi arbitror te nunq̃ vel in teipſo vel in alio perſenſiſſe.GLAV.Nũq̃ per Iouem.SO.Quid porro?Quando quis iniuriam inferre ſe putat:nonne quo generoſior eſt:eo minus iraſcitur:dũ eſurit & alget:& aliud quoduis tale patitur ab eo quem iure hæc agere cenſet?Et qđ iam dixi:ira iſtius in eum quodammodo non irritatur?GLAV.Vera loqueris.SO.Quid autem? quando iniuriã ſe pati quis putat:nonne tunc ſatagit & ſæuit:& auxiliũ præſtat ei quod iuſtum videtur: famẽ:frigus: & cætera talia tolerãs?Et ad victoriam contẽdit:neq; a generoſo opere ceſſat prius q̃ vel trãſegerit:vel obierit:vel tanq̃ canis a paſtore:ita deniq; reuocatus ab ea quæ in ipſo eſt: ratione miteſcat?GLAV.Omnino hæc vis ei ſimilis eſt:cui tu cõpas. Eteñ in noſtra ciuitate auxiliarios ipſos tanq̃ canes poſuimus obtẽperãtes principibus quaſi quibuſdam paſtoribus ciuitatis.SO.Optime quod dicere volebam intellexiſti.Sed num et hoc inſuper animaduertis?GLAV.Quid iſtud?SO. Q; in præſentia contra ac ſupra de iracundia iudicamus.Tunc ſane iraſcendi vim ad concupiſcendi naturam referebamus.Nũc vero multũ intereſſe dicimus: ac multo magis iram aſſerimus animæ partibus inter ſe diſſidentibus pro ratione arma capeſſere.GLAV.Ita prorſus.SO.Nunquid & iraſcendi vis eſt a ratione diuerſa:vel quædam ſpecies rationis:adeo vt non tres in animo ſed duæ ſpecies ſint:rationale & concupiſcens?An potius quẽadmodũ in ciuitate apparuerũt tria

Tria gñaĩ ciuitate: q̃ſtuariũ: auxiliariũ:conſulatus.

quædam genera:quæ ipſam continent:quæſtuarium:auxiliarium:conſulatus: ita & in aĩa tertia quædam vis eſt iracũdia:q̃ natura ipſa rationis tutatur partes:niſi ex improba educatione fuerit deprauata?GLAV.Neceſſe eſt vt tertia ſit.SO.Nempe etiã ſi alia q̃ ratio apparuerit:quẽadmodũ ſupra viſa eſt,a concupiſcentia differens.GLAV.At vero facile id quidem patere poteſt.Nam in puerulis quiuis iſtud intelligat: qui ſtatim nati iracundia pleni ſunt.Rationis autem aliqui nũq̃ multi ſero compotes fieri mihi videntur.SO.Per Iouem præclare loqueris.Præterea in beſtiis ita eſſe quiſq; vt ipſe dicis cõperiet.Teſtatur & iſtud Homeri illud quod ſupra induximꝰ.Pectora caſtigans monitis affatur acerbis.Perpetere o cor:nã tu lõge alias grauiora tuliſti.In his porro Homerus tanq̃ hæc inter ſe differant,alterum horum obiurgare alterum facit:ipſam videlicet rationem de meliori peioriq; conſultãtem: irrationalem iracũdiæ impetum cohibere.GLAV.Recte admodum loqueris.SO.In his itaq; vix tandem conſenſimus:ſatiſq; inter nos cõſtitit:eadem in ciuitate eadem & in cuiuſq; aĩa gña eẽ ac numero paria.GLAV.Sic certe.SO.Quin & hoc neceſſariũ eſt:quẽadmodũ & quo ſapiens erat ciuitas:ita & eodem ſapiẽtem eſſe priuatũ.GLAV.Plane.SO. Item quo fortis eſt priuatus aliquis & quomodo:eodem & ita fortem eſſe ciuitatem:& ĩ ceteris oĩbus ad virtutem vtraq; ſimiliter ſe habere.GLAV.Neceſſe eſt.SO.Atqui & iuſtum o Glauco virũ dicemus eadẽ rõne:qua dicimus ciuitatẽ.GLAV.Neceſſariũ id oĩno.SO.At nõdũ illud obliti ſumus ꝙ ciuitas ex eo iuſta viſa eſt:qa cũ tria ĩ ea ſint hoĩm genera,ſuum quiſq; explet officium. GLAV.Haud certe mihi obliti videmur.SO.Meminiſſe ergo oportet ꝙ quiſq; noſtrum, cuiꝰ ſingulæ aĩæ ptes qđ ſuũ eſt agũt,& iuſtus erit & ſua pagens.GLAV.Meminiſſe prorſus.SO.Nõne rõnali potẽtiæ cõuenit impare:cũ ſapiẽs ſit geratq; totiꝰ aĩæ ꝓuidẽtiã?Iraſcendi vero naturæ obſequi rõni:perq; illã pugnare?GLAV.Penitus.SO.Nõne,vt ſupra tractauimus,muſicæ & gymnaſticæ mixtio atq; temperantia vt concordia iſta ſint efficit?Vnum qdẽ horũ intẽdẽs augẽſq; & nutriẽs ꝓclaris ſermonibus & diſciplinis:alterum vero remittẽs,ſedãs, mãſuefaciẽs ꝑ harmoniã atq; rhythmũ?GLAV.Maxime.SO.Cũq; ita nutrita hæc fuerint:& quæ ſua ſunt reuera didicerint:& optime fuerint erudita:ardori concupiſcentiæ ꝓſidebũt:q̃ ꝑs aĩæ in quocũq; eſt plurima:neq; vnq̃ pecuniarum poſſeſſione repletur:cauebuntq; ne corporalium voluptatum expletione adaucta grãdior robuſtiorq; euadat:nolitq; ſuo duntaxat officio fungi:ſed ſubiicere ſibi illa contendat:quibus imperare natura nõ debet:atq; ita vniuerſam oĩm vitam ꝑuertat.GLAV.Sic ꝓrſus.SO.Quietiã

ab externis hoſtibus hęc animã omnẽ corpuſq; cuſtodit:dũ illud quidem ꝓuide conſulit:hoc aũt
propugnat:obtẽperat principi:fortitudine q̃ cõſulta ſunt,ꝑagit.GLAV.Vera hęc ſunt.SO.Fortẽ
profecto hac ex parte virũ quoq; vocamus,qñ in ipſo iracũdię vigor ita inſtitutus eſt:vt in mediis
voluptatibus & doloribus,in ſentẽtia ſua ꝑſiſtat,nõ aliter eſſe de terribili & nõ terribili iudicãdũ
q̃ ratio ipſa dictauerit. GLAV.Probe.SO.Sapiẽtem vero breui illa ex ꝑte quę & imparuit ĩ ipſo,&
iſta dictauit,habẽs in ſeipſa ſciẽtiã,q̃ diſcernit quid potiſſimũ ex vſu ſit tã ſingulis q̃ vniuerſo ex
his tribus cœtui cõſtituto.GLAV.Certe.SO.Temperantẽ rurſus aliquẽ appellamus horũ ipſoꝝ
amicitia atq; cõcordia,qñ & qđ ꝑſidet & qđ ſubeſt,in ſententiã eãdẽ cõueniũt,rationẽ.ſ.imperare
decere:neq; ab illa deſciſcẽdũ eẽ.GLAV.Tẽperãtia ꝑfecto nihil eſt aliud & priuati & publice.SO.
Iuſtꝰ deniq; ex eo atq; ita erit ꝗſq;,ex quo ſępe iã diximꝰ,& quẽadmodũ expoſuimꝰ.GLAV.Neceſ-
ſariũ id oino.SO.Quid porro?Eſt ne aliqd qđ hãc noſtrã vſqueadeo ſentẽtiã interturbet,vt aliud
videaẽ eẽ nobis iuſtitia,q̃ qđ ĩ ciuitate cõſtitit?GLAV.Mihi qdẽ nõ videẽ.SO.Quinimo,ſiqd ad-
huc inter nos in cõtrouerſia ſit,ſic iterũ ſupiora penitus cõfirmabimꝰ,abſurda illa huic obiiciẽtes.
GLAV.Qualia?SO.Veluti ſi in hoc deliberare nos oportuerit de ciuitate illa,deq; hoĩe ſimiliter
atq; illa nato atq; nutrito:nunqd vir talis cũ depoſitũ auri vel argenti acceperit,videaẽ quandoq;
fraudem excogitaturus.cenſes aliquẽ iudicaturũ eiuſcemodi virum fraudem cõmittere potius q̃
aliter affectos hoies?GLAV.Neminẽ prorſus.SO. An non a ſacrilegiis hic,furtis,ꝓditionibus tã
priuatim aduerſus ſodales,q̃ publice aduerſus rẽpublicã innocẽs erit?GLAV.Innocẽs.SO.Atqui
neq; infidus vel in iureiurãdo vel quibuſcũq; cõmerciis.GLAV.Nullo pacto.SO.Adulteria qdẽ,
parentũ cõtemptus,impietas in deos,cuilibet alteri potius q̃ huic cõueniũt. GLAV.Ita prorſus.
SO.Nõne hoꝝ oim cauſa hęc eſt:quia quicqd in ipſo eſt,ſuũ opus exequiẽ: tã ad imperandũ q̃ pa
rendũ?GLAV.Nulla certe alia.SO.Quid?quęris aliud eſſe iuſtitiam q̃ hanc ipſam vim,quę tales
viros,& tales efficit ciuitates?GLAV.Ego qdẽ minime.SO.Tãdẽ nobis abſolutũ eſt ſomniũ illud
qđ nos coniecĩſſe diximus: ꝙ mox incipientes condere ciuitatem,deo quodã fauente,in principiũ
aliquod & imaginem iuſtitię aſcendiſſe videmur. GLAV.Omnino quidem.SO. Hoc aũt erat o
Glauco,ꝓpter qđ confert quoddã iuſtitię ſimulacrũ. Nempe debere qui natura cerdarius eſt,artẽ
hãc exequi,aliud nihil aggreſſum:qui vero faber,fabricare.Similiterq; in cęteris.GLAV.Apparet.
SO.Reuera quidem talis iuſtitia eſt,ſed nõ circa actionẽ exteriorẽ, imo circa ĩteriorẽ ſuarũ partiũ
actionẽ vere ad ipſummet animũ,& ad ſua:dũ nihil permittit ex ſuis aliena tentare:neq; ſinit animę
genera opera inuicẽ cõfundentia ꝑ plura vagari: ſed reuera ꝓpria recte digerit:ſuiq; eſt dominus,
ſeſe exornat,amicus ſibi ipſe effectus,in ſe tria ipſa cõtemperãs tãq̃ tres terminos harmonię, nea-
tes,hypates,& medię,hoc eſt octauę vocis,& grauis,& quintę:ſeu q̃uis alia media fuerit. Itaq; hęc
oĩa nectens,ipſeq; vndiq; vnus effectus ex multis tẽperãs atq; cõcinẽs, ita demũ agit ſiqd agit,vel
circa pecunias acqrendas,vel corporis cultũ,vel etiã circa ciuilia:aut priuata cõmercia:in his oĩbꝰ
actionẽ illã iuſtã & ꝓclarã exiſtimãs,q̃ habitũ hũc ꝑagit,atq; ſeruat:Sapiẽtiã vero oꝑationi huic ꝑſi
dẽtẽ ſciẽtiã:iniuſtã aũt oꝑationẽ q̃ hãc diſſoluit,inſipientiã:deniq; oꝑationis huius ducẽ,opinionẽ.
GLAV.Vera ꝓrſus o Socrates loq̃ris.SO.Si ergo nos ĩueniſſe dixerimꝰ iuſtũ virũ & ciuitatẽ iuſtã
quidve ĩ vtriſq; iuſtitia ſit:haud forte multũ vt arbitror mẽtiri videbimur.GLAV. Nõ ꝑ Iouem.
SO.Afferẽdũ igiẽ.GLAV.Proculdubio.SO.Eſto itaq;.Eniuero deinceps de iniuſtitia cõſiderãdũ De iniuſtitia.
videẽ.GLAV.Plane.SO.Seditionẽ qñ hoꝝ triũ ĩiuſtitiã appellare decet:curioſamq; & variã alieni
oꝑis vſurpationẽ,& inſolentẽ ꝑtis cuiuſdã ꝓuaricationẽ aduerſus totã animã rebellãtis,inſurgen-
tiſq; ad ĩperãdũ regio animi generi:cui ſeruire eã natura iubet. Talia quędã,vt arbitror,atq; horũ
turbationẽ errorẽq;, iniuſtitiã eſſe dicemꝰ,& ĩtemperãtiã,ignauiã,ĩſipientiã,& vniuerſam deniq;
prauitatẽ.GLAV.Hęc ꝓrſus ita ſe hñt.SO.Nõne ſatis iã ꝑſpicue patet,qd eſt ĩiuſta facere & ĩiu
riari:ac rurſus qd agere iuſta:qñ qdẽ iuſtitia & ĩiuſtitia patent? GLAV.Quonã pacto?SO.Quia
nihilo a ſalubribꝰ & ĩſalubribꝰ differũt.Nẽpe vt hęc circa corpꝰ,ſic circa aĩm ſe hñt & illa.GLAV.
Qua rõne?SO.Salubria qdem ſanitatẽ ĩducũt:inſalubria morbũ.GLAV.Plane.SO.Siliter quoq;
iuſta agere,iuſtitiã gignit ĩ aĩo:iniuſta facere,ĩiuſtitiã.GLAV.Neceſſe eſt.SO.Eſt aũt ſanitatẽ ĩfer
re,ita q̃ ĩ corꝑe ſunt diſponere,vt ſcđm naturę ipſiꝰ ordinẽ ĩuicẽ ſuperenẽ & ſupent.Morbũ aũt ĩdu
cere,vſqueadeo corꝑis ꝑtes ĩficere,vt cõtra naturę legẽ dominenẽ ĩter ſe ſubiiciãturq;.GLAV.Eſt
ita.SO.Eadẽ rõne iuſtitiã ꝑſtare cuiq̃,nihil eſt aliud q̃ animi ꝑtes ĩ ordinẽ ſuũ digerere,vt ad natu
rę normã pareãt atq; ĩperẽt.Iniuſtitiã vero vt cõtra naturã exuperent ĩuicẽ ac ſuccũbãt.GLAV.
Prorſus.SO.Virtus igiẽ vt appet ſanitas q̃dã eſt,& pulchritudo,& robuſtꝰ animi vigor.Prauitas Virtus ſanitas:
cõtra morbꝰ,turpitudo,& ĩbecillitas.GLAV.Eſt vt dicis.SO.Nõne igiẽ exercitatiões honeſtę ad Prauitas mor-
virtutẽ acqrẽdã cõducũt:turpes ad prauitatẽ deducũt?GLAV.Neceſſe ẽ.SO.Reſtat vt videẽ,diſ bus.
cutiẽdũ:nũqd ꝓſit agere iuſta, honeſta colere,eẽ iuſtũ,ſiue occultũ id cuiq; ſit,ſiue nõ: An ĩiuria

ri & iniuſtũ eſſe,ſi modo nõ det pœnas,neq; fiat ex punitione melior.GLAV.Mihi quidẽ o Socrates ridicula diſceptatio iſta fore videtur.Siquidẽ corporis natura corrupta,videtur nõ eſſe viuẽdũ:neq; etiã in ſumma epularũ & poculorũ omniũ affluẽtia: cũctis diuitiis, & totius orbis imperio.Natura vero eius quo viuimus polluta,atq; corrupta,num viuendũ erit,ſiquis qđcũq; lubet, aliud agat q̃ hoc vnũ:vnde ab improbitate iniquitateq; liberetur:iuſtitiã vero & ꝓbitatẽ adipiſcatur:poſtq̃ talia hęc vtraq;,qualia narrauimus,apparuerũt?SO. Ridicula ꝓfecto.Verũ poſteaq̃ eo deuenimus,vt q̃ certiſſime fieri poteſt,ꝙ hęc ita ſe habẽt,ꝑſpiciamꝰ, minime deſiſtẽdũ. GLAV. Per Iouẽ minime oĩm.SO.Age iã huc accede,vt videas quot ſpecies improbitas habet,vt mihi videtur.Attẽde nũc.Nẽpe hęc digna cõſpectu. GLAV.Sequor eqdẽ,dicas mõ.SO.Atqui tãq̃ e ſpe-

Virtutis vna ſpẽs, prauitatis innumerę.

cula quadã,poſtq̃ huc ratiocinãdo cõſcẽdimus,vna mihi ſpecies virtutis occurrit,prauitatis innumerę.Ex qbus quatuor qdam modi potiſſimũ ſeſe offerũt,quoꝝ meminiſſe oportet.GLAV.Quo modo iſtud ais?SO:Quot ſane rerũp.modi ſunt,ſpecies ſuas habẽtes,totidẽ eſſe & animę ipſius apparent.GLAV.Quot?SO.Quinq; rerumpublicarũ:quinq; rurſus & animę. GLAV.Dic quales.

Rerũpublicarũ modi qnq;.

SO.Vnũ aliquẽ reip.modũ eſſe hũc aſſero,quẽ expoſuimus.Duabus vero appellationibus declarari põt.Nã ſi inter principes ciuitatis vnus qdã ſit omniũ pſtãtiſſimus,regnũ vocabit̃.Sin autẽ plures,gubernatio appellabitur optimatũ. GLAV.Vera narras. SO.Hanc vnã ideo ſpeciẽ eſſe dico, quia ſiue plures gubernent,ſiue vnus,nullus qui ita,vt diximus,educatus,& eruditus fuerit,qcq̃ exiſtimatione dignũ in reipublicę legibus permutabit.GLAV.Neq; enim conſentaneum eſſet.

FINIS DIALOGI QVARTI.

Argumentum Marſilii Ficini In Dialogum Quintum De Iuſto.

NOn ſum neſcius fore nõnullos:qui Apologiã a nobis expectent qua quintũ hũc dialogũ cõmunionẽ omniũ in ciuitate ponentẽ, defendamus cõtra calumnias, tum maledicoꝝ,tũ etiã ignorantiũ.Verũ legant Platonẽ ipſum,ꝓcor, legãt diligenter,ac ſine inuidia iudicent,apologiam (ſcio quid loquar) nullã deſiderabũt.Plato igitur phœbeus humani generis medicus,cũ animaduerteret & ſingulos homines & familias & ciuitates ſemper & vbiq; grauiter ęgrotare:neq; vllis hactenus ciuiliũ medicoꝝ medicamẽtis tot ſęcula iã fruſtra curantiũ:vel liberari morbo,vel ſaltẽ leuari paulũ atq; minimũ cõualeſcere,tã prudenter,q̃ pie ad legẽ illã ſeſe cõtulit ꝓcipuã apđ medicos:q̃ medicinę ſanciũt auctores:ſiquis medicamẽtis talibus,puta frigidis diu adhibitis minime cõualeſcat,eſſe tandẽ rite ad calida tranſeũdũ.Cognoſcens ergo genus humanũ ꝑ leges diſtribuẽtes ꝓpria tot ſęculis nihil ꝓficere,imo vero in deterius quotidie labi,nõ iniuria ad amicitię ſe tranſtulit leges cõmunia inter amicos oĩa fore iubẽtes:vt diuiſione diuiſioniſq; & miſerię ſublata cauſa,concordiam,vnionem,felicitatẽ conſequeremur. Sed aliter rurſus exordiamur. Socrates in principio quarti diſciplinã educandę iuuẽtutis cunctis legibus anteponens,raptim attigit,videri optimã diſciplinã fore ſi vxorum,filiorũ,rerũ cõmunio fiat . At quoniã res eſt & noua q̃plurimis & plurimis inaudita,reuocatur ad eã ſtatim in principio quinti declarãdã apertius,& firmius cõprobãdam. Iam vero & ſi a Critia & Timęo didiceris diſciplinam ſimilem extitiſſe quondam apud Gręcas Aegyptiaſq; Athenas,neq; nimiũ admiraberis tãq̃ nouam,neq; diffidẽter audies tanq̃ penitus arduam,neq; inuitus admittes quaſi non bonã. Mitto ꝙ multi tradunt apud Boemos Placam vrbẽ aliqñ ſimiliter gubernatã . Atqui Diodorus inſulã in oceano meridiẽ verſus deſcribit: in qua ꝓter cętera cões etiã ſint vxores,viriq; philoſophię plurimũ aſtrologięq; ſtudioſi,Põponius quoq; Mela teſtis eſt Garamãtes in extremis Aphricę ꝑtibus cõia habere in republica oĩa . Similẽ pręterea bonoꝝ fuiſſe cõionẽ inter philoſophos Brachmanas,Gymnoſophiſtas,Eſſeos,Pythagoricos:& deniq; inter ſanctos quõdã Chriſtianę reipublicę fundatores,compertũ habemus. Videmꝰ quoq; ſęculis noſtris illos dũtaxat religioſos ad virtutẽ felicitatẽq; accedere,inter quos nihil eſt ꝓpriũ.At enim ſi vxorũ te cõmunio turbat,primo qdẽ ꝑmittito apud Platonẽ rite ex lege fieri,qđ apud adulterinos ſacerdotes in cõmune fit ſacrilegio.Deinde Platonẽ ipſum audito prius q̃ iudices,altius in ſua cauſa declamãtẽ.In ſequẽtibus nota primo quidem Socraticã ꝓuidẽtiã,prius eſſe cenſentẽ in legibus cõſtituendis errare,q̃ hominẽ interficere.Eiuſmodi nãq; error,multos ꝑ multa ſęcula interficit animos ſimul & corpora.Deinde modeſtiã difficilia diffidenter aggrediẽtẽ,& quaſi inuitã atq; cõpulſam.Tertio pietatẽ diuinũ auxiliũ pro ſuo more in rebus grauibus inuocantẽ. Ac ne in legibus erret cõdendis,ab Adraſtia dea petit opẽ:cuius mentionẽ quoq; fecit in Phaedro.

Adraſtia dea quae ſit.

Adraſtia hęc apud priſcos theologos eſt potentiſſima ineuitabiliũ regina legũ: legum inquã tam Saturniarũ ad mentes ꝑtinentiũ,q̃ Iouialiũ pertinentiũ ad naturas. Adraſtiam dico diuinã prouidẽtiã,quatenus nihil vel oculos eius ſubterfugere,vel manꝰ põt effugere.Nec ab re vbi optat ſir-

miſſimas leges condere:quas neqꝫ obliuio deleat,neqꝫ defraudet aſtutia,neqꝫ violentia frangat,&
oīno nullus deuitet,Adraſtiā obſecrat ineuitabilia ſancientē,quę nullus queat effugere.Deinceps
paulatim ad cōmunē ꝓgredit̄ diſciplinā a virorū videlicet inſtitutione ad īſtitutionē ſimiliter mu
lierū, mandās oīa priuata, publicaqꝫ tum pacis,tū belli ſtudia mulieribus cū viris cōmunia fieri:
ne mancū ſit genus humanū:eo tñ pacto vt in ſingulis grauiora viris,leuiora mulieribus cōmit-
tātur.Similiter & alibi docet brachia quoqꝫ ſic aſſuefaciēda,vt ſinguli vtrinqꝫ ſint dexteri,quos no
minat Amphidexteros.oſtēdit aūt id fore vtile atqꝫ poſſibile,& quo pacto fieri debeat.Deinde aliā
adducit cōmunionē,videlicet vxorū atqꝫ filioꝝ. Et ibi aduerte quāta ordinis ꝓuidētia conſtituat
magiſtratus:p̄ſides nuptiarū:& ſacra,& tēpora,& ætates,cauens nequid intēperate fiat,vel inutile
le ciuitati.Ac poſt generationē ꝗ diligēter de natis cogitet nutriēdis: ita tñ vt neqꝫ vir, neqꝫ mu-
lier ꝓpriū agnoſcat filiū,neqꝫ filius ꝓprios genitores,neqꝫ alios alii:ſed ſeniores opinari cogantur,
oēs pene iuniores eſſe filios vel nepotes: Iuniores viciſſim ſuſpicari oēs ſeniores eſſe progenitores,
æqualeſqꝫ ſimiliter eſſe fratres.Inter hęc vbi nutritionē eius ſpernit,qui vel p̄ter legē,vel ex inutili
natus fuerit,vel inutilis,intellige nō eſſe perdēdū:ſed in loco occultiori vel in ſuburbiis vilius nu-
triendū,extra exactiſſimā regulā illā,qua nutriunt̄ hi q aſſumēdi ad cuſtodiā iudicātur. Illum ve
ro inferiori alendū regula ad minutiora vrbis vel agri miniſteria ſuo tēpore trāſmittendū:vel for
te ad vrbes alias trāſferendū ſtatim natū.Mox agnoſce cōmunis charitatis inuentū:vbi ſic diſpo-
nit ſingula,vt ſinguli eadē,vel re,vel ꝑſona oculis demōſtrata, æque iudicēt, dicātqꝫ hoc eſt meū.
Cūqꝫ ſua cuiqꝫ chariſſima ſint,ſinguli cūcta curabūt:p̄cipue cū ad eiuſmodi curam legibus quoqꝫ
magiſtratibuſqꝫ adducātur.Hinc ergo incuria & negligentia noſtra,qualis in oībus eſt circa plu-
rima,quaſi a nobis ſint aliena,tollet̄. Tollet̄ & quotidiana fallacia qua iudiciū noſtrū in eo colendo
qđ ꝓpriū eſſe cēſemus,ſtulte decipit̄. Tolletur deniqꝫ extrema ꝑturbatio,ſollicitudo,miſeria,ꝗ ex i
ſano propriorum amore nos angit. Mitto ꝙ adempta diſcordię cauſa & cōmunis erit & integra
charitas.Proinde attēde ꝗ diligentes,ꝗ iuſtas,ꝗ mites ſtatuat belli leges : quæ p̄mia victores ma-
neāt: diuinitas.ſ.quędā.Trāſferri eñ hos inqt in beatos dęmones hominū curatores,& quaſi deo
charos rite colendos.Qđ vero de pueroꝝ oſculis dicit̄,iocoſum quiddā eſt Glauconis,& leuandi
tędii gratia dictū.Adde & triūphale quiddā atqꝫ feſtiuū . Reſtabat ꝓbandū cōmunionē hanc fieri
poſſe,poſtꝗ fore optimā fuerat affirmatū.Primo igit̄ etiā ſi nequeat fieri, oſtēdit ſe nō fruſtra hāc
in mediū adduxiſſe:videlicet tāꝗ exēplar in formādis ciuitatibus ꝓ viribus imitādū . Deinde de-
monſtrat tūc demū poſſe fieri quādo philoſophi gubernabūt,neqꝫ prius requiē vllā fore malorum,
Quāobrē ad formādos philoſophos tāꝗ futuros ciuitatis gubernatores opportune deſcendit:do-
cens quale ſit philoſophi ciuilis ingeniū,qualis affectus atqꝫ diſciplina.Principio quātū plebei cir-
ca percipiēda ſenſibilia hęc inferiora auidi curioſiqꝫ ſunt,tātū ingeniū philoſophicū ad inueniēdas
ideales hoꝝ oīm rationes,auidū & ꝓpēſum eſt,& ſagax ipſius veri venator.Quoniā vero verę qdē
res ideę ſunt,naturales aūt formę ſunt & imagines idearū,nō iniuria plebeos inqt ſomniare,putā-
tes q imagines ſunt,eſſe res veras.Philoſophū vero ſolū inter alios vigilare.Et quoniā inter ens at
ꝙ nō ens mediū ponit,memēto quinqꝫ gradibus oīa cogitari.Et nō ens qdē purū dici quicqd fin-
gitur infra materiā.Ens vero purū,purā mentē, ideāqꝫ exiſtere. Animā,cęlūqꝫ ens dici ſimul atqꝫ
nō ens,videlicet ꝓpter motū:magis tñ eſſe ꝗ nō eſſe. Materiā cōtra magis quodāmodo non eſſe ꝗ
eſſe.Sed qua natura cōpoſita ſunt ſub luna,eſſe pariter atqꝫ nō eſſe.Circa ea q vere ſunt cognitio
ipſa verſatur. Circa ea q vere nō ſunt ignorātia. Circa ea q pariter & ſunt & non ſunt,ſe reuoluit
opinio.Ignorantiā qdē & opinionē tum plebeis tribuit,tum ſophiſtis.Cognitionē vero.i.ſcientiam
dūtaxat philoſophis. Qꝫ aūt ſcientiā opinionēqꝫ potentiā quādā nominat, intellige potentiā non
informē:ſed partim naturali forma,partim habitu ꝓditā.Pręterea vbi de ideis agit,ad quas philo
ſophi refertur ſcientia,more ſuo īquit bonū,pulchrū,iuſtū. Ternarius hic numerus,modis tribus
exponitur. Primo bonū ſit deus:Pulchrū mens angelica multiformis:Iuſtū cęleſtis anima mūdana
iuſte diſtribuens.Secūdo bonū,forma ipſa actuſqꝫ diuinę naturę.Puchrū eiuſdē intelligentia.Iuſtū
volūtas eiuſdem. Tertio bonū inter ideas eſt exemplar formæ actuſqꝫ cuiuſqꝫ atqꝫ naturę.Pulchrū
exemplar ordinis,qui ex qualibet forma in ſeipſa reſultat.Iuſtum exemplar ordinis,qui a qualibet
forma atqꝫ re refertur ad alias. Quādo vero ipſi bono ſubdit malum,pulchro turpe,iuſto iniuſtū,
caue tria hęc oppoſita collooes in ideis.Pone vero hęc tum in ipſa informitate & deformitate ma-
terię,quā in libro de ſcientia vocat exemplar diuinitatis expers:et in Politico diſſimilitudinis locū
tum etiam in anima iam deprauata,& ad materiā oīno cōuerſa. Deniqꝫ qđ eunuchi ænigma pue
rile tangit,eſt eiuſmodi,Homo non homo,videns nō videns,percuſſit nō percuſſit, lapide nō lapi Aenigma de homine & nō homine.
de,auem nō auem,ſuper arbore nō arbore.i.eunuchus luſcus percuſſit pumice alam veſpertilio-
nis ſuper ſambuco.Sed id ridebis ſcio.Qđ & ridiculi gratia eſt appoſitum.

DIALOGVS QVINTVS DE IVSTO.

SO. BOnam equidẽ ciuitatẽ huiuſmodi:rectãq; Rẽpublicã voco:virũq; talem bonũ eſſe dico. Ac ſi recta hęc reſpublica eſt,alias prauas appello, vtpote quę circa ciuitatis ipſius gubernationẽ & priuatoꝝ diſciplinã aberrent: quę qdẽ in quatuor ſpeciebus prauitatis ſunt. GLAV. Quęnã iſtę? Tũc ego narrare pergebã,qua ratione mihi ſingulę ex ſeſe inuicem depẽdere viderent̃. Verũ Polemarchus,paulo eñ a me remotior erat q̃ Adimantus,Adimanti poſt tergũ ſedens extẽdit manũ:ꝓhendenſq; ſuꝑne palliũ Adimanti circa humeros,& eũ paulisper ad ſe traxit,& os ad aures eius admouit,ſubmiſſa voce ſuſurrãs. Ex his aũt q̃ dixerit,nihil ipſi percepim⁹ niſi id vnũ:ꝙ ait,ꝑmittemus ne?an qd agemus? Cui Adimantus altius reſpõdẽs,minime inqt. Ad hęc ego,Quidnam iſtud eſt qđ nõ vultis ꝑmittere? ADI. Te. SO. Quid maxime? ADI. Declinare nẽpe nobis videris,ſpeciẽq; totã diſputationis huius nõ minimã ſubtrcere ne nobis exponas,atq; ſurripere,putãſq; latere nos,negligẽter dixiſti,de vxoribus qdẽ & pueris cõſtabit oĩbus,oĩa ſicut ĩter amicos cõmunia eſſe debere. SO. An nõ recte dixi o Adimante? ADI. Recte nimirũ,ſed quẽadmodũ ĩ aliis,ita in hoc explanare oportet, qua rõne ita ſe recte id habeat: quis cõmunionis modus ſit. Nã multi eſſe poſſunt. Ne igit̃ id ꝑtermittas,quo min⁹ nobis aperias quẽ tu potiſſimũ dicas. Profecto nos diu iã expectamus,ſꝑãtes expoſiturũ te tã circa filioꝝ ꝓcreationẽ q̃ ſit generationis conditio,q̃ circa nutritionẽ,q̃ educationis futura ſit ratio: qualiſq; debeat eſſe hęc oĩs quã tu dicis,mulierũ filiorũq; cõmunio. Plurimũ quippe,immo vero totũ referre iſtud ad rẽpublicã ducimus,recte ne an nõ recte agat̃. Nũc aũt cũ rẽpublicã aliam aggrediaris,prius q̃ hęc ſufficiẽter tractaueris,viſum id nobis eſt,qđ & ipſe audiſti,ne te aliđ quicq̃ aggredi ꝑmittamus,anteq̃ hęc omnia quẽadmodũ alia expoſueris. GLAV. Me quoq; vobiſcũ ſentire exiſtimate. THRA. In hoc ꝓculdubio nos cõuenire oẽs o Socrates puta. SO. Quid agitis obſecro,q me ita reuocatis? q̃ grauẽ rurſus tãq̃ a pricipio diſputationẽ de Repub. ſuſcitatis? Nẽpe ego quaſi hãc iam peregiſſem,mecũ ipſe cõgratulatus ſum,ſatis mihi eſſe factũ exiſtimãs,ſiqs nũc dimittat hęc ſuſcipiẽs,quẽadmodũ ſupra dixi. Quę vos nũc exigẽtes,neſcitis q̃ frequens diſputationũ inſtigetis examen. Qđ ego tũc ꝓſpiciẽs libens ceſſi:atq; ꝑtermiſi,ne crebro nos tumultu turbaret. THRA. An cõueniſſe huc hos arbitraris o Socrates vt aurũ funderẽt,potius q̃ vt ſermones audirent? SO. Vt ſermones audirẽt qdẽ,ſed moderatos. GLAV. Modus certe & terminus horũ ſermonũ audiẽdoꝝ o Socrates,oĩs vita eſt viris mentẽ habẽtibus. Sed nos qdẽ mitte. Tu vero ne graueris ſi tibi videt̃ ea q̃ ꝑquirimus,declarare: quę noſtris cuſtodibus circa mulieres & filios ſit futura cõmunio: quęve nutriendoꝝ pueroꝝ ratio eo ipſo in tẽpore adhibẽda:qđ generationẽ inter & diſciplinã labitur quę laborioſiſſima certe eſſe videt̃. conare q̃ſumus nobis hęc aperire. SO. Haud facile o vir beate explicari hęc poſſunt. plures eñ in his q̃ in ſuꝑioribus inſunt ambiguitates. Primo qdem an fieri hęc poſſint,dubitaret̃. Quinetiã ſi poſſint:vtrũ optima iſta ſint,& quomõ,dubitabit̃. Quapropter difficultas hęc me dehortat̃,verẽtẽ o dulcis amice,ne votũ quoddã & fictio eẽ mea hęc oratio videat̃. GLAV. Ne pigeat obſecro. neq; eñ auditores habes ingratos,vel incredulos,vel maleuolos. SO. O vir optime,vt exhorteris me hęc affers? GLAV. Nempe. SO. Cõtra facis oĩno. Nã ſi mecũ ipſe cõfiderẽ,ea q̃ noſſe dico,recta eſſet hęc cõſolatio. Nẽpe tutũ eſt & audendũ,inter amicos prudẽteſq; viros vera q̃ qs cognoſcit,de maximis ꝓcioſiſq; rebus ꝓnũciare. Cũ diffidẽtia vero & ambiguitate verba facere quẽadmodũ ipſe facio,metuẽdũ eſt & fallax. haud formidandũ inquã, ne riſum audiẽtibus mouẽã:nã puerile id qdẽ:ſed ne a vero ꝓcul aberrãs,& ipſe falſitati ſuccumbã,& amicos mecũ trahã ĩ ruinã: & ĩ his vna decipiamur:ĩ qb⁹ minime oĩm errare cõueniat. Adoro ita q; ſupplex Adraſtiã ob ea q̃ dicturus ſum Glauco. Reor eñ minus eũ delinq̃re,q nõ ſponte aliquẽ ꝑimit,q̃ q circa cõſtitutiones de honeſtis,& bonis,iuſtiſq; fallit. Hoc aũt diſcrimẽ ſubire ꝑſtat inter inimicos hoĩes q̃ amicos. Quare meli⁹ o Glauco me cõſolare. GLAV. At eñ o Socrates ſiquo pacto nos ex hac diſputatione errare cõtigerit,abſoluemus te velut ab homicidio,& inſontẽ in hac deceptione ꝓnũciabimus. Ergo audacter diſputationẽ ingredere. SO. Porro innocẽs eſt q illic abſoluit̃,vt leges docẽt. Ergo & q hic abſoluit̃,innocẽs. GLAV. Dic itaq; hãc ob cauſam. SO. Dicere nũc rurſus oportet,quę forte deinceps dicẽda erãt. Forte aũt operęꝓciũ eſt:poſtea q̃ integrũ virile opus expreſſimus,deinceps quæ ſunt mulierũ,referre:præſertim cum ad hoc ipſe me cohorteris. Hominibus quidem natis & eruditis,quemadmodũ ſupra narrauimus, vt mea fert opinio, nulla eſt alia recta filioꝝ mulieruq; adeptio atq; vſus,q̃ ea via gradientibus,quã ipſi a principio ingreſſi ſumus. Etenim conati ſumus tãq̃ gregi cuſtodes,viros fœminę præficere. GLAV. Nempe. SO. Sequamur igitur generationem,nutritionẽq; ꝗſimillimã adhibentes: cõſideremuſq; vtrũ ita de-

ceat,nec ne.GLAV.Quonā pacto?SO. Ita.vtrū īter canes gregis cuſtodes,fœminas ipſas cēſem⁹
vna eadē cuſtodire debere,quę & mares:& vna venari,ac cętera omnia cōmuniter facere. An fœ-
minas quidē intus quaſi domeſtica aſſeruare: tanq̄ ad forenſia opera impotentes ꝓpter ipm̄ catu-
lorū partū & nutrimentū:maſculos aūt labores ſubire,omnēq; armenti curā gerere.GLAV.Cō-
muniter his oīa tribuimus: niſi ꝙ fœminis vt imbecillioribus,maribus vt robuſtioribus vtimur.
SO.Fieri ne pōt,vt animali aliquo ad eadē vtaris,niſi eadē rōne nutriueris,erudierisq; ?GLAV.
Nullo mō.SO.Si ergo fœminis ad eadē vtemur ac viris,ī eiſdē erudire decet. GLAV.Certe.SO.
Muſica aūt & gymnaſtica viros in ſupioribus erudiuimus.GLAV.Sane.SO.Mulieribus igit̄ ar-
tes hę ſimiliter & res bellicę tribuēdę ſunt:ad eadēq; vti his decet.GLAV.Cōſentaneū iſtud qdē
ex his q̄ dicis.SO.Forſitan multa ꝑter cōſuetudinē ridicula videbunt̄ dicta circa ea q̄ nūc induxi
mus ſi agant̄ vel dicant̄.GLAV.Et maxime qdē.SO.Quid ī his maxime ridiculū cernis?An quia
nudas fœminas cōſpecturus ſis in palęſtris cū viris certātes,nō mō iuuenes,ſed & vetulas,quēad
modū ſenes viros in gymnaſiis qui vna exercent̄,licet iā rugoſi veternoſiq; ſint?GLAV.Ita ꝑ Iouē.
Nā ridendū id qdē vt nūc res ſunt,videat̄.SO.Nos igit̄ poſtq̄ dicere cœpimus,haudquaq̄ vereri
debemus facetorū hominū dicacitates,quotcūq; & qualeſcūq; faciant aduerſus huiuſmodi muta
tionē,quā circa muſicā gymnaſticāq; inducimus:neq; minus circa armaturā equeſtrēq; facultatē.
GLAV.Probe loq̄ris.SO.Ergo poſtq̄ dicere cœpimus,pergamus ad legis ſeueritatē,rogātes iſtos
ne ſolito more nugentur,ſed ſeria cogitēt,admonēteſq; haud longū ꝑteriſſe tēpus, ex quo Gręcis
turpia ac ridicula videbant̄,q̄ hodie Barbarorꝫ pleriſq; ridenda vident̄ : nudos videlicet ſpectare
viros:& quādo primū exercitationes huiuſmodi aggreſſi fuerūt,in primis qdē Cretenſes, deinde
etiā Lacedæmonii,licebat ꝑfecto vrbanis viris q tūc erāt hęc oīa carpere.an nō putas?GLAV.Eq
dem.SO.Verū poſtq̄,vt arbitror,vtentibus viſum eſt cōmodius nudato corpore q̄ operto homi-
nes exerceri,factū eſt vt quia optimū id rōne fuerat iudicatū,oculis ridiculū minime videret̄.Ex
quo perſpicuū eſt inanem eſſe eū hominē,qui deridendū quicq̄ ꝑterq̄ qđ eſt malū exiſtimat: q irri
dere res ipſas aggreditur,aliā quāpiā ſibi ꝓponens deriſionis cauſam, q̄ ꝙ inſipidū atq; malum
aut honeſtum quicq̄ & ſtudio dignū exiſtimat,alio reſpiciens q̄ ad bonū.GLAV.Sic eſt omnino.
SO.An nō in hoc primū cōuenire oportet,vtrū poſſint hęc fieri,nec ne?Cōcedere inſup cuiq; vt
pro arbitrio aduerſus hęc ambigat,ſiue ioco,ſiue ſerio quis addubitare voluerit: vtrū in hominū
natura poſſit fœmina cū maſculo in oībus operibus cōmunicare,vel in nullo,vel in quibuſdā va-
leat:in aliis vero nequaq̄:ipſaq; res militaris vtro in genere horū ſit?Nōne quiſquis ita recte exor
ſus fuerit,vt decens eſt,recte etiā peraget?GLAV.Maxime.SO.Vis ergo vt nos ꝓ aliorꝫ cauſa,no
bis ipſis dubitationibus aduerſemur:ne ſine defenſione,q̄ ſunt rōnis alterius oppugnent̄?GLAV.
Nihil ꝓhibet.SO.Dicā igitur ſub eorū perſona hūc in modū.Nihil opus eſt o Socrates atq; Glau
co,vt alii vobis repugnēt.Nā inter vos ſtatim a principio cōdendę ciuitatis cōſtitit,oportere ſecū
dū naturā vnūquēq; vnū quiddā qđ ſuū eſſet,peragere.SO.Conſtitit. qđ nī? ADVER. Dubitas
ne,quin lōge mulier ipſa natura a viro differat?SO.Cur nō differat? ADVER.Ergo nōne opus
vtriq; aliud pro natura vtriuſq; eſt tribuendū?SO.Proculdubio.ADVER. Quid reſtat igit̄,quo
minus aberretis nūc,vobiſq; ipſis cōtradicatis?quādoquidem aſſeritis viros & mulieres oportere
eadē operari,cū tamen natura valde inter ſe diſcrepent.SO.Habebis ne o mirifice vir quid ad iſta
pro noſtra defenſione reſpōdeas? GLAV. In ꝑſentia quidē haud ſatis facile:ſed orabo te atq; oro:
vt quid potiſſimū in noſtri ſermonis defenſionē afferri poſſit,exponas.SO.Hęc quidem o Glauco
cęteraq; generis eiuſdē permulta,iādudū proſpiciens timidus atq; inuitus ad hanc legē defende-
bā de mulierū & filiorū adeptione,atq; nutrimento. GLAV.Profecto nō leue iſtud apparet. SO.
Non certe.ſed ita res ſe habet.Siue quis in ſtagnū breue prolapſus eſt, ſiue profundū in pelagus,
nihilominus aqua in media natat.GLAV.Prorſus.SO.An nō & nobis quoq; natandū,conandūq;
vt diſputationis vndas incolumes euadamus,ſperantes aut delphinū nos aliquē ſuſcepturū ſuble
naturūq;,aut aliā quādam occultā ſalutis cauſam nobis fore?GLAV.Ita videtur.SO. Circūſpice
obſecro,ſiqua exitum nanciſcamur.Attende itaq;.Cōuenimus profecto naturā aliam aliud opus
tractare debere:Mulieris autem & viri diuerſam eſſe naturam.Diuerſas naturas in pręſentia eiſ-
dem ſtudere iubemus,In hoc illi nos accuſant.GLAV.Valde.SO.Q; generoſa o Glauco contra- Taxatur elen
dictorię artis potentia eſt?GLAV.Cur?SO.Quia videntur mihi permulti etiam inuiti in eam in chus ſophiſti
cidere:arbitrariq; nequaq̄ litigare, ſed diſſerere , ex eo ꝙ nequeant ſecundum ſpecies diuidentes, cus.
qđ illis propoſitum eſt,contemplari:immo vero ſecundum ipſum nomen contrarietatem propo-
ſiti proſequātur:cōtendentes potius inuicē q̄ diſputantes.GLAV.Cōtingit equidem multis.ſed
nunquid & nobis idem nunc accidit?SO.Et maxime quidem. Videmur ſane inuiti cōtradictionē
attingere.GLAV.Qua ratione?SO.Q; natura eadem,opera eadem tractare non debeat, fortiter

admodū & cōtentioſe ſecundū nomen inſequi cœpimus. Cōſiderauimus aūt nullo pacto quę ſpe-
cies ſit alterius eiuſdēq; naturę, & quorſum reſpicientes tūc deſcripſimus, quando ſtudia diuerſæ
naturę diuerſa, eidē vero eadē attribuimus. GLAV. Certe nequaq̄ id excogitauimus. SO. Cęterū
licet nobis, vt videtur, a nobiſipſis exquirere, nunqd eadē natura caluorū ſit & comatorū: an con-
traria potius: ac poſtq̄ cōceſſerimus eſſe contrariā, ſi calui coria incidant calceoſq; cōficiant, haud
quaq̄ ſinere comatos homines eadē facere: ſin autē comati, caluos nequaq̄ permittere. GLAV. At
riſu dignū id eſſet. SO. An ob aliud ridendū iſtud, q̄ q̄ tūc nō omnino eandē & diuerſam naturā
poſuimus: ſed illā dūtaxat diſſimilitudinis & ſimilitudinis ſpeciē obſeruauimus, quę ad ipſa eadē
ſtudia pertinebat? Quēadmodū medicū & hominē habentē animū medicinę ſtudiis aptū, naturā
eandē habere diximus, an nō cenſes? GLAV. Eādem. SO. Medicinę vero aptū aliā, & aliā virū prō-
ptū ad fabricādū. GLAV. Omnino. SO. Nōne & genus virorū mulierūq; genus, ſi ad artē aliquā
aut aliud ſtudiū inter ſe differāt, hoc vtriq; aſſignandū eſſe dicemus? ſin autē hoc ipſo dūtaxat diſ-
crepare inuicē videātur, q̄ fœmina quidē cōcipit, vir gignit, nihilo magis admittemus oſtēſum
fuiſſe q̄ ad id quo de nūc nos loquimur, a viro fœmina differat: ſed adhuc cenſebimus, tā cuſto-
des q̄ mulieres ipſorū eadē apud nos exercere debere? GLAV. Recte nimirū. SO. Nōne poſt hęc iu-
bemus eū qui cōtraria dicit, hoc ipſm nobis oſtēdere, ad quā artē, qdve officiū ex iis q̄ inſtituendę
ciuitati cōducūt, nō eadē ſit ſed diuerſa viri mulieriſve natura? GLAV. Sic vtiq; decet. SO. Forte
qd tu paulo ante dicebas, alius quoq; diceret: ſubito qdem ad ſufficientiā dicere, non facile eſſe: ſin
autē cōſideretur, haud multū difficile. GLAV. Diceret vtiq;. SO. Vis ergo oremus eū q hęc no-
bis opponit, vt aures nobis p̄ſtet, attēdatq; ſiqua ratione illi oſtendere poſſumus, nullū eſſe ſtudiū
ad res ciuitati ſubminiſtrādas, mulieris ꝓpriū? GLAV. Oīno. SO. Age itaq; dicemus ad eū, reſpō-
de: nūquid ita dicebas ad aliqd opus aliquē, bono a natura ingenio p̄ditū, aliquē cōtra, ex eo q̄ ille
facile quicq̄ ꝑcipit: hic difficile: & ille ſi breue quid a quoq̄ didicerit, ex eo ipſe plurimū adinuenit:
hic aūt cū plura didicerit excogitaueritq;, paulo poſt obliuiſcitur: & illi qdē corporis mēbra ſuffi-
ciēter menti ſubſeruiūt, huic aūt repugnāt? An alia p̄ter hęc ſunt, quibus hominē ad aliqua natu-
ra bene inſtitutū & eū q cōtra eſt affectus diſtinguis? GLAV. Nullus alia dicet. SO. Scis ne aliqd
ab hominibus exerceri: in quo nō omnia eadē virorū genus & excellentius habeat q̄ mulierū gen⁹?
an late verbis vagabimur, texendi artificiū cōmemorātes, placentarūq; & obſoniorū cōfectionem:
In quibus aliquid mulierū eſſe videtur: vbi perridiculū ſane apparet cū vincitur? GLAV. Vera lo-
queris, quia longe in omnibus, vt ita dixerim, genus a genere ſuperatur. Mulieres aūt multę mul-
tis viris ad multa p̄ſtātiores. Vniuerſum vero ipſum ſe habet vt dicis. SO. Nullū igitur eſt o ami-
ce inter eos qui ciuitatem curant, officiū mulieris propriū qua mulier eſt, aut viri proprium, qua
Fœmina & vir oīm cōpotes: ſed fœmina iₘbecillior. vir: ſed æque diſperſæ in animātibus vtriſq; naturę: & omniū quidem operū natura compos eſt fœ-
mina, omniū & vir eſt compos. In omnibus aūt imbecillior fœmina. GLAV. Sic eſt prorſus. SO.
Num viris omnia p̄cipiemus, mulieri aūt nihil? GLAV. At quomodo? SO. Eſt vtiq; vt nos aſſere-
mus, inter mulieres quoq; alia medicinę apta, alia minime, alia muſica, alia natura a muſica aliena.
GLAV. Quid ni? SO. Et alia quidem ad exercitationes gymnaſticas & rem militarem prompta,
alia vero ad hęc inepta. GLAV. Sic arbitror. SO. An non & vna quidem ſapientię ſtudioſa eſt, alte-
ra ſapientiā ſpernit: & vna elato animo, altera vero depreſſo? GLAV. Et hoc aſſero. SO. Eſt ergo &
inter fœminas quędā ad cuſtodiendū idonea, quędā minime. An nō naturā quādā huiuſmodi ci-
uitatem cuſtodientiū virorū elegimus? GLAV. Eiuſcemodi certe. SO. Mulieris itaq; & viri eadem
hęc natura ad ciuitatem cuſtodiendā: niſi q̄ mulieribus vt imbecillioribus viris: vt robuſtioribus
eſt vtendū. GLAV. Apparet. SO. Mulieres itaq; tales eligendę ſunt: vt vna cū viris & colant & cu-
ſtodiāt ciuitatē: poſtq̄ idoneę ſunt: & natura ipſis cognatę. GLAV. Prorſus. SO. Studia vero nōne
eadē naturis eiſdem ſunt tribuenda? GLAV. Eadē. SO. Longo tādem circuitu ad priora illa reuo-
luti ſumus: cōceſſimuſq; haud eſſe cōtra naturā, vt cuſtodū mulieres muſica & gymnaſtica exer-
ceātur. GLAV. Summopere. SO. Quare neq; impoſſibilia, neq; pro deſiderio cōmentitia, lege ſta-
tuimus. quādoquidē ſecūdū naturā legem tulimus. Immo quę his tēporibus cōtra hęc fiūt, multo
magis p̄ter naturā fiūt vt videtur. GLAV. Videtur. SO. Nōne diſceptandū nobis erat, vtrū poſſi-
bilia & optima diceremus, nec ne? GLAV. Erat. SO. Q; poſſibilia qdē, cōſtitit. GLAV. Plane. SO.
Q; aūt optima, poſt hęc aſſerendū. GLAV. Patet. SO. Ad hoc vt mulieres ad cuſtodiā ſufficiētes
euadant, nō alia opus eſt diſciplina q̄ ea qua viros ad idē inſtruimus, pręſertim cū eadem reperiat
in vtriſq; natura. GLAV. Non alia. SO. Quid porro de hoc ſentis? GLAV. Qd petis? SO. Quęro
equidem vtrū exiſtimes inter viros alios meliores, deteriores alios eſſe: an ſimiles omnes. GLAV.
Nequaq̄ ſimiles. SO. In ciuitate igitur quā condidimus nunquid cenſes nobis pręſtantiores viros
effici cuſtodes, eam quā dedimus diſciplinā adeptos, q̄ coriarios peritia coriaria imbutos? GLAV.

Ridiculum eſt qđ ꝑtis.SO.Intelligo equidē.Quid aũt?nõne & reliquorꝫ ciuiũ hi optimi?GLAV. Et reliquorꝫ.SO.Quin & mulieres tales,erũt optimę mulierũ?GLAV.Valde.SO.Eſt ne aliquid melius ciuitati,q̃ viros q̃optimos, & mulieres optimas effici? GLAV.Nõ eſt.SO.Hoc aũt muſica & gymnaſtica,vt ſupra narrauim⁹,ꝓficere poſſunt.GLAV.Proculdubio.SO.Itaq; nõ ſolũ poſſibile,ſed & optimũ quiddã ciuitati,lege ſtatuimus.GLAV.Ita eſt.SO.Nudandũ igiť corpus erit mulieribus cuſtodũ,quãdoqđē ꝓ veſtibus virtutē induēt.Cõmunicãdũq; in bello & alia omni ciuitatis cuſtodia atq; tutela:neq; aliud agēdũ.Horũ tñ officiorꝫ leuiora quęq; ꝓpter generis ĩbecillitatem mulieribus tribuēda.Qui vero nudas riſerit mulieres,optimi cuiuſdã gratia ita nudatas, inanē circa ridiculas nugas carpens ſapiētię fructũ:neq; qđ rideat,neq; qđ agat,ĩtelligit.Scite nã ꝙ iſtud & diciť & aſſereť:qđ vtile qđē,honeſtũ: noxiũ aũt turpe.GLAV.Et maxime quidē.SO. Hũc itaq; vnũ veluti gurgitē enataſſe dicamus,de mulierũ lege tractãtes,adeo ne oĩno ſubmergi cõtigerit,dũ aſſeueraremus oĩa cõiter exercere debere cuſtodes apud nos tã viros q̃ mulieres. Immo vero ſibimet oratio noſtra cõſonuit, ꝙ videlicet & poſſibilia & vtilia ferret.GLAV.Profundũ certe pelagus euaſiſti.SO.Haud ingēs id eſſe dices,cũ deinceps qđ ſequiť,videris.GLAV.Dic iã vt videã.SO.Hãc qđē & priores cęteras,vt puto,hęcquoq; lex ſequiť.GLAV.Quęnã?SO.Mulieres.ſ.has horꝫ virorꝫ oẽs oĩm eſſe cõmunes:nullãq; priuatim alicui adhęrere, ac rurſus cõmunes filios:neq; patrē filiũ ſuũ noſſe:neq; filiũ ſuũ agnoſcere patrē.GLAV.Multo certe difficilius iſtud crederť, ꝙ vel poſſibile ſit,vel vtile.SO.Haud qđē arbitror dubium id cuiq̃ fore,qn vtile ſit:maximũq; bonũ:mulieres eſſe cõẽs,cõẽs & filios,ſi mõ fieri poſſit.Verũ arbitror plurimã in eo verſari cõtrouerſiã,nunqđ fieri poſſit,necne.GLAV.De vtriſq; ſane ſummope ambigeť.SO.Dicis vtriq; ſermonũ conſpirationē.Ego aũt rebar me iã ab altero liberatũ iri,ſi tibi viſum fuerit vtile eſſe.Nã reliquũ mihi fore vt ꝑquirerē,vtrũ poſſibile ſit an nõ.GLAV.At latere non potuiſti,dũ fugeres. Redde de vtriſq; rõnē.SO.Suſtinēda mihi certe eſt poena:ſed ĩ hoc mihi indulge.Sine me pauliſp meo arbitratu craſſari,quēadmodũ q pigri ſunt mēte craſſari ſeipſis cõſueuerũt:quotiēs ſoli ꝓficiſcunť.Eteni huiuſcemodi hoĩes,anteq̃ cõpertũ habeãt quo pacto fieri poſſit qđ expetũt,omittentes hãc curã ne nimio labore grauenť,dũ de poſſibili & ĩpoſſibili deliberēt:q̃ſi id ſit iã qđ affectãt, ponũt:ac deinceps reliqua digerũt:oblectãturq; dũ excogitãt qualia p̃ſente illo facturi ſint:atq; ita torpētē animũ etiã lãguidiorē reddũt.Haud ſecus & ipſe pigreſco,cupioq; ĩ aliud tēpus diſceptationē illã differre,poſſibilia ne iſta ſint,an nõ.In p̃ſentia vero quaſi poſſibilia ſint,admittēs,ꝑquirã, ſi ipſe ꝑmiſeris,qua rõne hęc exiſtētia principes ipſi diſponent: ꝙ vt oĩm vtiliſſime erũt iſta ſi fiãt, tã cuſtodibus q̃ ciuitati.Hęc conabor eqđē prius tecũ cõſiderare:illa vero poſterius,ſi cõceſſeris. GLAV.Cõcedo eqđē:cõſidera iã.SO.Arbitror igiť,ſi modo erũt principes hoc noĩe digni,eodēq; modo horꝫ miniſtri,hos qđē velle exequi q̃ mãdanť:illos aũt p̃cipere:ꝑtim ipſis parentes legibus, partim imitãtes,quatenus illis nos ꝑmiſerimus.GLAV.Probabile id qđē.SO.Tu igiť legis cõditor ipſis,quēadmodũ viros elegiſti,ita & mulieres eligens,p̃bebis quoad fieri põt cõſimiles inter ſe ingenio.Iſti aũt vtpote ędes & comeſſationes cõmunes habētes,ꝓpriũ vero nihil taliũ poſſidētes,vna habitabũt:& inuicē cõgrediētes in gymnaſiis ac reliquo victu,ab innata,vt arbitror,neceſſitate ad mutuã traheť cõmixtionē.An nõ neceſſaria tibi dicere videor?GLAV.Haudquaq̃ neceſſaria,geometrica quadã neceſſitate,ſed amatoria:q̃ multo acrior eſt q̃ illa ad ꝑſuadendũ vulgo atq; trahendũ.SO.Nimirũ vehemēter.Verũ poſt hęc o Glauco ſine ordine denudari inter ſe, vel aliud quicq̃ facere:neq; ſanctũ eſt in beatorũ hominũ ciuitate,neq; iudices id permittēt.GLAV. Neq; eñ iuſtũ eſſet.SO.Cõſtat vtiq; ꝙ nuptias deinceps, quoad fieri põt,ſacras inſtituem⁹.Eſſent aũt ſacrę,q̃ vtiliſſimę.GLAV.Sũmopere.SO.Quonã pacto vtiliſſimę erũt?hoc mihi dicas o Glauco.Video eqđē tuis in ędibus & venatorios canes & generoſas aues frequētes. Nunqđ ad iſtorum coitum generationēq; quãdoq; animũ applicuiſti?GLAV.Quorſum iſtud? SO.In primis horum ĩporũ licet generoſorũ,nõne ſunt & fiũt optimi aliqui?GLAV.Sunt.SO.Vtrũ ex q̃buſcũq; æque fieri generationē ꝑmittis?An curas potius,vt ex optimis generetur? GLAV.Ex optimis.SO. Nũ ex tenerrimis quibuſq;?an ſenio cõfectis?an ętatis in flore potius cõſtitutis?GLAV.Ex his ipſis potius.SO.Ac niſi hũc ĩ modũ generatio deducať,longe deterius fore canũ & auiũ genus exiſtimas? GLAV.Equidē.SO.Putas in equis cęteriſq; animalibus aliter euenire?GLAV.Abſurdũ id eſſet. SO.Papę o dulcis amice q̃ ꝑſpicacibus ac ſummis nobis eſt opus principibus:ſi qđē in hoĩm genere ſimiliter ſe res habet.GLAV.Habet vtiq;:quid tum?SO.Quia neceſſe eſt vt medicinis multis vtãtur.Qñ eñ medicinis nullis indigēt corpora,ſed victus dũtaxat ĩſtitutionē exigũt,medicũ certe debiliorē ſufficere arbitramur.Cũ vero medicinis eſt agendũ,ſcim⁹ fortiori quodã medico opus fore.GLAV.Vera narras.Sed quorſum hęc? SO.Nēpe neceſſariũ fore videť,vt frequēti mēdacio & deceptione vtanť pricipes ad ſubditorꝫ vtilitatē. Dixim⁹ aũt ſupra huiuſcemodi oĩa pharmaci

Nudãdas eſſe mulieres.

Mulieres & filios cõmunes eſſe.

medicinęq; loco neceſſaria eſſe.GLAV.Et recte quidē.SO.In nuptiis itaq; & filiorū procreatione
videt̃ rectū hoc fieri nō mediocriter.GLAV.Quo pacto?SO.Oportet pfecto ſcdm ea q̄ ſupra cō
ceſſimus,optimos viros mulierib⁹ optimis vt plurimū cōgredi:deterrimos aūt cōtra,deterrimis.
Et illoꝝ qdē plē nutrire:horū minime:ſi armentū excellētiſſimū ſit futurū.Et hęc oīa dū agantur
ab oībus pterq̄ a principibus ignorari,ſi modo armentū cuſtodū debeat ſeditione carere.GLAV.
nullo prorſus ſenſibili vtens,ſed ipſis ſpeciebꝰ,per ipſas,atq; ad ipſas progrediens.GLAV.Intelli-
go tandem:q̄q̄ minime ſufficienter vt cuperem.Videris enim mihi magnum opus ꝓponere.Moli
ris quidem differere,partem illam vere exiſtentis & intelligibilis generis,quā per demonſtrationis
ſcientiam ſpeculamur,illa eſſe clariorem quam ex illis ſcientiis quæ artes appellanẗ,inueſtigamus.
In quibus pro principiis ſuppoſitiones habentur : et qui iſta conſiderant, cogitatione coguntur
non ſenſibus intueri . Quoniam vero ad principium non aſcendunt,ſed ex ſuppoſitionibus inda-
gant:intellectum circa hæc habere tibi nequaq̄ videntur:licet cum principio intelligibilia ſint. Vi-
deris autem mihi geometricarum & ſimilium rerum habitum,cogitationem potiꝰ appellare q̄ in
tellectum,quaſi cogitatio inter opinionem & intellectum medium teneat. SO.Sufficienter admo-
dum percepiſti.Atq; ad has quatuor ꝓportiones,quatuor itidem animi affectiones accipe.Intelligē
tiam quidem ad ſupremum ipſum:ad ſecundum cogitationem:ad tertium fidem:ad poſtremū ve
ro aſſimilationem ſiue imaginationē.Hæc pręterea inuicem alternę ratione proportiōis ordina:vt
ita hæc claritatem participent,quemadmodum illa,circa quæ ſunt , veritatem. GLAV. Intelligo
equidem:& quod dicis admitto:& vt iubes ita diſpono.

Argumentum Marſilii Ficini in Septimum Dialogum De Iuſto.

SAPIENTES Diuino ingenio prediti omne mentis ſtudium a terrenis ad cæle-
ſtia,a mobilibus ad imobilia,ab his quæ ſentiuntur,ad illa quę ſuperant ſenſum,
pro viribus conuerterunt.Conſiderantesq; mundi machinam & vnam eſſe & mi
rabiliter ordinatam:neq; tamen ex ſeipſa poſſe conſiſtere: cum ex diuerſis cōpo-
natur: atq; mutetur:merito cognouerunt ab alio dependere:ab alio inquā vno,
atq; ſapiētiſſimo:qui & vnum cōficiat opus ex multis:& id vnū vbiq; ordinet ſa
piēter:regat prætera & potēter,opus videlicet ingēs atq; multiplex,motu quidē ꝑpetuo atq; rapi
diſſimo,nō tñ aberrāte reuolutū.Ducat quoq; benigniſſime ſingula ad bonū mirifica tum cōmo
ditate tū facilitate currentia.Quāobrem cōi quadā cōceptione deū eſſe pariter conſenſerunt,vnum

vniuerſi regē potētē & ſapientē atq; clementem.Quē & terreni reges,rerūq; publicarum gubernato
res ꝓ viribus debeāt imitari.Poſt cōmunē hanc de deo conceptionē, gemina rurſus via ad deū cœ
perunt planius atq; propius ꝓficiſci.Per alterā quidē negando,ꝑ alterā referēdo. Nā illa qđ ipſum
bonum,id eſt quid deus nō ſit argumētātes ꝓbauerunt neq; eſſe quicq̄ ex his q̄ capiuntur ſenſib⁹
neq; ex his q̄ mente comprehendunť.In hac autē & creaturas ad creatorē,& viciſſim creatorem re
ferentes ad creaturas,excogitauerunt qua ratione & creator ſingula faciat atq; ꝑficiat:& creaturę
ad ipm ſeſe vel habeant,vel imitari,vel cōſequi poſſint. Hactenus procedere philoſophātis ingeniū
Plato noſter & ī Parmenide mōſtrat,& in libro ſuperiore cōfirmat.Qđ Dionyſius quoq; Areopagi
ta maxime cōprobat.Procedere inquā hucuſq; tum radio quodā ab initio mēti ſemel infuſo,tū ac
cedente lumine diuinitus mētes aſſidue colluſtrante.At vero quid ipm in ſe bonū ſit.i.diuina ſub
ſtantia,quēadmodū & in Parmenide & hic oſtendit,nemo ꝑ eiuſmodi vias aſſequi pōt.ſolū vero per
has illuc deniq; ꝑuenire vbi diuinū bonū ob ſolā benignitatē ſuā amatorē ſuum ꝓpius accedentē &
ꝓpria luce format,& calore fouet,& poteſtate trāſformat mētē, tunc demū cognoſcentē deum cū
ipſa iam facta ſit deus.Qđ quidē in epiſtolis quoq; ſignificat.Poſtq̄ vero deū philoſophus contēpla
tus fuerit cœleſtia gubernātē,tunc ſolū,& ſolus poterit terrena diuinitus gubernare.Qua quidem
in re Plato Minoē laudat ab Ioue prius contēplando petētem leges q̄ ad hoies promulgaret.Mitto
quantum multi laudēt Scipionem,ꝙ Ioue magiſtro ad remp.accedebat.Quid de Numa Pōpilio
dicā,ciuitatē religioſis legibus gubernante!Nōne & Moſaicę leges qbus dei populus diuine guber
nareť,deo ipſo docēte ad hoies ꝑuenerunt!Hic Ariſtoxenus narrat philoſophoꝝ Indoꝝ myſteria,q
bus contineť,abſq; diuina regula & hac quidem a deo demōſtrata nō poſſe quicq̄ vel priuatim vel
publice recte feliciterq; vnq̄ adminiſtrari.Quoniā vero idē Aegyptii cōꝑtū habebāt,ſolis philoſo
phis,& his qdē abſolutis atq; inſuꝑ ſacris regni gubernacula cōcedebāt.Atq; vſqueadeo putabant
nihil abſq; diuino auxilio poſſe feliciter agi,vt oia publica a ſacris votiſq; auſpicareť.Nihil rurſus
abſq; diuina quadā inſpiratione intelligi poſſe adeo aſſerebāt,quēadmodū refert Iamblichus:vt oēs
apud illos philoſophātiū libri Mercurii dei nomini ſint aſcripti: quaſi nō hoim ſint inuēta,ſed dei.
Qđ Timæus quoq; ſignificat dicēs philoſophiā donū eē diuinū.Ciuilem quoq; peritiā eſſe diuinū
munus in Protagora & Politico docet.Atq; vt ad hūc ſeptimū redeam⁹,nō admittit quēq̄ ad hāc
ſuā rēpub.gubernādā niſi quē cōſtiterit diuina quadā tā indole q̄ educatione vtrūq; donū diuinit⁹
accepiſſe.quē ſolum vbiq; legitimū ciuē philoſophūq; appellat.Sed cur diuino ad id munere opus
eſſe dicit!Mitto nūc alias rōnes.Quia videlicet cū difficillimū cuiq; ſit ſeipſum feliciter gubernare
certe impoſſibile eſt ciuitatē,ex tam multis diuerſiſq; cōpoſitā,cui & quotidie innumerabiles incer
tiq; iminent caſus,beate vnq̄ abſq; deo beatitudinis auctore cōponere.Hinc factū eſt vt quęlibet ci
uitates ꝓpriū quoddā numen agnouerint,quaſi patronū.huius vero numinis vicariū & interpre
tem eſſe Plato vult ciuitatis gubernatorē,q inſtar numinis & diuina cōtēpleť,& humanis inde ꝓ
uideat.Quāobrē malos hoies quaſi diuini muneris oino exptes a repub.ꝓcul expellit.Solos aūt ac
cipit bonos.Neq; tū oēs.Nā ignaros theologiæ appellat cæcos atq; ſomniantes: vtpote qui rerum
imagines ꝓ rebus accipiant:ſtultū vero cēſet ciuitatis cuſtodiā cæcis ſomniātibuſq; commendare.
At vero theologos,qui nullum adhuc humanarū rerū vſum teneant,nō pri⁹ ad publicas res gerē
das admittit,q̄ priuatis leuioribuſq; tractandis aſſueſcerit.Concludit interea nulli magiſtratū eē
dandū,niſi cuius vita ſit melior magiſtratu,ipmq; magiſtratū neq; petat,neq; etiā appetat.Tu ve
ro vbi Plato in erudiēdo ciuili philoſopho cui imaginē ꝓponit ſpeluncæ,& vinculoꝝ,& luminis cu
iuſdā,vmbrarumq; & aquę:Speluncam intellige hunc quē videmus mundū ſi ad mundū inuiſibi
lem cōparetur: Vinculū vero corpus humanū:ſiue potius ꝑturbationem animum corpori alligan
tem.Vmbras aūt res oēs quæ ſenſus mouent.Sunt eñ hæ verarū rerū id eſt idearum vmbræ . Qđ
aūt dicit animū non abſq; offenſione repente tum ab inuiſibili mundo deſcēdere ad viſibilem,tum
viciſſim aſcēdere,duobus more Platonico modis potes accipere.tum in hac vita:qñ videlicet abſq;
medio ab hoc humanoꝝ ſtudio,ad ipſum ſupremum diuinorum ſtudium,atq; contra trāſitur.tū
inter hanc vitam atq; alteram.Qñ.ſaīa vel impura a corporis tenebris ad diuinū migrat lumen,
ſub quo caligat ꝓrſus & cruciať,vel a diuino lumine in corpus elemētale deſcēdēs diu cęcutit atq;
turbať.Memēto vero luminis ꝓprium eſſe oia facere atq; demonſtrare.idq; eſt triplex,diuinū,intelle
ctuale,viſibile.Diuinū appellari ſolis vtriuſq; ſolem.Intellectuale,ſolē angelicū nominari,ſolis mun
dani ſolem. Viſibile deniq; lumen,eſſe cæleſtē ſolē eiuſq; fulgorē.Quēadmodū vero fulgor a cæle
ſti ſole ꝑ oia ſe diffundens,eſt imago actuſq; ſolis:ita & lux quæ ineſt ſoli imago eſt actuſq; mētis an
gelicæ.Lumen deinde in angelo diuini luminis actus eſt & imago.Et quēadmodū viſibile lumen in
natura perſpicua dūtaxat recipitur,ſic inuiſibile in perſpicaci natura.Tres eiuſmodi ſoles Iulianus
Platonicus in libro de ſole deſcribens,addit ex Phœnicum theologia viſibile lumen eſſe diuinę an

gelicæq; intelligentię actum quẽdam perenné p ſolarē feneſtram ad oculos emicantē:atq; inde per
materias paſſim pſpicuas quaſi cõuenientes ſibi diffuſum.Cęterũ ne diffidas lumen hoc apparēs eē
luminis non apparentis imaginē,ſcito id lumen non eſſe corpus.Corpora eñ abſq; offenſione inſe
ctioneq; penetrat.Itē non fieri ꝓpriam cõpoſiti corporis qualitatē.Alioquin & ꝓpriā requireret q̃li
tatē elemētoꝝ calidā ſiue frigidā in eo p̃cedentē,q̃ ipſum fit ſuſcepturũ:& recedente ſole ad tp̃s in
pſpicuo remaneret.Item dimenſioni ꝓprię non aſtringi.Nõ eñ tp̃e puenit: vel partē nũc illuminat
& poſt partē.Adde q̃ ampliũ abſq; ſui diſſipatione implet,viciſſimq; in anguſtũ ſine vel ſui vel vaſis
conſtrictione momento ſe colligit.Neq; ꝓprie corporeũ eſt:ſed inter incorporea, & corporea mediũ
& pfecto ꝓpria cæli qualitas,cuius natura incorporeis eſt q̃ proxima,cõicatur quoq; elementis dũ
taxat pſpicuis,in hac ipſa pſpicuitate cęlo ſimilibus.pſpicuis inquã primo lumē,deinde calor:opa
cis aũt calor primo,lumē vero nõ prius,q̃ p calorē ad naturã pſpicuã redigant.Corporibus aũt opa
cis,in q̃bus natura terrea dominat,non infundit.Non q̃a penetrare nõ poſſit,q̃ñq̃dē & cryſtallum
penetrat opacis multis ſolidius:ſed q̃a natura terrea a natura cęleſti alieniſſima cæleſtis qualitatis
capax eē non põt.Cõicat tñ opacis calorē vt dixi,nõ tã ꝓpriũ cęlo q̃ lumē.Cęlũ eñ quia lucet,ideo
calet. Qꝫ aũt lumen a cęlo in pſpicua noſtra diffuſum,ſolis imago rurſus debeat appellari,hinc ap
paret: q̃ ipm̃ eſt imaginũ oĩm cõis ꝓpriaq; origo.Imagines eñ rerũ ſub ipſi⁹ fulgore reſultãt: ipm
q̃ eſt imago tã potens,vt appareat nõ ſolũ qñ a ſpeculari corpore reſilit: ſed etiã qñ a ſole proſilit.
q̃d cæteris imaginibus minime cõuenit.oẽs tñ incorporeæ ſunt.ſiquidem p totũ momento ſe fun
dunt:eodẽq; in puncto abſq; mutua cõfuſione ſunt multæ.Incorporeũ ergo eſt & lumen: cuius id
virtute pficitur. Proinde momento ſolis radiũ ſecum ferre actũ lucis vimq; caloris. Ac p lucē q̃dē
referre diuinæ & angelicæ intelligentiæ claritatē.Per calorē vero vtriuſq; volũtatis charitatiſq; af
fectum.Cũ vero ſuperi,quẽadmodũ & artifices,opa p volũtatem potius q̃ p intelligẽtiã agãt, meri
to viſibilis hic radius ex inuiſibili illoꝝ radio ꝓfluens,p calorem agit ſingula q̃ gignunt,poti⁹ q̃ p
lucem.Immo vero p lucē agit:ſed rerũ imagines ſpiritales:per calorē vero corporeas qualitates.Ca
lorq; hic ita dependet a luce,quẽadmodũ in diuinis p intellectũ idealiter repſentant oĩa:p affectum
inde ſurgentē oĩa generantur.Nos vero hinc admoniti ſi natura terrea lumen cęleſte nõ recipit,ter
renos a nobis affectus longius expellamus,vt diuino lumine impleamur.Ac ſi vltimũ corpus non
accipit primi lumen,niſi caleat inde prius ſimileq; reddat : eia nos quoq; mentiũ vltimi flagrem⁹.
pri⁹ amore primę:vt amore purgati factiq; ſimiles luceamus deĩde diuinit⁹:ac pleno iã lumine gau
deamus.Sed reliqua iã huius ſeptimi pſtringamus.Q̃m igit triplex lumen eſt vt diximus : viſibile
ſcilicet,& intellectuale ſup viſum,& diuinũ ſup intellectũ:ideo Plato in tribus gradibus mẽtionem
hic facit de lumine.ſ.in cauerna,in nocte,in die,tria videlicet lumina illa ſignificãs. Ter quoq; mẽtio
nem facit de aqua,in cauerna,in nocte,in die.ſicut eñ lumen & facit & demonſtrat oĩa,ſic aqua la-
uat oĩa atq; repſentat.p primũ q̃dē ſignificat mores,p ſecũdũ vero cõtēplationē.Et vtrũq; trib⁹ gra
dibus pagit.Nẽpe p moralē ter lauat & purgat:primo quidē amputando ſecũdos motus p virtu-
tes ciuiles:deinde eoſdē p virtutes purgatorias extirpãdo:tertio p virtutes aĩ iam purgati motus
primos abſolutiſſime moderando: vnde iã ad exẽplares q̃ in deo ſunt,virtutes pueniat:præſertim
p contẽplationem.Cuius quidem tres ſunt gradus,quos refert aqua ter nominata, quatenus ipſa
imagines reprę̈ſentando,refert intelligentiã.Diuina ſiquidē in tribus,vt ita dixerim,aquis repſen-
tari vident.Primo quidem licet cõfuſius,in rationibus phyſicis: Secundo diſtinctius in mathemati
cis:Tertio clariſſime in metaphyſicis penitus abſolutis.Formas quidē phyſicas Plato oĩno materia
les appellat,q̃a & cõi & ꝓpria materia indigent,& abſq; illa cogitari nõ poſſunt.Mathematicas ve-
ro formas,nõ adeo materiales:quia & ꝓpria non egent materia, ſed aut cõi tantum vt dimẽſiões,
aut nulla,vt numeri:atq; hæc ſine materia licet excogitare.Diuinas deniq; formas oĩno ĩmateria-
les exiſtimat:reſq; veras:quarum imagines q̃dē ſint mathematicæ formæ,vmbræ vero res natura
les.myſteriũ vero hoc eſt Pythagoricũ.Cum ergo aĩaduerteret Thaletem,Democritũ,Anaxagorã
tam negligentes in rebus diuinis fuiſſe,q̃ diligentes in naturalibus:Pherecydē contra & Pythago
ram Pythagoreoſq; oẽs mathematicoꝝ principes,pariter ſummos extitiſſe theologos,moribuſq; di
uinos,merito partim rõne,partim expientia cõcluſit curioſum naturaliũ ſtudium aĩam ſæpiſſime
a diuinis auertere.Quã & Salomõ ꝓpterea occupationē peſſimã iudicauit: & miſeros qui nimium
occuparent in ea.Eoſdē in Phędone Socrates deteſtat:eos inquã q̃ naturaliũ effectuũ cauſas, dũta-
xat ad qualitates quaſdã elemẽtales curioſius referẽtes,in eiuſmodi principio & fine quieſcunt:ne
q; ſummũ vniuerſi principiũ finẽq; pquirũt.Quãobrē Septim⁹ hic liber vbi aĩam ad ſũmũ bonũ ſo
lẽq; id eſt deũ ideaſq; diuinas quaſi ſtellas cõuenientibus pducit gradibus:nullã in ipſo aſcenſu na-
turalis pitiæ efficit mentionē.Sed mathematicos quoſdã gradus ad diuina cõmodius perducẽtes
adducit in mediũ.inter quos duo ſunt puri.Arithmetica eñ circa puros verſat numeros,& geome

tria circa puras dimẽſiones. Tres vero gradus ſunt mixti. Nã muſica numeris addit voces motuſq;
ad auditũ praecipue pertinentes. Stereometria vero dimenſionibus addit põdera. Aſtronomia nũe
ris dimenſionibuſq; caeleſtes ſphęras motuſq; metiť. Vtiť aũt Plato naturali peritia in deſcenſu po
ti⁹ q̄ aſcenſu, quẽadmodũ in Timaeo, & Philebo, atq; Parmenide, & alibi ſępe docet. In deſcẽſu eñ ꝑ
diuinas naturaliũ cauſas, naturalia vult pricipia demõſtrari. In aſcẽſu vero ꝑ anxiã naturaliũ curã,
tanq̄ a diuinis valde remotã, diuertere ab illis aĩam putat potius q̄ cõuertere. Oĩno aũt & actiões
oẽs etiã ſi honeſtiſſimę videanť, nihilipendit: niſi ad diuini boni imitationẽ cõſecutionẽq; cõducãt.
& ſpeculationes ſimiliter oẽs vel negligit, niſi ad diuinũ bonũ inueniẽdũ cõferãt: vel etiã deteſtať,
ſi quo pacto nos inde diuertãt. Proinde totũ philoſophiae ſtudiũ eſſe vult a ſenſibilibus conuertere
ad intelligibilia: ad ipſumq; bonũ, qđ intelligibiliũ lumen eſt ſuꝑmũ, aſcendere. Atq; quẽadmodũ
ſe habet viſus ad viſibiliũ ſummũ. i. ſolẽ, ſic intellectũ ad ſummũ intelligibiliũ lumen. ſ. deũ ſe habe
re. Ergo ſicut ſol generat oculũ, & generãdo vim videndi largiť, & genito actũ vidẽdi cõtinue pſtat
ſic deus & intellectũ creat: creãdoq; intelligendi vim pbet: & creato cõtinue actũ intelligẽdi. Rur-
ſus quẽadmodũ circa oculũ nihil opus eſt ab arte fieri, niſi purgare ipm atq; cõuertere: ita circa ĩtel
lectũ duo dũtaxat pręſtat philoſophia, purgãdo. ſ. ipm tũ a ꝑturbationibus, tũ a falſis opinionibus:
atq; cõuertendo ꝑ rõnes exhortationeſq; a ſenſibilibus formis ad intellectuales nobis ĩſitas formas
perq; has ad formas ĩtelligibiles. i. ideas. Rurſus ꝑ ideas ad diuinã mentẽ, qua cõprehenduť ideae:
ab hac deniq; ad diuinũ bonũ, idearũ principiũ atq; lumen. Cũ ergo dicit aĩam a lucerna ad lunã, a
luna ad ſolẽ attolli, ſignificat a formis naturalibus ad mathematicas, ab his ad diuinas deniq; eleua
ri: non docendo qdẽ, diuina eñ vt tradit in epiſtolis, doceri nõ poſſunt, ſed purgãdo potius atq; cõ
uertẽdo. Nã his pactis, ſicut ſol qui eſt viſibiliũ lumen, mõſtrat oculo viſibilia: ita ipm bonũ qđ in-
telligibiliũ lumen eſt, intelligẽda intellectui patefacit. Sed de his in theologia noſtra latiſſime. Itaq;
nemo mirari debet Platonem: doctrinali ſcribẽdi ordine vti rarius: purgatorio vero atq; exhortato
rio, id eſt cõuerſorio ſemp. Poſt haec nota ex eoꝝ numero quę ſentiunť, illa potiſſimũ intelligẽtiã ex
citare, q̄ haud plane ꝑ ſenſum a ſuis oppoſitis diſcernunť: ideoq; intelligentia indigent diſcernente.
Itẽ numeros nõ eſſe corporeos. Siquidẽ nihil aliud numerus eſt q̄ vnitas repetita. Vnitas aũt nõ ẽ
corpus. non eñ in partes diuidiť. q̄ ſi fingať diuidi: nõ ſecať, ſed poti⁹ multiplicať. multiplicať ĩquã
in ſeipſam, nõ in ꝑtes vllas. pars eñ q̄libet toto ſolet eſſe minor. Nulla vero vnitas vel maior vľ mi
nor eſt vnitate. Atq haec ipſa vnitas numeruſq; ad incorporeã nos eſſentiã erigũt: ſimiliter quoq;
figurę: quarũ rõ vera in mente reperiť potius q̄ in corpore. Similiter aſtronomia ex ordine cęli mo-
toris rõnẽ indagare videť. Eũ Plato aſtronomũ negat ſuꝑna ſuſpicere, qui ab ipſo cęlo non ꝓſpere-
rit ſuꝑ cęlũ: praeſertim quia caeleſtia cũ integrũ nõ impleant ordinẽ, nimirũ a ſuꝑiore quodã & inte
gro ordine pendent. Deridet & muſicũ niſi a conſonantia vocis ad intellectualẽ ſe recipiat cõſonan
tiae rõnem. Deniq; dialecticã. i. metaphyſicã ſiue theologiã oĩbus facultatibus anteponit, & ducentẽ
oẽs, & ad ſuũ officiũ vtentẽ miniſterio ſingularũ. Officiũ vero ei⁹ eſſe ꝑ totã ipſi⁹ qđ diciť ens, ꝓgre-
di latitudinẽ: atq; ad ipm bonum totius entis cãm ſe cõferre: et in ipſo entiũ ordine qđ vnũqđq; ſit
definire, rõnẽ cuiuſq; eſſentiae aſſignãdo: quidve quãlibet ſequať eſſentiã demonſtrare. Cęteras aũt
facultates ꝓ huius nobilitate iudicat eſſe ſeruiles. Aut eñ ad opiniones hoim declinãt, vel ad gñā-
tiones cõpoſitioneſq; inferiorũ, vel ad cultũ eoꝝ q̄ gignunť, aut ſaltẽ & ſi ad incorporea ſeſe pro vi-
ribus erigũt, nihilominus circa illa quodãmodo ſomniãt. Quales eſſe ĩquit mathematicas diſcipli-
nas. Mox vero duo ſubiũgit genera: eſſentiam. ſ. atq; gñationẽ. Ad illã qdẽ intelligentiã: ad hãc autẽ
opinionẽ exiſtimat ꝑtinere. Rurſus in intelligentia ſciam qdẽ dicit eſſentiã cõſeq ad dialecticũ perti
nentẽ: cogitationẽ vero ſeq eſſentiã, & ad mathematicũ attinere. In opinione ſimiliter fidẽ imagina
tionẽq; cõnumerat. & ꝑ illã qdẽ corpora ꝑcipi: ꝑ hãc vero imagines corpoꝝ atq; vmbras. Deinde cõ
cludit caeteras facultates abſq; dialectica eẽ caecas. Atq; eas ſimul & dialecticã inſuꝑ vanas eſſe, niſi
ipſam boni ideã ꝑſpicue nouerit: perq; ipſam in ſingulis ſciãt a falſis vera bona diſcernere. Eũ vero
q boni ignorauerit rõnem, & ĩſomniis hic illuſum turbari, & ad inferos deſcẽdẽtẽ illudi magis atq;
vexari. Subdit eũ hoiem eſſe claudũ qui ad alterutrũ ſiue ad agendum ſiue ad ſpeculandũ ineptus
ſit atq; ĩperitus. Quapropter ad gubernandũ eligit illos, qui ad vtrũq; & apti natura ſint & diſci-
plina ſufficiẽter inſtructi. Interea nota mẽdacẽ quaſi mancum & mutilatũ a repu. excludẽdũ. Men-
dacem vero nominat, & q dedita opera mentiť aliis, & q per ignorantiã mẽtitur ipſe ſibi. Memẽto
& labores animi grauiores eſſe q̄ corporis: ideoq; in iuuẽtute diſcẽdũ, liberaleſq; diſciplinas ꝓcul a
ſeruitute docẽdas. Neq; tñ dialecticam adoleſcẽtibus eẽ tradendam. Qđ Philebus quoq; nos docet.
Nã vt Phaedrus quoq; diſtinguit, duo nobis oĩm inſunt duces: ĩnata videlicet cupiditas volupta-
tũ, & acqſita quaedã per educationẽ opinio, dictãs honeſta & iuſta nobis a legibus definita in oĩb⁹
eẽ ſeruãda. Duo vero hi duces ſaepiſſime in cõtraria diſtrahũt. Quoniam vero differẽdi facultas ſi

tradatur adoleſcentibus,opinionem honeſti debilitat,vnde euadunt intemperantes,immo & ſupbi & impii,vt in Philebo quoq; & legib⁹ legiť,icciroo ante trigeſimũ ætatis annum in mathematicis erudiendi ſunt:atq; in publicis negotiis ꝑ interualla pariter exercendi.Cũ vero ad trigeſimũ ꝑuenerint,ad dialecticã admittẽdi,ita tñ vt ruſusꝑ ĩterualla reuocenť ad publicas actiões.Tu vero diſſerẽdi ĩduſtriã a forma qdẽ ſua dialecticã noĩa:ab exordio logicã: a fine metaphyſicã atq; theologiã. Scito & ad eiuſmodi dialecticę finẽ quaſi diuinũ hoĩes in quinquageſimo ętatis anno vocari:ꝓpterea ꝙ ad diuinoꝝ intuitũ purgata mente opus eſt atq; ſerena. Interea hic aĩaduerte qđ & hic & in theologia ſępius vſurpamus,a Platone notari tria quædã,radiũ.ſ.lumẽq;,& lucem.Radiũ quidẽ eẽ ſingulis mentibus ſicut & oculis ꝓprium & naturaliter inſitũ.Lumen vero cunctis oculis eſſe commune.Lucẽ deniq; diuinã pręeſſe lumini mentiũ oĩm cõi,quẽadmodũ lux in ſole præeſt lumini oculorum ęque cõi.Concludit ciuẽ poſtq̃ boni ipſius lucẽ & ꝑ radiũ inde ſibi naturaliter inſitũ & ꝑ lumẽ eiuſdẽ rurſus ĩfuſũ fuerit cõtẽplat⁹,oportere ciuitatẽ ad boni ipſi⁹ exẽplar ꝓ virib⁹ gubernare.

DIALOGVS SEPTIMVS DE IVSTO.

SO.

Fingiť ſpecus vt ad ip̄m entia cõpata cuiđẽti⁹ contẽplemur.

POST HAEC Naturam noſtram quo ad eruditionẽ & ruditatẽ ptinet tali quadã imagine cõtemplare.Finge aio ſubterraneũ ſpecus,cuius ingreſſus verſus lumẽ ꝑ antrũ totũ ꝑuius vndiq; pateat.In eo hoĩes nutritos a pueritia,ceruicẽ & crura ita deuinctos,vt & ĩmobiles ꝑmanere cogant,& ad anteriora ſolũ ꝓſpicere:capita vero vinculis aſtricta circunducere nequeant.Poſt tergũ aũt ſupne ac ꝓcul ignis lumẽ ſuſpẽſum ſit:interq; ignẽ & vinctos hoĩes via ſuperior pateat:ſecus quã paries ſit cõſtructus exiguus ſicut plerũq; ꝓſtigiatoribus miracula fingentib⁹ ſcenę ſeu cortinę aliquę ſup q̄bus ſua miranda demonſtrant,corã ſpectãtium oculis apponunť.GLAV.Eſto.SO.Cogita rurſus hoĩes intra parietẽ ſerẽtes vaſa & opificia varia,ſupra parietẽ eminẽtia:ſtatuaſq; hoĩm & alioꝝ aĩaliũ lapideas & ligneas imagines,modiſq; variis fabricatas.Atq; vt cõſentaneũ eſt q hæc circũferunt,partim ſileãt,partim loquanť:GLAV.Q̃ portẽtoſa hęc figmẽta ſunt.SO.At ſimiles iſti nobis ſunt.Nã primũ quidẽ putas iſtos aliud qcq̃ vel ſuiipſoꝝ vel ꝓximoꝝ hoĩm videre ꝑter vmbras q̃ ex igne ad aduerſam ſpelũcę partẽ cadũt.GLAV.Nihil aliud:ſi nunq̃ in vita mouere capita potuerũt.SO.Quid aũt eoꝝ q̃ circũferunť,nõne vmbras dũtaxat:GLAV.Nẽpe.SO.Si ergo inuicem loq liceret,nõne iſta q̃ corã viderent loq opinarenť:GLAV.Neceſſe eſt.SO. Q̃ ſi echo ex aduerſa ꝑte carceris reſonaret,quotiens ꝑtereũtiũ aliqs loquereť,putas ne ipſos niſi trãſeũtiũ vmbras aliđ putare qđ loqtur:GLAV.Nõ ꝑ Iouẽ.SO.Oĩno igiť tales nihil verũ eẽ niſi fabricatarũ rerũ vmbras arbitrarenť.GLAV.Ita prorſus neceſſe eſt.SO.Cõtra vero nunc aĩaduerte q̃lis foret eoꝝ a vinculis ſolutio ignorantiæq; curatio.Nẽpe ſiquis eoꝝ ſolueret,cogereturq; repẽte ſurgere,collum vertere,ambulare,lumen ip̄m aſpicere:doleret ꝓtinus:nec ꝓpter ſplẽdorẽ intueri poſſet illa,quoꝝ vmbras ante cernebat. Tunc ſiqs illi dixerit,pri⁹ eum ſpectaſſe nugas:ĩ ꝓñti aũt rebus veris eſſe ꝓpinquiorẽ veriuſq; inſpicere:ac ꝑtereuntiũ queq; mõſtrãs,qd ſit q̃ſiuerit,nõne illũ vacillaturũ putas,arbitraturũq;,veriora eſſe q̃ ante cernebat,q̃ q̃ nunc oſtẽdunť:GLAV.Multũ.SO.Et ſi cogerit eũ lumen aſpicere:nõne dolore oculoꝝ affici ip̄m putas:oculoſq; ad ea quæ facile pri⁹ viderat,retorq̃re,certiora ipſa exiſtimãtẽ q̃ q̃ ſubito offerunť:GLAV.Ita nimirũ.SO.Si vero aliqs eundẽ ꝑ aſpa atq; ardua ſurſum traheret violẽter,neq; ꝑmitteret qcq̃ aſpicere anteq̃ ad ſolis lumẽ traxerit, nonne dolere ip̄m & ęgre ferre dũ raptareť,exiſtimas: et cũ ad lumen euectus fuerit,oculos ſplẽdore ſuffuſum herere:nihilq; ex his poſſe cõſpicere q̃ vera nunc ab hoĩb⁹ exiſtimãť:GLAV.Nihil certe ſubito.SO.Cõſuetudine igiť primũ op⁹ eſt,ſi ſupa inſpecturus ſit.

Ante cõphenſionẽ diuinorũ opus eſſe conſuetudine.

Vmbraſq; primum facili⁹ intuebiť. poſt hæc in aquis hoĩm cęterorumq; imagines.Ipſa vero deinde poſtea q̃ ĩ cęlo ſunt & ip̄m cęlũ nocte facilius cõtẽplabiť,dum aſtroꝝ & lunę lumẽ ſpectabit,q̃ ſi ſolẽ ip̄m die ſoliſq; fulgorẽ ĩtueatur. GLAV.Proculdubio.SO.Atq; ita demum ſolẽ ip̄m ſuſpiciet:neq; iã in aqs & aliena in regione ſimulacra ipſi⁹ ſpectabit:ſed ip̄m ſcđm ſe ip̄m in ſede ꝓpria ſpeculabiť:& qualis ſit cognoſcere poterit.GLAV.Neceſſe eſt.SO.Aĩaduertet tãdẽ ip̄m eſſe:q tp̄a & annos tẽperat:q oĩa regit q̃ ſub cælo ſunt:q oĩm q̃ ante ab ipſis viſa ſunt,mõ quodã eſt auctor.GLAV.Certũ eſt huc illũ hiſce gradib⁹ aſcenſurũ. SO.Quid ſi habitationẽ priſtinã memoria repetat,& illoꝝ hoĩm ſapiẽtiã, atq; vincula: an nõ cẽſes eũ beatũ ſe loci mutatione exiſtimaturũ,illos aũt miſeraturũ:GLAV.Et maxime qdẽ. SO.Præterea ſiqui honores ibi inuicẽ exhibebanť & laudes,dabanturq; ꝓmia illi q tranſeũtia quæ liber acute cerneret,recordareturq; maxĩe q ex illis priora,q̃ poſteriora,q̃ pariter ꝓgredi ſoleãt,atq; ex his futura optĩe ꝓſagiret,hęc ne deſideraturũ ip̄m putas:beatoſq; illos q apđ eos honorãť & dominãť exiſtimaturũ:vel qđ ait Homer⁹ ſibi cuperet euenire,ĩ alieno.ſ.rure ex ſortis alicui⁹ ſerui mãci

piſũ effici,& q̄dlibet aliud ꝑpeti poti⁹ q̄ opinionib⁹ illis illudi,& in ea miſeria degere.GLAV.Arbitror eũ quęcũq; alia potius q̄ vitã eiuſmodi electurũ.SO.Si rurſus hic deſcẽdat,eandemq; ſedẽ quã antea nanciſcat,nõne cũ repẽte a ſole diſceſſerit,tenebris offundet͛?GLAV.Vehemẽter.SO.Ac ſi vmbras illas diſcernere oporteat,deq; ipſis diſceptare cũ illis qui ꝑpetuis vinculis preſſi ſunt,ꝑferẽdaq; ſñia ſit eoipſo in tp̃e,quo oculi ipſi⁹ hallucinãt͛,anteq̄ acies expurget͛: q̄d q̄dẽ nõ breui fiet,an non riſum cõcitabit?eiq; ab oĩbus dedecori dabit͛, ꝙ poſtq̄ ſurſum aſcendit,corruptis reuerſus eſt oculis?diceturq; nunq̄ ad ſupera cõtendendũ eſſe,& eũ qui ſoluere tẽtet & ſurſum ducere ſi deprehendat͛,ꝓtinus occidendum?Tota hęc imago o amice Glauco referẽda eſt ad illa q̄ ſupra dicta ſunt. Carcer q̄dẽ is ad eã q̄ cernit͛ oculis,mũdi machinã:Lumẽ vero ignis ĩ ſpecu,ad ſolis potẽtiã:poſtremo ſi aſcẽſum ad ſupera eorũq; cõſpectũ,rite ad eũ q ad ĩtelligibilẽ regionẽ tẽdit,aſcẽſum retuleris, vt ego q̄dẽ ſpero non aberrabis:poſtq̄ ſñiam meã audire deſideras.Deus aũt nouit an vera ſit.Quę igit͛ mihi apparent,huc tẽdũt.Nẽpe arbitror in ordine ipſo intelligibili,boni ipſius ideã ſupmã exiſtere,vixq; videri.ſi aũt viſa fuerit,aſſerẽdũ eã oĩbus oĩm rectoꝝ atq; bonoꝝ cãm eſſe:cũ ipſa in loco viſibili lumẽ creauerit,& luminis auctorẽ:in ipſo vero intelligibili regnet ipſa,veritatẽq; & mẽtẽ ꝓtulerit.Quã noſſe neceſſe ſit oẽm q̄cũq; ſana mẽte quicq̄ vel priuatim vel publice eſt acturus. GLAV.Ita & ipſe cogito vtcũq; poſſum.SO.Age & hoc cõſidera.neq; mireris,ꝙ hi q huc deſcendunt,nolint humana tractare:ſed ipſoꝝ mẽtis acies ſemp ad ſupa dirigat͛.probabile quippe id eſt:ſiquidem ſuperiorẽ imaginẽ ſequit͛.GLAV.Probabile ſane.SO.Quid aũt hoc?Mirandũ putas,ſiqs a diuinis ſpectaculis ad humana haec mala prolapſus ineptior fit ad agẽdũ,rideaturq; : p̄ſertim ſi ante q̄ p̄ſentibus tenebris aſſueſcat,dũ adhuc titubat,cogat͛ in iudiciis vel alibi de iuſti vmbris aut ſtatuis illis quãtũ vmbrę hę ſunt,certare:deq; iudiciis eoꝝ q iuſtitiã ipſam nunq̄ viderunt , differere? GLAV.Nullo mõ mirandũ.SO.Verũ ſi mentẽ qs habuerit,recordabit͛ ꝙ duobus modis & duabus ex cauſis turbari oculi conſueuerunt:tum q̄ñ ex lumine ad vmbrã deſcẽdimus,tũ q̄ñ ex tenebris in lucẽ ꝓdimus:eodẽq; mõ affici aĩm arbitrabit͛,quotiẽs turbatũ viderit,& ad aliquid cernẽdũ hebetiorẽ.Ideoq; haud temere in riſum ꝓrũpet:ſed diligẽter ingret,vtrũ a lucidiori vita deſcẽdẽs, nouis tenebris obruat͛:vel ab inſipiẽtia plurima ad fulgidũ ſpectaculũ ſurgẽs,ſub coruſco nimium ſplẽdore deficiat.Et vni⁹ q̄dẽ affectũ ꝓbabit,vitãq; eius beatã fore cenſebit.Alterius miſerebit͛:ac ſi forte ridere coeperit,haud tã inepte hũc ridebit,q̄ eũ q a lumine ſupno deciderit.GLAV.Cõſentaneũ.SO.Si hęc igit͛ vera ſunt,ita de his cogitandũ eſt:eruditionẽ nõ eẽ talẽ qualẽ aliq p̄dicãt . polliceñt eñ aĩo ſciẽtię prorſus expti ſe ſciam tradituros,quaſi oculis caecis viſum.GLAV.Profitentur certe.SO.Pręſens aũt ratio nobis ſignificat,vim q̄ eſt in aĩo cuiuſcũq;,ac inſtrumẽtũ,quo res diſcere q̄ſq; põt,ꝓinde ac ſi oculũ ĩpoſſibile eſſet aliter q̄ ſimul cũ toto corpore ad clarũ obiectũ ex obſcuro cõuertere,ita cũ tota aĩa ſimul e gñatione circũducere oportere vſq; ad id q̄d ens dicit͛,vt ipſi⁹ clariſſimũ poſſit ſpeculãdo tranſcẽdere.hoc aũt ip̄m bonũ eſſe dicimus.GLAV.Nẽpe.SO.Ad hoc igit͛ ipſum eruditio cõpetẽs,erit facultas quędã animi dirigẽdi:vt ipſius oculus q̄ facillime & efficaciſſime cõuertat͛.q̄ huic oculo aciẽ viſũq; nõ dabit:ſed eũ potius cũ viſum q̄dẽ habeat,neq; tñ recte cõuerſus ſit,neq; quo decet aſpiciat,cõuertere oĩ machinatione cõtẽdet.GLAV.Ita videtur. SO.Cęterę igit͛ quae virtutes aĩae nuncupant͛,in hoc vident͛ virtutibus corporis ſimiles.Nã cũ natura nõ inſint,paulatim conſuetudine & exercitatiõe cõparari vident͛. Sapiẽtia vero maxime oĩm diuinioris cuiuſdã virtus exiſtit : q̄d vim q̄dem ſuã nunq̄ amittit:ab ipſa vero circũductione vtile & cõferens.ac inutile rurſus noxiũq; euadit.An nondũ aĩaduertiſti q̄ acute videt celeriterq; diſcernit illoꝝ animula,qui licet mali ſint,tñ ſapiẽtes habent͛,ea ad q̄ cõuerſa eſt:tanq̄ aciẽ habeat nequaq̄ hebetẽ,ſed prauitati ſeruire coacta ſit?Atq; iccirco quo acutius inſpicit , eo plura peragit mala. GLAV.Omnino q̄dẽ.SO.Si ab hoc ingenio ſtatim a pueritia amputent͛ quę ſunt gñationis affinia ceu plũbea põdera:quae comeſtionibus & hmõi voluptatibus & libidinibus atq; delitiis inhaerentia mentis aciẽ ad inferiora detorquent:cõfeſtim expeditus eius intuitus,& ad ea q̄ vera ſunt conuerſus,ipſe ſcilicet idẽ & in eiſdẽ hominibus tam acute illa diſcernet,q̄ haec quibus in praeſentia eſt intẽtus.GLAV.Probabile eſt.SO.Quid iſtud?Nonne probabile ac neceſſariũ ex prędictis : neq; rudes homines & veritatis ignaros rempub.ſufficienter adminiſtrare, neq; eos qui ſemp in ſtudiis literarum verſati ſunt:Propterea ꝙ illi quidem finem ſibi certum non propoſuerunt in vita:ad quem reſpicientes oportet omnia agere quaecunq; agant & priuatim & publice.Hi aũt haud ſponte tractabunt ciuilia:exiſtimantes ſe etiam hac in vita a negotiis humanis ſemotos,in beatorum inſulis habitare.GLAV.Vera narras.SO.Noſtrum igit͛ qui condidimus ciuitatem,erit officiũ , optimas hominum naturas impellere ad eam quam ſupra diximus maximam diſciplinam,bonumq; cognoſcendum:adeo vt & ſurſum aſcendant: & poſtq̄ aſcenderit ac ſatis inſpexerint,ne ipſis q̄d nunc cõceditur,permittamus.GLAV.Quid iſtud?SO.Vt in ea videlicet contemplatione permaneãt:neq;

Declaratio ſimilitudinis ſpecus & antrum.

Virtutes cõſuetudine & exercitatione cõparantur.

Qui malus eſt & ſapiẽs habetur eo plura pagit mala quo acutius inſpicit.

velint rurſus ad hoīes iſtos carcere clauſos huc deſcendere,neq; laboꝝ iſtoꝝ honorumq; ſiue viliores fuerint ſeu p̃cioſiores,eſſe participes.GLAV.An ipſis iniuriā inferemꝰ,cogemuſq; eos deteriorem vitā ſubire,cū frui meliore poſſint?SO.Oblitus es o amice hoc legi curę nō eſſe,vt vnū quoddā genus in ciuitate in primis ſit beatū,ſed vt tota ciuitas.Profecto ad hoc ciues ipſos ꝑſuaſione & impulſione conciliat:facitq; vt mutuo ſeſe adiuuent,cōmuneq; ꝓ viribus vtilitatē colant.Nēpe lex ciuili coetu homines congregat:non vt ꝑmittat vnumquēq; quo lubet ferri,ſed vt ipſis ad copulam ciuitatis vtat̃.GLAV.Vera loqueris.Id me fugerat.SO.Conſidera itaq; Glauco, quēadmodū philoſophos qui apud nos reperiunt̃,iniuria nulla afficiemus.Sed cū cogemus eos alioꝝ curā gerere,iure in hunc modum dicemusq; videlicet,quicūq; in aliis ciuitatibꝰ philoſophi reperiunt̃, ob hāc cām merito adminiſtrandæ reip.labores refugiunt,qa in q̄libet ciuitate ipſi ꝑ ſe naſcunt̃,rep.nō curante.Par autē eſt vt qđ per ſe naſcit̃,cū nulli pro alimentis acceptis ſit obnoxiū,nulli exhibeat nutrimenti mercedem.Nos aūt vos tā vobiſmet q̄ reliquis ciuibꝰ tanq̄ in apum examine duces ac reges creauimus,melius ꝑfectiuſq; q̄ cæteri eruditos:aptioreſq; ad vtrāq; curam ſuſcipiendā.Deſcendere ergo viciſſim debetis ſinguli in aliorū hoīm coetū,& ad obſcura inſpiciēda aſſuefieri.Nā cū aſſuefacti fueritis,multo acutius illa cernetis q̄ q in eis quotidie obuerſant̃,& q̄libet ſimulacra quę & quoꝝ ſint agnoſcetis:quia reuera noueritis,q̄ honeſta,iuſta,bonave ſint. Atq; ita nobis vna ac vobis ciuitas quaſi vigilantibus recteq; ſentientibꝰ coletur:nō tanq̄ ſomniantibus,quēadmodū nunc plurimæ habitantur,ab his videlicet,qui de vmbris inter ſe decertāt:deq; principatu tanq̄ maximo bono contēdūt.Veritas aūt ita ſe habet.Ciuitas ꝑfecto i qua ciues ad expetendos magiſtratꝰ minime ambitioſi ſunt, optime & procul a ſeditionibus ꝑmanet:contra vero, q̄ aliter affectos habet ciues.GLAV.Sic eſt ꝓrſus.SO.An renuēt monitus noſtros alumni,cū hęc audiuerint?noletq; viciſſim ſinguli ciuitatis adminiſtrationē ſuſcipere,ſed in contemplationis otio diutius cōmorabuntur?GLAV.Minime.Nā iuſta viris iuſtis p̃cipiemus.Sed oīno tanq̄ ad rē neceſſariā ad magiſtratū accedet eoꝝ quiſq;,contra ac illi q nunc in ſingulis ciuitatibus dominant̃.SO.Nēpe ſic ſe res habet o amice.Si vitā inueneris eoꝝ q magiſtratibus ꝑfuturi ſunt,ipſis magiſtratibus meliorē,tūc primū tibi optime inſtituta ciuitas elucebit.In ea ſiquidem ſola vere diuites dn̄abunt̃.nō auri dico:ſed cuius oportet virū beatum,diuitem eſſe,vitæ probæ atq; prudentis.Si autē inopes,boniſq; ꝓpriis vacui ad publica aduētauerint,bona illic rapere cupientes,ciuitas illa felix eſſe nō poterit.Nā vbi de principatu contendit̃,cū propriū hoc ſit & inteſtinum bellū,tū eos qui ita pugnant,tū reliquā ciuitatē perdit.GLAV.Vera narras.SO.Habes aliquos q ciuiles honores ſpernāt,p̃ter veros philoſophos?GLAV.Non ꝑ Iouē.SO.At eñ magiſtratꝰ dādi ſunt hoībus imperii minime cupidis.alioquin ſimultas inter ęmulos orit̃.GLAV.Certe.SO.Quoſnā igit̃ alios ad cuſtodiā ciuitatis inducēs,p̃ter eos q optime hęc intelligūt,ꝑ quæ rite ciuitas colit̃:habētq; & honores alios,& vitā ciuili præſtantiorē?GLAV.Nullos equidē alios.SO.Vis ergo nunc inquiramus,quo pacto tales in ciuitate viri euadant?& qua rōne eos aliquis in lumē educat?quēadmodū ab inferis ad deos aſcendiſſe aliq memorant̃.GLAV.Quid ni velim?SO.Hęc,vt videt̃,non erit teſtæ reuolutio,ſed aīæ circūductio a nocturno quodā die ad eius qđ vere eſt cōtēplationē.Quē qdē aſcenſum verā philoſophiā eſſe dicemus.GLAV.Oīno.SO.An nō inueſtigādū eſt q̄ diſciplina potiſſimū hāc habeat facultatem?GLAV.Quid ni?SO.Quęnā igit̃ erit o Glauco diſciplina:ꝑ quā aīus ex his q̄ fluunt,ad ea q̄ vere ſunt,reducat̃?Hoc aūt dū loquor excogito.Quippe nō athletas eos belli eē diximꝰ.ſed neceſſariū dū iuuenes ſunt,tales eē.GLAV.Diximꝰ plane.SO.Oportet ergo hāc p̃terea ſupiori addere diſciplinā quā q̄rimus.GLAV.Quā potiſſimū?SO.Quæ.ſ.nō inutilis ſit bellicoſis hoībꝰ.GLAV.Oportet ſane,ſi qdem eſt poſſibile.SO.Gymnaſtica porro & muſica in ſuperioribus a nobis ſunt eruditi.GLAV.Ita prorſus eſt actū.SO.Gymnaſtica qdē circa id qđ augeſcit & deficit,verſari videt̃.Nam

Gymnaſtica incrementum & decremētum corporis conſiderat.

incremētū corpis & decremētū cōſiderat.GLAV.Apparet.SO.Hæc ergo nō erit ea quam quærimus diſciplina.GLAV.Nō.SO.An forte genꝰ illud muſicæ,qđ ſupra narrauimꝰ?GLAV.At erat illa qdem,ſi tenes memoria,ꝓportione quadā gymnaſticę correſpōdens:cōſuetudine moribuſq; cuſtodes erudiēs,prębenſq; ſecundū harmoniā,cōpoſitionem & cōcinnitatem quādam potius q̄ ſciētiā:& ſecundū rhythmum modulationē numeroſamq; decentiā.Quinetiā in oratione alia quędam generis eiuſdem cōtinet,tā quo ad fabuloſos ſermones,q̄ quo ad veros.Cognitio vero talis cuiuſdā boni quale tu nūc īueſtigas,in ea nulla ꝓrſus exiſtit.SO.Diligēter admodū me cōmonuiſti.Nā

Reſicitur Muſica ab arte adminiſtrandi rempub.

reuera tale nihil habere cōpta eſt.Cęterū o beate Glauco,quęnā talis erit facultas?Etēñ artes mechanicæ illiberaleſq; oēs eſſe quodāmō viſæ ſunt.GLAV.Quid ni?SO.At vero quænam alia prætera reſtat doctrina a Muſica,& Gymnaſtica,artibuſq; diuerſa?Age itaq; ſi nihil ab his ſeorſum accipere poſſumus,aliqd ſaltem ex iis quæ per omnia diſcurrunt,accipiamus.GLAV.Quidnā? SO.Cōmune ſcilicet illud quo oēs vtunt̃ artes,cogitationes,atq; ſciæ:quod cuiq; in primis neceſſario

eſt diſcendũ.GLAV.Quale iſtud?SO.Leue hoc & puerile,cognoſcere.ſ.vnũ,duo,tria.qđ ſũmatim
numerũ & cõputationẽ voco.An nõ ita natura cõparatũ eſt,vt oĩs ars atq; ſciẽtia cogaꝰ hoꝝ parti
ceps fieri?GLAV.Et maxĩe qdẽ.SO.Nõne res bellica etiã?GLAV.Neceſſariũ eſt oĩno.SO.Ridicu
lũ ducẽ Palamedes Agamẽnonẽ fuiſſe paſſim ĩ tragœdiis oñdit.An ignoras ꝙ ſe ꝓfiteꝰ nũeri in
uentorẽ,aſſeritq; apud Troiã belli acies ordinaſſe:nauesq; & reliq̃ oĩa numeraſſe:quaſi hoꝝ nume
rus ante fuiſſet ĩcognitꝰ,& Agamẽnon,vt videꝰ,neq; quot pedes haberet,agnouerit?ſiqdẽ erat cõ
putationis ignarus.Qualẽ itaq; tũc fuiſſe ducẽ exiſtimas?GLAV.Abſurdũ eqdẽ,ſi vera hęc erãt.
SO.Neceſſariã ergo numeroꝝ cognitionẽ militi eſſe dicemus,vt & numerare & cõputare valeat.
GLAV.Maxĩe oĩm,ſi mõ ad ordinãdas acies oĩno rudis eẽ nõ debet.Immo vero ſi hõ futurus eſt.
SO.An tibi in hac diſciplina qđ mihi venit ĩ mentẽ?GLAV.Quid?SO.Videꝰ natura ex eoꝝ nũe
ro eẽ,q̃ ad ĩtelligentiã hoĩes eleuãt,qualia nos ꝑquirimꝰ.Cũq; talis ſit vt oĩno mentẽ ad eſſentiã at
tollere poſſit,nemo vt decet hac vti cognitione videꝰ.GLAV.Qua rõne id ais?SO.Conabor eqdẽ
ſenſum meũ exprimere.Aĩaduerte obſecro quẽadmodũ mecũ ipe gña rerũ ita diſtĩguo,vt q̃dã ad
intelligẽtiã ducãt q̃lia nos dicimꝰ,q̃dã minime:& q̃ dicã cõfirma,vel nega:vt clariꝰ dignoſcamꝰ,an
hoc tale ſit,q̃le vaticinor.GLAV.Oſtẽde iã.SO.Ecce oñdo:ſi mõ res q̃ ſenſus mouẽt,vides ꝓrim ta
les eſſe vt ad cõſiderãdũ ĩtelligẽtiã minime ꝓuocẽt:vtpote q̃ ſufficiẽter ſunt a ſenſibꝰ iudicatę:par
tim tales vt ꝓuocẽt,q̃ſi ſenſus ĩ eis nihil ſyncere diiudicet.GLAV.Quæ ꝓcul admodũ ꝓſpiciunꝰ
dicis:& q̃ quodãmõ adumbrata ſunt.SO.Haud ſatis q̃nã dixerim cõieciſti.GLAV.Quęnã igiꝰ?
SO.Ea porro dico mẽtẽ minime ꝓuocare,q̃cũq; ĩ cõtrariũ ſimul ſenſum nõ ĩcidũt.Quę vero ſubi
cidũt ĩ cõtrariũ,ꝓuocare,poſtq̃ ſenſus nõ hoc magis q̃ cõtrariũ mõſtrat,ſiue eminꝰ ſeu cominꝰ in
tueaꝰ.Sic aũt qđ dico,magis tibi patebit.hos vtiq; tres eſſe digitos dicimꝰ,pollicẽ,indicẽ,ac mediũ.
GLAV.Plane.SO.Ita me loq exiſtimato,q̃ſi ꝓxime videanꝰ.Atq; id ĩ ipſis cõſidera.GLAV.Quid?
SO.Digitꝰ qdẽ eſſe ſilr qſq; eoꝝ apparet,atq; ad hoc nihil ĩtereſt,ſiue mediꝰ offeraꝰ,ſiue poſtremꝰ,
albus ſeu niger,pinguis aut tenuis,& quicqd gñis eiuſdẽ.In oĩbꝰ ſiqdẽ huiuſcemodi nõ cogiꝰ ani
mus ĩtelligẽtiã ad diſceptãdũ ꝓuocare,qđ e mltis ſit digitis.Neq; eñ ſenſus ei ſimul ſignificauit di
gitũ cõtrariũ eſſe q̃ digitũ.GLAV.Nõ certe.SO.Merito igiꝰ qđ tale eſt,mẽtẽ nec mouebit nec ex
citabit.GLAV.Merito.SO.Ipſoꝝ vero magnitudinẽ & paruitatẽ nũqd aſpectꝰ ſatis cernit?nihilq;
ad eũ refert,ſiue ĩ medio q̃dã illoꝝ iaceant,ſiue ĩ extremis?Eodẽq; mõ pingue,tenue,vel mollitiẽ &
duritiẽ tactus ipe?Atq & alii ſenſus nũqd nõ ĩperfecte talia quędã declarãt?Vel ſic agit eoꝝ quiſq;?
Nã primũ qdem ſenſus q ad durum attinet,cogiꝰ & ad molle ꝑtingere:animoq; ita renũciat,quaſi
idẽ & molle & durũ eſſe ſenſerit.GLAV.Ita certe.SO.An nõ neceſſariũ eſt ĩ rebꝰ hmõi animũ du
bitare,qđ ſignificet duri hic ſenſus:ſi qdem idẽ molle ĩſup aſſerit?Itẽ ſenſus ipſiꝰ grauis & leuis,qđ
graue & leue,ſi leue graue eẽ,& graue leue ſignificat?GLAV.Abſurde ꝓfecto hę ad animũ ĩterꝓ
tatiões deueniũt,& cõſideratione indigent.SO.Merito igiꝰ in his rebꝰ prĩo qdem animus nitiꝰ ra
tionẽ & intelligentiã ꝓuocãs cõſiderare,nũqd vnũ,aut duo ſint ſingula quę nũcianꝰ.GLAV.Cur
nõ?SO.Nonne ſi duo apparent,alterũ & vnũ apparet vtrũq;?GLAV.Ita.SO.Si ergo vnũ vtrũq;,
ambo aũt duo,ſeparata duo intelliget animus.Nã ſi indiſtincta ꝑceperit:non duo,ſed vnũ intelli
get.GLAV.Recte.SO.Magnũ quidẽ & paruũ,aſpectũ videre dicimus,nõ diſcretũ aliqd,ſed confu
ſum.an nõ?GLAV.Plane.SO.Propter huiꝰ aũt declarationẽ,magnũ rurſus & paruũ ĩtelligentia
cogiꝰ intueri:nõ confuſa,ſed diſtincta potius cõtra ac ſenſus.GLAV.Vera loqueris.SO.Hinc ad
ſciſcitandũ ꝓtinus ĩcitamur,qđ magnũ ſit,qđ paruũ.GLAV.Maxime vero.SO.Atq; ita aliud qdẽ
intelligibile,viſibile aliud nũcupauimus.GLAV.Scite admodũ.SO.Hęc ſunt quę nuper diſſerere
aggreſſus ſum:ꝙ videlicet quędam animũ ad intelligentiam erigunt:quædã minime:ꝙ ve ea eri
gũt,quæ in ſenſus vna cũ ſuis cõtrariis incidũt:quę vero nõ ita,mentẽ nõ ſuſcitãt.GLAV.Intelli
go iam:atq; ita mihi videꝰ.SO.Quid vero numerus & vnũ?Vtro in gñe tibi eſſe videnꝰ?GLAV.
Haud intelligo.SO.At ex ſupra dictis aĩaduerte.ſi eñ ſufficienter ipſum ſecũdũ ſeipſum inſpiciꝰ
aut alio quopiã ſenſu vnũ cõprehendiꝰ,haudquaq̃ ad eſſentiã mentẽ deducit:quẽadmodũ de di
gito diximus.ſin aũt aliqd ſemp cõtrariũ illi ſimul ſuboriꝰ,adeo vt nihil magis vnũ q̃ contrariũ vi
deatur,iudicis diſcretione iam indiget:cogiꝰq; in ea animus dubitare atq; ꝑrquirere,& mouens
in ſeipſo intelligentiam,ſciſcitari quidnam vnum ipſum eſt.Atq; hoc pacto vnius conſideratio ex
eorũ numero erit,quę attollunt animũ,cõuertuntq; ad eius quod vere eſt,cõtemplationẽ.GLAV.
At eñ tale nõnihil habet vnius inſpectio.Simul nãq; ipſum vt vnum cernimus,& vt multitudinẽ
infinitam.SO.Si vnum,id patitur,idem omnis numerus patietur.GLAV.Abſq; dubio.SO.Enim
uero cõputandi & numerandi ſcientia omnis circa numerũ.GLAV.Maxime.SO.Hæc autem ad
veritatem conferre videntur.GLAV.Mirum in modũ.SO.Hæc itaq; diſciplina ex earum genere
erit quas quærimus:militi quidem cognitu maxime neceſſaria ad acies ordinãdas:philoſopho aũt

Qꝫ Arithmetica & computatoria ſint neceſſarię militi.

vt e fluctibus gñationis emergat,eſſentiãq; attingat:ſine qua diſciplina cõputare ratiocinariq; nõ poterũt.GLAV.Eſt ita.SO.Cuſtos aũt noſter & miles eſt & philoſophus.GLAV.Nempe.SO.Cõueniens vtiq; inſtitutio erit o Glauco:pſuadere illis q ciuitatis munerībꝰ functuri ſunt:vt ſe ad cõputandi ſcientiã cõferant:neq; rudes adhuc inde diſcedant,ſed pſequanť quoad ipã mente ad numerorũ naturã cõtemplandã puenīant:non vendendi emendiq; gratia,tã q̃ mercatores vel caupones,ſed vt ad bellũ inſtructi ſint:facileq; animũ a gñatiõe ad veritatẽ eſſentiãq; cõuertãt.GLAV.Pręclare loqueris.SO.Atq his ita de ratiocinãdi diſciplina dictis,eq̃dem mecũ ipſe cogito q̃ numerorũ cognitio decora ſit vtiliſq; nobis paſſim ad id q̃d volumꝰ,ſiqs eã cognoſcendi,nõ cauponandi gratia ſequiť.GLAV.Qua ratiõe?SO.Hoc ipm inquã,q̃d mõ diximꝰ:q; videlicet vehemẽter ſubleuat animũ,deq; ipſis numeris diſſerere cogit,nullo mõ admittentem,ſiqs diſputãdo p numeris corpora q̃ & videnť & attrectanť induxerit.Noſti eñ quemadmodũ q in his periti ſunt,quotiens

Secare vnũ ē multiplicare.

aliqs ipm vnũ verbis partiri nitiť,ſubrident ptinus,neq; hoc tolerãt.Verũ ſi tu ſecas,ipſi multiplicãt:cauentes neqñ ipm vnũ nõ vnũ appareat,ſed particulę plurimæ.GLAV.Vera loqueris.SO.Siqs eos ita pcõteť:o mirifici viri,de qbus numeris diſputatis:qbus vnũ tale ineſt,quale vos traditis,æquale.ſ.vnũqdq;,oĩe penitus oĩni,neq; minimo quouis diſcrepãs,partem tñ nullã cõtinens in ſeipõ?Quid eos ad hęc o Glauco exiſtimas reſpõſuros?GLAV.Reor eq̃dẽ reſpõſuros illos de ipſis ſe nũeris loqui q excogitari dũtaxat poſſunt:aliter aũt attrectari nequaq̃.SO.Cernis igiť o amice hãc reuera peritiã huiꝰ diſciplinæ nobis neceſſariã eſſe?qñqdem vt apparet animũ ad hoc inducit,vt ipã intelligentia vtať ad veritatẽ ipſam pcipiẽdã.GLAV.Vehementer id efficit.SO.An &

Hoĩes natura Arithmetici ad oẽs doctrinas ſunt acuti.

hoc aduertiſti?q; hoĩes natura arithmetici ad oẽs doctrinas,vt ita dixerim,acuti videnť?Quinetiã ſiq ingenio tardiores huic ſe ſtudio dederint,ſi nullã vtilitatem aliã ſuſceperint,tñ hoc aſſequunť,vt acutiores q̃ antea ſint.GLAV.Sic eſt.SO.Sed eñ haud facile multa reperies vt exiſtimo q̃ maiori cũ difficultate q̃ iſta diſcanť.GLAV.Nõ profecto.SO.Propter oĩes quas adduximꝰ ratiões,haudquaq̃ negligenda hęc ſunt,ſed in his p̃cipue erudiẽdi q optimis ſunt naturis.GLAV.Aſſentior eq̃dem.SO.Hoc itaq; nobis ita poſitũ ſit:poſt hoc q̃d huic proximũ eſt,cõſideremꝰ nũquid nobis cõducat.GLAV.Quid iſtud?nũ Geometriã dicis?SO.Hãc ipſam.GLAV.Quatenꝰ eñ ad bellicam rem confert,eatenus certe nobis cõuenit.Nã ad caſtra ponenda,regionẽ occupandã,colligẽdas turmas,vel etiã ſpargendas,& ad cętera machinamenta,qbus circa acies,vel in obſidione,vľ itinere vti ſolent,pmultũ intereſt Geometricus ne aliqs ſit an nõ.SO.Ad hęc vtiq; exigua q̃dã Geometriæ Arithmeticeq; particula ſufficit.Inquirendũ eſt aũt,vtrũ diuturnius ſtudiũ vberiorq; pceptio cõferat ad ideã boni facile dignoſcẽdã.cõferũt vero ad hoc oĩa,q̃ animũ illuc cõuertũt,vbi eſt eſſentiæ beatiſſimũ:quod ipſi eſt penitus cognoſcendũ.GLAV.Recte.SO.Ergo ſi eſſentiã intueri Geometriæ ſtudiũ cogit,cõuenit quidem:ſin aũt gñationẽ,nõ cõuenit.GLAV.Ita dicimꝰ.SO.Profecto nobis hoc nõ negabũt quicũq; vel paulũ q̃d Geometriæ guſtarũt,quin hęc ſciẽtia cõtra oĩno ſe habeat q̃ de ea loquanť,q in ipã verſanť.GLAV.Quonã pacto?SO.Quippe ridicule admodũ & quaſi coacti ſępe loquunť.Nã velut agentes,& actiõis gr̃a verba faciũt,dũ & quadrare aiũt,& pducere,atq; addere,cęteraq; ſimiliter.Doctrina vero hæc oĩs cognitionis gratia quæriť.GLAV.Sic eſt

De Geometria an vtilis ſit.

Quo pacto adiuuet Geometria ad philoſophãdum.

oĩno.SO.An nõ id quoq; nobis eſt cõcedendũ?GLAV.Quid?SO.Q; quęriť cognoſcendi illiꝰ gratia,quod ſemp eſt,nõ eius quod & oritur qñq;,& interit.GLAV.Cõcedendũ plane.nã Geometria eius q̃d ẽ ſemp,cognitio eſt.SO.Attollet igiť o generoſe vir ad veritatẽ animũ,atq; ita ad philoſophãdũ p̃parabit cogitationẽ,vt ad ſupera cõuertamus,q̃ nũc cõtra q̃ decet,ad inferiora deiicimus.GLAV.Q; maxime fieri põt.SO.Q; maxime igiť pręcipiendũ eſt,vt qui p̃clariſſimã hãc habitãt ciuitatẽ,nullo mõ Geometriã ſpernãt.nã & quę p̃ter ipſiꝰ ppoſitũ quodãmõ eſſe videnť:haud exigua ſunt.GLAV.Qualia?SO.Quæ tu circa rem bellicã cõmemorabas.Scimus quinetiã ad diſciplinas oẽs facilius pdiſcẽdas ĩtereſſe oĩno,attigerit ne Geometriã aliqs an nõ.GLAV.Prorſus.SO.Hãc ergo doctrinã ſecũdo loco diſcendã iuuenibꝰ ſtatuamus.GLAV.Statuamꝰ.SO.An tertio in loco ponemus Aſtronomiã?Quid cenſes?GLAV.Ponendã eq̃dem.nã mutationes opportunitateſq; tempoꝝ p̃ſentire nõ minꝰ rei militari q̃ agriculturę nauigationiq; cõuenit.SO.Q; dulcis vir es.Nempe vereri videris,ne multi te putent inutiles diſciplinas inducere.Eſt autẽ non leue iſtud ſed difficile admodũ pſuadere,q; ex huiuſmodi diſciplinis ĩſtrumẽtũ quoddã cuiuſq; animi expurgať reuiuiſcitq;,q̃d ante ex aliis ſtudiis infectũ occęcatũq; fuerat:cũ potiꝰ id ſeruãdũ ſit,q̃ oculoꝝ corporis decẽ milia.Solo eñ hoc inſpiciť veritas.Eis ergo q idẽ hoc ſentiũt,mirũ ĩ modũ bñ loq videberis.Qui aũt id nunq̃ excogitarunt,merito nihil te dicere arbitrabunť.aliã eñ ab ipſis vtilitatem æſtimatione dignam non cernunt.Hic ergo tu videris vtris potiſſimũ diſſeras.An forte cum neutris:verum tui gratia maxime verba facis:neq; tñ vlla detineris inuidia:ſiquis aliquã ex his vtilitatem ſuſcipiat.GLAV.Hoc potiꝰ eligo:mei.ſ.gratia ĩ primis ĩterrogãdo & rñdendo diſſerere.SO.

Retrocede.nã nũc haud recte qđ Geometrię ſuccedit accepimꝰ.GLAV.Quare!SO.Quia poſt pla
nũ,ſtatim ſolidũ illud qđ circũfert accepimꝰ anteq̃ ipſum ſecundũ ſeipſum cõprehenderemus.De
cet aũt ſtatim poſt augmentũ ſecundũ,tertiũ capere:eſt aũt hoc circa cuborũ augmentũ atq; id qđ
profunditatis eſt particeps.GLAV.Eſt certe.ſed hęc o Socrates nondũ reperta videnť.SO.Huius
duæ ſunt cauſæ,ꝙ videlicet nulla in ciuitate hæc honoranť,& cũ inuẽtu difficilia ſint,haud ardẽ
ter quęrunť:& q iſta ꝑquirunt,duce indigẽt,ſine quo minime reperirẽt.Quẽ eſſe primo difficile ẽ,
deinde etiã ſi eſſet,dũ tamẽ ita ſę habẽt vt nũc q hęc indagãt faſtu elati,nequaq̃ parerẽt.Sinaũt ci
uitas tota huic operi ꝑſideat,honorifice hęc ducẽs,& iſti obtẽperabũt qdem:& hæc ſedulo ſtudio
ſeq; diſcuſſa,clariꝰ emicabũt.Quippe etiãnũc q̃q̃ & vulgus hęc cõtẽnit & ꝓhibet,& q hęc ꝑſcrutã
tur,qua rõne vtilia ſint ignorãt,tñ vi gr̃ę cuiuſdã vigẽt.Neq; mirũ ſi hęc ita apparuerit.GLAV.
Nẽpe qđ gratũ eſt,id ꝑcipuũ.ſed mihi apertiꝰ q̃ nũc dicebas explana. Studiũ qđ circa planũ verſa-
tur Geometriã vocabas.SO.Eqdẽ.GLAV.Poſt Geometriã cõtinuo Aſtronomiã ponebas.Sed pau
lopoſt retro retuliſti pedẽ.SO.Eniuero quo magis ꝓpero eo ꝓuenio ſerior.Nã cũ mox illi ſuccede-
ret facultas illa q̃ de augmẽto in ꝓfundũ agit,qa ridiculoſa eius habeť inueſtigatio,eã trãſgreſſus
poſt Geometriã,Aſtronomiã ꝓtinus attigi,q̃ in ꝓfundi ipſiꝰ agitatione cõſiſtit.GLAV.Probe lo-
queris.SO.Ergo quarto in loco ponamꝰ Aſtronomiã:tãq̃ adſit ea facultas q̃ nũc fuerat ꝑtermiſſa,
ſi mõ in ciuitate ſuſcipiať.GLAV.Sic decet.Atq; eã Aſtronomię laudationẽ o Socrates,in qua tu
me interpellaſti q̃ſi iportunius ipſam extollerẽ,ex tuo ꝓgreſſu nũc ꝓſequor.Nã cuiq; patere exiſti-
mo hãc animi oculos ad ſupiora dirigere,& hinc illuc ipm̃ ꝑducere.SO.Forte hoc oibꝰ ꝑterq̃ mi-
hi ꝑſpicuũ.Quoniã mihi qdem nõ ita videť.GLAV.At quonã mõ!SO.Porro vt nũc eã tractãt,q
philoſophię ipſam iungũt,ad iferiora deiicere animi oculos mihi videť.GLAV.Qua rõne id ais!
SO.Nõ ingeneroſe mihi videris tecũ ipſe ſupnorũ itelligentiã definire.Cõſtat eñ ꝙ ſiqs laquearia
variis coloribꝰ depicta ſuſpiciẽs qcq̃ ꝑceperit,eũ nõ oculis intueri ſed itelligere arbitraberis.Ac for
te recte ſentis,ego aũt inepte.Reor equidẽ nullã aliã diſciplinam ad ſupnã inſpectionẽ animũ exci-
tare,niſi eã quę circa eſſentiã & id qđ videri nõ põt verſať. Q; ſiqs ſurſum inhiãs nũq̃ conuerſus
deorſum ſenſibile aliqd ꝑcipere ſtudet,diſcere ipſum nequaq̃ aſſero.ſcientiã eñ adipiſci hũc nego:
& eius aĩm nõ ſurſum ſed deorſum aſpicere cenſeo:etiã ſi reſupinꝰ in terrę littorę vel maris ęquo
re iacẽs,qcq̃ ꝑceperit.GLAV.Haud iniuria me corripuiſti.Verũ quę ratio diſcendę Aſtronomiæ
ꝑter eã quã iſti ſequunť,ſi hęc nobis ꝑceptio ſit ad ea q̃ dicimus ꝓfutura!SO.Hęc vtiq;.Exiſtiman
dũ eſt has q̃ in cælo ſunt varietates,poſtq̃ i loco viſibili ſunt,ſi ad cęteras eiuſmodi cõpareť,opti
me integerrimeq; diſpoſitas:ſinaũt ad veras,lõge deficere.Veras inquã varietates & motiones,q-
bus ipſa quę vere eſt velocitas,& ipſa quę vere eſt tarditas in vero numero,veriſq; figuris omnibꝰ
& inuicem feruntť:& quę inſunt,ferũt.Quę qdem oĩa ratione & cogitatiõe cõprehendi poſſunt,vi
ſu vero nequaq̃.Quid cenſes!GLAV.Idẽ prorſus.SO.Nõne igiť cæleſtiũ varietate vtendũ eſt ve-
lut exemplo quodã ad ſupnarũ rerũ cõtemplationẽ:ꝑinde ac ſiqs videat figuras a Dędalo vel alio
artifice vel pictore pręcipue cõpoſitas & elaboratas.Nempe ſi eſſet is q eas videt i Geometria peri
tus artificiũ ipſum laudaret:ridiculũ tamen eſſe cenſeret ſiquis attentius talia cõſideraret,tãq̃ in
ipſis veritatem æqualiũ,vel duplorũ,vel alicuius proportiõis alterius reperturus.GLAV.Cur nõ
abſurdum id videatur!SO.Idem quoq; facturũ putare debemus verũ Aſtronomum,quando mo
tus ſyderum intuebitur,arbitraturũ ſcilicet quo ad in operibus huiuſmodi poſſibile eſt,q̃pulcher
rime ab ipſo cæli cõditore & cælum ipſum & quæ in eo ſunt,fabricata:abſurdum tamen exiſtima
turum ſiquis noctis ad diem comparationem,horumq; ad menſem,menſiſq; ad annum & aliorũ
aſtrorum inuicem & ad iſta ſemper ſimiliter fieri cenſeat:neve vnq̃ quoquo modo mutare tenorẽ
cum & corpus habeãt & videantur:quæratq; in his omni ſtudio veritatem.GLAV.Mihi certe in
præſentia te audienti idem videtur.SO.Itaq; propoſitionibus vtemur vt in Geometria ita & in
ipſa Aſtronomia:& quæ in cælo ſunt,dimittemus,ſi modo ita percepturi ſumus Aſtronomiam,vt
quod in nobis ſapientiæ compos natura exiſtit,vtile ex inutili efficiať.GLAV.Q; multiplicẽ præ
cipis operã ad eam quæ nunc Aſtronomiæ datur!SO.Arbitror autẽ & alia nos ꝑcipere eodẽ mõ
debere,ſiqua ex nobis tanq̃ legũ cõditoribus ſit vtilitas ꝓuentura.At quã nunc ex conuenientibꝰ
diſciplinis cõmemorabis!GLAV.Nullã ad pręſens habeo,quã cõmemorẽ.SO.Attamen nõ vnam
tantũ,ſed plures ſpecies motus præbet.Omnes qdem quiſquis ſapiens fuerit,depromere poterit.
Quæ vero nobis occurrunt,duæ ſunt.GLAV.Quales!SO.Vna quædam Aſtronomiæ conſimilis
iuxta illam per comparationem conuerſionemq; appoſita.GLAV.Qualis inquã!SO.Quemadmo
dum ad Aſtronomiam oculi,ſic ad harmonicũ motum videntur aures fabricatæ.Vnde & hæ in
uicẽ eſſe germanæ ſcientiæ vt & Pythagorei putant,& nos o Glauco aſſentimur.Vel quidnã age
mus!GLAVCO.Ita prorſus.SO.Nonne poſtq̃ grãde hoc opus,eos percontabimur,quo pacto de

Vide vt tẽpore Socratis non erat mathematicæ pars quæ de corpibus.

In agitatiõe ꝓfundi.i.corporis conſiſtit Aſtronomia.

Contẽplationes Aſtronomicæ,quæ ad philoſophiã cõferũt,nõ de ſenſibilibꝰ ſũt.

ipſis loquunī,& nunqd aliud ꝑter iſta:nos aūt ad hęc oīa noſtrū illud ſeruabimus?GLAV.Quid?
SO.Nequādo dent operā vt noſtros alūnos qcq̄ ex his minꝰ pfectū doceāt,qd nō illuc rēdat ſemp
quo pficiſci oīa debēt.quēadmodū nup de Aſtronomia narrauimꝰ.An ignoras ꝙ circa harmoniā
tale aliqd agūt?Nā dū cōcentus & tonos q pcipiunī aúribꝰ,metiunī & cōparant,irrito labore quē
admodū Aſtronomi tēpus cōterūt.GLAV.Per deos ridicule admodū crebriores quaſdā vocū cō-
geſtiones inducūt,& aures adhibēt cōparātq;,velut viciniore loco vocē ipſam venātes.Atq; eorū
aliī dicūt in medio adhuc ſonitū aliquem ſe audire,minimūq; eſſe interuallū hoc,quo metiri qs de
beat.Alii vero ambigūt,quaſi ſonus iā ſimilis audiaī.Et vtriq; aures mēti ꝑponūt.SO.Tu vero vti
les ne eos muſicos vocas,q chordas iugiter vexāt examināntq;:& clauiculis tū intendēdo,tū remit-
tēdo pulſatiōes cōtorquēt?Sed ne lōgius hęc ꝓuehaī ſimilitudo circa plectri accuſationēq; & nega
tionē ac elationē chordarū,imagini iā huic finē impono.Neq; his dicendū aſſero,ſed illis quos di-
ximꝰ mō,de harmonia interrogādos.Nā idē faciūt qd & illi q in Aſtronomia verſanī.Nēpe nume
ros eos ſectanī q in cōcentibus ad aures ptinētibus inſunt.Sed ad inueſtigandū inde nō trāſeūt ,q
cōſonātes numeri ſint,q nō,& quā ob cām vtriq; ſint tales.GLAV.Rē egregiā narras.SO. Adde
& vtilē ad boni ipſius pulchriq; indaginē:quæ ſi aliter quæraī,fit prorſus inutilis.GLAV. Proba
bile iſtud qdē.SO.Arbitror aūt ſupradictoꝝ oīm tractationē,ſi mutuā ipſoꝝ cōmunionē,cognitio
nēq; attigerit,inueſtigaueritq; qua ſecū iſta inuicē ratione cohęrēt,ad ea q̄ expetimus conducturā
neq; fruſtra in his hoīes,ſed vtiliter admodū verſaturos:īutiliter aūt,ſi aliter actū fuerit .GLAV.
Atqui & ego ita vaticinor:ſed magnū eſt qd iubes ō Socrates.SO. De procemio iſtud,an de alio
quodā inqs?An ignoramꝰ hęc oīa eſſe ipſius procemia legis,quā diſcere decet?Nondū eñ hoīes in
his rebꝰ periti eſſe dialectici.i.ad diſſerendū idonei tibi videnī.GLAV.Nō ꝑ Iouē,niſi ꝑpauci qdā
oīm quos vnq̄ cognouerim.SO.At eñ niſi qs & accipere poſſit & reddere rationē,nunq̄ ſciet qcq̄
eorū q̄ eē dicimꝰ cognoſcēda.GLAV.Nūq̄ prorſus.SO.Nōne hęc iā lex eſt o Glauco q̄ ꝑ diſſeren-
di artē oſtendiī:quā rurſus intelligibilē ea vis imitaī aſpectus,quā ſupra diximus ad ipſa iā aīalia
ſeſe cōuertere,& ad ſtellas:& ad ipſm deniq; ſolē?Haud ſecus cū qs ad dialecticā artē.ſ.diſſerēdi ſe
cōfert abſq; ſenſibꝰ,ratione dūtaxat ad ipſm qd eſt qdlibet nitiī.q ſi non deſtiterit prius,q̄ ipſm qd
eſt bonū,intelligentia ipſa ꝑceperit,tūc demū ad finē intelligibilis ipſius ita ꝑuenit,vt ille alter a
viſibilis finē aſcēdit.GLAV.Oīno ſic accidit.SO.Nōne dialecticā hanc ꝓgreſſionē vocas?GLAV.
Quid ꝓhibet?SO.Atq quēadmodū ſolutio illa a,vinculis cōuerſioq; ab vmbris ad ſimulacra ac lu
mē,& ex antro ad ſolis lumē exitus,ibiq; aīaliū & plātarū inſpectio,ſoliſq; & ſyderū in aqua ꝓpter
imbecillitatē oculorū intuitꝰ,ipſm qd i corporibꝰ eſt clariſſimū ad id cōuertūt,qd eſt i corporali &
viſibili regione oīm fulgētiſſimū:Ita oīm ſupradictarū artiū ſtudiū deducit animū ꝑ vmbras nō ſi-
mulacroꝝ,ſed eorū potius q̄ vere ſunt,iudicareq; eas efficit apparētes,ad aliud quoddā lumē tāq̄
ad ſolē,habetq; vim quandā extollendi id qd eſt in aīo pſtantiſſimū ad cōtēplationē eius qd in or-
dine rerū eſt optimū.GLAV.Eqdē ſic accipio:q̄q̄ mihi talia hęc eſſe videnī,vt neq; facile admitti
poſſint,neq; facile reiici.Verūtamē cū nō in pſītia ſolū audiēda,ſed deinceps ſæpius repetēda ſint,
his ita poſitis vt nunc traditū eſt,ad ipſam iā legē deueniamus atq; ita eam ꝑcurramus vt proce-
miū nup trāſegimus.Quare dic amabo:qs potētię diſſerēdi modus:& quas in ſpecies diſtribuiī:&
quæ vię ſint.hę nāq; ſunt vt videī,q̄ illuc ꝑducūt.quo qſqs ꝑuenerit,illic demū tāq̄ in itineris ter
mino regeſcet.SO.Nōdum o amice Glauco aſſequi poteris.pfecto quantū in me eſt nihil tibi de-
erit ſtudii,quo voti cōpos efficiaris.Neq; imaginē amplius eius,quo de agimus,ſed rem ipſam ve
ram qualis mihi videī,aſpicies.Vtrū aūt reuera talis ſit,nec ne,haudquaq̄ affirmare decet. Sed il
lud dūtaxat aſſeuerandū,ꝙ tale aliqd eſt cognoſcendū.nōne? GLAV.Nihil ꝓhibet.SO.Quinetiā
De ratione diſſerendi. & iſtud,ꝙ ſola diſſerēdi facultas homini in his quæ diximꝰ erudito id oſtēdet.Aliter vero cogno-
ſci penitus impoſſibile.GLAV.Hoc quoq; aſſeuerandum.SO.Nemo aūt aduerſabiī nobis dicenti
bus ꝙ diſſerendi facultas duntaxat conaī ordine certo circa vnūquodq; quid ipſum ſit inuenire.
Cuius artis ſit definire. Siquidē cæteræ artes,aut ad opiniones hominū cupiditateſq; reſpiciunt,vel ad generationes & cō
poſitiones,vel ad culturā eorū quę generanī & componunī.Reliquę vero quas diximus verarum
rerū quoquo modo participes eſſe,Geometria.ſ.eiuſq; comites,circa ipſam eſſentiam quodāmodo
ſomniant:ſyncere aūt quicq̄ ab illis cernere impoſſibile eſt quouſq; ſuppoſitionibus hęrent,eaſq; ra
tas & immobiles adeo ſeruant,vt illarū rationē reddere nequeant.Nam vbi principiū quidem po
nitur id qd eſt ignotū,finis aūt & media ex ignoto tracta inuicem cōnectuntur,inde collectā aſſer-
tionem quonam pacto ſciētiā nominabimus?GLAV.Nullo.SO.Dialectica vero ſola ſublatis ſuppo
ſitionibus oībus ad ipſum principiū cōfirmandum pergit:ac reuera animi oculum cœno barbarico
obrutū,paulatim ſurſum trahit ac ducit,tanq̄ adiutricibus ac miniſtris qbuſdā vtēs his artibꝰ quas
narrauimus.Eas porro nos ſæpe ſcientias ꝓpter cōſuetudinē noīauimus.Indigent aūt alio noīe cla-

riore qdem q̄ ſit opinio,obſcuriore vero q̄ ſcientia.Cogitationē certe nos in ſuperioribus earū notionē cognominauimus.Neq; tñ eſt de noie cōtrouerſia inter eos qbus de rebus tantis quātis nobis ad pñs,eſt diſceptatio.GLAV.Nō certe,nā ſolā exigūt ad rerū habitū interni cōceptus expreſſionē.SO.Placet igit̄ quēadmodū ſupra,primā portionē vocare ſcientiā:Secūdā cogitationē:Tertiā fidē:poſtremā imaginationē vel aſſimilationē.Et ambo illa ſimul intelligentiā:hęc aūt ambo ſimul opinionē.Et opinionē quidē circa generationē:itelligentiā vero circa eſſentiā eſſe.Quod aūt eſt ad gñationē eſſentia,id ad opinionē intelligentia.Q́dve intelligentia eſt ad opinionē,id & ad fidē ſciētia:& ad imaginationē deniq; cogitatio.Cōparationē vero illorū in qbus iſta verſant̄,diuiſionemq; vtriuſq; geminā,opinabilis.ſ.intelligibiliſq; o Glauco omittamus,ne ꝓlixior de his oratio q̄ de ſuperiorib⁹ habeat̄.GLAV.Equidē aliis quantū capere mea mens pōt aſſentior.SO.An nō dialecticū vocas eū q rationē cuiuſlibet capit eſſentię?Illū vero q hanc rationē nō habet,quatenus nec ſibi,nec alteri pōt reddere rationē,eatenus intelligentiā circa hoc habere negabis?GLAV.Certe nō aliter eſt dicendū.SO.De bono etiā ſimiliter iudicandū.Non quicūq; boni ideā ratiōe definire nō pōt a cęteris oibus eā diſtinguēs,& tāq̄ in pręlio p oia penetrando,cętera cūcta reiicere,nō ſecūdū opinionē,ſed ſecūdū ſubſtātiā arguēs & refellēs,pq; hęc oia ſtabili & incōcuſſa ꝓgredi ratione,hūc tu ita affectū,neq; bonū ipm dices cognoſcere,neq; aliud qcq̄ bonū:verū ſiquod forte ſimulacrū attigerit,opinione potius q̄ ſcientia illud attingere:atq; hac in vita inſomniis dormitātem illudi:& ante q̄ expergiſcat̄,ad inferos deſcendentē,extremo tandē occupari ſopore.GLAV.Per Iouem oia hæc prorſus aſſeuerabo.SO.Cęterū pueros tuos,quos nūc oratione inſtruis,ſiquādo re ipſa erudires,vt arbitror,nō ꝑmitteres maximarū rerū in ciuitate poteſtatē habere,dū linearū inſtar nō poſſent cuiuſq; reddere rationē.GLAV.Nō certe.SO.Legē itaq; feres,qua iubeant̄ eā potiſſimū diſciplinā capeſſere,ex qua ad interrogandū & reſpōdendū vt ſcientē decet,aptiſſimi ſint.GLAV.Tecum vna iſtud præcipiā.SO.An ergo videt̄ tibi doctrinis oibus dialectica velut apex eſſe prępoſita:nec vlla doctrina vlterius ac eminētior reperiri:ſed hic iā doctrinarū oim eſſe finis?GLAV.Mihi quidē videt̄.SO.Reſtat ergo deinceps aperiendū qbus diſtribuēdę hæ diſciplinę ſint,& quomodo.GLAV.Videlicet.SO.Recordaris in prima illa optione quales delegerimus principes?GLAV.Quid ni recorder?SO.Quo ad alia quidē naturas illas eligēdas exiſtimato.Nā & grauiſſimos homines & fortiſſimos decet eligere:& quoad fieri pōt ſpecioſiſſimos.neq; ſolū quęrendi ſunt hoies generoſi,atq; terribiles:ſed q inſup eas habeant naturæ dotes,quas diſciplina hęc exigit.GLAV.Quas?SO.Acumen inquā facilitatēq; ingenii oportere ad doctrinarū pceptionē adeſſe.Magis eñ abſterret animū diſciplinarū q̄ gymnaſiorū corporis,difficultas.Siquidē magis ꝓprius illi labor eſt,q ſoli cōpetit,q̄ q corpori etiā eſt cōmunis.GLAV.Vera loqueris.SO.Quęrendus itaq; vir eſt memorioſus,integerrimus,tolerantiſſimus.Nā quē aliū cenſes libenter labores corporis ſubiturū:tāq̄ arduū doctrinæ meditationiſq; ſtudiū ad finem vſq; proſequuturū?GLAV.Neminē prorſus niſi q optima natura ſit præditus.SO.Ex eo qppe errore vt ſupra dicebā aduerſus philoſophiā oborta eſt infamia,q nō pro dignitate ipſam attingunt.Neq; eñ a ſpuriis ſed legitimis eſt attrectāda.GLAV.Quo pacto?SO.Principio ad labores ſuſcipiendos claudus eſſe nō debet quiſqs eſt philoſophię ſacris initiandus,vt partim eos adeat,partim recuſet.Cōtingit aūt hoc,quotiēs aliqs gymnaſiis & venatiōi & reliqs corporis exercitationib⁹ dedit⁹,diſciplinarū ſtudiū refugit,neq; audiēdo delectat̄,nec inqrendo:ſed oēm hanc odit curā.Claudus ꝑterea & ille eſt,q exercitationib⁹ animi delectat⁹,cōtēnit alias.GLAV.Vera narras.SO.An nō & quo ad veritatē ſilr mancū eū ponemus animū q voluntariū mēdaciū odit,& ægre fert ipſe ſecū,& aliis mentientib⁹ indignat̄:inuoluntariū vero mendaciū facile tolerat:& ſi ignorare aliqd deprehēdat̄,haud grauiter pfert:ſed libēter veluti ſus ignorantię ſordibus voluta̅t?GLAV.Omnino quidem.SO.Quinetiam circa temperantiam & fortitudinem magnificentiamq; & reliquas virtutis partes nō minus obſeruādū eſt,quinam legitimus ſit,q ſpurius.Quādo eñ hæc minus cōſiderant,& priuati,& ciuitas,ignari vtunt̄ mancis & ſpuriis ad qdcunq; iſtorū contigerit:priuati qdem amicis:Reſpu.vero principibus.GLAV.Sic accidit prorſus.SO.Nobis hæc omnia præcauenda ſunt.Nam ſi hoies quo ad corporis ac mentis habitū integerrimos ad tātā doctrinā exercitationēq; ducemus,atq; erudiem⁹,& ius ipm nobis minime ſuccēſebit,& ciuitatē Rempublicāq; ſeruabimus.Sin aliter affectos hoies ad iſta ducemus,cōtraria faciemus oia,& philoſophiā multo etiā magis dedecorabimus.GLAV.Turpe qdem id eſſet.SO.Mirū i modum.Cæterum nonnihil mihi in pñtia riſu dignum contigiſſe videt̄.GLAV.Quid iſtud?SO.Latuit me nimirū,q iocabamur:quare acrius egi q̄ deceret.Quippe inter loquendū ad philoſophiā ipſam cōuerſus,eā dedecore affectā aſpexi.Quod & grauiter ꝓpeſſus fuiſſe videor,& his qui in culpa ſunt,tāq̄ indignatus ſeuerius hæc dixiſſe.GLAV.Nō p Iouē,vt mihi audienti videt̄.SO.Mihi tamen dicenti ſic apparet.Hoc aūt ne nos fugiat:q in priori electione ſenes elegimus:in hac vera

Vide præſtātiā ſcientię diuinę.

Quę ętates ad diſcēdū aptę.

nequaꝗ̃ licebit. Neq; Soloni credendū eſt hoīem ſeneſcentē poſſe in dies plurima diſcere: q min⁹ id pōt ꝗ̃ currere. Iuuenibus eñ cōueniūt multi maximiq; labores. GLAV. Neceſſe eſt. SO. Illa igiť ꝗ̃ ad Arithmeticā & Geometriā oēmq; eruditionē eā ptinēt ꝗ̃ dialecticā antecedere debet, pueris tradenda ſunt: atq; is docēdi modus accipiēdus eſt quo minime coacti ad diſcēdū eē videanť. GLAV.

Quo pacto pueri ſint docēdi.

Cur iſtud? SO. Qm̃ nō decet liberū hoīem cū ſeruitute diſciplinā aliquā diſcere. Quippe ingētes labores corpis vi ſuſcepti, nihilo deterius corpus efficiūt. Nulla vero aīę violēta eſt ſtabilis diſciplina GLAV. Vera loqueris. SO. Ergo nō tāꝗ̃ coactos pueros in diſciplinis o vir optime, ſed quaſi ludētes enutrias: vt & magis ad qđ qſq; natura ſit aptus, poſſis agnoſcere. GLAV. Cōſentaneū eſt qđ dicis. SO. An nō recordaris a nobis in ſupioribus dictū, pueros eē eqs ſpectādi gratia in caſtra ducēdos, & ſi tuto id tentari poſſit, ppius admouēdos, vt catulorū inſtar ſanguinē incipiant deguſtare? GLAV. Recordor eqdem. SO. Quicūq; vero ad hos labores, diſciplinas, picula, prōptiores, acrioreſq; apparēt, in numerū aliquē ſeligēdi ſunt. GLAV. Qua in ętate? SO. Qñ a neceſſariis negotiis exercitationibuſq; ſoluti ſunt. In hoc ſiqdē tpe ſiue biēniū ſit ſeu triēniū, facere aliud nequeunt.

Labor & ſomnus diſciplinis aduerſi.

Labor eñ ac ſomn⁹ diſciplinis aduerſi ſunt. Et ſimul hęc examinatio aliarū nō minima eē videť: qualis videlicet qſq; in gymnaſiis ipſis apparebit. GLAV. Quid ni? SO. Poſt id tēpus qcūq; ex viginti annis vt cęteris pſtātiores electi fuerint, maiorib⁹ ꝗ̃ cęteri afficiāť honorib⁹, & ꝗ̃ diſciplinę iſtis ī pueritia ſparſim oſtēſę ſunt, vna his iterū offeranť, ad ipſā diſciplinarū īter ſe cognitionē & ipſi⁹ qđ vere eſt naturā cōſpiciēdā. GLAV. Sola hęc cognitio qbuſcūq; tradiť ſtabilis pmanet. SO. Atq; & hac experiētia cognoſciť maxīe q ad dialecticā optime a natura eſt īſtitut⁹, q nō. Nēpe qſqs ad hoc dignoſcendū ē pſpicax, dialecticus eſt: q vero hebes, nequaꝗ̃. GLAV. Teneo eqdē. SO. His igiť aīaduerſis oportebit eos, q apprime tales in ipſis reperienť, ſtabiles in diſciplinis: cōſtātes in bello: in aliis legitimis officiis pſeuerantes: poſtꝗ̃ trigeſimū egerint, ex electis praelectos in maiorib⁹ honorib⁹ cōſtituere: & ipa differēdi facultate diligēter examinare: qs eorū pōt ſine oculoꝝ & alioꝝ ſenſuū miniſterio, ad ipm qđ vere exiſtit cū veritate trāſcēdere. In quo maxima o amice opus eſt cautione. GLAV. Cur nā? SO. Nō aīaduertis quantū nūc malū circa differēdi peritiā inoleſcat? GLAV. Quale iſtud? SO.

Quę aduertētur pueris erudiendis.

Iniqtate prorſus abūdāt. GLAV. Sūmopere. SO. Mirū aliquid perpeti ipſos exiſtimas: nec ignoſcis? GLAV. Qua rōne maxime? SO. Siqs ſuppoſit⁹ puer multis in delitiis nutriať a nobili familia, inter adulatores cōplurimos, adultus aūt pſentiat ꝙ ex eis quos parētes exiſtimat natus nō fuerit, veros tamē genitores nuſꝗ̃ reperiat, nūquid vaticinari potes qualis huic animi affectus futurus ſit erga adulatores, & erga eos q ipſum ſuppoſuerūt, tā in eo tēpore in quo nihil de ſuppoſitiōe ſuſpicabať, ꝗ̃ poſtꝗ̃ rem ipſam agnouit? An vis pręſagiū meū audire? GLAV. Volo equidē. SO. Vaticinor itaq; illū dū ſuppoſitionē penitus ignorabit, magis eos honoraturū quos parētes & ppinquos exiſtimat: ꝗ̃ aſſentatores: minuſq; eos in indigētia neglecturū: tardioreq; fore ad iniuriā ipſis inferēdā, vel cōuitiū dicēdū: magiſq; illis in rebus grauibus ꝗ̃ adulatorib⁹ pariturū. GLAV. Veriſimile id quidē. SO. Sin perſenſerit, hos certe minus honorabit curabitq;: aſſentatores vero magis ꝗ̃ antea colet: illis ppenſius obſequeť: ad eorū exemplū vitā inſtituet ſuā: cū illis palā ac libere cōuerſabiť. De his vero quos parētes & ppinquos putauerat, niſi valde natura qs aequus ſit, nihil prorſus curabit. GLAV. Oīa prorſus vt narras cōtingerent. Sed qđ hęc ſimilitudo ad eos q diſputationes ſectantur? SO. Audies modo. Sunt nobis a pueritia opiniones de honeſtis iuſtiſq; officiis, ſub quibus tanꝗ̃ parentibus educati ſumus: his paremus: has prae caeteris honoramus. GLAV. Sunt plane. SO. Offerunt ſe nobis & voluptates: ꝗ̃ ad cōtraria nos alliciūt, & dum animae blandiuntur, ad illa detorquent. Non tamen ab his flectuntur, qui vel paulo ꝗ̃ caeteri moderatiores ſunt: ſed illa veluti paterna colunt: eiſq; obtemperāt. GLAV. Sic euenit. SO. Si dialectica vis aggreſſa aliquem ita affectum interroget quid honeſtum ſit: ac reſpondentem id quod ex legiſlatore perceperat, ratio confutet, crebriſq; & variis redargutionibus eo deducat, vt opinetur illud nō magis honeſtum eē ꝗ̃ turpe: deq; iuſto ac bono ſimiliter arguat, & de caeteris quae ſummo in honore ante habebat, pari ne illa poſthac honore & obſeruantia proſequuturū putas? GLAV. Minori admodū puto. SO. Quando igitur neq; iſta quis cenſet domeſtica vt antea vel honoranda, neq; reperit vera, in vitam potius blandam ꝗ̃ in aliam vt conſentaneū eſt, prolabiť. GLAV. Veriſimile id quidem. SO. Ex iuſto igiť fiet iniquus. GLAV. Neceſſe eſt. SO. An non merito vt nuper dicebam, affectio eorum qui ita ſe ad differendū cōparant, talis eſt vt plurimā exigat veniā? GLAV. Et miſericordiā inſup. SO.

Dialectica eſt deguſtāda tm̄ poſt ānum trigeſimum.

Vt igiť miſerabilis hic euentus viteť, triginta annos nati duntaxat caute admodū dialecticas argumētatiōes deguſtēt. GLAV. Ita prorſus. SO. An nō hęc prudēs cautio eſt: vt eas videlicet iuniores hoīes non attingant? Neq; enim te latet, vt arbitror, ꝙ cum primū adoleſcentuli diſputatiōis artificiū guſtant, eo protinus quaſi ludo quodā ad refellendum vtunť: eoſq; qui cōfutant alios, ſtudioſe ſectantes: & ipſi alios quoq; redarguunt: ac diſtrahendis lacerandiſq; primis catulorū more

aſſidue delectanť.GLAV.Mirū in modū.SO.Cum vero plures cōuicerint,& a pluribus ipſi cōulcti fuerint,eo confeſtum deueniunt,vt ex priſtinis opinionibus ratā nullam habeant.Atq; ex his & ipſi & oīs philoſophia apud alios calumniā reportarūt.GLAV.Vera refers.SO.At vir natu grandior,ab hac inſania diligētius declinabit:ac hoīem inueſtigande veritatis gratia differentē imitabitur potius,q̄ eū qui iocādi cauſa verſutiis captiũculiſq; incūbit.Quin & ipſe modeſti⁹ ſeſe geret,& diſputādi ſtudiū ex infami reddet illuſtrius.GLAV.Scite.SO.Ad eiuſmodi præterea cautionē,ſuperiora dicta ſunt oīa.Oportere videlicet moderatos & graues eſſe illos,qui ad diſputationis ſtudium aſciſcunť:neq; cōmunicandū eſſe id ineptis hoībus:& vt nunc fit,oībus quoſcunq; ſors obtulerit.GLAV.Summopere.SO.Siqs diſputationi diligēter aſſidueq; det operā,nihilve agat aliud niſi ꝙ viciſſim quandoq; gymnaſiis corpus exerceat,huic ad perceptionem huiuſmodi anni duplices ſuperiorū ſufficient.GLAV.Nunquid ſex dicis?An quatuor?SO.Quinq; adhibeas.Deinde ad antrum illud erunt iterum deducendi,cogēdiq; eos principatus aſſumere qui ad bellum ſpectant,& ſiqui ſunt iuuenū principatus:ne vſu rerū ab aliis ſuperētur.Atq; in hisquoq; examinādi ſunt,verum cōſtantes ꝑmaneant,dū trahunť vndiq;:aut nutent.GLAV.Quot aūt annos iſtis aſcribis?SO.Quinq; ac decem.Cum vero ad quinquageſimū annū peruenerint,quicunq; integri inter eos rebuſq; geſtis & ſcientiis pręcellētes apparent,ad finē iam perducendi ſunt:cogendiq; vt animi radium ad ſupera dirigentes,ipſum quod oībus lumen prębet,ſuſpiciāt:cūq; ipſum bonū nouerint,exemplo illius fracti ciuitatē,priuatos,ſeq; ipſos per omnē ſequētem vitā & ſingula viciſſim exornent.Ac plurimū quidem in philoſophia verſentur:cum vero ad magiſtratus acceſſenť,in ciuilibus negotiis inuigilent,ſigillatimq; gubernent Reipublicę gratia:ita vt non tanq̄ bonū aliquid & optandū miniſteriū ſed neceſſariū potius exequi videanť. Atq; ita cū alios ſimiliter ipſi inſtruxerunt,eos viciſſim Reipublicę cuſtodes relinquēt:ipſi vero in beatorū inſulas tranſmittenť. Monumenta vero illis & ſacra tanq̄ dæmonibus ſi Pythias oraculo cōfirmauerit,publice dicabūtur:ſin min⁹,ſaltē vt beatis atq; diuinis.GLAV.Mirificos prorſus o Socrates pricipes quaſi ſculptor figuraſſe videris.SO.Quod de viris dixi,idem & de mulieribus intelligendum . Neq; putes o Glauco magis me de viris q̄ de mulierib⁹ fuiſſe locutū:quęcūq; videlicet natura aptę ad hæc officia ſunt.GLAV.Recte ſe id habet.ſiquidem pariter in omnibus,vt narrauimus,cū viris cōmunicabūt.SO.Num conceditis nos de Republica oīa nō quaſi pro deſiderio effinxiſſe,ſed pro veritate loquutos:difficilia quidem factu,poſſibilia tamē:ea dūtaxat ratione qua diximus?Quādo ſcilicet hoīes reuera philoſophi,vel vnus,vel plures nacti in ciuitate potentiā,pręſentes honores deſpicient,illiberaleſq; eos & nullius exiſtimabunt:ipſum aūt qđ rectum eſt,& honores qui ab eo proficiſcunť,plurimi facient:maximū vero & ſummopere neceſſariū quod iuſtum:& huic miniſtrātes:idq; adaugētes ciuitatē ſuā rite diſponēt.GLAV.Quo pacto?SO.Omnes quicunq; in vrbe decē annos impleuerint,in agros trāſmittēt:filios aūt ipſorū ſuſcipientes,procul ab his moribus qbus hodie parentes vtunť,in ſuis morib⁹ ac legib⁹ educabūt.quales vero ſint,enarrauimus.Atq; ita celerrime atq; facillime ea ciuitas & Reſpu.orietur,quā ſupra diximus ſiquādo extiterit,beatā fore:& genus hominum in quo condita fuerit,plurimū iuuaturā.GLAV.Maxime quidē.Atq; vt cōſtitui pōt eiuſmodi ciuitas,ſiquando cōſtituatur,o Socrates adinueniſſe videris.SO.Nōne ergo abunde,tum de hac ciuitate,tum de homine eius perſimili iam nobis dictū?Cōſtat enim qualem eius ſimilem eſſe debere dicemus.GLAV.Conſtat plane:& quod quæris,finem mihi iam habere videtur.

FINIS DIALOGI SEPTIMI.

Argumentum Marſilii Ficini in Dialogum octauum de Iuſto.

SOCRATES Perfectā Reipub.formam ſeptē iam Dialogis abſoluit,ſeptenario Palladis numero cōſecratā.Eamq; tum regiā,tum optimatū appellat gubernationē.Optimatū qdem,qm̄ in ea plures virtute pręclari publicis funguntť muneribus,Senatūq; cōſtituūt.Regiā vero,quoniā & vna omniū ad publicū bonū eſt volūtas:vna mens quaſi regina:& ſiqs inter eos ꝓbitate eſt ſingularis,ſingulariter honorať.Neq; tamē huic tātū tribuiť,vt abſq; Senatu.i.ꝓbatorū omniū numero poſſit publica ꝑmutare.Reliquū erat poſt optimā & beatā Reip.formā in mediū inferiores adducere.Has autē numerat quatuor.Primā quidē eſſe vult eā,in quā optima mox degenerat,quā noīat ambitioſam.Scđam vero potētiā paucoꝝ ex ambitioſa naſcētē.Tertiā popularē ab hac ꝓcedentē.Quartā poſtremo tyrānidē ex populari ꝑcipue pullulantē.Qm̄ vero rerū publicarū formę a formis ꝓueniūt aīoꝝ,qnq; deinceps aīoꝝ affectus & habitus,totidēq; ciuitatū & ſimiles & ſimiliter noīatos mira quadā arte deſcribit.Summatimq; regiū animū optimū eſſe cōcludit atq; beatiſſimū:& ſimilē ſibi ciuitatē.Tyrannicū vero peſſimū atq; miſerrimū.Ciuitates quoq;

a tyrãnis oppreſſas,pſſimas ſimiliter atq; miſerrimas.Medios aũt aĩos gubernatiõeſq; medias mõ quodã medio ſe habere cõcludit.Ex oibꝰ his apparet q̃ pniciosa tã in ciuitate q̃ in aĩo ſit iniuſtitia & vtrobiq; iuſtitia q̃ ſalutaris. Vbiq; aũt pmutationes tã animoꝝ q̃ ciuitatũ ex aliis formis ĩ alias mirabili explicat diligẽtia.Pręcipue vero mutationẽ beatę Reip.& vt ita dixerim,aureę in ambitioſam ſiue argenteã,ſiue ferreã,ab altiori ducit exordio:fingitq; muſas id tãq̃ oraculũ effundẽtes,ſiue potius cõfundentes.Profecto ſi beata Reſpublica pprio defectu in interiorẽ labi nõ põt:& tamẽ qñq; labiť,cõmuni quodã defectu & cauſa labiť.Qua quidẽ in re Ariſtotelicas ridere licet calũnias. Neq; eñ debuit Ariſtoteles in quinto Politicorũ a Platone ſuo,imo nuſq̃ ſuo,ppriã beatę Reipublicę pmutandę exigere cauſam:cũ nulla ſit propria:ſed cõmuni debuit eſſe cõtẽtus.Quẽadmodũ eñ homo & validiſſimus & tẽperatiſſimꝰ,ſic & eiuſmodi ciuitas nõ tã ppria q̃ cõmuni cauſa morbi laborat.i.fatali quodã ordine,ita p cęleſtes circuitus q̃ infra lunã ſunt perpetuo reuoluente,vt q̃ certis ſphęrarũ cõfigurationibus tẽporũq; curriculis cõpoſita ſunt,qñq; diſſoluanť aduerſis.Quoniã vero eiuſmodi cauſę aſſignatio pſentis ciuiliſq; facultatis terminos procul excedit,ideo Socrates vaticinio muſarũ vtiť.& pfecto ita vtiť:vt & nobis ad hęc interpŕtanda opus ſit Apollinis vaticinio.Nec immerito Tullius vbi rẽ eſſe obſcuriſſimã breuiter vult exprimere,id inqt numero Platonis obſcurius.Neq; miror Theonẽ Smyrneũ mathematicæ ĩ primis Platonicę pfeſſorẽ eiuſmodi myſteriũ tãq̃ inexplicabile aſtute prętermiſiſſe.Quod qdẽ Iamblichus Chalcideus dũ explicare voluit,implicuiſſe videť. Quid vero?ſi in eiuſmodi verbis plus difficultatis ſit q̃ põderis?Quippe cũ & ipſe fingat muſas tragica quadã tumiditate nugãtes pterrenteſq; animũ puerilẽ atq; ſimplicem ſtuporẽq; adducẽtes.Deniq; qualecũq; id ſit opportunius ex cõmẽtariis in Timæũ expoſitionẽ noſtrã accipies.Cęterũ moralia hęc pcepta cõſidera.Impoſſibile eſt diuitias honorari ĩ ciuitate ſimul atq; virtutẽ.Itẽ tradere diuitioribus Reipublicę gubernacula,perinde eſt ac ſi nauis nõ peritiori in nauigãdo,ſed locupletiori gubernãda tradať.Nempe & hęc & illa piclitabiť.Rurſus cuſtos cõtra oĩa vitia tutiſſimꝰ ẽ ſciẽtia.Pręterea cõtrarii vniꝰ ſummũ alteriꝰ eſt principiũ.itaq; extrema libertatis licẽtia,extremę ſeruituris eſt principiũ.Sicut ĩ qualibet qualitate rerũq; & tẽpoꝝ exceſſus oĩs verti protinus in contrariũ cõſueuit.Idem in epiſtolis ait:moderatã probans ante omnia libertatẽ.

Comunes mu lieres

DIALOGVS OCTAVVS DE IVSTO. SO.

CONSTITIT IAM INTER NOS O Glauco,in ciuitate optime inſtituta,cõmunes eſſe debere mulieres & filios. Cõmunem quoq; omnẽ eruditionẽ.Cõmunia ſimiliter omnia,tũ belli,tũ pacis officia.Reges autẽ ipſorũ eſſe homines in philoſophię & rei militaris ſtudio pręſtãtiſſimos.GLAV.Cõſtitit plane.SO.Quin & hæc conceſſimus q.ſ.cũ tales principes iã fuerint conſtituti, ĩ expeditionẽ euntes,habitationes militibus quales prędiximus aſſignabunt:cõmunes.ſ.omnibus:in qbus nihil cuiuſq̃ ſit propriũ.Neq; de habitatione ſolum,verũetiã de ſupellectili & poſſeſſionibus ſi recordaris quales debeãt eſſe,cõuenimus.GLAV.Memini equidẽ cenſuiſſe nos nihil eorũ q̃ nũc poſſident alii,eſſe ab aliquo poſſidendũ:ſed tanq̃ belli athletas atq; cuſtodes ĩ mercedẽ cuſtodię annua ab aliis alimẽta ſuſcipiẽtes,eos oportere ſeipſos ciuitatẽq; tueri.SO.Probe loqueris.Sed poſtq̃ hęc abſoluimus,repetamus iã vñ huc digreſſi ſumus,vt p eadẽ rurſus pficiſcamur.GLAV.Haud quaq̃ difficile iſtud.ferme eñ quẽadmodũ nunc,quaſi de ciuitate ſatis egiſſes,adieciſti,q talem ciuitatẽ bonã vocares qualẽ deſcripſeras:bonũq; virum quicunq; illius foret perſimilis:cum tamen poſſes adhuc,vt apparuit,meliorẽ ciuitatẽ virũq; referre.Dixiſti pręterea ſi hęc recta ſit Reſpublica,cęteras aberrare.Reliquarũ vero Rerumpu.vt memini,ſpecies eſſe quatuor:de quibus verba facere oportere,earũq; defectus inſpicere:& homines ipſarũ ſimiles declarare. Vt eos omnes intuiti & quis optimus ſit vir,quis peſſimus declarantes,conſideraremus nunquid vir optimus feliciſſimus,peſſimus aũt ſit miſerrimus:an ſe res aliter habeat.Cum vero abs te ipſe quærerem quas potiſſimum quatuor Reſpu.diceres:tunc ſane Polemarchus & Adimantus,mihi ſermonem intercedunt:vnde tu orationẽ ſumẽs huc deniq; perueniſti.SO.Recte admodũ meminiſti.GLAV.Ergo rurſus tanq̃ luctator eandem anſam præbe:& me idem interrogante,conare nunc ea dicere,quæ tunc eras declaraturus.SO.Si quidem potero.GLAV.Equidem audire percupio quaſnã Reſpub. quatuor ſupra dicebas.SO.Haud difficile iſtud audies.Sunt enim quas dico,illæ quæ & nomina habent:ipſa videlicet quę a multis laudatur Cretenſis & Laconica.Secũda vero & ſecũdo loco laudata ea,quæ paucorũ potẽtia nominať,plurimis plena malis Reſpu.Itẽ quę ab hac differt plurimũ eamq; ſequiť,gubernatio popularis.Præterea generoſa tyrannis,ab his omnibus differẽs,quartus ciuitatis extremuſq; morbus.An aliam habes Reipu.formã:quæ in perſpicua & diſtincta quadam

ſpecie iaceat? Nam & minores quidā principatus:& regna venalia:& tales quędā ciuiles potētię
inter hęc quodāmodo mediū obtinēt.Quarū nō pauciores inter Barbaros q̃ inter Gręcos reperiū
tur.GLAV.Multę certe,& abſurdę memorantur.SO. Totidē quoq; ſunt hoim quodāmō ſpecies
atq; mores.An ex quęrcu forte exiſtimas,aut ſilice reſp.fieri potius, q̃ ciuiū moribus:q quocunq;
fluxerint,cętera ſecū rapiunt?GLAV.Ex moribus ꝓculdubio.SO.Quare ſi gubernationū ſpecies
quinq; ſunt,priuatorū quoq; animoꝝ affectus quq; erūt.GLAV.Nil obſtat.SO.Virū certe ſimilē
optimatū gubernationi expoſuimus:quē bonū,& iuſtū recte aſſeruim⁹.GLAV.Expoſuim⁹.SO.
Deteriores deinceps narrare decet,cōtētioſum ambitioſumq; hominē ſecūdū Lacedęmonioꝝ rēp.
inſtitutū:pręterea paucoꝝ īperii cupidū:& popularē hominē,& tyrānicū,vt iniuſtiſſimū diſcernē
tes:cū iuſtiſſimo cōparemus,ꝑfecteq; dignoſcamus:quo mō ſumma meraq; iuſtitia ad ſummā ſe
ac merā iniuſtitiā habeat:quo ad hois iuſti,vel iniuſti beatitudinē,vel miſeriā ptinet: vt vel Thra
ſymacho obtēperātes,iiuſtitiā ꝓſequamur,vel ꝑſentibus rōnibus pſuaſi,iuſtitiā.GLAV.Ita ꝓrſus
agēdū.SO.Nū ſicuti cœpim⁹ ante ī rebuſp.mores aīaduertere q̃ ī priuatis pſonis;q illic magis pa
teāt:ita & nūc ī primis cōſiderāda eſt ambitioſa reſp.cuius nullū habeo nomē ꝑter ambitioſam po
tētiā,& principatū:poſt eā vero virū talē excogitabim⁹:deinde paucoꝝ potētiā,taleq; virū:poſtea
multitūdinis gubernationē: & hominē popularē:demū tyrānide ꝑſſam ciuitatē cōſiderātes,& in
de tyrānicū cognoſcētes animū,conabimur ea q̃ ꝓpoſuimus,ſufficiēter diiudicare?GLAV.Recte
ſīn hūc modū inſpectio iudiciūq; ꝓcedet.SO. Age itaq; explicare conemur quo pacto ambitioſum
impiū,ex optimatū gubernatione naſcat.Quin hoc ſimpliciter verū eſt:omnē rēp. ex eo qđ dñat,
mutari:qñ in ipſo ſeditio oritur:dū vero ſecū ipſo cōſentit,etiā ſi valde exiguū ſit, mutari īpoſſi
bile eſt.GLAV.Eſt ita.SO. At vero quonā pacto o Glauco,ciuitas hęc noſtra e ſuo ſtatu mouebi
tur?principes,& defenſores inuicē,& inter ſe diſſidebūt?An vis imitātes Homerū muſas oremus,
vt nobis explicēt,qua rōne ſeditio primū incidat?Dicamuſq; ipſas tragicoꝝ ritu,nobiſcum veluti
pueris iocantes nugāteſq; ita loqui,vt dū nugant,quaſi ſerio agāt,altius eloquātur?GLAV.Quo
nā pacto?SO.Ita ferme.Difficile qdē eſt ita conſtitutā ciuitatē e ſuo ſtatu moueri. Verū cū oē qđ
genitū eſt:corruptioni ſit obnoxiū,talis etiā cōſtitutio ſemp manere nō poterit:ſed ſoluet.Solutio
vero hęc eſt.nō ſolū circa plantas:ſed terrena etiā animalia,fertilitas,& ſterilitas animę,corporūq;
cōtingit:qñ reuolutiōes ſingulis circuloꝝ cōiūxerint ambitus:his qdē q̃ breuis ſunt ęui,ambitus
breuiores,cōtrariis vero cōtrarios.Illi vero quos ad ciuitatis gubernationē educauiſtis,q̃uis ſapiē
tes fuerint,nihilo magis veſtri generis fœcūdā generationē,vel ſterilē rōne vnā cū ſenſu cōphen
dēt:ſed latebit eos opportunitas generādi:& plerūq; cū nō opportunū fuerit,gignēdis filiis operā
dabūt.Eſt aūt ei qđ diuinitus generādū eſt circuitus:quē numerus cōtinet ꝑfectus.Humanę vero
geniturę is vtiq;:ī quo primo augmētationes ſuperātes:& ſuperatę tres diſtātię, atq; quatuor ter
minos accipiētes,ſimulātiū eſt,& diſſimulātiū,& creſcentiū,& decreſcētiū, cūcta correſpōdētia,&
cōparabilia inuicē effecerūt: quorū ſeſquitertia radix quinitati coniūcta duas harmonias ꝑbet ter
aucta.Vnā qdē ęqualem ęqualiter,centū cēties.Alterā vero ęqualis qdē lōgitudinis:ſed oblon
giori,centū qdē numeroꝝ ex diametris cōparabilibus inuicē quinitatis,indigētibus vno ex ſingu
lis:duobus vero q iuicē dici nequeāt:cētū vero cuboꝝ trinitatis ipſius. Vniuerſus aūt hic nume
rus geometricus talē auctoritatē habēs ad potiorē deterioremq; generationē vim habet.Qđ ſi ciuita
tis veſtrę cuſtodes ignorauerit,nec opportuno in tpe ſponſas ſponſis cōiūxerint,haudquaq̄ īgeni
oſi felicesve pueri inde naſcent.Ac licet maiores ipī eos cōſtituāt principes:q inter illos ꝑſtātiores
fuerit:tū qa indigni erūt parētū ſucceſſione,in ipſis magiſtratibus ſubiectos negligēt:neq; muſicę
curā vt decet habebūt:neq; gymnaſticę:vnde iuuenes nimis erūt a muſica alieni.ex his aūt princi
pes cōſtituent negligētiores q̃ decet ad examinādū genera illa q̃ apud Heſiodū,& quę apud vos
referunt:aureum.ſ.genus,argenteū,& ęneū,atq; ferreū.Quoniā vero mixtum erit argento ferrū:
& ęs auro,diſſimilitudo & inęqualitas diſcors exorient.Quę vbicūq; naſcunt,bellū ſemp & inimi
citias pariūt.Genus aūt huiuſmodi hominū vbicūq; adeſt ſemp ſeditionib⁹ agitat.GLAV.Recte
admodū reſpōdere illas dicemus.SO.Neceſſe eſt eñ cū muſę ſint.GLAV.Quid vero poſthac mu
ſę dicent?SO.Poſt q̃ orta ſeditio fuerit,vtraq; genera ferentur:ferreū quidē,& ęneum ad quęſtum
agrorūq;,& domorū poſſeſſionē,auriq;,& argenti copiā.Qđ vero ineſt aureū,& argēteū,quaſi nō
inopi ſed opulenta natura:ad virtutē ſtatūq; priſtinū:pugnātia vero inuicē & incōtraria retrahē
tia in mediū tādem cōuenient,vt diuiſis agris,& domibus priuatim quęq; poſſideātur: illi vero q
ante ab eis ſeruabātur tāq̄ liberi,amici,& nutritores:in ſeruitutē redigātur:& veluti ſubditi atq;
ſerui:belli cuſtodięq; ipſorū curā gerere cōpellantur.GLAV.Hinc & mihi certe videtur mutatio
hęc accidere.SO.Hęc vtiq; gubernatio inter optimates:& paucorū potentiā erit media.GLAV.
Erit certe.SO.Mutabitur quidē ita.Cū vero in id fuerit ꝑmutata:quē potiſſimū gubernationis

Quot mores hoim totidē Reſpub.

Reſpu.ambitioſa.

Ex gubernatione optiatū ambitioſum impiū oriri.

Heſiodi Genus aureū argēteū,ęneū ferreum.

modũ ſeruabit? Vel conſtat q̃ partim priorem rẽpublicã imitabitur,partim paucorũ potentiam,
vtpote quę in medio locata eſt:partim etiã quiddã ſui propriũ obtinebit?GLAV.Ita prorſus.SO.
Et priorem quidẽ imitabitur in eo q̃ principes honorabũtur, & milites ab agricultura mechani-
ciſq; artibus & aliis quæſtibus abſtinebunt: & cõmunia fient conuiuia:gymnaſticiq; ludi, & belli
certamina frequentabunt?GLAV.Profecto.SO.Sui aũt ipſius ꝓpria, talia q̃dã habebit:q̃ ſapien-
tes metuet ad principatus admittere: quia non ſimplices neq; integerrimos huiuſmodi viros:ſed
mixtos poſſideat,& animoſiores potius ſimplicioreſq; hoĩes ad gubernandũ aſciſcet: qui ad bellũ
potius q̃ ad pacem nati videant̃.Dolos quinetiã,& machinamenta belli,plurimi faciet: ſempq; pu
gnabit?GLAV.Certe.SO.Atqui pecuniarũ cupidi erũt iſti,quẽadmodũ q in paucorũ potentia vi
tam agũt:& tenebris obruti aurum,& argentũ ruſticius honorabũt: vtpote qui æraria ꝓprioſq;
theſauros habeãt:quibus iſta recondãt:ac etiã circũſepta domorũ ceu ꝓprios nidos:in q̃bus mul-
ta cũ mulieribus:& aliis ꝑ libidine erogabit.GLAV.Vera loq̃ris.SO. Nõne & in rebus propriis
parciores erũt q̃ deceat?quippe q magnifaciãt pecunias:nec palam acquirãt:in alienis aũt propter
libidinẽ profuſiores:& clanculũ voluptatibus indulgebũt, haud ſecus legem paſſim refugientes,
ac pueri patris aſpectũ:nõ perſuaſione:ſed vi educati:ex eo q̃ verã muſam quę cum ſermonib⁹ &
phĩa cõiũcta eſt,neglexerint:multoq; magis ac pri⁹ gymnaſticã q̃ muſicã honorauerint?GLAV.
Remp. ex malo bonoq; mixtã refers.SO.Mixta eſt ꝑfecto: p̃ cęteris aũt in ipſa ꝓpter animoſitatis
iracũdięq; imperiũ,cõtentionis ambitioniſq; ſtudia inualeſcũt.GLAV.Vehementer.SO. An non
hęc reſp.ita coaleſcet: taliſq; erit:quãtũ licet ſermone reip.figurã deſcribere:ſine operis exacta ni-
miũ diligentia:quia ſufficiat ex ipſa deſcriptionis ſummula virũ iuſtiſſimũ iniuſtiſſimũve diſcer
nere: ſitq; ferme opus inextricabile,ſiquis oẽs reſp. oẽſq; mores nihilo penitus p̃termiſſo enarrare
aggrediatur?GLAV.Probe.SO.Quis igit̃ ſecũdũ hanc rempublicã vir,quomodo efficitur, qua-
lis exiſtit? ADI.Reor equidẽ ſimilẽ eſſe Glauconis huius, cõtentionis gratia.SO.Forte in hoc eſt
ſimilis. Verũ in his haud natura ſimilis eſſe videt̃.ADI.In quibus? SO.Contumaciorẽ ſane eſſe eũ
neceſſe eſt, & a muſica quodãmodo alieniorẽ,muſicę tñ cupidũ,& audiendi qdẽ ſtudioſum,rheto
ricũ vero nequaq̃.Atqui & aduerſus ſeruos agreſtis erit huiuſmodi vir: haud ſeruos deſpiciens
quẽadmodũ vir ad ſufficientiã eruditus: erga liberos aũt erit mitis: erga principes qdẽ obediens
maxime:ſed & principatus,& honorũ auidior:oportere exiſtimãs nõ ab arte dicẽdi,vel alia quauis
ſimili facultate p̃eſſe:ſed a rebus bellicis,& ſimilibus:cũ ſit & gymnaſticę, & venationis admodũ
ſtudioſus.ADI.Eſt certe mos hic illi⁹ reipublicę.SO.Nõne & pecunias iſte in iuuẽtute cõtemnet?
quo vero ſeneſcet magis,eo magis pecunias diliget , ex eo q̃ auarę naturę ſit particeps,neq; ſit in
teger ad virtutẽ,q̃a ab optimo cuſtode deficiat?ADI.A quonã? SO.Ratione,& oratione iquã mu
ſicę mixta:q̃ ſola cũ adeſt:per omnẽ vitã,virtutẽ in eo cui p̃eſt,ſeruat.ADI.Pręclare loqueris.SO.
Eſt vtiq; talis adoleſcens ambitioſi imperii cupidus,tali ſimilis ciuitati. ADI.Prorſus,SO. Efficit̃
aũt hic talis hũc i modũ interdũ:videlicet cũ iuuenis aliq̃s filius eſt patris boni i ciuitate nõ bene
gubernata habitãtis,honores,principatus,& iudicia fugientis,& reliquã huiuſcemodi negotiorũ
curã:libenterq; ſe demittentis:vt labores vitet.ADI.Quonã pacto efficit̃?SO.Quãdo ſcilicet ma-
trem audit ægre ferentẽ: q̃ vir ſuus magiſtratibus minime fungitur,auditq; inter alias mulieres
ob hoc cõtẽptui eſſe,& grauiter patientẽ quotiẽs virũ aſpicit pecuniis cumulandis minime indul
gentẽ:neq; ꝑ illis pugnãtẽ litigãtẽq; priuatim i iudiciis,& publice: ſed ad hęc oĩa negligentiorẽ,
talẽq;,vt ſecũ ipſe viuat vt plurimũ:vxorẽ vero nec aſpernet̃ qdẽ:neq; admodũ colat.Ex q̃bus ſępe
filio mater p̃dicet ignauũ ſibi eſſe patrẽ nimiſq; remiſſum:& alia q̃cũq; de talib⁹ garrire mulieres
cõſueuerũt.ADI.Multa ꝑfecto talia ſibi cõuenientia obloqui mulieres ſolẽt. SO. Neq; te latet q̃
& ſerui,& domeſtici,p̃ſertim q maxime videnť eſſe beneuoli, talia q̃dã ad aures puerorũ ſępe ſu-
ſurrant.Et ſiquem viderint,vel pecunias patri debentẽ:quẽ ipſe nequaq̃ cõueniat:vel in alio quo-
dam iniuriantẽ: edicunt puero cũ vir fuerit hęc oĩa vlciſci debere:viriũq; magis fore:q̃ pater eius
extiterit.Quinetiã domo egreſſus alia horũ ſimilia audit:& videt:hoĩes ſcilicet qui ſua in ciuitate
officia ſeruãt,alienorũ minime curioſi:ſtolidos vocitari,penituſq; cõtemni:horum vero diſſimiles
honorari atq; laudari.Cũ hęc adoleſcentulus audit:& videt:rurſuſq; patris audit ſermones:eiuſq;
officia ꝓxime vltra ſtudia cęterorũ animaduertit:ab vtriſq; diſtrahit̃:a patre qdẽ rõnalis eius vis
fouetur & auget̃:ab aliis aũt cõcupiſcendi,& iraſcendi natura.Quapropter cũ nõ malo ſit igenio
natus,mala tñ cęterorũ cõſuetudine vſus fuerit:in mediũ ab his tractus deſcendit:ſeq; medię cui
dam potentię cõtentioſę iracundęq; ſubiicit:ſitq; vir elato animo,glorięq; cupidior.ADI.Naturã
huius ſufficienter enarraſſe mihi videris.SO.Habemus itaq; ſecũdam rempub. viriũq; ſecũdum.
ADI.Habemus ꝑfecto.SO.An non poſt hęc Aeſchyli illud dicimus:Alterum hominem alteri ci-
uitati conuenientem? Immo vero ſecũdũ ſuperiorem illam ſuppoſitionem,alteram ciuitatẽ alteri

Quomõ maxime fiant ambitioſi adoleſcentes.

Alterũ hoĩem alteri ciuitati cõuenire.

congruã? ADI.Ita prorſus.SO.Quę vero huiuſcemodi rẽp.ſequitur,paucorũ,vt arbitror,potẽtia
eſt.ADI.Quã potiſſimũ reip.inſtitutionẽ paucorũ vocas potentiã?SO.Eã in qua magiſtratus a cẽ
ſus æſtimatione ciuibus tribuũtur,& in qua diuites dominant,pauperibus vero nulla reip.eſt cõ
munio.ADI.Intelligo eqdẽ.SO.Nõne dicẽdũ,quo pacto a gubernatione ambitioſa in hanc tranſ
greſſio fit?ADI.Dicẽdũ certe.SO.Vel cęco id qdem perſpicuũ eſt,quo pacto trãſgreſſio fiat.ADI.
Quonã pacto?SO.Aerariũ illud cuiuſq; auro plenũ:talẽ ꝑdit rẽp. Nã primũ qdẽ nouos ſumptus
reperiũt:& ad hoc leges deducũt:qbus neq; ipſi neq; mulieres ipſorꝫ obtẽperãt.ADI. Cõſentaneũ
id qdẽ.SO.Deinde alter alterius exẽplo & æmulatione ꝑciti multi tãdẽ tales euadũt.ADI. Veriſi
mile.SO.Hinc effuſius ad pecunias cumulandas delapſi,quãto id ꝑcioſius æſtimãt,tãto virtutem
exiſtimãt viliorẽ. An nõ ita virt[9] a diuitiis diſcrepat:quaſi vtraq; in lance ſtaterę ſint poſita,ſemp De diuitiis & virtute.
q; in cõtrariã ptẽ declinẽt?ADI.Ita prorſus.SO.Quãdo igit in ciuitate diuitię ac diuites honorã
tur,virtus probiq; viri deſpiciũtur.ADI.Conſtat.SO.Incẽdũtq; ad ea ſtudia oẽs quę in honore
ſunt,eaq; frequentãt:quę vero nullo honore cẽſentur:apud quoſq; iacere ſolent.Atq; ita ex victo
rię honoriſq; cupidis,q̃ſtus,& pecuniarũ auidi tãdẽ efficiũtur.Et diuites qdẽ viros laudant,& ad
mirãtur,& ad magiſtratus euehũt:pauperes vero deſpiciũt.ADI.Oĩno ſic accidit.SO.An non &
lege ſtatuũt principatus fines: dũ ſtatuũt,vbi maior eſt pecuniarũ copia , ibi talẽ principatũ eſſe
maiorẽ,vbi minor,cõtra minorẽ,ꝓhibentq; aliquẽ imperare:q nõ ad certũ aliquẽ cẽſum ꝑuenerit?
Hęc aũt aut vi cũ armis efficiũt:aut poſtq̃ metũ incuſſerint talẽ cõſtituerũt rẽpublicã.Nõne ita?
ADI.Ita prorſus.SO.Conſtitutio qdẽ,vt ita dicã,hęc eſt. ADI.Eſt certe. Sed quiſnã reip.modus?
quive defectus ſunt,quos habere eã rẽpublicã dicebamus?SO.Principio qualis ſit ꝑſcriptus hic in
ea terminus,aſpice.Siquis in nauis gubernatione,a cenſus æſtimatione gubernatores eligat:pau
perem vero licet gubernãdi peritiorẽ haudquaq̃ admittat:quid ex hoc ſequuturũ cẽſes? ADI.Vt
male nauem ducãt.SO.An nõ eodẽ pacto in quouis alio principatu?ADI.Sic eqdẽ arbitror.SO.
Sic ne in oĩbus ꝑterq̃ in ciuitate?An & in ciuitate ꝑterea?ADI.Multo etiã magis:quoniã hęc gra
uiſſima eſt:& maxima gubernatio.SO.Vnũ quidẽ hũc,& tãtũ paucorũ potentia defectũ patitur.
ADI.Apparet.SO.Quid aũt hoc?Nũquid leuius?ADI.Quale iſtud?SO.Q; neceſſe eſt non vnã
hanc,ſed duas eſſe reſp.vnã quidẽ pauperũ, diuitũ alterã:& homines intra moenia eadẽ habitan
tes ſibi inuicẽ ſemp inſidiari.ADI.Certe nõ leuius iſtud.SO.Sed neq; hoc honeſtũ eſt,vt bellũ ge
rere nequeãt:quia cogũtur,ſiue populo vtãtur armato,eũ formidare magis q̃ hoſtes,ſiue nõ vtan
tur,reuera in ipſo ꝓlio paucorum potentię ſtudioſi videri:ac etiã pecunias expendere nolle eos tãq̃
auaros homines,haud decorũ eſt.ADI.Nõ certe.SO.Nũquid recte fieri illud exiſtimas;qđ ſupra
vituperauimus:vt in huiuſmodi ciuitate iidẽ homines in variis verſentur officiis:terrã colant:pe
cunias cumulent,militent? ADI.Nullo modo recte.SO. Vide vtiq; ſi horũ malorum omniũ hęc
prima id grauiſſimũ patitur.ADI.Quale id?SO.Vt liceat cuiq̃ ſua oĩa alienare:alteri vero illius
oĩa poſſidere:atq; ei qui alienauit,habitare in ciuitate,dũ nulla ciuitatis pars exiſtat:neq; nũmula
rius:neq; opifex,neq; eques,neq; armiger,ſed pauper,& egenus paſſim cognominatus. ADI.Pri
ma hęc certe.SO.Hoc profecto in ciuitatibus quę paucorũ ſubiiciũtur imperio,minime prohibet.
neq; eñ alii opulentiores eſſent q̃ decet:alii prorſus mendici.ADI.Recte loqueris.SO.Hoc aũt cõ
ſidera:nũquid quãdo diues huiuſmodi erogabat:erat ne magis aliqua vtilitas ciuitati ad q̃ paulo
ante dicebamus.An videbatur quidẽ e principũ numero eſſe: reuera aũt neq; princeps: neq; mi
niſter erat:ſed propriorũ cõmodorũq; cõſumptor. ADI. Sic vtiq; viſum eſt.Erat aũt nihil aliud q̃
conſumptor.SO.An vis dicamus,quẽadmodũ in fauo fucus ortus examinis apũ morbus eſt:ita &
hominẽ huiuſcemodi domi natũ:peſtẽ reip.fore?ADI.Prorſus o Socrates.SO.Nõne volatiles fu
cos omnes ſine ſtimulis deus fecit? hos aũt terreſtres,partim ꝙ ſine ſtimulis: partim diris arma Fucorum duo genera:volatile & terreſtre.
tos ſtimulis cernimus.Et ex his qui ſtimulos nõ habent,inopes tãdẽ in ſenectute fiũt : aculeis aũt
inſtructi ſunt hi qui vocãtur malefici.ADI.Vera loqueris.SO.Conſtat ergo in ciuitate,vbi men Vbi mẽdici vi
dicos vides:ineſſe latentes fures,latrones, ſacrilegos:& horũ omniũ ſcelerũ auctores.ADI.Cõſtat dent,fures eſſe
certe.SO.Nõne in ciuitatibus quę regũtur a paucis,egenos ineſſe vides? ADI.Omnes ferme:ex & latrones &
ceptis principibus.SO.An nõ igit arbitramur,maleficos in ea eſſe multos ſtimulis ipſis armatos: oĩm ſcelerũ au
quos diligentia ac vi principatus detinent?ADI.Arbitramur plane.SO.Nõne ob prauam educa ctores.
tionẽ,& diſciplinę defectũ:& iniquã reip.diſpoſitionẽ:hoĩes ibi tales euadere aſſeremus?ADI.Aſſe
remus.SO.Talis vtiq; erit ciuitas paucis ſubiecta principibus:totq; ꝑmetur malis,forte etiã plu
ribus.ADI.Sic ferme.SO.Conſtituta iam nobis ſit ea reſp.quã paucorũ potentiã vocant,a cenſus
æſtimatione principes eligentẽ:poſt hęc aũt inueſtigemus quo pacto vir aliquis ſimilis iſtius effi
ciatur:& poſtq̃ ſimilis eſt effectus:qualis ſit.ADI.Sic ꝓrſus.SO.Nõne hac rõne maxime ex ambi
tioſo in paucorꝫ iperii cupidũ trãſit?ADI.Qua?SO.Qñ ibi adoleſcens aliqs primo qdem patrem

imitatur ſuũ,eiuſq; veſtigia ſequitur:deinde ipſum aſpicit,vt qui in ciuitatẽ tãq̃ in ſcopulũ offen
derit,ſubito ex culmine dignitatis ꝓlapſum ſeipm̃ ſuaq; oĩa diſpergẽtẽ: ſiue poſt belli expeditionẽ
ſiue alterius magiſtratus maximi dignitatẽ,in iudiciũ ab ĩſidiatoribus tractũ,a calumniatoribus
circũuẽtũ,eiectũ,depreſſum,patrimonio ſpoliatũ.ADI.Cõſentaneũ qdẽ.SO. Ille o amice hęc ĩtuĩ
tus atq; ꝑpeſſus,amiſſo patrimonio,ꝓpter formidinẽ,confeſtim ex animi throno ambitionẽ illã &
animoſitatẽ deiicit,& humilior ꝓpter paupertatẽ factus ſeſe ad q̃ſtũ cõuertit:& anguſto admodũ
aĩo aride nimiũ,& parce viuẽs,ſeq; vexãs in ope pecunias cõgregat. An nõ huiuſcemodi hominẽ
tũc exiſtimas ĩ ea animi ſede auarũ & lucri cupidũ affectũ locare? eũq; magnũ in ſe regẽ efficere?
ornamentiſq; regiis exornare,coronis,balteis,fibulis,fimbriis,enſe Perſico? ADI.Equidẽ.SO. Atq;
hic qdẽ rationalẽ vim,& aĩoſitatis ardorẽ humi hinc atq; illinc ſubigẽs illi, & ĩ ſeruitutẽ redigẽs,
illã qdẽ nihil aliud inq̃rere, & cõſiderare ꝑmittit,q̃ vnde ex paucioribus pecuniis plurimę congre
genť,hũc aũt nihil aliud mirari,& colere,q̃ diuitias atq; diuites:neq; dignitatẽ ex re alia q̃ ex pecu
niis q̃rere:& ſiqd aliud ad id cõferat.ADI.Nulla certe alia mutatio eſt vſqueadeo velox,& vehe-
mẽs ex iuuene ambitioſo ĩ pecunię cupidũ.SO.Nõne igiť hic paucorũ ĩperii ſtudioſus eſt? Muta-
tio qdẽ ipſius ex hoĩe ſimili eſt illius reip.ex qua paucorũ potẽtia extitit.Cõſideremus vtrũ nũqd
ſimilis ſit.ADI.Cõſideremus.SO.Principio ĩ eo ꝙ pecunias multifacit, ſimilis erit.ADI.Quid ni?
SO.Quinetiã & in eo ꝙ parcior eſt & ad lucrũ auidior:ſolaſq; neceſſarias cupiditates explet,cęte-
ris vero ſumptibꝰ nequaq̃ indulget,ſed alias appetitiones tãq̃ ſuꝑuacuas cohibet.ADI.Magnoꝑe.
SO.Aridior itaq;,& ſqualidior viuit:vndiq; ſumma parſimonia rẽ familiarẽ augẽs,coaceruando
intẽtus theſauro:quos qdẽ hoĩes vulgus ꝓbat.an nõ hic erit vir talis reip.ſimilis? ADI. Mihi qdẽ
videť.Pecunię itaq; maxime honoranť & ab hoc,& ab omni ciuitate.SO.Neq; eñ hic,vt arbitror
diſciplinę applicuit animũ.ADI.Nõ vt opinor.Neq; eñ cęcũ ſibi ducẽ ꝓpoſuiſſet.SO. Optime q
dẽ. hoc aũt animaduerte.Nõne fucorũ naturę ſimiles cupiditates ob diſciplinę defectũ ineſſe di-
cimus: partim mẽdicas,ꝑtim maleficas,vi qdẽ ab alia diligẽtia detẽtas? ADI.Et maxime qdẽ. SO.
Scis ne quo inſpiciẽs,ipſorũ maleficia cernes? ADI.Quonã? SO.Ad orphanorũ tutelas,& ſiqd ipſis
tale cõtigit,quo licentiã plurimã ad iniuriã nanciſcãtur.ADI.Vera narras.SO.An nõ id conſtat
ꝙ in aliis cõmerciis vir talis, in q̃bus probus habeť, cũ iuſtus eſſe videať, cõpetenti quadã vi cęte
ras cupiditates prauas q̃ in ipſo inſunt,cohibet:nõ perſuadẽs,q̃a nõ ꝓſtet,neq; rõne mãſuefaciens
ſed neceſſitate ac metu circa reliquã ſubſtãtiã cõtremiſcens? ADI.Sũmopere.SO.Enĩuero o amice
in multis eorũ reperies,quãdo aliena oportuerit erogare,fuci ꝑſimiles cupiditates.ADI.Maxime.
SO.Non igiť ſeditione inteſtina is carebit:neq; vnus qdã erit:ſed duplex:habebitq; in ſe cupidita
tes vt plurimũ cupiditatũ dominatrices,meliores ſcilicet deteriorũ.ADI.Eſt ita.SO.Quãobrẽ mo
deſtior hic aliis multis erit.Cõſentientis tamẽ & cõpoſitę mentis vera virtus longe hũc effugiet.
ADI.Mihi qdẽ videť.SO.Quinetiã ad certamẽ erit tardior vir parcus quotiẽs priuatim in ciuita
te de victoria aliqua honeſta,& magnificẽtia erit certãdũ:cũ pecunias erogare nolit,decoris & cõ-
tentionũ huiuſmodi gratia:metuẽs prodigas libidines ſuſcitare,prouocareq; ad propugnandũ cõ
tendendũq;.Paucis itaq; eorũ q̃ circa ſe ſunt,pugnãs paucorũ imperantiũ ritu vt plurimũ vinciť:
& diuitias auget.ADI.Sũmopere.SO.Nũquid vltra diffidimus,ad ciuitatis eius exemplũ quę gu
bernatur a paucis,hominẽ parcũ atq; auarum inſtitutum eſſe? ADI.Nullo modo.SO.Poſt hęc in

De popularis gubernationis cõſtitutione, & cõditione.

ueſtigandũ videtur,quo pacto popularis gubernatio conſtituitur: & quę ſit eius conditio:vt ean
dem in tali homine conditionẽ recognoſcentes,eum in iudicium deducamus.ADI. Ita ſane iter
nobis inceptũ ſimiliter peragemus. SO.Nõne hũc ĩ modum ex paucorũ potẽtia in popularẽ gu-
bernationẽ ciuitas permutatur:ex eo ꝙ ciues optimũ eſſe propoſuerunt,vt q̃ ditiſſimi ſint? ADI.
Quo pacto? SO. Quia principes in ea ꝓpter diuitias dominanť,prodigalitatẽ diſſolutorũ iuuenũ
leges prohibere negligunt,vt emptionibus,& foenoribus eorũ vſurpãtes bona,opulẽtiores etiã ho
noratioreſq; euadãt.ADI.Maxime omniũ.SO.Cõſtat itaq; impoſſibile eſſe in ciuitate diuitias ho-
norare ſimul:& tẽperãtiã poſſidere:ſed neceſſariũ eſt ad alterius æſtimationẽ alterũ ſemꝑ iſtorum
negligi.ADI.Conſtat plane.SO.Dũ igitur in paucorũ potentia iuuentutis educationẽ negligũt,
permittũtq; ad libidinem viuere,cogũt ſępenumero homines nõ ingeneroſos pauperes fieri.ADI.
Maxime.SO.Sedent,vt arbitror,iſti in ciuitate aculeis armati,ꝑtim alieno ære grauati,ꝑtim igno
minia afflicti,ꝑtim vtriſq; malis oppſſi,ĩſidiãtes illis quos ſua nouerũt poſſediſſe,atq; aliis, atq; ic-
circo res nouas quotidie moliunť.ADI.Eſt ita.SO.Hoĩes aũt auari,dũ lucro ĩcũbũt,eoſq; aĩaduer
tere nõ videnť,& ex reliq̃s eũ ſemꝑ qui cedit maxime ſubducto argẽto vulnerãtes, & patris natos
plurimos ac foenora reportãtes,ita fucis egeniſq; hoĩbus ciuitatẽ replent.ADI.Maxime.SO.Neq;
volũt tãti mali incẽdiũ ita extinguere,vt nõ ꝑmittãt quoq; res ſuas ꝑ arbitrio agere.Neq; ita rur
ſus & ſecundũ alterã legem talia quędã prohibẽtur.ADI.Secũdum quã potiſſimũ? SO. Secũdum

eam,quę poſt illã ꝓxime ſequiť,cogitq́ʒ ciues virtutis curã ſuſcipere. Siquis eñ multa ex volũta-
riis cõmerciis ſui periculo tractare iubeat,nõ vſqueadeo impudẽter pecunias cõgregabũt:paucio
raq́ʒ ĩ ciuitate mala naſcenť talia qualia diximꝰ.ADI.Sic oĩno.SO. Nũc aũt his de cauſis pricipes
ſubditos ita ĩ ciuitate diſponũt:ſeipſos vero,& ſuos,& iuniores,delicatos,& molles,& ſecordes red
dũt,nullũ aut animi,aut corporis laborẽ tolerãtes, voluptatibuſq́ʒ,& doloribus ſuccũbẽtes. ADI.
Prorſus.SO.Et ipſi qdẽ tales euadunt,vt nihil aliud p̃ter q̃ſtũ aſtimẽt:neq́ʒ maiorẽ virtutis curã
habeãt q̃ medici.ADI.Sic certe.SO.Ita igiť inſtituti,quotiẽs cõgrediũtur ĩuicẽ pricipes ac ſubditi
ſiue in itineribus,ſiue in alio quopiã cõmuni cõmercio,atq́ʒ ope, aut circa ſpectacula aut exercitũ
vel nauigãtes vna,vel militãtes,vel etiã ĩ ipſis p̃iculis ſeſe ĩuicẽ ſpectãtes,nullo mõ ĩ his pauperes
a diuitibus deſpiciunť: ſed frequẽter homo paup̃,macer,cutimq́ʒ ſole obduratus cũ ĩ acie ad opu
lẽtũ collatus eſt ĩ vmbra molliter enutritũ,atq́ʒ obeſo corp̃e oneratũ,eũq́ʒ inſpicit anhelantẽ,& an
aliã, quãcũq; cõtigerit? GLAV. Dicimus. SO. Propterea dicimus tria hoim pria gña eſſe: philoſo-
phũ: cõtẽtioſũ: auarũ. GLAV. Prorſus. SO. Voluptatẽ quoq; ſpecies tres: hiſce ſubiectas, cuiq; ſuã
GLAV. Oĩno. SO. Si vnũquẽq; iſtoꝝ ſeorſum interroges: q̃ vita iſtarũ dulciſſima: ſuã qſq; caeteris
anteponet. Auarus quidem lucri ipſius cõparatiõe, honorũ vel diſciplinarũ oblectamẽta nulliꝰ exi
ſtimabit, niſi quid forſan ad argentũ cõferãt. GLAV. Vera loqris. SO. Ambitioſus aũt quaeſtus de
lectationem moleſtam putat: rurſuſq; eam quae diſcendo percipitur, niſi doctrina inanem & vm-
bratilem hominum pariat gloriam. GLAV. Ita res ſe habet. SO. Philoſophum quoq; ponamus cae
teras voluptates floccipendentem: dum eas ad continuum diſciplinarum gaudium quo ipſe frui-
tur inueſtiganda veritate cõparat: vocãtemq; alias neceſſarias: quia illas ſecuturus non ſit: niſi co
gat neceſſitas. GLAV. Bene id noſſe oportet. SO. Quando igitur cuiuſq; vitae voluptates ipſaq;
vita in contentionẽ venient, nõ de hoc qđ eſt honeſtius aut turpius viuere: vel melius: aut deteriꝰ:
ſed de ſuauiori pacatioriq; vitae ſtatu: qua ratione diſcernemus cuius ſit ſentẽtia verior? GLAV.
Haud ſatis habeo qd reſpondeam. SO. Sic aũt aĩaduerte. Quanam re iudicare oportet: quaecunq;
recte diiudicanda ſunt? Nonne peritia, prudentia, ratione? An habet quiſq̃ alia, qbus melius iudi-
cet? GLAV. Nullo modo. SO. Attẽde igit. Cũ tres ſint: quis maxie exptus eſt oẽs quas narrauimꝰ
voluptates? Vtrũ auarus diſcendo qualis ſit veritas, magis tibi videt exptus diſcẽdi iucũditatẽ, q̃
philoſophus lucri? an potius cõtra? GLAV. Permultũ intereſt. Philoſophũ nãq; neceſſe ẽ volupta
tem alterius a pueritia deguſtaſſe. Auarũ aũt haudquaq̃ neceſſe eſt in veritatis ĩueſtigatiõe quãta
inſit oblectatio percepiſſe: exptumq; fuiſſe. Immo vero ſi nitat, nõ facile iſtud aſſeqtur. SO. Lõge igit
praeſtat auaro philoſophus, vtrarũq; voluptatũ experiẽtia. GLAV. Lõge. SO. Ambitioſus vero nũ
quid magis ſapiẽtiae q̃ philoſophus honoris guſtauit oblectamenta? GLAV. Honor qdẽ oẽs eos ſe
quitur: ſi propoſitũ ſibi officium exequãtur. Etenim diues a multitudine honoratur: & fortis: & ſa
piens. Quapropter omnes quanta puenit ex honore voluptas vſu ipſo intelligunt. Quãta vero ſit
in veritatis contemplatione ſuauitas, ſolus ſentit philoſophus. SO. Igitur quantum ad experientiã
attinet, optime phus p caeteris iudicat. GLAV. Valde. SO. Quin etiã vna cum prudentia ſolus
erit expertus. GLAV. Nihil prohibet. SO. Praeterea organum illud per quod iudicandum eſt:
non auari aut ambitioſi hominis: ſed philoſophi eſt inſtrumentum. GLAV. Quale iſtud? SO. Per

rationes eñ eſſe diximus iudicandum.GLAV.Diximꝰ.SO.Rõnes aũt pcipue phi ſunt inſtrumẽta.GLAV.Patet.SO.Si diuitiis & lucro optime ſingula iudicarenẽ,q̃ laudaret vel iprobaret vir q̃ſtui deditꝰ,neceſſe eẽt hæc eſſe veriſſima.GLAV.Penitus.SO.Si nãũt honore,victoria,fortitudine q̃ ambitioſus & ad victoriã ardẽtiſſimꝰ iudicaret.GLAV.Cõſtat. SO. Poſtq̃ vero expientia,prudẽtia,rõne, neceſſe eſt q̃ philoſophus & rõnũ vir ſtudioſus laudat,eſſe veriſſima.Quare cũ tres voluptates ſint,voluptas pris eiꝰ qua diſcimꝰ,erit vtiq; ſuauiſſima,eiuſq; dulciſſima vita,in quo hęc pars dominaẽ. GLAV.Nihil obſtat.SO.Nẽpe phius apud quẽ vere iudicãdi eſt auctoritas,ſuã laudat vitã.Quã vero ſecũdã eẽ vitã,aut quã ſecũdã voluptatẽ cẽſet iudex?At cõſtat q̃ bellicoſi ambitioſiq; hoĩs.Propingor eñ illi hęc q̃ auari.Poſtremã igiẽ lucri cupidi vitã locare videẽ.GLAV. Quid ni?SO.Duo hæc itaq; ſibi inuicẽ ita ſuccedũt:biſq; iuſtus iã vicit iiuſtũ.Tertiũ vero Olympicorũ ritu,ſeruatori & Olympio Ioui tribuẽs,cõtẽplare nulliꝰ pterq̃ prudẽtis voluptatẽ verã praſus exiſtere:neq; ſyncerã,ſed vmbratilẽ atq; inanẽ:vt ego ex ſapiẽtũ aliquo audiſſe mihi videor:atq; hic erit grauiſſimus iiuſti caſus atq; ruina.GLAV.Mirũ ĩ modũ. Verũ quo pacto iſtud ais?SO. Ita certe iueniã,te reſpõdẽte pqrẽs.GLAV.Quære.SO. Dic obſecro:nõne dolori cõtrariã dicimus voluptatẽ?GLAV.Dicimus.SO.Mediũ qnetiã quoddam ponimus,qd neq; lætari eſt neq; dolere? — De medio iter voluptatẽ & dolorẽ. — GLAV.Ponimꝰ.SO.Et cũ mediũ ſit,qetẽ vacationẽq; animi ab vtroq;?Nõne ita hoc dicis?GLAV. Ita plane.SO.Recordaris qualia eſſe ſolent ægrotãtiũ verba,dũ morbo laborãt?GLAV.Qualia dicis?SO.Nihil eſſe dulciꝰ ſanitate:ſed eos latuiſſe aiũt q̃ dulce id ſit,anteq̃ ægrotarẽt. GLAV.Recordor eqdẽ.SO. Necnõ acerbiſſimis doloribus vexatos hoĩes exclamantes audis,nihil eſſe dulciꝰ q̃ ea afflictione vacare.GLAV.Audio.SO.Quinetiã aliis pmultis hmõi afflictionibꝰ cruciatos homines audis,dũ crucianẽ,vociferantes,aſſerenteſq;,dulciſſimũ eẽ nullo dolore affici,pſentiq; moleſtia eẽ liberũ:nõ aũt dicẽtes dulciſſimũ eſſe lætari.GLAV. Nẽpe hæc illis qes tũc forte gratiſſima. SO.At vero cũ lætari qs deſinit,voluptatis ceſſationẽ illã moleſtã exiſtimabit?GLAV .Forte.SO. Quies igiẽ illa quã pauloante vtrorũq; mediã eſſe diximꝰ,qñq; vtraq; erit,tũ dolor ſcilicet,tũ voluptas.GLAV. Videtur.SO.Nũ fieri põt,vt qd neutrũ eſt,ſit vtraq;?GLAV.Nõ,vt arbitror.SO. Atq qñ ĩ aĩo voluptas eſt,aut dolor,ambo motꝰ qdã ĩſunt?GLAV. Vtiq;.SO.Tertiũ vero illud qd neq; dolor eſt,neq; voluptas:nõne qes aliqua & iſtorũ mediũ eſſe nuper apparuit? GLAV.Plane. SO.Quo pacto igiẽ rectũ eſt,q̃ nõ dolere,eſt iucundũ exiſtimare:vel q̃ nõ lętari,moleſtũ?GLAV. Nullo.SO.Nõ iſtud igiẽ eſt:ſed apparet ad moleſtũ qdẽ iucũdũ,ad iucũdũ vero moleſtũ,id tũc qd mediũ ẽ:& qes.Neq; viſa hmõi veri qcq̃ de voluptate nobis offerũt:ſed ex quadã deceptiõe pueniunt.GLAV.Sic mõſtrat rõ.SO.Vide igiẽ voluptates q̃ dolorẽ nullũ ſequunẽ:ne ſæpiꝰ id ĩ pſenti diſputatione ita natura cõparatũ exiſtimes:vt voluptas qdẽ doloris,dolor vero voluptatis priuatio ſit.GLAV.Quorſum aſpiciã?Vbinã tales ſunt voluptates?SO.Multæ quidem & aliæ ſunt,ſed pſertim,ſi aĩaduertere vis,voluptates q̃ circa olfactũ fiũt.hæ nãq; nullo priꝰ antecedẽte dolore,repẽte igẽtes pueniũt:& cũ ceſſant,dolor eas nullꝰ ſeqẽ.GLAV.Veriſſima narras.SO. Ne credamꝰ igiẽ doloris ceſſationẽ,purã voluptatem eſſe:neq; dolorẽ,voluptatis abſentiã.GLAV.Nõ.SO. At vero carũ q̃ p corpus ingrediũtur ĩ animũ,voluptateſq; dicunẽ,ferme maximæ quæq; ac plurimæ tales ſunt:vt dolorum liberationes ſint.GLAV.Sunt pfecto.SO.Et quæ circa hæc futura ab expectatione naſcunẽ,pguſtatiões q̃dã voluptatis,atq; doloris,eodẽ modo ſe habẽt.GLAV.Eodẽ. SO. Scis quales hæ voluptates ſunt:& cui maxime ſimiles?GLAV.Cui?SO.Putas aliqd in natura eſſe ſupremũ,infimũ,mediũ?GLAV.Eqdem.SO.Cẽſes aliquẽ cũ ab infimo ad mediũ fertur,aliud arbitrari q̃ ad ſummũ aſcendere?& dũ ſtat in medio,deflectitq; oculos illuc vnde venerat,alibi eſſe opinari q̃ in ſupremo:cum id qd reuera eſt ſummũ non ſuſpiciat?GLAV.Per Iouẽ,nõ aliter hominem talẽ opinaturũ exiſtimo.SO.Si iterũ deferaẽ,deorſum ferri opinabiẽ:ac vere putabit?GLAV. Quid ni?SO.Nõne hæc ſibi eam ob cauſam cõtingũt oĩa:qa nõdũ exptꝰ eſt qd vere ſupremum ſit quid medium,quidve infimum?GLAV.Manifeſtum id quidem.SO.Nũqd ergo miraberis,ſi veritatis imperiti homines,tum de multis aliis nõ recte ſentiunt,tum etiam circa voluptatẽ & dolorem,horumq; mediũ ſic afficiunẽ,vt quotiẽs ĩ dolorẽ ferunẽ,vere iudicẽt,doleantq; reuera: quotiẽs vero a dolore ſurgunt ĩ mediũ,& repletionẽ & voluptatẽ aſſequi arbitrenẽ ! Et quẽadmodum qui iuxta nigrũ,ſolũ aſpiciũt fuſcũ,qm nõ vident albũ,clariſſimũ illud exiſtimãt,ita & q doloris vacuitatẽ cõparãt cũ dolore,verã aũt expti nõ ſunt voluptatẽ,ĩ iudicãdo decipianẽ?GLAV.Per Iouẽ nõ iſtud mirabor equidẽ.Immo vero ſi cõtra eueniret,potiꝰ admirarer.SO.Sic aũt cõſidera.Nõne fames ac ſitis & cætera generis eiuſdẽ vacuitates q̃dã ſunt corporis ipſius habitudinis?GLAV. Cur nõ?SO.Ignorãtia vero & ĩprudẽtia vacuitas quædã eſt habitꝰ animi.GLAV. Maxime.SO. — Vtra maior & minor ſit,voluptas animi an corporis. — Impleẽ aũt & illud dũ alimẽta capit:& hic dum intelligentiam accipit.GLAV.Cur nõ?SO.Quęnã repletio verior?Vtrum q̃ per ea ſit quæ magis veriuſq; ſunt,an q̃ per alia?GLAV.Quæ per

ea q̄ magis ſunt.SO.Quænā cēſes purioris eē ſubſtātiæ!Nūqđ cibi,potꝰ, obſonii,alimētorūq; quo
rūcūq; gn̄a!An veræ opinionis ſpecies:ſciētiæq; & mētis:ſummatimq; vniuerſæ virtutis!In hunc
aūt modū iudica. Qđ inhæret ſemꝑ ſimili immortaliq; & veritati:ac etiā tale exiſtit:& in tali quo
dā fit,magis eſſe tibi videt̄,an illud potꝰ qđ rei nūq̄ ſilī atq; mortali:nec nō tale ē:& ī tali quodam
efficit̄!GLAV.Lōge pſtat qđ ſemꝑ ſimili ē cognatū.SO.Eſſentia vtiq; rei ſemꝑ ſimilis nūqđ eſſen
tiæ magis ē,q̄ ſciētiæ pticeps!GLAV.Nō.SO. An veritatis!GLAV.Neq; hoc.SO. Si aūt verita
tis minus,nōne & eſſentiæ!GLAV.Neceſſariū ē.SO.Nōne cōmuniter oīa circa corpis cultū gn̄a
minꝰ veritatē eſſentiāq; pticipāt,gn̄ibꝰ his q̄ circa animi cultū verſant̄!GLAV .Minꝰ. SO.Nūqđ
& corpus ſilr̄ minꝰ q̄ aius!GLAV.Et corpꝰ.SO.Nōne qđ replet̄ his rebꝰ q̄ magis,veriuſq; exiſtūt
qđ ve magis veriuſq; exiſtit,magis quoq; replet̄:q̄ qđ his rebus implet̄ q̄ minꝰ ſunt:ipſmq; ē minꝰ!
GLAV.Quid phibet!SO.Si ergo repleri rebꝰ naturæ cōſentaneis,eſt iucūdū, ipſm vtiq; qđ reuera
verioribuſq; rebꝰ implet̄,naturalꝰ ac verꝰ vera afficit voluptate.Qđ aūt ea q̄ & minꝰ ſunt,& minꝰ
vera ſunt,accipit,minꝰ vere firmiterve repletur:fallacioriſq; & falſioris voluptatis fit particeps.
GLAV.Neceſſe eſt oīno.SO.Hoīes igit̄ prudētiæ virtutiſq; expertes: & epulis rebuſq; ſimilibꝰ man
cipati,deorſū ferunt̄,rurſuſq; ad mediū vſq; pueniūt:& circa hæc p oēm vitā oberrāt:ſup hæc ve
ro emergūt nūq̄:& qđ vere ſūmū ē:nequaq̄ ſuſpiciūt:neq; ad ſupa euehunt̄:neq; vera vlla re q̄nq;
fruunt̄:neq; ſtabilē purāq; guſtāt voluptatē:ſed veluti pecora humū proni ſpectāt:vētriq; obediē
tes paſcēdo coeūdoq; ętatē cōterūt,pq; his rebꝰ vberius potiūdis calcibꝰ inter ſe & cornibꝰ ferreis
vnguibuſq; decertant,ſeſe inuicē ob inexplebilē libidinē trucidātes:vtpote q neq; verā:& firmā ſui
partē:neq; veris pabulis iplēt.GLAV.Oīno o Socrates vulgi vitā quaſi quodam pandis oraculo.

Vita vulgi.

SO.Neceſſe eſt eos voluptates pſequi mixtas doloribꝰ:quæ ſimulacra voluptatis veræ: & vmbræ
ſunt,vſq; adeo inuicē doloris comparatione mutua inquinatæ: vt & voluptates:& dolores ex ea
cōparatione vehementiores appareant:amoreſq; ipſarum hmōi voluptates rabidos inſipientibus

De iraſcentis natura cupiditate:& voluptate.

pariant:inflammentq; ad pugnam.Quēadmodū Steſichorus ait Troianos veræ ipſius ignaros de
Helenæ imagine inuicē decertaſſe.GLAV.Neceſſariū eſt oīno ita id ſe habere.SO.Quid vero cir
ca iraſcendi naturam!Nonne & alia quædam horum ſimilia cōtingant neceſſe eſt:quando quis id
ipſum peragit,vel inuidia ꝓpter ambitionē:vel violētia ꝓpter cōtēptionis cupiditatē:vel ira pro
pter morum difficultatē abſq; rōne ac mēte ſequēs honoris,victoriæ, iræq; expletionem!GLAV.
Talia neceſſe eſt etiā circa id fieri.SO.Aſſerere igit̄ audeamus: q & circa partē quæſtus auidam:
& aliā victoriæ ſtudioſam,quæcūq; appetitiones tales ſunt,vt ſcientiæ rationiq; obtemperēt, eaſq;
voluptates ſequātur & capiāt:quas ratio ipſa concedit:veriſſimas vtiq; voluptates quoad earū na
tura verarū voluptatum eſt capax,adipiſcent̄:quippe cum pareant veritati:ac inſup ſibi proprias

Qđ cuiq; optimū id maxie proprium.

voluptates pcipiēt.ſiqdē quod cuiq; optimum,id & maxie ꝓpriū.GLAV.Proprium maxime.SO.
Quando igitur totus animus cum ea parte in qua eſt philoſophia ꝓcul ab omni ſeditione cōſpi
rat:tūc euenit,vt quæq; pars officio ſuo fungat̄:& iuſta ſit:& ſui ꝓprias voluptates, atq; optimas
adde & quoad fieri poteſt veriſſimas,cōſequat̄.GLAV.Valde.SO.At vero cum partiū reliquarū
aliqua ſuperat: id ꝓtinus euenit:vt neq; ipſa ſui ꝓpriam reperiat voluptatē:& ptes alias cogat alie
nam minimeq; veram voluptatem ſequi.GLAV.Sic accidit.SO.Nōne quæ longiſſime a philoſo
phia rationeq; diſtant,maxime talia quædam efficiunt!GLAV.Prorſus.SO.Lōgiſſime aūt diſtat
a rōne:qđ & a lege & ordine.GLAV.Videlicet.SO.Lōgiſſimo autem interuallo ſeiunctæ eſſe viſę
cupiditates illæ amore ardentes atq; tyrannicæ.GLAV.Omnino.SO.Minimo aūt diſcrepare ap
paruerūt regiæ appetitiōes & moderatæ. GLAV . Ita.SO.Tyrānus igit̄ a vera:& ꝓpria volupta
te ꝓcul admodū erit:Rex aūt illi q̄ ꝓximus.GLAV.Neceſſe.SO.Amariſſimā ergo tyrannus vi
tam aget:Rex vero dulciſſimam.GLAV.Neceſſe id prorſus.SO.Scis ne quāto viuit triſtior rege
tyrannus!GLAV.Sciam certe ſi dixeris.SO.Cū tres cupiditates ſint:& vna qdē legitima ſit,adul
teræ duæ,adulterarū tyrānus ſuprema ſortitus faſtigia,dum legem fugit & rōnē,ſeruis quibuſdā
& ſatellitibus voluptatibus ſe cōmiſcet:& q̄ lōgiſſimo interuallo a voluptate legitima ſit ſeiunctus
haud facile aliter,niſi forſan hunc in modū exprimi poteſt.GLAV.Quēadmodū! SO.Ab homine
paucorū imperii cupido,tertius apparuit eſſe tyrannus. Medius nāq; iſtorū popularis vir extitit.
GLAV.Ita eſt.SO.Cū tertio itaq; voluptatis quoad veritatē ſimulacro poſt illum congreditur,ſi
vera in ſuperioribus diximus.GLAV.Sic eſt dicendū.SO.Quinetiam paucorum potētiæ deditꝰ,
tertius eſt a rege,ſi in eodem locamus optimatē ac regē.GLAV.Tertius vtiq;.SO . Triplo igitur
numero ſecundum tripli rōnē diſtat a vera voluptate tyrannus.GLAV.Apparet.SO.Planū itaq;
ſimulacrū ſecūdū longitudinis numerum tyrannicæ voluptatis exiſtet.GLAV.Valde.SO.Secun
dum vero potentiā & tertium augmentum,manifeſtum eſt quanto diſcrepat interuallo.GLAV.
Manifeſtum quidem computatori.SO.Siquis cōuerſo ordine quātū voluptatis veritate ſupat rex

rex tyrāni, q̄ſiuerit,peracta multiplicatione īueniet regē vitæ dulcedine ſupare tyrānū,& tyrānū
vitæ amaritudine regē,gradibꝰ vigintinouē & ſeptingētis.GLAV.Mirabile nimiū interuallū hoc
inter iuſti & īiuſti viri vitā quo ad voluptatē atq̧ dolorē cumulauiſti.SO.Verꝰ hic certe & cōueni
ens vitis hoīm nūerꝰ.ſiqdē ipſis cōueniūt dies,noctes,mēſeſq̧,& anni.GLAV.Cōueniūt qdē.SO.
Atq̧ ſi tātū voluptate bonꝰ iuſtuſq̧ vir malū & īiuſtū exuperat,mirū certe eſt quāto etiā magis or
namēto,decore,virtuteq̧ vitę exuperabit.GLAV.Mirū certe.SO.At ei poſtq̄ huc diſputādo deue
nimus,repetamus q̄ a pricipio dicta ſunt,ex qbꝰ ad iſta delati ſumus.Dictū qſiq̧ fuit iniuſte agere
illi ꝑdeſſe:q cū oīno īiuſtus ſit,iuſtꝰ tñ exiſtimaẜ.an nō ita dictū?GLAV.Ita.SO. Ad hæc igiẜ ita ī
pſentia diſſeramꝰ:poſtq̄ vna cōuenimꝰ, quā vim & iuſta & iniuſta habeat opatio.GLAV.Quo pa
cto?SO.Imaginē aīæ figuremꝰ:vt q illa dixit,qualia dixerit,recognoſcat.GLAV.Qualē?SO.Talē
aliquā:quales quōdā memoraẜ fuiſſe naturę Chimæræ ipſius,Scyllæ,& Cerberi,& aliæ multæ:ī
qbus ferunẜ variæ ī eodē formę cōgenitæ.GLAV.Ferunẜ qdē.SO.Finge itaq̧ figurā vnā beſtiæ
variæ admodū,& capita circū multa habētis:capita īquā ptim beſtiarū domeſticarū,ptim agreſtiū
q̄ & ꝑmutare & ꝑducere ex ſe hæc oīa poſſit.GLAV.Noui fictoris artificiū narras: tñ cū ad fingē
dū ſermo q̄ cęra facilior ſit,fingaẜ.SO.Vnā pterea his adiūge ſupne leonis formā.Huic vnā īſuper
hoīs.Et ampliſſimū qdē primū ſit:anguſtiꝰ vero ſecūdū atq̧ tertiū.GLAV.Facilia qdē iſta:quare
& formata ſunt.SO.Cōiūge igiẜ hæc tria,vt ad vnū cōficiēdū īuicē cohæreſcāt.GLAV.Iūcta ſūt.
SO.Circūpone extrinſecꝰ ipſis hoīs vnius imaginē:vt illi q neq̄at interiora īſpicere,ſed exteriꝰ dū
taxat cernat operimētū,vnū aīal,homo.ſ.videaẜ.GLAV.Circūdedi.SO.Dicamꝰ itaq̧ illi q aſſerit
ꝑdeſſe homini huic īiuſte agere,iuſte vero viuere nequaq̄ ꝑdeſſe,eū nihil aliud aſſerere,niſi ꝑdeſſe
illi vt beſtiā illā multiplicē paſcat,& leonē,& fortiorē illā leonēq̧ efficiat:hoīem vero perire fame ꝑ
mittat atq̧ eneruet:vſqueadeo vt ꝓpter ībecillitatē trahaẜ quocūq̧ cætera illa rapiūt: neq̧ alterū
cū altero māſuefaciat,inuicēve cōciliet,imo ſinat ſingula ſe īuicē morſibꝰ lacerare: ac pugnātia ſe
mutuo deuorare.GLAV.Oīno hæc diceret,qſquis laudaret iniuriā.SO. Ergo ſiqs dicat officia iu
ſta ꝑdeſſe:hæc agēda dicēdaq̧ monebit,ex qbus hō ille hmōi aīalis īterior,ſummā potētiā cōſequa
tur,ferę q̧ illiꝰ pluribꝰ capitibꝰ redimirę tanq̄ colonꝰ curā habeat:domeſtica qdē capita fouēs,irri
gās,ac nutriēs,agreſtia ꝑtinꝰ amputās:dū leonis naturā ad hoc adiutricē accipit:cōmuniterq̧ cu
rat oīa:& inuicē mutua beneuolētia ſibiq̧ cōciliat.GLAV.Profecto hæc ait:q iuſtū laudat.SO.Oī
itaq̧ rōne q iuſta laudat,vera loquiẜ:q vero iniuſta,mentitur.Nam & quo ad voluptatē:& quo ad
decus,& quo ad emolumētū,iuſti laudator,vera ꝓnūciat.Vituperator aūt neq̧ veri quicq̄ affert:
neq̧ nouit quod improbat.GLAV.Nullo mō vt mihi qdē videtur.SO.Mitibus itaq̧ verbis illi ꝑ
ſuadeamꝰ.neq̧ enim ſponte delinquit.Sic iam interrogemus.O beate vir,nōne & honeſta vitæ in
ſtituta & turpia,ob talia q̄dā eſſe dicimꝰ?Honeſta qdē:quæ partem naturæ ferinā homini,imo for
te diuino ſubiiciunt. Turpia vero,quæ agreſti domino ſubigunt manſueta. Conſentiet,nec ne?
GLAV.Cōſentiet,ſi mihi crediderit.SO.Eſt ne aliqs cui proſit ex hac rōne īiuſte aurū vſurpare,
ſi quidem accidit,vt dum accipit aurū,pręſtantiſſimam ſui ꝑtē ignobiliſſime ſeruire compellat?Et
enim ſi accipiens aurum,filium ſuū,vel filiam mācipiū efficeret agreſtium & improborū hominū
haudquaq̄ acceptio iſta ꝑdeſſet:neq̧ etiā ſi multum caperet.ſi naūt partē ſui diuiniſſimā,ꝑti ꝓpha
niſſimę ſceleſtiſſimęq̧ ſeruire cogit:neq̧ miſericordia tāgiẜ,nōne erit miſer?ac multo cum grauiori
ſui pernicie,auri muneribꝰ eſt corruptus,q̄ Eryphile,q̄ cōtra viri ſui vitam monile illud accepit?
GLAV.Valde quidem: vt ego tibi pro illo reſpondeam.SO.Nōne & intēperātiā olim appellatā
tali quadā de cauſa putas:qm̄ ī ea,dira illa,īgenſq̧,& mltiplex fera vltra q̄ deceat relaxaẜ?GLAV.
Patet.SO.Cōtumacia vero & inſolentia improbaẜ:qm̄ leoninū & ſerpētinū illud genꝰ augeẜ,adeo
vt ꝑter oēm modeſtiā inualeſcat?GLAV.Prorſus.SO.Delitioſa vero mollities in huiꝰ ipſius reſo
luta nimiū remiſſione:qm̄ in ipſo timiditatē & ignauiam ꝓcreat?GLAV.Quid ni?SO.Aſſentatio ī
ſup illiberalitaſq̧:cū aliqs hunc ipſum animoſitatis vigorē turbulētæ multiplicīq̧ beſtiæ ſubigit:
ac ꝓpter quæſtum,eiuſq̧ īexplebilem cupiditatē,deiicit illū:atq̧ ita a primis annis aſſuefacit, vt ex
leone vertaẜ in ſimiam?GLAV.Magnopere.SO.Mechanicus vero mercenariuſq̧ affectus cur infa
mis habeẜ?Tunc certe hæc in nobis infamia:qm̄ quis partis optimæ ſpeciē natura ſortitus eſt imbe
cillam:adeo vt beſtiis quæ ī eo ſunt dominari nō poſſit:imo colere illas queat ſtudeatq̧ dūtaxat,&
earū ſolū noſſe blanditias.GLAV.Videtur.SO.Nōne vt hmōi vir a tali quodā duce regaẜ,a quali
& optimus quiſq̧ regitur,ſeruū ipſm eſſe debere dicimus optimi viri,diuinū in ſeipſo habētis im
peratorē:neq̧ ad ſubiecti iacturā,parere illū debere ſupiori cenſemus: quemadmodum de ſubditis
omnibus exiſtimabat Thraſymachꝰ:ſed quia pſtat cuiq̧,diuino ſapientiq̧ principi ſubiici:maxime
quidem,ſi talem in ſeipſo principem habeat:ſi non habeat,principi huic ſaltem exteriori:vt omnes
ſimus, quoad fieri poteſt cōſimiles & amici,eodem principe gubernati?GLAV.Recte nimiū.SO.

Nūerꝰ graduū qbꝰ vita regis p̄cellit vitæ tyranni.

Sermo facilior q̄ cęra ad fingendum.

Perſpicuū qdem ex lege fit: ꝙ tale quiddam ipſius eſt conſiliū: cū oībus ciuibus æque pſpiciat. & imperiū illud in pueros idem oſtendit: quo prohibentur ſui iuris eſſe, priꝰ ꝗ i ipſis queadmodū in ciuitate rempu. cōſtituerimus: optimāq; ipſoꝝ ptē colētes, ex optima noſtri pte exterioris huiꝰ principis loco ſimilem quendam in ipſis cuſtodem in ſeipſo ac principē creauerimus. At ꝑ eos tunc demum liberos eſſe ꝑmittimus. GLAV. Cōſtat plane. SO. Qua igiť rōne ó Glauco ꝓdeſſe alicui aſſeremus iniuſte, vel intemperate, vel turpiter aliqd facere: ex qbus operibus deterior erit: dū pecunias ampliores, aut aliā quāuis potentiā conſequetur? GLAV. Nulla. SO. Quo pacto iniuriāti ꝓdeſſe diceniꝰ, vt & lateat oēs, & nō det poenas? Nōne q latet, etiā fit deterior? hoīs aūt deprehenſi caſtigatiq;, pars illa ferina ſedatur & māſueſcit: domeſtica vero pars liberatur. Et animus totus in naturā optimā reſtiturus, eo ꝓ̄tioſiorem ſumit habitum, temperantiā & iuſtitiā cū prudētia capiēs, ꝗ corpus cū robur & formā cū ſanitate cōſeqtur, quo aīa eſt corpe ꝓ̄tioſior. GLAV. Sicē oīno. SO. Quāobrē qcūq; mētis eſt cōpos ad hoc oēm ſuā inſtituet vitā. Nēpe in primis eas diſciplinas plurimi faciet, quæ talem animum ipſius efficiūt: alias autem ſpernet. GLAV. Manifeſtum. SO. Atqui neq; corpus colet & nutriet, vt ferinæ irrationaliq; voluptati indulgeat: neq; ad ſanitatē id referet: neq; ſtudioſe id q̄ret, vt robuſtꝰ, vel ſanus ſit, vel formoſus, niſi vna cū his colat & tēperātiā: ita vt corporis harmoniā ꝓpter animi tēperet cōſonātiā. GLAV. Ita ꝓrſus, ſi quidē reuera futurus ſit muſicus. SO. Sed neq; vulgi æſtimatione cōmotꝰ, ordinē, & cōcordiā i pecuniis poſſidēdis, earūq; cumulum admirabiť: augebitve eas in infinitum, infinitis malis obnoxiꝰ. GLAV. Non certe vt arbitror. SO. Verū ad iteriorē ſui rēpu. ſemp aſpiciēs cauebit ne qd i ea e ſuo ſtatu dimoueat ꝓpter īdigētiā pecuniarū vel copiā. Atq; ita ſemp & in cōparādis & in erogādis pecuniis, pro viribus gubernabit. GLAV. Summopere. SO. Quin & honores ad idē referet. Nā eos dūtaxat guſtabit: ex qbus meliorē euaſurū ſe ſperat: eos aūt & priuatim & publice fugiet, qbꝰ deturbari poſſe q̄nq; pñtē animi ſui ſtatum vereť. GLAV. Non ergo rem volet ciuilem adminiſtrare, ſi id curauerit. SO. Immo ꝑ canē ſed in ipſa ſuiipſius ciuitate. Et maxime qdem. Nō tamē i patria forſan: niſi ſors quædā diuina cōtigerit. GLAV. Intelligo eqdē, ꝙ ea i ciuitate dicis quā nos cōdidimus i pñtia: quæ & in verbis eſt dūtaxat: interius vero nuſq̄, vt arbitror. SO. At forte in cælo illius extat exēplar, cōſpicuū illi q & intueri voluerit: & ſeipm ad illud, cū intuitus eſt, īſtituere. Nihil aūt refert, ſiue vſpiā ſit, ſiue erit. Quæ enim illius officia ſunt, aget ſolum, ꝗ alterius ſunt, nequaq̄. GLAV. Conſentaneū eſt.

FINIS DIALOGI NONI.

Argumentum Marſilii Ficini in Decimum Dialogum de Iuſto.

HActenus Socrates diligētiſſimꝰ humani generis pædagogus ad legalē iuſtitiā. i. vniuerſam virtutē ꝑ ipſam iuſtitiæ pulchritudinē genus hominū ꝓuocauit: ab iniuſtitia vero ꝑ iiuſtitię turpitudinē ſilr reuocauit. Deiceps aūt & ad illā ꝑ ſempiternū eiꝰ fructū ꝓmiūq; cohortabiť: & ab hac ꝑ ſempiternū detrimētū eius & ſuppliciū abſterrebit: atq; id eſt potiſſimū decimi huiꝰ officiū. Sed anteq̄ ꝓ̄cipue hoc fungať officio, poemio quodā vtiť: i quo diligēter abſoluit qđ & i prioribꝰ dialogis attigerat: & i fine noni reliq̄rat, admodū ſaluti publicæ neceſſariū. Profecto noſter hic morboꝝ medicꝰ hūanoꝝ i ea morbi ſpecie curāda eſt diligētior, quā cæteri nō ſolū negligēter curāt: ſed ne curāt qdē vnq̄: imo vero qđ deteriꝰ ē, quaſi rē ſaluberrimā diligūt, & oīni ſtudio cōplectunť: imitationē inquā poeticā, qua ingenioſi poetę dū ꝑturbatos aīos acriꝰ exprimūt interim audientiū legētiūq; animis ꝑturbationes ſimiles vehemētius & ꝓfundiꝰ iprimūt. Ac tāto magis oēs inficiūt, quāto laudanť & placent. Procemiū vero eiuſmodi finē noni cōgrue ſequiť. ibi eñ aīa i rōnē diſtribuiť, & i ptes inferiores ꝑturbatiōibꝰ agitatas. quarū imperiū i aīa primū, deide in ciuitate tyrānicū appellať. At qm̄ poetica imitatio ptes eiuſmodi ſuſcitat, fouetq;, & auget, irritans iram, titillans libidinē, ſoluens riſum, effundens lachrymas & querelas: icciręo rationis quidē regnum labefactare, perturbationis vero tyrannidem videtur adducere. Quamobrem Socrates peſtem eiuſmodi alioquin iucundam, ſed maxime venenoſam perdit, ne ipſa nos perdat. Ac vide quanta charitate Plato noſter vbiq; humano generi conſulat, ea videlicet diſquirens circūſpiciens q; pericula, ꝗ alius oīno nullus ſuſpicareť: adde inſup & naturæ educationiq; ꝓpriæ. i. poeticæ valde repugnans, modo ſtrenue ꝓ publica ſalute propugnet. Quāobrē nemini mirū videri debet Platonē hic ob veritatis amorē vel Homero ſuo nō parcere: q̄nq̄dē ob iuſtitię cultū, neq; genio qdē indulget ſuo. Homero aūt ꝓ̄cipue derogat: vt ꝑ ipſum imitatorū pricipē, cęteros multo magis damnatos exiſtimemus. Et qm̄ dicit ab Homero neq; diuina, neq; hūana doceri, intellige laudes i Philebo a Platone tributas Homero, nō ex Platonis ſentētia, ſed ex cōi opiniōe deductas. Probat aūt imitandi peritiā eſſe, vt narrauimus, valde periculoſam: præterea ſeruilem atq; viliſſimā. Siqdē imitatores, neq; res ipſas intelligūt, neq; faciūt: ſed apparētes ſenſibꝰ rerū formas ſequuti, vulgareſq; de

his opiniões aucupari,& imagines ꝗſdã referũt,& ſenſibꝰ ꝑturbatioĩbuſq; obſequunť, nulla rõnis
habita rõne.Quãtũ vero poetas ĩprobat vbi ꝑturbãt,tãtũ ꝓbat ſi ad virtutẽ & pietatẽ ꝓ honeſtas
heroũ laudes diuinoſq; hymnos hortenť. Verũ vt ꝗ vilis ſit oĩs imitatio exprimat,artiũ genꝰ ĩ tres
diuidit ſpecies,vtẽtẽ,fabricãtẽ,imitãtẽ.Et vtẽtẽ qdẽ lyra.i.muſicã ait ſupare artẽ lyræ fabricatricẽ,
qm̃ certo ſibi pſcripto fine,formã illi ꝓponit opis fabricãdi.Fabricãtẽ vero ſupare pictorem,lyram
coloribus imitãtẽ.Qualẽ iudicat & poetã,ſic ad aures rerũ imagines ſicut pictor ad oculos referẽtẽ
Sed inter hæc theologica ꝗdã de ideis myſteria inſerunť.quæ qm̃ in Theologia latiꝰ aperuimꝰ,ra-
ptim in pñtia pſtringemus.Aſcẽde age Platonice cõtẽplator ab iis formis quas ĩ mũdi materia ſen
tis,ad naturã formarũ eiuſmodi genitricẽ.Quã & ſi nõ ſentis,cogita tñ ĩfuſam mũdi materię ceu
vitalẽ ſpũm,& plenũ ſeminũ,& ꝑ ſemina artificioſe ſingula diſponẽtẽ.Naturã hãc in mundo talem
eſſe ſcito qualẽ ĩ te ſcis eſſe potẽtiã vegetalẽ.Ergo queãdmodũ in te vegetali naturæ ĩtelligis ꝑeſſe
ſentiẽdi virtutẽ:ita & ĩ mũdo naturã ſimilẽ,ſed cõmuniſſimã,ĩ fontẽ redige ſentiẽdi quaſi ſimilem
ſed cõmuniſſimũ.Deĩde & ĩ te ſenſum ĩ rõnẽ,rõnẽ ĩ ĩtellectũ,& in mũdo ſimiliter ſentiendi genus
in rõnalẽ naturam,atq; hanc in genus intellectuale reducas.Præterea cũ percipias ĩ teipõ ĩtellectũ
id qđ intelligibile eſt appetere ꝗſi pfectũꝰ,ab eoq; formari velut potentiore , ꝓpone tã ĩ mũdo ꝗ in te
naturã intelligibilẽ ĩtellectuali naturæ.Intelligibile vero idẽ oĩno atq; ipſũ ens appella.Huic denq;
qđ & intelligibile & ens appellaſti,ipm̃ ꝓpone bonũ.Nã & vt bene ſis eſſe cupis,& intelligibile gr̃a
ipſius boni deſideras.Poſtꝗ huc aſcẽderis,ꝑcipies vniuerſũ ſacro quodã ſeptenario deſignatũ,ab in
fimaq; materia ſurgẽs per ſenſibiles qualitates,ꝑ naturã,ꝑ ſenſum,rõnẽ, intellectũ, intelligibile ad
ipſum bonum.Præterea ſpũm bonũ cũcta ſub ſenario nũero quaſi die ſexto pfeciſſe,& in gradu ſe
ptimo,velut ſeptimo die.i.ĩ ſeipſo cõgeuiſſe.Aliorũ nãq; oĩm finis ẽ ipm̃ bonũ.Boni igiť nullus ex-
tra ſe finis,vel põt eſſe,vel fingi.Si bonum quo ꝑficianť appetũt oĩa:cõclude a bono effici oĩa.Item
ſi intrinſeca ꝓpriaq; virtute oĩa facit,intellige ipm̃ vniuerſũ in ſeipſo cõplecti.At qm̃ prima ideoq;
ſimpliciſſima natura ẽ,iccirco formas ĩ eo oĩm,formã ipſiꝰ vnã eſſe memento:quã Plato boni ipſiꝰ
vocat ideam:in qua dixit Timęus deũ mũdi opificẽ cũ creauiſſet mundũ requieuiſſe: dicẽs mundi
opificẽ in circũſpectũ ſuũ ſe recepiſſe.Proĩde ipſa idea boni,ideas.i.ſpeciales oĩm formas ſpecie dũ-
taxat ĩter ſe diſtinctas,in natura intelligibili generat:qua ens vniuerſum mõ quodã ĩtelligibili com
prehendiť:ĩtelligẽtia quoq; oĩs mira quadã ſup ĩtelligẽtiã rõne.In hãc naturã ĩtelligibilẽ oẽs ſuſpi-
ciũt intellectꝰ,ab eaq; ſuſcipiũt ſtabiles formulas idearũ.Suſpiciũt & rõnales aĩæ:vnde & formulas
licet quodãmodo mobiles acceperũt.Poſt has rõnaliũ formulas aĩarũ,virtutẽ quoq; ſenſualẽ,idearũ
deſcẽdũt imagines.Deĩceps ĩ vegetalẽ quoq; naturã ſemina:perq; qualitates deniq; in materiam.
Qñ igiť Plato ĩqt deũ ideas facere ĩ natura,intellige in natura mũdoq; ĩtelligibili angelicarũ ca-
pite mentiũ. Qꝫ aũt lectũ dixit & mẽſam,exẽpli gr̃a dictũ ſit,vt ꝑ hæc artificia ĩtelligas naturalia
id eſt ꝑ lectũ & mẽſam,cũ q his vtiť hoiem.Præterea exẽpliũ ĩ arte ꝓpoſitę ꝗſtioni accõmodatiꝰ vide
bať.Forte vero & formas regulis artiũ neceſſarias ab ideis abeſſe nõ putat.Neq; mirũ videri debet
hominẽ artium formas habere diuinitus:quum imaginationes artium beſtiis quoq; non deſint.
Ac ſi eiuſmodi formæ diuinitus in anima fiant,iccirco dicentur fieri in natura,quia naturaliter in
ſerantur.Qꝫ ſiquis ad artificia ꝗdã videatur ineptior,dicẽt eũ Platonici vel per varia diſtractum
fuiſſe,vel ſe totum ad oppoſita conuertiſſe. Nota Platonis verba dicẽtis,deũ nõ intelligere ſolum
ſed & velle:ſignificantiſq; deũ intra ſe intelligẽdo cõcipere: & extra ſe fabricare volendo.Nota rur-
ſus deum naturalis vnius ſpeciei vnã tm̃ ſpecie expſſiſſe ideam in ipõ ĩtelligibili mũdo,puta ſpeciei
humanæ idealem hũanitatẽ vnã.ſi eñ ĩ materia vbi innumerabilis mobiliſq; varietas eſt,ĩ ſingulis
hoĩbus vnio ꝗdã cõis naturæ ſeruať,multo magis in ſimplici ſtabiliq; natura,ꝓ vna ſpecie natura
li idea vnica ſufficit.Immo vero diuerſa hęc & inſtabilia vnã in ſe naturæ cõionẽ nõ aliunde habere
pñt ꝗ ab ipſa ſublimis vnitate naturæ.Rurſus ſi ponanť hũanitates duæ,certe qua rõne vtraq; hu
manitas eſt,iter ſe nõ differũt,imo ſunt vnũ.Ergo ſi differãt,ꝑfecto ꝑ additamẽta ꝗdã vtriſq; ſub
iuncta,inuicẽ diſcrepabũt.Itaq; neutra erit abſoluta hũanitas ipſa,ſed humanitas quædam,atq; ta
lis,& humanũ qddã potius ꝗ humanitas.Et vtrũq; tanꝗ eiuſdẽ humanitatis ꝑticeps,hũanũ ſimi-
liter appellabiť:atq; præter hæc erit hũanitas ĩ ſeipſa prius vna,ꝗ a ſubiectis pluribꝰ capiať.Meri-
to deus cũ ſit ſimpliciter cã,nõ eſt dicẽdus auctor qdã hoĩs,vel equi cuiuſdã:ſed auctor hoĩs atq;
equi.Ideo vnã abſolutãq; pro qualibet rerũ ſpecie ꝑcreauit ideã.At qñ apđ nos hic hõ generat illũ
haudquaꝗ hõ hic hoĩs ſimpliciter dicendus eſt auctor,ſed qdã hoĩs cuiuſdã auctor.Neq; enim ſo-
lus hõ cauſa eſt,ſed eſt in cã,ĩ nũero videlicet cãrũ:neq; totũ facit.nõ eñ materiã primã, aut aĩam
neq; ipſi homini dat principiũ.Ante hunc enim paſſim erat homo.& ſane huius opa fit vbiq; fietq;
homo.Vbi vero Plato dicit deũ ideã vnã progenuiſſe,quia videlicet,vel nolebat plures fore,vel ali-
qua neceſſitas inerat non fore plures,intellige in deo ita neceſſitatem cũ volũtate cõuerti ideo,vt

neceſſariū ſit ita eſſe,q̃a deꝰ ita vult eſſe.Siq̄dē ĩ ſūma diuinitatis ſimplicitate nō aliud eſt neceſſitas q̃ voluntas.Ergo ſi dixeris,neceſſe ē deū ita velle vel facere,cōuertā ſilr̃,vult deꝰ ita neceſſariū eſſe.Merito vbi ſūma bonitas cū ſūma ptāte cōcurrit,ibidē ſūma libertas cū ſūma neceſſitate cōſpirat.Cōſiderāda ſūt ĩter hęc diuulſa q̄dā,valde tñ vtilia.Quale illud.Lectio vľ doctria niſi ad optimā rōnē vitæ cōducat,eſt ĩutilis.Qua q̄dē ĩ re admirāda fuit vita & diſciplina Pythagoræ:ac iure maxię apd̄ oēs auctoritatis,Platōis etiā tp̄e.Itē poemata,ſi harmonica verboꝝ cōpoſitio adimať,momēti nullius euadunt.Præterea virtꝰ,aut hoīs,aut rei,ĩ facultate q̄dā cōſiſtit ad finē illū ꝓcipue cōferente,cuius gr̃a & res ipſa facta eſt:& hō natꝰ.Appet interea q̄dā inter ſenſū rōnē ꝗ diſtictio:ꝙ ſenſus pleruꝗ circa magnitudinē & figurā nūeruꝗ falluntᷣ,& pōdus.iterim tñ rō ꝑ ipſam metiēdi,& nūerandi,librādiꝗ facultatē iudiciū ſenſus emēdat.Cōſtat aūt aīam nō poſſe eodē ĩ tp̄e ꝑ eādē ſui potētiā eadē de re mō cōtrario iudicare.Apparet etiā vires appetēdi nobis ĩeſſe diuerſas.Quippe cū rem eandē ſimul appetamꝰ atꝗ reſpuamꝰ.Aduerte nō eſſe exigēdū a ꝓbo ciue,vt oīno nihil doleat:ſed vt naſcētē dolorē eiuſmodi rōnibus cōſoleť.Vbi appet aliā eſſe animi ptē:q̃ velut ægra ĩdiget medicina,aliā q̃ tāq̃ ſana medeť.Hæ vero rōnes aduerſus dolorē ſunt ꝓcipuę q̄tuor.Prima,q̃a incertū eſt,bonū ne id ſit qđ accidit,aut malū.Scđa,ꝙ q̄lecūꝗ ſit,certe paruipēdēdū ē.Nihil enim inter ſomnia hūana magnipēdēdū.Tertia,ꝙ nihil oīno dolendo ꝓficiamus.Quarta,quia dolor id ſemꝑ,qđ ſubito nobis p̄ſidio eſſe pōt,ĩpediat.Cōfirmat hæc ex eo,ꝙ & ſupari turpiſſimū ē,& ſuperare pulcherrimū.Qui vero dolore vel alia q̄uis ꝑturbatiōe p̄mitť,iā ē turpiſſime ſupatꝰ.Ideo ꝓcipit vt in aduerſis,atꝗ ꝑturbantibꝰ medici dūtaxat vtamur officio,q̃ dolētibꝰ nō cōdolet,ſed medeť.Cōparat taloꝝ iactibꝰ quotidianas vitæ ſortes:quas ita vult rōnibꝰ emēdari,quēadmodū iactꝰ talorū artificio quodā ludi emēdari videnť.Sed ſupiora ꝓcepta ad ea q̃ ſequunť,quaſi q̄dā p̄ludia ſint.Maximū q̄dē oīm id nobis ĩ vita ꝓpoſitū ſit certamē:quo ſupemꝰ vitiū,virtutēꝗ cōſequamur cūctaꝗ oīno q̃ inter hoīes habenť bona,vt ipſi boni ſimus,ꝓ nihilo habeamꝰ.Siq̄dē ꝓpriū iuſtitiæ p̄miū maiꝰ eſt,q̃ cūcta q̃ inter hoīes p̄ſſit p̄mia reportari.q̄ppe cū & ipſe iuſtitiæ ſplendor ſupra modū hæc oīa ſuper:& ĩ rebꝰ mobilibꝰ,breuibꝰ,vmbratilibꝰ repiri neq̄at p̄miū iuſtitiæ ĩmobili,ſempiternę,veriſſimęꝗ cōueniēs.Ex his cōcludiť ĩmobilē iuſtitię habitū ꝓpt ĩmobile p̄miū exoptari debere.Qđ q̄dē poſt p̄ſentis vitę curricula laboribꝰ iuſtitiæ manet.Alioqui iuſtitia ipſa,q̃ excellētiſſimū iudicať bonū,iuſtis hoībꝰ foret mala ob amores iuſtitiæ cōtinue laborātibꝰ,ſæpeꝗ affectis ĩiuria,neꝗ iniuriā vlciſcētibꝰ:adde & bona p̄ſītia æternoꝝ deſiderio cōtēnētibꝰ:neꝗ p̄miū apud hoīes iuſtitiæ,ĩmo vero ꝓ iuſtitia iniuſtū ſæpe ſupplicium reportātibꝰ.Quāobrē ne bonū noceat,& iuſtitia careat p̄mio,& deus vel minꝰ prouideat,vel pro meritis nō repēdat,iudicādū eſt fore animos ĩmortales.Præſertim vt tam iniuſti,qui viuentes pœnas ĩiuſtitiæ nō dederūt,ſaltem defuncti p̄ſoluant:q̃ iuſti inter mortales oīno ſpreti,apud ſuperos coroneť.Hinc nobile tradit ꝓceptū.Animꝰ ĩmortalis nō debet pro breui hoc,ſed ꝓ vniuerſo tp̄e eſſe ſollicitus.Immortalitatē animæ Plato in Phædro & Phędone,alibiꝗ oſtēdit.Eiuſmodiꝗ ratione eſſe certas demōſtratiōes oſtēdit in libro de ſcientia,dicens:verba eorum q̃ cōtraria ſentiunt,examinātī ridicula tandem euadere.Item in Gorgia affirmās myſteria hæc Adamātinis rōnibꝰ eē ꝓbata.Præterea ĩ hoc decimo,vbi poſt argumētationē ſubdit,tū ꝑ talem argumentationem,tum per alias multas cogi nos ad id confitendum.Arbitror eq̄dem in Platonis verbis vim quandā latere mirabilē a pauciſſimis intellectam:vt non mirum ſit:ſi per argumentationes Platonicas alii q̄dem demonſtratum id exiſtiment,alii vero nōdū demōſtratū.Demoſtheni certe auditori Platonis tanta efficacia ꝑ viuam vocē p̄ſuaſum fuit:vt dixerit,malle ſe honeſte mori q̃ turpiter viuere,poſtq̃ Platonē atꝗ Xenocratē de aīoꝝ ĩmortalitate differentes audiuerat.Eandem quoꝗ in ſcriptis Platonicis vim ꝑcepit Cleombrotus,& apud Cirenem multi Egeſis auditores,q̃ ſeſe e corꝑis carcere ob deſideriū alterīꝰ vitæ liberauerunt.Eādem Platonicus ꝑcepit Boetius philoſophia teſte concedens hoc ſibi certis rōnibus demōſtratū.Eādem Aurelius Auguſtinꝰ p̄ſenſiſſe videť,vbi ait hac de re ſe nūq̃ dubitauiſſe.Cōfirmanť hæc ab Auicēna,rōnes quaſdā ad hæc demonſtrationes eſſe dicēte.Neꝗ ſolū demōſtrari poſſe Plato hic inquit,ſed etiam facile demōſtrari,apud illos vt arbitror:qui cum ipſi purgatā,ſegregatamꝗ a corꝑe mētem habeant,merito nō diffidūt poſſe q̄nꝗ aīam ſegregatā a corpore viuere.Q̄nq̄dē experiuntur ipſi mentē ſuā ſeiunctā a ſenſibus viuere melius q̃ cōiūctā.Cōꝑtū & habēt aliorū aīas ĩmerſas corporibꝰ,atꝗ ideo vitioſas,vitio tñ morboꝗ ꝓprio nō interimi:& iccirco multo minus alieno.i.corporeo morbo poſſe corrūpi.Siq̄dē & corpus ip̄m externo malo nō priꝰ ꝑimiť q̃ intrinſecū inde inferatur malum,quo proxime perimatur.Cęterū neꝗ de aīæ ſuæ diuinitate diffidat,iubet illā a contractis ex amore corporeo ſordibus penitꝰ expurgare,purgatāꝗ p̄ſpicere,q̃ pura,q̃ ſimplex,q̃ diuinorū auida,tāq̃ diuinitati cognata,q̃ cito,q̃ plene luminis diuini ſit capax.Q̄ aūt dicit aīas ĩ dies nō fieri nūero plures,ĩtellige nō ita fieri,vt ex corporibꝰ orianť & cōponanť.Qđ quidē ſequēs ratio

manifeſtat,dicẽs:ſi diuina de corporibꝰ cõponant̃,tãdẽ cũ diuina nũq̃ reſoluant̃ ĩ corpora,fore vt
nihil reliquũ ſit corpoꝝ ĩ natura.Rurſus aduerte q̄ ſubdit aĩam nõ eſſe cõpoſitã:alioqn ĩdiſſolubi
lẽ fore nõ poſſe.Atq̄ ĩtellige eſſentiã ad hoc vt diſſolui nõ poſſit,oportere vel nullis cõpoſitã eẽ,vł
ſi ſit cõpoſita,nõ tñ ex materiis vllis cõponi,atq̄ ita rurſus cõſtari,vt ĩ eiꝰ cõpoſitione multitudo
nõ ſupet vnitatẽ:imo vero vnitas p harmonicã vnionẽ ſupet multitudinẽ,ſtatuſq̄ motũ.Cõclude
myſteriũ,ptim ad puidẽtiã,ptim ad ĩmortalitatẽ p̃miũq̄ iuſtitiæ ptinẽs.Iuſtꝰ qdẽ deo euadit ſilis:
ĩniuſtꝰ vero diſſimilis.Cũq̄ nõ lateat deũ,hũc ſibi eſſe ſimilẽ,illũ vero diſſimilẽ,rõni cõſentaneũ ẽ,
iuſtũ deo charũ eẽ,atq̄ amicũ,ĩiuſtũ cõtra.Propterea deũ iuſtos tãq̃ amicos nullo pacto negligere:
ſed illis ſemp ita pſpicere,vt eis ſingula q̃uis videant̃ aduerſa tãdẽ euadãt pſpera,vel viuẽtibꝰ vel
defunctis.Verũ curnã hic hiſtorico quodã exẽplo potiꝰ q̃ argumẽtationũ diligẽtia myſteriũ ĩmor
talitatis aſſeruit?Q̃m ciues ad iuſtitiã nõ tã verboꝝ artificio,q̃ exẽplo & ope ſunt puocãdi.Pręter
ea cur ad id cõfirmandũ pducit ĩ mediũ hoĩem a mortuis reſurgẽtẽ?Quia & ſi rõnibꝰ ĩmortalitas
cõſtet,& cõis q̃dã iuſtitiæ executio,tamen locũ,formã,diſpoſitionẽ vel p̃mii,vel ſupplicii ab illo q
interfuerit,oportet accipe.Q̃d nobis ppe Phædõis finẽ ſignificat̃.Neq̄ ab re reſurrexiſſe teſtat̃ He
rũ Pãphyliũ,p ſalute patrię ĩ pͥlio mortuũ:vt ſignificet eos q p publico moriunt̃ bono,ad verã vitã
reſurrecturos:q̃q̃ ex multis vnus reſurrexit ad noſtrã.Sed nũqd hiſtoria hęc ẽ,an fabula? Hiſtoriã
eſſe vult Iuſtinus Platonicus,martyrq̄ chriſtianꝰ.Q̃d eqdẽ nõ refellã.Vbi vero Plato apologũ fabu
lãq̄ noĩat,exponi poterit hiſtoriã dici poſſe fabulã,quotiẽs vltra res geſtas auguſtiorẽ habet allego
riã.Quã ob cãm Olympiodorꝰ quoq̄ ait Platonẽ hiſtorias & rõnes ſæpe fabulas appellaſſe.Et q̃m
manes & iuſtitiæ loca figuraſq̄ aliter ĩ Phędro,aliter ĩ Gorgia,aliter ĩ Phædõe,& hic alibiq̄ diſpo
nit,pſpicue patet hęc p̃ter loci formã,ſenſũ quoq̄ allegoricũ cõtinere.Vtit̃ aũt hic circa reſurrecti
onẽ duodenario nũero:qui ſphęrarũ mũdanarũ apud priſcos ẽ nũerus,putãtes octo ſup quatuor
elemẽta,eſſe cælos.quaſi dicat opus eẽ virtute diuĩa vniuerſi dñã ad mortuũ ſuſcitãdũ:idq̄ iterdũ
ad hoĩm doctrinã diuina puidẽtia fieri.Sũt & q dicãt annũ magnũ quo hoĩs aĩa ſuũ explet circui
tũ per quẽ ĩ idẽ redeat,duodecim annoꝝ milibꝰ cõphẽdi:tribuſq̄ annis eiuſmodi,annũ mũdi ex
ęquari magnũ:quo mundi aĩa p firmamẽti motũ,ſuũ pagit ambitũ,triginta ſex annorũ milibꝰ pa
gendũ.Circuitũ vero aĩæ noſtræ p duodecim agi annorũ milia ĩde volũt,qa oporteat p oẽs diſcur
rere ſphæras,choroſq̄ dæmonũ & deoꝝ:q ĩ Phædro per duodecim ordies digerunt̃.Sed qnã ſibi
volũt hiatꝰ ĩ terra duo,totidẽq̄ ĩ cęlo?vt ĩtelligas aĩas alia qdẽ via ad terrena deſcẽdere.ſ.habitu quo
dã corporeo,alia vero a terris aſcẽdere.ſ.habitꝰ illiꝰ purgatiõe.E cælo ſilr labi ĩ elementa corpis ele
mẽtalis amore:ac viciſſim reſurgere ĩ cæleſtia amore hoc reſtricto,cæleſtiq̄ accẽſo.Hic ait Orpheꝰ
Amorẽ oĩm tã ſuporũ q̃ inferorũ claues habere.Iudices animarũ in aere & æthere collocat ange
los,puidẽtiæ diuinæ miniſtros.Poſt ſententiã,iuſti cælũ petũt corã ſe & opa & iudicia pferẽtes:qa
videlicet & ſeipſos nouerũt,tã ſibimet q̃ aliis lucẽt.Iniuſti contra deſcendũt ſua ferentes a tergo.
Neq̄ eñ cognouere ſeipſos,neq̄ pfuere ſibi,ſed cæteris exẽplo ſunt potiꝰ q̃ ſibimet auxilio.Pratũ
in quo & aſcẽdẽtes & deſcẽdẽtes ad tps aĩæ requieſcũt,media q̃dã regio ẽ inter ĩferos & cæleſtes;ac
diſpoſitio inter bonũ habitũ atq̄ malũ:& ſtatꝰ beatitudinẽ inter,atq̄ miſeriã,limbo ſimilis in aere
deſignatus.Hic aduerte aĩas q̃ in ſupiori vita mutuã notitiã habuerunt,in altera inuicem ſe agno
ſcere.Itẽ in eiuſmodi prato diutiſſime reſidere aĩas ſcđm Platonicos,eorũ qui in infantia deceſſe
runt.de quibus Herus quædam memoria parũ digna recẽſuit.Quia cũ ĩ neutrã ptẽ declinauerit
eligẽdo,neq̄ obduxerint habitũ,Platonici eas ĩ lumine tãtũ naturali relinquũt.At vero beatos qui
dẽ ſup naturale lumẽ,miſeros aũt infra id lumẽ poſitos eẽ putãt.Agit̃ hic p̃terea de ſuppliciis pur
gatoriis.Sed curnam culpa doloribꝰ abolet̃?quia videlicet voluptatibus inoleuit.Nõne & medici
morbos plurimum a contrario curant?Aĩaduerte Platonẽ non temere ad delendã culpã numero
vti denario,& cẽtenario inſup,atq̄ millenario.Sane p quolibet voluptatis gradu decem adhibet
ſupplicii gradus.Primo qdẽ q̃ritur quã ob cãm plures pendunt̃ gradꝰ poenæ q̃ pcepti fuerint vo
luptatis.Rñdet̃ ob lęſæ maieſtatis diuinę crimẽ ita deberi.Præterea ſicut beatitudinis gaudia iuſti
tiæ humanę dolores exuperãt,ſic miſeriæ cruciatꝰ iniuſtitiæ voluptates.Deniq̄ neq̄ tã facile delẽ
tur notæ,q̃ facile ĩprimunt̃:neq̄ q peccati habitũ cõfirmauit,ſi vixiſſet vltra delinquere deſiuiſſet
Quærit̃ deĩde cur gradus decẽ.Quid ſi Plato moſaicũ decalogũ ẽ imitatus?cũq̄ arbitratus ſit eũ
quodãmõ cõtra p̃cepta diuinæ legis decẽ agere,q aliquot ex decẽ oĩno neglexerit,iure decies iudi
cat cruciandum?Proinde denarius numerus dicitur vniuerſus.Oẽs eñ nũeros,vel intra ſe impli
cat,vel p ſe ſuoſq̄ explicat replicando.Vniuerſus aũt nũerus opportune aĩs purgãdis accõmodat̃
vt p hunc ſignificet̃ vniuerſam corporis labẽ deponendã eſſe prius q̃ ad vniuerſi puenias principẽ,
penes quẽ nihil põt eſſe corporeũ.Quærit̃ poſt hæc,cur præter gradus poenarũ decẽ,annos centũ
affligant̃ iniuſti.Reſpõdeo,qa ſi ad cẽtũ vſq̄ vixiſſent annos,quo termino vita hoĩm quodãmodo

deſignaꝛ,cõtinue peccauiſſent.Attribuiꝛ aũt cuilibet decẽ graduũ nũerus cẽtenarius. vnde nũerꝰ cõficiꝛ millenariꝰ.Hinc illd.Cẽtũ errãt annos.Itẽ & illud,Mille rotã voluere p annos.Preterea cẽtũ p vno accipieris.Nã his Plato nũeris nõ ſolũ i ſupplicio,ſed etiã i qbuſdã pmiis vtiꝛ.Profecto ſi denarius i ſe ducaꝛ multiplicãdo decies decẽ,ex eo naſciꝛ cẽtenariꝰ.Deide ſi reducaꝛ in ſemetipſũ,cõputãdo decies decẽ decies,millenarius pcreaꝛ.Itaq̧ & denariꝰ vniuerſus eſt nũerꝰ,& cẽtenariꝰ millenariuſq̧ vniuerſales ſunt nũeri.Itẽ ſi ab vno pcedas i decẽ,nũerus naſciꝛ linearis.Si a decẽ in cẽtũ,ſupficialis fit nũerus.Si a decẽ i mille,fit ſolidus.Vt ergo allegorice exponamus,ĩiuſti hoĩs aĩa a ſeipſa diſceſſit in corpus,labeq̧ eſt ĩfecta corporea.Hãc vtiq̧ labẽ p denariũ q vniuerſus ẽ nũerus,expurgatura ẽ vniuerſã.Qꝫ vero denariũ oporteat i ſe duci cẽtenariũ pcreãdo,ſignificat aĩam a corpore ad ſe p rõnẽ emergere oportere. Deide q̧ opꝰ ſit denariũ i ſeipm reducere millenariũ gñando,allegorice docet aĩam nõ ſolũ erga ſe verti debere p rõnẽ,ſed p ĩtelligẽtiã quoq̧ i ſe cõuerti:atq̧ ita i vnitatẽ reduci ppriã:q̄ deniq̧ poſſit deo frui ſũma oĩm vnitate.Linearis aũt nũerꝰ & ſupficialis & ſolidꝰ,myſtice docẽt ad mẽtẽ purificãdã nõ ſolũ extrĩſecã operũ,verboꝝ,cogitationũ ſupficiẽ ſed etiã pfundiſſima q̄q̧ penetralia diligẽtiſſime pq̄rẽda.Poſt limbũ & purgatoriũ deſcẽdit ad inferos.Sed Platonicos velle ſcito nõ ſolũ i purgatorio tẽporales eẽ poenas,verũ etiã i caeleſti quadã regione temporalia gaudia:vt vtrinq̧ par pari reſpõdeat.Sic eñ diſtiguũt.Aut ſenſus i vita oĩno paruit rõni,aut oĩno rõ ſenſui,aut ſp inuicẽ pugnauerũt.Atq̧ i ea pugna vel ſenſus plurimũ vel rõ ſupabat.Aĩae igiꝛ i qbꝰ ſenſus rõni p habitũ cõfirmatũ prſus obtẽperauit, ſempiternũ pmiũ cõſequunꝛ.Cõtra vero affectae,ſempiternis ſuppliciis cõdẽnanꝛ.Mediae vero,ſi ſupauit rõ,ad tẽporalia pmia:ſin vero ſenſus,ad tẽporalia ſupplicia transferunꝛ.Quibꝰ vero nullũ cõſultãdi: datũ ẽ tẽpus, limbus apd Platonicos ſeruaꝛ eligẽdi locus,hic ſub prati noĩe deſignatꝰ.Et ſi prata interdũ Platonici caeleſtia pſertim ſupma noĩant,hic tñ prata aereã ſignificãt regionẽ.Quo eñ pacto hic p prata ſignificaret ſublime caelũ:cũ dicat ad haec aĩas e caelis alias deſcẽdere:alias e terrę viſceribꝰ ſubito puenire?Sint ergo eiuſmodi prata ſublimes q̄dam aeris plagę , cõtiguae ſublimibus illis terrę plagis quas i Phaedone deſcribit i paradiſi terreni formã,felices ſub vere ppetuo habere cultores.Ibidẽ cãpos quoq̧ ponũt Elyſios,terrenos inquã.Nã caeleſtes elyſios caelũ habet octauũ.Hic illd. Aſtra tenẽt caeleſte ſolũ,formaeq̧ deoꝝ.Mitto i pſentia Proculũ & Plotinũ,q vbi Plato ſempiternũ dicit, exponũt vniuerſum anni ampliſſimi tẽpus,quo ſinguloꝝ tẽporũ curricula pagunꝛ. Porphyriũ quadã ex pte in hoc & Iãblichũ magis pbo:vt hinc intelliganꝛ aeterna. Vbi eñ Plato ĩſanabilẽ dicit aĩm & talẽ q purgari poſſit nũq̄,ſatis ĩdicat aeterna ſupplicia,atq̧ viciſſim gaudia ĩfinita.Quo vero pacto alii qdã haec exponãt,memoria dignũ eẽ nõ cẽſui.Pręterea ſi Platonis verba cõſideraueris,agnoſces euãgelicũ illud: Ligatis manibꝰ & pedibꝰ i exteriores tenebras eũ mittite.Sed addit hic ligato capite.Vinculũ qdẽ capitis ſignificat rõnis ĩpedimentũ,& luminis orbitatem.Nodus vero manuũ actionis pfectuſq̧ priuationem.Deniq̧ ligati pedes,nõ ducũt,nõ pgredĩunꝛ,non perueniunt,ſed vi illata raptanꝛ.Cognoſces quoq̧ ſub igneorũ hoĩm figura vltores daemones poenaſq̧ corporeas: idemq̧ ex multis pcipies cõiecturis.Notabis & ppriũ exterioris vocabulum.Pręterea tenebras,vbi clauduntur hiatus. Sub nomine quoq̧ mugitus,ſtridorem dentium atq̧ fletum.Poſtq̄ vero loca & poenarum diſpoſuit,& gaudiorum p oppoſitam formã ſignificauit,& media tetigit,ad illas iã reuertitur animas,quae in prata partim e caelo poſt pmiũ temporale,partim e terra poſt tpale ſuppliciũ confluxerunt.Quas in elemẽtalẽ rurſus gñationẽ dicit oportere reuerti:perq̧ illam eatenꝰ progredi, quoad firmiorem ſtatum ſiue firmiſſimum qñq̧ pmereanꝛ . Has inquit ſeptẽ in prato dies cõgeuiſſe.Hũc tu ſeptenariũ ſi p ſeptẽ planetas interpreteris:itẽ per ſeptẽ dierũ ſeptenarios,qbus ante motum foetus in aluo quieſcit:ac etiam per ſeptẽ quoſq̧ dies,in quibus gradatim in vtero formae mutantur: forte nonnihil afferre videberis.Sed qd iſtud ad animas?quae neq̧ amplius i planetis ſunt:deſcẽderunt enim:& nondum aluo clauduntꝛ. Deſcenſurae enim ſunt in vterũ poſtq̄ ad tria fata puenerint.Interea aereo corpore aeream incolũt regionem. Verum eſto ſi placet.Forte etiã qa interim quodãmodo viuũt ſteriles,ſterili quodã nũero deputanꝛ:& qm̃ ſeptenarius neq̧ ex aliquo nũero gigniꝛ aliquotiẽs reperito,neq̧ gignit aliquẽ intra decẽ,aptiſſime cõuenit animabꝰ adhuc vtrinq̧ a generatione vacantibus.Attribuũt Pythagorici eũdẽ numerũ Palladi:qa neq̧ ex matre genita ſit,neq̧ genuerit.Cõuenire volunt & animis a terrena adhuc matre ſemotis,& vniuerſum ſub Palladis ſapiẽtia cõtẽplãtibꝰ.At cũ primũ ab eiuſmodi vacatione cõſurgunt,ſubeunt octonariũ,q & gigniꝛ,& primꝰ eſt inter numeros ſolidus.Ideo cũ aĩa cõgruit ppemodũ ad corpus ſolidũ acceſſura.Solidũ vero octonariũ appellamus:qm̃ ex binario p ſeipm ter repetito & in ſe redeunte creaꝛ,dimenſionẽ trinã ſignificante.Nã ex bis duo bis,octo compleñ. Adde ſi colis muſicam vocẽ ſeptimam eẽ penitꝰ diſſonã,octauã vero oĩm maxime conſonantẽ.Cõſonare aũt oportet tam corpus aĩae q̄ vtrunq̧ fato,vt caeleſtis anima ieat cũ corpe terreno cõmerciũ.Cuiꝰ qdẽ cõſonantię

mortalia oĩa.GLAV.Vera loq̃ris.SO.At vero id nequaq̃ exiſtimamus.ratio nãq; prohibet.Neq;
iterũ arbitramur animã veriſſima ſui natura talẽ eſſe,vt varia,diſſimilis,atq; differẽs in ſeipſa ſit.
GLAV.Quomodo iſtud ais?SO.Haud facile eſt,ſempiternũ eſſe qđ ex plurib⁹ cõſtitutũ eſt: neq;
optimã cõpoſitionẽ eſt ſortitũ: vt nobis de anima nũc apparuit.GLAV.Cõſentaneũ eſt.SO.Ani-
mã igitur ĩmortalẽ eſſe & ratio p̃ſens & alię cogere poſſunt.Siqs vero q̃lis ipſa reuera ſit, inſpicere
cupit, haudq̃q̃ intueri eã debet cõmunione corꝑis,maliſq; aliis inquinatã : quẽadmodũ ipſi nũc
intuemur:ſed qualis cũ pura fuerit,diligẽter ratione diſcernere. Vbi certe & multo pulchrior ap
parebit:& clarius cũ talis erit,quid iuſtũ ſit,qd nõ,& reliqua q̃ ſupra diximus, iudicabit.Nũc qdẽ
vera de ipſa,qualis videť in p̃ſentia,diximus.Nõ aliter vero eã ſpectauimus,q̃ multi marinũ inſpi
ciant Glaucũ.Illi ſiqdẽ nõ facile poſſunt Glauci antiquã conſiderare naturã, eo ꝙ antiquę corpo-
ris partes partim fractę,partim cõtritę ſint:& ab vndis penitus diſſipatę:aliaq; illi rurſus inhęreãt
conchylia,alga,lapides:ex quibus multo magis ferę p̃ ſe fert imaginẽ q̃ naturę prioris aſpectũ. Ita
& animã nos ſemp aſpicimus malis innumeris inquinatã.Sed enim illuc oculos cõuertere decet o
Glauco.GLAV.Quonã? SO.Ad eius inquã philoſophiã:& circa illã oportet animaduertere:quę
attingit animus:& quibus cũ cõſuetudinẽ inire affectat & nititur : vtpote q cognatus ſit diuino
immortali & ſempiterno.Qualiſq; p̃terea futur⁹ eſt,ſiquãdo eiuſmodi totus ſequať naturã,ꝓ hũc
affectũ nixũq; eductus ex pelago quo ad p̃ſens ſubmergitur: nuduſq; emergens excuſſis petris &
oſtreis:quę ſibi nũc tãq̃ ex terra nutrito,terrena,lapidoſa,& agreſtia plurima inhęreſcũt:ꝓpter eã
vtiq; alimoniã,quã plerīq; beatã exiſtimãt. Tũc demũ verã naturã ipſius animi cõtemplabimur:
agnoſcemuſq; vtrũ varia ſit,an ſimplex:qualiſve ſit oĩs eius cõditio.Nũc aũt animi humana in vi
ta affectus ac ſpecies ſatis,vt arbitror,declarauimus.GLAV.Prorſus qdẽ.SO.Nonne cętera qdẽ
in hac diſputatione expoſuimus?pręmia vero ipſius & honores nequaq̃ attulimus,quemadmodũ
Homerũ vos & Heſiodũ adduxiſſe dicebatis,ſed iuſtitiã ipſam ipſi animę optimũ p̃miũ eſſe cõpe-
rimus:iuſteq; agẽdũ eſſe mõſtrauimus,ſiue Gygis habeat anulũ,ſiue etiã Plutonis galeã?GLAV.
Vera loq̃ris.SO.Cęterũ nũc quoq; p̃ter hęc nulla inuidia ꝓhibet,quo minus iuſtitię & vniuerſę
virtuti ea p̃mia tribuamus:q̃ ipſa animę cõparat & ab hoĩb⁹ & a diis,tã viuente hoĩe q̃ defuncto.
GLAV.Magnope.SO. Nunqd ergo reſtituitis mihi,q̃ in ſermone mutuati eſtis? GLAV.Quid
maxime?SO.Dedi eqdẽ vobis,iuſtũ virũ videri iniuſtũ,iniuſtũq; iuſtum. Vos eñ petieratis.licet
eñ fieri nõ poſſet, vt iſta hoĩes deoſq; laterent,tñ cõcedi hoc diſputationis gratia placuit: vt iuſti
tia ipſa ad iniuſtitiã ipſam cõparata iudicareť.Nõ recordaris?GLAV.Quid ni recorder?SO.Poſt
q̃ igitur iudicatę ſunt,ego iterũ poſtulo a vobis exponi,quã iuſtitia mercedem a diis & hoĩbus re-
ferat:vt & palmã ab opinione & manifeſta exiſtimatione reportet,qua iuſtitia ſui participes deco
rat:poſtq̃ apte viſa eſt etiã ipſa ſui p̃ſentia beneficia nobis cõferre: neq; eos decipere,qui vere eam
poſſidẽt.GLAV.Debita poſtulas.SO.Primũ qdẽ hoc mihi reddetis,ꝙ qualis eorũ vterq; ſit & iu-
ſtus ſcilicet & iniuſtus,deos nõ latet.GLAV.Reddemus. SO.Si deos id non latet, vnus qdẽ a deo
amabitur,alter odio habebiť:quẽadmodũ in principio cõfeſſi ſumus.GLAV.Eſt ita.SO.Deorum
aũt amico oĩa quoad fieri põt a diis optima tribuunť : niſi qd mali ex priori delicto,ei neceſſitate
quadã ĩmineat.GLAV.Oĩno.SO.Sic itaq; de iuſto viro exiſtimãdũ:ſiue in pauperie,ſeu morbis,ſi
ue qbuſuis aliis ex iis q̃ mala videnť,fuerit cõſtitutus,huic demũ vel viuenti vel mortuo ad bonũ
aliquod iſta conducere.Neq; enim a diis vnq̃ negligitur,quicunq; conari voluerit iuſtus euadere,

virtutiſqꝫ officiis,quoad hoī licet,deo ſimilis fieri. GLAV.Decēs eſt talem virū a ſimili non con-
tēni.SO.De iniuſto aūt contra oīno eſt ſentiēdū.GLAV.Vehemēter.SO.Apud deos igiť iuſto vi
ro hæc dabiť palma. GLAV.Sic arbitror.SO.Apud hoīes aūt nonne ſic euenit,ſi vera fateri de-
bemus?Callidi quidem homines & iniqui perinde faciunt ac curſores illi,qui ab inferioribus cur-
runt bene,a ſuꝑioribꝰ minime.Nam primo celeriter exiliunt : tandē vero riſum reportant,auribꝰ
demiſſis,& ſine corona diſcedētes.Veri aūt curſores ad finem ꝑueniūt,adeptiqꝫ p̄miū coronātur.
Viris iuſtis ſimiliter idē,vt plurimū,accidit.Nempe in fine cuiuſqꝫ actionis conſuetudiniſqꝫ & vi-
tæ,probantur,muneraqꝫ ab hoībus referūt.GLAV.Magnope.SO.Suſtinebis ne vt ego de his quę
tu de iniuſtis,adducā?Dicā equidem.Iuſti enī cū ad maturā ętatē ꝑuenerint,ciuitatis munerībꝰ ꝓ
arbitrio funguť:matrimonia quibuscū voluerint,& dādo & accipiendo viciſſim ineunt: ac ſum
matim quæcūqꝫ de illis tu,ego nūc de his affirmo:rurſuſqꝫ de iniuſtis hoībꝰ aſſero . Pleriqꝫ enī ipo
rum q̄uis ad tēpus ſua vitia celent:tādē in curriculi calce,quales ſint dep̄henduť:ridiculi ꝓrſus
euadūt:& in ſenio miſeri a peregrinis & ciuibus obiurganť:verberāturqꝫ:eaqꝫ omnia patiuntur q̄
tu aſpera eſſe reuera dicebas,torquebunť enī & inurenť.porro quæcunqꝫ ipſe commemorabas,au-
dire iterū ex me putato.Sed vt dicebā,vide an ſis hæc toleraturus.GLAV.Perferā equidem.nam
decentia loqueris.SO.Hæc itaqꝫ ſunt p̄mia,mercedes,& munera,q̄ iuſto viro p̄ter ea bona q̄ ipſa in
ſe iuſtitia cōtinet,a diis & hominibꝰ tribuunť.GLAV.Egregia valde hæc ſunt & ſtabilia.SO.At
enī hæc & numero & magnitudine nihil ſunt,ſi ad ea cōparenť,q̄ vtrūqꝫ defunctū expectāt.Audiē
da vero & iſta ſunt:vt oīa ſufficienter q̄ vtriqꝫ cōueniunt,cōprehendanť.GLAV.Dicas vero,nō q
dem vt iam nimis multa,ſed tanq̄ libētiſſime audituro.SO.Equidem tibi non Alcyni apologum,
ſed p̄ſtātiſſimi viri Heri Armenii genere Pamphylii,referabo.Qui cum occubuiſſet ī p̄lio,ſublatis
aliis decimo die cadaueribus iam corruptis,integer quidē incorrupto corpore repťꝰ fuit, domum
qꝫ delatus ꝓ officio ſepulturæ.Vbi duodecima a morte die,dum pyrę eſſet impoſitꝰ,reſurrexit: &
q̄ interim viderat,retulit.Inquit ergo:poſtq̄ eiꝰ anima fuiſſet a corpore ſeparata,vna cū pluribus
quēdā in locū dęmonū ꝑueniſſe.In quo terrę duos ꝓximos vidit hiatus: duoſqꝫ alios e cōſpectu ſu
ꝑne in cęli regione conſpexit:inter hiatus vero huiuſmodi ſedentes iudices:q poſtq̄ animos iudica
uerunt,iuſtos quidem ad dexterā ſuperne per cælū aſcendere iubent,in anteriori eoꝝ parte ſigna
eoꝝ q̄ iudicauerint,ſuſpendentes:Iniuſtos cōtra ad ſiniſtrā,infernis oīm q̄ fecerant in vita,poſt ter
gum ſigna ferētes.Cū vero ad iudices ipſe quoqꝫ acceſſiſſet,illos aſſeruit reſpōdiſſe,fore eum homi
nibus nuncium de his q̄ illic videat,oportere:iuſſiſſeqꝫ illū audire & intueri quęcunqꝫ eis in locis
fierēt diligēter.Viderat igiť illic per vtranqꝫ cæli terræqꝫ portā aīas lata ſnīa abeuntes : ꝑ alias itē
duas,ex terra quidem aſcēdētes,aīas puluere,ſqualore,macieqꝫ confectas: e cælo aūt alias nitidas
deſcēdētes.Videriqꝫ inqt aīas vndiqꝫ venientes tanq̄ longa itineratione defatigatas,libēter in pra
to qđ ibi eſt,tanq̄ celebri in cōuentu recūbere:ac ſe inuicē quæcūqꝫ mutuā notitiā habuerint,ſalu-
tare:eaſqꝫ oēs,tam q̄ ex terra q̄ q̄ e cælo cōuenerint,ſeſe vltro citroqꝫ de his q̄ ſuis in locis viderint
ꝑcontari: ſibiqꝫ viciſſim ad ſingula reſpondere:has quidem dolentes ac flentes memoria malorum
q̄ in p̄terito ſub terris itinere & ꝑpeſſę ſunt & viderunt.Eſſe aūt illud mille iter annoꝝ. Illas vero
q̄ de cælo deſcēderāt:narrare delitias,pulchritudiniſqꝫ ingentis ſpectacula.Multa qdē illa referre,q̄
longo ordine recitabat,prolixę nimiū narrationis o Glauco . Summā vero hāc eſſe dixit.Quoſcūqꝫ
aliis iniurias intuliſſe cōſtaret,poenas ſigillatim pro quolibet decies reddidiſſe: hoc vero ꝑ qđlibet
annoꝝ cētenariū eſſe:quaſi hæc vitæ humanæ ſit meta:vt aīę decuplā īiuriæ redderēt pēſionē. Ita
qꝫ ſi q cædis multoꝝ cā fuerint,ciuitateſqꝫ & exercitꝰ ꝓdiderint,vel hoīes in ſeruitutē impegerit,
vel alicuiꝰ alteriꝰ flagitii & ſceleris cōſcii fuerint,in his oībus ꝓ quolibet facinore poenas decuplas
penderēt.Atqꝫ iterū ſiqui bn̄ficia fuerint aliqua elargiti,iuſtitiāqꝫ & pietatē coluerint, eadē pēſiōe
p̄mia reportarent.De his vero q ſtatim ac nati ſunt deceſſere,aut breue tēpus vixerunt,q̄dam pa
rū digna memoria recēſebat.Erga deos aūt & parētes pios vel īpios & homicidas,qui cęde manus
ꝓprias polluerūt,maioribus & p̄miis & poenis affectos eū narrabat.Inqt enī ſe īterfuiſſe, vbi alium
interrogauit quiſpiā, Vbinā Ardieus magnus eēt.hic aūt in quadā Pāphyliæ ciuitate tyrānꝰ fue
rat:annis iam mille tēpore ex illo peractis.Qui ſenē patrē & maiorē natu fratrem occiderat: aliaqꝫ
plura impia ſcelera ꝑpetrauerat.Interrogatūqꝫ illum aſſeruit reſpondiſſe.Non venit Ardieus,neqꝫ
veniet.O dirū ſpectaculū.Dū enim egreſſuri hiatū peteremus,cætera oīa ꝑpeſſi,illum protinus vi
dimus alioſqꝫ cum eo,oēs ferme tyrannos:inter quos & priuatos nōnullos,qui magna ſcelera per-
petrauerant:quos aſcēſuros ſe propemodū cōfidētes hiatus ille minime permittebat : ſed horride
mugiebat quotiēs aliquis eoꝝ qui vel inſanabiles eſſent,vel nondū purgati,egredi niterenť.Aderant
igiť illic feroces qdam viri aſpectu ignei:qui cū mugitū ſubito ꝑpendiſſent,hos ſeorſum rapiebant,
Ardieum ſcilicet eiuſqꝫ ꝑſimiles:manibuſqꝫ & pedibus & ceruice deuinctis,proſternebant eos,ex-

De exitu iuſtorum & iniuſtorum virorum

Narratio Heri qui reſurrexit.

carnificabãtq;:& ſecus viã quãdã ad exteriorẽ partẽ raptatos,tribulis lacerabãt:pterẽtibus indicantes,quã illi ob cãm talia paterent: qve prouciendi in Tartarũ deferrent. Vbi cũ multa variaq; eos terrerent,hic pauor vehementiſſime vexabat:cũ in aſcenſu mugitus excitabat:quo ſilente quiſq; libẽtiſſime aſcẽderé videbat. Ac pœnas quidẽ & ſupplicia hmõi recẽſebat:atq; vice verſa eiuſcemodi beneficia.Cũ vero animę illæ in ſuperioribus cõmemoratę in prato dies ſeptẽ requieuerint,oportere eas dicebat octauo ſurgẽtes die illinc recedere:& quarto demũ die ad locum aliquẽ peruenire: vnde ſuperne p totũ cælũ atq; terrã extẽſum videatur lumen tanq̃ columna erectũ,iris ſimillimũ, clarius tamen ac purius.In id diurno itinere puẽiſſe:vidiſſeq; ibi i medio lumine extrema cęleſtiũ ligaminũ ex cælo extenſa.Eſſe enim lumen iſtud cæli vinculũ:quẽadmodũ triremiũ ſuccincturæ:ac q; ita circũferentiã oẽm eſſe cõtentam.Ex apicibus vero ſuſpẽſum Neceſſitatis deę fuſum: p quem oẽs circuitus peragant.Cuius haſta quidem & cuſpis ex adamãte: vertigiũ vero ex hoc aliiſq; generibus mixtũ.Cuius natura huiuſmodi ſit ſcđm figurã quidẽ,qualis apud nos cernitur. Aiãdũ tñ ex illius ſermone,perinde ſe habere acſi in vno quodã amplo cõcauoq; vertigio,& p totum ſculpto,minus aliud ſimileq; inſertũ iaceat:ita congruẽs,vt pleniq; cadi,q inuicẽ inſeruntur:atq; ita tertiũ & quartũ:& alia quatuor.octo enĩ illa vertigia eſſe,inſertos inuicẽ circulos, labia ſupne oſtẽdentia:dorſum vero vnius vertigii cõtinuũ circa haſtã efficiẽtia.Haſtã vero illã per mediũ octaui, perq; totum eſſe trãſiectã.Primũ igit extrinſecq; vertigiũ labii circulũ habere latiſſimũ.Sexti aũt ſecũdum.Tertiũ quarti.Quartũ octaui.Quintũ ſeptimi.Quĩti ſextũ.Tertiũ ſeptimi.Octauum vero ſecundi.Primi itẽ atq; maximi circulũ variũ eſſe.Septimi lucidiſſimũ.Octaui aũt vertigii circulũ colorem a ſeptimo irradiãte ſuſcipere.Secũdi vero ac quinti ſimiles inuicẽ illis aliquatulo flauiores. Tertiũ ſane colorẽ candidiſſimũ poſſidere.Quartũ,ſubrubeum.Secũdum vero ſextũ albedine ſuperare.Ac fuſum qdem totũ volutione ſili circũuerti:cum vero totũ voluat,ſeptẽ interiores circulos motu totius cõtrario tardius circũuerti.Ex his plane octauum motu rapidiſſimo agitari.Secundos vero alterã alteri conſequẽter:ſeptimum,ſextum & quintum.Tali vero tertium motu ferri,vt quartum circũuoluere videat.Quartũ aũt tertiũ,& quintum ſecũdũ.Fuſum vero in Neceſſitatis genibus circũuerti.Supne ꝑterea cuilibet circulo hęrere ſirenẽ cum globo vna delatã,vocẽ vnã tonumq; vnum videlicet emittentem. Vnam tñ harmoniam ex omnibus octo cõcinere. Alias aũt tres Neceſſitatis filias æquali inuicẽ interuallo in throno ſedere:parcas veſtibus albis,capite coronato:Lacheſim:Clothõ:Atropon.Quæ ad ſirenem harmoniã canãt.Lacheſis quidem præterita.Pręſentia Clotho.Atropos vero futura.Et Clotho quidem cũ matre ſimul intermiſſione quadã tẽporis, dextra manu tangentem fuſi extimam circũferentiam vertere.Atropon vero ſiniſtra iterũ interiores ſimiliter.Lacheſim deniq; viciſſim vtraq; manu vtrinq; tãgere.Illuc aĩas ergo cũ venerint,ſtatim oportere ad Lacheſim accedere: Vbi illico ꝓpheta aliqs primũ ſingulas diſponit in ordinẽ:poſtea cum ex genibus Lacheſis ſortes,& vitarum exẽpla ſuſceperit,aliqđ ſublime tribunal aſcendẽs ſic fatur. Neceſſitatis filiæ ipſius virginis Lacheſis,præconiũ hoc o aiæ diurnę,circuit⁹ alteri⁹ initiũ, mortalis ac mortiferi generis,nõ vos dęmon ſortiet:ſed vos dęmonẽ poti⁹ eligetis.Qui vero prior ſortẽ ceperit,prior eligat vitã: cui neceſſario inhærebit. Virtus aũt inuiolabilis ac libera.Quã ꝓut honorabit quis,aut negliget:ita plus aut minus ex ea deniq; poſſidebit.Eligẽtis quidẽ culpa eſt oĩs: De⁹ aũt extra culpã.Hęc fat⁹,ſortes ſup oĩs fundit:ex qb⁹ quilibet eã rapit:q̃ ſup ipm ceciderit.Neq; licet cuipiã quotus ordine ſit agnoſcere,niſi cum ceperit. Tunc enĩ dũtaxat quot⁹ ſit,ſortitus intelligit.Poſt hæc itẽ exẽpla vitarum corã ipſis in pauimẽto diſponit:multo plura q̃ q̃ hic ad pñs apparẽt.Eſſe vero hoim atq; oĩm aĩalium vitas oĩmformes aſſeruit.Tyrãnides enĩ in illis extare: partim ꝑpetuas,partim ad tps:q̃ medio in ſpatio corruãt,in pauptatẽ delapſę,exilium,& inopiã.Extare & ꝑclaroꝝ viroꝝ vitas,partim ſpecie,decore,viribus,certaminibuſq; ꝑſtãtium:partim maioꝝ generoſitate nobilium:ignobiliumq; rurſus viroꝝ vitas ſilr.Et mulierum eodẽ mõ.Animę vero ordinẽ & cõditionẽ nõ ineſſe:eoq; neceſſe ſit,vt aliã vitã eligẽs cõditionis alterius efficiat.Cætera vero inuicẽ,ptim diuitiis & pauptatibus eſſe cõmixta:ptim morbis vel ſanitate:partim iſtoꝝ mediũ obtinere. Vbi ꝑfecto o Glauce oẽ hoĩs cõſiſtit periculum.Quãobrẽ oĩ ſtudio danda opera eſt:vt quiſq; noſtrum omiſſis cæteris diſciplinis,hanc quærat,aſſequaturq; p viribus diſciplinã:p quã & poſſit & ſciat vitã bonã a mala diſcernere:& quoad fieri põt ex oibus eligere meliorem:animaduertens q̃ nunc diximus oĩa,quid cõiuncta inuicẽ vel diſiuncta ad virtutẽ vitæ conducãt.Necnon intelligat quid pulchritudo cũ paupertate vel diuitiis iũcta:& quali cũ habitu aiæ,malũ operatur vel bonũ: quidve nobilitas vel ignobilitas : Vita priuata & imperiũ:Robur & imbecillitas: Velox ingeniũ, & tardũ:cæteraq; hmõi q̃ natura circa aiam ſunt,& q̃ acqrunt,inuicẽ copulata faciunt. Vt ex his oibus ſinguloꝝ naturã valeat cõſiderare ad aiæ naturã reſpiciẽs:& meliorẽ vitã a deteriori diſcernere:deteriorẽ eã appellans quæ iniuſtiorẽ animam efficit:potiorẽ aũt,quæ iuſtiorẽ, Reliqua vero

De tribus Neceſſitatis filiabus,Lacheſi, Clotho,& Atropo.

contemnat. Vidimus enim & viuenti & mortuo electionem hanc optimã eſſe.Cũ hac igit̃ opiniõe
inſtar adamantis firma atq; rata oportet ad iferos proficiſci,ne quis illic diuitias malaq; huiuſmo
di admiret̃:neue in tyrãnides & alias hmõi actiones incidens,multa & inſanabilia ſcelera ꝑpetret:
ipſeq; rurſus deteriora ꝑpetiatur.Immo vero ſciat mediam ſemꝑ iſtorum omnium miſſis extremis
vitã eligere:& in hac vita & in futura.Ita eñ quiſq; fit beatiſſimus.Enimuero qui tunc rediit illinc
nuncius,ſignificauit dixiſſe ꝓphetã: ꝙ etiam vltimo cũ prudentia eligenti vita occurrit expetẽda
non mala ſtudioſe viuenti:ne vel primus eligat negligenter,vel nouiſſimus propter hoc doleat:at
q; torpeat.Cum hęc dixiſſet,illum qui primo ſortẽ acceperat,inquit illico ꝓperantẽ tyrannidẽ ma
ximã elegiſſe:ac ꝓpter inſcitiam auiditatemq; haud ſufficienter ſingula prius examinaſſe:& iccir
co latuiſſe illum,ꝙ ea ĩ vita fato decretũ erat,vt filios ſuos ederet, aliaq; mala plurima ſuſtineret.
Poſtq̃ vero per otium electam vitã cõſideraſſet,eiulaſſe illum,electionẽ noxiã deplorantem:neq; ſer
uantẽ quę ꝓpheta ꝑdixerat:neq; ſeipſum tanq̃ malorum cauſam criminantẽ:ſed fortunam dæmo
neſq; & reliqua omnia potius q̃ ſeipſum.Fuiſſe vero illum ex his qui de cælo deſcenderant: qui ſa
ne ĩ ſuperiori vita,in ciuitate aliqua moderata vixerat:virtutẽq; vſu quodã,abſq; philoſophię ſtu
diis exercuerat.Neq; pauciores ex his,qui ex alto cadũt,q̃ ex aliis,vtpote malorum ignaros decipi
eligendo.Eoꝝ vero qui ex terra venerunt,plurimos quia & ipſi calamitatibus laborauerint,& labo
rãtes alios viderint,haud temere vitam eligere.Quã ob cauſam,ac etiã ꝓpter ſortis fortunã bono
rum malorũq; multis animis mutationẽ cõtingere.Porro ſi qs ſemꝑ cũ in hãc vitã venerit, ſincere
philoſophet̃,neq; electionis ſors vltima ſibi contingat,ex his quæ illinc nunciant̃ apparet eum non
hic ſolũ felicẽ fore:ſed & ꝓfectionẽ hinc illuc,regreſſionẽq; huc iterum haud ſane terrenã & aſperã
agere,ſed lenẽ atq; cæleſtem.Hoc quoq; cõſideratione dignum ſpectaculũ eſſe dicebat,quomodo ſin
gulæ aĩæ vitas ſingulas eligebant.Miſerabile quippe iſtud,ridiculũ,viſuq; mirabile.Electionem ve
ro ſecundũ vitæ prioris conſuetudinẽ,vt plurimũ,fieri.Animã enim inq̃t,quę olim Orphei fuerat
vidiſſe,Cygni vitam odio muliebris generis eligentem:nolentem videlicet ex mulierib⁹ a quib⁹ oc
ciſus fuerat,naſci.Thamiris vero philomenæ:Cygnũ etiam conſpexiſſe ad humanæ vitæ electionẽ
cõuerſum: aliaq; muſica animalia,vt conſentaneũ eſt,ſimiliter.Aliquam vero ex ſortib⁹ leonis ele
giſſe vitã:hanc vero Aiacis Telamonii fuiſſe dicebat,fieri hominẽ fugientẽ dum armorum iudiciũ
olim datum mẽte reuolueret.Poſt hũc Agamẽnonis animã ꝓpter ęrũnas,odio humani generis vi
tam aquilæ aſciuiſſe.Atalantes aũt animã,cui media q̃dam ſors contigerat, intuitam dixit q̃ ma
ximis honoribus vir certator afficiat̃,continere ſe non potuiſſe quin vitam certatoris eligeret.Ani
mã deinde Epei Panopeenſis ad artificioſę mulieris naturam ꝓcinus aduentaſſe.Longe vero inter
nouiſſimas ridiculoſi Therſitis aĩam ſimiã induiſſe.Caſu vero,Vlyſſis animę ſortẽ vltimam conti
giſſe. Quocirca & ad eligendũ vltimã aduẽniſſe dicebat.Præteritoꝝ aũt laboꝝ memoria,ab ambi
tione ceſſantẽ,diuq; prius q̃ eligeret circũeuntẽ,quæſiſſe priuati hoĩs minimeq; curioſi vitam.Eãq;
vix tandẽ alicubi iacentẽ & neglectã ab aliis reperiſſe:dixiſſeq; non aliã ſe vitam electurã fuiſſe,etiã
ſi ſortem primã nacta eſſet.quare vitã illã libẽter fuiſſe cõplexã. Ex feris itẽ aliis ĩ hoĩes trãſire aĩas
aſſerebat:& inuicem commutari:Iniuſtas quidẽ in feras agreſtes:Iuſtas aũt manſuetorum anima
lium vitam capeſſere:atq; oẽs hunc in modũ confici mixtiones.Cum vitas,oẽs animæ gradatim,vt
ſors dederat,elegiſſent,longo illas ordine ad Lacheſim vidit accedere.Lacheſim vero cuiq; dęmonẽ
quẽ ceperat quæq;,ipſius vitæ cuſtodẽ præſcribere:electoriiq; operũ executorem. Dæmonẽ hunc i
primis ad Clothõ aĩam ducere: & ſub illi⁹ manu reuolutiõeq; & vertigine fuſi,approbare quã ſor
tita fortunã elegerat.Cũ vero ipſam tetigerit,ſtatim ad Atropi filationẽ ducere, immutabilia ſta
mina faciẽtẽ.Illinc poſtea ꝓpere Neceſſitatis thronũ adire:ꝑ quẽ cũ trãſierint oẽs,ſub vehemẽti ca
lore & ęſtu in cãpũ Letheũ ꝓficiſci,arborib⁹ & oĩbus quæcũq; terra naſcunt̃,penitus deſtitutũ.Re
cũbere igit̃ ipſas aduẽtante nocte iuxta Amelitã flumẽ aſſeruit:cuius aquã vas nullũ cõtineat.At
q; ipſius aquæ bibere aliquãtũ cuiq; neceſſariũ.Eos aũt qui prudẽtiã ducẽ non hñt,vltra q̃ deceat
bibere.Semꝑ vero bibentẽ oĩm obliuiſci.Cum vero ad mediã noctem dormiſſent,ſubito tonitru &
terręmotu excitos repẽte aliũ alio ſurſum ad generationẽ cõſurrexiſſe ſtellarũ inſtar ꝓſilientes. Se
vero flumine ex illo potare ꝓhibitum fuiſſe narrabat.Quomodo aũt in corpus redierit , ignorare:
ſed ſubito in diluculo circũſpicientẽ ait ſeipſum pyra impoſitum cõſpexiſſe.Atq; ita o Glauco ſer
uata eſt fabula:neq; periit: noſq; ſeruabit pariter,ſi ipſi parebimus:& Letheũ.i.obliuionis fluuium
bene tranſibimus:nullaq; macula aĩam inficiemus.Quãobrẽ ſi meis ſermonibus obtẽperabimus,i
mortalẽ fore aĩam arbitrãtes,taleq; vt & mala poſſit & bona oĩa ſuſtinere:viam ſemꝑ ad ſupiora du
centẽ ſeq̃mur:iuſtitiãq; cũ prudẽtia omni rõne colemus. Vt & nobis ipſi ſimus,& diis amici:dum
hanc ducim⁹ vitam:& poſtq̃ virtutis ꝑmia reportauerimus,tanq̃ potiti victoria & triumphis: &
hic,& in millenario annorum itinere,qđ enarrauimus,nos feliciter habeamus.

COMPENDIVM MARSILII FICINI IN TIMAEVM.
DE SVBIECTO LIBRI. CAP. I.

QVEMADMODVM in Parmenide cūcta diuinoꝝ gñā ꝑ viribus cōpꝛhendit ſic oīa in Timæo cōplectiť naturalia: & vtrobiq; plurimū Pythagoricus eſt, ſub ꝑſona Pythagorica diſputās. Atq; in Parmenide qdē, Parmenidē & Zenonē Eleates Pythagoricos, q de diuinis ſcripſerāt, imitať. In Timæo aūt, Timæū Locrū Pythagoricū, q librū de vniuerſi natura cōpoſuit, ſequiť. Ita tñ, vt his nō eloquētiā ſolū adiūgat: ſed myſteria. Quoniam vero diuina qdē naturaliū principia & exēplaria ſunt: naturalia vero diuinoꝝ effectus, atq; imagines: iccirco & in Parmenide dū de diuinis agit, interim deſcēdit ad naturalia: & in Timæo naturā tractās, ſurgit ſępius in diuina. Neq; iniuria diuinitatem ſil' naturāq; copulat. Natura eñ diuinitatis eſt īſtrumētū. Atq; ita vel de naturalib⁹ agit diuine, quēadmodū Ariſtoteles: vel de diuinis naturaliter agit. Interſerit quoq; mathematica tanq̄ vtrorūq; media, diuinoꝝ. ſ. atq; naturaliū. Quę videlicet ꝑ numeros qdē diuina, ꝑ mēſuras vero ſignificēt naturalia. Sit ergo huius libri ſubiectū ipſa vniuerſi natura. i. ſeminaria q̄dā & viuifica virt⁹ toti infuſa mūdo, aīæ qdem mūdanę ſubdita, materiæ vero ꝑſidens, eodēq; ordine ſingula patiēs, quo & aīa ipſa concepit, tā diuinā ſuſpiciēs mentē, q̄ appetens bonum.

De Ordine Libri & partibus eius. Cap. II.

PAtebit aūt, naturā vniuerſi ipſumq; vniuerſum nō ex ſe qdē cōſiſtere, ſed ex ſupiori diuinaq; cauſa depēdere. Patebit inſup quot in gradus natura diſtribuať, cęleſtes, elementales, ſimplices, cōpoſitos, rōnales, rōne carētes. Patebit totā ſub luna gñationē ad aīal rationale quaſi finē dñmq; referri. Multa ꝑterea de hoc ipſo aīali, tū ad aīam, tū ad corpus ſpectātia tractabunť. Multa quoq; de reb⁹ q̄ a natura infra rōnale aīal cōponunť. Et vt ſummatim dicā, de triplici mūdo tractabiť: ſcilicet de diuino cęleſtiq; & hūano. Oſtēdeť quoq; oīm q̄ in mūdo cōponunť ipſiuſq; mundi, duo qdē ꝑcipua intrinſecus elemēta eſſe. ſ. materiā atq; formā: tria vero extrinſecus eſſe principia. ſ. efficiētē mūdi cām, & exēplarē, atq; finalē. Et efficientē qdē eſſe diuinā potētiā, & intelligētiā, atq; volūtatē: Exemplarē vero ideas intelligētia diuina conceptas: Finalem deniq; bonum.

De Introductione ad Dialogum. Cap. III.

CAeterū vt ad ipſam diſpoſitionē dialogi veniamus, Plato qnq; cōtinuos diſputationibus deſtinauerat dies. In primo qdē Socrates in Piręo vna cū Polemarcho, Glaucone, Adimāto, Thraſimacho Sophiſta de repub. diſputauit. Scdo vero die in vrbe recēſuit eadem Timęo & Critię atq; Hermocrati, & quarto cuidā abſq; nomine peregrino, forſan Timæi comiti. Tertio die hoꝝ epilogū faciūt. Quo q̄ſi exordio mox facto Timæus diſputauit de natura, ꝑſentibus tribus Socrate, Critia, Hermocrate. Quartus eñ qui abſq; nomine ſecundæ interfuit narrationi, iam abeſt a tertia. nō eñ cuiuſlibet eſt, ſecretioribus īterēſſe. Quarto aūt die orationem habuit Critias. Quintus deniq; nondū dies illuxit. Cōmode admodū poſt diuinæ apud hoīes reipublicæ tū diſpoſitionē, tum epilogum ad cæleſtem rēpublicā huius exemplar in Timęo acceſſit ab ipſo deo cōpoſitam: deinde ad mundi generiſq; humani antiquitatem, & res miras a veteribus ſtrenue geſtas.

Allegoria hiſtoriæ quæ narratur in prologo. Cap. IIII.

NArrat aūt inter dialogi huius exordia hiſtoriā de bello quondā inter Athenienſes Atlāticoſq; cōmiſſo. Hāc vtiq; Crāter tempore primus Platonis interpres nudā abſq; allegoria hiſtoriā accipit. Quidā vero cōtra, tanq̄ ſolā allegoriā. Sed hos redarguūt ꝓbatiſſimi qq; Platonicoꝝ: affirmātes qdem hiſtoriā: qa Plato dixerit: Sermo futurus eſt valde mirabilis, ſed oīno verus. Senſum præterea Platoni nihil vſq̄ temere molienti allegoricū exiſtimāt adhibēdū. Bellū igitur illud inter Athenienſes atq; Atlāticos imaginē præ ſe ferre putāt oppoſitionū quæ in vniuerſo ſunt oīm. Bellum eñ. i. oppoſitionē apd Heraclitū eſſe oīm patrem. Amelius qdem oppoſitionē adducit inter firmamētū, atq; planetas: præſertim qm̄ in Critia diciť Atlanticā inſulam in ſeptem circulos fuiſſe diuiſam. Origenes vero oppoſitionē ſupioꝝ dęmonū ad inferiores, atq; victoriā: illis potētia, his numero excedētibus. Numenius aūt diſſenſionē excellētiū aīarū ſequētiū Palladem aduerſus alias aīas generationē ſub Neptuno ſequētes. Porphyrius pugnā inter dęmones deducētes in generationē, & aīas ad ſupa cōtēdētes. Diſtīguit tripliciter dæmones: alios eē diuinos: alios eē ſecundū habitudinē quandā: quoꝝ numerū pticulares īpleāt aīæ ſortē nactæ dæmonicā: alios eē malos & noxios aīabus. Hos igiť dęmones infimos cōflictare cū aīabus in aſcēſu ſemper, atq; deſcenſu: ꝑſertim occidentales dæmones. nā eā ab ægyptiis plagā noxiis accommodari dæmonibus. Proinde Iamblichus, Syrianus, Proculus his addūt oppoſitionē ipſam in vniuerſis vigentē ꝑpetuo, īter vnū & multitudinē: terminū & īfinitatē: idē & alterū: ſtatū & motū: ex qbus ſub prīo oīa cōponunť. Itē ens, aut ꝑ ſe, aut non ꝑ ſe, Rurſus eſſentia vel īcorporea vel corporea, & incorporea qdē vel non de

clinat ad corpora,vel declinat. Corporea vero vel nõ caduca vt cęleſtis:vel caduca vt elementalis. Deniq; in cælo quidẽ oppoſiti īter ſe motus,& diuerſæ virtutes.Sub cælo aũt repugnãtes inter ſe q̃litates.Summatim vero horũ oĩm diſcrepãtia ꝑ antiquũ illud bellũ ſignificat̃:& vbiq; ſupiora ꝓſtantioraq; ꝑ Athenienſes,alia per occidẽtales ſignificant̃.Eiuſmodi vero allegoria diſputationi Timæi nõ mediocriter conuenit.Confirmat̃ etiã per ea quæ in Critiam commentamur.

Caſus Phaethontis.Diluuia. Incendia.Mineruæ deſcriptio. Cap.V.

HIc iterũ te admoneo,vt memineris nouẽ annorũ milia ab Eudoxo milia mẽſiũ cõputari.Itẽ Phaethontẽ Solis filiũ fulminatũ exuſſiſſe terrã,ſignificare apud quoſdã vaſtã cometã naturã ſolarẽ rãdẽ diſſolutã intolerabiles ęſtus cõcitauiſſe.Forte etiã incẽdia q̃ narrat Moyſes miſſa diuinitꝰ.Vbi vero ad diluuia peruenit,memẽto ignẽ quidẽ oĩm efficaciſſimũ eſſe : aquã vero efficaciorẽ eẽ terra,& patibilẽ minꝰ aere.Itẽ ignẽ diuidere potẽter atq; penetrare:aquã vndiq; valde ꝑcutere.Ideo ꝑ duo hęc elemẽta vaſtiores calamitates accidere.Adde & finalẽ cãm:qa videlicet ꝑ exitiũ factũ ab his duobꝰ,ſequit̃ maiꝰ bonũ,id eſt fœcũdior rerũ regñatio,q̃ pacris peſtes terręq; hiatus.Ideo ꝓuidẽtiã ad ampliſſimũ exitiũ his duobꝰ ꝓcipue vti.Cui ſic rotæ cæleſtes inde recte obtẽperãt:vt qbus tẽporum interuallis exitiũ immo reformationẽ fore deꝰ inſtituit,iiſdem planetę oẽs ad aſtra vel ignea vel aquea ſtellis quoq; fixis ad idẽ cõducẽtibꝰ rite cõcurrant.Memineris pręterea Neptunũ qdẽ ꝓuidẽtiã naturalẽ,Palladẽ vero ꝓuidentiã intellectualẽ ſignificare:atq; hãc ipſam Palladẽ a Platonicis deſcribi,diuinitatẽ ſapienter ſimul atq; potẽter tũ cæleſtia exornãtẽ,tũ q̃ ſub cęlo fiũt ędificãtẽ:inter aſtra Arieti ꝓcipue ꝓſidẽtẽ: & ęquinoctialis circuli ducẽ:vbi potiſſimũ vigere putãt motricẽ vniuerſi virtutẽ.Mãdabis memorię aureũ epigrãma:qd Proculus in Aegyptiorũ hiſtoriis legit Minerue templis inſcriptũ.Ego ſum q̃ ſunt,q̃ erũt,& q̃ fuerũt.Velum meum reuelauit nemo.Quem ego fructum peperi,ſol eſt natus.

Præcepta de Votis & precibus electiſſima. Cap.VI.

VBi vero Plato ad deũ ꝑuenit ſuppliciter adorãdũ:audi Porphyriũ diuinas ſupplicatiões ita ꝓbãtẽ.Cũ deus nobis ꝓuideat,ac res noſtrę poſſint aliter ſe habere,certe ꝓ rerũ nr̃arũ vſu vtiliter adoramꝰ:videlicet ſi boni ſimus.ſic enĩ vtpote ſiles facti deo ꝓpius coniũgemur.In q̃ quidẽ cõiũctione adorationis vis tota cõſiſtit.Nẽpe cũ dei filii ſimꝰ:ſed ab eo quaſi in exilio & carcere ſegregati:ſuppliciter adorare decet,quo hinc liberati reuertamur ad patrẽ.Alioquin ſiles eorũ erimus,q̃ parẽtũ patrocinio ſunt orbati.Profecto cũ vniuerſi ꝑtes ſimꝰ,vniuerſo ꝓculdubio indigemus.Ipſa enĩ ad totũ cõuerſio ꝑtibus ſalutẽ ꝓſtat.Siue igit̃ virtutẽ ſectaris adorãdus eſt tibi q totã virtutẽ cõtinet.Ipſum nãq; amare bonũ,cã erit & tibi eius qd̃ tibi expedit boni.Siue corporeũ optas bonũ,extat ĩ vniuerſo virtꝰ oĩa cõtinẽs corpora.Inde igit̃ ꝑuenire neceſſe eſt ꝑtibꝰ qbuſcũq; ſalutẽ.Cõptũ vero habemꝰ excellẽtiſſimos quoſq; apd̃ oẽs gẽtes ſapiẽtia viros diuinis potiſſimũ votis incubuiſſe:ꝓcipue Indorũ Brachmanas:Perſarũ magos:Gręcorũ theologos. Chaldęos aũt,& aliđ qddã adorauiſſe.Ipſam enĩ ſuperorũ virtutẽ appellãtes deũ,vno hoc noĩe venerati ſunt.Hęc Porphyriꝰ.Poſt hũc diſcipulũ eiꝰ diuinũ Iamblichũ audiamꝰ hac in re in primis a Proculo cõprobatũ.Oĩa ex deo ita ſunt,vt nuſq̃ vel minima q̃q; deſerant̃ a deo.Vbiq; enĩ diuĩa viget vnitas:ꝑ quã res quęq; cõſiſtũt:ac ꝑpetuo quodã ĩtimoq; circulo ad deũ ipſm a quo & ĩ quo ſũt mirabiliter reuoluunt̃.aliogn in nihilũ repẽte ꝓruerent.Ab vnitate diuĩa oĩa ꝓdeũt:ꝓdeũtiaq; vnitatẽ quãdã ipſis impſſam retinent diuinę vnitatis imaginẽ:q̃ & reuocant̃ in illã,& reuocata ꝑficiũt̃. Hęc ipſa aĩas rapit ad vota,qbꝰ vnio cũ deo nobis penitꝰ ĩpleat̃. Qꝫ ſi natura ex deo manãs quaſdã rebꝰ qbuſdã cõueniẽtes cũ ſuperis ꝓprietates inſeruit,ꝑ quas quodãmõ ad ſupos ſeſe vertant,ceu ad ſolẽ ſolaria,ad lunã vero lunaria,multo magis aĩarũ pater rapiẽtes ad ſe vires eis impſſit.Quę quidẽ in primis in diuina q̃dã vnitate intellectu ſupiore,necnõ ĩ ipſa intellectuali reflexione fitæ videt̃. Ipſam vero nr̃am in deũ reſtitutionẽ adoratio ſupplex hic orta abſolute cõſũmat:diuinã in nos beniuolentiã naturali trahẽs cõgruitate:copulãs adoratores cũ adorato:coaptãs ſuporũ intelligentię voluntatiũ ꝑtes:mouẽs volũtatẽ eorũ q bona in ſe oĩa cõplectunt̃,ad bona nobis ad votũ ĩpartiẽda,diuinę ꝑſuaſionis effectrix,nr̃a oĩa in ſuperorũ ſtabiliens firmitate.Ad voti vero ꝑfectionẽ qnq; ꝓcipua ꝑtinent.Primũ qdẽ eſt notio q̃dã eiꝰ qd̃ adorãdũ eſt,& q̃ rõne colẽdũ.Scd̃m vero aſſimilatio q̃dã vitę noſtrę ad diuinã vitã puritate,caſtitate,ſanctimonia,diſciplina,ordĩe,ꝑficiſcẽs,diuinãq; captãs beniuolentiã:& aĩas diuinę largitioni ſubiiciẽs. Tertiũ eſt cõtactꝰ aliqs:ꝑ quẽ eſſentiã diuinã ferme iã attingimꝰ:& in ipſam ſummitate q̃dã aĩæ vergimꝰ.Quartum ĩgreſſio q̃dam in luminis diuini veſtibulũ.Quintũ deniq; vnio,vnitatẽ aĩæ ꝓpriã diuinę vnitati inſinuãs penitꝰ & cõnectẽs: vnãq; iã actionẽ eãdẽq; aĩę deiq; cõflãs:adeo vt nec vltra noſtri iuris:ſed dei ſimꝰ:ſplẽdore obruti & circũfuſi diuino.Huiꝰ aũt adorationis q̃ abſq; ĩtermiſſiõe agẽda eſt,ſupmus eſt finis,vt videlicet cõuerſionẽ aĩæ cũ ipſa ꝑmanſiõe cõiũgat:& qcqd a diuĩa vnitate ꝓceſſit,rurſus eidẽ firmiter reſtituat vnitati

lumĕq; noſtrũ ſuꝑno lumine circũfundat.Sola igiť adoratio recta aĩas beatę reddit patrię.Sola ſanctimonia eſt plena virtꝰ.Solus vir bonꝰ,vt Plato ſcribit i legibꝰ,deũ decẽter feliciterq; ꝓcať. Sola cũ ſuperis cõſuetudo beatos facit.Ab hac flagitioſi oĩno ſunt alieni:& tanq̃ ꝓfani a votis & ſacrificiis ſegregãdi.Puri vero decẽter ad ſupplicãdũ accedũt,ducẽtes videlicet ſecũ tres ꝓcipue comites,fidẽ veritatẽ,& charitatẽ.qbꝰ ſtipati ſpẽ bonoꝝ cõcipiãt firmã,atq; extra cętera ſeq; ipſos poſiti diuinæ ſeipſos luci ꝓrſus ĩmergãt.Fruſtra ei deũ q̃ritat,q nõ adhibet ſe ſolũ ſoli,ĩmobilẽq; ſtabili,& ſimplicẽ ſimpliciſſimo.Quẽadmodũ eñ nõ poſſumꝰ enti ꝑ nõ ens cõiũgi:ſic neq; vnitati ꝑ mltitudinẽ:& ſtabilitati ꝑ motum:& ſimplicitati ꝑ mixtionem:ſed relabimur potius in oppoſitum.Hęc Iãblichꝰ atq; Proculus.His addit magnus Theodorus.Siquis naturas rerũ diligentius explorauerit,inueniet rũ non animas tm̃ atq; mentes,ſed quodãmodo omnia excepto primo adorare atq; vouere.

Mundum habere ſupra ſe tres cauſas:ac dependere a cauſa incorporea. Cap.VII.

POſt hæc aũt actis ꝓcibus Timæus,q̃a mũdũ exiſtimat eſſe factũ,ideoq; ab alio factũ,triplicẽ eiꝰ cãm ꝑſcrutať.Primo qdẽ efficiẽtẽ.i.diuinã mẽtẽ:ſcḋo exẽplarẽ.i.idearũ ſeriẽ diuina mẽte cõceptã:tertio finalẽ.i.bonũ.Mũdũ vero eẽ ab alio ex eo indicat,q̃ & ſi ꝓ natura corporea ꝑfectiſſimus eſt,tñ ꝓ abſoluta natura nõ eſt oĩno ꝑfectꝰ:cũ ꝓpter materiã patiať informia vł deformia:ꝓpter dimẽſionẽ ſubeat virtutis defectũ,diuiſionẽq; expectet,ſi diuiſor acceſſerit:propter cõpoſitionẽ diſſolutiõi ſit obnoxiꝰ:ob ꝑtiũ repugnãtiã machineť malũ:ob motũ indigẽtiã ꝑ ſe ferat & priuationẽ patiať admixtã:deniq; ob ipm ex diuerſis congreſſũ vno quodã ſupiore indigeat cõnectẽte:qui ꝑfectiſſime ſit,q̃m ex ſeipſo ſit:quẽadmodũ mũdus q̃a nõ eſt ꝑfectiſſime,cognoſciť ex ſe ipſo nõ eſſe. Oĩno aũt oĩa rerũ cõpoſitarũ gñ͂a reduciť ad aliqd qḋ in eo gñe nõ eſt cõpoſitũ:ſicut dimẽſiones ad ſignũ,qḋ ex dimenſionibꝰ nõ cõponiť:numeri ad vnitatẽ,q̃ nõ fit ex numeris:elemẽta ad id qḋ ex elemẽtis nõ miſceť:ergo & entiũ vniuerſus ordo ad ens,qḋ nõ cõſtat ex entibꝰ.Id aũt erit ſubſtãtia accñtibꝰ nullis admixta. Igiť neq; quãta erit neq; qualis:ſed tota ĩpartibiliſq; ſubſtãtia.Neq; ex eo q̃ vnicũ & ſimpliciſſimum erit ſolum,minꝰ habebit,q̃ q̃ ꝑter ſubſtãtiã ſubeunt accidẽtia.Quę eñ in ſequẽtibꝰ accñtia ſunt,in ſuꝑmo debẽt eſſe ſubſtãtia:& illa qdẽ optima.Quo vero plura addideris optimo:eo coges lõgius ab ipſa optimitate diſcedere.Siqdẽ ex admixtione noua illic reſultat qualitas,atq; degenerãs.Nõ ſolum ergo hic mundus q̃a oĩno cõpoſitꝰ eſt,ſed etiã ſiqs eſt ſupior,& tñ aliquo pacto cõpoſitꝰ,a ſupiori ſimplicitate depẽdet.Quę etiã ſup ęternitatẽ extat. a qua & in diuinis mentibꝰ integra fit ęternitas:& in aĩabus rõnalibꝰ ęternitas mixta tp̃i:& ĩ mundi ſphęris ſempiternitas tp̃alis.In his aũt q̃ ſphęrarum motu virtuteq; fiunt,quædam portio temporis.Quæ igitur ſuper animam cogitanť,ſemꝑ quidem ſunt,& nunq̃ fiunt.Ipſa vero & eſt & fit ſemꝑ.Mũdus eſt qdẽ nunq̃,ſed fit ſemꝑ.Quę in mũdo gignunť:ſunt quoq; nunq̃,ſed aliqñ fiũt.Fieri qdẽ dicimus tp̃e tranſigi.Q̃m vero ꝑpetuo motu tp̃eq; pagiť mũdus,iõ ſemꝑ fieri iudicať.Quatenus vero fit:nõdũ eſt.itaq; diciť eſſe nunq̃.ꝑinde ac ſi in torrẽte iugiter fiat reſtituaturq; imago mõtis,ſemꝑ qdẽ in ipſo fieri ducta,nunq̃ in eſſe cõſiſtẽs.Id vero ĩter aĩam & mundum differre Platonici putãt:q̃ cælum nõ mõ ꝑ actionẽ:ſed etiã ꝑ eſſentiã cõtinue fiat.Aĩa vero ꝑ actionẽ qdẽ fiat ꝑ eſſentiã vero ſit potiꝰ a deo,q̃ fiat a deo:& q̃m eſſentia ĩpartibilis eſt,habeat vim quãdã ſuiipſius quodãmõ ꝓductricẽ:ꝑ quã edat in ſeipſa vitã ꝓpriã atq; motum:Cęlum vero vndiq; pẽdeat aliunde.Sũmatim quẽadmodũ ab eodẽ ſcopulo inter ſtagnũ torrẽtẽq; ſito aſſidue ĩ ſtagno qdẽ eſt,in torrẽte vero fit imago:& euaneſcẽs iugiter recreať:ſic a deo ſꝑ pendet vtrũq;,ſed aliter atq; aliter.Nã ab ipſo anima qdem ſemꝑ eſt,mundus vero fit ſemper.Sed ab alio principio rurſus exordiamur.

Ipſum bonũ eſt oĩm cã magis q̃ ſequẽtes cauſæ:nec vllã habet cũ cęteris ꝓportionem. Ca.VIII.

VNiuerſũ hoc a ſummo deo habere oĩa,& actionẽ & virtutẽ pariter,& eẽntiã Platonici oẽs abſq; cõtrouerſia cõfitenť.Id eĩ a Platone ex oĩbꝰ eiꝰ libris accipiũt.Audiũt & idẽ ĩ epiſtolis cõfirmãtẽ.Vbi ꝑfecto ingẽti cũ myſterio tertios effectꝰ in cãm tertiã,ſcḋos retulit ĩ ſecũdã:cũctos vero in vnã oĩm cãm.Neq; dixit primos effectꝰ in primã cãm reducẽdos:ne ꝓnunciãdo dũtaxat primos,ſuſpicaremur eos ſolos a deo pẽdere:neue deũ noĩando cãm primã, ſuſpicaremur ipm & cũ cęteris cauſis in quodã gñe cõuenire,& cũ effectibꝰ in q̃dã dñ͂ationis ꝓprietate cõgruere.Itaq; cuncta ab ipſo ꝓcedere ſiľ oñdit:& ipm interea ab oĩ ꝓcedẽtiũ cõmunione eſſe penitus abſolutũ.Idq; ob abſolutã ſimplicitatẽ noĩat ipm vnum:ob exuberãtẽ vero bñficẽtiã,ꝑ quã & tanq̃ principium ꝓducẽdo efficit oĩa,& tanq̃ finis eadẽ ꝑficit reducẽdo,noĩat ipm bonũ.Putat autẽ q̃cũq; fiunt,magis ab ipſo q̃ a cęteris cauſis dependere.Siqdẽ ipm in quouis ope & priꝰ agit:& diutius & vehementiꝰ q̃ reliquę cauſę:& reliquę qcqd ſunt,eo faciẽte ſunt:& qcqd agunt,eo ducẽte agũt. Vt autem oñderet ſingula ab ipſo magis q̃ ab aliis cauſis emanare,ter replicauit ipm oĩm eſſe principium.Inquit eĩ.Circa oĩm regem oĩa.Item eiꝰ gr̃a oĩa.Rurſus ipſe oĩm cã.vt intelligeremꝰ & cuncta maxime inde oriri:& deum eſſe cunctoꝝ effectorem & exẽplar & finem.Proinde vnũ ipm, atq;

bonū eſſe ſuꝑ eſſentiā oēm & ītellectū, atq; eē cām vtriuſq;, in ſexto Reipu. atq; in Parmenide & Sophiſta euidēter oſtēdit. Cōſtat aūt idē eē vnū atq; bonū: ne ſi diuerſa ſint, duo cogant eſſe principia ſumma. Principiū ꝑfecto & ſimpliciſſimū eē debet & optimū. Nihil aūt vel vnitate ſimplici⁹, vl' melius bonitate. Neq; etiā vnitas melior bonitate, neq; bonitas vnitate ſimplicior. Vnū ergo ſunt ambo ſummuſq; deus. Idq; totū ſuꝑ eſſentiā eſſe atq; mētē, ſatis in Theologia & alibi confirmauimus.

De dependētia Materię ab ipſo bono: & de actione mentis & animæ in materiam: & de mundo intelligibili. Cap. IX.

AB hoc vtiq; vno bonoq; ſuꝑ oēm eſſentiā eminēte Plato in Parmenide & Sophiſta oēs entiū deducit gradus: tū eoꝝ quæ vere ſunt. i. formarū ſeparatarū: tū eoꝝ q̄ nō vere ſunt. i. formarū materię inhęrētiū: tū infimū materię gradū. Qui vſqueadeo nō vere eſt, vt ꝓximus ei ſit, qđ fingit iā vere nō eē. Hāc vtiq; materiā in Parmenide ab ipſo bono in vltimo rerū gradu deductā, accipit in Timęo quaſi iā genitā: & architecto mūdi ad effectū mūdani opis ſubditā. Sed nūqd de⁹ mundi auctor, idē & materię eſt effector? Reſpōdebit hic Ammonii & Origenis ſchola eundē eſſe. Et in Parmenide qdē tractari, quēadmodū materia eſſe a deo accipit: in Timęo vero, q̄ rōne ab eodē accipit bn̄ eſſe: pri⁹ aūt quodāmodo eſſe q̄ bn̄ eſſe excogitari. Rn̄debit aliter cōis Platonicorū ſchola: nō eūdē eſſe deū, q materiā facit: & q format ꝓxime. Immo materiā a ſummo qdē bono eē ſe: ab intellectu vero formari: ab aīa poſtremo moueri. Immo vero oīa hæc a primo: ſed eſſe a primo tm̄. Formari a primo ꝑ intellectū: moueri, & mouēdo formari mobiliter, a primo ꝑ intellectū ſil' & aīam. Perinde ac ſi fingamus figulū quēdā, q manu ꝓpria lutū faciat, factū ꝑ rotā formet: formādo ligneo quodā diſtinguat pectine atq; figuret. Nemo vtiq; dixerit vas a pectine atq; rota magis fieri q̄ a figulo: q̄uis a figulo ꝑ rotā fiat & pectē. Vniuerſum hoc ſīliter ab ipſo bono iudicāt ꝑ ītellectū quēdā diuinū aīamq; vniuerſi ꝓcedere. Merito ab ipſo vno mūdum ꝓxime fieri maxime vnū, ab ipſo bono maxime bonū. At qm̄ viſibilis hic mūd⁹ ob multiplicē ꝑtiū diſtātiā, qualitatū repugnātiā, effectuū diuerſitatē, materialiū deformitatē, neq; maxīe vnus eſt, neq; maxīe bon⁹, iō aīi hūc exiſtimāt ab ipa vnitate bonitateq; diuina mūdū alterū ꝓxime emanare: & ꝓut natura patiꝫ q̄ ſimillimū: nō viſibilē qdē: ſed ītelligibilē, intellectualēq;, exēplaria oīm q̄ in hoc gignunꝫ hn̄tē. Quē qdē diuinū intellectū, nominā̄t nō ipm bonū, ſed optimū boni filiū. Quē ſi vni⁹ cū prio ſubſtātię eē intelligam⁹, Platonē chriſtianæ theologiæ magis cōciliabim⁹. Sed cęteri Platonis interp̄tes reclamabūt.

Sol, lux, lumē, ſplēdor, calor, generatio, ſimiliter vnitas, bonitas, intellectus, aīa, natura, corpus mundi, imago mundorum ſuperiorum. Cap. X.

MAneat ergo chriſtiana & Moſaica veritas. Ac interim, ſi plurib⁹ placet interpretū, forſan fuerit hęc vel Platonis opinio, vel Pythagorę: Intelligibilē mūdū inter viſibilem, atq; ipm bonum eſſe medium: imaginē qdem boni, exēplar vero corporei mundi: ita a bono pendētem, ſicut lumen extra ſolem a luce intra ſolem. Præterea producentem ex ſe ꝓxime mundi aīam ſicut & lumen fundit ex ſe ſplendorē: ꝑq; aīam ſingula quotidie generantē, ſicut ſplendor per calorem corporea gignit. Quēadmodū igitur ſex hi gradus ordine diſponunꝫ: Primo quidē ipſa ſolis ſubſtantia: deinde lux ſubſtātialis & intima: Tertio lumen inde manās: Quarto ſplendor reſultans ex lumine: Quinto calor ſplendore ſuccenſus: Sexto generatio caloris flagrantia coaleſcens: Ita ſex alii digeranꝫ. Primo qdem vnitas, deinde bonitas: neq; tn̄ re ipſa duo hęc, ſed rōne quodāmō diſtinguanꝫ. eadē nāq; diuinitas: & quia oīa ſupeminet, vnitas: & qa per oīa rurſus exuberat, bonitas appelletur. Hanc vtiq; exuberandi virtutē Plato ī ſexto de Repu. Ideā appellat boni. In epiſtolis vero bonorum. boni quidē. i. ſuiipſius, bonoꝝ quoq; q̄ ab ipſo ꝓficiſcunꝫ. Tertio in gradu ponaꝫ diuina q̄dam mens quaſi lumen de luce manans, multiformeſq;, vt ita loquar, ideas in ſe concipiens ſimplici quodā ſupnę lucis ideæq; vnius diuinæ fomēto: nō aliter q̄ in lumine multi iam radii ex vno lucis radio deriuātur. Non ſolū vero in hac mēte rerū cōprehēduntur ideæ quaſi fonte: ſed & ad hāc multi mētiū reducunꝫ exercitus quaſi ducē: ab eadē videlicet diuina luce a qua & ipſa ęque ꝓſilientes. Totū vero id genus mundus ſuperior nominaꝫ: ſed quātū ad mētes ſpectat ſequētes, ītellectualis mūdus: quātū vero ad ducē, intelligibilis. Sed ipſa quoq; mens dux mētiū, partim qdem intellectus, ꝑtim intelligibile nominaꝫ. Intellectus qdem, qua rationibus rerū diſcernēdis incūbit. Intelligibile vero, qua rationes eiuſmodi i ſuis cōtinenꝫ ideis. Idea deniq; boni nō mō ſuper intellectū: ſed etiam ſuꝑ intelligibile regnat. Poſt archetypū hunc mundum quarto gradu ſequaꝫ corporei mūdi anima: Mundus iam rationalis ex intellectuali mundo progenitus, quaſi ſplēdor ex lumine. Et ſicut ſplendor iam motui ꝑmiſcetur, ſic anima imobilium idearū rationes mobili quodam pacto attingit, atq; percurrit. Quintus huic ſuccedat gradus, ipſa videlicet natura rerum, mūdus iam ſeminarius, ex rationali animæ mundo, quaſi calor ſplendore reſultans. Sexto tandem gradu mundus hic corporeus collocaꝫ, ex ſeminario ita proxime ductus, ſicut rerum generatio ex calore. At ſi cæteris

omiſſis aptius cõparare volueris,cogitabis in architecto quodã ſapiẽtiſſimo vim prio bonitatemq; naturalem.Deinde geometricũ cõtẽplatoremq; intellectũ:cõmunes rõnes mẽſurarũ hñtẽ.Tertio rationem,vt aiũt,practicã iam ꝑrationes ipſas de artificio cõſultantẽ.Quarto imaginationem figuras iã & modos cõducẽtes operi effingentem.Quinto affectum.Sexto mouendi virtutem.In eiuſmodi vero comparationibus videbis effectus multo magis ab antecedentibus fieri ꝙ̃ ſequentibus.

Singuli ordines ad ſingula capita reducunť:vniuerſus ordo ad vniuerſale caput:a quo oĩa cõponuntur ex actu & potentia. Cap.XI.

NEq; vero latere nos debet propria rerũ genera ad capita ꝓpria,vniuerſum genus ad vniuerſum caput oportere referri.Cuncta eñ mundi corpora ad corpus vnum:Naturę oẽs ad vnã quoq; naturã:Animæ ad aiam:Mentes ad mẽtẽ:ad bonum deniq; bona. & quia bona,ideo cuncta.Sic vtiq; oĩa cõuerſione quadã naturali bonũ appetũt tanꝙ̃ finem:quĩ ab ipſo bono,cõmuni quadam ꝓceſſione tanꝙ̃ principio prouenerunt:atq; adeo cuncta ipſum appetunt,vt materia infima appetat appetitu non infimo.Perpetuo ſiquidem in omnibus generãdis ad ipſam boni vergit ſimilitudinẽ:vt appareat hanc a bono pendere.A bono inquã poti⁹,ꝙ̃a mẽte. Quippe cũ mentis actio ꝗ per formas fit ideales,termineť ad formas.Actio vero boni,vtpote ampliſſima,vltra formas deſcendat etiã in materiã,efficiatq; bonorꝫ auidã & capacẽ.Sed quã nunc voco materiã,Plato in Philebo latiori noĩe infinitudinẽ nũcupat:dicens ipm̃ bonũ proxime infinitudinẽ ac terminum peperiſſe:ſtatimq; inuicem miſcuiſſe,atq; ex hac mixtione cuncta compoſuiſſe.i. ex potentia quadam formabili & accedente forma.Potentiã eñ formabilem quaſi ex ſe nondũ definitã nec ꝑfectã vocat infinitudinẽ.Formã vero huic adhibitã nominat terminum:ꝙ videlicet indefinitã potentiã definiat:& in ſpecie iã optata ꝑficiat.Ex his ergo duobus & intelligibilem mundũ ꝓrime a deo volunt eſſe conflatum:& ſenſibilẽ deinde ab intelligibili ex eiſdẽ vel ſimilibus cõſtitutum.Ita vt intellectus ille ꝓrimus mundi viſibilis architectus,materiã acceperit ab ipſo bono quodãmodo ſpiritalẽ:ſed iãiã ſub ſe in dimenſionem molis degenerantẽ informẽq; & vacuã:ac ſi forſan ex ſe moueať,abſq; ordĩe nutaturã:ſed ꝑ idearum ordinem ab eodem bono ſuſceptum,formauerit eam,redegeritq; in ordinem,anteꝙ̃ extra ordinem vagareť.Pręſertim cũ aiam ipſi rõnalẽ in primis infuderit,motionis ordinatiſſimę dominã.Nõ ſolũ vero materiã ꝑ ſe informẽ fore:ſed aiam quoq; fore informẽ inquit,niſi deus vtrãq; formet.Qđ vero eſt in materia corporalis ſpecies,id ratio eſt intelligentiaq; in anima:qua ſi caruerit,materiã iordinate mouebit.Quo aũt id exprimeret,materiã conſiderauit in formã & animã irrationalem:viditq; motum inde ſine ordine ꝓuenturum.

Materiã non fuiſſe inordinatam ante mũdũ tempore:ſed quadam ordinis ratione. Cap.XII.

EX his oĩbus colligere poſſum⁹ materiã nõ eſſe ęqualẽ mũdi fabro:nõ eſſe ante mũdũ vllo tp̃is interuallo,licet origine quadã & ordine:nõ iactari iordinate añ ordinẽ:ſed erraturã fuiſſe ꝓcul ab ordine,quãtũ in ſe eſt,niſi ſtatim deſup ordinata fuiſſet.At ne quis hũc loquẽdi modũ iprobet in Platone fingẽte materiã añ mũdũ inordinate iactatã,audiat & Moyſem añ mũdi diſtinctionẽ dicentẽ terrã fuiſſe inanẽ & icõpoſitã,& ſup faciẽ abyſſi tenebras extitiſſe.Mitto in ꝑſentia poeticũ chaos.Adducere iuuat i mediũ Philonẽ Iudęũ ſimilibus verbis Moyſis geneſim exponẽtẽ.Siquis cauſam quare vniuerſum hoc creatũ ſit velit exquirere,nõ errabit meo iudicio,ſi id exiſtimabit qđ quidã ex veteribus ꝓtulit:bonum eſſe creatorem ipſum,& genitorẽ,& auctorem vniuerſi:& bonitatis ſuę gr̃a nulli ſubſtãtię inuidiſſe:ꝗ ſua natura nihil boni haberet:& tñ fieri oĩa poſſet.Erat eñ ſua ipſius natura iordinata,informis,inanimata,omnino varia,incõgrua,incõcinna,incõſtãs:apta ꝗ in cõtraria mutareť:& optimarum rerũ rõnẽ ſuſciperet,formæ videlicet,aiationis,ſimilitudinis,cõgruitatis,cõcinnitatis:oĩm deniq; rerũ ideæ melioris.Itẽ in ſcđo eiuſdem libri volumine.Cũ,inqt,creator ſubſtãtiã iordinatã & natura ſua confuſam in ordinem ex inordinatione:& in diſcretionẽ ex cõfuſione traductã formare cœpiſſet:Terrã atq; aquã medio loco firmauit. Hæc Philo.Proinde ſi gradus rerũ ſex in ſupiorib⁹ adductos cõſideraueris,ꝑſpicies forte ꝙ̃ ſimilis ſit Plato Moyſi,ſex diebus mundi geneſim abſoluenti:ꝙ̃ ſimilis & Pythagoras,ꝓbãs ſenariũ numerum geneſi nuptiiſq; prorſus accommodari.vnde & Gamon apppellat:propterea ꝙ partes ſuæ iuxta poſitæ ipſum gignant,ſimilemq; reddãt genitum genitori.

Duplex opinio de origine mundi. Cap.XIII.

SI quis interroget nunquid apud Platonem mundus fuerit ſempiternus:Reſpondeo equidem interpretibus Seuero,& Attico,& Plutarcho,aliiſq; vt Proculus narrat multis,non fuiſſe ſemper.Sed interpretantibus Crantore:Plotino:Porphyrio:Iamblicho:Proculo & pleriſq; aliis:ſemper quidem fuiſſe:& fuiſſe ſemper a Deo,immo fluxiſſe.Deum enim ſemper eſſe aiunt.Mundum vero fieri ſemper:& fluere.Ac ſi initio temporis carentem conſideraueris:ingenitum dici Mundum:ſin autem perpetuum a Deo eius effluxum:aſſidue genitum:

neq; minus ex deo pendere:ſi dependerit pendeatq; ſemper:q̃ ſi aliquando cœperit dependere:vel deſinat. Quemadmodum lumen non minus a ſole ducit originem:neq; minus ſeruit ſoli:ſi ſemper q̃ ſi aliquando profluxerit, effluatq; a ſole.

Triplex cõiectura Platõicę opiniõis de mũdo:& q̃ ſit certitudo ſuię Platõicę de mũdo. Ca. XIIII.

CAeterũ i reb⁹ Platonicis, vel cõiectura incedim⁹, vel ſcientia. Quãtũ ad cõiecturã ſpectat, ita & ipẽ loquif:& ſui diſputãt, vt opinionẽ eius de origine mũdi in tria capita colligere liceat. Aut eñ putauit materiã aliq̃ñ ex nihilo a deo creatã ſimulq; formatã tẽpore. Q̃uis in hoc opere q̃d cõponit ex materia, ſecũdũ quendã ꝓductionis ordinẽ materia ipſa prius cogitet fieri q̃ formari:& eſſe materiã prius q̃ eſſe formatã:atq; ante opus ex materia factũ materia q̃ri ſoleat ex qua fuerat opus cõficiendũ. Aut deũ materiã nõ aliq̃ñ nouã peperiſſe ſed ab æterno, ſimiliterq; ornaſſe:q̃uis inornata prius q̃ ornata fingat. ſiqdem natura ſua caret ordine:quẽ expectat ab alio. cumq; res quęlibet prius cogitet ſecundũ id q̃d eſt, q̃ ſecũdũ id q̃d accipit, merito ſeorſum ab ordine põt ipſa in ſe ordinis expers excogitari. Aut vt dixi, materiã ſemp a deo fuiſſe:atq; cõtinue:ſed nõ cõtinue ordinatã, immo ꝑ temporũ interualla:ita vt dei ſit ſtabiliter ordinare:materię vero ordinari mobiliter:accipiatq; tẽporalẽ ordinis ſui temperationẽ nõ aliter q̃ a fabro accipit horologiũ:pactiſq; ꝓ natura ſua certis tẽporũ interuallis amittat ordinẽ paulatim ac deniq; totũ:redeatq; in Chaos:ſed Deus ſubito extremã confuſionẽ minime tolerãs in priorẽ diſpoſitionem vnico nutu retemperet:idq; fiat infinite viciſſim:nũq̃ mutato Deo, ĩfinite reformata materia. Hactenus humana in Platonicis ꝓceſſerit cõiectura. Quãtũ vero habem⁹ ſcientia, affirmam⁹ Platonẽ noſtrũ affirmauiſſe Mundũ nõ ex ſe exiſtere:ſed ex cauſa:nõ ex cauſa fortuita:ſed ex certa:non ex naturali dũtaxat cauſa:ſed intellectuali:nõ ex intellectu ꝑ modum naturæ determinato:ſed poti⁹ volũtario:nõ volũtate ex naturali quodã inſtinctu cõpulſa:ſed libera. Nihil eñ magis liberũ q̃ q̃d ꝑ ſe eſt:& ꝑ ſe agit oĩno:neq; tñ cõtingente aliqua volũtate. Nihil eñ cõtingẽs, vbi idẽ eſt volũtas atq; neceſſitas. Nihil iterũ violentũ, vbi idẽ eſt viciſſim neceſſitas & volũtas. Vt aũt id aperiret, nõ minus replicauit in fabricãdo mundo voluntatis diuinę q̃ intelligentię nomẽ. Atq; addidit ipſam voluntatẽ boni eſſe ſummã cauſam:& certiſſimã cauſarum. Quam ex eo oſtendit liberam eſſe q; ſæpe ait Deum architecti more conſultauiſſe:atq; deliberauiſſe de opere cõſtruẽdo. quibus in verbis non ambigentem intelligi Deum vult:ſed libere eligentem. Proinde mundanum opus non ſemel tantũ proceſſiſſe inquit a Deo, ſed procedere ſeruariq; aſſidue. Quinetiã ſuprema mundi numina vna cum mundo ex ſeipſis diſſolubilia fore, niſi diuina voluntate regantur. Satis ergo fuerit & id quidem q̃ maximum, talia de affirmante philoſopho affirmaſſe. his eñ cõceſſis facile poteris Deum dicere quãdo prouidẽte & libera efficit volũtate, mũdũ abſq; nouitate ſui nouũ cõpoſuiſſe. Ac ſi audiueris nõ aliq̃ñ nouũ:ſed ab ęuo potius edidiſſe:poteris maieſtatẽ ſimul ſuã ſeruare Deo cuius voluntate, & hac q̃dem libera, mundus nõ minus eget:& ꝑndet ſi eget pendetq; ſemp, q̃ ſi quandoq; proceſſerit. Quoniam vero Plato ſæpe ait, eatenus de diuinis aſſeuerãdum, quatenus diuinis oraculis comprobetur:& nos ſacris literis potius q̃ coniecturis noſtris aſſentire debemus.

Mundus boni gratia procreatus ad diuinæ rationis verbiq; diuini ſimilitudinem. Cap. XV.

MVndum ergo fecit voluntate, id eſt bonitate ſua, tam voluntarie q̃ naturaliter ob immẽſam fœcunditatem exuberãte, quæ primũ quidem ſeipſa gaudet:ob idq; deinde ſua hac delectatur imagine:ita tamen, vt non in hac imagine, ſed in ipõ exemplari, atq; principio delectationis huius conſtituat finem. Quoniam igitur bonitate fecit mundum:icciro boni gratia fecit ipſum. non enim vt eſſet, viueret, intelligeret ſimpliciter, procreauit:ſed vt & bene eſſet:viueretq;:& bonũ intelligeret atq; cõpararet. Id illi Moſaico valde conſonat. Vidit deus hoc & illud eſſe bonũ:& cũcta valde bona. Et q̃a pulchritudo ſplẽdor eſt bonitatis, ideo ſubdit ab optimo Deo mũdũ eſſe pulcherrimũ ꝓcreatũ:tp̃alẽ q̃dẽ, ſed ad ęterni exẽplaris imaginẽ. Dicet & ſępe, quot ſpẽs ſunt in archetypo, id eſt principali mũdo. i. intelligibiles atq; imitabiles, totidẽ rerũ formas in hoc mundo diſpoſuiſſe:atq; ita ſibi ſimilẽ effeciſſe:vtpote q̃ intelligat ideas rerũ nõ inter nubes:vt maledici q̃dã calũniant:ſed in mundani architecti mente cõſiſtere. Vbi vero ait in ipſa vita ideas eſſe vaticinari videtur euangelicũ illud. Quod factũ eſt in ipſo vita erat. & vbi ait repetitq; ſæpe mundum diuina prouidẽtia conſtitutũ:totam confirmat religionẽ. Quod q̃dem cũ obſeruaſſet Theophraſtus tanq̃ in philoſopho mirũ:ait. Plato ſolus vel certe maxime oĩm:a diuina prouidẽtia rerũ cauſas aſſignauit. Sed o Theophraſte quacũq; id mente de Platone dicas:ꝓculdubio confiteberis Platonem ſolum vel omnium maxime prouidentem eſſe atq; diuinum.

Cur Mundus ſit vnus, & ſphæricus:& moueatur in ſphæram. Cap. XVI.

OStendit vero deinceps diuinum ipſum mundi exemplar:quod euangeliſta, ſed diuiniore ſenſu diuinum appellat verbum:eſſe vnicũ:quia quod contineat oĩa:nihil reliquat extra

ſeipſm:ideoq; ſit neceſſario vnicũ.Sed de hoc ipſo in Theologia diffuſius.Cũ aũt mũdus hic ĩ cæte-
ris quoad fieri potuit,mũdũ ĩtellectũq; diuinũ referat:adeo vt q formas ĩ hac materia cõſpicit,qua
ſi diuinũ vultũ cõtueat in ſpeculo:certe in ipſa etiã vnitate oĩm effectrice atq; ſeruatrice repſentat
illũ,vt architecti vni⁹ vnũ ſit opus.Vnus igit deí vnius eſt mũdus.Profecto ſi poſſet architect⁹.hu
manus dominari materiæ:poſtq̃ plura ędificia effeciſſet,quorũ quodlibet in ſe ſit vnũ,cuncta vno
quodã tandẽ circũuallaret:deus aũt põt oĩno,cũ ſit materiæ dñs.Neq; ſomniare licet mũdos plu-
res quaſi pilas,alios extra alios.Sic eñ diuinũ opus diſſipatũ foret:atq; inter mũdos ſpatia vacua
forẽt.Probabilius exiſtimabis ſi quot orbes fingis p vacuũ ſparſos,tot excogites ſphęras potius in-
tra ſphęras,vt q̃libet ſphęra ſit mũdus in mũdo.Vniuerſumq; opus vnũ ſit:atq; inuicẽ ordinatũ:
nihilq; vel vacuũ,vel ordinis vnioniſq; expers reperiat.Sit aũt figura mũdi ſphęrica.ſic eñ eſt ma-
xime vniformis,capax,ĩdiſſipabilis,agilis:atq; ita nec aliter põt moles ĩ mole,& ſine vacuo colloca
ri:& ſine offenſione moueri.i.ſi nõ quadrata quadratis:aut circulis:ſed orbes orbibus inſerant.De
niq; præcipua mundanæ huius ſphæræ cauſa eſt : ꝙ & orbicularis eſt diuini mundi natura:quæ
in ſeipſam intelligendo & amando reflectit.Motionis vero ſphęricæ ratio eſt tum figura ipſa quæ
motũ recipit:tum mundanæ ipſius animæ quę mouet,intima per intellectuales ſpecies reuolutio.

Cur mundus diuidatur,vel ĩ quinq;,vel in ſex plagas:& quomodo ei cõueniat ſeptenarius:&
numerus circularis:& quomõ diſtribuat ad intelligibilis mundi ſimilitudinem. Cap.XVII.

QVamobrẽ mũdanę diuiſioni nõ iniuria accõmodant numeri:in quibus radices prĩę ſunt
circulariũ numerorũ:Quinarius videlicet ex imparibus:ex paribus vero ſenarius. Dici-
mus aũt numerũ viginti quinq; ex quinario in circuli morẽ multiplicari:quoniã ab eodẽ
quodãmodo redeat in idem:dum quinquies quinq; cõputatur viginti quinq;.Item ſimili circulo
numerũ cẽtũ viginti quinq;.Quinquies eñ viginti quinq; tot cõficiũt.Eadẽ eſt ad triginta ſex,itẽ
q; ad ducentos ſexdecim,circularis ſenarii ratio.Sexies eñ ſex implet ſex atq; triginta.Item ſexies
triginta ſex ducentos implet & ſexdecim.Et ſi ſuperiores numeros ratione ortus ſui alios quadra
tos,alios oblõgos nominãt:tñ ratiõe caſus atq; finis nũcupãt circulares.Itaq; p quinariũ & ſenariũ
radices primas circulariũ numerorum,mundi corpus circulare diuidimus.Primo quidẽ in partes
quinq;.ſ.ignem cæleſtem,Ignem æthereum ſub luna,Aerem,Aquam,Terrã.Quæ quidem diuiſio
in Epinomide cõprobat.Deinde diſtribuimus per ſenarium:vbi cæleſtẽ ignẽ in nõ erraticum diui-
dimus & erraticũ.Quæ partitio a Platone frequentius vſurpat.Verum ſenſibilis mundi diſtribu-
tionem ab ipſa exemplaris ſui diſtributione cõmodius hunc in modũ more Platonico deducemus.
Excogitat quidem deus in mũdo penes ipſum intelligibili alterã quidem vim formabilem,alteram
formatricem.Illã,vt dixi,infinitudinem:hãc terminũ Pythagorici:& Platonici nominant.Excogi-
tat & mutuam harũ virium mixtionem:intelligitq; tertiam quandã ex hac mixtione formã proci
nus coaleſcere.Sed & hãc ipſam formã quaſi triplicẽ animaduertit:habere eñ nõnihil infinitudi-
nis:nõnihil & termini:nõnihil & proprii.Quo fit,vt poſt binarium numerũ:infinitatis.ſ.atq; ter-
mini:ternarius e veſtigio ſurgat:addita his tertia forma.Surgat quoq; quinarius,eiuſmodi forma
tripliciter diſtributa.Senarius deniq; naſcit,vbi mundi illius munus ad inferiora producenda por
rigit.Naſcit & ſeptenarius,vbi mundus ille velut imago refert ad patrem.In quo qdem gradu ſe-
ptimo,quaſi die ſeptimo conquieſcat.Si vero reddideris ſingula ſingulis:animaduertes corporeũ
hunc mundũ ab ipſo ſuperni mũdi termino ceu formã habere ignem:ab infinitudine vero ceu ma
teriã habere terrã.A media vero illius forma humorem ignis terraq; cõciliatorem:qui & cõglu-
tinet terrã,natura propria diſſipabilẽ:& nutriat ignẽ ex ſe facile reſolubilẽ:& tria quædã in ſeipſo
poſſideat:hinc quidem igneũ:inde vero terreũ:ſed nõnihil in medio propriũ purũq; aereum:cum
aliunde per ſublime vergat ad ignem:aliunde per infimũ vergat ad terrã.Poſt hunc mundi quina
rium fit ſenarius:ſi communem cunctorum excogitaueris formam.Fit iterum ſeptenarius:ſi hãc
ipſam mundi formam reformaueris exemplari:in quo quidem die ſeptimo conquieſcat.

Quare ſint in mũdo partes diſtinctæ:& quare cõtrariæ:& de quatuor elementis. Cap.XVIII.

NOn ſolum vero diſtinctionem formarum:ſed etiam repugnantiã videmus in mũdo.pro-
cedit enim a primo:& procedendo degenerat.Proceſſio quidem diſtinctionem facit:de-
generatio repugnantiã.Quinimo diuiſionis ipſius origo eſt fœcunditas cauſę foras exu
berantis,ſeq; propagantis in amplum.procedente vero per gradus multos diuiſione:in repugnan
tiam deniq; peruenitur:pręſertim cum mundi materia ob imbecillitatem nequeat ita inuicem for
mas conciliare,vt mundus ille ſuperior in ſeipſo conciliat.Quo factum eſt:vt Deus materiam di-
menſione protenderit:vt repugnaturas inter ſe formas hoſpitiis diuerſis exciperet.Deniq; cum &
illa dicamus inter ſe contraria:quæ in eodem genere maxime diſtant:& illa diuerſa:q̃ inter ſe gene
ribus ſeparant:ex eo qdem ꝙ contraria ſunt in mundo,apparet genus quodlibet ſpecies habere q̃

plurimas:ex eo autem ꝙ diuerſi,cōſtat vniuerſum genera poſſidere ꝑmulta. Quoniã vero & ſpēs omnes ad genera,& genera ad vniuerſum,cōmunemq; eius formã deniq; reducunt,concludit̃,ſicut ſuperior mundus vniformis eſt atq; omniformis,ita hunc omniformem eſſe atq; vniformem. Conducit aũt cōtraria elementoꝝ cęlorũq; qualitas & figura,ad nouas formas quotidie generandas:cōferente videlicet motione.Siue em̃ vnicũ fuerit elementũ,nihil vtiq; generabit̃:qđ & Hippocrates aſſerit.Siue plura inter ſe ſimilia,notũ nihil efficiet̃:quod probat Heraclitus.Oportet tñ hunc mundũ ꝑpetua nouarũ generatione formarũ ęternam ſuꝑioris omniformiſq; mũdi actionem ꝑ viribꝰ imitari.Eſto itaq;,vt poeſis canit Empedoclis,cōtraria inter ſe elementa.Eſto & inter cōtraria medium:qñ cōtraria & maxime diſtant,& abſq; medio minime ꝯgruũt.At mediũ hoc indiuiſibile eſſe nequit.alioqn per ipſum cōtraria nō diſtabũt.habet ergo dimenſionē.Sed qua parte alterũ tangit,nō tangit alterũ.Et habet inſup partē neceſſario mediã,per quã aeque diſcrepet ab extremis.Propterea Plato inter cōtraria ſemp media ſaltē interſerit duo:quemadmodũ ex verbis eius euidenter apparet.Interſerit & tertiũ:vbi ait,mediũ vim habere per quã non ſolũ extremorũ ſed ſuã quoq; cuſtodiat vnionem.Sed ponat manifeſte duo:neq; em̃ nũc id oſtendimus:ceu inter ignem & terrã,duo quędã:Aerem.ſ.atq; aquã.Opus aũt eſſe duobus ſaltē mediis inter contraria oino corpora:oſtendit ex numeris:atq; dimenſionibus,q̃ naturalia corpora quodãmō antecedũt.

Numeri Lineares.Plani.Solidi.Et quare inter planos vnũ ſufficit mediũ:ſed inter ſolidos non ſatiſfacit. Et quomodo Mathematicæ rationes ad Phyſicas referantur. Cap.XIX.

TRiplices eſſe nũeros apud Pythagoricos alibi declarauimꝰ,Lineares,Planos,Solidos.Lineares qdem quos ſola metit̃ vnitas quaſi punctũ:vt Binariꝰ,Ternariꝰ,Quinariꝰ,Septenariꝰ atq; ſimiles.Planos aũt q multiplicant̃ ex numeris quaſi lateribꝰ.Ceu ſenariꝰ ex bis tribꝰ ſit terve duobꝰ.Atq ex planorũ numero eos quadrãgulos,& ęqlateres appellamꝰ:q ex numeri alicuiꝰ in ſeipſm ductu cōficiunt̃.Ceu quaternariꝰ ex bis duobꝰ,& nouenariꝰ ex ter tribꝰ:& ſexdecim ex quater quatuor.Inęquilateres aũt:q ex ductu minoris numeri in maiorē:qualis ſit ſenarius ex duorũ in tria deductione.Dicimꝰ & oblōgos:q ex ductu numeri admodũ minoris,in numerũ lōge maiorē cōficiunt̃:qualis eſt denariꝰ ex deductiōe duoꝝ in qnq; reſultãs.Siqdē ex bis qnq; ſit decē.Hũc ſi in decimo de Rep.appellauimꝰ quodãmō linearē:intelligi volebamꝰ oblongũ.Pręter hos aũt:eos ſolidos dicebamꝰ:q ex deductiōe atq; reductiōe numeri alicuiꝰ i ſeipſm efficiunt̃,inſtar molis ſolidę in trinã quaſi ꝑducti dimenſionē:vt bis duo bis,octo.Ter tria ter,vigintiſeptem.Quater quatuor quater,ſexaginta quatuor.Accipe duos planoꝝ primos;q videlicet a primis linearibꝰ ꝓcreant̃:vtputa hinc qdē quaternariũ a binario:inde vero nouenariũ a ternario ꝓcreatũ.Hos ſane planos duos nouenariũ.ſ.atq; quaternariũ poteris vnico cōpetenti medio inuicē deuincire:hoc ē ſenario.Quę em̃ ꝓportio eſt nouē ad ſex,eadē ſex erit ad quatuor.vtrobiq; em̃ eſt ꝓportio ſeſqaltera.ſiqdē nouē cōtinet ſex:& inſup alterã eiꝰ partē.i.ternariũ.Similiter ſex cōphēdit quatuor,atq; inſup binariũ,alterã.i.dimidiã quaternarii partē.Senariũ vero eſſe cōpetens mediũ inde patet,ꝙ ex vtriſq; cōponit̃.Latus em̃ quaternarii qdē eſt binarius:nouenarii vero ternariꝰ.Ex multiplicatiōe aũt binarii in ternariũ ſit ſenarius.Similiter ſi acceperis vltra nouē aliũ quadratũ.ſ.ſexdecim:medius erit duodecim:q ex lateribꝰ horũ naſcit̃.Latus em̃ nouenarii qdē tria:ſexdecim vero quatuor. At ſi tria ducas in quatuor:duodecim reportabis:qui horum medius pari vtriſq; ratione cōnectit̃ ſeſquitertia videlicet ratione.Nã ſexdecim cōprehendit duodecim,ac tertiã inſuper eius partem. Similiter duodecim vltra nouē includit tertiã nouenarii portionē.Cernis itaq; qđ inqt Plato:planos numeros vnico poſſe medio colligari.Accipe ꝓterea numeros ſolidorũ primos:eos inquã q primi ex primis efficiunt̃ linearibus in ſe ductis atq; reductis:hinc qdem octo a binario:inde vero vigintiſeptem a ternario ꝓcreatũ.Hos vtiq; non poteris vnico inuicem medio copulare:ſed cogeris duo ſaltem accipere media.ſ.duodecim,atq; decē & octo.Accipies em̃ duodecim ex bis duo ter:decem vero & octo ex ter tria bis:perq; hos numeros conciliabis extremos ſeſquialtera ratione.Nēpe vigintiſeptem numerus,decem & octo complectitur:& alteram rurſus eius partem,id eſt nouem.ſimiliter decem & octo exuperat duodecim.Item duodecim aequaliter excedit octo.Per hæc perſpicuum eſt:ſolidos numeros pluribus ſemper quibus congrue copulentur,mediis indigere. Quod autem expoſuimus in numeris:idem poſſumus in dimenſionibus,tum planis,tum ſolidis demonſtrare:oſtendentes inter plana comparabilia inuicem vnum ſępe ſufficere medium:inter ſolida vero comparabilia,plura vera media eſſe ponenda.Quod quidem & prolixum nimis foret:& ſatis a Iamblicho,& Proculo,& Chalcidio eſt oſtenſum.Quoniam vero Plato Mathematica hęc nō propter ſeipſa qdem:ſed ꝓpter naturalia hic accepit:his prætermiſſis conſideremus breuiter quæ potiſſimũ naturę myſteria ꝑ mathematicas imagines ſubintelligat.Principio quod in ſacris literis legit̃:Deũ oia i numero:menſura:pōdere ꝑfeciſſe:manifeſte tangit̃ a Platone,numeros,menſuras,

ſolida in mediū adducente.Per ſolida enī cōprehendit & pōdera:ꝗ etiā ſignificat vbi poſt dimēſiones cōmemorat vires inclinationū quaſi pōderū cauſas.Per numeros q̄dē intelligi vult ipſas rerū naturaliū ſpēs formaſq; ſubſtātiales:quas etiā Ariſtoteles numeris cōparauit.Per mēſuras aūt certas inſtrumentaleſq; figuras,vel magnitudines ſpecieb⁹ certis accōmodatas.Per ſolida deniq; atq; vires,ſignificat qualitates,ꝗ & cū molibus penitus ꝓtendunt,& praſtāt motionibus actionibuſq; momentū.Iudicāt aūt oēs in vniuerſo,tū rerū ſpēs,tū ſpecierū figuras magnitudineſq;,tū qualitates,geometrica inuicē,& muſica proportione cōpoſitas:vt qua ratiōe infimę a mediis,eadē medię a ſuperioribus excedant.Itē ꝑ numeros deſignat mediū arithmeticū,qđ numerorū paritate conſiſtit.Per dimenſiones atq; menſuras mediū geometricū,qđ in rationis proportioniſq; identitate locat.Per pondera,& vires,medium muſicum : quod in portionis aequalitate,vel ſimilitudine ſitum velocitatē,tarditatemq; motionum,& acumen grauitatemq; vocum virtute comprehenditur.

Prima diſcurſio,quare quaternarius elementorum numerus mundo conueniat. Cap.XX.

SEd de his alibi latius.Iā vero ad partitionem mūdanarū partiū reuertamur,quo harmonicam ipſarū cōpoſitionē cōſpicere valeamus.In ſuperioribus q̄dē ꝗnariū,& ſenariū circulari mūdi figurae cōgruere dicebam⁹.Nūc inſuꝑ quaternariū eiuſdē plenitudini dicimus cōuenire.Profecto quaternari⁹ prim⁹ iplet oēm differentiā numerorū:primū parē ac primū iparē in ſe cōplectēs.Implet & ſimplicē numerorū ꝓgreſſionem:qñ terminis quatuor explet denarium,vno , duob⁹,trib⁹,quatuor denariū ꝑfecte cōſummās.Implet ꝓceſſum quoq; dimenſionū,terminis videlicet quatuor aſſequēs,ſigno,lōgitudine,latitudine atq; ꝓfundo.Implet muſicā cōſonātiā.Nēpe itra quaternarii limites dupla,tripla,quadrupla,ſeſqaltera,ſeſquitertia,diapaſon,diſdiapaſon,diapente,diateſſaron,coercent.Implet naturam ad quatuor vſq; terminos ꝓcedentem,ſubſtantia,quantitate,qualitate,motu.Implet deniq; vniuerſum,ſiue qđ in natura,ſiue qđ ſupra naturā,eſſentia,eſſe,virtute,atq; actione.Merito igitur Pythagorici quatrinitate plenitudinem mūdani tū corporis,tum animi deſignabant:eamq; iureiurando teſtabant naturae perpetuo fluentis fontem eſſe quadruplicē.Ex hoc nimirū fonte manat quaternarius elementorū numerus.Hinc quadruplicitas in caelo quadruplex.Hinc ſub caelo tꝑa quatuor.Hinc ſub tꝑe,quatuor humores,cōplexiones,affectus.Hinc ſuꝑ tempus quatuor virtutes ſurgūt. Hinc in aeternitate quatuor exempla virtutum.

Secunda ad idem probandum diſcurſio. Cap.XXI.

PReterea niſi vererer partim ꝓlixitatē,partim etiā nouitatē,recēſerē mira quędā Iāblichi,& Syriani,Proculiq; cōmenta,gradus quatuor ſuꝑ mūdū ſupernū cōſtituētiū.ſ.vnū,terminū,infinitudinē,mixtionē.Proide ſupernū mūdū.i.primā itelligibilēq; mētē:poſt eā ponentiū mentē mūdūq; ꝓtim intelligibilē,ꝓtim quoq; intellectualē:poſt hāc intellectualē ſimpliciter mentē atq; mūdū:Quarto vero loco mētē iā mūdūq; aīalē,ſenſibilis mūdi ducē.Itē ſupremā mētē & ſuſpicere quatuor illa,vnū.ſ.terminūq;:& infinitatē atq; mixtionē:& habere ſuapte natura quatuor:videlicet hinc q̄dē vnitatē:inde vero eſſentiā.Rurſus vnitatē eſſentialē:& eſſentiā vniformē:atq; oēs oino rerū ideas quadruplicis ſimiliter naturę ꝓcipes.Itē mentē ipſam itellectualē iouialē ꝗ mūdi opificē in fabricādo mūdo ſuſpicere in mentē intelligibilē atq; ſupremā velut exēplar:& i bonū veluti finē.Et qua ratione in mūdo itelligibili,qđ & ipm ens ipmq; viuēs nomināt:principia & ideas ſuſpicit naturę quadruplicis,in quatuor ſimiliter plagas digerere mūdū.Quarū prima a primo caelo,poſtq; caelū ꝑ ignis ſphęrā vſq; ad aeris pricipiū ꝓtendat:Secūda inde ad aerē vſq; mediū:Tertia inde ad terrā:Quarta vero ſit terra:atq; huiuſmodi partitioni quatuor in qualibet plaga reſpondeant exercitus rationaliū habitantiū:deorū.ſ.mundanorū:item angelorū:deinde dęmonum:poſtremo particularium animarum.Sed his omiſſis ad inſtitutum noſtrū regrediamur.

Tertia ad idem confirmandum diſcurſio. Cap.XXII.

QVatuor apud metaphyſicū ſunt elemēta:eſſentia:eē:virtus:& actio.Quatuor apud mathematicū:ſignū:linea:planū:atq; ꝓfundū.Quatuor apud Phyſicū:ſeminaria naturę virtus:pullulatio naturalis:& adulta forma:atq; cōpoſitū.Redde vero ſingula ſinglis.Eſſentię quidē ſignū atq; ſemen:ipſi vero eſſe lineā,pullulationēq;:virtuti planū atq; formā:actioni profundū atq; compoſitum:& vbiq; extrema velut ſolida duobus concilia mediis.Manifeſte vero qđ in mathematicis ſignū ē,Plato i Phyſicis virtutē ſeminariā idiuiduāq; & ſtabilē eē putat.Qđ aūt i mathematicis linearis i lōgū ꝓductio:id i Phyſicis germinātis formę pullulationē:vt ita loq̄r:exiſtimat.Itē qđ ibi planū:hic ꝓprie formā,vt ei planities corp⁹ termīat,ita forma materiā.deniq; qđ ibi ꝓfundū:hic eſt cōpoſitū:cōpoſitū inquā duplex:tū formale.i.ex plurib⁹ formis cōplexio quaedā ſpharae ſolidae ſimilis:tum materiale.i.ex forma atq; materia:cubo ſimilior.Q; ergo ait inter duo plana vnū ſufficere mediū,intellige inter duas formas mediū vnicū ſatiſfacere.i.formale.Formę eī cū formis deinceps vbi ꝑ extrema ſui ſeſe cōtingūt:vno quodā formali medio cōgruūt,vtrinq; par

tim q̄dem cōueniente,partim etiam differente.At vero ꝙ inquit ſolida ſolidis medio duplici copulari,ſignificat inter cōpoſita naturalia duo diuerſæ naturæ gemina media interponi.Quorū alterum q̄dem formale ſit,alterū vero materiale.In quolibet eṁ compoſito,hinc principalis forma,inde accommodatum formæ ſubiectum conſideratur.Hinc efficitur:vt inter diuerſa compoſita conſurgat diſcrepantia duplex:altera q̄dem magis ratiōe formę,altera vero magis ratiōe ſubiecti.

Quarta ad idem diſcurſio:& de viribus,proportionibuſq; elementorum. Cap.XXIII.

SAdem hęc alia inſup ratiōe corroboranť:ſi a quatrinitatib⁹ modo deſcriptis,ad quatrinitatē ſphæræ deſcēdas.In hac vtiq; conſideratur natura medii:cōſiderať & natura circunferentię longiſſime inter ſe diſtantes tam ꝓprietate q̄ ſitu.Cōſiderať inſuper hinc quidē ſpatium quatenus ꝓpria virtus centri porrigiť:inde vero ſpatium,quatenus ꝓpria magis circūferentiæ vis protenditur.Hinc quatuor computantur plagę mundi,& quatuor ſimiliter elementa.

	A ſubſtātia:	A virtute.	Ab actione.
Ignis:	ſubtilis:	acutus:	mobilis.
Aer:	ſubtilis:	obtuſus:	mobilis.
Aqua:	craſſa:	obtuſa:	mobilis.
Terra:	craſſa:	obtuſa:	immobilis.

Alia poſitio earundem.

Ignis:	acutus:	ſubtilis:	mobilis.
Aer:	obtuſus:	ſubtilis:	mobilis.
Aqua:	obtuſa:	craſſa:	mobilis.
Terra:	obtuſa:	craſſa:	immobilis.

Quorū qđ in circūferētia poniť naturā ei⁹ ſequēs,ampliſſimū eſt,ideoq; oīm ſubtiliſſimū ꝑ ſubſtātiā:per virtutē vero acutiſſimū:penetrationiq; aptiſſimū:ꝑ actionem deniq; promptiſſimū eſt ad motum.Quod aūt ſitum eſt in medio,naturā quoq; ſequēs medii:anguſtiſſimū eſt,& denſiſſimū per ſubſtātiā:ꝑ virtutem vero obtuſum:ꝑ actionem deniq; ad motū eſt ineptiſſimum.Media vero duo medio in his modo ſe habent.Proinde ſicut maxime diſtāt in ſphæra ambitus atq; centrū,ita ꝑ ſitū,& naturā ignis terraq; plurimū diſcrepant.Ille eṁ ita petit ambitū,vt nunq̄ naturaliter medium:hæc ita centrū,vt nunq̄ naturaliter ambitum.Aer vero interdū deſcēdit,ſi videlicet in ſublimi ignis regione ponať.Aqua etiā aſcendit,ſi ſub terrā cohibeať.Quemadmodū vero in igne:& terra tria cōſideranť.ſ.ſubſtātia,virtus,actio:ſic & tres potiſſimū ꝓprietates,videlicet in igne q̄dē ꝑ ſubſtantiā ſubtilitas:ꝑ virtutem acumen:ꝑ actionem mobilitas.In terra vero oppoſita,ꝑ ſubſtantiā craſſitudo:ꝑ virtutem obtuſitas:ꝑ actionē immobilitas.Dicunť aūt horum naturę apud Platonem ſolidæ,quia inſtar dimenſionis trinę,trinas poſſident qualitates.ꝙ ſi duntaxat haberent planorū inſtar,vnū ſufficeret mediū:quod videlicet in qualitate quidem vna congrueret cū extremis in altera vero differret.At quoniā tres inuicem oppoſitas habent,duob⁹,vt vincianť,opus eſt mediis:quorum vtrunq; cum proximo quidem,tum extremo,tum medio in duplici conueniat qualitate,in vnica diſcrepet:cum remoto vero extremo,in vna quidem congruat:ſed differat in duab⁹. Sic vtiq; ignem ſequitur aer,in ſubtilitate,& mobilitate igni perſimilis:ſed quadā virtutis obtuſitate diſſimilis:in qua etiam vnica quodāmodo cum terra conſentit:cum aqua vero duabus.ſ.obtuſitate atq; mobilitate.Aqua ſequitur aerem in duabus his aeri ſimilis:ſed vna ſimilis igni.ſ.mobilitate dūtaxat:at diſſimilis igni duabus,craſſitudine obtuſitateq; ſimul:diſſimilis terrę mobilitate quadam:ſed craſſitudine obtuſitateq; ſimilis.Profecto ꝙ ignis ad terrā analogia quadā.i.rationis ſimilitudine atq; ꝓportione comparabilis ſit,apparet.Quemadmodū enim ſe habet ſubtilitas ignis ad terreā craſſitudinem:ſic ignis acumē ad obtuſitatem terræ:ſic iterum ad immobilitatem terrę mobilitas ignis.Qꝫ etiā cōparabilis ſit,ſed potiori aliqua ratiōe,ignis ad aerem:aer ad aquā: aqua ad terrā:ex conſenſione qualitatū eſt manifeſtū.Videť autem elementi proximi quidem ad proximum cōuenientia ad diſcrepantiā eſſe dupla:ad remotū vero contra,dupla eſſe ad cōuenientiā diſcrepātia. Videť ignis aere duplo ſubtilior,triplo mobilior,quadruplo vero acutior.Item aer aqua acutior duplo,triplo mobilior,quadruplo eſſe ſubtilior.Rurſus aqua q̄ terra acutior duplo, triplo ſubtilior,quadruplo ad motū eſſe paratior. Procedere vero inter cognata ad quadruplā vſq; proportionem duntaxat apud muſicos eſt conceſſum.Longiori enim progreſſione aures offenduntur.Quinetiam in his perfectę rationes muſicæ continenť.In his vtiq; per tres qualitates quaſi per trinas dimenſiones,& ſolida quædam,ter quoq; ſolideq; ad ſolida vſq; procedimus.Nam per duplam quarto gradu ad octo peruenimus:qui primus eſt ſolidus.Item per triplas quarto ſimiliter gradu ad vigintiſeptem:q ſolidus eſt ſecūdus.Rurſus per quadruplas rationes,quarto deniq; loco ad ſexaginta quatuor,q tertiū inter ſolidos numeros obtinet locum.octo eṁ a binario ſolide id eſt ter accepto,ſiue ducto:vigintiſeptem a ternario ducto ter:ſexaginta quatuor a quaternario ſimiliter in ſeipſum ter multiplicato creatur.Cæterū vt notius ſit quanta apud Platonem cōgruitas mathematicis ineſt ad phyſica,repetenda ſunt duo illa primorū media ſolidorū.Poſuimus eṁ inter octo atq; vigintiſeptē,cōpetētia media duo,videlicet duodecim atq; decē,& octo.Duodecim q̄dem numerus,tū ex octo,tū ex vigintiſeptē naſciť.Latus ſiq̄dē ex quo multiplicanť octo,binarius

Dixiſſem: aer aqua mobilior duplo:triplo acutior. Nam aqua ꝑ mobilitatē magis cōuenit cū igne ꝑ obtuſū vero magis cū terra

eſt:Latus aũt ex quo vigintiſeptem,eſt ternarius.ſed ex binario atq; ternario ita fit duodenarius,ſi
egeris bis duo ter:vbi duodenarius oriẽs duo ab octonario accipit latera:vnũ vero a vigintiſeptẽ.
Item ex binario atq; ternario ita fit decem & octo,ſi egeris ter tria bis:vbi decẽ & octo numerus
naſcens,ab octonario quidem remoto latus accipit vnũ,vbi dicitur bis:ſed a numero vigintiſeptẽ
latera duo:vbi ter tria.Similiter elemẽta duo inter ignem terramq; media:dum ex extremis cõtẽ
perantur:interim a proximo quidem naturas reportant geminas:a remoto vero vnicã mutuant̃.

Q; totus mundus ex quatuor componitur elementis:& quomodo hæc alia ratione
ſunt in cælo:aliter infra lunam. Cap.XXIIII.

EX his quatuor elemẽtis geometrica & muſica inuicẽ ratione cõiunctis,vniuerſum mũ
dũ eſſe cõpoſitũ Pythagorici Platoniciq; oẽs exiſtimãt:ita tñ:vt cõſonãtia horũ in cælo
nullã vnq̃ diſſonãtiã patiat̃:ſub cælo aũt,diſſonantia quędã alicubi oriri videat̃ interdũ:
ſed ſtatim ꝑ ſuperiorẽ cõcentũ in formã cõſonantẽ mirabiliter redigant̃.Eſſe vtiq; elemẽta hęc ſub
luna,nemo negabit.Eſſe vero in cęlo,phyſici nõnulli negabũt.Sed iſti audiãt metaphyſicos precor
ꝓbãtes elemẽta ꝑ ideas ſuas eẽ in ipſo mũdi opifice:eſſe inde in aĩa mũdi ꝑ rõnes ſuas:eẽ in natura
ꝑ ſemia.Ergo & ĩ cęlo ꝑ virtutes:& ſub cęlo ꝑ formas.Quo ei pacto a cauſis cælo ſupiorib⁹ elemẽ
toꝝ naturę trãſeũt infra cęlũ:& ibi qdẽ ꝓtinus nutaturę:niſi virtutes horũ moderatrices cælo in
terim infundant̃:Quinimo ſicut agricola qdẽ nõ regit architectũ:qm̃ architecturę nullas cõtinet
rõnes:geometra vero has poſſidẽs,regit illũ:ſic & cælũ niſi elemẽtorũ elemẽtaliũq; cõprehendat vi
res,hęc gubernabit nũq̃:gubernãs vero cõplectitur:imo cõplectendo gubernat.Audiãt & aſtrono
mos tã in ſignis q̃ in planetis naturas deſignantes elemẽtorũ:& effectu probãtes.Audiãt deniq; ſa
cras literas ponentes ſæpe in cælis aquas:ponentes terrã quoq; viuẽtiũ.Q; ſi duo hęc ibi cæleſtiũ
diſſimiliora ponunt̃:multomagis ignis & aer cæleſtiũ ſimiliores ibidẽ a ſacris literis collocant̃.Re
ſpõdebũt,vt arbitror,aliq:vires illic quidẽ elementorũ excellentiſſimas ꝑ modũ cauſę ponẽdas eſſe:
in ſphęris aũt elemẽtorũ ſub luna naturas eorũ ſecũdũ formã:in cõpoſitis tandẽ ꝑticipatione qua
dã:ſed naturas ipſas elemẽtorũ in cælo eſſe negabũt.Ad hęc adducẽt Platonici virtutes vbiq; pro
prias in propria natura fundari.Itaq; ſi ſunt horũ virtutes in cælo,eſſe quoq; naturas.ſed quẽad
modũ virtutes illic in genere quodã lõge his excellẽtiore cõſiſtũt:ita naturas in excellẽtiore:imo,
vt rectius loquar,excellentiſſimo.Et naturã illã ignis eminẽtiſſimã prębere cęlo ſenſibile lumen:vi
uificum calorẽ:motũq; promptiſſimũ.Naturã terræ largiri ſolidã firmãq; ſtabilitatẽ.Itẽ & ſtellis
dẽſitudinẽ qua videri poſſint:& lunę qua radios repellat ſolares.Naturã aeris ꝑſtare ꝑſpicuã qua
litatẽ,quã nominant trãſlucentẽ.Naturã aquæ afferre delicatiſſimã:& æquabiliſſimã lenitatẽ.Et
qđ maximũ eſt,ipſis ſphærarũ labiis qbus ſeſe cõtingũt,inſerere virtutẽ illã frigoris & humoris:ꝑ
quã fiat,vt q̃uis ex velociſſimo motu rapidiſſime & vehementiſſime ſe cõtingãt:ęſtus tñ illic re
ſolutioq; nõ accidat.Has qdẽ in cælis aquas Hebręi valde ꝓbabũt.Probabũt etiã,vt arbitror,ſi au
diuerint ꝑ naturã illic terræ viuentiũ fieri:vt materiæ alioquin tenuiſſimę ex tãto motu nõ diſſi
pent̃.Meminiſſe vero oportet,tantã eſſe in cæleſti ſubſtãtia virtutẽ,tãq; ad cõciliandũ efficacem,
vt qualitates,& motiones quę apud nos ſunt inter ſe repugnantes,ibi nõ pugnẽt.Itẽ vt reliqua il
lic elemẽta ſtatim a prima genitura mũdi in formã pręſtãtiſſimi.i.ignis redacta fuerint:quẽadmo
dũ ꝑ motũ cæleſtẽ elemẽta quatuor apud nos in quauis genitura ad vnã reducunt̃ mixti formã.
Neq; miraberis in vnũ illic elemẽta cõflari:ſi cogitabis etiã infra lunã in vnã molẽ eſſe cõpacta:&
ignẽ eſſe ſoliditatis terrenæ participẽ,ne ob tenuiſſimã mobiliſſimãq; naturã cõtinuo diſpergat̃:
terrã quoq; ꝑ ſe torpentẽ,ignis conſortio actionem vitãq; nanciſci.Q; ſi extrema miſcent̃,nimi
rũ & media mediis extremiſq; miſeri.Itẽ ſi tãta eſt ĩfra lunã vnio,ſup lunã eſſe multo maiorẽ:ſed
terræ ſoliditatem ſiue ſtabilitatẽ illic abſq; craſſitudine in vaporea quaſi forma regnare.Rurſus
ęquabilitatẽ lenitatẽq; aquę ꝓcul a lapſu:agilitatẽ aeris ab effluxu ſeorſum:efficaciã ignis in lumi
ne ſalubriq; calore ĩtelligẽtię vitęq; ꝑſimili dominari,ſeorſum ab ea cõbuſtione,ad quã efficiẽdam
apud nos cogit̃,tũ lumẽ iter cõcaua repercuſſum,tũ calor igneus aſpera quadã materia,& mordaci
cõcluſus,q certe quaten⁹ a terrena craſſitudĩe ſoluit̃,eaten⁹ lucet puri⁹ caletq; ſalubri⁹.Ergo vna
cũ Heraclito,& Empedocle,dicem⁹ ignis ipſius,q in idea eſt,intellectuale lumẽ,in cælo qdẽ viſibi
le lumẽ ad oculos emicare:ſub cælo aũt in æthere purã ipſius & innoxiã vigere flãmã:in terra ve
ro carbonẽ in aſpera materia cõburentẽ.Dicemus poſtremo cũ Orpheo eſſe inſuper apud inferos
quatuor elemẽta:Pyriphlegethõtẽ,Acherontẽ,& Oceanũ,& cocytũ.Dicemus cũ Platone:quemad
modũ in archetypo mũdo oĩa ſunt ĩ oĩbus,ita in hoc imaginario mũdo oĩa in oĩbus eſſe:ſed ꝓ na
tura ſuſcipientiũ vbiq; ſingula ſuſcipi:vt cæleſtia in elemẽtis elemẽtalia ſint:elemẽta in cælo cæle
ſtia:atq; tãtã eẽ cæleſtis regiõis ſup alias excellẽtiã:vt cæleſtis igni ꝑter elemẽtalẽ ignẽ triaq; reli
qua elemẽta dici qntũ valeat elemẽtũ.Hinc mũdos qnq; appellari poſſe ait.Siqdẽ oĩa rerũ genera

in quolibet horũ quãq; ſint ꝑ ſua cuiuſq; natura.Cõcludemus deniq; cõcordiã inter Moyſem & Pla
tonem:quem Numenius alterũ cognominat Moyſem.Quod enim Moyſes ait:In pricipio fecit deꝰ
cęlũ & terrã.Plato ait,Deus primo ignẽ fecit ac terrã:ignẽ intelligẽs pręcipue cęlũ.Principio enim
in ſphęra mundi centrum conſiderauit,& ambitum.Reliqua horum gratia interiecit.

Circularis motꝰ oĩs,ſphęrę ſemꝑ mobili ꝓpriꝰ eſt.Item ignis maxime ꝓpriũ eſt lumẽ.Cap. XXV.

SEd neq; nos turbẽt qui cælũ iccirco igneũ eſſe diffidunt:quia cęli quidẽ motus ſit circula
ris:ignis vero ſit rectus.Nam etiam cęli portio qualibet,ſi forte ponaꝭ in medio, repente
aſcẽdet in rectũ,breuiori videlicet tramite patriã petitura: & tñ cæli motus proprius eſt
circuitus:& terra ſi ſeparetur a centro,deſcendet:& tñ eiꝰ propriũ eſt qeſcere.Profecto quęlibet ſphę
ra mobilis tã elemẽtalis q̃ cęleſtis ꝑ figura ſua naturaliter mouetur in orbem,ſic loco ſuo pleniꝰ trui
tura.Motus aũt rectus vbicũq; eſt:nõ tã naturalis eſt:q̃ reditus in naturã.Sicui vero corpori cir-
cuitus cõuenit,maxĩe cõuenit igni.Cũ eñ a terra diſtãtiſſimꝰ ſit etiã ꝑ naturã,ſicut terra eſt ſem-
ꝑ imobilis,ita ille ſemꝑ eſt mobilis.Si ſemꝑ mobilis,ergo in orbem.Quod eñ mouetur in rectũ,ꝑacto
ſpatio qđ finitũ eſt,finit & motũ.Moueri vero in circulũ tã ignem q̃ aerem,oñdit circuitꝰ cometa
rũ.Circuitũ quoq; aquę teſtatur influxus ꝑpetuus & effluxus.Manere vero oportuit terrã,vt ĩdiuiſi
bili & ſtabili cẽtro foret ſimilior:eoq; cõmodiꝰ frueretur. Moueri aũt ſupiora:vt varia ſemꝑ ꝓ motio
nis varietate ꝓducerẽt. Neq; negẽt aliq cælũ eſſe calidũ:ſed negẽt potiꝰ eſſe vrens. Neq; dicãt ſo-
lis lumen ſola repcuſſione calefacere:ſed ſolũ cõburere.Nã lunę radii repcuſſi nihil calefaciũt:cum
in ea virtus aquea dominetur.Calefaciũt aũt ſolis radii ſalubriter pro ignea ſolis viuificaq; natu-
ra.Neq; obiciant ex tardiori lunæ motu contingere,ne lunæ radii calefaciãt.Nã & ſi ponitur eſſe
tardior,tñ tanto ꝓpinquior eſt q̃ ſol hominibꝰ,vt debeat ſi non tantũ,aliquãtũ tamen calefacere:ſi
repercuſſione dũtaxat proueniat calefactio.Neq; adducant æſtum eſſe ignis proprium. Siquidem
quo minus alienæ miſcetur materiæ,minus vrit.Sed dicant lumen ignis proprium.Quo enim pu
rius,eo lucidius,licet oculis quibuſdam nõ manifeſtius:& lucet longius q̃ calefaciat:& prius illu-
minat:& momento:& calorem largitur calefacto poſt ignem ad tempus ſeruante calorem:lumen
vero largitur nulli,vtpote ſibi proprium. Siquidem abeunte igne,ſimul abit & lumen.


De ſpiritu mundi.i.de intellectu,& anima,& intelligentia,& natura. Cap.XXVI.

POſtq̃ vero tractauit quẽadmodũ deꝰ corpus cõſtruxit mũdanũ,deinceps quemadmodũ
mũdanã aĩam temꝑauit,aggreditur diſputãdũ.Oñdit iterea ſe ante oculos poſuiſſe priꝰ &
informem molem q̃ formatã:& mox formatã quodã mõ priꝰ q̃ aĩatã:nõ qa vel ĩformitas
ante formationem fuerit:vl' formatio corporalis ante aĩam:ſed vt cognoſceremus tã formabilẽ na
turã formationis corporeę gratia,q̃ corporeã formationem gratia aĩæ tãq̃ finis,eſſe diuinitꝰ iſtitu
tã. Volẽs itaq; deus opus ꝑfectũ facere,viuũ & intellectualem effecit mundũ:atq; vt ex ipſo ſpũ,&
materia mũdi cõmodius aĩal vnũ cõnecteretur,materiã diſtinxit ĩ quatuor,vt diximus,elementa,q̃ſi
aĩalis huiꝰ humores:qa & ſpm̃ eiꝰ in quatuor voluerat cẽ diſtinctũ.Quatuor eñ ad mũdi ſpiritũ
ꝑtinẽt.Primũ qdẽ itellectꝰ,ĩ ſe manẽs ĩmobilis,ſphęrę motor ſiue rector:ita regẽdis ſphęris ab au-
ctore rerũ oĩm ĩſtiturꝰ.Secũdũ ſphęrę aĩa,motor mobilis qdẽ:ſed mobilis ꝑ ſeipm̃. Tertiũ intelligẽ-
tia quędã,huic aĩę a deo,& intellectu ſupiore diuinitus inſita.Quartũ natura.i.ſeminaria vitaliſq;
virtus,ab aĩa paſſim ĩnfuſa materię.Intellectus qdẽ,& aĩa ſubſtãtię ſunt:intelligẽtia vero atq; natu
ra ſunt qualitates.Illa qdẽ aĩæ:hęc vero materiæ.Horũ quatuor imagines ſunt quatuor elementa.
Ignis eñ intellectũ refert. Terra naturã.Intelligẽtiã aer.Aqua deniq; aĩam.Et ſicut igni tria ꝓpria
ſunt,tria quoq; oppoſita terræ,mediiſq; media quadã ratione cõueniũt:ſic tria itellectui ꝓpria eo
rũq; oppoſita ꝓpria ſunt naturę,mediis quoq; media.Intellectus eñ ĩdiuiduus eſt,vniformis, ęter
nus.Natura diuidua,& multiformis,& tẽporalis.Aĩa vero iter hęc media ꝑ ĩtelligẽtiã qdẽ magis
ĩtellectꝰ ipſiꝰ particeps euadit q̃ naturę:ꝑ aĩalẽ vero potẽtiã,cũ natura potiꝰ q̃ cũ itellectu cõſentit
Quãobrẽ ꝑtim ĩdiuidua dr̃,ꝑtim quoq; diuidua.Itẽ vniformis ſimilit:& multiformis.Rurſus ęter
na ꝑtim:& tẽporalis.Proinde quatuor vitę ſecũdũ quadruplicẽ mundi ſpiritũ numerantur.Saturnia
qdẽ vita in ĩtellectu ſuſpiciẽte patrẽ ſuũ cęlũ.i.deũ cęli fabrũ.Iouialis aũt in ĩtelligẽtia ad actionẽ iã
mobilem declinãte.Venerea ĩ aĩali virtute iã amãte materiã. Dionyſiaca ĩ natura q̃ſi ebria.i.imer
ſa materię.Pręterea ſenſus ſimili rõne quatuor ĩ vniuerſo cõnumerantur.Primꝰ vtiq; ſenſus ĩ aĩa mũ
di:cõmunis inquã ſenſus,& vnus.i.imaginaria q̃dã virtus ſic intelligentiã eius comitãs,& formas
rerũ particulares attingens,vt illa vniuerſales:attingens inquã ĩtrinſecus:ideoq; nullis indiget in
ſtrumentis:neq; extra ꝓcedit vſq̃ neq; patitur.Secũdus vero ſenſus in animabꝰ ſphęrarũ eſt atq; ſtel-
larum:cõmunis certe impatibiliſq; ſimiliter:ſed extra procedens.Tertius in particularibus anima
bus,vltra vim cõmunem iam per inſtrumenta ſingula diſtributus:& extra ſe porrigẽs:atq; a paſ-
ſione exoriens:ſed deſinens in iudicium.Quartum deniq; ſenſum Pythagorici concedunt plantis:

immo ſenſus ſimulacrū:& id quidē ſtupidū:nullū iam habēs iudiciū qualitatis:ſed in ſola poſitū paſſione voluptatis cuiuſdā atq; doloris.Senſus primus intellectū repręſentat.Secūdus intelligentiā.Tertius vim aīalē.Quartus deniq; naturalē.Meminiſſe vero oportet ipſam mūdi materiā neq; aliter ſuſcipere aīam q̄ ꝑ naturā:neq; aliter intelligētiā q̄ ꝑ aīam:neq; aliter ītellectū q̄ ꝑ intelligentiā.Quēadmodū ꝑ terrā accipit aquā:ꝑ hāc aerē:ꝑ hūc & ignē.Cæterum qd̄ deinceps his ſimile ſequit̄,aduerte.Ait eñ.Deus aīam ī medio poſuit:eāq; inde extēdit ꝑ totū:ac demū ꝑ ipſam extrīſeca mūdi protexit.Primo qdē ſignificat aīam & implere totā mūdi molē,aliꝰ.ſ.virtutibꝰ alias mūdi partes moderantē:& ſuprema ſui circa mūdū virtute.i.intellectuali ꝓuidētia mūdū exuperare. Q; aūt virtus aīæ ab ipō medio porrigatur ꝑ vniuerſum,bis ꝑ quatuor gradus exponit̄.Primo quidem a media terra paſſim virtutē cōnectendi protēdit:a media aqua diffundit vim vitalē:ab aere ſimiliter ſenſualē:ab igne rationalē.Deinde a media mūdi ſphęra vim,vt diximus,cōnectēdi:a ſphęra lunę generabiliū ingenerabiliūq; media vim vitalē:a ſole mūdi corde ſenſualē:a zodiaco medio firmamēti rationalē.Cū vero duplex ſit ad deū ordo rerū:alter quo ab eo ꝓcedūt,alter quo ꝓcedētes cōuertunt̄ ad ipm̄,Plato ꝓceſſionis ordinē ſecutus eſt:vbi ait.Deus intellectū in aīa:aīam locauit in corpore.Cōuerſionis quoq; ordinē cogitās ait.Deꝰ aīam ī medio poſitā,ꝓtēdit eā inde ꝑ totū:& iterim aliqd eiꝰ eduxit extra mūdū:quo videlicet,dū ꝓuideret mūdo,cōuerteret̄ ad deum.

De cōpoſitione Animæ:& q̄ per quinariū in ea cōponēda opportune procedit̄. Cap.XXVII.

QVoniā multa quæ ꝑtinēt ad ſphęrarū aīas,mētes,motiōes,cōpoſitionē aīæ,in Theologia planius expoſuimus,iccirco in illis exponendis hic & fuimus,& erimus breuiores.Nam ad nōnulla magis propria iam ꝓperamus.Principio quinarium numerū cōpoſitioni partitioniq; aīę conuenire tribus de cauſis arbitramur.Prima:quia ſicut quinarius ex primo pari primoq; impari conſtat,ſic anima ex diuidua indiuiduaq; natura.Scis autem parē numerum appellari diuiduū:imparem vero indiuiſibilē:qm̄ in partes æquales diuidi nequit.Secūda:quoniā genera etiā q̄bus a deo cōponunt̄ oīa,ꝑ q̄nq; diſtribuunt̄.Sūt eñ eſſentia,idē,alterū,ſtatus,motus.Animā vero velut oīm mediā,præcipua quadā ratione ex ipſis q̄nq; oīm generibus compoſitā arbitrant̄.



Tertia:quia cū aīa ſit mediū vniuerſi,naturaliter quinariū ſuſcipit,vniuerſi numeri mediū.Eſt eñ quinariꝰ perfectū denarii mediū.Nā cū quinquies rite denariū diuidamus,mediū eſt æque diſtans in qualibet diuiſione quinarius.Primo quidē ſi decē ī nouē diuiſeris atq; vnū,videbis quinariū inter vnū nouēq; eſſe mediū pariter vtrinq; diſtās.Si ſecūdo in octo atq; duo partiri decē volueris,rurſus quinariū æquale inter hæc mediū reportabis.Si tertio in ſeptē atq; tria,vel quarto in ſex & quatuor,iterū mediū verū accipies inter extrema q̄nariū.Mediū vbiq; dicimꝰ arithmeticū.Q; aūt quinto decē partitꝰ in q̄nq; atq; q̄nq;,mediū q̄nariū habeas,dictu ſuꝑuacuū eſt.Quaſob res Plato ī diſtributiōe vniuerſi,tū corporis,vt ita dixerim,animabilis,tū animi,quinq; potiſſimū capita adducit in mediū.Nā vtrobiq; primū agit de ipſa rei ipſiꝰ,vt ita dixerim,ſubſiſtētia atq; fundamēto,ſiue corꝑis in quā,ſiue aīę.Secūdo de partiū vtriuſq; cōcordia.Tertio de ſpecie ex partiū cōcordia reſultāte.Quarto de virtutibꝰ ſpeciei.Quīto de actionibꝰ,q̄ a virtutibꝰ oriunt̄.Volūt vero Platonici ad eſſentiā aīę tria illa.ſ.ſubſiſtētiā,cōcordiā,ſpeciē ꝑtinere:ꝑ hæc ſeq̄ virtutē:& actionē.Cōcordiā inquā.i.cōgruā cōtemperantiā:& hāc quinariā.ſ.generū,partiū,rationū,viriū,actionum.Cōſtat eñ aīa ex illis rerū quinq; generibus:per quę & partes eiꝰ ꝓprię aſſignātur.Suſcipit rurſus a deo rerum oīm rationes.Habet hinc vires multas propriaſq;:per quas edit & actiones.Vbi vero animam appellat concordiam,vel concentū memineris Platonē in Phædone quidem negare animam eſſe harmoniam.ſ.partium corporalium,ex ipſis confectam:in eiſq; iacentē.In Timæo aūt affirmare animam harmoniam eſſe.ſ.partiū ſuarū,in ſe manentē:& ex ſe corpus cōtemperantē.Præterea vbi ait,Cōpoſuit deus ex indiuiſibili ſemperq; eodē ſe modo habente eſſentia,itemq; ex illa quæ circa corpora fit diuiſibilis,mediā eſſentiæ ſpeciem.i.animam:expone hæc per illa quæ dicit alibi:Fecit deus mundū viuentē:animatū:intellectualē.Vbi enim dicit viuentē:deſignat vitā quandā naturalē ꝑ mūdi corpora ſparſam:vna cum corpore mūdi extēſam mobiliterq; agentē.Vbi vero ait intellectualē:intelligit ītellectus angelicos qui ꝓprie regūdis ſphęris pręfecti,& indiuiſibiles ſunt ſecūdū locū:& immutabiles ſecundū tēpus

oppoſitoſe modo habentes:atq; naturalis vitā formaq; corporea diuiſibilis atq; mutabilis. At vbi
ait animatū,ſignificat ipſam animę mundanę ſubſtātiā.cuius eſſentia quidē,& indiuiſibilis eſt,& ī
mutabilis,vt intellectꝰ.Dici tñ poteſt quodā mō diuiſibilis atq; mobilis:q̄a fons ꝓprius eſt virium
quarūdā ad diuiſibilia,& mobilia declinantiū.Virtus aūt actioq; partim indiuidua, & immobilis,
quatenus congruit cū diuinis:& ſtabiliter agit:partim vero & diuiſibilis eſt quodāmodo,tū quia
multiplex,tū quia ad corpus multiplex diuiſumq; declinat:& mobilis:q̄a tēporaliter operaꝛ.Hanc
itaq; animā appellat eſſentiæ ſpeciem tertiam,inter indiuidua æternaq;,ac rurſus diuidua atq; tē
poralia mediā.Q; aūt vbi mundū denominat intellectualē, ſignificare velit intellectus angelicos,
ex eo ꝓbatur: q̄ mundi corpus ꝑ vitam paraꝛ ad intellectum.ergo quēadmodū ſe habet ad vitā, ſi
militer ad intellectū.Itaq; ſicut nō ſolū habet naturalē vitā in materia mundi iacentē: ſed vitā etiā
animalē.i.animā in ſe exiſtentē,ita nō modo habet intellectualem qualitatē infuſam animæ,verum
etiā intellectualē ſubſtātiā in ſeipſa manentē.Vbiq; eñ qualitates certæ ad certas ſubſtātias redu-
cunꝛ,vt quēadmodū vitalis qualitas ad vitalē ſubſtātiā,ita intellectualis quoq; qualitas ad intelle
ctualem ſubſtātiā referaꝛ.Cōponit aūt animā quinq; potiſſimū modis.Primū.ſ.ex ipſis quiq; rerū
gn̄ibus.Item ex nūeris.Tertio ex concentibꝰ numeroſis.Quarto ex initiis figurarū.Quinto ex prin
cipiis motionū:videlicet vt poſſidēs metaphyſicoꝝ mathematicorūq; rōnes,ita cuncta cognoſcat.ſ.
eſſentias,numeros,cōcētꝰ,figuraſq;,& motus.Itē quatenus aīa diuinis cognata eſt:ex rerum gene-
ribus q̄ primo diuinis inſunt,dicit eſſe compoſitam.Quatenus cognata eſt naturalibꝰ,miſcet eam
figuris,& motibus.Quatenus aūt inter vtraq; mediū obtinet,numeroſis eā concentibus rōnibuſq;
contemperat.Quinq; vero illa.ſ.eſſentiā,idē,alterū,ſtatū,motū, genera rerum nominat : q̄ ex illis
p̄ter primum oīa componanꝛ.Eſſentia quidē manifeſte ſignificat rōnem rei cuiuſq; formalē.innuit
quoq; eſſe,tanq̄ actū eſſentiæ ꝓprium.Idem vero dicitꝛ:quoniam q̄dlibet, & ſecū in primis, & cum
aliis cōgruit.Rurſus additur alterū:q̄a quādā,tum intra ſeipſum,tum ad alia differētiā habet.Pre
terea ſtatus.quippe cū aliquādiu ſuā quādā retineat vnitatē.Deniq; motus hoc in loco exitū quē-
dā ex potētia in actū,ſiue eſſendo,ſiue quomodolibet intrinſecus extrinſecuſve agēdo ſignificat.At
ſup hæc quinq; genera ponunꝛ tria:terminus,infinitudo,mixtio.Super tria hęc,ponitur ipm̄ vnū.
Eſſentia quidē diuinū ipſum vnū ſequiꝛ. Idē vero ſtatuſq;,terminum.Sed alterū atq; motꝰ,infinitu
dinē comitatur.Deniq; ſicut ipſa mundi quattuor elemēta per ſummū gradū locauimus in cæleſti
bus:per mediū ſub luna:per infimū vero ſub terra:ſic gn̄a quinq; ſumma quadā rōne ponimus ī di
uinis:media in anima:infima vero ſub aīa.In diuinis enim:& vnitas multitudinē:& terminus infi
nitudinē ſuperat:& idē excedit alterū:& ſtatus p̄ualet motioni.In rebus aūt inferioribꝰ aīa,contra
fit:& quę ibi ſuperabant,hic viciſſim iam ſuperanꝛ.In aīa potiſſimum ęqualis euadit ſingulorū ad
ſingula temperatio:vt nō īmerito hāc p̄cipue,tū rerū mediā,tū muſicis rōnibus temperatā eſſe ve
lint.Cōgruūt aīæ mathematica.vtraq; eñ inter diuina,& naturalia media iudicanꝛ.Cōgruūt mu
ſici numeri aię plurimū.Mobiles eñ ſunt:ꝓptereaq; animā,q̄ eſt p̄cipiū motionis,rite ſignificāt.
Nō ſolū vero ꝑ numeros,ſed etiā per figuras deſcribiꝛ aīa:vt ꝑ nūeros q̄dē īcorporea cogiteꝛ:ꝑ figu
ras autē cognoſcaꝛ ad corpora naturaliter declinare.Conuenit triangulus animæ.Quia ſicut trian
gulus ab vno angulo ī duos protēditur,ſic aīa ab indiuidua diuinaq; ſubſtātia profluēs,in naturā
corporis labitur penitus diuiſibilē:ac ſi cū diuinis conferatur,diuiſa videtur.Quę enim illa ꝑ vnā
& ſtabilē virtutē agūt,atq; ſubito:hæc per plures mutabileſq; vires actioneſq; peragit,ac temporis
interuallis.Si naūt conferaꝛ cū naturalibus,indiuiſa cenſeꝛ . Non enim alibi habet partes alias loco
diſiūctas,vt illa:ſed ē in qualibet totius parte tota:neq; oīa mobiliter tēporeq; perſequitur,ſicut il-
la:ſed nōnihil etiā ſubito conſequiꝛ: æterneq; poſſidet.Licet in hoc inſuper aīam cū triangulo com
parare:q̄ triangulus prima figura eſt earū quæ pluribus cōſtantes lineis producūtur in rectum.
Anima ſimiliter prima oīm in plures diſtribuitur vires,quę in ipſa intelligentiæ ſubigunꝛ:ac pro-
duci videtur in rectū,dum a diuinitate labitur in naturā.In quo q̄dē deſcenſu ab intelligētia ſum-
ma in tres profluit vires inferiores.i.in diſcurſum quendā rōnalem,in ſenſum,in vegetandi virtu-
tem.Quēadmodū & triangulus a ſigno productꝰ,in tres deducitur angulos.Dico autē animam ex
oīm genere primā,& ex pluribus quodāmodo viribus cōmiſceri:& in rectū,vt ita dixerim,cadere.
Mens eñ angelica ſuper aīam inferioribus intra ſe nullis indiget viribus:ſed pura mens eſt,totaq;
mens atq; ſufficiens.Itē ad īferiora nō vergit,ſed in diuinitatem ſolā,vnde eſt,circuli more cōuer
titur.Ideoq; eius actio circulo cōparaꝛ.Vna eñ actio eſt,& æqualis,ſicut ex vna,& ęquali linea cir
culus:& mira quędā vtriuſq; capacitas.Præterea circulus prima eſt,& vltima figurarū.Prima qui
dem,q̄a vna circū cōtētus eſt linea.Vltima,q̄a figurę ex pluribꝰ lineis cōſtitutę,quo plures ſubeūt
facies:eo ꝓpinquius paulatim ad circuli formā quaſi finē videnꝛ accedere . Similiter & intellectus
oīm primus ꝓcreatur a deo,& intellectualis vultus.i.abſolutus ordo rerū vltimus omnium ī ſpe-

culo naturæ refulget: ad quē naturales formæ quaſi finem magis gradatim magiſq; accedūt. Sed
de intellectu alias.Nunc ad animam reuertamur.

Cur Anima rei compoſitæ comparatur.Cur conſonantiæ muſicæ. Cap.XXVIII.

TRia potiſſimum de aia in pſentia q̄rimus.Primū,quãobrē Plato aīam fingit rei compoſi-
tæ ſimilem.Secundū,quā ob cauſam rei concordia quadā compoſitæ.Tertiū,cur cōſonan
tiæ muſicæ.Principio aīa,& ſi indiſſolubiliter compoſita eſt,tñ tanta eſt multiplicitate cō
poſita,vt naturali quadā inclinatione ad ea vergat q̄ ſunt omnino compoſita.Iccirco compoſitis,q̄
bus cū naturali quadam non dico cōſanguinitate,ſed affinitate cōſentit,quodā modo ſimilis figu
raſ.Deinde quia media rerū eſt,merito & ex omnibus componiſ,& cōcorditer cūcta deuincit:ideo
q; cuidam,vel cōcordiæ,vel cōcorditer compoſito comparaſ:præſertim qm̄ q̄ in natura īter ſe pu
gnant,aīa conciliat inuicē,conciliata cōnectit,cōnexa cōſeruat.Itaq; nō iniuria concordia quędam
ſubſtātialis,ſiue ſubſtātia maxime cōcors indiſſolubiliſq;,aīa iudicaſ.At cū illa etiam q̄ cęteris ſen
ſibus apphenduntſ,ſępiſſime cōcorditer compoſita ſint:quęrebaſ tertio,cur Plato concordię potiſſi
mū muſicę ſimilē expſſerit animā.Reſpondeſ ad hæc:muſicā conſonātiā in elemento fieri oīm me
dio:perq; motū,& hūc qdē orbicularē ad aures pueníre:vt nō mirum ſit eā aię cōuenire,tū medię
rerū,tum motionis principio in circuitum reuolubili. Addeq; cōcentus potiſſimū inter illa q̄ ſen-
tiunſ quaſi animatꝰ affectū ſenſuumq; cogitationē aię,ſiue canentis,ſiue ſonantis pfert in aíos au-
dientes.Ideoq; in primis cū aío congruit.Præterea quæ ad viſum quidem ſpectāt,& ſi pura quodā-
modo ſunt,tñ abſq; motionis efficacia,& p imaginē ſolā abſq; rei natura ſæpius apphenduntſ: ideo
parū admodum mouere aíos ſolent.Quę vero ad olfactū,guſtū,tactū,quaſi valde materialia potiꝰ
inſtrumēta ſenſuū titillāt,q̄ animi intima penetrēt.Concentus aūt p aeream naturā in motu poſi-
tam mouet corpꝰ: p purificatū aerem cōcitat ſpiritū aereū aīæ corporiſq; nodū:per affectum,affi-
cit ſenſum ſimul,& animū:p ſignificationem,agit in mentē:deniq; p ipſum ſubtilis aeris motū,pe-
netrat vehemēter:p cōtēperationē lambit ſuauiter:per conformē qualitatē mira quadā voluptate
pfundit:per naturam,tam ſpiritalē q̄ materialē,totū ſimul rapit & ſibi vendicat hominē. Et profe-
cto ſiquis tanta muſarum arte diligentiaq; concentus offerret auditui,quāta naturæ artiſve cura
vel ſapores guſtui,vel mollia tactui offeruntſ,pculdubio cognoſceremꝰ Apollinē multo magis ani
mū rapere melodia,q̄ vel Bacchus vino guſtū,vel Venꝰ pruritu tactū,ſoleat occupare.Accedit ad
hęc:q; vbi Plato mundi fabrū inducit loquentē, tum ſecum ipſo ratiocinādo,tum ad reliqua im-
perando:eloquium ipſum quaſi Apollineū cantum apprime muſicū,originē mundani tā animi q̄
corporis eſſe putat:& aīam inde natā muſica ſimiliter rōne citharā pulſare cæleſtē.Et pfecto qđ in
cæleſti melodia ē,tū ex tardiori motu grauis tonꝰ, tū ex motu velociori tonꝰ acutꝰ:idē ſub coelo ē
grauitas: & leuitas:itē frigꝰ:& calor:rurſus humor ſiccitaſq; elemētorū.Idē in generatiōe rerū,ma
teria eſt & forma. Idē in humanis ingeniis,māſuetudo:& magnanimitas:temperantia atq; fortitu
do . Et quemadmodū ex graui acutaq; voce:ſic ex geminis cūctis quas narrauimus naturis vbiq;
fit vnum.Cum igiſ cōſonātia muſica quaſi viua ſit:& rōnalis:& efficax:itē vtpote q̄ ſimillima,aío
q̄ gratiſſima: rurſus totū ſibi hoiem vēdicet:& qđ maius eſt,p ipſam factus ſit aius: facta ſint oīa:
p ipſam cōſeruentſ:p ipſam & moueantſ:haud ab re Plato noſter aīam effectricē,ſeruatricē,motricē
oīm naturaliū muſicis pcipue numeris rōnibuſq; deſcripſit:numeris inquā nō mathematicis acci
dentibꝰ:vt quidā calumniantſ:ſed idealibus numerorū metaphyſiciſq; rationibus conſtitutam.

Propoſitiones & pportiones ad Muſicā Pythagoricā,& Platonicā ptinentes. Cap.XXIX.

DIthongū.i.ſonū melodiis aptū vocāt:quo & grauiorē & acutiorē facile qs edere poſſit:vt
neq; tā pfundus remiſſuſq; ſit,vt ſit ſilentio ſilis:neq; tā altꝰ & intērus,vt pſtrepat.Gra-
uem ſonū motu remiſſo & tardo:acutū itētiore & velociore creari putant. Quēadmodū
vero remiſſus admodū,& tardiſſimus motꝰ ad quietē quaſi videſ accedere:ſic ſonus grauiſſimus
ad ſilentiū.Rurſus ſicut vehemētiſſimus celerrimuſq; motus ad violentiā:ſic ad offenſionem ſoni
tus acutiſſimus.Interualla vero ſonorū appellāt certos exceſſus īter eos ī acumine grauitateq; mu
tuos.Cōpoſitiōes aūt cōgruētiū ſonorū ex opportunis pportionibꝰ cōſonātiū,cōiunctiones.Coapta-
tiones quoq; fidiū in muſicis inſtrumentis:ſiue in vnico tetrachordo:qualē & inuenit Mercurius:
& Orpheus cōfirmauit:ſiue in duobus tetrachordis p chordas ſeptē vna coniunctis:qualia Terpā
der dicitur effeciſſe:ſiue in geminis tetrachordis p chordas octo diſpoſitis atq; diſiunctis: quorum
Lycaonē Samiū fuiſſe aſſerūt auctorē:ſiue ī tetrachordis quatuor coniunctis:atq; ex fidibus quinde
cim græcorum tandem oīm approbatione cōſtantibus:in his oībus tetrachordis gradatim diateſ
ſaron reſonat cōſonātia.Iam vero poſt ſonorū,interuallorū,cōpoſitionū mētionē ad pportiones ex
quibus fiūt cōſonātiæ,pcedamus.Proportionē ęqualitatis nomināt:q̄ fit īter terminos oīno īter ſe
pares & ęquales:vt īter vnū hoc atq; vnū illud:& cubitū atq; cubitū.Inęqualitatis aūt:q̄ inter imę

pares,vel inęquales:vt inter vnū atq; duo:& cubitū atq; bicubitū.Et hęc qdem altera maioris inęqualitatis,vt dupla:altera vero minoris:vt subdupla.Praeterea ꝓportionē inęqualitatis triplicē in pñtia considerare debemus. Primā quidē,quā multiplicē nominãt,vt duplā,triplā,quadruplā:q̄ ꝑ maiorē numerū nō diuidit minorem:sed resumit multiplicatq; totū,siue bis,siue ter:atq; ita ꝑ modū numeri īfinite multiplicabilis infinite ꝓcedit.Scđam vero,quā supparticularē nuncupãt:ī qua maior numerus praeter id ꝙ minorē cōphendit semel totū:diuidit ipm deinde:partēq; diuisam superponit toti:sed partē quā vocamus aliquotā.i.ex qua aliquotiēs replicata fit totū. Harū prima est sesquialtera:īter binariū,& ternariū.Ternariꝰ enī binariū cōprehendēs:addit insuꝑ vnitatē : q̄ bis resumpta binariū efficit.Secūda sesqtertia, īter quatuor atq; tria:atq; ita īnfinitū ꝑ modū cōtinui diuisibilis infinite ꝓcedit. Tertia est suppartiēs:q̄ toti supaddit ptē:q̄ aliquotiēs accepta totū proprie creare nō valeat.qualis est īter quinariū:& ternariū.Nā quinariꝰ vltra ternariū adiūgit binariū:q & semel sumptꝰ nō implet ternariū:& bis acceptꝰ,excedit. Proportio hęc qa totū diuidit in partē restitutioni totiꝰ ineptā,inepta videt ad consonantiā:in qua oīs diuisio ī totū:& mltiplicatio in vnū necessario restituit.Scđa vero apta censet:qm̄ & si diuidit:tñ ab ipsa restitutionis facilitate nō errat:& in ipsa termini esse inuicē cōmēsurabiles iudicant.Differētia enī inter duo atq; tria est vnitas.hęc vero cōis est vtriusq; mēsura.Accepta enī bis,metit binariū:ter accepta,ternariū.Sed inter qnariū,& ternariū differētia ē binariꝰ:hic aūt nō pōt aliquotiēs acceptꝰ vel ternariū,vel quinariū vllo pacto metiri.Proportio vero pría cōcentibꝰ accōmodatissima ē.Nō enī diuidit:sed & multiplicādo restituit:& restituēdo multiplicat.Neq; q̄rit aliūde mēsurā,vt supparticularis:sed minor terminus maiorē metit:in dupla bis,in tripla ter replicatus.Neq; ab integritate,neq; a simplicitate cadit.Supparticularis aūt ab integritate qdē labit:diuidit enī:sed seruat simplicitatē.ꝑ vnā enī quādā diuidit partē.Suppartiēs vero nō mō amittit itegritatē:sed etiā simplicitatē:vbi plures cōmiscet partes,in vnū qddā restitutioni totiꝰ ineptū.Iccirco haec a cōsonātia dissonat:duae vero superiores cōsonãt:magis aūt multiplex,maxime dupla.Nempe in hac nō videt aliud ꝓprie aliud superare:sed supari qđlibet a seipso.Nā in dupla binarius superat vnū vno:Quaternarius binariū binario:similiterq; deinceps.Adde ꝙ prima est inter primos numeroꝝ terminos,vnitatē scilicet binariūq; ꝓgenita.Progenita inquā sola,absq; aliarū cōmercio quasi libera,& ab oibus absoluta.Tripla vero,dū inter vnū orit atq; tria,sociā habet sesquialterā sił inter duo triaq; nascētē.Quadrupla quoq; videt sesquitertiae cōmisceri.Nā cū primū quadrupla nascit quatuor inter,& vnū:oritur sił & sesquitertia quatuor inter & tria.Itē dupla ꝓxime orit ab ipsa ęqualitatis ꝓportione:ab hac tripla & sesquialtera.Itēa tripla quadrupla & sesquitertia nascit:alięq; similiter.Qđ quidē,nisi ꝓlixitatē vererer:ꝑspicue demōstrarē. Ad duplā igit tanq̄ ad principiū atq; finē oēs aliae rediguntur:eāq; vel diuidūt,vel multiplicãt.Dupla enī prima,integra,simplex,absoluta,& ęqualissima est:vt nō mirū sit cōsonantiā ex hac ipsa nascētē esse oim ꝑfectissimā:& appellari diapason:qa & ipsa ꝑ oīa ꝓtendat:& oēs ꝓportiones reducant ad ipsam. Verū anteq̄ cōsonantias ꝓsequar,admonendi sumꝰ, quē Graeci logon nominãt,nos rōnē ꝓportionēq; noiare:& quā illi analogiā,nos rōnis cōpationē siue similitudinē rōnis:et ꝓportionalitatē rursus:appellatione vere tam elegāti q̄ ꝓpria. Et ꝓportionē qdē inter duos fieri terminos:& qñ rite fit,cōducens videlicet ad melodias,definiri mutuā duarū quãtitatū inter se cōmēsurabiliū habitudinē,vt dupla īter vnū atq; duo: & sesquialtera inter duo atq; tria:similesq; deinceps.Proportionalitatē vero definiri mutuā duarū ꝓportionū cōparationē. Ceu qñ dicimus : quēadmodū se habent duo ad quatuor:ita quatuor se habent ad octo:ꝑ rōnē videlicet vtrobiq; duplā.Quae quidē cōparatio:qa inter tres fit terminos:cōtinua noiat.Discreta vero est:quotiēs īter plures efficit:ceu qñ ita cōferimꝰ.Sicut duo ad quatuor:ita octo ad sexdecim se se habēt.Item comparationem eiusmodi esse triplicem:scilicet arithmeticam,geometricam,& harmonicā.Arithmeticā in numeri paritate cōsistere.Sic īter tria & septē mediꝰ est quinariꝰ: numero eodē,scilicet binario,alterū terminū supans:ab altero superatus:ꝑ ꝓportionē vtriq; bipartiētē.Geometricā vero ī rōnis ęqualitate sitam eē:in q̄ sunt multiplex atq; supparticularis: qñ vez ita cōparamus:sicut se hñt tria ad nouē:ita nouē ad septē atq; vigiti:nā vtrobiq; tripla.Itē qđ est nouenarius iuxta senariū:idē est senarius iuxta quaternariū.Nā & hic,& ibi est ꝓportio sesquialtera. Deniq; ꝓportionē harmonicā in quadā similitudine collocãt:per quā tribꝰ terminis in ordinē positis sicut maximus terminꝰ aspicit minimū:siłiter differētia inter terminos maior minorē respicit differētiā.Si enī ponas:tria: quatuor:sex:differētia īter sex & q̄tuor est binariꝰ: differētia īter quatuor & tria,vnitas.sicut aūt īter sex & tria dupla rō est:ita īter duo & vnū est rō dupla.Viget hic altera quoq; siłitudo:scilicet portionū.Simili nāq; extremoꝝ portiōe mediꝰ terminꝰ excedit:atq; excedit.Quaternariꝰ.n.supat a senario ꝑ tertiā senarii ptē:supat quoq; ternariū tertia ternarii pte.In hac vtiq; artificiū versat harmonicū:ꝙ ꝓportiōes qdē suppartiētes q̄si disgregatas dissonasq; deuī

tat:multiplices aũt,& ſupparticulares admittit,cõponẽs duplas ex ſeſquialtera atq; ſeſquitertia: ꝑ
harmonicã qualẽ diximus rõnẽ cõcordi varietate gaudentẽ.Amat vero quẽadmodum dicebamus
cõparationes multiplices, necnõ ſupparticulares, ea inſuꝑ rõne,ꝙ in his tãta eſt ad idẽ reſtituẽdũ
ꝓcliuitas,vt quando plures rõnis eiuſdẽ inuicẽ cõponunť,mediũ in ſe ductũ tantũdẽ multiplicet
quãtũ extrema ſi inuicẽ perducantur.Pone duo,quatuor,octo:ſicut aũt bis octo,ſic & quater qua
tuor,ſexdecim procreant.Itẽ pone quatuor,ſex,nouẽ:ſicut ergo quater nouẽ,ſic etiã ſexies ſex mul
tiplicant ſex atq; triginta.Silr̃ ſi duo ĩter extrema,media interieceris:puta inter duo atq; ſexdecim
poſueris q̃tuor atq; octo. Oẽs eñ hi deĩceps nũeri dupla ꝓximũ rõne cõſpiciũt.Si ergo duo ĩ ſexde
cim ducas,tãtũdẽ reportabis,ac ſi quatuor in octo ꝓduxeris.Idem contingit in cæteris tã ſupparti
cularibus q̃ multiplicibus.In ſuppartientibus aũt nõ fit idem. Diſpone tria,qnq;,ſeptẽ.Sicut a ſe
ptenario ad quinariũ eſt habitudo ſupbipartiens:ſic a quinario ad ternariũ. Vtrobiq; eñ duę quæ
dã ꝑtes toti inſuꝑ apponunť. Si ducas ternariũ in ſeptenariũ,nõ eũdẽ numerũ ꝓcreabis,ac ſi quina
rũ in ſeipſum.Primo itaq; gradu ſunt mltiplices,qm̃ ꝑter id qđ modo dicebamꝰ:ꝑ eas numeri oẽs
reſpiciũt etiã vnitatẽ,dũ aſpiciũt numeros.Scđo gradu ſupparticulares:qa & ſi vnitatẽ ipſam nõ
ſpectãt,ſemꝑ tñ vnã quãdã ſpectãt partẽ ad integrũ vnũ accõmodatã.Tertio ſuppartiẽtes:quia ho
rũ neutrũ videnť aſpicere.Quãobrem hãc odit habitudinẽ facultas harmonica:tanq̃ concordiæ re
luctãtem.Optat eñ,vel ex ipſa ęqualitatis ꝓportione vniuocũ vniſonũq; conficere:vel ex rationali
.i.multiplici,& ſupparticulari inęqualitatis ꝓportione ęquiuocũ ęquiſonũq; conflare.Talẽ vero ęq
ſonũ cõflat ex dupla,q̃lis vniſono fit q̃ ꝓximus:quia in dupla & minor terminꝰ maiorẽ metiť:me
tiendoq; adęquat:& maior vbi minorẽ ſuperat,nõ alio numero q̃ ipſomet minore,vt ita dixerim,
exuperare videtur.

Qꝫ in muſicis cõſonantiis vnum ex multis efficiť:per qđ conſonãtia definiť. Cap.XXX.

QVemadmodũ medici peritiſſimi certos inuicẽ ſuccos certa quadã rõne cõmiſcent : ꝑ quã
in vnã nouamq; formã plures atq; diuerſæ materiæ coeant:& vltra vim elementalẽ,vir
tutẽ quoq; cæleſtẽ mirifice nãciſcanť:qđ in Mithridatis cõfectione:& Andromachi theria
ca eſt manifeſtũ:ſil'iter artificioſiſſimi muſici grauiſſimas voces quaſi materias frigidas:voces item
acutiſſimas quaſi calidas:rurſus mediocriter graues,vt humidas mediocriter : & acutas,vt ſiccas
tanta rõne cõtemperãt:vt vna quædã forma fiat ex pluribꝰ:q̃ vltra vocalẽ virtutem conſequať in
ſuꝑ & cæleſtẽ.Qđ quidẽ ex eo qđ Democritus Theophraſtuſq; aiũt:& Pythagoras effectu proba
uit:euidẽter apparet.Nã certis cõcentibꝰ morbi quidã tã corporis q̃ aĩ mirabiliter curati dicunť:
vt non mirũ ſit veteres ſapiẽtes in idem.i.apollineũ numerũ tã medicinę q̃ muſicę originẽ retuliſ
ſe.Vtraq; eñ medicina eſt.Sed altera qdẽ ex corpore aĩam:altera vero ex aĩa curat corpꝰ.Accõmo
datiſſime etiã Apollini melodię fonti vaticiniũ tribuerũt.Sola eñ melodia ab oĩbꝰ quotcũq; diſtra
hunt aĩm retrahens,cõtrahit in ſeipſum,in auditũ quendã:vt ita loquar,interiorẽ,quo non voces
ſolũ,ſed & rõnes vocũ percipiunť:ſedatiſq; ꝑturbationibꝰ cęleſti contemperat harmoniæ: diuinaq;
cælitus effundit oracula.Sed neq; forſan neget ex acuta grauiq; voce tertiã fieri cõmunemq; vo
calẽ formam:cogitandũ eſt graues voces acutis pfectius cõmiſceri poſſe,q̃ ſuccis ſucci ꝑmiſceri di
canť.Primo qa vocales materiæ ob ſubtilitatẽ ſuã cõtinuũq; motum vniformẽq; in cunctis corporis
aerei qualitatẽ,facilius conſummatiuſq; q̃ ſucci & craſſi,& ad motũ ineptiores,& qualitatibus ad
modũ diſcrepãtes conflanť in vnũ,ꝙ ſi in vnũ:ergo & ad vnã nouãq; formã aptius paranť conci
piendã.Deinde qm̃ inſtrumẽtum vocis naturale:ĩtrinſecum:virtuti vitali,aĩali,rõnali q̃ ꝓximum
atq; obedientiſſimũ facilius pfectiuſq; arti obtemperat muſicæ:ad vnũ ipſum quo ſpectat conficiẽ
dum:q̃ extrinſeca medicis inſtrumẽta:atq; etiam ſi pulſetur cithara digitis:fidelius obſequenť mu
ſici voto fides q̃ medicis hęrbę.Ac ſi in hęrbarũ congeſtam molem vltra induſtriam & operã me
dicoꝝ agit deinde natura:& tꝑe quidem certo:multomagis in vocalẽ materiam tractabilẽ admo
dum:& formabilem agit natura ſubito:natura inquã vbiq; viuens viribuſq; munita cæleſtibus in
materiã cælo ſimiliorẽ:& quaſi viuã,cui quidẽ repẽte nouã,viuã,mirificã,adhibet formã :ꝑ quam
occulta virtute vires ſuas ĩ corpus experiať & aĩm.Proinde quẽadmodũ ĩ corpore ex elementis q̃
tuor naturaliter conſtituto,qualitates elementoꝝ quatuor,vnã,& vt qdã nominant,quintã confi
ciunt,cõplexionẽ videlicet ſubiectã virtuti ſpeciali occultis modis cælitus ꝓuẽturę:ſic & voces plu
res rite cõmixtę vnũ quẽdã inuicẽ reſonãt reboatũ virtutis nouę atq; mirabilis fundamẽtũ. Nam
ſi ex ſonãte cithara ĩ citharã ſimiliter tẽperatã,reſonat repẽte nõnihil:& ex chorda vibrata,ſtatim ĩ
chordã ęque tentã trãſit vibratio ſimilis:cuinã dubiũ ſit ex pluribus vocibꝰ vna quadã rõne cõfla
tis vnã ſubito naſci q̃ſi formã cõem cũctis:ꝑ quã plura ſint vnũ:ideoq; vt vnũ ꝑcipianť a ſenſu:& in
vnũ quẽdã cõgrediarť effectũ.Cõſtat idẽ ex voluptate ſenſus:ĩ quo cũ vna forma ſit ex multis,oble
ctatio plena ꝓuenit ex vna ſilr̃ forma,q̃ cõgrue cõficiať ex multis.Hic fit,vt audire diutiꝰ vniſonũ

redeat:ĩ quo ſine vlla ĩequalitate ſentiaꝛ ęq̃litas. Fit ĩſup, vt diſſon⁹ offendat ſonus:ĩ quo ĩ vnũ diffe rẽtia nõ cõſpirãt. ıõq; mlta pſpicue diſcernunꝛ a ſenſu:& ab ipo q̃ſi guſtanꝛ, vt multa. Guſtãꝛ ĩquã qa ſic ferme ad vocũ, vt guſtus ad ſapoꝝ afficiꝛ mixtionẽ. Hinc ꝓpheticũ illud. Dulciora melle ori meo eloq̃a tua dñe. Denıq; ſiue graues ſoni acutos abſorbeãt, ſiue acuti graues occupẽt:nõ ꝑuenit delectatio:& tñ vnio q̃dã vbiq; reqriꝛ. Cũ vero vnio:vel ex abſorbẽte, vel ex occupãte nõ placeat, re liquũ eſt, vt ſola placeat, q̃ noua & efficax ex moderata q̃dã cõflatiõe reſultat. Hic igiꝛ cõſonãtia de finiꝛ, ſoni grauis & acuti mixtura vniformiter ad aures ſuauiterq; accedẽs. Eſt aũt mixtura hęc ei ſilis, q̃ ĩ ſaporib⁹ guſtui ſatiſfacit:ĩ qbus ſapor dulcis nimiũ atq; piguis voci remiſſiori admodũ gra uiorıq; ſimilis iudicaꝛ:ſapor aũt acutiſſim⁹ acutiſſimę. Sed dulcis ſapor acrimonię mixtus, vocẽ re fert moderate grauẽ. Mixtus vero ſalſedini, vel acumini, mediocriter acutã repſentate videꝛ. Ac tũ demũ ꝑmixtio mltiplex iplet ſenſum, cũ ñ diſcerniꝛ vt mltiformis:ſed ſeipã ĩſinuat vniformẽ. Tra dũt Phyſici ſonũ ĩ orbicularẽ figurã mltis gradatim amplificatã circulis ad aures ꝑuenire, nõ aliter q̃ q ĩ ſtagno ex iactu lapidis ab alto circuli mltiplicanꝛ ad litt⁹. Cõcẽtũ vero ex grauib⁹ acutiſq; cõ flatũ, velut vnã formã:& hãc rotũdã qdẽ:ſed oualẽ illabi aurib⁹ arbitramur. In q̃ qdẽ octaua vox q̃ ſi ꝑ acutiorẽ verticẽ, vocis primę latitudinẽ ſibi cõtinuãs:ex ſeipſa atq; prima vnã iã cõflat vocẽ:at q; ſicut oculus oualẽ rotũditatẽ tãq̃ vnã videt figurã, q̃uis hic latã magis, inde minus:ſic auditus vocẽ ex graui octauaq; reſultãtẽ haurit tanq̃ vnã, ab amplo quodã ꝓfundo q̃ſi ĩ acutã ſublimitatẽ oui iſtar gradatim ſeſe ac ſuauiter attollẽtẽ. Hic fieri arbitramur, vt & natura eiuſmodi q̃ſi figurã audiendi inſtrumẽto tribuerit:ſimilemq; inſtrumento loquendi:& ars ꝑterea ſimilem quoad fieri potuit muſicis inſtrumentis. Ea certe conſonãtiora ſunt, quę ouali figuræ propinquiora.

Quæ conſonantiæ ex quibus ꝓportionibus orianꝛ. Cap.XXXI.


PYthagorã ferũt, cũ apud Aerarios fabros annotauiſſet ex malleoꝝ ictib⁹ cõſonãtiã lege põ derũ ꝑuenire:collegiſſe numeros, qb⁹ ſibi cõſentiẽs diuerſitas põderũ cõtinebaꝛ. deide te tẽdiſſe neruos tã variis põderib⁹ alligatis, q̃ varia ĩ malleis fuiſſe didicerat:atq; hic mani feſte cõſideraſſe:ex neruo q ſup aliũ ſeſq̃octaua rõne ꝓcedebaꝛ, aduerſ⁹ aliũ diſcerni tonũ. i. plenũ integrũq; ſonũ:q̃lis erat nouẽ ad octo ꝓportio. Neq; potuiſſe tonũ in duo hemitonia ĩter ſe ęqualia diſtribuere, q̃ñ neq; nouenari⁹ in ptes duas ſecar ꝛ ęq̃les:ſed ĩueniſſe hemitoniũ alterũ qdẽ eſſe pau lo maius dimidio:alterũ vero paulo dimidio m ⁹. qd ille dieſim, Plato limma vocauit. Quãtũ ve ro deficiat hemitoniũ min⁹ ab ĩtegro tono:& vero hemitonio, Plato in ĩteruallo hoꝝ indicat nũe roꝝ. ſ. inter ducẽta q̃dragita tria:atq; ducẽta q̃nquaginta ſex. Cũ eñ octaua ps minoris illi⁹ nume ri ſit trigĩta:& ꝓpe ſenus:hic vero maior nũerus ſup minorẽ illũ addat dũtaxat tredecim: neq; to nũ reddit, neq; itegrũ hemitoniũ. Aĩaduertit deĩde Pythagoras ĩtegrã plenãq; toni, vt ita dixerim latitudinẽ, duob⁹ ſonis & vno ĩteruallo cõſtare:atq; ita pria cõſonãtię adept⁹ eſt elemẽta. Quarum pria diapaſon extitit:ex pria videlicet ꝓportiõe. i. dupla reſultãs:vbi. ſ. chorda hęc ſup illã ex duplo põdere, duplo magis tẽta, dũ pulſarenꝛ ambę, duplo vehemẽti⁹ citiuſq; ĩ ſuã ſeſe recipiẽs rectitudi nẽ vocẽ lõge acutiorẽ viciſſim lõge grauiori reddebat:adeo tñ amicã, vt q̃ſi vnic⁹ appereret ſon⁹ ſeipo hic anguſtior, inde ãplior. Sonũ hũc vbi occurrebat acutior:modulãdo metit⁹ eſt ĩ octauo altitudi nis gradu a graui cõnũerato videlicet graui, eſſe locatũ:itẽ octo qdẽ ſonis, & ĩteruallis ſeptẽ, tonis aũt ſex ferme cõſtare. Pręterea vbi ĩter ſides rõ ĩtentiõis remiſſioniſq; ſeſq̃tertia erat, ĩuenit cõſonan tiã diateſſaron:tonos qdẽ duos:& hemitoniũ min⁹:ſonos aũt q̃tuor:& ĩterualla tria cõphẽdẽtẽ. In ſeſq̃altera vero reppit diapẽte:& ĩ hac tonos tres:& hemitoniũ min⁹:ſonos vero q̃nq;:& q̃tuor ĩter ualla ꝓcepit. Aĩaduertit deĩde diapaſon ex diateſſaron & diapẽte cõponi:q̃a rõ dupla q̃ gignit dia paſon, vbi habet mediũ, ex ſeſq̃tertia & ſeſq̃altera, ex qb⁹ illę ſiũt, cõſtituaꝛ. Pria eñ dupla mediũ hñs duoꝝ eſt ad q̃tuor:cõpoſita ex ſeſq̃altera, ĩter tria atq; duo:& ex ſeſq̃tertia, ĩter q̃tuor atq; tria. Sed ĩ hĩtudine tripla diapaſon diapẽte cõſiderauit:hñtẽ ſonos qdẽ duodeci:ſed vndeci ĩterualla. Nã dia paſon qdẽ ĩ dupla, diapẽte vero ĩ ſeſq̃altera ſedẽ habet. At ſeſq̃altera duplę cõtinuata efficit triplã. Sex eñ aduerſ⁹ tria dupla ẽ. Adde nouẽ, vñ ad ſex naſciꝛ ſeſq̃altera:ſtati triplã a nouẽ hẽbis ad tria neq; tñ ſit tripla, ſi duplę adieceris ſeſq̃tertiã:vtpote ſi illi ſenario adiũxeris octonariũ. deeſt eñ ſeſ q̃octaua. ſ. nouẽ ad octo. Et q̃ñ ſeſq̃tertia duplę addita:ſit ſuppartiẽs:vt octo ad tria:eſt eñ hic hĩtu do dupla ſupbipartiẽs ꝑ biſeſq̃tertiã:iõ Pythagoras ꝓhibuit vltra duplã. i. diapaſon repẽte cõtinua re ꝑ ſeſq̃tertiã diateſſaron:q̃uis Ptolemæus alicubi ſubiũctionẽ hãc admittat. Cõmode vero adiun giꝛ ſeſq̃tertia triplę. hic eñ ſit ꝓportio q̃drupla:& ꝑ q̃druplã cõſonãtiã diſdiapaſon:hñs ſonos q̃nde cim:& q̃tuordecim ĩterualla:puta ſi poſita tripla ĩter nouẽ atq; tria, ſubiũxeris duodenariũ, q ẽ ad uerſus nouenariũ ſeſq̃terti⁹, acqres ſubito q̃druplã ex duodeci ad tria naſcẽtẽ. Vltra vero q̃druplã ꝓgredi vetat gr̃a melodię:nõ ſolũ q̃a ex vehemẽtiori motu fractiõeq; ĩ ſenſum ꝑuenit violentia:ſed etiã q̃a cũ primũ vltra primã q̃druplã q̃ncupla naſciꝛ ĩter q̃nq; atq; q̃tuor:oriꝛ ſil' ſupbipartiẽs inter

qnq; atq; tria,q̄ diſſonātiā itermiſcet. Sed vt citra q̄druplā redeamꝰ:vetat etiā vitādi torporis grā infra ſeſqtertiā ſepe deſcēdere. Vetat ſeſqtertias ſepe duas cōtinuare,tū qa aliogn diſplicēt,tū qa nō implēt duplā atq; diapaſon.Si diſponas nouē,duodeci,ſexdecim,ſeſqtertias qdē duas habes: duplā vero nequaq̄:deeſt eī ſeſqoctaua.ſ.decē,& octo ad ſexdecim:vt dupla a decē,& octo naſcaẗ ad nouē.Neq; libēter geminas cōtinuat ſeſqalteras.hę nāq; cōtinuę duplā ſuperant ſeſqoctaua.Qd qdē ſi q̄tuor,ſex,nouē deſcripſeris,dephendere poteris.Hic eī duę ſunt pximæ ſeſqalterę a quatuor vſq; ad nouē.Nouenariꝰ aūt octonariū,q duplus eſt ad q̄tuor,ſeſqoctaua ſupat portiōe.Ex hoc apparet potētiā ſeſqalterę vero duplę dimidio eſſe maiorē.ex quo etiā patet potētiā ſeſqtertię tantūdē dimidio eſſe minorē:q̄nquidē ex ambabꝰ dupla creaẗ.Superaẗ qdē ſeſqtertia a ſeſqaltera p octauā vnicā portionē.Ab octo eī ad ſex habes ſeſqtertiā:ſed a nouē ad ſex habes ſeſqalterā.At vero a nouē ad octo ſeſqoctauā:& hac ipſa ſeſqoctaua parte cōphēdis ſeſqtertiā a ſeſqaltera ſupari. Meminiſſe vero oportet diateſſaron.i.cōparationē ſonoꝝ quatuor ad q̄rtā altitudinē aſcēdētium p ſe qdē auditā nō approbari:recipi tñ ex eo libēter,qa facile tono addito fit diapēte gratiſſima vocis quintæ cōcordia.itē qa ſi cū diapēte cōnectiẗ,diapaſon cōficit oīm pfectiſſimā.Neq; vero turbare queq̄ debet:q cū dixerimus diateſſaron qdē quatuor:diapēte vero qnq; ſonos habere:tñ diapaſon ex vtriſq; cōpoſitā ſonos nō plures dicamꝰ habere q̄ octo.Nā vbi de cōpoſitis agimus cōſonantiis:ita in q̄trichordis inuicē cōiugatis fides ipſas diſponimus,ſonoſq; cōtinuamus:vt vltimꝰ primę cōſonātię ſonus, fit primus ſecundę in ipſa cōpoſitione ſequētis.Hinc ergo res admonet:vt ad ſeptichordū Terpandri regrediamur:in quo quarta chorda bis pulſaẗ,vt quodāmodo euadat octochordū. Quā qdem cōiugationē ppterea ſecutꝰ,vt arbitror,eſt Terpāder:qa multiplicatio vocū manifeſte īter ſe diſcrepātiū ad ſonū vſq; ſeptimū augeẗ.Octauus aūt iā mira quadā ſilitudine redit ad primū: queadmodū & rō dupla p quā creaẗ,reſtituit minorē quē ſuperat numerū:dū eundē excedit eodē.Nonus reuertiẗ ad ſecūdū:& diſſonat vt ſecūdus.Decimus ad tertiū:& cōſonat ſicut tertius. Vndecimꝰ ad quartū.Duodecimus ad quītū.Ad ſextū tertiuſdecimus.Sed quartuſdecimus redit ad ſeptimum. Deniq; quintuſdecimus ad octauū:& cū octauo ſimul ad primū.Primū vero grauiſſimūq; ſonū hypaten nominant.Sequētē,parhypaten. Tertiū lichanō.Quartum meſen.Quintum parameſen aut triten.Sextū paraneten.Septimū vero,neten.Preterea ſi in qualitate motuq; diuturno cōparatio fiat:hypaten cū Saturno ſequēteſq; ſequētibꝰ planetas pdine cōferemꝰ. Sin aūt ī motu diurno eiuſq; celeritate,vel tarditate,viciſſim hypaten cū luna:ſequēteſq; deinceps cū planetis ſupioribus cōparabimus.Inueniemuſq; graues in cælo ſonos mixtos acutis:eoſdēq; orbes altero quidē motu acutū tonū edere:altero vero grauē.Itē ex ingētibꝰ globis igētes:ex diuinis diuinos:ex multiplicibꝰ reuolutionibꝰ pari rōne multiplices.Et queadmodū vltra ſeptimū ſonū reuolutio fit in idē: ſic ſuper planetarū ſeptē diſtinctos orbes,oīa reuolui ī vnū orbē:in ſeipſo eiuſmodi ſeptenarium mirabiliter cōplectentē.Sed de his alias.Redeamus ad cōſonātias:eaſq; iā fine quodā pprio cōcludamus.Hę qdem tres apud veteres numeranẗ.Prima diatonica:in qua qdlibet quadrichordū p hemitoniū minus pcedit:& tonū atq; tonū:quā tū ſapiētes alii,tū Plato vel maxime ante alias cōprobāt:tāq̄ maxime oīm naturalē,q̄nquidē ab hemitonio minore quaſi molli materia ritu naturę procedit ad validiorem toni materiā:formāq; habet ſimpliciem:& māſuetā ſimul atq; robuſtā. Adde q potiſſimū cōuenit quadrichordo:in quo diateſſaron ex geminis tonis & hemitonio pcreaẗ.Sc̄da cōſonātia, chromatica nūcupaẗ:q̄ p hemitoniū minus atq; hemitoniū maius,& triemitoniū,diſcurrere cōſueuit.ſed hāc vtpote molliorē philoſophi reprobant.Tertia nominaẗ harmonica,pgrediens p quartā ferme toni partem,rurſuſq; p quartā ſimilē atq; ditonū.Hāc quoq; nō pbant ob perceptionis & vſus ſupſtitioſam difficultatē.Multa vero q̄ in pſentia ad eadē ſpectantia ptermittimus: in octauo epiſtolarum noſtrarum libro diligentius pertractamus.

De Harmonica Animæ compoſitione. Cap.XXXII.

DEus aiam mundi pcreaturus,eam ex indiuidua atq; diuidua cōflauit eſſentia. Prima hæc apud Platonē diuiſio in eſſentiam.ſ.& indiuiſibilē pprietatē atq; diuiſibilē,eſt cōmuniſſima.Nam qd indiuiduū dicit,continet in ſe quod neq; ſecundū locū ſecatur in partē extra partem: neq; ſecundū tp̄s a priori diffluit in poſterius.Per primū quidē appellaẗ idē: per ſecundū ſtatus,& ſtabile.Similiter qd diuiduum nuncupatur:in ſeipſo cōplectitur:& qd loco diffundiẗ,& qd tempore labitur.Per primùm quidem appellatur alterum:per ſecundum motus,& mobile:motus inquā in naturalibus.Quapropter ſub illa diuiſione q̄ dicebat aīam ex eſſentia īdiuidua,& diuidua glomerari:quinq; rerū genera quodāmō continentur: eſſentia,idem,alterum,ſtatus, motꝰ. Plato vero breuitatis gratia nō replicat quīq; ſed tria.Repetit enim eſſentiā,idē,alterū:quaſi ſufficiant.Nā ad idē quidē ſequitur ſtatus:ad alterum vero motꝰ.Atq; viciſſim ad ſtatum ſequiẗ idem: ad motum ſimiliter alterū.Inquit autē deū ex eſſentia,& eodem,& altero vnā conflauiſſe naturam

tã exacta cõmixtione,vt in eſſentia eius vbiq; idem ineſſet & alterũ:atq; viciſſim in ipſo eiꝰ eodẽ in eſſet & alterũ & eſſentia:rurſus in ipſo eius altero,& eſſentia lateret & idẽ. Nã eſſentia p idẽ habet vt & ſecũ ipſa aliiſq; cõgruat:p alterũ,& quodãmõ in ſe diſtinguit̃:& multo magis a cęteris.Idẽ vero,& alterũ,ambo vt exiſtãt ab eſſentia ſortiunt̃.Sed idem a ſeipſo conuenientiã poſſidet:ab altero differentiã.Ipſum vero alterum a ſe quidem differentiã:ſed ab eodem congruitatem ſimul & ordinẽ.Horũ vero congeriem generũ Plato cõducere putat aĩæ ad res oẽs,tũ iudicãdas,tũ etiã peragendas.Nẽpe,qm̃ ex eſſentia conſtat,qd ſit vnũqdq; definit:q̃a ex eodẽ,cognoſcit qd ſimplex:& ſi cõpoſitũ,qua vniõe cõiũctũ:& quõ ſecũ ipſo aliiſq; cõſentiat:q̃a ex altero,qd ſit diuerſitatis in quolibet & qua cõditione vel in ſe digerat̃,vel ſecernat̃ a cęteris:qm̃ ex ſtatu, quale,& quo pacto,q̃duis in ſe ipſo pmaneat:q̃a ex motu cõſtat,agnoſcit a quali res queq;,& q̃li rõne dependeat:itẽ qualia & quõ faciat.Praeterea p eſſentiã,dat eſſe rebꝰ:p idem,res ſibi cõiungit & aliis:p alterũ vero ſeiungit:p ſtatum in natura ppria cõfirmat,& ordine:p motũ mouet:& efficit vt moueat̃,& agãt.Quãobrẽ nõ immerito Plato in aĩa fabricãda,rerũ oĩm genera certa quadã rõne cõmiſcet.Mixta vero hęc inuicẽ ait harmonica rõne,nõ arithmetica:alioquin iniuſta foret alicubi diſtributio:neq; geometrica tantum pportione:alioquin tanta foret ęqualitas in mixtura,vt cum extrema corpoꝝ diuerſitate pxime cõſpirare non poſſet.At harmonica ratio varioꝝ ſimilitudine cõſtans,& diſſimilia facit ſiſia:& inęqualia cõmuni q̃dã aequalitate cõnectit.Eiuſmodi aũt eſt aĩæ,tũ ad ſeipſam,tũ ad corpora qualitas & officiũ.Siue eñ agat ſecũ ipſa,tã itelligẽtię,vt ita loquar,identitati quãdã miſcet alteritatẽ,q̃ rõnis alteritati quãdã identitatẽ.Similiter in imaginatione facit:& ſenſu.Siue agat in corpus,i ordine quodã ſtabili quaſi identitate pducit motionis alteritatẽ. qd apparet in cęlo.Itẽ ſub cęlo i ipſa gñationis alteritate p cõtinuatũ ordinẽ ſeruat idẽtitatẽ:& vtrobiq; cõſeruat eſſentiã:atq; reſtituit. Quãobrem deꝰ aĩam mundi cõponẽs,vtit̃ harmonica rõne,tũ in rerũ gñibus inuicẽ cõmiſcendis, tum in portionibus ipſis,quas ab eis accipiebat ad aĩam cõponẽdã,tum in aĩæ viribus ortum eius e veſtigio comitantibus:tum in mundi ſphęris aĩæ cõgruentibꝰ.Talẽ vero mixturã aĩæ cõuenire, Plato non ſolum rõnibus pſcrutatꝰ eſt:ſed etiã cõiecturis acceptis a mundo diligẽter auſpicatus. Cũ eñ mũdi corpus,& ſub aĩa poſitum,& eiꝰ gr̃a factum,& ab ea rectum,motum,reformatum contemplaretur,naturę cõſentaneum iudicauit:vt a figura mũdi velut imagine,formã quãdã eiꝰ aĩę tanq̃ exẽplar cõiectaremus.Quibus itaq; pportionibꝰ ſphęras mũdi cõpoſitas,diſpoſitas,agitatas, ſuſpiciebat,eiſdẽ ferme.i.harmonicis rõnibus eius aĩam auguratus eſt eſſe contemperatã:vt quẽadmodum apud muſicos a concentu artificioſę mentis pfluit & concentus in vocẽ:ſic ab harmonia caeleſtis aĩæ in mundũ trãſeat harmonia.Sed Platonẽ ipm̃ iã audiamus.Vnã principio accepit portionẽ ex vniuerſo.Scdam vero primæ ptis duplã.Deinde tertiã:q̃ ſecũdę quidẽ ſeſquialtera eẽt:primæ vero tripla.Poſtea quartã,ſecũdæ duplã.Quintã deinceps,tertię triplã. Sextã primæ octuplã. Poſtremo ſeptimã,q̃ partibus ſex & viginti primã excederet.Hęc ille.Conſtituamus ergo triãgulũ in cuiꝰ apice locata ſit vnitas:a qua terni vtrinq; numeri pfluãt:hic pares:ĩde ſimiliter ĩpares:hac videlicet rõne:vt a parte altera poſt vnitatẽ primũ duo,deinde quatuor,demũ octo:altera ex parte ſub vnitate ſimiliter primũ tria,deĩde nouẽ:poſtremo ſeptẽ atq; viginti.Pr̃ia itaq; portio quã accipit deꝰ ex ipſo generũ,vt ita loq̃r,fermẽto ad aĩam effingẽdã,eſt vnitas.Scd̃a binariꝰ,pr̃ię duplus.




Tertia vero ternarius:cuius rõ tripla eſt primę:hoc eſt vnitatis: ſeſq̃altera vero ſecundæ.i.binarii.Quarta portio quaternariꝰ,duplus ſecundæ,hoc eſt binarii.Quinta nouenarius:cuiꝰ tripla ratio tertiæ.i.ternarii.Sexta octonariꝰ:cuius octupla ad primam.i. vnitatẽ pportio.Septima viginti ſeptẽ,rõ q̃dem ad nouenariũ tripla:vnitatem vero excedens ptibus ſex atq; viginti. In his vtiq; numeris rõnes oẽs cõphendit harmonicas. Nã in ſeſq̃octaua inter nouẽ & octo pportione,pgenuit tonum muſis nouem obtemperantem.In ſeſquialtera inter tria & duo diapente,gratiam vocis quintæ venereã.In ſeſquitertia ĩter q̃tuor atq; tria diateſſarõ mercurialẽ vocis q̃rtę naturã,ſeſe cõſonãtiis accõmodantẽ.In dupla,inter duo & vnũ,itẽ inter quatuor & duo,rurſus inter octo & q̃tuor,diapaſon.i.vniuerſam & abſolutã octauę vocis pepit melodiã Apollini dedicatã. In tripla inter tria & vnũ,itẽ nouẽ inter & tria,rurſus viginti ſeptem atq; nouem,diapaſon diapente.i.octauæ ſimul & quintæ Iouialẽ compoſuit ſymphoniã.In quadrupla inter quatuor & vnũ,& octo atq; duo ſymphoniã contexuit diſdiapaſon:iterũ per ſonos quindecim Apollini concinentem. Venuſtatem vero,tum vocis tertiæ,principiis inſeruit diateſſaron:tum vocis ſextæ,finibus ſubnexuit diapente:vt delicatiori vocis vtriuſq; mollitie,hic quidem ſecundę vocis,inde vero ſeptimæ aſperitas

lenirentur. Ita enim tertia vox, & ſexta ſunt mollitie ſimiles, ſicut ſecūda cadens a prima, itē ſeptima
degenerans ab octaua ſunt aſꝑitate ꝑſimiles. Principio vbi deū ait accepiſſe portiones ſeptē, myſte-
rium tetigit, tum in muſica, tū etiā in natura. In muſica qdē: qm̄ ad ſeptimū vſq; gradū oīs vocū ꝓ
gredif diſcrepātia: poſt quē fit ad eadē reuolutio. In natura vero, tū qa multa ꝑ ſeptenariū in natu-
ralibꝰ trāſigunt: qua de re cæteri Platonici ſatis multa dixerūt: tum qa ſeptenarius vnitatē habet,
vt copulam geminæ trinitatis: atq; ex his geminis: & ſeipſa rurſus explicat trinitatē. Eiuſmodi ve
ro eſt vniuerſi ſilitudo. Qđ qdē in tria pricipio diſtribuit. vñ Plato hic ternariū cōmēdauit. Diſtri
buit inquā in æterna: & temporalia: horūq; media. Aeterna ſub trinitatis ꝓprietate poſſidēt, i eſſen
tia qdē ſimplicitatē, in virtute vero ſtabilitatē, in actione reflexionē. Tēporalia viciſſim in trina di-
menſione cōpoſitionē hñt eſſentiæ: iterū virtutis mobilitatē: actionis deniq; trāſitum. Inter has ve-
ro trinitates æternorū atq; tēporaliū, aīa mediū obtinēs, gradū efficit ſeptimū. Efficit quoq; nonum:
hic etiā a Platone laudatū. Nonū inquā, qm̄ ipſa tres habet vultꝰ. Nā & ad ſeipſam, & ad ſupiora, ī
terioraq; conuertif. Iuuat hic anteq̄ reuertar ad ſeptenariū, parump adhuc ternariū vna cū noue-
nario cōmendare. Trinitas numerorū prima, principiū, & mediū, finēq; rerū cōtinere videt: atq; ſo-
la inter numeros rōne quadā indiuidua cōtinere. Siquidē ſingula hęc ſingulis ſignificat vnitatibꝰ
Præterea ſiue cauſas rerū ꝑcurrere libeat, triplicē in cauſis inuenies ꝓprietatē. Sūt eñ cauſę in ſeip
ſis: efficiūt effectꝰ: & factos reducēdo ꝑficiūt. Siue ad effectꝰ deſcēdas conſiderādos, depꝑhendes ſilē
trinitatē. Nā & effectus ſunt in cauſis: ꝓcedūt ab illis: cōuertunf ad illas. Siue ad aīam te cōtuleris,
q̄ ſublimes cauſas cū īfimis cōnectit effectibꝰ, aſpicies eā in ſeipſa manētē: & declinātē ad effectꝰ: &
ad cauſas aſcendētē. Atq hęc aīa triplici ſeptenario regit mūdū. Primo qdē occultis quibuſdā ſeptē
viribus planetarū in firmamēto ꝑ cauſas dñantiū. Scđo ſeptē planetarū formis, in globis ſeptem fir
mamento ſubiectis. Tertio ſeptē muneribus planetarū, gñationem ſub luna regentibus. Quippe cū
ſub luna, in igne viuificum qdem lumē ſoli, calor aūt vrēs Marti ſubiiciaf: in terra ſupꝑficies varia
Mercurio: moles aūt tota Saturno. At in mediis regnat humor: & aereus quidem obtēperat Ioui:
Aqueus vero Lunæ: Mixtus deniq; Veneri. Itē agētes cauſę ſequūt Solē: Materię Lunā. Fœcūditas
cauſarū agentiū Iouē: Materiarū fœcūditas Venerē. Expeditio ad effectū velox Martē atq; Mercu-
riū. Illū qdē ꝓpter vehemētiā: hūc aūt ob ipſam dexteritatē multiformēq; virtutē. Cūctorū vero cō
tinuatio ꝑmanēs Saturno potiſſimū dedicaf. Cęterū hic ꝑ tres ſeptenarios ordo ꝓgredif a ſeptena-
riis: q ſcđm tres aīæ mūdanæ vires diſtribuunf. In hac eñ intelligentia eſt circulus ſtabilis. Circu-
lus qdē: qa illuc vnde eſt, reflectif. Stabilis: qa ſubito. Sub intelligētia quaſi ſub firmamento tres ſunt
vires. ſ. ratio vniuerſalis, imaginatio, vegetatio. In rōne ſunt tres circuli quodāmodo mobiles: atq;
tēporales. Primus ab aīa ad cām amādā, atq; viciſſim, naturali quodā iſtinctu clam ita ferēte. Secū
dus a rerū cauſis ad effectus cōſiderādos, atq; cōuerſo. Tertiꝰ a formis ideiſq; magis vniuerſalibus
ad minus vniuerſales decurſus viciſſimq; recurſus. In reliquis duabus aīæ viribus oīno ſunt circu
li q̄tuor ſimiliter tēporales: in vtraq; bini. Primus ad cām ſuā reflexio naturalis. Secūdꝰ ab eiſdē for
mis ad eaſdē certa q̄dā īteruallis certis & ꝑpetua reuolutio: ꝑ quā & in cęlo cōfigurationū: & ſub
cælo tranſformationū tēporalis & certa reuolutio ꝓuenit. Itaq; circuitus gñationis neceſſario cæ-
li circuitū ſequif: hic vero circuitū aīæ. Reuolutio aīę orbē intelligentiæ comitaf. Motus qdē aīæ, ſi
ab intelligētia penitus deſeraf, ſtatim tā in ꝑcipiēdo q̄ in agēdo, ſolū tranſibit in rectū. Q₂ aūt re-
petat ſemetipſam, ſimileſq; ꝑ alia gyros glomeret, ſortif ab intellectu quodā ſupiore: qui & manens
in ſe, & ſubito cōuerſus in cām, largif intelligentiā aīæ: ꝑ quā quaſi porrectā manū ſiſtit aīam natu
ra ꝓpria vagabundā: motūq; eius irrequietū, & ad rectā extra ſe lineā naturaliter ꝓniorem, retor-
quet in orbē mediū inter motū rectū atq; quietē. Hinc aīa in ſemet reditura meat: mentēq; ꝓfundā
circuit: & ſimili cōuertit imagine cęlū. Sed de iis in Theologia diffuſius. Redeamus ad numeros.

Summa numerorū harmonicorum ad compoſitionem aīæ conducentium. Cap. XXXIII.

VNitas in ſuperiori figura ſignificat ipſam aīæ vnitatē ſimplicitatēq; ſublimē: & ꝓpriā di-
uinæ vnitatis imaginē, & in ipſa manentem. Dualitas ꝓceſſum aīæ in ꝓprietatē ſuā vni-
tate inferiorē: & quadā iam rōne multiplicē. Trinitas regreſſum eius ad vnitatē, tū ꝓpriā
tū diuinā. Quatrinitas ꝓgreſſionē aīæ a ſe in materiā quatuor elemētorū gradibꝰ digerēdā. Septe-
narius virtutē eiꝰ ꝑ ſeptē planetarū ſphęras elemēta recturā. Octonariꝰ vim ꝑ octauā ſphęrā plane
tas gubernaturā. Nouenarius munus aīę octo ſphęras ī vnā formā cōciliaturū. Viginti ſeptē nūe
ri ſumma, plenitudinē eiꝰ oīa ī oībus collecturā. Nā viginti ſeptē ſumma ſupradictos numeros con
tinet: atq; ex illis deinceps ordine poſitis, vt cōputāti patet, implef. Neq; ab re pares ī figura: & im-
pares numeri deſcribunf: quo ꝑ pares qdē natura aīæ diuiſibilis: ꝑ impares aūt indiuiſibilis cogite
tur: & fœminea ſimul virtus: & maſcula. Colligunf quoq; numeri lineares, & ſupꝑficiales, & ſolidi,
vt cognoſcamꝰ aīam penetrare ꝑ oīa, & amplificari paſſim, penituſq; iplere. Deſcēdit vtrūq; figurę


latus ad ſolidũ vtrinq; numerũ.Hinc qdẽ ad octo īter pares:īde vero īter īpares ad ſeptẽ atq; viginti. Vt cogitemꝰ aīam vtraq; ſolida.i.tã cõpoſita q̃ ſimplicia prſus īplere.Interualla vero numerorũ dupla & tripla & reliq̃ q̃ ꝑdiximꝰ,qd ꝓprie ī aīa ſibi velint:& ſi apd Platonicos adhuc ē ignotũ,licet tñ ī pñtia forſan hũc in modũ,vt ita dicã,vaticinari. Deſcribaẽ itaq; triãgulꝰ iterũ:ī cuiꝰ ſummitate ſit eẽntia.In latere vero vbi nũeri īpares deſcribebanẽ,deſigneẽ īfinitudo,& deīceps alteritas atq; motꝰ.At ī latere,vbi diſponebanẽ pares,ſit terminꝰ:deīde idẽtitas p ordinẽ ſtatuſq; ſequaẽ.



Hic qdẽ ſeptẽ ſilr habebimꝰ limites:quoꝝ aīa ſub eadẽ ad ſe īuicẽ rõne forſitã ꝑticeps fingi põt ſub qua ab initio deſcripti limites numeroꝝ īuicẽ ſe reſpiciũt:vt aīa eiuſmodi ꝓportiõe tã gnq; rerũ gñã,q̃ duo generũ elemẽta.i.terminũ infinitudinẽ q; ꝑticipet.Sit igiẽ exẽpli gfa cõparatio eẽntiæ,ad cũcta ſimul cõiũcta,ſeſqoctaua.Forma eñ totiꝰ cõis vno ſaltẽ excedit gradu quaſi tono,ꝓprias partiũ q̃litates.Sit ſub eſſentia īfinitudo.i.formabilis aptitudo.Comiteẽ hãc terminꝰ:velut ipſiꝰ forma.Sitq; termini ad īfinitudinẽ ꝓportio dupla.Superari eñ oportet ab actu potẽtiã patiẽdi. Infinitudinẽ ſequaẽ alteritas.Sed terminũ comiteẽ identitas.Atq; hęc ipſa idẽtitas alteritatẽ ſupet ſeſqaltera rõne.Poſt hęc ſequaẽ motꝰ alteritatẽ:Statꝰ aũt idẽtitatẽ. Supetq; ſtatꝰ motũ ꝓportiõe ſeſqtertia.Qđ Plato ſignificauit:dicẽs hæc ab illis vix ſuperari.Q; ſi ꝓportiões hic explicatas cõſideraueris,inuenies inſup triplas & quadruplas:ſicut ab initio patuit in figura.Nã motũ qdẽ ad infinitudinẽ,inuenies eẽ triplũ:Statũ vero ad eãdẽ quadruplũ.Cæterũ vt excogitare poſſimꝰ harmonicã ꝑticipãdi ꝓportionẽ ī aīa,nõ ſolũ ſcđm gnq; rerũ gñã & elemẽta duo,verũẽt ſecũdũ vires ꝓprias,ſeptẽ gradibꝰ diſtributas,reddamꝰ iã ſingulas aīæ vires,ſingulis vel generibꝰ vł elemẽtis.Sũt aũt hę vires,vnitas,intelligẽtia,volũtas,ratio,imaginatio,vis cõnectẽdi,vis generãdi.Poſtremas vero has duas vires ſępe ſub vna vel naturę vel vegetatiõis appellatiõe cõplectimur.Cõferamꝰ igiẽ hoc pacto.ſ.Aīę vnitatẽ,eſſentię:Volũtatẽ infinitudini:Intelligẽtiã termino:Imaginationẽ alteritati:Rationẽ idẽtitati:Generãdi vim,motui:Cõnectẽdi virutẽ,ſtatui.Similesq; ſuperiorũ inter has vires,proportiões excogitemus.At ſi ęquales in aīa ꝓportiões rerũ alibi eſſe diximus,non Arithmeticam paritatem,ſed æqualitatem harmonicam intelligi volebamꝰ.

Per interualla ſphærarũ Plato interualla rationũ inter animæ partes aucupaẽ. Cap.XXXIIII.

Q Vemadmodũ ex imaginis liniamẽtis ſępe viuentis formę liniamenta cõiicimꝰ,ſic ex hoc imaginario cæleſtis aīæ vultu,quẽ ī ſpeculari materia mũdi cõſpicimꝰ,verã eiꝰ faciẽ p viribꝰ cõiectamꝰ.Dupla igiẽ & tripla & cætera īterualla ī pria numerorũ figura deſcripta,Plato īueniri arbitratꝰ ī ſphęris,ad aīę ꝑtes & vires,vñ ī ſphęras trãſlata ſunt,retulit. Putauit eñ quãtũ ſpatii a terra vſq; ad lunã extat,duplũ a terra ad ſolẽ vſq; ꝓtẽdi:quãtũq; ab ipſa vſq; ad ſolẽ, triplũ ab eadẽ eẽ ad Venerẽ.Rurſus quãtũ a terra ad Venerẽ,q̃ter tantũ ab eadẽ ad Mercuriũ.Itẽ quãtũ ad Mercuriũ ſtellã ab ipſa terra,nouies tãtũ a terra ad Martẽ.Et quãtũ a terra ad Martem, octies tãtũ a terra ad Iouẽ.Quãtũq; a terra eſt vſq; ad Iouẽ,ſepties & vicies tãtũ a terra vſq; ad Saturni circũ.Hic inter cętera vides grauiores planetas Iouẽ atq; Saturnũ vtrinq; p ſolidos nũeros deſignari.Et ſi alibi ex nõnullorũ Pythagoricoꝝ opinione,alias interuallorum menſuras recenſui,



Platonicas tamen probabiliores exiſtimo.Per hæc autem forſan intelligi poſſunt quæ in decimo de Rep.de ſphęris obſcurius inuoluuntur.Item per illa quæ de numerorũ proportionũq; virtute tractauimꝰ,cõiectari poſſunt q̃ ī octauo de Rep. de cæleſti circuitu & numeris & proportionibus implicanẽ.

Quomodo repleãtur duplorũ triplorumq; numerorum interualla. Cap.XXXV.

P Lato poſtq̃ primã excogitauit figurã ſeptẽ limites cõtinẽtẽ,ī qua duplę atq; triplę rões cõphẽdunẽ, deīceps alterã effingi iubet figuram,adeo maiores numeros cõplẽtẽ:vt vbi duplę ſeſqtertiis ſeſqalteriſq; replentur,hæ quoq; medię ſeſqoctauis ſic impleanẽ:vt ſeſqtertiarũ ſpatia tonũ capiant.Deſcribamꝰ ergo figurã primę ſimilem:ſed ſenarium ponamus in apice:poſt quem longo ſpatio ſubdamus eius duplum.i.duodenariũ:idq; ſpatium occupemus octonario ſimul & nouenario.Deinde ſimiliter longo ſpatio vigintiquatuor poſt duodecim deſcribamꝰ:& ī hoc ipſo ſpatio ſexdecim decẽq; & octo po

namꝰ:eodē ordie iter viginti q̄tuor & q̄draginta octo,velut media trigīta duo & triginta ſex īſerē
tes.Hactenꝰ duploꝝ latꝰ abſoluimꝰ.Deiceps vero triploꝝ ſpatia cōſummemꝰ,ꝓcul a ſenario ſecer
nētes decē & octo ſenarii triplū:atq; inter eos nouē & duodecim deſignemꝰ.Similiter inter decē &
octo & qnquaginta quatuor eiꝰ triplū,viginti ſeptē & trigīta ſex,collocemꝰ.Poſtremo a qnquagin
ta quatuor ad eiꝰ triplū,cētū ſexaginta duo:p gemīa ſilr media.ſ.octogīta vnū cētūq; & octo ꝓgre
diamur.Vt ergo ad primā figurę huiꝰ duplā habitudinē reuertamur:cōſideremꝰ iter ſex & duo-
decī medietates duas,octo.ſ.atq; nouē.Et octonariū qdē iter ſex & duodecī rōne harmonica ſe ha-
bere.Nā & excedit ſenariū,tertia ſenarii portione:& excedit a duodenario,portiōe ſilr duodena-
rii tertia.Itē ad ſenariū ſeſqtertiꝰ eſt:ſed duodenariꝰ ad ipm ē ſeſqalter.Pręterea differētia iter duo
decī atq; octo q̄ternariꝰ ē.Differētia vero iter octo atq; ſex,binariꝰ.Sic igit̄ q̄tuor ad duo,ſicut duo
decim ad ſex duplicē cōtinēt rōnē.In his vero q̄ diximꝰ artificiū verſat̄ harmonicū.Cōparemꝰ quo
q; nouē & ad ſex p ſeſqalterā:& ad duodecī p ſeſqtertiā q̄litatē:& ad octo p ſeſqoctauā ꝓprietatē:
qua reſonet tonꝰ:intelligemꝰ pfecto hac ipa ſeſqoctaua duos ſeſqtertios colligari.i.octo ad ſex,nouē
q; ad duodecī.Neq; deeſt medietas his nūeris arithmetica:ſiqdē nouenariꝰ ſenariū qdē excedit ter
nario,& a duodenario piter ternario ſuperat̄.Silr p rōnes eaſdē ī duplis ſequētibꝰ ꝓcedemꝰ,colligā
tes duplas qdē p ſeſqtertias & ſeſqalteras:itē ſeſqoctaua ꝓportiōe ſeſqtertias gemīas cōnectentes.Si
militer ferme excepto tono p triplas diſcurrere licet.Q̄m vero ſeſqtertię rōnes nō ſolū ex duobꝰ to
nis fiūt,verūetiā ex hemitonio:& hoc qdē minore,cui deeſt ad plenū hemitoniū pticula q̄dā:iccir-
co Plato inqt,ī ſeſqtertiis portiūculā quādā eē relictā.Cęterū qdnā ſibi velit in aīa figura hęc p am
pliores numeros explicata,nōdū ſatis videt̄ a Platonicis explicatū:neq; nos in pñtia explicabimus:
niſi forſan dū plura ac ſaltē duo media inter extremos terminos collocat,ſubintelligi velit gñā re-
rū elemētaq; ī aīa,quæ oppoſito ſe inuicē mō reſpiciūt,q̄litates duas iter ſe inuicē reddere.Velut ſi
vbi terminꝰ tāgit īfinitudinē,īdefinitā reportet termini q̄litatē:atq; viciſſim vbi infinitudo tāgit
terminū,determinatā īfinitudinis ſubeat paſſionē:pręterea & ī termīo ſit īfinitudo quodāmō ter-
minalis:& viciſſim in ipa infinitudine terminꝰ īdefinite ꝓgrediēs.Accedit ad hęc q & inter ipſas
aīę vires talia q̄dā cogitari media pñt:& aīa ad ſuiipſiꝰ exēplar in mūdo iter ea q̄ lōge diſtāt,duo
ſaltem media inſerere cōſueuit.Tonꝰ aūt plenū ſignificat motū pulſūq; aīę tam in ſeipa q̄ in cælo.
At hemitoniū remiſſiorē ī elemētis:& vſqueadeo a prio deficientem:vt pfectiōis eiꝰ dimidia mino
rem ſuſcipiat portionem.Totus deniq; ſupior de harmonia tractatꝰ triplicem cōcordiā ſignificare
videt̄.ſ.inter animam atq; corpus:& inter aīæ partes inuicem:atq; inter partes corporis inuicem.

Diuiſio Animæ,motus,& tempus. Cap.XXXVI.

QVod vero ait ipſā generū cōmixtionē in cōſummatiōe aīę fuiſſe cōſumptā:itellige aīam
adeo ꝓceſſiſſe pfectā,vt ſuā ferme ideā īpleuerit.Diuiſio p̄terea ī lōgū,oñdit ꝓpriū aīę mo
tū naturalr eē rectū.ſ.ī ſenſū,& vegetādi ſiue mouēdi naturā.Itē ob id ſecat ī duo:vt oñ-
dat tū ī aīa duplicē eē rectū motū.ſ.ad ſentiēdū atq; mouēdū:tū ab aīa ī corpe ſilr eē geminū.ſ.vni
formē atq; mltiformē.Interſecat vero lineas duas ad aīam figurādā:deīde eas reflectit ī gyrū:indi-
cās naturā aīę ex ſe ad rectū motū ꝓcliuiorē,ab ipo deo p itelligentię munus circulari motui pror
ſus accōmodari:geminis iquā circulis:firmamēto.ſ.nō errāti:ac poſt firmamētū orbibꝰ ꝑuagātiū
planetarū.Firmamēti qdē circuitꝰ ipſā idētitatis itelligētięq; naturā ꝓprie refert.Anfractꝰ aūt mul
tiplices planetarū,ꝓprie naturā alteritatis īferiorūq; aīæ partiū repſentāt.Sed ex ipo interiori ani-
mi motu ſimul & tēpore,tēpus in mūdo vna cū motu cōſequit̄.Tāgit inter hæc pauca quędā atq;
cōia,quæ ad Aſtronomiā pertinent:ſed hæc facile quis vel mediocriter eruditꝰ intelligit:& de his
nimis multa Platonici qdā,tū græci,tū latini ptractāt.Surgit mox q̄ſtio de ideis ac de generibus
animaliū mūdanorū,de qbꝰ ī Theologia latiſſime ptractauimꝰ.Pręterea qđ de ipſa deorū quorūdā
dæmonūq; genealogia recenſet,qdnā habeat veriſimilis,in Theologia ſimiliter & alibi declaratur.

Quæ a Deo proxime,& quæ per media fiant. Cap.XXXVII.

HActenus patere cuiq; pōt:ab intellectu diuino mūdi opifice aīos deoſq; mundanos & dæ
mones,& oēs mūdi ſphęras,ſpēſq; ipas rerū abſq; mediis cauſis ꝓceſſiſſe.Quę aūt de mate
ria prima ſit īter Platonicos ambiguitas,narrauimꝰ ab initio.Mādat ergo poſthac archi
tectus mūdi filiis ſuis.i.aīabꝰ ſphęrarū ſtellarūq; & dęmonū,vel ēt īferioribꝰ angelis,vt ad imitatio
nē ſui,mixtionē ſub luna rerū aggrediant̄:hominiq; ſubiiciāt oīa:rōnalēq; eiꝰ aīam ab ipo acceptā,
corpi caduco cōciliēt p vitā quādā irrōnalē ꝑti ab ipis,ꝑti ab aīa hoīs depēdētē.Notabis aūt ī ipis
dei verbis:qcqd ꝓxime fit a deo,ſempiternū eſſe.Et qcqd vlla rōne cōponit̄,quatenus cōpoſitū eſt
eſſe etiā diſſolubile.Sed quatenꝰ p diuinā volūtatē cōpoſita q̄dā ita cōſtant̄,vt ī eis vnitas ſuperet
multitudinem,indiſſoluta ſeruari.Notabis inſuper:vbi ait deum in ſuo habitu permanere dū mā
dat,miniſtros autē ſequi,nihil mutabilitatis in deo eſſe dū mobilia regit & mouet:in miniſtris au

tem eius prouidentiam eſſe mutationi cuidam propinquiorem. Deniq; in his omnibus Moſaicum
illud, Ego ſum qui ſum, cognoſces mirifice confirmatum.

De homine quoad pertinet ad animam atq; corpus. Cap. XXXVIII.

RAtionalē hoīs aīam ait a deo ex eiſdē rerū gn̄ibꝰ eodē ī cratere cōmixtis, atq; mūdi aīam
fuiſſe cōflatā. Crater ſignificat ipſam vitę rōnalis ideā. Sed adiūgit ex reliqs ſupioris cō
mixtionis fuiſſe cōfectā, ſignificās pticulares vitas, vniuerſali vita inferiores eſſe. Tū vero
deus aīas. i. ſingulos ordīes aīarū, ſingulis ſtellis accōmodat. Adhibet & vehicula. i. aetherea corpa.
Docet & fatales leges: dū aīabus infundit formulas idearū: p quas aīę in ſe qnq; cōuerſę, ratiōes re
rū agnoſcere poſſint. Qđ aūt de aīae deſcēſu fatali atq; circuitu inqt, alibi eſt expoſitū. Poſt hęc mi
niſtri dei fabricā hūani corporis pſequunť, occultis eā vinculis cōnectētes. Per vincula haec occul
ta intellige cōplexionē hoīs eē adeo tēperatā cęloq; pſimilē: vt vix in ea elemētaliū qualitatū exceſ
ſus appareat. Subdit deinde circuitꝰ aīae in mole corpis īpediri. Hic tu añ alia memēto aīam noſtrā
ſimili rōne atq; mūdi aīam cōtextā fuiſſe: ſimileſq; circuitꝰ poſſidere. Circuitū ergo intelligētię im
pediri ait: rōnis vero circuitū diſtrahi: duabꝰ pcipue rōnibꝰ: tū qa prius q̄ adultū ſit corpus, aīa to
ta ī fabrica corpis occupať: tū qa q̄ extriſecꝰ ſenſus mouēt, ī teneriori ętate offendūt vehemētiꝰ: & p
pter nouitatē rerū aīm circa corporea reddūt admirabūdū. His ergo de cauſis: diu & intelligētia a
diuino vacat officio: & ratiōalis ipe diſcurſus circa īferiora diſtractꝰ, quaſi demēs, turbať & fallit.
Sic igiť totꝰ animus pueršam figurā ſubit, vitāq; ducit laborioſam: dū ratio cedit ſenſibꝰ: pinde ac
ſiqs caput p pedibꝰ humi figat: pedes vero p capite tollat in altū. Iā vero quę de mēbrorꝫ corporis
diſpoſitione adducit in mediū, ſatis a medicis ptractanť. In qbꝰ id potiſſimū obſeruabis: caput di
ci nō principale ſolū, ſed etiā totū in corpore. reliqua eīm ſolum vt capiti ſeruiāt, adiuncta fuiſſe. Ex
quo colliges hominem contemplationis gratia eſſe natum. Sequiť de ſenſuum inſtrumentis. Quę
vero in his de viſu dicunť, a Calcidio ſatis: & quae de ſomniis, alibi ſatis exponunť a nobis. Cōſide
rabis mox firmā de cauſis Platonis noſtri ſentētiā: res qualitateſq; corporeas q̄ nō ex ſe, imo ab in
corporea quadā cā mouenť: & diriguňť ad finē: nō eē reuera cauſas appellādas: ſed latētis puidētię
īſtrumēta. Cauſam vero pcipuā eē volūtatē puidētię, ad exēplar ſui ſic oīa diſponētis: vt optime ſe
habere iudicat & decernit. Itaq; finalē cām pſcriptā in puidentia, ſummā Plato aſſerit cauſarū. Tū
cōfirmat iterū hoīem eſſe natū ad caeleſtia cōtemplāda: imo vero ad ipm caeli motorē p viribꝰ imi
tandū. Et quēadmodū dixerat viſum, ſic & auditū cōtemplatiōis & diſciplinae gratia nobis eſſe tri
butum: item vt per ſenſibilem harmoniam, animi quoq; motus harmonice componamus. Cęteros
autem praeter viſum auditumq; ſenſus, quaſi minus conducant ad ſpeculandum, nihilipendit.

Quomodo Mundus ex mente & neceſſitate compoſitus ſit. Cap. XXXIX.


POſtq̄ tractauit de formali mundi ordine: quē ideo vocat intellectū: qm̄ eſt intelligētiae di
uinę ſimulacrū: tractat iā de materia mūdi: quā ideo neceſſitatē noīat: qa nō pter ſeipſā:
ſed tāq̄ formis vltimis neceſſaria, eſt itroducta. Itē qa mūdus ob eiꝰ admixtionē deforme
nōnihil neceſſario patiť. Hinc illud. Mūdus eſt ex intellectu & neceſſitate cōpoſitꝰ. i. ex ipo forma
rū ordine atq; materia. Poſſumꝰ qnetiā ſub neceſſitatis noīe intelligere non materiā ſolū: ſed aīam
quoq; eiꝰ in prio poeſſiōis ſuae ſigno velut informē materię inſtar cōſideratā. Vtraq; eīm tā aīa q̄
materia in primo originis ſuę ſigno īformis qdē eſt: ſed facile eſt formabilis p ītelligētię munꝰ. vñ
& ipſi aīae rōnes ſeminaq; formarū naturaliū infunduňť: & materię qualitates atq; formae. Qꝫ aūt
ait, añ mūdi diſpoſitionē elemēta quodāmō extitiſſe, ītellige quaſdā elemētorꝫ vires tū formatrices
in aīa: tū formabiles ī materia. Itē qđ inqt, materiā añ mūdū abſq; ordīe fuiſſe iactatā: expone, potē
tiā aīę motricē etiā añ ītelligētię munera potuiſſe materiā agitare: ſed pcul ab ordīe. Pręterea vbi
ait mūdū a deo exornatū fuiſſe pſuaſa prius neceſſitate: ſic accipe: vt pria illa materię aīęq; natura
q̄uis cogiteť īformis, tñ pparatiōnē a deo ad formas adeo formabilē ſuſcepit ab initio: vt nō potue
rit eē patior. Obſeruāda iter hęc eſt illa diſtictio: qua dť vniuerſum ī exordio libri ī duo fuiſſe diui
ſum. i. exēplar atq; ſimulacrū: nūc vero diſtiguēdū eē in tria. i. exēplar & ſimulacrū & materiā. Hic
prio qdē videri pōt re ipa idē eē, ipm exēplar mūdi & efficiētē eiꝰ cām & finalē. Deide totū mūdi or
dinē nō tā ſubſtātiale qddā eē q̄ iuiſibilis mūdi ſimulacrū. Pręterea q̄ materiā & ſupra ſecreuit a
mēte: & hic a mētis ſecernit ſimulacro: cōiectare poſſumꝰ materiā nō tā p ideā ppriā q̄ p ideā for
mę a deo pcedere, neq; antecedēti pposito ſed quodāmō cōſequenti, ab ītelligentia, vt ita dixerim
adinuentā. Tū vero & materiā eſſe & qd ſit & quo pacto ſe habeat, ex ppetua trāſmutatiōe forma
rū, diligenter oñdit: ex qua etiā materiales formas eſſe quodāmodo falſas argumentať. Deinde p
eas ad veras idealeſq; formas aſcendit: q̄ oīa in theologia planꝰ declaranť. Adduxit in mediū mul
ta materiae noīa. ſ. ſpeciem inuiſibilem. Sinū īformem oīmq; capacem formarū. Naturam. Potentiā.
Matrem mūdi. Nutricem formarū. Subiectū. Receptaculū. Locum. Sed ex hoc loci nomine ridere li

cet Peripateticũ adeo ieptũ,ſiue maleuolũ poti⁹:vt demẽtię Platonẽ ĩſimulet,quaſi materiã voluerit locũ eẽ ꝓprie mathematicũ.Qđ qdẽ ꝑ cętera materię noĩa euidẽtiſſime cõfutaẽ.Deniq; ex eo ꝙ materia ꝓpriã ſibi vẽdicat informitatẽ,argumẽtare vnitatẽ ſibi pariter vẽdicare.Si eñ informis, ergo & indiſtincta.Si ita,ergo & vnũ.At ex eadẽ informitate nõ ſibi vendicat eẽ:ſed ꝑ ipſam poti⁹ cadit ab eſſe.Cũ igiẽ vnũ,atq; ens nõ æque materiæ cõgruãt:eadẽ inter ſe eſſe nõ poſſunt.Eſt aũt vnũ ſuperi⁹ ente:qm̃ lati⁹ ſeſe fundit:ꝑſertim cũ priuationi inſuꝑ cui nõ cõuenit ens,tamẽ cõueniat vnũ.Ex hoc rurſus argumentamur materiam a ſummo tantum principio rerũ poſſe ꝓduci.

Quomodo Phyſica conſtent ex Mathematicis.Ac de elementis & mixtis. Cap.XL.

Deinceps phyſica ꝑ mathematica ꝓbaturus,ĩ primis mathematicorũ doctrinã laudat tãq̃ oĩs eruditiõis ingenuę viã.Lõgũ Laurẽti foret in ꝑſentia recenſere:quot noſtris tẽporib⁹ mathematicã ingreſſi viã,ad finẽ ꝑuenerint exoptatũ.Petrũ Leonẽ Spoletinũ nouim⁹ mathematicoꝝ maxime bñficio,nõ Ariſtotelicos tãtũ,verũ etiã Platonicos iã ſenſus penetrauiſſe.Florẽtię vero Baptiſtã Leonẽ Albertũ ab eiſdẽ diſciplinis exorſum,opus in architectura pulcherrimũ edidiſſe.Quid dicã de Frãciſco Berlingherio noſtro Nicolai filio?nõne hic mathematicoꝝ bñficio frętus de coſmographia verſib⁹ ſcripſit egregie?Neminẽ vero turbet,ꝙ Plato Pythagoreoꝝ more ex mathematicis phyſica cõponere videaẽ.Nõ eñ ĩtelligi vult naturalia corpora ex figuris & numeris tãq̃ ex elemẽtis & partibus,ſed tãq̃ ex terminis,quadã reſolutione cõponi:ꝙ videlicet naturalia in illa quaſi priora,ac veluti terminos reſoluanẽ.Nõne termini corporũ dimẽſiões ſunt atq; figurę?Numeri etiã termini figurarũ?Pręterea ſpẽs naturales ſubiecto nõ ſolũ cõmuni:ſed proprio indigẽt.Figuris aũt ſatiſfacit cõmune ſubiectũ.At numeri,neq; ꝓprio,neq; cõmuni,neq; vllo prorſus corporeo indigẽt fundamẽto.Ex quo patet figuras qdẽ naturalib⁹ ſpecieb⁹:numeros aũt figuris eſſe priores.Triplicẽ ergo in reb⁹ ordinẽ Pythagoras Platoq; cogitabãt,ſpecierũ,figurarũ, & numerorũ.Triplicẽ ſimiliter ĩter ideas:adeo vt & in reb⁹ & ĩ ideis,ſpecies ĩ figuras,figurę reſoluanẽ in numeros:atq; certæ ſpẽs figuris certis,certę figurę certis numeris quodãmodo cõgruãt rerũ ordine oĩno ſic exigente.Quãobrẽ vbi aiũt ſpeciẽ ignis ex pyramidali figura,& pyramidẽ ſolidã ex triangulis quatuor,& hos ex quaternario ternariove cõſtitui,ſignificare volũt ꝓprietatem quãdã in his cũctis cõmuniter eſſe ꝑſimilẽ:et cõparãda hęc inter ſe potius q̃ cõponẽda.Hac vtiq; ratione figurã igni pyramidalẽ tribuit.Aeri figurã facies habentẽ octo:quã noĩat octaedrã.Aquæ facies habentẽ viginti:quã Icoſaedrã vocat.Terræ facies ſex habentẽ,noĩe cubũ atq; talũ.Vniuerſo deniq; duodecim facies poſſidentem.Et pyramidalem quidem figuram ideo conuenire vult igni, quia tenuis:& ad inciſionem præ cæteris apta,ex paucioribuſq; triangulis conſtituta:ideoq; oĩm leuiſſima figurarũ.Figuram vero cubicam terrę,quia ſolidiſſima atq; ſtabiliſſima ſit.Figuras alias mediis elementis,quoniã ad motũ atq; ſtatũ inter ignem & terrã medio modo ſe habent.Duodecaedram,quæ duodecim facies habet,congruere putat mundo ꝓpter ſphęras duodecim:ac ſigna duodecim in zodiaco.Reſoluit autẽ ſolida in plana:plana vero in triangulos:præcipue in eos qui rectanguli nominantur.Quorũ vnus ſcalenus ſit.i.ſcalaris,latera omnia inæqualia poſſidens. Alter Iſoſceles.i.ęquicrurus,duo habẽs æqualia latera.Nã triangulũ æquilaterem in quo neq; rectus

Hęc pyramis eſt ſi ĩtellexeris pũctũ qđ ẽ in medio eẽ pyramidis verticẽ.



angulus neq; linea in perpendiculum recta ſit,minus cõponendis planis aptũ exiſtimat.Conſtituit ex ſcalenis pyramidalem,& octaedram,icoſaedramq; molem:cum pyramis ex triangulis quatuor æquilateribus conſtituatur:quorũ qlibet in ſex triangulos ſcalenos diuidiẽ.Octaedra figura ex octo ſimilib⁹:quorum quiſq; in ſex triangulos ſcalenos ſimiliter diſtribuitur.Icoſaedra figura ex viginti ſimilibus:quorum quilibet ſimiliter in ſex ſcalenos euadit.Iſoſceles autem triangulus figuræ cubicæ dicitur elemẽtum.Quatuor enim iſoſceles trianguli concurrentes quadrangulum complent .Ex huiuſmodi vero quadrangulis ſexcubus efficitur.Deniq; dodecaedram figurã mũdo,vt dicebam, accommodauit:quoniam ſyderum formæ duodecim ſuſpiciuntur in zodiaco quorum quælibet in partes triginta ſecatur.Similiter ĩ figura dodecaedra intueri licet pentagonos duodecim,ſigillatim in triangulos æquilateres quinq; diuiſos:ita vt vnuſquiſq; rurſum ex triangulis ſex ſcalenis cõficiaẽ:& in omni mole dodecaedra trecenti ſexaginta reperiantur trianguli:quot etiam in zodiaco portiones exiſtunt.Tractat vero deinceps de motibus paſſionibuſq; elementorũ.Item quo pacto diſtinguanẽ in partes,& inuicem miſceanẽ:& quos effectus mixtione cõficiãt.Præterea qualis ſit tũ elemẽtorũ tũ mixtorũ inuicẽ cõmutatio.Inter hæc de mixtis impfectis agiẽ,& de ꝑfectis:de liquorib⁹,& lapidib⁹,& metallis.ſed hęc ferme oĩa pythagorico more ſub obſcuris metaphoris ĩuoluunẽ.Apertioribus autẽ verbis Platonem auditoribus ſuis tradidiſſe putamus:& Ariſtotelem pręcęteris manifeſtius eadem literis cõmendaſſe.Horum itaq;

Triãgul⁹ pyramidis.



omniũ a libris Ariſtotelis de generatione,atq; Meteoris interpretatio requirat̃.Tractat inſup de
paſſionibꝰ quæ ab elemẽtis animaliũ ſenſibus inferuntur. De paſſionibꝰ inquã,& occultis,& mani
feſtis.De voluptatis doloriſq; ſpeciebꝰ.Quæ in Philebo,& noſtro de Voluptate libro perſpicue de
clarant̃.Agit p̃terea de ſenſibꝰ ipſis eorũq; obiectis.Diſtiguit ſapores,odores,& voces,atq; colores.

Iterum de homine quantum ad animam ſpectat & corpus. Cap.XLI.

COnſideratione dignũ eſt,quantũ nos admoneat Plato noſter,dandã eẽ operã,vt nos ipſos
pro viribus cognoſcamus:meminerimuſq; oĩa infra lunã fuiſſe nobis a deo ſubiecta:neq̃
ipſi cõtra dignitatẽ noſtram inferioribus nos viciſſim ſubiiciamus.In ip̃o enim totius diſ
putationis exordio decretũ eſt de vniuerſo tractari vſq; ad ipſam hominis geniturã.Rurſus ĩ me-
dio diſputationis curſu diis a patre præcipit̃ exornare hominem,dominũ animaliũ:quẽ ad imagi-
nem & ſimilitudinẽ ſuã eſſe velit atq; præeſſe.Deinde paucis interiectis redit̃ ad hominẽ.Demum
prope finem reſumit̃,q̃d primo fuerat inſtitutũ:videlicet de vniuerſo vſq; ad genituram hominis
fuiſſe tractandũ.Atq; in cunctis Moſaico more probat̃ hominẽ in diuino hoc opificio,& in primis
proponi:& poſtremũ fieri quaſi finẽ.Ergo nunc & omittens alia repetit diuinũ in hoĩe generando
mandatũ:& in hoc abſoluendo diuinorũ obſequiũ miniſtrorũ.neq; id q̃dem iniuria.Prædixerat eñ
ſolũ in terris hoĩem iuſtitiã & ſuperos eſſe culturũ:vt maxĩe rationi ſit cõſentaneũ,deos geniturã
hoĩs diligẽter excoluiſſe.Sed his omiſſis,quę ſequunt̃ expediamꝰ.Iterũ de aĩa irrationali tractat̃ nõ
a deo p̃xime,ſed p̃ ſequẽtes mobileſq; cauſas cõſtituta:quę rõnali ſubiecta ſit,cælitus a deo demiſ-
ſę.Irrationalẽ vero aĩam Platonici nõ tã ſubſtãtiale aliq̃d,q̃ accidẽtale quiddã eſſe putant,quaſi rõ-
naliũ veſtigiũ aĩarũ:in quo ſenſus q̃dem ſint,ſed p̃ diuerſa corpis inſtrumẽta diuiſi,atq; patibiles.
Senſum aũt in ipſa aĩæ rõnalis ſubſtãtia ponunt cõem,ſimplicẽ,impatibilẽ : qui nõ p̃prię accipiat
illatas a corporibus paſſiões:quẽadmodũ ſenſus alter:ſed alterius ſenſus p̃cipiat, ſiue potius iudi-
cet paſſiones.Proinde rõnalis aĩæ ſubſtãtiã ĩdiuiſam,& in ſe cõſiſtentẽ eẽ probãt: neq; capiti velut
ſuſtentaculo,cõmendatã:ſed quaſi vel inſtrumẽto ipſius accõmodatã:vel cuidã in ſuo genere ſimi
li cõparatam.Irrationalẽ vero in mẽbris quodãmõ reſidere:& partẽ q̃dem eius audaciæ & iracun-
diæ cõporẽ cordi,p̃tem vero cõcupiſcẽtiæ deditã iecori cõmendatã. Vẽrũ de hoc ipſo iecore mirã
Pythagoricorũ notabis opinionẽ:videlicet id mẽbrũ ex certa ſoliditate & clara pariter lenitate ſic
eſſe contẽperatũ:vt ſpeculi mõ imagines rerũ accipiat facile admodum,atq; reddat.Profecto quẽ-
admodũ imaginatio vehemens grauidæ mulieris in foetu tenerrimo ſæpe exprimit rei deſideratæ
notas:ita vehemens ſiue mẽtis notio,ſiue ſenſus imaginatio naturã iecoris ſpecularẽ facillime for
mat.In hoc ip̃o ſpeculo dęmões ſuperiq; futurorũ effingũt imagines,quotiẽs pacato p̃rius aĩo aliũ
de illic imagines nõ pingunt̃.Itaq; futurorũ notę ſpeculo huic infuſæ in mentẽ p̃rinus imaginatio
nemq; reſultãt:ſed illic ſæpe imaginibꝰ aliis adeo cõfundunt̃,vt futura portendere nequeãt.Quã
do videlicet vel mẽs prudẽtiæ officiis occupata circa gubernãda diſtrahit̃,vel imaginatio ſimilibꝰ
negotiis occupat̃.Vbi vero rõnis imaginatiõiſq; vacat prudẽs,& cõtinuata,& laborioſa diſcurſio
ſæpe imagines futurorũ a ſuperis in ſpeculũ noſtrũ p̃ſiliẽtes,inde in iudiciũ manifeſte reſiliũt.Ve-
rum q̃dnã portẽdãt diſcernere illiꝰ eſt officiũ, q̃ ab antecedẽtibꝰ ĩ cõſequẽtia prudẽter ſagaciterq;
diſcurrere cõſueuit.At vero diſcurſio talis impedit vaticiniũ:vt merito alii ſint q̃ præuidẽt:alii q̃
præuiſa interpretant̃,& explicãt.Poſt hęc p̃ſequit̃ materiã latiſſime a medicis explicatã de humo-
ribus complexionibuſq; & mirabili humani corpis artificio.Atq elegãtiã Platonis in hoĩs corpe de
ſcribẽdo adeo admiratꝰ eſt Bartholomęus Fontius noſter rhetor egregius:vt pręclara oratiõe pro
bauerit,neq; Lactãtiũ,neq; Corneliũ Celſum,neq; Ciceronẽ ip̃m eadẽ in re deſcribẽda ad mirã Pla
tonis eloquẽtiã accedere potuiſſe.Inter hæc pręceptũ religioſum cõſiderabimus:nõ eſſe de diuinis
vlterius affirmãdũ,q̃ diuinũ cõfirmet oraculũ.Itẽ p̃uidẽtiã in hoĩe cõponẽdo nullã oĩno aliã ha-
buiſſe rõnẽ,niſi vt cõtemplationi foret aptiſſimus.Rurſum res naturales in effectibꝰ p̃ducẽdis nõ
eſſe p̃prie cãs,ſed diuinę p̃uidentię iſtrumenta.Principalẽ nãq; cãm ſingulorũ ĩ ea ĩtelligentia ſitã
eſſe:q̃ boni rationẽ habens,ſingula futurę cõmoditatis gr̃a fabricat.Definit deĩceps q̃d ſanitas cor
poris ſit,q̃d morbꝰ.Diſtinguit quoq; morborũ,tũ aliorũ,tũ febriũ ſp̃ẽs:ſingulorũq; rõnes aſſignat.
Quales eẽ potiſſimũ rõnes,quas apd̃ Galenũ Platõicũ legi,iãdiu exiſtimaui,ac nup̃ a Georgio Cy
prio iſigni medico ſum in ſñia cõfirmatꝰ.Hic eñ his diebꝰ cũ ad me curãdę mẽis meę gr̃a frequen
ter accederet:meq; repiret hæc ipſa legentem:miro quodã ordĩe Galeni mentẽ cũ Platonica men-
te cõiunxit.Poſt hæc aũt p̃fectã hoĩs valitudinẽ definit cõem corpis animiq; cõcordiã.Quã tũc de
mũ poſſideri putat:qñ tã corpus q̃ aĩa in ſeipſis diſponunt̃ bene:deinde ſimul optime cõponunt̃.
Optime inquam.i.æquali quadã menſura:vt neq; robur animi nimis excedat modũ corpis:neq; ro
bur corporis ſuperet animi modũ.Sed anteq̃ perfectã hanc definiat ſanitatem,animi morbum di-
ſtinguit in duos.ſ.ignorantiã & inſaniã.Inſaniã vero duplicem eſſe ait.Vnam q̃dem occultã:q̃ in

cōtinua pronaq; ad inſaniā affectione cōſiſtit:puta habitū quendā ad ꝑturbationē aliquā propenſiſſimū.Alterā vero manifeſtā.ſ.quā vł aliqua ꝑturbatio ſupra modū adaucta detegit,vt in gradu ſummo cupiditatis,& voluptatis,timoriſq;,& doloris,& iræ:vel vapores humorū incluſi mēbris inducūt,vt atra bilis ex ſanguinis,vel bilis,vel ſalſæ pituitæ aduſtione ꝓueniēs.Interea vbi ait,neminē ſpōte eſſe malū:ſed ꝓpter naturā cōſuetudinēq; deprauatā:intellige naturalē ꝓcliuitatem nō mediocriter ꝑ oppoſitā cōſuetudinem cohiberi ab initio potuiſſe:ſed ꝓcliuitatē illā diuturna conſuetudine cōfirmatā extirpari qdē omnino nō poſſe:exacta nihilominus doctrina exhortationibuſq; amputari.Docet poſt hęc colere corpus ſimul & animū,ꝑpetuo quodā exercitationis motu.Exercitationis inquā moderatę:motu inquā ꝓprio:& ad bonū ꝓprium rite directo:quo vtrūq; exercitatū,atq; nutritū tantū viriū cōſequať,vt alteri nō ſuccūbat.Optat qdē Plato corpus animo cedere:ſed nō ita ſuccūbere:vt motus animi ſuſtinere non poſſit.Optat corpus validū,atq; firmum ſed ſub animo lōge validiore.Mox quantū exercitationē laudet,attende:quātū temerariū pharmacorū vituperet vſum.Proinde quēadmodū tam corpus q̄ animā ꝓpriis exercere & cōfirmare motibus iuſſerat:ſic tres aīæ vires.i.rationalē,animoſam,cupidā,ſuis quālibet motibus pręcipit conſeruare. Verūtū rationalē alimentis frequētiorib⁹ enutrire:ne cæteris ſuccūbere cōpellať.Ait intellectū homini pro dæmone datū,ſcilicet intimo.Alterū eñ dęmonem habet externū.Item rectū corporis habitū quaſi cæleſti tributū.Rurſus eū q vires irrationales ſupra modū nutrit,mortalē euadere:quaſi doceat quomō accipiendū ſit,vbi ait hoīem fieri brutū.i.bruto ꝑſimilē.Addit eum qui pręcipue alit mentē,ſic immortalē fieri,vt immortalitatis nulla pars deſit.Imperfecta enim immortalitas eſt,quæ motū agit ꝑpetuū:perfecta vero,quę manet:qualis vtiq; eſt in eo q ſola iam intelligentia viuit:euaditq; ex hoīe dæmon.Ex quo intelligiť etiā,qñ ait hoīem effici brutū,id nō ꝓprie ſed quadā ſimilitudine dici.Præterea ex eo qđ ſubdit:fœminas ortas ex maſculis,ſi placet,obſcure nobis referat moſaicū illud,Euā ex viro fuiſſe ꝓductā.At vero grad⁹ brutorū oēs paulatim ex grauiori rationalis aię lapſu mltiplicari:intellige aīam noſtrā ob quādā liberi mot⁹ infinitatē,poſſe & intra ſe in brutoꝝ oīm affectus habituſq; proruere:& extra ſe ſupplicii loco iter ſimilia bruta,vel brutoꝝ loca diuino quodā trāſferri iudicio.Itē oēs inferiorū viuētiū dotes in hoīs aīa tāq̄ ꝑfectiſſima cōtineri:atq; brutorū aīas in ipſo rerū generatiōiſq; ordine ad noſtrā referri,quaſi finē. Si hūc in modū progreſſionem animę rationalis in alias:atq; viciſſim in hanc aliarū regreſſionem acceperis:forſan a Platonico ſenſu non aberrabis.Ipſe eñ hic ſub perſona Pythagorica loquens,fabulam opportune confingit pythagoricarū ſimilem fabularū.Atq; ne hęc quaſi ſub hiſtorica veritate forſan admitteremus,non aliter q̄ poetæ ſoleant animalium trāſformationes adducit.Atqui Timæus Locrus in libro de Mundo fabuloſa hęc eſſe fatetur.Hęc igitur ſic accipito: Timæiq; librum eo fine concludito:qui doceat nos,deum ante omnia colere:qui bona omnia ſola benignitate prouidentiæ procreauit.Decreueram magnanime Laurenti breuiora hic quemadmodum argumentū decere videbatur,afferre:multaq; amplioribus cōmentariis quæ in Timæum iam deſignauimus,reſeruare.Sed Philippus Valor Platonicorum ſtudioſiſſimus,penes quem vniuerſo Platonico operi in agro Maiano extremam manū impoſui,plura me hic coegit effundere.Philippus Valor,Valoriæ virtutis generoſiſſimus hæres.Cui ego plurimum debere me fateor,tū quia platonica egregiaq; omnia magnopere colit,tum quia ſingulari amore erga te tuoſq; omnes afficitur.

TIMAEVS PLATONIS.

SOCRATES. TIMAEVS. CRITIAS. HERMOCRATES.

SO. VNVS,DVO,TRES.Quartus autem o amice Timæe vbinā eſt:Vt q heri a me conuiuio accepti eſtis,hodie me viciſſim accipiatis.TI.Aduerſa valitudine laborat o Socrates.Nō enim ſponte ab hoc cœtu & diſputatione abſtinuiſſet.SO.Ergo tui o Timæe,& horū erit officii:qđ quarti illius abſentia deeſt,implere.TI.Ita prorſus.Quare nihil quoad fieri poterit,prætermittemus.Nam cum laute abs te heſterno epulo accepti fuerimus,nefas eſſet,ſi epulas tibi pro viribus ſimiles libenter non redderemus.SO.Num recordamini,quę vobis & q̄ multa tractāda propoſui:TI.Partim quidem tenemus memoria:partim vero tu,ſi exciderint ſuggeres.Immo vero niſi moleſtū ſit,breuiter illa ab exordio repete:vt nobis iterū cōfirmenť.SO.Faciā eqdē.Sūma diſputationis heſternę erat Reſp.qualis mihi:& ex qualib⁹ viris optima poſſe fieri videreť.TI.Nobis certe oībus valde ꝓbata ſunt o Socrates q̄ dixiſti.SO.Principio agricolas cęteroſq; artifices a militib⁹ ſeparauimus.TI.Certe.SO.Cum vero cuiq; qđ pro naturæ inſtinctu ꝑcipue ſuū eſt:& ſingula tantū ſingulis artib⁹ of-

ficia tribuereꝰ.Illis quoq quos p̃ ceteris bella gerere oporteret,id vnũ dũtaxat,ptegẽdę ſ.ciuita-
tis munꝰ iniũximus:& aduerſus externos hoſtes:& aduerſus ciues reip.euerſores:ita vt erga ſub
iectos tã natura amicos mites ſint:cõtra hoſtes vero in prelio ferociſſimi.TI.Ita pſus.SO.Du-
plicem ſane naturã in cuſtodũ animis eẽ debere tractauimus:& iracũdã & philoſophico ingenio
p̃cipue accõmodatã,vt recte ĩ ſuos mãſueti ſint:ĩ alienos vero feroces.TI.Proculdubio.SO.Quid
aũt de educatione dicemus?Nõne gymnicis exercitationibꝰ,& muſica,ceteriſq decẽtibus diſcipli
nis,eos a nobis inſtitutos fuiſſe?TI.Valde qdẽ.SO.Ita educatos hoies neq aurũ neq argẽtũ neq
aliud qcq̃ pprũ,aut habere,aut putare ſtatuimꝰ:ſed tanq̃ adiutores publicoſq miniſtros ſola mer
cede cõtẽtos eẽ,tãta ab his quos tuenſ exhibita,quãta moderate viuẽtibꝰ ſufficere videaſ.Stipen-
dio praeterea publico in cõmune vti voluimus:& ad cõmunẽ inter ſe victũ impendere:vt caeteris
poſthabitis oibus ſolius virtutis & cuſtodiae curã habeant.TI.Haec quoq ita abs te dicta fuerũt.
SO.Naturã p̃terea mulierũ nõ aliter q̃ virorũ effingi p̃cepimꝰ:ſtudiaq oia tã belli q̃ pacis mulie
ribꝰ cũ viris eſſe cõmunia.TI.Id quoq dictũ.SO.An teneris memoria q̃ de pcreandis liberis dixi-
mus?Forte vero ob rei ipſiꝰ nouitatẽ firmiter tenuiſtis?Cõmunes qppe nuptias liberoſq ſtatuimꝰ
vt nemo natos ſuos diſcernat,ſed oẽs ab oibus cõſanguinei exiſtimenſ,dũ aequales ferme natu fra
tres ſororeſq viciſſim ſe iudicãt:maioribus vero patrũ vel auorũ reuerẽtiã exhibẽt:erga minores
aũt tanq̃ filios & nepotes afficiũſ.TI.Haec quoq memoratu facilia ſunt.SO.Vt aũt q̃ optimi ab ip
ſo initio pviribus gignerenſ,magiſtratus vtriuſq ſexus nuptiis p̃poſuimus:qui clã ſortibꝰ qbuſ-
dã operã darẽt:vt praui prauis,boni cõtra bonis mulieribus miſcerenſ:neq vlla ob hoc diſcordia
orireſ:cũ in cõgreſſu minus pſpero qſq fortunã potius ſit q̃ cõſiliũ principũ culpaturus.TI.Re-
cordamur.SO.Praeterea ſanximus bonorũ foetus in patria alendos eſſe,alioꝝ vero alios alio clam
mittẽdos.Adultos demũ vtroſq diligẽter cõſiderãdos:vt ſiqui inter relegatos bonae indolis ſint,ĩ
patriã reuocenſ:ſiq vero inter domeſticos cõtra videanſ affecti,ſimiliter relegenſ.TI.Ita ſtatutũ ẽ.
Nũ ſatis iã heſternã diſputationẽ quãtũ cõpẽdio licet,narrauimus?an aliqd etiã a me p̃termiſſum
o amice Timaee receſeri deſideras?TI.Nihil ſane.haec eñ ferme ſunt q̃ tractaueras.SO.Audite de
inceps quo pacto erga hãc quã deſcripſimꝰ rẽp.ſim affectus.Cõparatiõe plane vobis aperiã.Quẽad
modũ ſiqs aialia eximię pulchritudinis intuitus ſeu picta,ſeu viua qdẽ,ſed torpẽtia,motus geſtuſ
q viuẽtiũ & certamẽ aliqd eorũ ſpectare deſideret:ſic ego nũc libẽter aliquẽ narrãtẽ audirẽ,quo
pacto ſupra deſcripta ciuitas cũ finitimis ciuitatibus decertaret:qdve tãta eiꝰ educatione diſcipli
naq dignũ in bello vel pace,tã dicẽdo q̃ agẽdo erga ciuitates ſingulas demõſtraret.Equidẽ o Cri-
tia & Hermocrates mihi cõſcius ſum nõ poſſe me eã vrbẽ viroſq p dignitate laudare.Me qdẽ nõ
poſſe nihil mirũ:ſed de veteribus quoq & huius ſeculi poetis idẽ exiſtimo:nõ quo poeticũ genꝰ cõ
tẽnã:ſed q euidẽs vnicuiq ſit imitatiõis ſtudioſos ea facile & optime imitari,in qbus fuerint edu
cati:aliena vero lõgeq ab eoꝝ educatiõe remota,opibus qdẽ difficile,verbis etiã difficiliꝰ poſſe pur
cõuenit emulari.Sophiſtas vtiq & dicẽdi & aliarũ ferme p̃clariſſimarũ artiũ peritos eſſe arbitror:
ſed qa multas quotidie ciuitates perrãt,nec pprias ſedes vllas habẽt,vereor ne cõiectura qdẽ aſſe-
qui nequeãt,q̃ multa & qualia viri philoſophi,atq ciuiles,tã bello q̃ pace erga ſingulos verbis &
opibꝰ agãt.Sola igiſ veſtra pfeſſio ſupeſt,tũ natura,tũ diſciplina phiae,& rerũ gerẽdarũ ſtudio pol
lẽs.Timęus qdẽ hic ex Locris,q̃ vrbs in Italia iuſtiſſime gubernaſ,nobilitate,& opibꝰ p̃ſtãtiſſimus
ſummis magiſtratibꝰ & honoribꝰ functꝰ eſt:& ad ſumma totiꝰ phię faſtigia,vt opinor,aſcẽdit.Cri
tiã quoq ſcimꝰ hęc vtraq cõſecutũ.Hermocratis ẽt naturã educationẽq his oibꝰ q̃ diximꝰ tractã
dis eſſe accõmodatã:cũ multis teſtimoniis moneamur,dubitare nõ licet.Quapropter rogãtibꝰ vo
bis heri de repu.diſputari,libẽtiſſime parui:cũ cogitarẽ,qd deĩde inſtituto opi ſupforet,a nemine
cõmodiꝰ q̃ a vobis mõ velitis,poſſe tractari.Cũ eñi ciuitatẽ ad bellũ idoneã cõſtitueritis,ſoli oĩm
vos q̃ eã decẽt,viciſſim oia tribuetis.Cũ vero ĩ ſupioribꝰ q̃ mihi iniũcta fuerãt pfeciſſẽ,q̃mõ retuli
vobis tractãda cõmiſi:vos aũt cõi cõſẽſu impatũ munꝰ mutuo mihi parãdi nũc ſermonũ cõuiuiũ
recepiſtis.Ego igiſ adſũ ad pmiſſas epulas patiſſimꝰ.HER.Nos quoq oẽs o Socrates vt pollicitꝰ ẽ
mõ Timęꝰ,qd iubes p viribꝰ exeq̃mur:p̃ſertĩ cũ nulla excuſãdi ſit rõ,quo minꝰ id facere debeamꝰ.
Nã p̃terito die cũ diſputatiõe pacta mox ad hoſpitiũ quo apd Critiã ſuſcepti ſumꝰ,rediremꝰ,& in
ter eũdũ prio & domi rurſꝰ de his rebꝰ verba fecimꝰ.Hic igiſ nobis veterẽ narrauit hiſtoriã:quã ve
li o Critia Socrati mõ receſeas:vt cũ audiuerit,iudicet nũ qd ad eã rẽ quã nos exeq iuſſit,cõducere
videaſ.CRI.Faciũdũ ẽ:ſi ita Timęo q̃q videſ,ĩtrio diſputatiõis huiꝰ pcipi.TI.videſ ſane.CRI.Au
di Socrates mirã qdẽ:ſed plenã veritatꝭ hiſtoriã:quã Solo ſeptẽ ſapiẽtũ ſapiẽtiſſimꝰ receſebat.Erat
ei domeſticꝰ admodũ amicuſq Dropidis paui nři:qd ĩ ſuis carminibꝰ ipſemet ſępe teſtaſ.Auo aũt
nřo Critię,vt ipſe nobis ſenex poſtea fferebat,q̃ſq narrauit res geſtas huiꝰ vrbꝭ mẽorabiles diutur
nitate tpis hoimq ĩteritu obliſatas.Vnũ vero p̃ ceteris facinꝰ iſigne receſuit:qd vobis nũc narrãdũ

cenſeo:vt & tibi morẽ geramus,& deã cui hodierna põpa dicata eſt,hac narratiõe quaſi quodam
hymnorũ cantu,vt par eſt,honoremꝰ.SO.Recte loqueris.ſed qđ iſtud tãdẽ eſt:qđ Critias nõ quaſi
verbis deſcriptũ,ſed quaſi ab hac ciuitate quõdã geſtũ ex Solonis narratiõe vobis apuit?CRI.Re-
ferã priſcã mihi puero traditã ab auo hiſtoriã.Cũ ageret Critias ãnos,vt ipſe dicebat,circiter nona
gita:ego vero decẽ:celebrareturq; ſolẽnis ille dies:ĩ quo ad cãtũ carminũ pueri cõuocabãt:cõgregati
ſumꝰ & nos vna cũ primis notiſq; pueris:nobiſq; a parẽtibꝰ carminũ canẽdoꝝ certamẽ ẽ iniũctũ.
Vbi multoꝝ poetarũ carmina nõ pauca mẽoriter pnũciata ſunt:& Solonis verſus a plurimis pue
rorũ vtpote nouitatẽ poematis admirãtibꝰ decãtati.Tũ cõtribulis qdã,ſeu q; ita iudicaret,ſiue q;
Critiæ blãdiri vellet,videri ſibi ĩqt cũ in cęteris ſapiẽtiſſimũ fuiſſe Solonẽ,tũ in carminibꝰ poeta-
Vide vt Solo ẽt poeta fuerit rũ oĩm generoſiſſimũ.His verbis,vt recte memini,valde lętatus eſt ſenex.atq; ita ridẽs ĩqt.Si So-
lo o Aminãder nõ tãtũ relaxãdi animi gratia:ſed dedita opa ſerioq; ſicut alii poeſim eẽt ſecutꝰ,vel
hiſtoriã quã ab Aegypto reuerſus inſtituerat abſoluiſſet:a qua qdẽ ſeditionibꝰ cæteriſq; ciuitatis
fluctibꝰ deturbatꝰ medio in curſu deſtitit:nec Homero Heſiodoq; nec alio quoq̃ poetarum,vt opi
nor,inferior extitiſſet.Ad hæc ille.Qua de re o Critia tractare Solo iſtituit?De maximis inquit re
bus ab hac ciuitate quondã geſtis,quarũ memoria apud nos tẽporis diuturnitate & interitu ho-
minũ extincta eſt.Dic quęſo ĩqt o Critia:quid illud opus:& quomodo actũ:& a qbus habitũ tãq̃
verũ Solo narrabat.Eſt inquit Aegypti regio Delta:cuius e vertice ſcinduntur Nili flueta.Eius cã-
pi,Saitica paſcua noĩant.In qbus maxĩa ciuitas eſt:quã Saim vocãt.Vñ Amaſis fuit rex.Vrbis eiꝰ
fundatrix dea fuit,quã Aegyptii Neithẽ,Gręci Athenã noĩant.Ipſi porro hoĩes Athenienſiũ amici
ſunt,eiſq; gñe quodã cõiũctos eẽ ſe pdicãt.Quo Solo pfectũ ſe honorifice acceptũ fuiſſe referebat.
Et cũ de vetuſtatis memoria ab illis ſacerdotibꝰ q in hac re cęterorũ pitiſſimi erãt q̃ſiſſet,exptum
ſe eſſe dicebat,neq; ſeipſm neq; aliũ Gręcoꝝ quẽq̃ cognitionẽ antiqtatis vllã habere.Qñq; vero co-
rã ſacerdotibꝰ,vt eos ad ſua narrãda puocaret,de ãtiqſſimis illis Athenarũ hiſtoriis verba feciſſe:
Phoroneo prio & Niobe:poſtq; inundationẽ mũdi de Pyrrha & Deucalione,eorũq; poſteritate:&
de tpibus qbus ſingula cõtigerũt.Tũc ex ſacerdotibꝰ quẽdã grãdẽ natu dixiſſe.O Solo Solo:Græ-
ci pueri ſemp eſtis:nec qſq̃ e Gręcia ſenex.Cur iſtud diceret poſtante Solone,rñdiſſe ſacerdotem.
Quia iuuenis ſemp vobis ẽ animꝰ:ĩ quo nulla eſt ex vetuſtatis cõmemoratiõe,priſca opinio:nulla
cana ſciẽtia.Qđ ideo vobis cõtigit:qa multa & varia hoĩm exitia fuerũt,eruntq;.Maxima qdẽ aut
ignis cõflagratiõe,aut aquę inundationibꝰ puenire neceſſe eſt:minora vero aliis qbuſlibet calami-
tatibꝰ fieri.Nã qđ apđ vos fert,Phaetõtẽ quõdã Solis filiũ currus aſcẽdiſſe paternos:nec patris au
rigatiõe ſeruata,exuſſiſſe terrena,ipſmq; flãmis cæleſtibꝰ cõflagraſſe:q̃uis fabuloſum videat,verũ
quodãmõ eẽ putãdũ eſt.Fit eñ lõgo tẽporũ interuallo cæleſtis circuitꝰ pmutatio q̃dã:quã iſlãma
tiõis vaſtitas neceſſario ſequit.Tũc hi q edita & arida ĩcolũt loca,magis peunt,q̃ mari fluuiiſq; vi
cini.Nobis porro Nilus cũ in pleriſq; rebꝰ ſalutaris eſt,tũ hmõi a nobis arcet exitiũ.Qñ vero dii
aquarũ colluuiõe terrę ſordes diluũt,paſtores ouiũ,atq; bubulci q iuga mõtiũ habitãt,piculũ illud
euadũt:veſtræ aũt ciuitates ĩ planitie ſitę ĩpetu fluminũ ad maria rapiunt.Sed ĩ hac noſtra regio-
ne neq; tũc,neq; alias vnq̃ aqua in agros ſupne deſcẽdit:cõtra vero ſurſum e terræ viſceribꝰ ſcatu
rit.Quãobrẽ antiquiſſimarũ rerũ apud nos monimẽta ſeruant.Proinde vbicũq; nec ĩbriũ tẽpeſtas
nimia,nec incẽdiũ ingẽs cõtingit,licet alias pauciores,alias plures,ſemp tñ hoĩes ſunt.Quęcũq; ve
ro a noſtris ſiue a veſtris ſiue aliis nationibus geſta ſunt memoratu digna:mõ ad aures noſtroꝝ p
uenerint,noſtris in tẽplis deſcripta ſeruant.Apud vos quidẽ:& alias gẽtes res geſtę nup,literis mo
nimẽtiſq; tradunt:ſed certis tẽporũ curriculis illuuies immiſſa cælitus oĩa populat.Ideo q ſucce-
dũt:& literis & muſis orbati ſunt.Quo fit vt quaſi iuuenes iterũ ſitis & rudes,pteritarũ rerũ oĩm
prorſus ignari.Nã & ea ipſa q̃ mõ ex veſtris hiſtoriis recẽſebas,a fabulis puerilibus o Solo parũ di-
ſtãt.Prio q; vniꝰ tãtũ inũdatiõis memineritis,cũ multę pceſſerint.Deinde q; genus maiorũ veſtro
rũ in regiõe veſtra clariſſimũ & optimũ ignoretis:ex quo tu & Athenienſes cęteri nati eſtis,exiguo
ſemine quo ıdã publicę cladi ſuperſtite.Quod propterea vos latuit:quia ſuperſtites illi eorũq; po-
ſteri literarũ vſu multis ſæculis caruerũt.Fuit eñ ante exitialẽ illam terræ illuuionẽ o Solo Athe
nienſiũ ciuitas,tam belli q̃ pacis officiis pręſtantiſſima:eiuſq; opera legeſq; omnibus quorũ memo
ria ad nos peruenit,excelluerunt.Tunc admiratũ Solonẽ obnixe ſacerdotes obſecrauiſſe ait:vt oĩa
diligenter priſcorũ ciuiũ opera reuelarent.Atq; illi ſic a ſacerdote quodam fuiſſe reſpõſum.Nulla
hoc inuidia prohibet Solo.Dicam equidem libẽter tui & ciuitatis veſtrę gratia.Maxime vero gra
tia deæ,quę & veſtram illam,& hanc noſtram condidit,educauit,inſtituit:priorem veſtram annis
mille,ex terra & Vulcano accipiens ſemina.poſterioris aũt huius noſtræ vrbis res octo annorum
milibus geſtæ in ſacris literis continent.Illorum ergo ciuium qui in hoc nouem milium annorũ
tempore ante nos fuerũt,inſtituta & pręclara facinora,breuiter Solo in pręſentia tibi perſtringã.

Deinceps vero cum plus dabitur otii,accepto hiſtoriarum libro,latius exponemus.Ac primū leges illoꝝ conſidera quo pacto cū his noſtris conueniāt.Multa enim hic ſimilia illis reperies. Pricipio ꝙ ſacerdotes ſeparati ab oīni turba vitam agūt.Deinde varia opificum gña ita iter ſe diſcreta ſunt: vt ſuū quiſq; agat:promiſcue vero nullus.Similiter paſtoꝝ,venatorum,agricolarum inter ſe diſtīcta ſunt opera.Milites quoq; hic,vt noſtri,ab aliis omnibus ſegregati,bellica dūtaxat tractare a lege iubentur. Armatura etiā vt clypeorum iaculorumq; vſus,apud vtroſq; pſimilis. his primi nos in Aſia vſi ſumus: et dea vt illis in locis ſic vobis primis hęc tradidit.Prudētiæ quoq; & modeſtię magna ſicut vides,noſtris legibus ab initio cura fuit:diuinationis inſup & medicinæ, & ſanitas nobis ꝑ hæc diuinitus ꝓcurata.Demū quæcunq; ad hæc attinent diſciplinæ, diligenter inſtitutæ a lege reperiuntur.Huiuſmodi inſtitutione & ordine priorē veſtrā vrbem dea a primordiis exornauit:cū ſn vrbe condenda eam regionem elegiſſet ꝙ ob aeris temperiem prudentiſſima ingenia procrearet. Vtpote enim bellicoſa & ſapiens dea regionē eligendam cenſuit talem,quæ eſſet ſui ſimiles homines editura.His itaq; legibus vel etiam honeſtiorib⁹ inſtitutionibus formati veteres Athenienſes omni virtutū genere cæteris omnibus excelluerūt:vt decebat eos qui diis geniti editiq; eēnt. Multa quidem & mirabilia veſtræ ciuitatis opera in monimentis noſtris legunẗ:ſed vnum magnitudine & virtute præcipuum facinus.Traditur eñ veſtra ciuitas reſtitiſſe olim innumeris hoſtium copiis:quæ ex Atlantico mari profectæ ꝑpe iā cunctam Europam Aſiamq; obſederāt.Tunc eñ erat fretum illud nauigabile:habens in ore & quaſi veſtibulo eius īſulā:quas Herculis columnas cognominatis.ferturq; inſula illa Libya ſimul & Aſia maior fuiſſe:ꝑ quā ad alias ꝓximas inſulas patebat aditus:atq; ex inſulis ad omnem continentē e conſpectu iacentem vero mari vicinā. Sed intra os ipſum portus anguſto ſinu fuiſſe traditur.Pelagus illud verum mare:terra quoq; illa vere erat cōtinens.In hac Atlantide inſula maxima & admirabilis potētia extitit regum:qui toti inſulę illi multiſq; aliis,& maximę terræ continentis parti,præterea & his quæ penes nos ſunt,dominabanẗ. Siqdem tertiæ mundi parti quę Libya dicitur,vſq; ad Aegyptum imperauerunt:Europę vero vſq; ad Tyrrhenū mare.Horum vis omnis vna collecta noſtram o Solo veſtramq; regionem, & quicquid intra columnas Herculis continebaẗ,inuaſit.Tunc veſtrę ciuitatis virtus in omnes gētes enituit. Quæ cum omnes magnanimitate belliciſq; artibus antecelleret,partim vna cum aliis græcis,partim ſola cæteris deſerentibus,extrema diſcrimina ſubiit:hoſteſq; expugnauit,amicis ſeruata vł reddita libertate.Poſt hæc ingenti terręmotu iugiq; diei vnius & noctis illuuione factū eſt,vt terra dehiſcens veſtros illos vna omnes bellicoſos homines abſorberet:& Atlantis inſula ſub vaſto gurgite mergereẗ.Quā ob cauſam īnauigabile pelagus illud propter abſorptę inſulę limum relictum fuit. Hæc o Socrates eorū quæ Critias maior a Solone accepta narrabat,ſumma eſt.Sed dū ꝑterito die de Repu.ciuibuſq; ſuis differeres,ſubiit mihi quædā ex recordatione admiratio, cogitāti videlicet diuina quadā ſorte factū eſſe,vt ſimillima quædā haud ab re Solonis hiſtoriæ traderes. ob eam vero cauſam nihil tūc protuli,quoniam ex diuturna negligentia nō ſatis reminiſcebar. Satius igitur ipſe cēſui,vt prius ꝙ referre vobis inciperem,mecum ipe repeterem. Ideo vero ſtatim imperio tuo conſenſi:quia confidebam vt in rebus huiuſmodi maxime decet, aliquid me qđ propoſitæ rei congrueret reperturum.Ita heri,vt iſte ait,poſt diſceſſum protinus his prout tunc recordabar,recenſui.A nocturnis deinde vigiliis pene omnia recuperaui.Profecto quæ in pueritia diſcimus diutius firmiuſq;,vt fertur,meminiſſe ſolemus.Atq; haud ſcio,an quæ heri audiui,referre nunc omnia memoriter poſſim:quæ vero puer accepi,mirabor equidē ſiquid eorum e memoria mihi exciderit. Ea quippe cū voluptate & ioco audiebā:cum & ſenex ille libenter me doceret,& ego ab illo ſeduloſciſcitarer.Quapropter quaſi quædam literarum inuſtæ indelebiliter notæ,ea mihi omnia infixa memoriæ permanſerunt.Atq; his etiā ante ſolis ortū ipſa narraui:vt vna mecū eſſent ad hanc orationem paratiores.Verum vt ad id quo hæc oīa ſpectant,me conferam:paratus ſum o Socrates,nō modo ſummatim ſed ſigillatim ſicut audiui omnia enarrare.Ciuitatem vtiq; & ciues quos quaſi ꝑ fabulam heſterna diſputatione finxiſti,rem veram eſſe ponemus.Ciuitatē quidē illam, Athenienſem hanc vrbem eſſe:Ciues quoq; quos ipſe excogitabas noſtros illos maiores a ſacerdote narratos fuiſſe cenſebimus.Nempe omnino hæc congruēt:neq; ab re fuerit,ſi ciues tuos reuera priſcos illos extitiſſe dixerimus.Quare communiter rem ipſam inter nos partientes conabimur oēs muneri abs te nobis īpoſito pro viribus ſatiſfacere.Sed vide o Socrates nunquid ſermonē hunc probem⁹:an aliū exigamus.SO.At eñ quē o Critia ſermonē magis ꝙ iſtū probabimus?qui præſentibus deæ ſacris propter propinquitatē quandā mirifice congruit.Maximū vero illud eſt,non fictā a nobis fabulā,ſed verā hiſtoriā recenſeri.Quonā igitur pacto & vnde,hac ſpreta,diſputationem aliā exordiemur?Certe non licet.Ideo bonis fortunę auſpiciis oportet iā tā vos differere,ꝙ me pro heſterna narratione,hodie ſilentio vos audire.CRI.Conſidera Socrates,an cōmode mutuū tibi conuiuiū diſpo

Quę in pueritia diſcimus diutius ſeruamus.

ſuerimus. Viſum nobis eſt, vt Timæus tanq̄ in aſtronomia noſtrorum omnium peritiſſimus, maximeq; in rerum natura cognoſcenda verſatus, primus edifferat: ita vt a mundi generatione exordiens vſq; ad generis humani naturam deueniat. Atq; ego deinde ſuſcipiens homines a Timæo quidem genitos, a Critia vero vt plurimum inſtitutos, ſecūdū Solonis ſermonem legemq; in iudiciū veſtrum adducam: ciuitatiſq; iſtius ciues efficiam eos qui priſci illi Athenienſes fuerunt: quos iam extinctos ſacræ ægyptiorum literæ in lucem e tenebris eruerunt, adeo vt de illis deinceps tanq̄ de veteribus Athenienſibus verba fiant. SO. Copioſam & ſplēdidā diſputationis menſam apparauiſſe mihi videris. Tua ergo intereſt o Timæe inuocatis ſecundum legem diis, diſputationem iā exordiri. TI. Probe conſulis Socrates. Nam cum omnes qui mentis quoquo modo compotes ſunt, in operis cuiuſlibet vel magni vel parui principio inuocare deum ſoleant, quanto nos æquius eſt de vniuerſo ſiue genitum ſit ſiue ingenitum diſputaturos, niſi forte deſipimus, inuocare diuinam opē? Ergo deos oēs deaſq; precamur, in primis quidem vt ea dicantur a nobis, quæ illis placeāt: deinde vt nobis ipſi conſtemus. Quātum ad deos attinet, ſic a nobis oratū ſit. Sed qđ ad nos ſpectat, poſcēdum eſt, vt & vos facile aſſequamini: & ego ſecundū mentis propoſitum rem ipſam qua de agitur tranſigam.

In principio oīm opationū exordium a deo ſumendū eſt.

Principio ita mihi diſtinguendum eſſe videtur: quid ſit qđ ſemper eſt carens generatione: quid vero qđ gignitur quidem, neq; eſt vnq̄. Illud intellectu per rationis indaginem percipi poteſt: cū ſemper ſit idem. Hoc opinione per irrationalem ſenſum attigi: cum gignatur: & intereat neq; vere vnq̄ ſit. Quicquid autem gignitur, ex aliqua cauſa neceſſario gignitur. Sine cauſa vero oriri quicq̄ impoſſibile eſt. Quando igitur opifex in operis alicuius conſtructione ad id quod eodē modo ſe habet ſemper aſpicit: & huiuſmodi quodam vſus exemplo ideam vimq; in opus educit: pulchrū fieri tunc opus omne neceſſarium eſt: quando vero ad id quod factum eſt, reſpicit, minime pulchrum.

Nomen rei de qua eſt diſputandū tenēdū.

Vniuerſum igitur hoc, cælum, ſiue mūdum, ſiue quo alio vocabulo gaudet, cognominemus. De quo primum conſideremus: qđ in quæſtione de vniuerſo ante omnia inueſtigari debet: Vtrum ne ſemper fuerit ſine vllo generationis principio: an genitum ſit ab aliquo principio ſumens exordium. Id profecto cernitur tangiturq; & corpus habet. Omnia vero huiuſmodi ſenſus mouent. Quæ ſenſus mouent, opinione per ſenſum percipiuntur. Hæc vero talia eſſe conſtat, vt gignantur & genita ſint. Quicquid autem gignitur, ab aliqua cauſa neceſſario gigni aſſeruimus. Opificem quidem & patrem mundi inuenire difficile: & cum iam inueneris prædicare, eloqui vulgo impoſſibile eſt. Rurſus conſiderandum eſt vtrum mundi faber ſit imitatus exemplar: id ne qđ idem ſemper & ſimile eſt: an id quod genitum fuerit. Atqui ſi pulcher eſt hic mūdus, & opifex mūdi bonus, ſempiternum certe exemplum maluit imitari. Sin ſecus, qđ ne dictu quidem fas eſt, generatum exemplar eſt pro æterno ſecutus. Cum vero & mundus omnium genitorum pulcherrim⁹ ſit, & eius auctor cauſarum omnium optimus, dubium non eſt quin ſempiternum ſit ſecutus exēplum. Sic igitur generatus, ad id eſt effectus, quod ratione & ſapientia ſola comprehendi poteſt, & immutabile permanet. Ex quo efficitur, vt neceſſe ſit hunc mundum alicuius ſimulacrum eſſe. Rationem vero originis naturaliter explicare difficillimum eſt. Ideo de ſimulacro & exemplo ſic diſtinguamus.

De vi rationū.

Rationes vtiq; cum his rebus quas exprimunt, cognationem quandam habere videntur. Ergo cum de re firma & ſtabili & mente comprehendenda diſſeritur, ſtabiles ſimiliter immutabileſq; & q̄maxime fieri poteſt inexpugnabiles rationes eſſe oportet. Cum vero de ipſius rei firmæ ſtabiliſq; ſimulacro diſputatur, veriſimiles rationes ſufficiunt: quæ ita ſe ad ſuperiores habeant rationes, vt ſimulacrum ad exemplum. Nempe qđ eſt ad generationem eſſentia, id ad fidem eſt veritas. Cum ergo o Socrates multa de diis mundiq; generatione a multis dicta ſint, ne mireris obſecro, ſi rationes de iis probatiſſimas exactiſſimaſq; afferre non poſſim. Satis enim factum putare debebis, ſi nō minus probabiles q̄ quiuis alius rationes attulerim. Aequum eſt meminiſſe, & me qui dixeram, & vos qui iudicabitis, homines eſſe: vt ſi probabilia dicentur, nihil vlteri⁹ requiratis. SO. Scite loqueris o Timæe. Quare nos vt iubes agendum putamus. Exordium quidem hoc orationis mirifice approbauimus. Sed age deinceps diſputationem perage. TI. Dicamus igitur quam ob cauſam ille rerum auctor generationem & hoc vniuerſum conſtituit. Bon⁹ erat. Bonus autē nulla vnq̄ aliqua de re inuidia tangitur. Ergo cum liuor ab eo alieniſſimus eſſet, oīa ſibi quantum fieri poterant ſimillima fieri voluit. Siquis hanc gignendi mundi cauſam præcipuā a prudentibus viris acceperit, rectiſſime profecto accipiet.

Ordinem eſſe meliorem inordinato.

Itaq; cum vellet deus bona omnia fore, nihil vero quoad natura pateretur malum: quicquid erat qđ in cernendi ſenſum cadere poſſet, aſſumpſit: nō tranquillum & quietum, ſed temere agitatum & fluitans: idq; ex inordinata iactatione redegit in ordinem.

Ordinem & pulchritudinem eſſe ab intellectu.

Hoc enim iudicabat eſſe præſtātius. Fas autem neq; erat neq; eſt quicq̄ niſi pulcherrimum facere eum, qui eſt optimus. Cum igitur excogitaſſet, inuenit nihil eorum, quę ſecundum naturam aſpectui ſubiecta ſunt, ſi expers intelligentię ſit, intelligēte alio, totum toto pul-

chrius vnq̃ fore:intellectum vero alicui ſine anima dari non poſſe.Hac ratione mētē quidē animę, animā vero corpori dedit:totūq; ita mundū conſtituit,vt pulcherrimū natura opus optimūq; foret. Quocirca ſicut ratio nobis hęc probabilis perſuadet,dicendū eſt,hunc mundū aīal eſſe,idq; intelligens,reuera diuina prouidentia conſtitutū.Hoc poſito,qđ ſequitur,videamus ad cuius aīalis ſimilitudinem deus mundū conſtituit.Vni cuidā propriéq; animaliū ſpeciei ſimilem feciſſe,ne arbitremur.Nam ſi imperfecto animali ſimilis eſſet factus,pulcher certe non eſſet. Immo vero illius animalis eum ſimillimum eſſe ducamus:cuius animalia cætera & ſingulatim,& generatim parteſ ſunt.Illud ſiquidem viuentia omnia,quæ ſola mente percipiuntur,in ſeipſo complectitur:quemadmodum mundus hic nos &,cætera quæ cernuntur animalia cōtinet.Volens itaq; deꝰ omniū quæ intelligi poſſunt pulcherrimo & vndiq; abſoluto mundū hunc ſimillimum reddere,animal vnum ipſum effecit,aſpectui ſubiectum,animalia cuncta naturæ ſuæ conuenientia intra ſuum limitē cōtinens.

Definitio mūdi.

Quæſtio de cā formali vel exemplari.

De vnitate mūdi intelligibilis.

Proinde recte ne mundum vnum diximus?an rectius plures innumerabileſve dici oportuit? Vnum profecto:ſi modo ad vnius ſimilitudinem ſit formatus.Qđ eñ viuentia omnia quæcunq; intelliguntur continet,ſocium alterum habere non poteſt.Alioquin aliud animal,qđ hæc duo cōtineat,eſſe oporteret:cuius duo hæc partes ſint:nec illorum,ſed tertii huius,mundus hic ſimulacrum rectius diceretur. Vt igitur hic mundus eſſet animali abſoluto ſimillimus,ex eo φ ſolus atq; vnus eſſet,idcirco neq; duo neq; innūerabiles procreati ſunt:ſed vnus mūdus vnigenituſq; factꝰ eſt & erit.

Quæſtio vtrū ne an plures mundi.

Solutio quæſtionis.

Quoniam vero corporeus,ſpectabiliſq;,& tractabilis erat futurus,ac ſine igni videri nihil poteſt:nihilq; ſine ſolido tāgi,& ſolidū abſq; terra nihil:ideo in operis huius exordio deus ignē primo terramq; creauit.Sed duo ſola abſq; tertio quodam cōmode cohęrere non poſſunt:mediūq; aliquod vinculum vtrorunq; deſiderant. Vinculorum vero id eſt aptiſſimū atq; pulcherrimum, qđ ex ſe & ex iis quæ aſtrigit,q̃maxime vnum efficit.Hoc maxime proportio ratioq; alternæ comparationis aſſequit̃. Quando enim in tribus numeris aut molibus aut viribus mediū ita ſe habet ad poſtremum,vt primum ad medium,viciſſimq; vt poſtremum cum medio,ita medium cū primo congruit,tunc qđ medium eſt,& primum fit & poſtremum:poſtremū quoq; & primū media fiunt.Ita neceſſitas cogit,vt oīa quæ ſic deuincta fuerint,eadem inter ſe ſint. Eadem vero cū facta ſint,efficitur vt omnia ſint vnum.

Vis terræ & ignis.

De medio ac proportione primi medii & extremi.

Qꝫ ſi vniuerſi corpus latitudinem habere debuiſſet,nullam vero profunditatem,vnum ſane tum ad ſeipſum,tum ad extrema vincienda interiectum medium ſuffeciſſet.Sed cum ſoliditatem mundus requireret,ſolida vero non vno ſed duobus ſemper mediis copulentur:inter ignem & terram deus aerem aquamq; locauit:eaq; ita inter ſe inuicem quoad fieri poterat,comparauit:vt quemadmodum ignis ad aerem,ita aer ad aquam:vt aer ad aquā, ſic aqua ad terram congrue conferatur.Qua ex coniunctione ita conſtitutus eſt mundus,vt aſpici tangiq; poſſit.Propterea ex huiuſmodi rebus numero quatuor mundi corpus conflatum eſt:ea cōnexum comparatione qua dixi.Ex quo ſeipſum amicitia concordi complectitur:atq; ita apte cohęret,vt nequeat diſſolui vllo modo,niſi ab eodem a quo eſt colligatum.Quatuor igitur earum rerū quālibet integram mundus accepit.Ex omni quippe igni,aere,aqua,terra,ipſius faber ita ipſum cōpoſuit,vt nullam cuiuſq̃ iſtorum partem aut vim extra relinqueret.Idq; ea ratione fecit:primum quidem vt totum hoc animal q̃ maxime perfectum ex perfectis partibus eſſet. Deīde vt eſſet vnū cum nihil extra relictum fuerit:ex quo alterum generetur.Poſtremo ne quis ipſum morbus aut ſenectus attingeret.Videbat enim eam eſſe naturam corporis,vt importuna caloris vel frigoris aliarumq; rerum nimis vehementium acceſſione lędatur:& in morbos,ſeniumq; impulſum deficiat. Quam ob cauſam rationemq; vnum totum ex omnibus totis:& perfectis perfectum,morbi,& ſenectutis expertem deus mundum conſtituit.

Mundus ex tota materia conſtat.

Perfectū extra qđ nihil eſt ſumere.

Seniū & morbus ab externis cauſis.ex q̄bus vide mundum eſſe æternum a defectu cauſę nō a materia.

Cui & figuram maxime congruam & decorā dedit. Animal quippe hoc,qđ intra ſuum ambitum erat animalia omnia contenturum, eam figuram præcipue requirebat:in qua figuræ omnes continerentur.Quapropter ſphęricū fecit:in quo oīnis extremitas paribus a medio radiis attingitur.quæ quidem figura omnium perfectiſſima ſibiq; ipſi ſimillima iudicatur.Putabat enim ſimile diſſimili multo pulchrius eſſe.Lenem præterea hūc globum extrinſecus vndiq; expoliuit.Nec immerito ſumma eum ęqualitate tornauit.Nec enim oculis indigebat:quia nihil extra quod cerni poſſet,relictum erat.Nec auribꝰ,cum nihil ſupereſſet foris qđ audiretur.Nec erant aere circunfuſa externa mundi,vt reſpirationem requireret. Nec mēbris quidem talibus opus erat,per quæ noua alimenta ſuſciperet:aut decocti cibi excrementa emitteret:nulla deceſſio fieri poterat:nulla acceſſio.Nec enim erat aut quo aut vnde talia fierēt.Ipſum enim ſe conſumptione & ſenio ſuiipſius alit.Ita nempe diuina arte fabricatus eſt mundus,vt oīa in ſeipſo & a ſeipſo patiatur,& agat.Ratus enim eſt ille auctor,mundum ſi ſibi ipſe ſufficiat,p̄ſtantiorem fore,q̃ ſi aliorum adminiculis egeat.Nec ei manus neceſſarias eſſe duxit:quia neq; capiēdū quicq̃ erat neq; repellendum.Nec pedibus aut aliis ad progreſſum ſtatūve mēbris opus erat.Mo-

Cur ſpherica figura p̄fectiſſima.

Simile pulchrius q̄ diſſimile.

Cur mundus nō ſit organico corpore.

Maxima.qđ ſufficiens id p̄ſtantius.


Motus localis ſeptem ſpecies circunlatio:dextrorſum:ſiniſtrorſum:ſurſum:deorſum:antorſum:retrorſum.Nam introrſum:& extrorſum ſũt motus ſurſum & deorſum.
Vide trinitatẽ i diuinis patris filij & amoris vtriuſq;.
Mundum circulo volui.
Partes ſubſtantiæ animæ.

tum eũ illi congruũ ſuo corpori tribuit:qui ex ſeptẽ motibus vnus ad mentẽ maxie,& intelligentiã pertinet.Ideoq; cũ illũ per eadẽ,& ĩ eodẽ,& in ſeipſo circũduxiſſet,effecit vt circulari cõuerſione moueretur.Sex autem reliquos motus ſeparauit ab eo:& ab eoꝝ errore & peruagatione penitus liberauit.Ad hanc igitur conuerſionẽ quæ pedibus non egebat,crura pedeſq; non dedit.Cũ hęc igitur deus ille qui ſemper eſt:de aliquando futuro deo cogitaret,lenẽ eũ effecit æqualemq;:& a medio ad ſummũ vndiq; parem: corpuſq; ex corporibus totis & perfectis,totũ atq; perfectum: Aĩam autem in eius medio collocauit:perq; totum tetendit:atq; ea corpus ipſum etiam extrinſecus circũtexit:mundũq; hunc vnum & ſolum ſolitariũq; & circularem volui in circulum ſtatuit:qui ꝓpter virtutem ſecum ipſe facile coercere poſſit,nullius alterius indigens,ſatiſq; ipſe ſibi notus atq; amicus.Itaq; omnibus his de cauſis mundum opifex eius beatum deum effecit:ſed animam haud ita vt modo dicere cœpimus,tum deniq; cũ corpus ei effeciſſet, procreauit.neq; enim qui hęc coniunxit,parere iuniori antiquius permiſiſſet.Sed nos multa vtpote fortunæ participes inconſiderate & temere loquimur. Ille vero tam generatione q̃ virtute priorem antiquioremq; animam corpore conſtituit : vtpote quæ obedienti corpori eſſet imperatura:ex his videlicet,atq; hoc pacto.Ex ea ſubſtantia quæ indiuidua & ſemper eadem ſimiliſq; eſt,& ex ea rurſus quæ circa corpora diuidua fit,tertiam ſubſtantiæ ſpeciem cõmiſcuit mediã:quæ rurſus eſſet naturę ipſius eiuſdẽ,& naturę ipſius alterius particeps:eãq; ꝑ hæc mediã conſtituit inter indiuiduam ſubſtantiam: & eã quæ circa corpus diuiditur.Ea cum tria ſumpſiſſet,in vnam ſpeciem omnia tẽperauit.Vbi naturã eius qđ alterũ diuerſumq; vocamus,commixtioni repugnantẽ,cũ eo qđ idẽ dicit̃ vi quadam conciliauit.



Poſtq̃ vero duo illa cũ ſubſtantia cõmiſcuit:& ex tribus vnum fecit:rurſus id totum in ea quę decuit mẽbra partitus eſt:quorum quodlibet ex tribus,eodẽ,altero,ſubſtantiaq; conſtaret. Fuit autem talis illa partitio. Vnã principio accepit ex vniuerſo portionem.Secũdam autem primæ partis duplam.Deinde tertiam,quę ſecũdæ ſeſquialtera eſſet ,primæ tripla.Poſtea quartam,ſecundæ duplam. Quintam deinceps tertiæ triplã. Sextã priſ̃ octuplã.Poſtremo ſeptimã,q̃ partib⁹ ſex & viginti primã excederet.Poſt hæc dupla & tripla interualla repleuit: partes rurſus ex toto deſecans.quas interuallis ita locauit,vt bina eẽnt in ſingulis media,ſiue vt ita dixerim,medietates:quarũ vna eadem parte excedit alterum extremoꝝ,eadem ab altero ſuperatur.Altera medietas pari numero extremum vnũ ſuperat:pari ſuperatur ab altero.Cum vero ſeſquialtera interualla,ſeſquitertia,& ſeſquioctaua ſumpſiſſet,ex his nexibus in primis ſpatiis, ſeſquioctauo interuallo,ſeſquitertia oĩa explebat,particula ſingulorum relicta.Huius autem particulę interuallo aſſumpto ea inde habebatur numeri ad numerũ in terminis cõparatio,quę eſt inter ducentos quinquaginta ſex:& ducentos quadraginta tres.Iã vero cõmixtũ illud vnde iſta ſecernebat totum,huiuſmodi partium ſectione conſumptum erat.Tunc ſeriẽ hanc vniuerſam in longum ſecuit:& ex vna duas fecit:mediãq; mediæ in ſpeciem x græcæ literæ accõmodauit. Deinde in orbem intorſit,quo ad ita coirent inter ſe capita,vt lineę ipſę & ſecum & inter ſe inuicem e regione interſectionis ipſius coniungerentur:atq; eo motu qui in eodem & ſimiliter ſemper reuoluitur,vndiq; eſt eas circũplexus: & circulorum alterum exteriorẽ,interiorẽ alterũ fecit.Exteriorem quidem lationem eiuſdẽ naturæ:interiorẽ vero alteri⁹ nominauit.atq; illã quę erat ipſi⁹ eiuſdem naturæ cognata,in latus ad dexterã partẽ:eam vero quæ alterius,ꝑ diametrũ ad lęuam flexit.Sed principatum dedit eiuſdẽ ipſius ſimiliſq; agitationi.Eam nãq; ſolam indiuiſam reliquit . Interiorem vero cũ ſexies diuiſiſſet:ſeptẽq; orbes inęquales dupli,& tripli interuallis effeciſſet:ſingula cum tria ſint vtriuſq; contrariis inter ſe curſib⁹ orbes peragere iuſſit:& ex ſeptem ĩterioribus tres quidem pari celeritate, q̃tuor vero & ad ſe & ad reliquos tres celeritate quidẽ impari debita tamen ratione conuerti.Poſtq̃ igitur ſecundũ creatoris illi⁹ mẽtem tota animæ conſtitutio abſoluta fuit,mox omne corporeum intra ipſam effinxit:mediũq; mediæ accõmodans apto modulamine copulauit.At illa a medio per omne vſq; ad cęli extrema ſe porrigens,eiq; extrinſecus circũfuſa,ſeq; in ſeipſa conuertens,ita ſempiternæ ſapientiſq; vitæ ĩ vniuerſum tempus diuinum dedit exordium. Et corpus quidem cæli ſpectabile factum eſt : anima vero





oculorũ effugit obtuitum:rationis & modulaminis cõpos:ab auctore ſuo omniũ quæ ſemper ſunt
& ad intelligentiã pertinent optimo ipſa quoq; optima omniũ quæ genita ſunt effecta. Quoniã igi
tur ex tribus partibus,eodẽ ſcilicet,& altero,& eſſentia conflata eſt:ratione proportionis diſtincta
atq; cõpacta:nec non in ſeipſam orbe reflectitur,quotiens aliquid attingit qđ eſſentiã diuiduã ha
bet & qđ indiuiduã,in ſeipſam om̃ino conuerſa quid ſit vtrũq; diſcernit,& cui quid idem ſit,a quo
alterum & diuerſum,ad quid quæq;,& vbi,quomodo,& quãdo eſſe huiuſmodi aliquid vel pati cõ
tingat,tã in iis quæ gignuntur,q̃ in illis quæ ſemper ſunt eadẽ. Ratio porro ad ipſum qđ idem eſt
vergens atq; veridica tam circa alterum q̃ circa idem verſata,& ſine ſono ſtrepituq; omni in eo qđ
ſeipſo mouetur reuoluta,quando ad ſenſibile aliquid ſe conuertit,ſi tunc etiam alterius diuerſæq;
naturæ circulus recte per omnem ipſius animã rem ipſam nunciet,opiniones fideiq; aſſenſiones fir
mas veraſq; producit. Quãdo rurſus circa rationale ſe verſat,& ipſius qđ idem eſt circulus ſe apte
reuoluens rẽ denunciat,intellectus neceſſario ſcientiaq; perficitur. Hæc quiſquis in alio q̃ in anima
fieri dixerit,a vero penitus aberrabit. Cũ igitur hoc a ſe factum ſempiternorum deorum pulchrũ
ſimulacrum moueri & viuere pater ille qui genuit animaduerteret,delectatus eſt opere,& hac du
ctus lætitia opus ſuum multo etiam magis primo illi exemplari ſimile reddere cogitauit. Itaq; quẽ
admodum illud ſempiternum animal eſt:ita vniuerſum hoc pro viribus tale facere ſtatuit. Illius q
dem animalis æterna natura eſt. Qđ genito operi congruere om̃ino non poteſt. Iccirco imaginem De genitura tẽ
æui mobilem effingere decreuit: ac dum cælum exornaret, fecit æternitatis in vnitate manentis poris.
æternam quandã in numero fluentem imaginem:quã nos tempus vocamus. Dies porro & noctes
& menſes & annos qui ante cælum non erant,tunc naſcente mundo naſci iuſſit. quæ omnia tem
poris partes ſunt. Atqui erat & erit quæ nati temporis ſpecies ſunt,non recte æternæ ſubſtantię aſ
ſignamus. Dicim⁹ enim de illa eſt,erat,& erit. Sed illi reuera ſolum eſſe competit. Fuiſſe vero & fo
re deinceps,ad generationem tempore procedentem referre debemus. Motus enim quidam duo il
la ſunt. Aeterna autem ſubſtãtia cũ eadem ſemper & immobilis perſeueret:neq; ſenior ſeipſa fit vn
q̃ neq; iunior:neq; fuit hactenus neq; erit in poſterum:neq; recipit eorum quicq̃:quib⁹ res corpo
reę mobileſq; ex ipſa generationis conditione ſubiiciuntur. Nempe hæc omnia temporis imitantis
æuum,ſeq; numero reuoluentis,ſpecies ſunt. Sæpe etiam dicimus qđ factum eſt,eſſe factum: qđ fit
in generatione eſſe:qđ fiet,eſſe faciendum:& qđ non eſt,non eſſe. Quorum nihil recte & exacta ra
tione dicimus. Sed exquiſitam de iis diſcuſſionem præſens diſputatio non requirit. Tempus vero
vna cum cęlo factum eſt:vt vna orta,vna etiam diſſoluantur:ſiqua his diſſolutio vnq̃ contigerit.
Et ad exemplar æternæ naturæ ideo factũ eſt:vt mundus hic illi prętantiori quoad poteſt ſimilli
mus ſit. Ille enĩ mundus,huius exemplar omne per æuum eſt. Hic vero perpetuo per omne tẽpus
fuit ſitq; ſolus & erit. Hac ratione conſilioq; dei tempus creare volentis ſol & luna,& aliæ qnq; ſtel
læ quæ vocantur erraticæ,factæ ſunt:quo temporis numerus diſtinguatur atq; obſeruetur. Cum
vero ſtellarum huiuſmodi corpora ſeptem feciſſet deus,ſeptem orbibus qui alterius ipſius diuerſæ
q; naturæ circuitu voluũtur,adhibuit. Lunam in primo ſupra terram circuitu poſuit. In ſecundo
Solem. Luciferi deinde globum,& Mercurii ſacrum vt dicitur orbem circulis affixit: Soli velocita
te æqualibus:potentia vero illi contrariis. Quo fit vt apprehendant ſe inuicem,& a ſe viciſſim ap
prehendantur ſimiliter hæ ſtellæ,Sol,Lucifer,& Mercurius. Cæterarũ ſtellarũ ordines progreſſuſ
q; & rationes ſiquis omnino pcurrere velit,plus erit opere ipſo:qđ operis gratia ſumetur. Hęc enĩ
forte a nobis pro dignitate rei alias ſi dabitur otium tractabuntur. Poſtq̃ vero ſingula quę ad ſeriẽ
temporis pertinebant,conuenientem ſibi progreſſum ſortita ſunt:corporaq; nexibus compacta vi
talibus animalia euaſerunt,præſcriptum tenorem & inſtitutum ordinem tenuerunt : vt videlicet
ſecundũ alterius diuerſęq; naturę obliquam agitationem eiuſdem ipſius agitationi ſubiectã,orbes
illi partim ampliorem partim anguſtiorem circulum peragant: et quæ minorẽ, velocius:quæ ma
iorem,tardius reuoluantur. Secundum vero ipſam eiuſdem naturæ lationem quæ velociſſime per
currunt comprehendentia,a tardioribus comprehendi videntur. Omnes quidem eorum circulos
ſuperna illa vertigo varia circuitione reuoluens, propterea q; iſti duobus ſimul contrariis moti
bus agitantur, id quod tardiſſime ab ipſa quæ velociſſima eſt recedit,proximum declarauit. Vt
autem eſſet quædã velocitatis illorum tarditatiſq; menſura certiſſima,omniumq; octo motuũ p
diret in lucem chorea:accendit lucem clariſſimam deus in ſecundo a terra circulo. quam modo So
lem vocamus. Cuius ſplendore cęlum omne illuſtraretur: & animantes omnes quæcunq; natura
numeri capaces ſunt,ipſius participes efficerentur:vſum numerandi diſcentes ab illo eiuſdem ſi
miliſq; naturæ circuitu. Hinc quoq; noctis dieiq; varietas orta eſt. Propter hæc etiam vnius ſapiẽ
tiſſimiq; circuitus reuolutio. Menſis vero prouentus,quando luna luſtrato circulo ſuo ſolem con
ſecuta eſt. Anni,vbi Sol ſuum peragrauit orbem. Cæterorum autem ſyderum ambitus ignorãtes

homines,præter admodum paucos,neq; nomine certo illos appellant: neq; numeris inter ſe diſtinctis cōmetiuntur.Itaq;,vt ita dixerim,neſciunt horum peruagationes idipſum eſſe qd rite dicitur tempus, multitudine infinita & varietate mirabili prȩditas.Eſt tamen intellectu facile q̄ perfectus numerus temporis,perfectum tunc demum compleat annum,cum octo ambitus cōfectis ſuis curſibus quos orbis ille ſemper idem ſimiliterq; procedens metitur,ad idem ſe caput retulerit.Has ob cauſas nata ſunt ea aſtra quæ per cælum meantia conuerſiones habent:vt hoc omne animal quod videmus,eſſet perfectiſſimo animali illi qd mente perſpicitur,harmoniæ imitatione ſimillimum.Iā

Genera animalium.

vero cætera vſq; ad temporis ortum ad imaginem propoſiti exemplaris effinxerat. Sed quia mundus hic nondū animalia oīa intra ſuum ambitum continebat,ex ea parte deficiebat ad illud exemplar imaginis huius ſimilitudo.Hoc igitur qd deerat,ſuperni illius exemplo deus explebat. Quot

Quatuor ideę animalium.

igitur & quales mens ideas in eo qd eſt animal inſpicit,totidem & tales hoc mundo cōtineri oportere excogitauit.Sunt autem quatuor.Vna quidem deorum cȩleſtium genus continet.Alia volatile & aeriuagum.Tertia aquæ liquoribus accommodatum.Quarta terrenorum animātium gen⁹. Diuini quidem animalis ſpeciem ex igni maxima ex parte componebat:vt ſplendidiſſimum eēt viſuq; pulcherrimum.Cūq; illud vniuerſi figura ſimile vellet fore,rotundum fecit : poſuitq; in ipſi⁹ optimi ſapientia:atq; illud ſequi iuſſit:circūq; omne cælum diſtribuit:vt verus illi vbiq; ex hac varietate ornatus accederet.Dedit autem diuinis duo genera motus.Alterum quo in eodem ſemper & ſimiliter voluerentur,cum de eiſdem ſemper ſecum ipſis eadem cogitent. Alterum quo in anteriorem partem ab eiuſdem ipſius ſimiliſq; vertigine ducerentur.Reliquos autem quinq; motus ab his eſſe voluit alienos:vt vnūqdq; illorum quoad fieri poteſt,optimū eſſet.Qua ex cauſa facta ſunt aſtra illa erroris expertia:quȩ diuina animalia ſunt:proptereaq; in eodem ſemper circuitu perſeuerant. Quæ vero vaga ſunt,& mutabili ratione labuntur:ita deinceps,vt ſupra diximus,diſpoſita

Terra antiquiſſima deorū: q intra cælum.

ſunt.Terram autem altricem noſtram circa polum p vniuerſum extenſum alligatā diei noctiſq; effectricem & cuſtodem eſſe voluit: nec non primam antiquiſſimamq; deorum omniū qui intra cælum ſunt geniti.Horum vero deorū choreas & inter ipſos concurſiones circulorumq; ipſorum reuolutiones varias & acceſſus:quales præterea fiant coniuncti ſibi inuicem vel oppoſiti,ſiue ante ſe,ſiue retro:quidve ex illorum ſerie nobis proueniat:quibus temporib⁹ & quo pacto deliteſcāt ſinguli,vel emergant:quidve portendant quando orientes hominibus harum rerum peritis timorem incutiunt:Hæc inquā omnia abſq; diligenti ſimulacrorum ipſorum inſpectione explicare velle,inanis eſt labor.Sed de his ſatis.& iam quæ de natura deorum illorū qui tales geniti ſunt vt cernantur dicenda erant:finē habeant.Cæterorū vero qui dæmones appellantur,& cognoſcere & enūciare ortum,maius eſt opus q̄ ferre noſtrum valeat ingenium.Priſcis itaq; viris hac in re credendū eſt,qui diis geniti vt ipſi dicebant,parentes ſuos optime nouerant.Impoſſibile ſane deorum filiis fidem non habere,licet nec neceſſariis nec veriſimilibus rationibus eorum oratio confirmetur.Verum quia de domeſticis rebus loqui ſe affirmabant:nos legem ſecuti fidem præſtabimus. Sic igit vt ab his eſt traditum,hoꝝ deorum generatio habeatur atq; dicatur.Terræ Cȩliq; filii Ocean⁹ & Tethys fuiſſe tradūtur.Ab iis Phorcyn Saturnus & Rhea geniti: & reliqui horum fratres.Ex Saturno & Rhea Iupiter, & Iuno,& reliqui,quos eorum fratres quotidie memorari audimus, nati dicuntur.Ex his deinceps vt traditur alii. Poſtq̄ orti ſunt omnes & qui cælo voluuntur dii noſtris oculis manifeſti,& qui eatenus nobis conſpicui fiunt quatenus ipſi volunt,tum ad eos mundi genitor ita fatur.Dii deorum quorum opifex ego & pater ſum,hæc attendite. Quæ a me facta ſunt, me ita volente indiſſolubilia ſunt.Omne ſiquidem qd vinctum eſt,ſolui poteſt.Sed mali eſt qd pulchre compoſitum eſt,ſeq; habet bene,velle diſſoluere.Quapropter quia generati eſtis, immortales quidem & indiſſolubiles omnino non eſtis.Nec tamen vnq̄ diſſoluemini,nec mortis fatum ſubibitis.Nam voluntas mea maius præſtantiuſq; vobis eſt vinculum ad vitæ cuſtodiam,q̄ nexus illi,q bus eſtis tunc cum gignebamini,colligati.Sed nunc iā quid iubeam,cognoſcite. Tria adhuc genera mortaliū nobis generanda reſtant:abſq; horum generatione cælum imperfectum erit. Omnia enī animantium genera ambitu ſuo non continebit.Contineat autem oportet,ſi eſt mundus oīno perfectus futurus.Hæc vero ſi a me fiant ſolo,vitaq; donentur,diis adæquabunt. Quapropter accedite vos ſecundum naturam ad animalium generationem : ita vt vim imitemini meam, qua in ortu veſtro ſum vſus. Atq; eius quidem animalis quod i ipſis tale futurum eſt vt cum imortalibus appellatione conueniat,diuinumq; vocetur,principatumq; teneat, & iuſtitiam ſimul ac vos vltro colat,ego vobis ſemen & initium tradam:vos cætera exequi par eſt:vt imortali naturȩ mortalē attexentes : faciatis generetiſq; animalia: ſubminiſtranteſq; alimenta augeatis, & conſumpta rurſum recipiatis.Hæc fatus,in eodem rurſus cratere, in quo mundi totius animam permiſcens temperauerat,ſuperioris temperationis reliquias miſcendo perfudit : modo quodam eodem : non

tamen perfectas ſimiliter: ſed & ſecundo,& tertio gradu a primis deficientes. Deniq; cum vniuer
ſum conſtituiſſet, aſtris parem numerum diſtribuit animarum:ſingulis ſingulas adhibens:eiſq; tã
q̄ vehiculo impoſitis monſtrauit vniuerſi naturam:ac leges fatales edixit: oſtendens quidem pri-
mam omnibus generationem ordine quodam vna fore ne quis ab eo minus aliquid ſortiatur. Sa-
tis autem & quaſi ſparſis animis per ſingula ſingulis conuenientia temporum inſtrumẽta,fore vt
animal naſceretur,quod omnium animalium maxime eſſet diuino cultui deditum.Eſſe autem na
turam hominis geminam.Cuius id genus fore præſtantius qđ viri nomine ſit appellãdum. Cum
vero animæ corporibus neceſſitate quadam inſertę fuerint:& corporibus earum acceſſerit aliquid
viciſſimq; abſceſſerit:primum vtiq; neceſſario ſenſum vnum omnibus intimum,& naturæ coniũ-
ctum illic a violentis paſſionibus excitari: deinde voluptate & dolore mixtum amorem : poſt hæc
metum & iram:& quæcunq; vel iſta ſequuntur:vel ab iſtis vt contraria diſſident. Hæc qui ſupera
uerint,eos iuſte victuros:iniuſte vero qui ab his fuerint ſuperati. Atq; illum qui recte curriculum
viuendi a natura datum cõfecerit,ad illud aſtrum cui accommodatus fuerit,reuerſum beatam vi-
tam acturum.Contra vero agentem cogi in ortu ſecundo ſexu mutato fieri mulierem.Et qui ne tũ
quidem finem peccandi faciet,quatenus deprauatur eatenus in brutorum naturam ſuis moribus
ſimilem permutari:nec prius a mutationibus laboribuſq; ceſſare,q̄ illam ſibi inſitam eiuſdem ipſiꝰ
ſimiliſq; naturæ conuerſionem ſecutus ipſe, eiq; ſubiiciens turbulentos multiplicesq; affectus poſt
ea ex igni,aqua,aere & terra contractos,ratione ſedauerit:& ad primum optimumq; ſui habitum
iam redierit.Quæ cum illis ita deſignauiſſet:ne qua penes ſe futuræ prauitatis cauſa eſſet:alios in
terram:alios in lunam:alios in alia temporis inſtrumẽta ſpargens quaſi ſerebat. Poſt huiuſmodi ſe
mentem,quod reliquum erat, diis iunioribus agendum mandauit: vt corpora mortalia fingerent
quantumq; eſſet humanæ animæ quod reliquum huic deberet accedere,id omne & quæ conſequẽ
tia eſſent,adiungerent regerentq;:& q̄ optime & pulcherrime fieri poſſet mortalis animalis natu-
ram gubernarent:niſi ipſum ſibimet malorum cauſa eſſet.Atq; is quidem qui hæc cuncta diſpo-
ſuit:rite in ſuo habitu permanebat.Quo quidem permanente:eius filii cum parentis ordinem co-
gnouiſſent,eum protinus ſequebantur.Itaq; accepto ab illo mortalis animantis immortali princi-
pio ſui effectorem imitati,ignis,aeris,aquæ,terræ particulas,quas rurſus redderent,a mundo mu-
tuabantur,eaſq; inter ſe copulabant:haud iiſdem illis indiſſolubilibus vinculis,quibus ipſi fuerant
colligati:ſed talibus quæ propter paruitatem cerni non poſſent:crebriſq; huiuſmodi clauis coniũ-
ctis vnũ ex oĩbus corpus efficiebãt:atq; in hoc ipſum tũ influẽte,tũ effluẽte corpore animæ diuinæ
circuitus illigabant.Itaq; hi circuitus in profundum flumen immerſi,neq; tenebant neq; teneban-
tur: ſed vi ferebantur:atq; ferebant.Ex quo factum eſt:vt totum animal moueretur:ſine ordine ta
men,& fortuita quadam iactatione . Cui quidem ſex peruagari motibus contingit vndiq; per ſex
loci differentias progrediẽdo,videlicet ante & retro,ad dexteram & lęuam,ſurſum atq; deorſum.
Cum vero plurimus iundaret fluctus atq; deflueret vnde animal nutriretur,multo etiam maior
a paſſionibus extrinſecus illatis turba ſequebatur:cum corpus aliquod ignis exterioris incurriſſet
offenſionem:vel a terræ ſoliditate,aut aquæ humore,aut aeris flatu lęſum eſſet.Porro ab iis omni-
bus per corpus motus vſq; ad animam tranſeunt:qui propterea & initio & nunc ſenſus cognomi
nati ſunt.Hi quidem ab initio continue multos & maximos motus cient,riuo illo iugiter fluente
atq; his fluctibus vehementer animæ circuitus quatiunt.Et circuitum quidem illum eiuſdem ſi-
miliſq; naturæ in ipſo curſu prorſus impediunt : alterius vero circuitum diſtrahũt: vſqueadeo vt
dupla illa & tripla vtrinq; diſpoſita interualla tria,medietateſq; & colligationes ſeſquitertia,ſeſqui
altera,ſeſquioctaua ratione interiectas,quæ diſſolui a nullo niſi ab eo qui coniunxit poſſunt, omni
reuolutionis genere torqueant:omneſq; anfractus & varietates orbium, quotcõq; contingere que
unt,inducant:ita vt ambitus ipſi vix ſibi inuicem connexi,ferantur quidem,ſed ſine ratione feran-
tur,tum contra,tum ex obliquo,tum reſupina quadam diſpoſitione:ceu ſiquis caput pro pedibus
humi figat:pedes vero pro capite tollat in altum:tunc arbitror tam eius qui ſic affectus eſt, q̄ eo-
rum qui ſpectant,dexteræ partes ſiniſtræ,& contra ſiniſtræ dexterę ſibi inuicem eſſe videntur. Ita
q; cum hoc ipſum cæterave huiuſmodi animi quoq; ambitus maxime patiuntur: ſi tunc extrinſe
cum aliquid eiuſdem ipſius vel alterius generis inciderint:falſo quid idem alicui ſit,quidve alterũ
ab aliquo iudicant.Ideoq; mendaces tunc dementeſq; ſunt:nec vllus princeps & dux in eis tunc eſt
circuitus.Cũq; extra poſiti ſenſus pulſauerint animam vehemẽtius,totamq; eam poſſederint,tũc
illi ſubiugati quidem & ſeruientes dominari videntur . Quaſobres ab initio anima cum mortalis
corporis vinculis includitur,amens efficitur.At poſtq̄ nutritionis & augmenti riuus lenius mi-
nuſq; fluit,animæq; circuitus tranquilliore motu iter ſuum peragunt,proceſſuq; temporis ſeda-

Cuiq; generi aſtrum vnum tributum eſſe aſtrum.

Amor mixtus voluptate & dolore.

Cur ſeniores prudentes.

tiores fiunt:& in figurã naturæ ſuæ congruam reſtituũtur: tunc ſingulorum circulorum directę
conuerſiones,eiuſdem & alteri⁹ naturã probe diſcernunt,hominemq; ſic inſtitutum prudentẽ effi
ciunt.Q; ſiquis educationi rectæq; nutritioni diſciplinã quoq; & eruditionem conuenientem ad-
iunxerit,morbo grauiſſimo deuitato ſanus & integer prorſus euadet:ſin autem neglexerit,claudũ
vitæ iter ingreſſus,tanq̃ mancus,& omnino inutilis rurſus ad inferos decidit.Sed hęc quidem poſt
ortum contingunt.Nunc vero de prima hominis compoſitione exactius diſſerendũ:ac ꝓbabili ra-
tione monſtrãdum:qua cauſa & prouidẽtia deorum ſingula mẽbra corporis ad ſingula aiæ officia
ſint accommodata.Principio dii figuram capitis ad rotunditatem mũdi finxere: in eoq; duos illos
Caput membrum diuiniſſimum. animæ diuinos circuitus ſtatuerunt.Eſt autem caput membrum corporis diuiniſſimum: reliquo-
rumq; membrorũ princeps,cui totum corpus connexum dii ſubeſſe & parere iuſſerunt.Excogita
uerunt enim motuum omnium quotcunq; eſſe queant,compos id fore.Cũ vero inęqualis & aſpe-
ra,ac partim quidem accliuis,partim decliuis terra ſit,ſi humi caput ſerperet,perq; terræ ſuperfi-
Proceritas. ciem volueretur,hos anfractus ſine offenſione tranſire non poſſet.Q̃d ſane malum vt vitaretur,ꝓ
cerum hunc habitum corporis ad faciliorem progreſſum dii pro vehiculo capiti ſubiecerunt. Cor
pori præterea quatuor in longum porrecta & flexibilia membra annexuerunt:qb⁹ facile diuina ꝓ
uidẽtia moueretur,apprehenderet videlicet obiecta quæq;,ſtaret,& ſiſteret,perq; omnia gradere-
tur caput ſuperne ſubſiſtens diuiniſſimi ſacratiſſimiq; habitaculum.Hanc igitur ob cauſam nobis
crura manuſq; dedere. Anteriores autem partes poſterioribus praſtantiores & ad imperandum
aptiores arbitrati,in anteriorem quoq; partem moueri nos vt plurimum voluerunt. Oportebat
porro anteriora diſcreta & diſſimilia eſſe.Quapropter primũ globo capitis faciem adiecere : faciei
q; inſtrumenta quæ adminicularentur omni animæ prouidentiæ,aſſignauerunt:decreuerunt q; na
turale hominis imperium in hac parte anteriori prioriq; conſiſtere.Sed ex omnibus faciei parti-
De oculis multa. bus primi luciferi oculorum orbes coruſcant:hac de cauſa dati.Ignis certe illius qui non vrit qui-
dem ſed illuminando ſuauiter diem inuehit mundo,participes oculorum orbes dii fecerunt. Inti-
mum ſiquidem noſtri corporis ignem huius ignis germanum ſyncerũq; per oculos emanare vo-
luerunt:in quibus lenis congeſtuſq; vbiq; ignis huiuſmodi ſit:ſed per eorum duntaxat ſolidiorem
anguſtamq; medietatem ignis purior euolet:craſſior vero cohibeatur.Itaq; cum diurnum lumen
applicat ſe viſus radio,tunc ea duo inter ſe ſimilia concurrẽtia atq; commixta,quo oculorum acies
diriguntur,ibi in vnius iam domeſtici corporis cohærent ſpeciem:vbicunq; videlicet tam intimi q̃
externi luminis fit concurſus. Totum igitur hoc propter ſimilitudinem paſſionem eãdem ſorti-
tum,cum quid aliud tangit vel ipſum ab alio tangitur,motum huiuſmodi ad corpus omne perq;
id ad animam vſq; diffundens ſenſum efficit,qui viſus vocatur.At poſtq̃ in noctem diſceſſerit co-
gnatus ignis,viſionis radius euaneſcit.Nam in aerem ſibi diſſimilem erumpens permutatur,atq;
extinguitur:cum nullam habeat cum proximo aere vtpote ignis ſplendore carente, naturę com-
munionem.Iccirco videre deſinit:ſomnumq; inducit.Etenim ſalubre palpebrarum tegmen dii ocu
lis machinati ſunt.Quibus obductis vis illa ignis intimi conniuentia tegminis coercetur: cõpreſ-
ſaq; interiores motus perfundit & mulcet:quibus relaxatis atq; mollitis quies oritur. Si profun-
dus ob multam quietem motuum nos occupat ſopor,exigua ſequuntur inſomnia. Sin vehemen-
tiores aliqui motus quaſi vigiliarum reliquię relicti ſint,quales quidem & qualibus ex locis hau-
ſtæ reliquiæ ſunt,talia ſomniorum ſimulacra naſcunť:eorũq; nobis expergefactis reſtat memoria.
At vero ſimulacrorum quæ vel in ſpeculis oboriuntur,vel in perſpicua leniq; cernunť ſuperficie,
facilis aſſecutio eſt.Nam ex vtriuſq; ignis tã intimi q̃ extra poſiti cõmunione, eiuſq; rurſus cõcur
ſu & congruentia,qui paſſim terſo leuiq; corpori accõmodatus eſt,neceſſario hæc omnia oriũtur:
cum ignis oculorum cum eo igne qui eſt e conſpectu effuſus,circa lene nitidũq; corpus ſeſe cõfu
dit.Dextera vero videnť quæ lęua ſunt,quia contrariis ꝑtibus oculoꝝ inſolito more cõtrarias par
tes attingimus.Rñdent autẽ dextera dextris,lęua lęuis,quando cõmixtũ lumen cum eo cui ꝑmiſce
tur,trãſilit.Id fit,cum ſpeculoꝝ lenitas hic illincq; altitudinem aſſumpſit, & ita dextrã oculorum
partẽ in lęuam ſpeculi,læuãq; in dextram detorſit.Q; ſi ſpeculum ad vultus longitudinem cõuer
tatur,vultum reddit reſupinum:cum ſuperior luminis pars ad iferiora,inferior vero ad ſuperio-
ra vertatur.Atq; hæc oia ex eorum genere ſunt,quæ principales rerum adiuuant cauſas:quib⁹ vt
miniſtris vtitur deus ad optimi,quoad fieri poteſt,ideam ꝑficiendam.Sed exiſtimant plerique non ad
Q; oporteat philoſophum principales cauſas naturæ quærere. minicula hęc principaliũ cauſarum,ſed has ipſas eſſe omnium cauſas:quæ frigoris & caloris,rari
& denſi cęterorumq; ſimilium naturam habeant:rationem vero mentemq; nequaq̃.Mentem enim
a nulla re alia niſi ab anima poſſideri conuenit.hæc vero aſpectum effugit oculorum. Sed ignis
aqua,aer,ac terra corpora ſunt,atq; cernuntur.Oportet autem mentis & ſcientiæ amatorem prin

cipales ſapientis naturæ cauſas quærere: atq; eas quæ neceſſario ab aliis quidem mouetur, alia vero mouent, ſecundas cauſas arbitrari. Quocirca a nobis ſic cenſeo faciendum: vt de vtroq; cauſarum genere differamus: ſeparatim autem de his, quæ cum intelligentia effectrices ſunt pulchrarum rerum atq; bonarum: & de iis rurſus quæ vacantes prudentia quodlibet paſſim ſine ordine faciunt. Ac de ſecundis quidem cauſis oculorum ad eam vim quam habent conducentibus, ſatis eſſe dictum puto. Maximum vero opus cuius gratia vtiliter nobis a deo donati ſunt, deinceps explicandum cenſeo. Rerum enim optimarum, vt arbitror, cognitionem nobis oculi attulerunt. Nã hæc quæ de mundo diſputantur, nũq̃ inuenta eſſent: ſi neq; ſydera, neq; ſol, neq; cælum ſuſpici potuiſſent. Cognitio vero diei ac noctis ab oculis orta fecit, vt dinumeratione quadam mẽſium annorumq; ambitus metiremur, tempus cognoſceremus, vniuerſæ naturæ ordinem ſcrutaremur. Quibus ex rebus philoſophiam adepti ſumus. Quo bono nihil vnq̃ maius mortalium generi datum ẽ deorum munere, neq; dabitur. Hoc igitur maximum oculorum beneficium eſſe dico. Minora alia prætereo. Quibus qui a philoſophia alieni ſunt, orbati ſi querantur, fruſtra querentur. Nobis vero aſſerendum eſt ob hanc potiſſimum rationem deum oculos genuiſſe, vt mentis circuitus qui in cælo peraguntur, intuiti, in vſum redigamus noſtræ mentis: cogitationiſq; noſtræ diſcurſiones illis cognatas, ſed perturbatas quodammodo ad illorum temperiem reuocemus. Et cum illos agnouerimus, & recta ratione ſecundum naturam præditi ſingulorum ordinẽ perceperimus, conuerſiones dei quæ ſine vllo errore aguntur, imitemur: atq; ad earum exemplum diſcurſiones noſtrę cogitationis vagas & erraticas componamus. Vocem quoq; auditumq; eiuſdem rei gratia deos dediſſe nobis exiſtimo. Nam ad hæc ipſa ſermo pertinet: plurimumq; conducit. Omniſq; muſicæ vocis vſus harmoniæ gratia eſt tributus. Atqui & harmonia, quæ motiones habet animæ noſtræ diſcurſionibus congruas atq; cognatas, homini prudenter muſis vtenti non ad voluptatem rationis expertem, vt nunc videtur, eſt vtilis, ſed a muſis ideo data eſt, vt per eam diſſonantem circuitum animæ componamus: & ad concentum ſibi congruum redigamus. Rhythmus quoq; ad hoc videtur eſſe tributus, vt habitum in nobis immoderatum gratiaq; carentem aptiſſime temperemus. Hactenus opera mentis paucis exceptis tractauimus. Oportet autem de his quoq; quæ neceſſitas inuehit, dicere. Mundi enim huius generatio ex neceſſitatis mentiſq; coitu mixta eſt. Nã cum mens neceſſitati dominaretur, propterea ꝙ perſuadendo eam ad optimos vt plurimum rerum euentus induceret, ipſaq; hac ratione cedens ſapienti perſuaſioni pareret, mundi huius exordia cõſtiterunt. Oportet igitur eum qui mundi conſtitutionem vere narraturus erit, erraticæ quoq; cauſæ ſpeciem pro naturæ ipſius inſtinctu miſcere. Quod ita commode fiet, ſi horum ipſorum conuenienti principio ſumpto ſic de his quemadmodum de ſuperioribus ab ipſa rurſus origine diſſeramus. Naturam ergo & paſſiones ignis, aquæ, aeris, atq; terræ generationem cæli præcedentes conſideremus. Nullus profecto ad hoc vſq; tempus eorum generationem oſtendit: ſed quaſi notum ſit quid ſit ignis & reliqua, ſic de illis verba facimus: eaq; mundi primordia conſtituim⁹: cum nec ſyllabarum quidem nedum elementorum vicem tenere apud homines mentis quoquo modo compotes debeant. Nos vero in præſenti nihil de principio vniuerſorum ſiue principiis ſiue quomodocunq; aliter id appelletur, dicendum putamus. Cui quidem diſputationi nihil aliud impedimento eſt, niſi ꝙ difficile ſit præſenti diſputandi modo quæ de his videntur exprimere. Neq; igitur vos id expectabitis, neq; ego mihi perſuadebo recte me tantum opus aggredi poſſe. Quod autem ab initio dixi, veriſimilitudinis vim ſeruabimus: ſtudebimuſq; in rationibus veriſimilibus circa hæc aſſignandis nulli cedere. Atq; ita & ſingula & vniuerſa a principio exponemus. Deum igitur etiam nunc diſputationis ſeruatorem in primis oremus, vt nos ex admirabili & inſolita expoſitione ad veriſimilem doctrinam traducat: atq; ita inſtituti diſputationẽ exordiamur. Sed hãc de vniuerſo diſputationem ab ampliori diuiſione q̃ ſupra ducamus. Tunc enim duas in ſpecies facta diuiſio eſt. Nunc tertium genus addendum. Duo enim in ſuperioribus ſufficiebant. Vnum quidem exemplaris loco: ſemper idem: ſolaq; intelligentia comprehendendum. Alterum ſimulacrum ab hoc exemplari deductum, generationi oculiſq; ſubiectum. Cum vero duo hæc ſufficere putaremus, tertium non adiunximus. Nunc autem cogere nos ratio videtur, vt difficilem & obſcuram ſpeciem declarare conemur. Quam igitur vim, quamve naturam habere putandum? Hanc vtiq; generationis horum omnium receptaculum, & quaſi nutricem eſſe. Quod q̃uis vere dicatur, paulo tamẽ apertius eſt dicendum. Arduum id quidem: eo maxime, ꝙ ad huius rei demonſtrationem dubitare prius neceſſe eſt & inquirere de igni & reliquis quæ elemẽta vocãt: qd iſtorũ aquam potius q̃ ignẽ, aut aerẽ potius q̃ terrã, aut certũ aliqd vnũ magis q̃ cuncta vocare oporteat. Difficile ſane certum aliquid & firmum de iſtis aſſerere. Quonam igitur pacto, & qua ratione, & quid probabile in huiuſmodi inquiſitione dicemus? Principio id corpus quod modo aquam nominauimus

Philoſophia donũ deorum maximum.

Cur oculi dati hominibus.

De voce & auditu.

Mundi gñatio ex neceſſitatis & mentis coitu mixta.

Vide q̃ſtionẽ an vniuerſorũ ſit vnũ principiũ an plura.

Repetit̃ diſputatio de eiſdẽ ac prĩo de materia & neceſſitate.

quando in ſolidam concreſcit materiam,lapis & terra fieri videtur:quando vero liqueſcit & diffluit,ſpiritus atq; aer.Item aer exuſtus ignis efficitur.Ignis extinctus & corpulẽtior factus aerem creat.Rurſus craſſior factus aer,in nebulas nubeſq; concreſcit.his etiam magis compreſſis pluuiæ defluunt.Ex aqua rurſus terra lapideſq; gignuntur.Atq; ita videmus hæc omnia circuitu quodã ſibi inuicem vires fomentaq; generationis viciſſim tribuere.Quæ cum nunq̃ eadem appareant permanere,quiſnam ſine rubore redargutioniſq; ſuſpitione poterit iſtorum aliquid,vnum potius q̃ aliud certe & firmiter appellare?Nemo certe.Quare tutiſſimus in his hic erit loquendi modus.

Q; ignis & alia nõ ſũt vere hoc aliqd ſed tale.

Hoc quod ſemper alias aliter formatum videtur:& plerunq; iuxta ignis effigiem,non eſt vtiq; ignis hoc aliquid,ſed tale,id eſt igneum quiddam:nec aqua hoc aliquid,ſed tale quid,id eſt aqueũ: nec aliud quicq̃ velut vllam habens ſtabilitatem. Deniq; nec pronominibus quidem vllis hæc ſignanda ſunt:quibus in rei cuiuſlibet demonſtratione,cum hoc vel illud dicimus,vti ſolemus.fugiunt enim : nec expectant vel eam demonſtrationem , quæ hoc & huius & huic deſignat , vel appellationem,quæ de his tanq̃ de exiſtentibus & ſtabilibus habeatur.Igitur huiuſmodi omnia,neq; hoc,neq; illud,ſed tale potius,aut tale propter ſimilitudinem aliquam appellare debemus. Et ignem quidem vbiq; tale:ac de cæteris quæ gignũtur eodem pacto.At vero illud in quo fieri ſingula hæc videntur ac deinde diſſolui,ſolum iis pronominibus quibus hoc vel illud ſignamus,appellandum puto.Quale vero quodammodo,calidum ſcilicet vel album,vel aliquid tale contrariorum,vel ex contrariis illud minime appellandum.

Vide vt elemẽta vocãt ne pnoib⁹ qdem mõſtrari poſſit.

Sed apertius quod volumus , exponamus . Siquis enim cunctas figuras ex vna eademq; auri materia fictas continue in alias & alias reformet: deq; vna quadam illarum præſens aliquis quid ſit quærat:vere admodum & tutiſſime reſpondere poſſumus aurum illud eſſe:triangulum vero eſſe aut aliam figuram earum quæ impreſſę in eo ſunt & continuo permutantur,quaſi reuera ſint,non licet dicere.Sola quippe illa reſponſione tanq̃ tutiſſima contenti eſſe debemus.

Vide vt materia analogia monſtratur.

Eadem de illa natura quæ cuncta recipit corpora,ratio eſt.Idem ſemper eſſe dicenda eſt.Siquidem ex propria potentia recedit nunq̃.Suſcipit enim ſemper omnia: nec vllam vnq̃ iis ſimilem vllo pacto ſibi formam contrahit.Omnis ſane naturæ fictioni ſubiecta eſt:agitataq; ab ingredientibus & figurata quodammodo,alias aliter ſe habere videtur.Quę vero ingrediuntur & exeunt,vere ac ſemper exiſtentium rerum ſimulacra ſunt : miro & vix explicabili modo ab ipſis rebus quæ vere ſunt , figurata : quemadmodum deinceps narrabimus .

Materia nunq̃ recedit a potentia.

Quę in materia fiũt ſunt ſimulacra rerũ verarum.

Tria in præſenti genera ſumenda ſunt . Vnum quod gignitur . Aliud in quo gignitur . Aliud a quo ſimilitudinem trahit quod naſcitur . Iccirco comparare hæc ita decet.Quod recipit matri.Vnde recipit patri . Naturam iſtorum mediam proli . Sed ita intelligendum eſt , ꝙ cum eſſe debeat effigies rerum omni formarum varietate diſtincta:nunq̃ illud ipſum formationis huius gremium bene erit præparatum,niſi informe ſit,& ſuapte natura omnibus formis quas recepturum eſt,careat . Nam ſi erit alicuius eorum quæ in ſe recipit ſimile,cum contrariam eius cuius ſimile eſt naturam aut aliam prorſus ſuſcipiet,nequaq̃ eius ſimilitudinem & effigiem exprimet,cum præ ſe tulerit ſuam.Quo fit,vt nullam ſibi propriam habeat ſpeciem,quod eſt omnia genera ſuſcepturum.

Vide vt materia ẽ informis: & vt receptura caret recipiẽdo

Vt qui vnguenta ſuauiter redolentia confecturi ſunt,humidam materiam quam certo condire odore volunt,ita præparant,vt odorem nullum proprium habeat : & qui materiis mollibus impreſſioniq; cedentibus figuras imprimere aliquas volunt , nullam omnino priorem in eis figuram apparere patiuntur:ſed exactiſſima quadam leuigatione eas poliunt : Ita illud quod in omnibus paſſim æternorum omnium ſimulacris recte figurandum eſt , his omnibus formis natura ſua carere neceſſe eſt. Quamobrem vniuerſi,quod & genitum eſt , & ſenſibus omnibus manifeſtum,matrem ipſam receptaculumq;,neq; terram,neq; aerem,neq; ignem,neq; aquam eſſe dicamus,neq; rurſus ex his aliquid conſtitutum,aut aliqua ex quibus proprie hæc ipſa ſubſiſtunt:ſed inuiſibilem potius ſpeciem quandam & informem ſinum omnium capacem : qui modo quodam ambiguo & vix explicabili diuinæ & intelligibilis naturæ ſit particeps.Ipſe quidem comprehendi per ſe nullo pacto poteſt.Sed quantum ex ſupradictis naturam eius attingere licet , ſic vtiq; recte poſſumus dicere:Ignem quidem,partem eius ignitam videri:humefactam vero partem,aquã:Terram quoq; aeremq; ſimiliter,quatenus ipſorum ſimulacra ſuſcipit.Sed de his ita diſtinguentes ratione conſiderare debemus:ſit ne ignis aliquis ſeorſum a materia ipſe permanens in ſeipſo:& cætera quæ ſæpe dicimus per ſeipſa manere:an hæc ſola ſunt,quæ corporis ſenſu percipimus,& talem in ſe continent veritatẽ:nec vllo pacto præter hæc vlla ſunt vſpiam:ſed fruſtra intelligibilẽ vniuſcuiuſq; ſpeciẽ aliquam ponere ſolemus:nec aliud hæc ſunt q̃ verba.Quod quidẽ neq; ita vel aliter ſe habere temere & ſine examinatiõe aſſerẽdũ:neq; ad pñtẽ diſputationẽ natura ſua ꝓlixã,alia q̃q; ꝓlixa,& ad rẽ minime ptinẽs addẽda videt̃.Ea vero circũſcriptio q̃ breuibꝰ magna cõprehendat, admodũ opportuna videbit̃.Ita igit̃ ipſe meã hac de re ſententiã ferã.Si intellectus & vera opinio

Probat breuiter ideas eſſe.

duo genera ſunt,neceſſe eſt huiuſmodi ſpecies eſſe,quæ ꝑ ſe ipſę ſint,& intelligentia potius q̃ ſenſibus cõprehendant̃.Sinaũt vt quibuſdã videt̃,vera opinio ab intellectu nihilo differt,oĩa quæ corporis ſenſus attingit,certa habenda ſunt.Sed opinor duo eſſe dicenda:quia ſeorſum ſunt facta,& diſſimilia ſunt.Quippe quorũ alterũ doctrina nobis inſinuat:alterũ perſuaſio:& illud quidem ſemper cum ratione vera:hoc aũt ſine ratione.Illud nulla ꝑſuaſione mutabile:hoc cõtra huic mutationi ſubiectũ.Veræ q̃dem opinionis vir quilibet particeps:Intelligẽtiæ vero dii q̃dem oẽs:hoĩes vero pauci admodũ participes ſunt.Quæ cũ ita ſe habeant,fateri oportet eſſe ſpeciẽ quæ ſemꝑ eadẽ ſit ſine ortu atq; interitu,quę nec in ſe accipiat q̃cq̃ aliud aliũde:nec ipſa procedat ad aliud quicq̃ ſenſuq; corporis nullo percipiat̃.atq; hoc eſt q̃d ad ſolã intelligentiã ꝑtinet:eiuſq; intentionis eſt ꝓprium.Sed eſt aliq̃d poſt hoc q̃d cum ip̃o non ratione ſed noĩe cõuenit:eiuſq; ſimilitudinẽ gerit genitũ ſenſibꝰ manifeſtũ:q̃d fertur & ſuſtentat̃ ab alio ſemꝑ & in aliquo loco gignit̃:rurſuſq; inde recedit opinione ꝑ ſenſus cõprehendendũ.Tertiũ genus locus eſt:qui interit q̃dem nunq̃,ſed oĩbus quæ gignunt̃,ſedem exhibet.hic ſine tangentis ſenſu tangit̃:adulterina quadã ratione vix opinabilis.Deniq; cũ ad hunc animo reſpicimus,ſomniamus quodãmodo,neceſſariũq; putamus,vt q̃cq̃d eſt,in aliquo ſit loco poſitum:regionemq; obtineat aliquam:& quod neq; in terra,neq; in cælo ſit,minime eſſe credimus:atq; has omnes & ſimiles paſſiones a peruigili vereq; exiſtente natura ipſi huiuſmodi ſomniis occupati ſecernere non valemus.Ideoq; nec diſcernere id etiam poſſumus,ꝙ imagini quidem poſtq̃ idipſum in quo facta eſt nõ ipſius eſt,ſed ea ſemꝑ alterius fert̃ ſimulacrum,nõ iniuria cõuenit vt in alio quodã ſit:atq; ita quodãmodo eſſentiæ fiat particeps:aliter vero eſſe nullo modo poſſit.Ei autem q̃d vere eſt,vera hæc & exquiſita ratio ſuffragat̃,docens ꝙ dum res ita ſe habet,vt hoc quidẽ aliud ſit,& illud aliud,neutrum in neutro vnq̃ factũ vnum ſimul idem & duo fient.Hæc tandẽ meę mentis ſummatim ſententia ſit:eſſe,& ante cæli ortũ ratione triplici fuiſſe tria hæc,exiſtens,locum,& generationem.Generationis vero nutricẽ,ignitam & humefactã:terræ item & aeris formas ſuſcipientem,paſſioneſq; horum pediſſequas perpetientem,omniformẽ aſpectu videri.Verum quia nec ſimilibus neq; ad põdus exęquatis viribus referta eſt:nulla ex parte æquilibrem eſſe:ſed inæqualiter vndiq; vergentem declinantemq; ab illis quidem quæ diximus agitari:rurſuſq; ipſam commotam eadem agitare.Quo pulſu concita in diuerſa raptari atq; diſcerni:perinde vt quę in frumenti purgatione piſtoriis inſtrumentis iactata atq; excuſſa diſcerni videmus:atq; alio ſolida grauiaq;,alio rata & leuia ferri.Sic illa tunc quatuor genera ab ipſo eorum receptaculo inſtrumenti illius piſtorii inſtar tumultuante & diſcernente cõmota,diſſimillima quęq; a diſſimillimis longe ſeparabantur:ſimillima vero rurſus coibant:atq; iccirco etiam ante mũdi exornationem ſedibus diuiſa erant:ſed neq; his ratio inerat,neq; modus.At vero vbi cuncta redigi ad modũ placuit,deus ignem primo ac terram,aeremq; & aquam,quæ quidem elementorum præferebant veſtigia,ſed ita erant affecta,vt par eſt illa a quibus deus abeſt,diſtinctis figuris,ſpeciebꝰ & numeris exornauit.Ea vero apud nos ſententia ſemper rata indubiaq; præ cæteris habeatur,ꝙ Deus illa cum talia non eſſent,q̃ pulcherrime optimeq; fieri poterat,ordinauit.Nunc iam diſpoſitionem genituramq; ipſorum ſigillatim demonſtrari conuenit,nouo quidem & inuſitato demonſtrationis genere:ſed vobis qui omnes eruditionis ingenuę vias peragrauiſtis,plano atq; perſpicuo.Principio ꝙ ignis & terra aqua & aer corpora ſint,nemo vtiq; dubitabit.Omnis autem corporis ſpecies profunditatem habet.Profunditatem vero planis conſtare neceſſarium eſt.Rectitudo porro planæ baſis ex triangulis conſtituitur:atq; trianguli omnes ex duobus initium habent,habẽtibus vtriſq; rectum angulum vnum,acutos duos.Quorum alter vtrinq; anguli recti partem obtinet,æqualibus diſtincti lateribus:ſed in altero inæqualibus inæqualia diſtribuũtur.Igitur per rationes probabiles neceſſitati coniunctas incedentes ignis cæterorumq; corporum huiuſmodi ponamus exordium.Superiora vero his horum pricipia deo nota ſunt:atq; ei qui dei ſit amicus.Videamus igitur qua potiſſimum ratione quatuor corpora pulcherrima fiant:diſſimilia quidem inter ſe,ſed quę in ſe inuicem diſſoluãtur,& ex ſe inuicem generentur.Si id comprehenderimus,veritatem ipſam de generatione ignis terræq; & eorum quæ competenti ratione ſeruata horum media fiunt,tenebimus.Tunc enim nemini concedemus dicenti alicubi eſſe oculis patentia pulchriora his corpora:quorum quodlibet ſecundum vnum ſit genus.Conandum igitur quatuor corporũ genera pulchritudine ꝓcellẽtia cõſtituere:atq; ita aſſerere horũ nos naturã ſufficienter cõꝓhendiſſe.E duobus q̃dẽ triangulis Iſoſceles.i.qui cruribus cõſtat ęqualibus,vnicã habet naturã:qui vero altera parte eſt oblõgior,infinitas.Ergo ſi recte exordiri volumꝰ,ĩfinitorũ quoq; pulcherrimũ ꝓeligere nos oportet.Ac ſiq̃s pulchriorem a ſe electum ad horum conſtitutionem afferre voluerit,eiꝰ non tanq̃ aduerſarii ſed tanq̃ amici ſit ſententia potior.Vnum itaq; reliquis poſthabitis,triangulorum multorum pulcherrimũ ponimus:a quo æquilater triangulus ex tertio conſtitit.Ratio vẽ


Hoĩes paucos eſſe intelligẽtię participes.

Q̃ materia eſt locus.

Diſpoſitiones & genituræ elementorum.

ro cur ita ſit,prolixior eſſet.At eum q̃ diligenti diſcuſſione ita eſſe cõperiet,dulce manet victoriæ
premiũ.Propoſiti ſane nobis ſint duo e multis trianguli:ex q̃bus ignis cæterorũq; corpora cõpoſi-
ta ſunt.Horũ vnus Iſoſceles ſit æqualibus cruribus cõſtãs triangulus.Alter vero ſit ille q̃ longius
latus ſemp̃ breuiore latere potẽtia triplo maius habet.Verũ q̃d ſecuri nimiũ in ſuperioribus dixi
mus,nunc magis eſt diſtinguendũ.Videbanť quidẽ nobis,neq; id q̃dem ſatis recte,omnia quatuor
genera ex ſe inuicem generari.Profecto quatuor genera ex triangulis quos elegimus generantur.
Tria quidem ex vno,inæqualia habente latera.Quartum vero vnicum ex triangulo iſoſcele com-
ponitur.Non igitur poſſunt omnia ita in ſe inuicem reſolui & commutari:vt ex multis paruis
pauca ingentia vel conuerſo efficianť.Tria certe poſſunt.Cũ eñ ex vno hęc facta ſint omnia,quã-
do maiora ſoluunť:multa exigua ex eiſdẽ cõſtituũť:paruas cõgruaſq; ſibi figuras adepta.Rurſus
quando multa per triangulos diſpargunť amplificata,vnũ vnius molis faciunt numerũ:magnãq;
aliã ſpeciẽ vnã pficiunt.Hæc vtiq; de mutua ipſorũ generatiõe dicta ſint hactenus.Reliquũ eſt:vt
qualis quæq; eorum facta ſit ſpecies,& ex q̃bus cõcurrẽtib9 numeris coaceruata,dicam9.Erit vtiq;
prima ſpecies,q̃ ex pauciſſimis cõpoſita fuerit:elemẽtũ ei9,q̃d latus oblõgius breuiori latere duplo
maius habet.Cũ vero bini hmõi ſecundũ diametrũ componanť,terq; id fiat,& diametri latera bre
uiora in idẽ quaſi cẽtrũ ducanť,vnus triãgulus æq̃later ex triãgulis nũero ſex cõficiť.






Triãguli aũt æquilateres quatuor cõpoſiti ſecũdũ ternos planos angulos,vnũ ſolidũ
faciunt angulũ:qui angulũ planorũ omnũ obtuſiſſimũ deinceps ortu ſubſequiť.Atq;
triangulis huiuſmodi quatuor natis prima ſolida ſpecies totius circũferentis diſtri-
butiua in partes æquales ac ſimiles oriť.Secũda vero ex eiſdẽ q̃dem triangulis,ſed ſe-
cundũ æquilateres triangulos octo conſtitutis vnũ facientibus ſolidũ angulũ ex pla-
nis quatuor.Factiſq; ſex huiuſmodi,corpus ſecundũ abſoluiť.At tertium ex elemẽtis
bis ſexaginta copulatis:& angulis ſolidis duodecim:quorũ q̃libet q̃nq; planis triangu
lis æquilateribus contineť,habens viginti æquilateres baſes,naſciť.Iam igiť elementũ
alterũ ſic hactenus iſta genuerit.Verũ Iſoſceles triangulus quarti generauit naturã
ſecundum quatuor conſtitutus:& ad centrũ rectos congregans angulos:vnũq; qua-
drangulum æquilaterẽ faciẽs.Sex vero huiuſmodi copulati angulos octo ſolidos,quo
rum quilibet per tres planos rectos coaptatus eſt,effecerũt.Corporiſq; ita cõſtituti fi
gura cubica facta eſt,ſex planos quadrangulos æquilateres baſes adepta.Eſt & quin-
ta quædam compoſitio:qua deus ad vniuerſi conſtitutionem eſt vſus:eaq; deſcripſit
& figurauit:quæ contemplatus aliquis non abſurde dubitauerit,vtrum infinitos eſſe
mundos an finitos exiſtimandum ſit.Infinitos quidem dicere illius putabit eſſe pro-
prium qui nullam rerum cognitione dignarum peritiã hábeat.Sed vtrum vnus mũ
dus an quinq; reuera nati ſint inquirere,minus vtiq; putabit abſurdum.Ratio qui-
dem noſtra vnum ipſum veriſimili probatione aſſẽrit eſſe natum.Alius vero quis ad
alia reſpiciens aliter opinabitur.Sed hæc dimittenda ſunt.Et iam genera quatuor a nobis pauloan
te digeſta,in ignem,terram,aquam,aeremq; diſtribuamus.Terræ cubicam ſpeciem aſſignemus.
Nam omnium quatuor maxime immobilis terra eſt,& corporalium omnium compacta maxime.
Tale vero illud pręcipue factum eſſe neceſſarium eſt:quod firmiſſimas tutiſſimaſq; poſſidet baſes.
In triangulis porro a principio poſitis qui ęquilateres ſunt,firmiorem tutioremq; q̃ inęquilateres
baſem poſſidẽt.Et quod ex vtroq; compoſitum eſt planum æquilatere æquilateri quadrangulum
certe triangulo tam quo ad totum q̃ quo ad partes ſtabilius neceſſario prouenit.Quamobrem ſi
conuenientem probabilemq; ſequi rationem velimus,terrę id tribuamus.Aquæ deinde,q̃d tribus
reliq̃s eſt ĩmobilius:Igni q̃d mobiliſſimũ:aeri mediũ.Et corp9 q̃dẽ minimũ igni:aquę maximũ:aeri
mediũ:acutiſſimũ quoq; igni:ſecũdũ ab hoc aeri:aquę tertiũ.Ex his oĩbus q̃d baſes pauciſſimas ha
bet,velociſſimũ eẽ neceſſariũ eſt.Eſt eñ ad penetrãdũ prõptiſſimũ:q̃ppe cũ prorſus ſit oĩm acutiſſi
mũ.Leuiſſimũ quoq;:cũ ex pauciſſimis partib9 eiſdẽ cõſtet.Q̃d ſecũdũ eſt,ſecũdo loco habeat hæc
oportet.Tertio tertiũ.Igiť ſecũdum rectã ꝓbabilemq; rationẽ pyramidis ſpecies ſolida elementum
ſemenq; ſit ignis.Secundã vero generatione ſpeciẽ aeri:aquæ tertiã tribuamus.De his oĩbus adeo
paruis ita putãdũ eſt,ꝙ ſi ſingula duntaxat ſingulorũ generũ capianť,nullum eorũ ꝓpter paruita
tem cerni a nobis poterit:ſin multa inuicẽ congregentur,eorũ moles magnitudineſq; cernentur.
Quinetiã hęc oĩa,adeo tantavbiq; quo ad multitudines motus atq; potentias ꝓportione exacte ab
ſoluta cõneraq; ſunt,quantã neceſſitatis natura libẽs & pſuaſa capere poterat.Ex oĩb9 ſane quorũ
genera ſupra narrauimus,ita merito ſe res habere videtur.Terra cũ in ignẽ inciderit,eius acumi-
ne diſſoluta fertur reſoluta in ignẽ,aut aerẽ,aut aquã:quouſq; ptes ipſius cõgreſſæ iterũ,ſibiq; in-
uicẽ copulatæ terrã reficiãt.Nõ eñ in aliã vnq̃ ſpeciẽ trãſmigraret.Aqua ꝑterea ab igni vel aere

diuiſa in partes,vnum,partib⁹ ſuis reconciliatis,ignis corpus,aeris duo facit:portiones vero aeris
ex vna diſſoluta parte duo ignis corpora faciũt.Rurſus quãdo ignis ab aere vel aqua vel terra ali
qua occupať:& ipſe quidem paucus in multis moueť,atq; in agitatis pugnat,iactatuſq; diſtrahiť,
duo corpora ignis in ſpeciē aeris vnã concreſcunt:deinde ſuperato aere atq; diſperſo ex totis duo
bus atq; dimidio vna aquę tota ſpecies coaleſcit.Deniq; ſic ea rurſus cõſideremus.quotiēs ab igne
cõprehenſum aliorũ genus aliquod angulorũ laterũq; ipſius acumine ſcindiť,tũ demũ diſcerpi de
ſinit,cum in ignis naturã tranſierit.Simile eñ idemq; genus quodlibet a ſimili eodẽq; minime pa
titur:quouſq; vero in aliud permutať,imbecilliuſq; cum potentiore luctatur,diſſolui non deſinit.
Rurſus quãdo minora a multis maiorib⁹ circũuenta ſunt,& pauca lacerata extinguunť,cũ in vin
centis ideam conſtitui velint,ceſſant extingui:ſitq; ex igni aer:ex aere aqua. Q. ſi in haec tranſi-
tus fuerit:& aliorũ aliquod genus impugnet,nõ ceſſant agitata diſſolui prius q̃ aut omnino cum
diſſolubilia ſint depulſa ad cognatũ refugiant,aut expugnata in vnũ quiddã ex multis ſuperanti
ſimile tandē euadant,familiariterq; cum victore permaneant.Enimuero per has paſſiones ſedes vi
ciſſim cuncta cõmutant.Generis nãq; cuiuſlibet multitudines per locum proprium diſtinguunť,
ob ſedis ipſius agitationē.Quæ vero diſſimilia inuicem facta ſunt,propter fluctum cõcuſſionemq;
ad locũ eoꝵ quibus ſimilia euaſere,ferunť.Corpora igitur immixta ac prima ex cauſis huiuſmodi
fabricata ſunt. Q. aũt in eorum ſpeciebus alia quoq; innata ſunt genera,cauſa eſt elementi vtriuſ
q; cõſtitutio:quæ nõ ſolũ ab initio vnũ cum magnitudine triangulũ peperit:ſed etiã maiora & mi
nora tot quidem numero,quot in ſpeciebus ſunt genera.Quapropter mixta hæc in ſeipſis atq; in-
uicem,infinitã habent varietatem.Cuius peritos eſſe eos oportet qui de natura ſunt rationē ꝓba
bilem redditurí.Igitur niſi quis quo pacto & cũ quibus vna motus & conſtitutio fiat certe cõpre
henderit,multa diſputationi quę manet a tergo,impedimento futura videntur.De his partim q-
dem dictũ eſt,partim vero reſtat dicendũ.In ipſa leni planaq; natura motus eſſe nunq̃ ſolet. Nam
agitandũ abſq; agitaturo,vel agitaturum abſq; agitãdo difficile eſt immo impoſſibile reperiri.Mo
tus autem horum omniũ minime eſt.hæc vero lenia planaq; eſſe nunq̃ poſſunť.Sic itaq; ſtatũ qui
dem in planitie lenitateq;,motũ vero in contraria ſemper natura ponemus.Inæqualitas porro na-
turę huius eſt cauſa,quæ leni planoq; cõtraria eſt.Inæqualitatis vero generationē iã tractauimus.
Sed quonã modo ſingula ſecundũ genera nõ diuiſa moueri inuicem ferriq; deſinũt,nequaq̃ expo-
ſuimus.Id ergo deinceps ſic explanabim⁹.Vniuerſæ naturę circuitus cũ circulari ambitu ſuo ge-
nera cõplexus ſit,& ſecũ ipſo cõgredi ſtudeat,conſtringit oĩa,locũq; vacuũ relinqui nuſq̃ patitur.
Quocirca ignis per oĩa maxime penetrauit:deinde aer,vtpote qui ipſi tenuitate eſt ꝓximus:& alia
ſimili ratione deinceps.Quę eñ ex maximis partibus ſunt cõpoſita,vacuitatē quoq; in ſua cõſtitu
tione maximã reliquere,minima cõtra minimã.Coarctationis aũt ipſius anguſtia,parua ĩ magno-
rũ cõtrudit inania.Quare cũ parua magnis inſinuata ſint,& ipſa quidem parua quæ magna ſunt
diſcernant,maiora vero minora coerceãt:omnia ſurſum deorſumve in ſua loca ferunť.Nam quod
libet mutata magnitudine ſedem mutat.Sic vtiq; & has ob cauſas naturæ lenitati contrariæ ſem
per generatio conſeruata,horũ motum & in præſenti & in futuro perpetuũ exhibet. Poſt hęc ſciē
dum eſt multa eſſe ignis genera:flãmam videlicet:& quod ab ea eſt accenſum:quod vrit quidē,lu Ignis multa genera.
men vero nullũ oculis affert:quodve extincta flãma intra illa quæ accenſa fuerant,remanet.Simili
ter aeris genus aliud puriſſimũ agiliſſimũq;,quē ætherē nuncupãt:aliud turbulētiſſimũ,caligine Aeris multa gña.
nubibuſq; obſcurũ:aliaſq; ſpecies ſine nomine eſſe putãdũ eſt,ꝓpter ipſam triãgulorũ inæqualita-
tē.Aquę genera duo ſunt præcipua.Vnũ humidũ:alterum fuſile.Humidum quidem quia generi Aquę duo genera
bus aquæ paruis & inæqualibus conſtat,facile a ſeipſo & ab alio propter inæqualitatis cõditionem
& figuræ ſpeciē moueri ſolet.Quod autem ex grandioribus æqualibuſq; & lenibus eſt cõpoſitum,
ſtabilius illo.Et graue propter lenē ęqualitatē compactũ eſt:ſed propter ignis penetrantis diſſoluē
tiſq; impetum ęqualitate amiſſa motus ſit particeps.factũq; agile mobileq; a proximo aere pulſum
extenſumq; per terram duo quædam patitur:nam & liqueſcit & in terrã decidit.primũ illud mo-
lis purgatio,hoc fluxus cognominatur.Rurſus igne hinc euolante,quippe cum non fiat in vacuũ
exitus,proximus aer pulſus mobilem adhuc molem humidam in ignis ſedes impellit:ipſiq; ipſam
cõmiſcet.Moles deniq; cõpulſa iterũq; lenē ęqualitatē adepta,cũ ignis inęqualitatis artifex iã abie- Ignis artifex inæqualitatis.
rit in idē ſecũ coaceruať:atq; ignis abſceſſum frigefactionē,copulã vero cõgreſſumq; igni abeunte
factũ,cõglutinationē gelidãq; rigiditatē vocamus.Ex his vero quas aquas fuſiles appellauimus,q̃d Gñatiões metallorũ & adamantis.
ex tenuiſſimis leniſſimiſq; fit denſiſſimũ,vniforme,ſplendidũ,flauũq;,ꝓcioſiſſima res eſt,aurum flo
reſcens per petrã cõpactũ eſt.Auri autē ramus propter denſitatē duriſſimus & nigro ꝓterea colo-
re ſuffuſus Adamas appellať.Sed quod auro proximas habet partes,pluresq; vna ſpecies cõtinet,
auro quoq; denſius,& terrenæ partis paucæ tenuiſq; particeps,adeo vt aſperius duriuſq; ſit,verũ

ex eo ꝙ interualla intrinſecus habet magna leuius eſt:hoc genus nitentiũ cõcretarũq; aquarum
vnũ eſt,atq; æs nominatur.At quando terrena pars huic immixta propter vetuſtatẽ a cęteris parti-
bus eius ſecernitur,ad extremaq; emiſſa ſuperficiem per ſeipſa aſpectui patet,rubigo iam naſcitur.Cęte
ra generis eiuſdem veriſimilibus rationibus aſſequi,haudquaq̃ laborioſum eſt. Q; ſiquis remit-
tendi ſtudii gratia rationibus eorũ quæ ſemper ſunt intermiſſis cõſiderauerit veriſimiles de gene
ratione probationes,atq; eiuſmodi conſideratione ſine pœnitẽtiæ acceſſione delectetur,moderatũ in
vita prudentẽq; ludum conſequetur.His vtiq; nũc ita conceſſis,deinceps quæ de iiſdẽ probabilia vi
debuntur,ita pcurrenda videntur.Igni ſæpe miſcetur aquæ pars tenuis,atq; humida fluidaq;:ſic ideo no
minata,quia lubrica terra circũfluit:mollis quoq; ob eam cauſam:quia eius baſes minus firmę,ſta
bileſq; q̃ terræ facile cedunt atq; labuntur.Hæc quando ab igni deſtituta,ab aere quoq; deſeritur,fit le

De grandine, glacie,niue, pruina.

nior,& alienis expreſſis cogitur in ſeipſam:atq; ita compacta ſi ſupra terrã id contigerit , grando
fit:ſi in terra,glacies:quæ quidem tunc fiunt cum riget cohęreſcitq; maxime gelu:cum vero mi-
nus congelatur,ſi ſupra terram accidit,nix:ſin in terra ex rore craſſior facta,pruina.Verum quando
plurimæ aquæ ſpecies inuicem commiſcentur,vniuerſum illud genus a terra per arbores ſtillans,li-

Ignei liquores nominati quatuor,vinum,olearia,mel,ſuccus.

quor humorq; vocatur.Liquores vero ſinguli propter mixtiões diſſimilitudinẽ nacti multa quidem
alia ſine nomine faciunt genera:ſed quatuor igneæ ſpecies euidentes & perſpicuæ maxime,ſortitę
ſunt nomina.Quod enĩ animã ſimul cum corpore calefacit,vinum dicitur.Quod vero lene eſt diſcer
nit viſum,ideoq; aſpectu ſplendidum,atq; nitens,& pingue nobis apparet,vncta & olearia ſpecies

Vinũ calefacit corp⁹ & aiam.

eſt,pix:gũmi:& oleum:cæteraq; id genus.At quod oris anguſtos meatus ad penetralia vſq; natu-
ræ perfundit,hac vi dulcedinem adhibẽs,mel communiter nuncupatur.Deniq; quod carnem diſſol-
uit vritq; & ſpumeũ eſt ex omnibus ſecretũ liquoribus,ſuccus vocatur.Terræ vero ſpecies per aquã
emergens hoc modo fit lapis. Congelata enim aqua quãdo in cõmixtione deficit,in aeris ſpeciem
tranſit:hic aer ſuum in locum recurrit:vacuum autem ipſorum nihil:proximũ ergo aerem pul-
ſat.Iſte ſi grauis ſit pulſus circunfuſuſq; terrenæ moli,vehemẽter illidit:ſeq; ipſum in eas ſedes vn
de nouus aſcenderat aer conducit.Terra deniq; ab aere indiſſolubiliter cũ aqua coacta lapides cõ-
creat:pulchriores quidem illos,qui perſpicue ex ęqualibus planiſq; partibus emicant:deformiores

De lapide,nitro,ſale,vitro, & cęteris.

vero qui contra.Vbi vero ignis acumine humor omnis reſoluitur,corpuſq; illo aridius redditur,ea re
ſtat ſpecies,quæ ſolida vocatur futiliſq; tellus.Quandoq; etiam humore relicto terraq; fuſili per ignẽ
facta,ac deinde accedente gelu,niger fit lapis.Quãdo vero idipſum ſimiliter ex commixtione mul
to priuatur humore,ſed tenuioribus terræ partibus conſtat,ſalſumq; eſt,& ſemiglaciale fit,perq;
aquam emergit,partim quidem olei terræq; purgatorium genus nitrum dicitur:partim vero quo-

Sal Deo amicum corpus.

tidiano victui commodiſſimum legitime,ſal Deo amicum corpus.At enim communia ex vtriſq;,
aqua quidem non ſolubilia.Igni vero propter tale aliquid ita conglutinantur. Ipſas terræ moles,
ignis & aer non liquefacit.Cum enĩ duo hæc tenuiſſima ſint:& vacuitatibus terræ minutiora:ita
per capaciſſimos eius meatus ſine vlla violentia permanant,vt neq; eam diſſoluant,neq; liquefa-
ciant.Aquæ vero partes quia maiores ſunt,violento fluxu liquefaciunt. Terram itaq; male com-
pactam ſic ſola aqua vi ſoluit:cõpactã vero dũtaxat ignis.nihil enĩ pter ignẽ hanc penetrat.Aquæ
ruſus cõcretionem,violentiſſimã qdẽ ſolus ignis:debiliorẽ vero vtraq; & ignis & aer diffundunt
aer inquã per vacua:ignis etiam per triangulos.Aerem vero vi conſtrictum,nihil niſi per elemen-
tum ſoluit:ſine vi cohęrentem ſolus reſoluit ignis.Corpora ex aqua terraq; ita compoſita vt aqua
terræ inania vi coarctata obſtruat,ſic prorſus ſe habent,vt aqua exterior influere per ea non poſſit,
ideoq; minime liquefaciat:ſed ignis aquæ meatus penetrãs quẽadmodũ & aqua terræ inania,atq;
ita aquã afficiens vt ignis aerem,cõmuni corpori liquefactionis cauſam præbeat.Hęc vero partim
aquæ minus habent q̃ terrę,quẽadmodũ vitri genus:& lapides illi qui fuſiles appellantur:partim cõ
tra plus aquę:qualia ſunt omnia quæ conglutinata ſunt,cęreaq; euadũt,& vapores emittũt.Hacte
nus eas ſpecies quæ figuris:cõmunionibus:cõmutationibuſq; inuicem variantur,pene iam demõ
ſtrauimus:quas vero ob cauſas paſſiones earum naſcantur,deinceps demõſtrare conabimur.Prin
cipio ſenſum his quæ dicta ſunt,adeſſe ſemper oportet.Carnis vero & eorum quæ ad carnem atti
nent,generationem,animæ quoq; quantũ mortale eſt,nondũ declarauimus.Sunt enĩ hæc a paſſio
nibus q̃cunq; cũ ſenſu ſunt,minime ſeparata:& illæ ſine his exponi ſufficienter nõ poſſunt:ſimul
vero expleri ferme nequeũt.Primo igitur alia ponẽda ſunt:deinde quę ſequuntur,expedienda.Vt ergo
deinceps in diſputando genera paſſiones ipſę ſequantur,prima nobis extent q̃ ad corpus & animam

Cur ignis calidus,& de caliditate.

ptinent.In primis qua ratione ignis,calidus dicitur,videamus.quod ita demũ pſpiciemus,ſi diſcre-
tionẽ diuiſionẽq; ab eo in noſtro corpore factã cõſideremus.ꝙ enĩ acumẽ quoddã ea paſſio eſt,fer-
me eſt oib⁹ manifeſtũ.Tenuitatẽ vero angulorũ laterũq; ſubtilitatẽ,paruitatẽ particularũ,mot⁹ ve
locitatem,quibus omnibus vehemens & penetrans eſt,velociterq; quod occurrit,diuidit ſemper

& diſſipat,cōſiderare debemus,figurę ipſius generationē memoria repetētes.ea quippe,nō alia natura corpora noſtra diuidens & in partes exiguas partiens,merito paſſionem illā quæ legitime calor nominatur,inducit.Contraria vero huic paſſio licet cuiq; manifeſta,ſua tamen explanatione

De frigore.

non careat.humidæ nanq; partes corporum,partibus noſtris humidis grandiores,cum in corpus influunt noſtrū,minores quidem partes extrudunt,ſed in earum ſedes ſeſe inſinuare non poſſunt:humorem autē noſtrum coagulant:atq; ex inæquali & agitato immobilem propter æqualitatem coaguliq; faciunt:inq; anguſtum cogunt.Quod autē præter naturam coactū eſt,ſecundū naturā

Vide motum natura & præter naturam.

Vide cām tremoris:quā ſecutus eſt Galenus.

renitit,ſeq; reuocat in contrariū.In hac reluctatione quaſſationeq; tremor rigorq; cōſiſtit:omniſq; huiuſmodi paſſio,frigus,quodve eam infert,frigidū nominatur.Durū aūt dicimus illud cui caro noſtra cedit:molle quod carni:reſq; ipſas inuicem & duras & molles,eadē ratione vocamus.Cedit autē quicquid paruo nititur.Quod vero ex triangularibus baſibus firmamentiſq; eſt,vtpote plano vehementer innixum,renititur maxime atq; reſiſtit:quodve ſummopere denſum eſt,contra venientia vehementer repercutit.Graue præterea & leue cū ea natura ſimul quæ ſurſum deorſum

De duro & molli.

Denſum & rarū ſunt i cā duri & mollis.

Graue.

Leue.

ve dicitur,cōmodiſſime declarabitur.Sed illud dictu abſurdum eſt,eſſe duo quædā natura loca a ſe inuicem longo interuallo diſtincta:& vnū quidē deorſum vocari,ad quē locū ea deferanf omnia quæcunq; molem quandā corporis habēt.Alterū vero ſurſum,ad quem vi omnia moueanf. Cum enim cælum omne rotundū ſit,quæcunq; a medio æque diſtantia extrema facta ſunt,ſimiliter eſſe oportet extrema.Mediū quoq; æqualibus lineis ab extremis vndiq; diſtans,eregione æque omnia reſpicit.Quoniam igitur ita mundus diſpoſitus eſt,ſiquis dictorum quicq̄ ſurſum eſſe dixerit vel

De eo qđ dicitur ſurſum & deorſū vt ſunt & non ſunt.

deorſum,non iniuria errare videbitur.Medius enim locus in ipſo,neq; ſurſum,neq; deorſum dici debet:ſed medius.Quod rurſus vndiq; circuit,neq; medium eſt,neq; partem in ſe habet aliam ab alia differentem,quo ad ipſum medium,& omnino quicquid ſit eregione locatum. Ei vero quod

Qꝫ in mūdo eſt medius locus:nō qui deorſū nec ſurſū.

ſuiipſius ſimillimū eſt,contraria nomina iure nullus attribuet.Siquid enim ſolidum ęquilibratum ꝙ in vniuerſi medio ſit,ad nullam extremorum partem propter perfectam ipſorum ſimilitudinē declinabit:at ſiquis circa illud obambulet:ſępe ſibimet plantis ſtabit oppoſitis:eandemq; illius partem,tum ſurſum,tum deorſum vocabit.Itaq; vniuerſum quemadmodum pauloante diximus,cū ſit rotundum,locum habere ſuperiorem aut inferiorem vir prudens minime affirmabit.Sed vnde

Vnde mundo tributa ſint nomia ſurſum & deorſum.

nominata ſunt iſta & in quibus ea intuiti ex illis ad mūdum totum tranſtulimus huiuſmodi quædam in primis ponentes,inueſtigemus.Siquis in ea mundi regione quā vt plurimum ſortitus eſt ignis,& ad quā vndiq; fertur,inſideat,vimq; aliquā nanciſcatur,per quam ignis partes arripiat libretq;,aut vbi in ſtaterę lancibus collocauit,vt deorſum in diſſimilem detorqueat aerem,conſtat plane minorē ignis portionē maiori facilius coactam iri.Vbi eīm duo ſimul vno robore ſuſpenduntur,minus quidem magis,plus aūt minus inferenti vim cedit.Et vnū quidē graue deorſumq; ferri dicitur:alterū vero ſurſum ac leue.Idem nobis terram habitantibus accidit.Nā terræ innixi ꝑ eam gradientes,terrena genera inuicem ſeparamus atq; diſtinguimus:& ſæpe terram in diſſimilē aerem iacimus violēter,prӕterq; naturā:ſæpe partes vtraſq; cognatæ naturæ participes.Hic portio minor facilius q̄ maior ad diſſimilē locum iacta,prius violentię cedit:eāq; leuem cognominauimus:& locū ad quem cōpellimus,ſurſum.Cōtrariam his affectionem graue quiddā,atq; deorſum Hęc vtiq; differre inuicē neceſſariū eſt,propterea ꝙ generum multitudines locū aliis contrarium obtinent.Quod eīm ī alio loco leue,eſt:leui qđ in loco eſt cōtrario:& graue ſimiliter graui:& ei qđ deorſum dicif,id quod deorſum:eiq; quod ſurſum,id quod dicitur ſurſum.omnia enim hæc trāſuerſa inuicē & contraria ac penitus differentia eſſe fieriq; reperientur.Vnū tamē id de his omnibus cogitandum:ꝙ via greſſioq; ſingulorum ad ſimile atq; cognatum ferens,graue facit id quod fertur:locum vero in quem tale quid fertur,deorſum.Quæ aliter ſe habent,aliter efficit.Harum igitur paſſionum huiuſmodi quædam dictæ ſint cauſæ.Lenis item & aſperæ paſſionis cauſam qui

De leni & aſpero.

libet intuitus aperire aliis poterit.Durities enim hanc inæqualitati permixta:illā vero æqualitas exhibet denſitati.Sed earū paſſionū quæ circa totū corpus cōmuniter accidunt,ea reſtat maxima quæ voluptatis doloriſq; eſt cauſa in his quæ diximus.Similiter quęcunq; per corporis partes ſen

De voluptate & dolore.

ſibus patent:doloreſq; & voluptates cient.Ita igitur omnis tā ſenſibilis q̄ inſenſibilis paſſionis cauſas capiamus,in primis memoria repetentes quod de ea natura quæ facile mouef,deq; ea quæ mouetur difficile,ſupra diſtinximus.hoc enim pacto ea perſequi debemus omnia quæ comprehendere cupimus.Quādo in id quod facile moueri ſolet,aliqua vel breuis incidit paſſio,partes eius quælibet ſequentibus partibus vndiq; paſſionem ipſam tranſfundit,quouſq; ad prudentiæ ſedem perueniaf:vbi per hos quaſi nuncios potentia illius quod paſſionē intulit,noſcif.Quod vero cōtra eſt affectū,& imobile quodāmodo ꝑmanet,circularē illā tranſfuſionē nō habet,& ipm qdē patif ſolū,ꝓxima vero minime mouet.Quapropter cū partes alię aliis paſſionē primā nō impertiāt,totumq;

animal hinc minime agitetur,ſenſus expers id quod patitur extat.Id profecto circa oſſa capilloſq;
& reliquas partes quæ terrenæ vt plurimum in nobis ſunt,accidit.Viſus vero & audit⁹ inſtrumẽ
ta aliter omnino efficiunt,quia illis ignis aeriſq; vis maxima ineſt.Quod pterea ad voluptatẽ atti
net & dolorem,ita conſideretur.Paſſio violẽter præterq; naturam abunde ſimulq; nobis illata,mo
leſta fit.Rurſus quæ in naturam abunde ſimulq; reuertitur,dulcis:quæ contra fit,cõtra.Paſſio ve
ro magna cum facilitate illata ſentitur quidem maxime,voluptatis autem & doloris minime par
ticeps.huiuſmodi ſunt quæ ex aſpectu proueniũt.Cui quidem corpus noſtrum cognatum fieri in
die ſupra narrauimus.huic aduſtiones ſectioneſve & quæcũq; paſſiones huiuſmodi,dolorem non
inferũt:nec etiam quãdo in ſuam ſpeciem fit reſtitutio,voluptatem.Senſus tamen vehementes cla
riſſimiq; ipſi competunt,quatenus aliquid patitur,incurritq; in aliquid & attingit.Violentia ſiq;
dem huius diſcretioni cõcretionive nulla penitus ineſt.Corpora vero ex partibus grãdioribus cõ
ſtituta & vix agenti cedentia,quando motiones illatas in totum corpus traiiciunt:voluptates do
loreſq; continent:quando videlicet e ſuo ſtatu mouentur,dolores:quãdo redeunt,voluptates:quæ
cunq; paulatim abſceſſus euacuationeſq; ſui perpetiuntur:repletiones vero ſimul atq; abunde,cũ
euacuationis quidem ſenſum habeant nullum,repletionis autem habeant,mortalitate ipſius potẽ
tiæ dolores nullos,voluptates vero maximas afferũt.Quod ex ſuauiũ odorum perceptione cogno
ſcitur.Atq; e ſua natura ſimul & abunde pelluntur,paulatim vero vix in eam reſtituuntur,con
tra q̃ ſuperiora affici ſolent.hoc plane in ſecandis vrendiſq; mẽbris apparet.Iam cõmunes toti cor
pori paſſiones,eaſq; inferentium cognomen attractauimus.Nunc igitur eas quæ certis noſtri cor
poris partibus accedunt,& vnde proueniunt,quibuſve cauſis inferuntur,pro viribus exponamus
Linguę paſſiones. Principio quæ ſupra quando de humoribus agebamus reliquimus,cum linguæ paſſiones ſint,ſi
quo modo poſſumus declaremus.Videntur autem hæcquemadmodum & alia multa diſcretioni
bus quibuſdam & concretionibus fieri:ac præterea lenitate aſperitateq; magis q̃ cætera vti. Ten
Vide vt in corde eſt iudiciũ de ſapore. duntur a lingua venæ ad cordis ſedem,ſaporum nũciæ:in quas ſiqua ita inciderint vt humidam
carnis mollitiem penetrantia terreſtri ſua natura modice liquefacta,venas ipſas contrahant areſa
Sapores. ciantq;,ſapores huiuſmodi pariunt.Videlicet ſi aſperiora ſunt,acerbos acreſq;:ſin aſpera minus,au
ſteros & ponticos.Quæ & illas purgant,& ſiqua linguæ inhæreſcunt,abluunt,ſi vltra modum id
Quæ amara ſint,q̃ ſalſa. faciant,naturæq; ipſius nonnihil liquefaciant,qualis eſt in nitro potentia,amara omnia nominant.
Sinautem vim nitro temperatiorem habent,leniuſq; abſtergũt,ſalſa ſine amaritudinis aſperitate,
magiſq; amica nobis apparent.Quæ aũt applicata oris caliditati,ab eoq; mollita & feruefacta ipſũ
viciſſim feruefaciũt,ſuaq; leuitate ſurſum ad ſenſus capitis eleuant,ſuoq; attactu ſingula diuidũt
Quę acuta ſapore. propter huiuſmodi vires acuta vocantur.Quandoq; vero hæc eadem ex putredine attenuata an
guſtas venas ingrediunt,coguntq; partes interiores tã terrenas q̃ quodãmodo aereas iactatas in
uicem cõmiſceri,permixtaſq; circũlabi alias,& alias ingredi,ingreſſuq; ſuo penetratas concauas tẽ
ſaſq; efficere:vbi concauus & ampulloſus humor aeri circũfundit:iſq; humor alias terreus quo
De ampulla. quo modo eſt,alias purus:fitq; ex aqua cõcaua vaſculum aeris humidum atq; clarũ.Sed quod ex
pura naſcitur aqua,perlucet vndiq;,ampullaq; vocatur.Quod autẽ ex lutulento magis humore
ſimul agitato quidem elatoq; & circũtenſo conficit,ebullitio,bulla,fermentumq; dicit.harum oim
Acida qualitas. paſſionum cauſa Acida qualitas appellatur.His omnibus quæ de his dicta ſunt contraria paſſio a
contraria cauſa proficiſcit.Quando vero ingredientium qualitas humida eſt linguæ qualitati na
turaliter concors & cõſentanea,ac leuit mollitq; eam,contractamq; demulcet aſperitatem,& quæ
in nobis præter naturam contracta vel ſparſa fuerũt,relaxat vel colligit,ac ſummatim naturalem
De dulci. ſingulis reſtituit habitũ:ſuaue huiuſmodi omne amicũq; eſt omnibus:violentarum quoq; paſſio
De odore. num medicina atq; remedium,dulceq; vocat.Circa nariũ vim ſpecies nõ ſunt.Semigenia eñ odo
rum natura.Speciei vero nulli competit odorem vllum habere.Sed noſtræ circa hæc venę ad ter
Quõ non olfacim⁹ elemẽta ræ & aquę genera anguſtiores ſunt,ad ignis vero aeriſq; genera latiores.Quocirca nemo vnq̃ iſto
rũ aliquem ſenſit odorem.Sed in madefactione quorũdã,vel putredine,vel liquefactione,vel euapo
ratione gignunt odores.Cum enim in aerem aqua,vel aer in aquam trãſit,in medio iſtorũ odores
Odor aut fum⁹ aut caligo. ſiunt:omniſq; odor aut fumus eſt,aut caligo.Sed horum qđ ex aere mutatur in aquam,caligo:qđ
vero ex aqua in aerem,fumus.hinc fit vt aqua odores tenuiores ſint,aere craſſiores.Quod maxime
perſpicuũ fit,quando certa quadã re naribus occurrente aliquis in ſeipſum vehementer ſpiritum
Species odoris. retrahit.Tũc ſane nullus ſimul influit odor:ſpiritus aũt ab odore nudus ſolus ſequit.Duæ igit hę
in his varietates abſq; noĩe ſunt,nec ex pluribus,nec ex ſimplicibus ſpeciebus.Sed duo ibi nomina
tantũ manifeſta ſunt,ſuaue ſcilicet & moleſtum.Hoc quidem diſturbat violatq; omnẽ eam capa
citatem quæ a ſummo capitis vertice ad vmbilicũ protendit.Illud vero eãdem mulcet,& amico
quodã ingreſſu naturalẽ eius ſeruat habitũ.Tertiã pterea vim ſentiendi,auditum videlicet,ita cõ

De auditu.

ſiderare debemus:vt quibus ex cauſis paſſiones eius ꝑueniant,exponamus.Oino igit̃ vocẽ ponamus
pulſationem quandam ab aere,per aures cerebrũq; & ſanguinẽ vſq; ad aiam penetrantem. Natã quo
q; ex ea motionem incipientẽ a capite,& in ſedem iecoris deſinẽtẽ,auditum vocemus.Motio quidem
velox,acuta ꝑuenit,tarda grauis. Vna equalis atq; lenis:contraria vero aſpera.Magna q̃ multa:par-
ua quę pauca.harũ vocũ cõcordiã conſonantiaſq; in ſequentibus declarabimus.Seqtur quartum ſen
tiendi genus exponẽdũ:qd̃ varietatẽ in ſe plurimã cõtinet:& quæ ſub eo ſunt oia,colores vocant̃.Eſt
aũt color veluti flãmula quędam fulgorq; a ſingulis corporibus emanãs,partes habẽs viſui ad ſentiẽ-
dum accõmodatas.Cauſas vero ex quibus viſus gignit̃,ſupra tractauimus.Nunc de coloribus potiſ
ſimũ hoc pacto probabilia dicenda vident̃.Quę ab aliis delata partibus in aſpectũ cadunt,partim mi-
nora,partim maiora,partim viſus ipſius partibus ęqualia ſunt. Aequalia qdem ſentiri non poſſunt:
quæ diaphana id eſt vtrinq; perſpicua nominant̃.Minora vero aut maiora partim diſcernere, partim
contrahere viſum dicimus,inſtar eorũ quę caliditate vel frigiditate carnem,aut eorũ q̃ acrimonia vel
acumine caliditateve linguã contrahunt vel diſcernunt. Atq; ea quę viſum ſic afficiunt alba nigrave
vocamus:quæ quidẽ paſſiones eorũ ſunt quę modo narrabã:& illorũ qdem germana eademq; quodã
mõ:ſed in genere alio:diuerſa tñ ꝑpter has cauſas eſſe vident̃.Sic vtiq; appellanda ſunt iſta.qd̃ viſum
diſgregat,albũ:nigrũ vero qd̃ cõgregat.Motionẽ ꝑfecto acutiorẽ alteriuſq; generis ignis, incidẽtem
diſpergẽtẽq; viſum vſq; ad oculos, orbeſq; ipſos oculorũ meatuſq; vi diuerberantẽ,liquefaciẽtemq;
ignem eſſe dicimus ex oppoſito obuiantẽ:cui⁹ occurſu lachryma,corpus ex igni & aqua mixtũ,effun
ditur.Et vno qdẽ igne velut e coruſcatione quadam exiliente,altero vero penetrãte,& ab humore ex
tincto,varii creant̃ ex hmõi mixtione colores:atq; ipſam paſſionẽ fulgorẽ coruſcationemq; vocamus
quodve id facit,ſplendidũ atq; coruſcum. Horum mediũ ignis gen⁹ ad oculorũ humorẽ perueniens
illiq; ſe miſcens,minime quidẽ coruſcũ,ſed ex ipſa ignei radii ad humorem admixtione, ſanguineum
creãte colorẽ,rubeum noiauimus.Splendidũ albumq; rubeo mixtum flauum procreat. Quo autem
menſuræ modo ſingula ſingulis miſceantur,etiã ſiquis nouerit,narrare prudentis non eſt:prętertim
cum neq; neceſſariam,neq; veriſimilem de his rationem afferre vllo modo poſſit.Rubeum cum albo
nigroq;,purpureũ generat.paulo obſcurior moreus lutheoluſq; fit color,qñ his inuicem cõflatis adu
ſtiſq; magis eſt adiũcta nigredo.Fuluum flaui fuſciq; tẽperatione ꝑducit̃.Fuſcũ vero albi & nigri cõ-
fuſione.Pallorẽ albi flauiq; copula generat.Splẽdidũ albo adiunctũ plurimaq; obfuſum nigredine cę-
ruleũ efficit. Caeruleum cũ albo glaucũ creat.Fului nigriq; temperie color viridis naſcit̃. Caetera fer-
me ex his oĩa manifeſta fiunt.Siqs.n.ſuperiores mixtiones imitatus reliquos colores exequit̃,ꝓbabi
libus rõnibus diſputabit.At ſiqs horũ diſcuſſionem,ꝓbationẽq; opere ipſo aggrediet̃,qd inter huma
nam diuinamq; naturã interſit,ignorare videbit̃.Nẽpe de⁹ multa in vnum colligere, ruſuſq; vnum
in multa ꝑducere ſufficiens eſt.ſcit.n.ſimul ac poteſt.Homo aũt nullus qui alterutrũ valeat , aut eſt
nunc,aut vnq̃ erit.Hæc ſane oĩa ita tũc naturaliter affecta ex neceſſitate ille pulcherrimi optimiq;
operis fabricator in his q̃ gignebant̃ aſſumebat,qñ deũ ſeipſo ſufficientẽ,& ꝑfectiſſimum generabat.
vtẽs quidem cauſis ad hęc miniſtris:qd̃ aũt bene ſe habebat, ipſe in ſingulis agẽs.Duas eñ cauſarum
ſpecies diſtinguere decet. Vnã qdẽ neceſſariã:alterã vero diuinã. Ac diuinã in omnibus quærere: vt
beatam vitã quoad naturæ noſtræ poſſibile eſt,adipiſcamur.Neceſſariã quoq; cauſam illorũ gratia ꝑ
ſcrutari.Cogitare.n.oportet abſq; his illa in qbus ſtudiũ ponimus,nõ poſſe intelligi,vel cõphendi,
vel quomodocunq; aliter ꝑcipi.Quoniã vero nobis in ꝑſentia veluti fabris materia ſubiacet,cauſarũ
videlicet genera,vicẽ ferme iã ꝑparatę materię obtinẽtia:ex qbus eſt ſequẽs diſputatio cõtexenda,rur
ſus ad principiũ breuiter redeamus:citoq; illuc regrediamur,vnde hucuſq; ꝑceſſimus:atq; ita demũ
finẽ apicẽq; diſputationi,qualẽ ſuperiora exigũt,imponamus.Quẽadmodũ ab initio diximus,cũ hęc
ordine carerent,ſingulis deus,& ad ſeſe,& ad alia inuicẽ eatenus modũ rationẽq; ꝑportionis indidit,
quaten⁹ ſuſcipere ſingula poterant. Tũc ꝑfecto nihil erat ordinis niſi forte caſu aliquo particeps: nec
qcq̃ tunc aqua vel ignis vel aliud aliqd eorũ quę modo apud nos nominant̃,iure vocandũ erat. Verũ
hęc primũ oia exornauit:deinde ex iis hoc vniuerſum cõſtituit,aial vnũ,aialia in ſe oia mortalia & i-
mortalia continens.Et diuinorũ qdẽ ipſe eſt auctor.Mortaliũ vero generationem natis ſuis tradidit
abſoluendã.Illi igitur ſuũ imitati parẽtẽ,principiũq; aiæ imortale ſuſcipiẽtes,aiam ipſam mortali cor
pore clauſerũt:totũq; corpus aiæ,quaſi vehiculũ ſubdidere:atq; in eo aliã aiæ ſpeciẽ mortalẽ fabrica-
uerũt:quæ grauibus neceſſariiſq; ꝑturbationibus afficeret̃.Quarũ prima foret voluptas, eſca maxi-
ma mali:Dolor deinde fuga impedimẽtũq; bonorũ:Audacia ꝑterea metuſq; conſultores amentes:ac
cederet & implacabilis iracundia:Spes etiã blãda cõciliatrixq; cũ irrationali ſenſu, amoreq; oĩm inua
ſore.Illi ergo hæc miſcentes neceſſario mortale genus compoſuerunt.Cęterum ne diuinum vlla mor
taliũ cõtagione,niſi quãtum ſumma neceſſitas cogeret,pollueret̃,ſeorſum ab illo in alia corporis ſede
mortale collocauerunt,atq; a pectore caput ceruice & collo interiecto ſeparauere. In pectore igitur &

Auditus terminat̃ in iecore.

De coloribus.

Albũ diſgregat:nigrũ congregat.

De mixtionibus colorum.

Duæ cauſarũ ſpecies:& quo mõ quęrendę.

Voluptas eſca malorum.

Dolor bonorũ fuga & ipedimentum.

Audacia & metus conſultores amẽtes.

thorace mortale genus animę poſuerunt: cũq; id naturaliter partim melius, partim deterius eſſet, diſ
poſuerunt rurſus thoracis capacitatẽ, diſcernenteſq; ſedem tanq̃ virorum alteram, alteram fœmina
Diaphragma chartilago.
rum. Chartilaginem enim quandam nomine diaphragma, qđ etiam phrenas vocãt, inter hęc mediã
interiecerunt. Partem igitur animę fortitudinis iracundięq; participem contentioſamq; capiti ꝓpin
quiorem fecere inter diaphragma ceruicemq; mediam: vt haec obediens rationi, vna cum ipſa cupidi
Cor venarum origo & ſanguinis fons.
tatum genus vi illata coerceat: ſiquãdo rationis in arce capitis habitãtis iuſſa cupiditas reſpuat. Cor
vero venarum originem fontemq; ſanguinis per omne corpus impetu quodam manantis in ſtipato
rum regione ſuſpendere voluerunt, vt quando irę vis exardeſcit ratione nunciante, ſiquid extrinſec⁹
iniuſte fiat, vel intrinſecus aliqua concupiſcentia turbet, tunc celeriter per anguſtos quoſlibet meat⁹
quicqd in corpore ſenſus eſt particeps, iuſſa minaſq; perſentiat, atq; ita obediat obſequaturq; oĩno,
toleretq; in omnibus praeſtantiſſimi illius imperium. Cum vero cognoſcerent cor rerum terribilium
obiectu trepidaturũ, & ira ſępius flagraturum, idq; opus omne per ignem fore, ęſtus huiuſmodi tem
perandi gratia, pulmonum tegmẽ cordi adhibuerunt, molle primum atq; exangue, deinde cauis in
trinſecus fiſtulis ſpongiae inſtar diſtinctum: vt ſpiritu potuq; hauſto cordis ardorem huiuſmodi re
ſpiratione & refrigerio tepefaciat. Quã ob cauſam arterias tanq̃ aquęductus per pulmonũ ſubſtantiã
deriuarunt: eãq; cordi, quaſi mollẽ ſaltum circũdedere: vt quando nimia feruet ira, inde ad faciliorẽ
obedientiam temperatum deferueat, ſedatoq; tumultu rationi facilius cum ira miniſtrare & obſequi
valeat. Poſtremo eam animae partem, quae eſculenta & poculenta cupit, & reliqua omnino quib⁹ cor
pus indiget concupiſcit, medię regioni inter diaphragma & vmbilicum applicauere: vbi quoddam
quaſi praeſepe ad totius corporis alimoniam extare volebant: & ibidem illam vim animae tanq̃ agreſte
animal alligauerũt. Hic ſane illam corpus ſuum alere neceſſarium eſt: ſi quidem mortale quãdoq; fu
turum eſt genus. Vt ergo ad pręſepe ſemper illa paſcatur, habitetq; procul a conſultore, ideoq; illum
clamore & ſtrepitu ſuo minime turbet, ſed permittat praecipuum noſtri ducem tranquillo in ocio cõ
muni omnium vtilitati conſulere, regionem iccirco inferiorem ipſi habitandam dii dediſſe videntur.
Quoniam vero videbat deus partem illam animae talem fore, vt rationem nõ exaudiret, & ſiquo ſen
ſu pulſaretur, nullo modo rationibus obtemperaret, ſed ſimulacris viſiſq; nocte dieq; maxime rape
retur, icirco naturam iecoris procreauit: & in eius habitationem diſpoſuit: denſam inquã naturam
lenem, claram, dulcem, & amaritudinis non expertem: vt cogitationum ex mente deſcendens poten
tia in ipſo iecore velut in ſpeculo figuras ſuſcipiente aſpectuiq; ſimulacra reddente, quandoq; rece
pta terreat ipſum: quandocunq; cognata amaritudinis parte vſa, minaſq; intendens & toti repente
ſuffuſa iecori felleos terribileſq; colores oſtentat: contrahens pręterea ipſum rugoſum & aſperum to
tum reddat: ac fibras eius, bilẽ, eiuſq; ventriculum, & venas quae portae vocantur, ſic afficiat, vt par
tim ex habitu recto deflectens atq; contorquens, partim obſtruens & concludens, dolores detrimenta
q; prębeat. Ac rurſus quando manſuetudinis ex mente inſpiratio contraria viſa effingit, amaritudi
nem quidem ſedans ex eo ꝙ aduerſam ſibi naturam neq; ciere, neq; attingere velit, dulcedine vero il
li ingenita vtens, & omnia recta, lenia, libera in ipſo digerens, tunc ſane pacatam manſuetamq; partẽ
animę in iecore habitantẽ facit: adeo vt etiam in ſomno moderate affecta ſit, vaticinioq; vtatur: quã
do rationis prudentięq; eſt expers. Qui enim nos compoſuerunt paterni illius mãdati memores, quo
mortale genus praeceperat q̃optimum pro viribus fieri, ita deteriorem noſtri partem inſtituerunt,
Demẽtiæ humanę datũ eẽ diuinãdi munus.
vt ipſa quoq; veritatis foret quodãmodo particeps. ſiquidem in ea expleri vaticinium ſtatuerunt. Qꝺ
autem dementiae humanę deus diuinandi vim dederit, illud argumento eſſe nobis poteſt, ꝙ nemo
dum ſanę mentis eſt, diuinum & verum vaticinium vllum aſſequitur, ſed cum vel ſomno prudentię
Prudẽtis op⁹.
vis praepedita eſt, vel oppreſſa morbo, vel diuino aliquo raptu e ſuo ſtatu dimota, fieri diuinatio ſolet.
Prudẽtis vero dũtaxat officium eſt, quae a fatidico furenteq; ingenio dormiendo vel vigilando pro
nunciata ſunt, intelligere: & quaecunq; viſa illuxerint, ratiocinatione ita diſcernere, vt qua quidq; ra
tione & cui futurum aliquid, vel praeteritum, praeſenſve bonum vel malum portendere videatur, ex
planet. Illius autem qui manſit manetq; adhuc in furore, non eſt officium quae viderit aut protulerit
iudicare. Scitum profecto priſcum id dictum. Agere ſua ſeq; ipſum cognoſcere, ſolius prudentiae eſt
Qui ꝓphetæ: q vates apud Timeum. Iecur gratia diuinandi.
opus. Hinc lex iubet diuinis vaticiniis iudices pręeſſe prophetas: quos vates quidam nominãt: igno
rantes prorſus eos oraculorum viſorumq;, quę obſcuris velaminibus inuoluuntur, interpretes eſſe,
non vates. Quare qui vaticinia iudicant, non vates illi quidem ſed prophetae, id eſt vaticiniorum in
terpretes pronunciatoreſq; vocandi. Atq; iecoris quidem natura ob hanc cauſam talis facta eſt & in
ea ſede qua diximus collocata, diuinationis ſ. gratia. Ac etiam viuente vnoquoq; talium ſigna clario
ra exprimi ſolent: vita vero priuato, cęcitas accidit, nec euidens quicq̃ fit vaticinii ſignum. Proximũ
huic ad ſiniſtram locatum eſt huius gratia membrum, vt purum hoc ſemper clarumq; reddat, & in
ſtar ſpeculi nitens, atq; perſpicuum, ad imagineſq; exprimendas accommodatum. Quapropter quan

do propter corporis morbum ſordibus iecur abundat,lienis raritas id purgans, eas combibit, cum membrum hoc concauum ſit & exangue. Vnde purgamentis impletum,excreſcit tumetq; ſanie. Ac rurſus cum mundatum corpus eſt reſtrictum in ſeipſum conſidet. Quid igitur anima mortale,quid diuinum habeat,& vbi, & quibuſcum,& quare hæc inter ſe diſiuncta ſint,diximus. At ꝙ reuera ita ſit vt diximus:ita demum aſſereremus:ſi diuinum confirmaret oraculum: ꝙ vero veriſimile ſit ita eſſe,& nunc & deinceps diligentius etiam inueſtigando aſſeuerare non dubitam⁹:atq; in præſentia ita ſit nobis aſſertum. Qđ autem hæc ſequitur,ſimiliter eſt tractandum. Reliquum eſt enĩ qua ratione cætera corporis membra digeſta ſunt,enarrare. Itaq; hac potiſſimum ratione conſtare hęc decet. Cognoſcebant illi profecto noſtri generis fabricatores nos ad cibum potumq; intemperatos fore: ac propter ingluuiẽ plus q̃ modus aut neceſſitas poſtularit,ex his ſumpturos. Igitur ne ſubitus propter morbos interitus proueniret,atq; ita imperfectum mox genus mortale deſineret, inferiorem uẽtrem fabricauerunt ad eſculentorum proculẽtorumve ſuperabundantiam capiendam. Eum præterea ſpiris inteſtinorum circũplicauere:ne ſubito alimenta nobis aſſumpta defluerent: ac rurſus noui alimenti confeſtim neceſſitas immineret. Ob illam enim inexplebilem perpetuamq; voraginem gen⁹ noſtrum philoſophiæ muſicæq; & moderationis omnis expers relictum fuiſſet,illi parti quæ in nobis diuiniſſima eſt,minime obſecutum. Oſſium vero & carnis cæterorumq; huiuſmodi ita eſt natura cõpoſita. His nempe omnibus medullæ generatio initium prębuit. Vincula enim vitę illius quã anima corpori iuncta ducit,applicata medullæ,ex eaq; per omne diducta,vinciunt fulciuntq; corporis noſtri conſtructionem. Ipſa vero medulla eſt ex aliis generata. Sunt quidem triãguli primi quidam & indeflexi leneſq; ad ignis,aeris,aquæ,terræ exactiſſimam generationem accõmodatiſſimi:e quorum generibus ſingulis deus ſecernens ſingulos,& inuicem contemperatos permiſcens,totius generationis mortalium ſementem fomitemq; conſtituit,dum medullæ ex his ſubſtantiam procrearet. Poſtea vero ſerens in ea,animarum genera alligauit. Figuras præterea quotcunq; & qualeſcũq; ex ſingulis ſpeciebus adeſſe medullæ oportuit,tot penitus,atq; tales ſtatim in prima illa diſtributione diſtinxit. Et illam quidem medullæ partem in quã velut agrum quendam diuinum ſemen iaciundum erat, globoſam & vndiq; teretem finxit:atq; encephalum.i.cerebrum,iccirco voluit nominari: quia vnoquoq; animali deniq; abſoluto vaſculum cerebri capax,cephalum.i.caput vocandum erat. Qđ autem reliquas mortaleſq; animæ vires comprehenſurum erat,rotundis ſimul oblongiſq; figuris ornauit: totumq; medullam voluit nominari, atq; ex iis quaſi quibuſdam ancoris iaciens totius animæ vincula circa illas iam vniuerſum noſtrum corpus abſoluit:oſſiumq; textura extrinſecus eas fulciuit. Os vero ipſum ita compoſuit. Terram atterens puram leneq; miſcuit,madefecitq; medulla. Id poſtea in ignem iecit: deinde in aquam merſit:rurſus in ignem:iterum & in aquam. Atq; ita ſæpe transferens in vtrũq;,tale reddidit,vt a neutro liquefieri poſſet. Hoc igitur vſus ſphęra oſſea quaſi torno facta cerebrum circunſepſit. Huic anguſtos reliquit meatus: et circa ceruicis ſimul dorſiq; medullam ex ipſo rotulas vertigineſq; effingens,quaſi cardines ſubdidit:ita vt a capite per totum protẽderit. Sic vtiq; ſemen omne ſeruauit,dum lapideo ambitu circũuallauit. Articulos inſuper addidit, alterius ipſius natura vſus in ipſis tanq̃ media quadam exiſtente potentia motus flexioniſq; gratia. Arbitratus vero oſſium naturam aridiorem,rigidioremq; q̃ oporteat fore:& cum ignita euaſerit atq; etiam frigefacta illiſuram corrupturãq; cito ſemen internum,neruorum carniſq; genus effinxit,vt neruis quidẽ mẽbra reliqua vincientibus,intenſis remiſſiſq; circa cardines ipſos,corpus omnem ad flexionem tenſionemve promptum & agile redderet:caro vero tegmẽ foret aduerſus frigus atq; calorem,& quemadmodum externa corporis fulcimenta ſolent,ad caſus varios munimentum:præſertim quia talis erat futura,vt molliter leniterq; corporibus cederet. Cui calidum iccirco humorem indidit,vt æſtate quidem roſcida madidaq; extrinſecus, toti corpori domeſticum præbeat refrigerium: hieme vero rurſus proprio igni exteriorem glaciem moderate repellat. Hæc cum fictor ille noſtri corporis cogitaret mixtione quadam ex aqua,igne,& terra contemperata,& acuto illis ſalſoq; fermento adhibito, ſucci plenam ac mollẽ carnem conflauit. naturam vero neruorum ex oſſe & carne non fermentata vnam ex vtriſq; potentia mediam temperauit: flauoq; infecit colore. Hinc fit vt carne quidem tenſior & aridior,oſſibus autem agilior molliorq; ſit neruorum ſubſtãtia. His deus medullam ſimul & oſſa deuinxit:& hæc omnia carnibus cooperuit. Quæ igitur oſſa animata maxime erant,pauciſſimis carnibus adoperuit:quæ vero minime:contra plurimis atq; craſſiſſimis. Iuncturis inſuper oſſium,pręterq̃ vbi neceſſitatis ratio aliter poſtulabat,paucas carnes adiecit,ne flexiõibus ĩpedimento forent,tardaq; ad motum corpora facerent, neve ſua quadam ſolida craſſitudine obtuſioriq; mole ſenſuũ aciem hebetarent:memoriam impedirent,ingenii acumẽ obtunderent. Quamobrem inguinum, tibiarum iliorum,brachiorum,lacertorum oſſa,& cætera omnia quæ articulis carent, quæve intus latentia

De liene.

De inteſtinis atq; eorũ ſpiris.

De oſſibus & carne.

Vide vt medulla eſt membris fundamẽtũ & initium.

Vt in medulla primũ aĩa inſita eſt.

De cerebro.

De neruis.

oſſa propter animæ paucitatem in medulla, prudentiæ vacua ſunt, multis ſunt carnibus adoperta. Paucioribus vero quæ prudentiam habent: niſi forte carnoſa quædam moles proprie ad ſenſum aliquem apta ſit: qualis eſt lingua. In cæteris eſt vt diximus. Natura enim ex neceſſitate genita atq; nutrita nullo modo os compactum carnemq; multam ſimul & acutum ſenſum admittit. Maxime nanq; omnium ea capitis compoſitio habuiſſet ſi vna concurrere potuiſſent: genuſq; hominum pingue, neruoſum robuſtumq; habens caput, vitam duplam, ac etiam multo diuturniorem, validiorem, placidiorem q̃ nos poſſediſſet. Cæterum noſtris illis fabricatoribus de noſtro genere conſultantibus, vtrum diuturnius quidem, ſed deterius: an breuioris quidem vitæ, ſed melioris, efficerent, viſum fuit vitam breuem melioremq; diuturnæ & deteriori eſſe omnino anteponendam. Itaq; caput oſſe raro texere: ſed carnibus neruiſq;, quia flexiones non erat habiturum, non fulciuerunt. His omnibus de cauſis caput membris omnibus acutius ad ſentiendum prudentiuſq;, ſed imbecillius eſt cõſtitutum. Neruos autem ob hanc rationem atq; hoc pacto deus extremę parti capitis circũponens, ſpinæ dorſi eos quadam ſimilitudine circumplicauit, ſummaſq; illis maxillas ſub vultu deuinxit, reliquos per omnia membra diſſeminauit: articulum connectens articulo. Noſtri præterea illi exornatores, oris naturam dentibus, lingua, labiis, ita vt nunc videmus, neceſſariorum ſimul & optimorum gratia ornauerunt. Nã ingreſſum quidem neceſſariorum, egreſſum vero optimorum gratia excogitauere. Nempe neceſſarium eſt quicquid ad alimoniam in corpus admittitur. Verborum autem effluxio miniſtra prudentię, effluxionum omnium optima eſt atq; pulcherrima. Caput præterea nudo oſſe relinqui omni alio tegmine deſtitutum non poterat, propter caloris frigoriſq; exceſſum: neq; rurſus carnium pondere prægrauatum, ſenſus expers obtuſumq; reddendum erat. Carne igitur non penitus deſiccata reſiduum quod maius ſuperat ſegregatum eſt: cutiſq; ipſa circa cerebri humorem ſibiipſi iuncta & germinãs caput circunueſtiuit. Humiditas autem ſub iuncturas ſcaturiẽs irrigauit: compegitq; ipſam ad verticem. Iuncturarum vero ſpecies varia propter circuitionum alimoniæq; potentiam facta eſt: et his quidem magis inuicem pugnantibus plures, minus vero pauciores. Hanc omnẽ cutem vndiq; igne pupugit percuſſitq; deus. Per cutis inde quaſi ſauciæ rimulas humor effluxit, quodve illic humidũ calidumq; ſyncerũ erat, abiit: quod vero ex iiſdem quibus & cutis, erat permixtum, emanationis impetu extra productum, in longum extenſum eſt: tenuitatem punctioni penetrationiq; illi æqualem habens. Sed propter tarditatem a ſpiritu circunſtante retuſum, rurſuſq; ſub cutem reuolutum, radices egit. His vtiq; cauſis capilli in cute ſunt nati, ſecundum pellis coriiq; ſimilitudinem cuti q̃ proximi: ſed propter coagulationẽ a frigiditate factam duriores cute atq; denſiores. Nempe capillus extra cutem productus frigore riguit. Hoc pacto cõſtipatum hirſutumq; caput nobis deus inſtituit, cauſis quidem vſus illis quas diximus: tegmen vero ipſum ad cerebri tutelam non carnibus ponderoſum: ſed leue eſſe voluit: quod ad frigoris caloriſve intemperiem repellendam ſufficeret: & ſenſus acumen minime impediret. Ea vero quæ in digitis eſt nerui, pellis, & oſſis complexio, aridior facta, communi quodam vno duriorique cutis tegmine eſt adoperta. Cuius quidem acceſſoria miniſtraq; cauſa in iis q̃ diximus conſtitit: principalis autem cauſa in ea intelligentia quæ id futuræ commoditatis gratia fabricauit. Quia enim ex viris quandoq; mulieres & cæteræ animantes erant futuræ, noſtri illi opifices non ignorabant. quinetiam quod vnguium vſum beſtiæ quoq; multæ ad opera multa erant habituræ, intelligebant. Quapropter homines ſtatim genitos vnguibus armauerunt. Hac vtiq; ratione, & his de cauſis pelle, capillis, vnguibus extrema membra operuere. Quoniam vero partes & membra omnia mortalis animantis in mutua quadam cognatione genita erant: vitamq; neceſſario in igne ac ſpiritu poſſidebant, ne animal ipſum ab his reſolutum exhauſtumq; cito deficeret, hoc dii conſilio prouidere. Quippe humani generis naturam quandam cognatam aliis formis ſenſibuſq; miſcentes, quaſi animal quoddam aliud plantauerunt. Talia ſunt domeſticæ arbores, plantæ, ſemina, quæ conſita nunc cultaq; ab arte mitia nobis ſunt: quondam vero ſine cultura, agreſtia. Quicquid enim vitæ eſt particeps, iure animal nominabitur. Quod autem nunc dicimus, tertię animæ ſpeciei eſt particeps, quã inter diaphragma & vmbilicũ locauimus. Cui opinio, ratio, mens nulla penitus ineſt. Senſus vero ſuauis & triſtis vna cũ cupiditatibus conuenit. Oĩa ſiquidẽ cõtinue patitur. Cũ vero in ſeipſo ad ſemet conuertatur, externũq; reſpuat motũ, & proprio motu domeſticoq; vtaẽ, iccirco huic natura nõ tribuit, vt quicq̃ penſi habẽs, ſuorũ aliquid cõſideraret. Quapropter vita quidẽ fungiẽ, nec eſt ab aĩali diuerſum. quia vero illa vi qua quod ſeipſum trãſfert, orbatũ fuit, ſtetit rigens: & fixũ radicibus hęſit. Cũ hęc oĩa ſuperiores illi noſtri ad nutrimentũ nobis inferioribus ſuppeditaſſent, in noſtro corpore quaſi quodã horto meatus veluti aquęductus varios diduxerũt, vt liquoris deriuatione irrigareẽ. Principio meatus occultos ſub conſlatione cutis & carnis, duas. ſ. venas in tergo diuiſerunt, ſecundũ geminã corporis ipſius figurã, ad dexterã & ſiniſtrã. Has vtiq; ad ſpinã demiſerunt, mediãq; medullã geni-

Quia caput ẽ carne nudatũ: eſt acutius ad ſentiendum.

Verborũ effluxio miniſtra prudentiæ.

talem comprehēdere:vt & hæc q̄ maxime vigeat pulluletq;:& vberior hinc ad alia quaſi decliuis effuſio,irrigationem æquabilem prębeat.Poſt hæc partientes circa caput venas,eaſq; inuicem ex oppoſito implicantes,partim a dextris ad ſiniſtra,partim a ſiniſtris ad dextera corporis diſpertierunt:vt capiti ad reliquū corpus vna cum cute connexio foret:poſtq̄ neruis quidem nō erat circulo quodam ſecundum verticem comprehenſum atq; diſtinctum:atq; etiam vt ſentiendi vis ab vtriſq; partibus per totum corpus vndiq; demanaret.hinc vero aquęductum hoc ordine deduxerunt:quem plane perſpiciemus,ſi hoc inter nos primum aſſeuerabimus.Quæcunq; ex minutioribus componuntur maiora detinent:quæ vero ex grandioribus,minutiora cohibere non poſſunt.Ignis autem præ cæteris generibus,minutiſſimis conſtat particulis.Ideoq; aquam,aerem,terram,& quæ ex his componuntur omnia,penetrat,tranſilitq; vſqueadeo,vt nihil ipſum valeat cohibere.Idem quoq; de noſtro vtero cogitandum.Nempe cibos & potus ingeſtos retinet.Spiritum vero & ignem quia eius compoſitione tenuiores ſunt,demorari non poteſt.His igitur vſus eſt deus ad irrigationem ab vtero in venas perficiendam.Rete enim quoddam ex aere atq; igne inſtar gibboſæ ſagenę contexuit. Vbi duo ſunt ad ipſm introitum gibbi conuexa:quorum alterum bifariam bino pulſu iterum implicauit,& ab ipſis gibbi conuexis veluti funes per totum corpus vſq; ad texturæ illius extrema circuntendit.Interiora igitur ipſius tricæ omnia ex igne compoſuit:conuexa vero & receptaculum ipſum ex aere.Demum hæc aſſumens in animali formato hoc pacto diſpoſuit.Conuexa quidem in os demiſit. Cum vero conuexi gibboſumq; ſit duplex,per arterias alterum in pulmonem vſq; traiecit:alterum circa arterias in vterum.Alterum vero partitus vtranq; illius partem ad fiſtulas narium communiter duxit:ita vt quādo alterum ad os non peruenit,ex hoc ipſo omnes illius fluxus meatuſq; repleantur. Alteram vero gibbi retiſq; capacitatem circa omnes partes corporis concauas eſſe voluit. Idq; omne alias quidem inconuexa incuruaq; confluere molliter quaſi aer illic ſit,effecit:alias autem conuexa incuruaq; ipſa refluere: Rete vero quoniam rarum ſit corpus,penetrare per ipſum rurſuſq; emergere. Radios autem ignis interiores ſucceſſione continua ſubſequi: in vtranq; partem aere tranſeunte. Idq; donec mortale conſiſtit animal fieri nunq̄ ceſſat.Huiuſmodi agitationem,merito expirationem reſpirationemq; nominatam eſſe cenſemus.Omne autem hoc opus omniſq; noſtra hæc paſſio in corpore fit, irrigatione quadam & refrigerio ad vitam & nutrimentum.Quando enim expirante & reſpirāte halitu,ignis ſimul interior ſequitur,perq; vterum diffuſus poculenta eſculentaq; offendit,liquefacit p̄tinus ipſa:partitur in minima:per exitus qua progreſſio patet tanq̄ ex fonte quodam educit: in meatus videlicet venarum traiicit quæcunq; exhauſit:atq; per corpus quaſi vallem venarum fluenta diducit.Sed videamus iterum quibus cauſis reſpiratio hunc in modum quem nunc cernimus fuerit inſtituta.Cuius quidem rei talis erit conſideratio.Quoniam vacuum nuſq̄ eſt,quo quicq̄ eorū quæ perferuntur, ingredi queat:ſpiritus autē e nobis euolat: cuiuis conſtat non in vacuum quidem hūc ſpiritum euolare,ſed proximum ſibi e ſua ſede depellere,depulſum rurſus illum proximum ſibi ſemper extrudere:ac ſecundum neceſſitatem huiuſmodi quicquid in ſedem illam repercutitur,atq; impellitur,vnde excluſus eſt halitus:ingreſſum illuc repleuſq; halitum ipſum ſubſequi.Idq; totū ſimul reuolutione quadam,quia nuſq̄ ſit vacuum,fieri.Quamobrem cum pectus pulmoneſq; ſpiritum efflauerint,mox aere corpori circunfuſo meatus corporis penetrante replentur. Ac rurſus euolans a corpore aer & emiſſus anhelit⁹ inſpirationem intro retrahi cogit per oris nariumq; meatus.Cauſam vero quæ his principium dat,huiuſmodi ponimus.Omne vniuerſi huius animal in venis & ſanguine calorem quaſi fontem ignis aliquem poſſidet. Idq; reti ſagenæ comparauimus, per medium extenſum,totumq; ex igne contextum:cum exteriora omnia ex aere ſint. Calorem ſane putandum eſt natura ſua in regionem ſuam extra ad id qđ ſibi cognatum eſt emanare. Cum vero diſcurſiones duæ ſint,vna per corpus extra altera rurſus per os ac nares,cum anhelitus ad alia impetum facit detruditq;,alia contra retrahit atq; repercutit.Quod autē retractum eſt, in ignē incurrens caleſcit:quod exhalauit friget.Dum ergo caliditas permutatur, & quæ alio tranſitu vtuntur caleſcunt ac rurſus qđ feruet ad naturam ſuam emigrat, & hac emigratione alia in aliud iter repercutit: rurſuſq; hæc idem perpetiuntur aguntq; ſemper:certe anhelitus hic circulo quodā hinc & illinc iugiter fluctuans expirationem,& inſpirationem continet.Quinetiam cauſæ paſſionum quæ ex attractu ampullarum ex corpore a medicis fiunt:atq; etiam potionis: & eorum inſuper quæ iaciuntur, ſiue emittantur ſublimia,ſeu deferantur humi,hac vtiq; ratione tractandæ videntur. Voces præterea,q̄cunq; veloces & tardæ, acutæ & graues audiri ſolent,alias diſſonæ propter motus eius qui in nobis ab ipſis ſit, diſſimilitudinem:alias propter ſimilitudinem conſonæ. Priorum enim velociorumq; ceſſantes motus,iamq; ad ſimile quiddam progreſſos,tardiores ipſæ voces ſuccedentes illis, eoſq; mouentes, occupant comprehendendo ac ſuperant. Comprehendentes vero non alium

quidem motum iniiciendo perturbant,ſed tardioris lationis initium ſecundum principium velocioris inducunt.Dum vero deſinentis motionis ſimilitudinē ſibi quandam accōmodant,vnum ex acuta & graui concentum contemperant.Vnde inſipientibus voluptatem,ſapientibus gaudium ꝓpter diuinæ harmoniæ imitationem in lationibus mortalibus repertam,tribuūt.Eadem ratio eſt de aquarum fluxibus,de fulminum impetu,de electri mirabili illo attractu,lapidiſve illius qui Heraclius nominatur.Reuera nullius horum attractio fit.Sed cum nuſq̃ ſit vacuum,& hęc ſe inuicem pulſent,atq; repulſent,concretaq; & diſcreta ſuum locum ſingula poſcant,diligenti harum rerum inueſtigatori ex his mutuis paſſionibus euentus illi mirabiles contingere videbūtur.Atqui reſpiratio,vnde huc digreſſi ſumus,ab his cauſis & hunc in modum vt ſupra diximus prouenit.Dum videlicet ignis cibos diuidit,eleuaturq; intrinſecus aſſecutus ſpiritum,venas a ventre cōmuni eleuatione huiuſmodi replet:ex eo ꝙ attrita inde haurit:& ob hanc rationem per totum animalium omnium corpus alimentorum liquores penitus diffundūtur.Statim vero attrita & a cognatis ſuis ablata partim fructibus partim graminibus,quæ deus ad alimoniam corporis noſtri produxit,colores propter mixtionem omnino varios habent:ſed plurimus in his rubeus prævalet color,cuius natura ex ignis portione & abſterſione in humido facta prouenit.propterea eius qđ in totum corpus permanat,color,talis aſpectu eſt qualem diximus.Id ſanguinem nominauimus,carniū & vniuerſi corporis pabulum.Vnde irrigatio diſtributa paſſim exhauſta cuncta replet.Modus autem impletionis euacuationiſve talis eſt,qualis in vniuerſo cuiuſlibet latio:per quā cognatum quodlibet ad ſeipſum ſe confert.Quæ enim nobis extrinſecus circunfuſa ſunt,reſoluunt nos aſſidue,& ſingulas noſtri portiones ad ſpecies ſuas foras emittunt.Sanguinea vero in nobis attrita incluſaq; viſceribus,vt par eſt in quolibet animali fieri ſub cælo conſtituto,totius lationem imitari coguntur.Cum igitur attrita quęlibet in nobis cognatum poſcant,exhauſta quælibet implent.Porro quando abſcedit plus q̃ acceſſerit,decreſcit animal:quando contra fit,augetur.Recens igitur animalis cuiuſlibet compoſitio cum nouos velut ex ligneo quodam contextu triangulos habeat,validam quidem eorum ſtructuram poſſidet:moles autem eius tenerior tota coaluit:quippe quæ ex recentiori medulla concreuit nuper,& lacte nutrita eſt.Suſceptos ergo triangulos illos extrinſecus incidentes ex quibus cibi potuſq; conflantur,triangulis ꝓpriis antiquiores imbecillioreſq;,iuniorum vi peruincit & conterit,& grande animal ipſum reddit:dum ex multis ſimilibus alit.At cum triangulorum ſuorum radicem compagemq; relaxat,ex eo ꝙ magnis laboribus longo tempore aduerſus multa certando fatigata,& domita ſit,tunc ſane alimēta ſuſcepta in ſimilitudinem ſuam non poteſt comminuendo redigere:ſua vero membra ab ingrediētibus facile diſſipantur.Hinc iam minui ac deficere omne incipit animal,cum ſuperatur:detrimentumq; iſtud ſenectus appellatur.Finis vero tunc obuenit,quando triangulorum illorum ex quibus medulla conficitur,olim coaptata vincula,nihil amplius nectunt:ſed defatigatione iam relaxata nexus animæ deſerunt.Anima vero clam ſecundum naturam cum voluptate protinus euolat.Quicquid eñ. contra naturam fit,moleſtum:qđ autem pro rei natura,iucundum.Similiter & mors quā morbi & vulnera intulerunt,violenta eſt atq; moleſta:quæ vero ſenio paulatim ad finem deducente naturaliter ſurrepit,inter omnia mortis genera leuiſſima eſt,& cum voluptate potius q̃ dolore cōtingit.Morbi autem vnde naſcantur,quis dubitet?Nam cum quattuor illa ſint ex quibus compactum eſt corpus Terra,ignis,aqua,aer:horum non naturalis exceſſus defectuſq;,& ex loco proprio in alienum tranſlatio,per quā quod ſibi conueniēs eſt,non tenent,inteſtinam quandam ſeditionem & morbos inferunt.Quando enim præter naturam vnumquodq; fit aut transfertur,caleſcunt vtiq; quæ ante frigebant:arida madent:graueſcunt leuia:& cætera omnia ſimiliter permutantur.Solummodo vero idem aliquid ſibimet ſecundum idem atq; ſimiliter & debita proportione ſeruata accedens vel decedens,permittet ſe idem ſibiipſi ſoſpes integrumq; manere.Quod autem aberrat,ſiue accedendo ſeu decedendo,mutationes varias,morbos,corruptiones infinitas inducit.Ex ſecundis quoq; compoſitionibus ſecundum naturam conſtitutis ſecunda bonę vel malę valetudinis coniectura id quærenti cuiq; dabitur.Cum enim medulla ex illis & os & caro & nerui conſtiterint,ſanguis præterea ex iiſdem q̃uis alio modo concreuerit,cæteri quidem euentus plurimi quemadmodum ſuperiora contingunt:maximi vero morbi atq; grauiſſimi hoc pacto naſcuntur.Quando videlicet ordine conuerſo iſta ex ſe inuicem fiunt,proculdubio corrumpunt.Nempe ſecundum naturam carnes & nerui ex ſanguine generantur:nerui quidem a villis & ligamentis propter cognationem:carnes autem a coagulatione quadam eius quod ſecretum a villis & ligamentis concreuit.Quod rurſus a neruis & carnibus emanat glutinoſum & pingue,ſimul quidem carnem vt plurimum ad oſſium naturā,ac etiam os ipſum medullam circundans nutriendo exauget.Qđ rurſus per oſſium craſſitudinem ſtillat puriſſimum genus triangulorum,leniſſimumq;,& pinguedine abundantiſſimum,dum defluit ex oſſibus,atq; de

labitur, medullam irrigat. Quatenus igitur ſingula hunc in modum fiunt, bona valetudo ſeruatur. Mala vero ſequitur valetudo, quando fit contra. Nam quotiens eliquata caro tabem rurſus tranſmittit in venas, ſanguis vna cum ſpiritu multus ac varius in venis coloribus diuerſis amaritudineq; & acidis ſalſiſq; infectus ſaporibus, bilem, cruorem, pituitam gignit q̃plurimam. Quæ quidem omnia rurſus ſic genita & corrupta ſanguinem ipſum in primis inficiunt: & ipſa nullum nutrimentum adhibentia corpori, feruntur paſſim per venas nullo prorſus naturalis circuitꝰ ordine obſeruato. Inimica ſane inter ſeſe iſta ſunt, propterea ꝙ nullum ſui ſibi inuicem præbent vſum. Naturali præterea corporis habitudini ſuoq; in ſtatu perſeueranti diſſoluendo & liquefaciendo plurimũ aduerſantur. Portio nanq; carnis vetuſtiſſima cum liqueſcit, ad digeſtionem cõcoctionemq; ineptiſſima, propter veterem exuſtionem nigreſcit: quia vero contabuit penituſq; exeſa eſt, amaritudinẽ contrahit, cęteris omnibus corporis partibus nondum contaminatis aduerſam. & tum quidem pro amaritudine niger ipſe color acerbitatem & acrimoniam habet: eo iam qđ amarum fuerat magis attenuato: tũ vero amaritudo rurſus ſanguine tincta colorem habet rubeum: ſed nigro huic admixto felleum. Præterea flauus color cum amaritudine coit: quando ob ignis flammam noua caro liqueſcit. Et nomen quidem omnibus his commune bilem impoſuit vel medicus aliquis, vel certe eo ingenio præditus quiſpiam quo multa & diſſimilia diſpicere poſſet, ac rurſus genus in multis vnum vno cognomento dignum inſpicere. Quæ vero bilis ſpecies appellantur, pro colorum varietate rationem ſingulis propriam acceperunt. Cruor præterea, qui ſanguinis reſiduum & defluxus eſt, lenis eſt ac mitis: qui vero bilis atræ, acriſq;, agreſtis, quando propter caliditatem ſalſo ſapori miſcetur: huiuſmodi quiddam acida pituita nuncupatur. Sæpe vero teneriotis recentiſq; carnis portio quædam vna cum aere colliqueſcit: deinde vento inflatur incluſo, humiditate protinus circunfuſa: fiuntq; ex hoc ampullæ: quæ ſigillatim propter paruitatem videri non poſſunt: iunctæ vero ſimul & in grandiorẽ tumefactæ molem, conſpiciuntur, coloremq; propter ſpumæ generationem habent album. Omnem hanc tenerioris carnis eliquationem vna cum ſpiritu factam, quæ ex humiditate vento circũfuſa tumeſcit, albam pituitã appellamus: recentis item pituitæ reſiduum defluxumq; lachrymas atq; ſudorem: & quotcunq; alia in quæ quotidie corpus reſoluitur. Atq; hæc omnia inſtrumenta morborum: quando ſcilicet ſanguis non cibis & potibus ſecundum naturã, ſed ex cõtrariis ꝑter naturæ leges excreſcit. Quãdo igitur caro quælibet circuncidítur, eiuſq; radix permanet, dimidia quædam eſt calamitatis potentia. Facile enim reſtauratur. Quando vero qđ carnes oſſibus alligat, ægrotat: & ſanguis ex illis ac neruis defluẽs haud amplius nutrit oſſa, carnemve reuincit, ſed ex pingui & glutinoſo aſper, ſalſus, ſiccus, & ſqualidus iniquitate victus eſt factus, tunc certe quod omnia iſta perpetitur, abſciſſum ab oſſibus ſub carne neruiſq; riget. Caro etiam a radicibus decidens nudos relinquit neruos, & ſalſo obductos humore, & in fluenta ſanguinis permanans, morbis quos ſupra diximus numero etiam plures reddit. Graues quidem hæ corporibus paſſiones: quæ vero has præcedunt, admodum grauiores. Quando videlicet os ob carnis craſſitudinem reſpirationem non habet ſufficientem: ideoq; putredinis calore vexatum atq; reſtrictum, alimenta non ſuſcipit, rurſuſq; ipſum in illam contra decidit frigefactum. Illa vero in carnem: caro in ſanguinem rurſus delabitur. Vnde acriores ſuperioribus morbi naſcuntur. Extremum vero omnium eſt, quando medullæ natura propter defectum aliquem aut exceſſum ægrotat. hinc enim omnium vehementiſſimi & ad mortem periculoſiſſimi morbi proueniunt. tunc enim omnis compago corporis neceſſario diſſipatur. Tertiam poſt hęc morborum ſpeciem tripartito diuidimus. Alius enim ſpiritu, alius pituita, alius bile creatur. Nam cum ſpiritus ipſius cuſtos, & quaſi penuarius pulmo diſtillatione occluſus libera & expedita ſpiracula nobis non exhibet, & hinc quidem nullus mittitur ſpiritus, illinc vero plus q̃ oportet accipitur, tunc quæ reſpiratione & refrigerio carent, marceſcunt. Qđ vero accipitur nimium, per venas traductum eas contorquet: liquefacitq; corpus, eius in medio diaphragma, medium ſcilicet interpoſitum occupans. hinc morbi admodum moleſti multo cum ſudore innumerabiles oriuntur. Sæpe etiam intra corpus diſcreta & rarefacta carne innaſcitur ſpiritus: qui cũ foras egredi nequeat, iiſdem quibus & ingreſſi aliunde ſpiritus, doloribus afficit. Sed ingentibus tunc affligit doloribus, quando neruis proximiſq; venulis circunfuſus hæc inflat, & ligamenta continuoſq; neruos a tergo intendit atq; detorquet. Qui ſane morbi ab ipſa intendente & inflante paſſione tenſiones & a tergo contortiones cognominantur: quorum difficile remediũ eſt. Subortæ enim febres hos maxime ſoluunt. Alba vero pituita propter ampullarum ſpiritum intus incluſa difficilis: ad exteriorem cutem delapſa, mitior. ſed corpus variis ſordibus aſpergit: albiſq; inficit maculis: atq; morbos alios eiuſmodi generat. Atræ vero bili permixta, cum diuiniſſimos capitis meatus illabitur, diſſipare eos ſolet atq; turbare. Si dormientibus id contingat, mitior: ſin vigilantibus, expulſu difficilior. Cũ vero ſacræ naturæ languor hic ſit, haud

ab re ſacer morbus eſt appellatus.Proinde pituita acida atq; item ſalſa languorũ omnium qui di-
ſtillatione fiunt origo eſt.quoniam vero plurima loca illabitur,malas gignit valitudines plurimas.
Quæcunq; autem partes corporis tumeſcere dicuntur,a bilis incendio,& combuſtione vexantur.
quæ cum expirat extrinſecus varios æſtu ſuo tumores producit:intrinſecus vero cohibita,vrentes
edaceſq; morbos plurimos procreat.Tunc aũt peſſima eſt:quando pur ſanguini mixta & villorũ liga
minumq; fila ſuo ex ordine dimouet.quæ ideo in ſanguinem diductę & ſparſę ſunt,vt mediocrem te
nuitatis & craſſitudinis habitum cõſequatur:neq; propter caliditatem cum ipſe ſit lubricus,raro ex
corpore defluat:neq; ſi craſſior ſit,ad motum fiat ineptior atq; ægre p venas fluat & refluat.Ad hãc
vtriq; naturę commoditatem,huiuſmodi peropportuna ſunt ligamẽta:quas ſiquis etiam mortuo &
ob frigus rigente ſanguine inuicem conducat & contrahat,reliquus ſanguis omnis diffunditur.Cũ
vero miſſæ fuerint,illico cum præcedente frigore reſtringuntur.Quoniam vero hanc vim villi hu-
iuſmodi in ſanguinem habent,cum bilis natura ſanguis vetus euaſerit,ac rurſus ex carnibus in hũc
fuerit reſoluta,calida & humida paulatim primam incidens villorum illorum vi compreſſa reſtrin-
gitur.Compreſſa vero extinctaq; violenter,procellam intus tremoremq; ciet.Cæterum quando vbe
rior affluit,calore proprio ligamenta exuperãs,præterq; modum exæſtuans,ſeruat quidem:ac ſi con
tinue ad finem vſq; idonea victoriæ ſit,penetrat in medullas:aduſtiſq; radicibus inde animæ vincula
quaſi nauis funes reſoluit & amputat:liberamq; dimittit.Sed cum inferior adeſt,corpuſq; liqueſcẽs
ei reſiſtit,ipſa deuincta,aut per totum corpus excidit,aut per venas in ventrem inferiorem ſuperio-
remve compulſa tanq̃ trãſfuga ex ſeditioſa ciuitate,ſic effugit e corpore:morboſq; eos inducit,quos
diarrhoeas vocãt & dyſenterias,id eſt fluxus ventris lubricos,fluxuſq; mordaces:necnõ multas gene
ris eiuſdem alias moleſtias infert.Quando igitur corpus ignis potiſſimum exceſſu languet,continua
febre laborat:quando vero aeris:quotidiana diſcreta.Aquæ tertiana:propterea q aqua ſegnior eſt
q̃ ignis & aer.Terræ demum exceſſu,quartana.Terra ſiquidem omnium tardiſſima,quarto gradu
cum ſit,temporis circuitu quarto feruet,deferuetq;.hinc quartanas inuehit febres:quæ vix ſero q; ſa
nantur.Atq; hoc quidem pacto corporis morbi contingunt.Animæ vero morbi propter corporis
habitum ita naſcuntur.Morbum animæ dementiam eſſe cenſemus.Eius genera duo ponimus:Inſa-
niam & imperitiam.Quæcunq; igitur paſſio alterutrum iſtorum infert,animi ægritudo eſt nuncu-
panda.Iccirco voluptates doloreſq; admodum vehementes,morborum animæ omnium grauiſſimi
iudicandi.Quiſquis enim vel nimia geſtit lętitia,vel nimio dolore deprimitur,dum illam auidius im
portuniuſq; aſciſcere,hunc vitare obnixe conatur,neq; cernere neq; audire recte quicq̃ poteſt:ſed ra-
bie furit:& in eo habitu conſtitutus,minime rationis eſt cõpos.Qui vero fluido ſtupidoq; circa me-
dullam abundat ſemine:vtq; arbor pluribus q̃ conueniat fructibus grauida nimia vbertate luxuriat
is profecto multis paſſim doloribus,multis item voluptatibus in libidinibus ipſis earumq; foetibus
fructibuſq; affectus,per omnem ferme vitam ob ingentes voluptates doloreſq; inſanit:ac furit:cũq;
huius animus propter corpus æger ſit,atq; inſipiens,vulgo tamen non æger,ſed pro voluntate ſua
vt libet affectus falſo putatur.Veritas aũt ſic habet.Nempe venereorum intemperantia maxima ex
parte propter generis vnius habitum per oſſium raritatem in corpore lubricum madidumq;,ani-
mi infirmitas eſt.Ac ferme omnis voluptatum incontinentia,quę perinde ac ſi ſponte improbi ſimus
vituperari ſolet:non recte ita vituperatur.Nemo enim ſponte malus:ſed propter prauum quendam
corporis habitum rudemq; educationem,malus omĩs fit malus.Omnibus autem aduerſa inimicaq;
hęc ſunt,& mala noxiaq; contingunt.Rurſus dolore afflictus animus ſimiliter propter corpus in pra
uitatem plurimam incidit.Acris enim & infeſta pituita:amari item felleiq; humores,quando ob
errantes per corpus non exhalant,ſed per viſcera reuoluti vaporem ſuum penetralibus animę ipſius
infundũt,languores animæ varios & magis & minus,tum plures,tum pauciores efficiunt.Perferun
tur ſane ad tres animæ ſedes humores vaporeſq; huiuſmodi:ac pro loci diuerſitate vnuſquiſq; vari-
as ſpecies generat,difficultatis,atq; moleſtiæ:audaciæ rurſus timiditatiſq;:obliuionis præterea,atq;
hebetudinis.Sæpe etiam ad prauum hunc corporaturæ,& affectionis habitum accedunt mores ciui
tatis iniqui,ſermoneſq; & priuati & publici non parum omnino noxii:nec vllæ doctrinæ ad tantorũ
malorum remedia a tenera ætate diſcuntur.Atq; ita quicunq; noſtrum praui ſunt,duabus ex cauſis
præter voluntatem maxime cõtingentibus,praui fiunt.huiuſmodi quidem malorum cauſę ſerẽtib9
potius q̃ ſatis,educãtibus q̃ educatis attribuẽdæ.Conãdum tñ pro viribus,educationis,ſtudiorum,
doctrinarũ,diligentia improbitatẽ reiicere,aſſequi pbitatẽ.Sed horũ qdẽ tractatio alio cõſtat differen
di modo.Nunc iam conuerſo quo cultu quibuſve cauſis corporis animiq; ſalutem adipiſcamur,de-
cet exponere.Iuſtius enĩ eſt de bonis q̃ de malis verba facere.Omne bonum pulchrũ.pulchrũ vero ſi-
ne menſura & moderatione eſſe non poteſt.Ideoq; aĩal qđ tale futurũ eſt,cõuenienti mẽſura moderatũ

Diarrhoea & dyſenteria.

De febribus.

Voluptates & dolores vehe-mẽtes morbi aĩę grauiſſimi

Nemo ſponte malus:ſed a malo malus.

eſſe oportet. Ex eorum autem numero quę cōmenſurata moderataq́ dicũtur: exigua quędam perſentimus & iudicamus: pręcipua vero & maxima ignoramus. Porro ad bonã & malã valitudinẽ, ad virtutes & vitia nulla moderatio vel immoderatio maioris momenti q̃ animę ad ipſm corpus eſſe videt. Horũ nihil conſideramus: neq́ animaduertimus, ꝙ quãdo robuſtam magnãq́ animã imbecillior inferiorq́ vehit ſpecies, vel quãdo contra iſta iunguntur, totum ipſum animal pulchrũ eſſe nõ poteſt. maxima enim menſura & moderatione caret. Qđ autem contra affectum eſt, ſpectaculorũ omniũ ei qui id valeat intueri, pulcherrimũ amabiliſſimũq́ apparet. Corpus quidẽ qđ grãdioribus vel inęqualibus cruribus, aut quouis alio modum excedente mẽbro ſecum ipſo diſſentit, & deforme eſt, & in ferendis laboribus contorquetur, vacillat, laſſatur, & concidit, innumerabiliũq́ malorum ſibi cauſam prębet. Idem quoq́ iudicandũ de eo ex anima & corpore compoſito, qđ animal appellamus. Quando enim anima corpore admodũ potentior eſt, exultat in eo atq́ effertur, totum ipſum intrinſecus quatiens languoribus implet. Quando etiam ad diſcendum inueſtigandũq́ collectis in vnum viribus vehemẽter incumbit, liquefacit protinus corpus & labefactat. Deniq́ cum ad docendũ diſſerendumq́ priuatim & publice ambitioſa quadã cõcertatione contẽdit, inflãmat corpus atq́ reſoluit. Nõnunq̃ etiam deſtillationes fluxuſq́ cõmouens medicorum plurimos decipit: cogitq́ illos contrarias cauſas iudicare. Rurſus quando corpus grande & pigriori mole ſuperexcedens puſillę exiliq́ cogitationi animi copulatur, cum geminę ſint in homine ſecundũ naturã cupiditates, vna quidẽ per corpus alimentorum, altera vero per id qđ diuiniſſimũ nobis ineſt, prudentiæ, tunc ſane potentioris illius præualẽtes agitationes qđ ſuum eſt adaugent: qđ vero animi: hebes: indocile: obliuioſum reddũt: atq́ ita infirmitatẽ maximã videlicet imperitiã generãt. Vna demũ eſt ad vtrũq́ ſalus & conſeruatio: vt neq́ aĩam ſine corpore: neq́ corpus abſq́ aĩa moueam⁹: vt in mutua cõtentiõe exęquatis inuicẽ virib⁹ inſurgentia bonã totius valitudinẽ tueanť. Quapropter quicũq́ mathematicis doctrinis operam dat, aut cuiuis mẽtis indagationi vehemẽtius ſtudet, debet etiam motũ corporis adhibere, & in gymnaſtica exercitatione verſari. Ac rurſus qui ſumma corpus diligẽtia firmat & roborat, animę quoq́ viciſſim motus adiungere: muſica & omnibus philoſophię ſtudiis vſus: ſi modo quis iure bonus ſimul & pulcher ſit appellandus. Similiter quoq́ partes curare debemus totius ſpeciem imitati. Cum enim corpus ab ingredientib⁹ incẽdatur intus, frigidumve fiat, & iterum ab extremis aridum madidũve reddatur, & quæ deinceps haec ſequũtur perpetiatur, quando quis otium agens corpus motionibus his cõmittit, ſuperatum ab his diſſoluitur. At ſiquis in curando corpore illam imitetur naturã quã altricem vniuerſi vocauimus: ita vt nunq̃ torpere permittat, ſed moueat ſemper iugiq́ agitatiõe internis externiſq́ motibus ſecũdum naturam vbiq́ reſiſtat: & moderata quadam cõmotione oberrantes paſſiones corporis parteſq́ cognationis ratione ſeruata viciſſim in ordinem redigat & exornet, ſecundum ſermonẽ illum ſuperiorem quẽ de vniuerſo habuimus, nequaq̃ ſinet inimicũ inimico admotum prælia in corpore morboſq́ ciere, ſed efficiet potius vt amicum adhęrens amico ſanitatẽ corporis tueatur. Omniũ vero motuum optimus ille eſt, qui in ſemet ex ſeipſo ſit. Nam & mentis, & totius ipſius motioni cognatiſſimus eſt. Qui vero ab alio ſit, deterior. Deterrimus autẽ motus, quando iacens & quietem agens corpus, ab aliis ſecũdum partes mouetur. Quapropter purgationũ cõſtitutio nunq́ omniũ corporis, quæ exercitatione gymnaſtica ſit, ſaluberrima eſt. Proxime ad hãc accedit vectio facilis, ſiue naui, ſeu quouis alio vehiculo peragatur. Tertia cõmotionis ſpecies tunc demũ cum ſumma cogit neceſſitas, vtilis: aliter vero nullo modo ſanę mentis homini ſuſcipienda. Medicorum illa purgatio eſt: quę pharmacis, id eſt ſolutiuis medelis, fieri ſolet. Morbi enĩ niſi periculoſiſſimi ſint, pharmacis irritandi non ſunt. Omnis nãq́ morborum conſtitutio animalium naturæ quodãmodo ſimilis eſt. Sane animalium compoſitio ab ipſo generationis exordio certis temporum curriculis terminatur: idq́ & genus vniuerſum patitur: & animal vnũquodq́ ab ortu fatale viuendi ſpatium in ſeipſo exceptis neceſſariis paſſionibus, continet. Etenim trianguli ab ipſo initio ſingulorum vim poſſidẽtes vſq́ ad certum tempus ſufficienter ad vſum vitę cohęrent: vltra id vita nemini prorogatur. Idem quoq́ cõſtitutionis modus languoribus conuenit. Quos ſiquis citra fatalem temporis curſum pharmacis amputare contenderit, ex paruis ingentes, ex paucis multi euadere conſueuerunt. Quapropter diligentia victus corrigendi & gubernandi ſunt morbi: prout cuiq́ datur otium: neq́ difficile infeſtũq́ malum pharmacis inſtigandum. Ac de communi quidem animali & parte illius corporea, qua diligentia regenda & gubernanda ſint, vt ratio viuendi ſeruetur, ſatis ſit dictum. Ipſum vero qđ gubernaturum eſt multo magis ac prius ita pro viribus inſtruendum eſt, vt q̃optime atq́ pulcherrime ad regẽdum ſit præparatum. Exacta quidem huius rei diſcuſſio propriam ſibi & integram diſputationem exigeret. Quantũ vero forte ad id quo de agimus attinet, ſiquis per ſuperiorum veſtigia gradiatur, non abſurde ſic maxime procedendo ad cõmodum iſtorum finem perueniet. Sępe in ſuperioribus diximus tres eſſe animę ſpecies in nobis trifariam diſtributas: ſingulaſq́ ſuos motus ha

Remedium: neq́ animã ſine corpe: neq́ corp⁹ ſine aĩa mouẽdum.

Quis optim⁹ motuum.

De purgationibus.

Morborũ cõſtitutio naturę aĩalũ quodãmodo ſimilis

Diligentia victus corrigendi morbi.

bere,Ita nunc paucis concludamus,quęcunq; illatum torpet,& a ſuis motibus otium agit,imbecilliſ
ſimá neceſſario reddi:quæ vero agit aſſidue,robuſtiſſimá.Quapropter danda eſt opera,vt ſpecies ſin
gulę motus ſuos inter ſe moderatos conuenienti tenore conſeruent. De præſtátiſſima igitur animæ
noſtræ ſpecie ita eſt ſentiendum.Nempe hanc deus vt dęmonem noſtrum cuiq; tribuit:hanc in ſum-
ma corporis arce ſedem habere dicimus: atq; ad cæli cognationem a terra nos tollere:tanq̃ animalia
cæleſti potius q̃ terreno ſemine nata.Qđ quidem recte admodum dicitur.Vnde enim prim⁹ animæ
datus eſt ortus,inde diuina vis caput radicemq; & originem noſtram pendentem ſuſpendens,totum
dirigit corpus.In eo igitur qui concupiſcentię & ambitioſę iracundię affectibus explendis incumbit,
neceſſe eſt opiniões omnes mortales fieri: atq; eum q̃ maxime fieri poteſt mortalẽ prorſus euadere:cũ
mortalem naturam pro viribus auxerit. At eum qui totus diſcẽdę veritatis cupiditate flagrauerit,
atq; omnem eius operã præcipue in hoc vno impenderit,neceſſe eſt omnino ſi quidem veritatem at-
tingat,immortalia & diuina comprehendere: & quatenus humana natura immortalitatem aſſequí
poteſt,eatenus hũc penitus immortalem euadere: nulla videlicet immortalitatis parte dimiſſa. quin
etiam cum ſemper diuinum colat,ipſumq; familiarem dęmonem in ſe habeat ornatiſſimũ,præcipue
beatum fore.Cultura autem cuiuſq; omnino vna eſt:proprium cuiq; pabulum motũq; tribuere. Eí
vero qđ in nobis diuinũ eſt,motus cognati ſunt,vniuerſi ipſius cogitatiões atq; circuitus. Hos itaq;
ſecutum vnũquẽq; noſtrum oportet diſcurſiones illas noſtras in capite olim a prima generatiõe cor-
ruptas, per ipſam mundanę harmonię reuolutioniſq; intelligẽtiam ita corrigere,vt intellectę rei in-
telligentem vim ſecundum priſtinam naturam ſimilem reddat:per quã ſimilitudinẽ vitæ a deo opti
me nobis propoſitę,& in pręſenti tempore & in futuro finem adipiſcamur.Sed iam diſputatio illa de
vniuerſo vſq; ad generationem hominum nobis propoſita finem pene ſuum adepta videtur. Cæte-
rarum vero animãtium generationem quatenus dũtaxat neceſſitas poſtulat,paucis perſtringemus.
Sic enim modum in hac diſputatione tenere ſibi quiſq; videbitur. Verũ de his iam ita dicamus.Quí

De generatio ne fœminę. cunq; virorum iniuſti timidiq; vixerunt,quẽadmodum probabilis ratio nobis oſtendit,in generatio
ne ſecunda in fœminas ſunt conuerſi. Quo quidem tempore hanc ob cauſam dii coitus amorem ma
chinati ſunt. Igitur in viris vnum quiddam,in fœminis alterum vitæ & animæ compos ita compo-

Potus curſus & tranſitus. ſuerunt.Ipſum potus diſcurſum,quo per pulmones ſub renes in veſicam defluens & ſpiritui mixtus
eliſuſq; depromitur,dii in fiſtulę modum in compactam medullam a capite per ceruicem & ſpinam

De ſpermate. deriuauerunt.qđ quidem ſperma id eſt ſemen in ſuperioribus nũcupauimus.hoc autem vtpote ani-

Generãdi cupiditas. matum ac reſpirans,qua parte ſpirat,per eandẽ vitale effluendi deſiderium gignit: atq; ita generan-
di amorem nobis inſeruit.Quocirca pudendorum naturæ in viris inſita vis,inobediens atq; imperi-
oſa,& quaſi animal non exaudiens rationem furioſarum libidinum violentia ſubiicere ſibi cuncta co
natur. Vulua quoq; matrixq; in fœminis eadem ratione animal auidum generandi,quando procul
a fœtu per ętatis florem,aut vltra diutius detinetur,ægre fert moram ac plurimum indignatur:paſ
ſimq; per corpus oberrãs,meatus ſpirit⁹ intercludit,reſpirare nõ ſinit,extremis vexat anguſtiis,mor
bis deniq; omnibus premit:quouſq; vtrorũq; cupido amorq; quaſi ex arboribus fœtum fructumve
producunt:ipſum deinde decerpunt,& in matricẽ velut agrum inſpargunt:hinc animalia primũ ta
lia,vt nec propter paruitatem videantur,necdum appareant formata,concipiunt:mox quę cõflaue-
rant,explicant:ingentia intus enutriunt:demum educunt in lucem:animaliũq; generationem perfi

De generatio ne Auium. ciunt.Mulieres hũc in modum & fœminæ omnes ſunt genitę. Auium autem genus ex noſtro ita eſt
apte formatum vt pro pilis pennas acciperet.In hoc illi homines tranſeunt,qui ſimplices & innocen-
tes cum ſint,leues tamen ſunt,& fruſtra in rebus ſublimibus curioſi: quive adeo fatui ſunt,vt oculo

De generatio ne ferarum. rum iudicio confiſi,hoc altiſſima quæq; firmiter demonſtrari poſſe non dubitent.Greſſibilium vero
ferarum genus ex his natum hominibus qui a philoſophia penitus alieni ad cæleſtia nunq̃ oculos ere
xerunt:ex eo ꝙ volutionibus illis quæ in capite peragi ſolet vſi nunq̃ ſunt, ſed illas animæ partes ſe-
cuti quæ in ventre & pectore dominantur.Ex his vtiq; ſtudiis anteriora membra & capita ob ipſam
cognitionem humi penitus defixerunt:in longum productũ ac diuerſum corporis verticem tenue-
re:quandoquidem ibi propter deſidiam ſingulorum colliſi ſunt & confracti circuitus: & ideo ꝙ qua
tuor pedum ac etiam plurium eſt inſtituta figura:vt inſipiẽtioribus deus maiorẽ ex pedibus multis
atq; progreſſu occaſionem præſtet:per quã magis etiam deflectantur ad terram.Eos autem qui horũ
inſipientiſſimi erant,corpuſq; in terram penitus proſternebãt, quaſi nihil vltra pedibus opus foret,

De generatio ne aquatiliũ. in corpora carentia pedibus & humi ſerpentia permutarunt.Quartum genus aquaticum eſt,ex illis
natum qui ſtolidiſſimi & imperitiſſimi fuerant: quos noſtri illi tranſformatores pura reſpiratione di
gnos icciroo non iudicauerunt,quia propter extremæ tranſgreſſionis iniquitatem animã impuriſſi-
mã prorſus habebant.Ideo ex tenui ac pura aeris illa reſpiratione,in aquæ reſpirationem profundam
turbi,damq; merſerunt. Vnde piſcium & oſtrearum ac deniq; aquatilium omnium orta eſt multitu

do:in qua certe mutatione illi ex ſedium extremarum habitatione inſcitiæ quoq; extremę dant pœnas.Hunc in modum & olim & nunc in ſe inuicem animalia migrant:dum mentis & demētiæ iactura vel adeptione mutātur.Iam igitur noſtra hęc de vniuerſo diſputatio finem habeat.Mortalia enim & immortalia viuentia mundus hic ſortitus,atq; inde completus,ita deniq; factus eſt viſibile viſibilia comprehēdens animal,intelligibilis dei imago,ſenſibilis,maximus,interminatus,pulcherrimus,perfectiſſimus,cęlum vnum hoc atq; vnigenitum.

TIMAEI FINIS.

Argumentum Marſilii Ficini in Critiam,vel Athlanticum.

PLato noſter officioſiſſimus patrię ſuę filius laudauit eam in Menexeno ex rebus cōtra orientales,laudat rurſus in Critia ex rebus contra occidentales ſtrenue geſtis: Atq; vtrobiq; cōmendat ex multis,tum dei,tum naturę artiſq; muneribꝰ:ſimulq; cōmonefacit omnes ne patrię ſint ingrati:ac dum virtutem Atticam tam oriētem q̃ occidentem plagam ſuperaſſe cōmemorat: interea docet & omnia domari virtute:& viros virtute pręditos,tum in occidentibus,id eſt rebus aduerſis,tū in orientibus,hoc eſt ſecundis recte feliciterq; ſe gerere. Nec iniuria poſt Timęum de mundi generatione,legi vult Critiam de antiquitate mundi. Videtur autē neq; huic hiſtorię finem impoſuiſſe: neq; ſequētem hiſtoriam ſub Hermocratis titulo promiſſam compoſuiſſe.Hanc autem non fictam quidem,ſed veram hiſtoriam extitiſſe,conſtat: Primo quidem,quia vbicunq; fingit aliquid,ſolet fabulam nominare.Hic vero tanq̃ hiſtoriam audet aſſeuerare.Deinde idem omnino aſſerit in Timęo: appellās rem miram quidem,ſed omnino veram.Et a quibus accepta ſit diligenter vtrobiq; recenſet:ſcilicet a maioribus ſuis atq; gentilibus. Critias enim hic ab auo Critia : ille vero a Solone patruo ſuo:qui literis quoq; mandauit:Solo ab Aegyptiis ſacerdotibus.Praeterea Proculus Marcelli cuiuſdā de rebus Aethiopum adducit hiſtorias:in quibus hęc manifeſtiſſime confirmantur Aethiopum rebus geſtis inſerta.Et ſi Platonicorum nullus hiſtoriam negat. Porphyrius tamen & Proculus,& ante hos Origenes,allegoriam inſuper volunt phyſicam cōtinere.Quos equidem vereor ne ſi conentur ſingula allegorię ad vnguem accōmodare, ab ipſo Platone derideantur,in exordio Phędri curioſas nimiū in huiuſmodi rebus allegorias ſub perſona Socratis irridēte. Verum ne anagogicum ſenſum,quo prorſus neglecto nemo ſit Platonicus,omnino negligere videamur: Pallas quidem ſit numē intellectuali vitæ praeſidens:Neptunus vero numē fouens generationē atq; gubernans. Athenienſes figurę ſint animarum intellectu ſolo viuentium, numinumq; ſimilium. Athlantici vero figuræ numinum generationi fauētium:animarūq; corporibus coniunctarum ad generationis officium totiuſq; ornatū.Conuenientiſſime vero ꝑ occidens,ꝑ mare,per inſulas,per varias locorum partitiones , ipſa generationis materia mobilitaſq; diuerſa ſignificatur. Bellū praeterea ſit ſtudioſa contentio:per quā ſuperiora numina,inferiora aſſidue in ſe conuertūt:& animas quaſi ferro & igni a materia motuq; ſegregāt.Proinde q; Neptunus ex muliere filios procreauerit : intellige vel ex terra generauiſſe,vel afflatu quodā ex priori viuendi forma in alteram formam regeneraſſe.Quinq; vero partus:quinq; ſunt formę corporum,quas in hoc materię mari perpetua agitatione componit: ſcilicet lapides,metalla,plantę,animalia partim ratione carentia,partim praedita ratione.Decem vero filii ſunt.quolibet enim partu gemini concreantur.Nempe in quouis compoſito elementalis coaleſcit virtus, ſimulq; virtus quędam cæleſtis infunditur,quā medici virtutem nominānt ſpecialem.Ex geminis autem quinq; partubus decem filii computantur. At quinq; zonæ ſiue ſpiræ arcem neptuneam circūdantes,quinq; ſunt ſphęrarum naturę,cæleſtis,ignea,aerea,aquea,terrea.Partim vero terrenas ait,partim aqueas,vt ſtatum in rebus ſignificaret & motum.Cōmunis vero per omnes meatus,mutuam inter ſe rerum ſignificat geniturā. Cōmemorat & metalla: vt per ſeptē metalla,ſeptem planetarū influxus intelligamus generationē omniū moderātes. Aurū quidē Soli:Argentū Lunę: Plumbū Saturno:Electrum Ioui: Ferrū & ęs Marti: Veneri orichalcum:Mercurio ſtannum Platonici tribuūt.Menſuræ vero earūq; numeri partim ex hiſtoria,partim ex architecturæ ratione ducantur. Nonnihil tum operis,tum eloquii gratię decoriq; attribuendū.Sed de allegoria ferme iam ſatis.Iam vero ſic libri huius myſteria confirmemus. Platonici deos quidem alios,vt eorum verbis vtar, ſupercæleſtes : alios vero cæleſtes : & alios ſubcæleſtes eſſe putant.Et primos quidem filios dei: ſequentes vero omnes deorum filios nominant. Rurſus in primis ampliſſimā prouidentiam: in ſecundis minus amplam:in tertiis ad anguſtiora redactam collocant: vtpote qui iam certis terræ plagis rerūq; generibus diuina diſtributione praeſint, quēadmodū & cæleſtes alii,aliis cęli partibus ſtelliſq; praeponūtur.Hi ergo ſubcæleſtes dii certo quo-

Metalla planetis dicata.

dam ordine, alii gentes alias gubernandas ab initio ſuſceperunt. Ab initio inquam vel geniti mundi vel generis humani regeniti. Siquidem poſt ingentes terreni orbis illuuiones, Plato homines arbitratur eiuſmodi deorum opera ex ipſa terra veluti matre diuinitꝰ generari. Poſſe enim illos gignere per ideam videlicet humanam quaſi ſemen. Poſſe & terram parere, nouo abūdanteq; humore perfuſam, & accedente calore fœcundā: ſiue poſt aquarū colluuiones ſequantur tepidi ſoles: ſiue poſt vaſta quędam incendia pluuiæ vberius affluant. Homines vero a diis e terra progenitos, heroes nominant, qui a parentibus occulta quadam mentis ad mētem perſuaſione recti ab initio multa per ſæcula fuerint. Quoniam vero longo temporum tractu tam diuina virtus ingeniis inſita, q̃ terræ fœcunditas minuitur paulatim: vnde & animi diuinitatis omnino expertes, & corpora antiquę fœcunditatis vacua prorſus euaderent: deus iterum terram, vel diluit, vel incendit: genuſq; noſtrum in antiquam reſtituit dignitatem: cæleſtibus videlicet motionibus ſic a motore contemperatis, vt cæleſte fatum ſemper cum prouidentia diuina concurrat. Profecto quēadmodum medici de quolibet humano corpore ita Platonici de toto genere iudicant. Medici enim aiunt, vitam in naturali quodam humore, & tanto & tali conſiſtere: poſſeq; perpetuo protogari, ſi modo & quantus ille inſtauretur & qualis: nō prorogari vero, vbi non talis refluit, qualis effluxerat: etſi tantus. Perinde ac ſiquis ex dolio vini pleno impleret quotidie pateram: ſtatimq; dolio, aquę tantūdem infunderet. Sic enim continue æqualis in dolio eſſet humor: ſed non ſimilis, diſſimiliorq; quotidie: donec tandem ex mero iam non aqueum vinum tantum, ſed aqua prorſus euaſerit. Similiter Platonici diuinam fœcundamq; qualitatem & ingenio a diis humano, & corpori a cęlo quondam infuſam, paulatim putant in qualitatem humanam verti, humano hoc ſubiecto eam naturaliter ita trahēte: donec ſenſim ad ferinam vſq; degeneret. Sed degenerationem tantam non poſſe a deo rerum ordinatore perpetuo tolerari. Q; autem Plato deos diuerſas ſortes fuiſſe nactos & hic & alibi ſæpe ait, intellige illos vni ſummo ſortes diſtribuēti parere: atq; neceſſario aſſignatam prouinciam gubernare. Sed neceſſitatem in diuinis eſſe penitus voluntariam. Siquidem apud eos vna eſt patris ſummi filiorumq; voluntas. Atqui ſicut elementorum partes ea neceſſitate ad loca propria perferunť, quæ & voluntas futura eſt, ſi modo cognouerit: ſic apud ſuperos ipſa gubernationis aſſignatæ naturaliſq; effectæ neceſſitas idem eſt atq; voluntas. Praeterea ꝙ & hic & in Timæo & Menexeno Atticam regionem eſſe ingeniis inquit in primis accōmodatam, meminiſſe oportet in rationibus hac de re aſſignandis inter ſe Platonicos diſſidere. Panętius enim tēperiem aeris īter æſtū atq; gelu cauſam arbitrať. Idq; ex ipſis Platonis verbis in quīto Legū, & Epinomide probat. Panętiū Longinus arguit: quia regio illa ſæpe gelu atq; æſtu pulſetur: aſſignatq; in cauſa qualitatem loci cōmixtam ex multis atq; occultam. Quem reprobat Porphyrius ꝙ propriam ingenii cauſam eſſe putet corpoream. Origenes in cōmentariis in Timęum cęleſtes aſpectus influxuſq; aſſignat, id ipſum ex octauo de Republica afferēs: vbi dicitur, cæleſtes quoſdam circuitus eſſe cauſas fertilitatis ac ſterilitatis, tum corporum, tum etiam animarū. At Origenem Proculus ibidem ait veram quidem ex parte cauſam aſſignaſſe: ſed nondū integram perfeciſſe. Ipſe vero vna cum Porphyrio rem altius repetens ait: Intellectum opificem mundi intellectualē eſſe mundum, ideoq; quaſi multiplicem. Animā vero mundi eſſe animalem rationalemq; mundum magiſq; multiplicem. Atq; proxime adeſſe vniuerſo mundi ſpatio continuo prorſus atq; immobili ex materia prima & dimenſione conſtanti. Rurſus in ipſo ſpatio ante omnes quæ generandę ſunt formas, animam ex rationibus ſuis ideas ſequentibus, alibi alias vires imprimere, quaſi animæ mentis plenæ veſtigia: ac peculiaria quædam receptacula formas alibi alias familiariter ſuſceptura. Tum deos varios varias ſortitos prouincias: eiuſmodi hoſpitia illuſtrare, alia quidem alios, atq; formare. Animas ergo rationales, poſtq̃ elementalem vitam, propriamq; elegerint, ſi forte reuolutione cæleſti ad ea loca præ cęteris dirigantur, quæ electæ iam viuendi formæ potiſſime congruant, vitæ ipſius officium prorſus implere. Itaq; quādo ad martiam vel apollineam vergentes vitam, mox plagam a Marte vel Apolline illuſtratam naniſcuntur, perfecte vel fortitudinis, vel vaticinii opus abſoluere. Quæ vero philoſophicam vitam elegerint, ſi regionem afflatam Pallade, ſapientia magnanimitateq; ſimul excellere. Itaq; hic & in Timęo inquit Atticam regionem rectam a Pallade ſapientiæ atq; militiæ conuenire: & in quinto Legum ait inſpirationem localium deorum atq; dęmonum circa loca, maximi ad ingenia & mores eſſe momenti. Requirit vero nonnullam aeris temperantiam: non vt cauſam: ſed ne cauſæ ipſius opus impediatur. Quāobrem loci huius diuerſitas non tam efficit diuerſitatem ingenii apud Platonicos, q̃ ſuſcipit & declarat. Tria enim eſſe putant ad id potiora elementali loco: ſcilicet tum animę ipſius affectionem ſiue naturalem, ſiue electam, tum inſpirationem numinum propriorum: tum cęleſtes influxus: poſſe vero id impediri, vel elementali mixtione, vel planetarum noua coniunctione, vel ab ipſis hominibus illata calamitate: & quæ bona deſuper infunduntur, inferiorū obſtaculo reddi non bona. Qua de re in legibus diſputauimꝰ. Sed de his iam ſatis. Ex omnibus autē huius libri myſteriis collige vna

cum prouidentia concurrere humani arbitrii libertatem. Collige & ſententiam moſaico myſterio ſimilem: homines quondam q̃diu in eis diuina quędam gratia iuſtitiaq; innata vigebat: beatos in quo dam, vt aiunt, delitiarum paradiſo vixiſſe. Poſtq̃ vero per intemperantiā & ſuperbiam gratia illa euanuit, in ſcelera ſimul & calamitates grauiſſimas incidiſſe. Deum autem aquarum diluuio peccata hominum diluiſſe. Q̄d vero huic hiſtorię deeſt, poteſt ſummatim ex Timaei prooemio reſarciri. Eſt autem hiſtoria de rebus geſtis ante diluuium. Poſt vero diluuium narraturus, vt arbitror, erat Hermocrates. Neq; te turbabunt nouem illa annorum milia, ſi Eudoxum audiueris dicentem annos illos Aegyptiorum nō ſolares fuiſſe, ſed lunares. Vltima tandem huius libri ſententia docet, Iouem, id eſt deum architectum mundi e ſua ſede, id eſt ex ſuiipſius intuitu remotiſſima quaeq; minimaq; proſpicere: atq; ad eandem ſedem, id eſt diuinam contemplationem deos omnes ſubditos ſibi conuertere: vnde inſtructi inferiora gubernent. Neq; viciſſim duo haec illos agere: immo vero aſſidue contemplando diuina, per illa ſimul temporalia diſpenſare. Hanc ipſam ſedem ideo medium mundi appellat thronum: quia & inde tanq̃ a centro effluunt omnia, & illuc refluunt: & illinc facile cuncta circūſpiciuntur atq; reuoluuntur.

CRITIAS PLATONIS VEL ATHLANTICVS.

TIMAEVS. CRITIAS. SOCRATES. HERMOCRATES.

TIM. QVAM Grata lōgum poſt iter defeſſo requies o Socrates, tam mihi poſt longas diſputationis ambages, dulce ſilentium. Hunc autē ſcilicet mundum re quidem ipſa iādiu, ſermone vero nuper deum effectum, obſecro, vt ſiquid decenter dictum eſt, ſeruet ipſe nobis atq; cuſtodiat. Si autem indecens quicq̃ in ſuperioribus non ſponte protulimus, meritas a nobis exigat poenas. Debita vero eius qui per ignorantiam negligentiamve aberrauit, poena eſt, vt ſciens efficiatur & diligens. Quāobrem vt poſt hac rectius de deorum generatione loquamur, medicinā nobis a deo medicinarum omnium perfectiſſimā ſaluberrimāq; dari ſcientiam exoptamus. Actis deniq; votis ſequētem diſputationem Critię vt inter nos conuenerat, iam concedimus. CRI. Accipio equidem o Timęe: & quā tu ſupra veniam petiſti tanq̃ de rebus magnis diſputaturus, eandem ego nunc peto. Immo vero maiorem quoq; veniam in iis quae reſtant tribuendam exiſtimo: q̃q̃ ſcio procacem quodāmodo ruſticamq; petitionē hanc meam videri poſſe. Dicēdum tamen. Q; quidem non recte abs te ſuperiora dicta ſint, nemo ſanę mentis obiecerit: q; autem quae reſtāt dicenda, vtpote difficiliora, maiorem exigant indulgentiam conabor oſtendere. Facilius enim eſt, vt qui de diis diſſerit, ſatiſfacere hominib[9] videatur, q̃ qui mortalium retexit hiſtoriā. Imperitia nāq; & ignoratio audientium licentiam plurimā ad ea quae ignoranda, pręſtare dicentibus conſueuit. Quomodo vero ſimus circa deos effecti, non ignoramus. Vt autem q̄d ſentio planius vobis aperiam, ſic attendite. Quęcunq; a nobis dicuntur, tanq̃ imitationem quādam ſimilitudiniſq; expreſſionem exiſtimare debemus. Neq; nos lateat quae in pictorū configuratione circa diuina humanave corpora vel facilitas ſit, vel difficultas ad hoc vt ſufficienter ea repreſentaſſe ſpectantibus videantur. Profecto cum terram pingūt & montes, flumina, ſyluas, caelumq; omne: quęve circa caelum conſiſtunt & quae vagantur, primū quidem ſatis putamus effectū: ſiquis illorum vel exiguam quandam referre poſſit imaginem: deinde vtpote talium prorſus ignari, neq; examinamus pictorum opera, neq; etiam redarguimus: ſed confuſa quadam adumbratione fallacique vtimur. Cum vero quis fingere aggreditur noſtrorum corporum ſimilitudinem, tūc propter familiarem ipſam rerum noſtrarum animaduerſionem acutius errata perſentimus, ſeueriq; & acres iudices exactoreſq; ſumus aduerſus eū qui non ſingula lineamenta coloreſq; expreſſerit. Idem quoq; in ſermonibus intueri licet. Nam ſatis agi putamus, ſi de caeleſtibus diuiniſq; rebus quicq̃, vel parū quod conueniens eſt afferatur. Mortalia vero humanaq; opera exacte nimium examinare ſolemus. Quāobrem ſi minus pro dignitate quę ſtatim ſunt dicenda, tractabimus, ignoſcere decet. Neq; enim facile, immo certe difficile mortalia ad opinionem imitatione ipſa exprimi poſſe putanda ſunt. Haec itaq; omnia dixi o Socrates, cupiens & vos admonere, & maiorem a vobis veniam ad ea quae reſtant, expetere. Vos autem ſi iuſta petere videor, vltro hanc veniam largiamini. SO. Nihil obſtat o Critia, quo minus tibi q̄d poſtulas tribuatur. Quinetiam Hermocrati hoc idem a nobis tertio detur. Conſtat enim hunc paulopoſt cum dicturus erit: eadem precaturum. Vt igitur aliter exordiatur, neq; ea

dem cogatur repetere,ſciat veniam ſibi eſſe tributam: & quaſi id conſtet,ad dicẽdum protinus accingatur. Prædico autem tibi o amice Critia theatri ſententiam, ꝙ poeta prior in eo mirifice eſt probatus.Quapropter plurima tibi venia opus erit ſi ea ſufficienter es comprehenſurus.HER. Idem mihi o Socrates qđ & huic nuncias.Cæterũ ſegnes puſillanimeſq; nunq̃ palmã conſecuti ſunt Critia.Sermonem igitur aggredi forti animo decet:ac Phœbo muſiſq; vocatis,antiquos ciues,excellẽtes viros, ſummis laudib⁹ illuſtrare.CRI. O amice Hermocrates cũ poſtera tibi dies aſſignata ſit,dicẽtem aliũ es ſecuturus:ideoq; confidis.Quale vero id ſit,ipſe tibi forſitan declarabit.Exhortanti itaq; tibi,& ad rem ipſam penitus inflãmanti parendum . Et vltra deos quos tu memorabas,alios inſuper inuocare decet: pręcipueq; Mnemoſynen,id eſt memoriam. Ferme nãq; maxima quęq; ſermonum noſtrorum in hac dea conſiſtunt.Nempe ſi ſufficienter meminerimus recenſuerimuſq; nunc vobis:quę quondã a ſacerdotibus tradita,a Solone huc aduecta fuerunt,videbimur theatro huic,vt arbitror,ſatis quæ conueniunt peregiſſe.Hoc itaq; iam agendum,neq; vltra cunctandum. Primũ autem commemoremus ꝙ ſumma erat annorum nouem milium ex quo bellum extitiſſe traditum eſt inter eos omnes qui vltra,& eos qui citra colũnas Herculis habitabãt:qđ in præſentia enarraturi ſumus. Horũ quidem dux fuit hæc ciuitas:bellumq; omne vt dicitur cõfecit:Illorum autem inſulę Athlanticę reges: quã inſulam Libya Aſiaq; maiorẽ fuiſſe quandoq; perhibuimus:poſtea vero cœnum ibi inuium ſubmerſa inſula ex terræ concuſſione relictum. qđ quidem hinc illuc altum in mare nauigantib⁹ obſtat, ne vltra enauigare liceat.Gentes quidẽ barbaras quę tunc erant,gręcaſq; generatim orationis ipſius progreſſus paſſim prout occaſio dabitur,enarrabit.Athenienſium autem qui tunc erant,aduerſariorumq; vires in primis reſpublicaſq;,& belli ordinem atq; ſucceſſum exponere decet.Horum vero ipſorum,noſtra primũ narrabimus.Dii quondam vniuerſum terrę orbem ſigillatim ſortiti ſunt,in regiones ſingulas diſtributum . Neq; partitionem hanc contentio fecit . Nam procul a ratione id eſſet ꝙ dii vel quæ vnicuiq; ipſorum conueniunt,ignorarent : vel cognoſcentes quæ potius aliis competunt,aliena iura viciſſim vſurpare contenderent.Cæterũ iudicii iuriſq; ſortibus ſua quiq; ad votum ſuſcipientes,curanteſq; amicorum ſingula,regiones habitandas diſpoſuerunt . Hoſq; veluti greges ipſorum,poſſeſſioneſq; & armenta nutriuere : hoc tamen excepto ꝙ corporibus corpora cogere noluerunt,quẽadmodũ plagis pecora iumentaq; paſtores.At vero tanq̃ docile & obediens animal quaſi ex puppe ratem agilem dirigentes,perſuaſione pro gubernaculis vtebantur,eaq; animã attingebant: & ad mentem ipſorum ita ducentes mortale genus omne gubernabãt.Et alii quidem dii aliorum locorum gubernationem ſortiti ea inſtituebant: Vulcanus autem Mineruaq; naturã habentes cõmunem:tum quia eodem ex patre ſunt:tum quia per ſapientiæ ſtudium perq; artium diligẽtiam ad eadem tendunt,ita cõmunem ſortem hanc nacti ſunt regionẽ,vtpote virtuti prudentięq; natura propriam atq; cõgruam : procreanteſq; in ea viros indigenas admodum generoſos,eorum mentibus reipublicę ordinem infuderunt.Quorum duntaxat nomina reſtiterũt . Opera vero propter eorum qui acceperunt interitum,& longa temporũ interualla,e memoria hominũ delata ſunt.Semper enim ſuperſtes hominum genus vt in ſuperioribus diximus,montiuagum atq; rude,cui potẽtum in regione virorum nomina ſolum audita. At præter hæc ex rebus geſtis exiguę quędam notę fuerũt.Quapropter filiis ſuis poſteri quodam amoris affectu nomina priſcorũ impoſuerunt : virtutũ legũq; ſuperiorum ignari.nihil enim de his habebãt pręter auditum:& hunc non ſatis certũ.Cum vero multa per ſęcula rebus ad victum neceſſariis indigerent:ipſiq; & filii mẽtem his adhiberent,quorũ penuria premebãtur,deq; his verba facerent,rerum antiquarũ memoriã neglexerunt.Confabulatio enim priſcarũq; rerum inueſtigatio in ciuitatibus cum otio ſimul oriri conſueuerũt,cum neceſſaria vitæ parata iam ſunt,prius vero nequaq̃.Atq; ita priſcorum nomina ſunt abſq; operibus reſeruata.Dico autem hæc ita coniectãs,quoniam inquit Solõ ſacerdotes illos in veteris belli narratione plurima inſeruiſſe nomina poſteris perſimilia,vt Cecropem:Erechtheum:Ericthonium: Eriſichthonem: aliaq; ex his quę ſupra Theſeum memorantur.Mulierum quoq; nomina ſimiliter,atq; opera eadem:deq; Palladis figuram & ſtatuam,ita vt belli ſtudia viris tunc eſſent mulieribuſq; cõmunia.Nempe ea tẽpeſtate armatam deam palam elatam extitiſſe,exemplũ daturam omnibus,ꝙ in ſingulis animalium gregibus,mas fœminaq; fortis eiuſdem,pro generis cuiuſq; virtute ita natura inſtituta ſunt,vt aggredi omnia cõmuniter valeant.Habitabant profecto tunc in hac regione alia genera ciuium:qui in artium operibus & agricultura verſabantur . Milites autem a diuinis viris principio ſegregati ſeorſum viuebant:habentes omnia tum ad alimenta,tum ad educationem conferentia.Quorum nullus proprium aliquid poſſidebat . Nam cõmunia inter ſe cuncta exiſtimabant. Vltra vero victus ipſius ſufficientiam nihil ab aliis ciuibus exigebant:exercebantq; ea omnia quæ heri de cuſtodibus quos deſcripſimus,expoſita ſunt. Quinetiam vere illud & probabiliter de regione noſtra eſt dictum: primũ quidem illis temporibus fines ſuos verſus Iſthmũ habuiſſe diſtinctos:quodq; vergebat in partẽ altera

rum continentis vſq; ad ſummũ Citheronem atq; Parnaethem. Qui fines ipſo deſcenſu ad dexterã Oropiam habuerint: ad ſiniſtram verſus mare Aſopum diſtinguentes. Virtute vero vniuerſam terram ab hac exuperatam fuiſſe traditur. Quapropter potuiſſe tunc regionem hanc, vniuerſum circa Garum exercitum alere. Argumẽtum plane virtutis eius euidẽtiſſimũ: quia qđ ex ea reliquum eſt, cum quauis alia hoc ipſo certare poteſt ꝙ & fert omnia, & fructus profert optimos, paſcuiſq; abũdat animali cuiq; accõmodatis. Tunc vero non modo ſpecioſa hæc omnia, ſed etiam vberrima producebant. Quanam ratiõne id ꝓbabile? Quiue indiciis has eſſe reliquias illius terrę coniectari poteſt? Omnis ab alia continenti in pelagus longe porrecta, extrema quodãmodo iacet. Quã altitudo maris proxima paſſim profunditate circundat. Cum itaq; multa ingentiaq; diluuia in annorũ nouem milium interuallo pręceſſerint, tot enim ex illo tẽpore ad præſens anni fluxere, tellus his tẽporibus colluuionibuſq; ex altis defluens, & tumulos ferme nullos, vt alibi ſolet, exaggerat: & ſemper circum decidens in profundum occulitur. Quapropter relicta ſunt quẽadmodum in anguſtis inſulis præſentia hæc ad illa quaſi corpore per morbum extenuato oſſa deterſa nudataq; terra molli quondã & pingui: ſolum vero tenue corpus atq; aridum reſtitit. Olim integra terra altiſſimos montium colles habebat. Et agri qui nunc Phellei nominãtur, ſolo pingui fertiles erant. Sylua in montiũ vertice frequens. Cuius nunc etiam coniecturę quædã apparent. Sunt enim montes nonnulli, qui ſolas nunc apes paſcũt: olim vero nec multo tamen anteacto tẽpore ingentes inde inciſę arbores operimentis & trabibus cõficiendis aptiſſimę: ex quibus ædium ampliſſimarũ confectę texturę adhuc extant. Erant & alię multæ arbores domeſticæ mites atq; procerę. Quinetiã paſcua pecorũ vberrima. Pręterea regio hęc quot annis, ab Ioue frugiferam pluuiam hauriebat. Neq; vt nũc per decliue pręruptũq; dilura ex terra in mare aquã fundebat: ſed hanc ex altis abũde abſorptam tenaci quadã concauitate recondens combibenſq; in viſcera demittebat. Vnde paſſim iuges fluuiorum fontiũq; liquores ſcaturiebant: quorum etiam nunc in veteribus fontibus ſacra quædã ſigna relicta conſpiciuntur. Quapropter in pręſentia de his vera narrantur. Atq; hæc erat regionis huius conditio. Excolebatur præterea tunc ab agricultoribus vt conſentaneũ eſt, & veris & ad eadem hęc intentis: ingenioſis profecto viris & honeſtorum admodum ſtudioſis: ſolum fertile nactis: aquam copioſiſſimã: temperiem aeris ſingulis anni tẽporibus ſaluberrimã. Vrbs autem eo tẽpore ſic inſtituta. Primo quidem arcis tunc alia q̃ nunc erat diſpoſitio. Hanc enim vnius noctis illuuio terra nudatam ipſam diluit, & terrę concuſſione colliſit: & ante illud tempore Deucalionis, exitium poſt tertiam inundationẽ factum ſimiliter traditur accidiſſe. Superiori vero tempore magnitudo eius vſq; ad Eridanum Iliſſumq; protenſa Pnycem intus & Lycabetum comprehendebat terminũ e regione Pnycis habens. Terrena erat omnis, paucíſq; exceptis plana ſuperne. Colebantur exteriora eius ſub tranſuerſis ipſius partibꝰ ab artificibus agricoliſq; qui proxime agros colebant. Superna milites ſoli prope Mineruæ Vulcaniq; templum inhabitabant, veluti ædis vnius viridarium vno ambitu circundati. Loca eius ad Boream verſa colebant, communes ędes habentes, atq; coenacula: quibus hieme cõmunia parabant conuiuia: & quęcunq; cõmuni ciuitatis vitæ conueniebant per domorum inſtitutionẽ tam in his q̃ in ſacris ſine auro & argento ſeruabant. Nulla ſiquidem in re vnq̃ his vtebantur. Verum medium inter ſuperbiam illiberalitatẽq; ſecuti honeſtas habitationes ſtruebãt, in quibus & ipſi conſeneſcentes & nati natorũ eas poſteris ſibi ſimilibus relinquebant. Hortis vero gymnaſiiſq; & coenaculis auſtrũ verſus expoſitis vtebantur æſtate. Erat fons vnus vbi nunc arcis eſt locus. Quo ob terrę motum exhauſto, riuuli circum exigui relicti ſunt. Tunc autẽ affatim omnibus humorẽ ſuggerebat irriguum. cuius erat ad æſtatem atq; hiemẽ tẽperies ſalutaris. Hac illi ratione loca hęc habitabant: ciuium quidem ſuorum cuſtodes, cæterorum vero græcorũ volentium duces, obſeruãtes in primis vt ſemp idem illorum eſſet numerus, virorum videlicet fœminarũq; iã in re bellica fortium: neq; minor erat vnq̃ viginti milibus numerus militũ. Cum igitur tales illi eſſent, ſemperq; ratione huiuſmodi patriã ſuã & vniuerſam gręciam iuſte diſponerent, per omnẽ Europam & Aſiam tã egregio corporis habitu q̃ innumeris animi dotibus omniũ qui tunc erant, probatiſſimi & clariſſimi habebãtur. Deinceps vero quales aduerſariorũ ab initio res eſſent, niſi forte quẽadmodum pueri audiuimus e memoria exciderũt, vobiſcum tanq̃ amicis cõmunicabimus. Sed anteq̃ referã, admonendi eſtis ne miremini ſi plurima barbarorũ nomina græce nunc audieritis. Id enim ex eo contigit, quia Solo cũ cogitaret illa carminibus ſuis inferere, vim ipſam eſt nominũ perſcrutatus: inuenitq; primos illos Aegyptios harũ rerum ſcriptores, in eorũ vocem ea nomina tranſtuliſſe. Quare & ipſe rurſus vniuſcuiuſq; nominis ſenſum accipiens, in vocem noſtrã conuertit. Atq; hęc ſcripta apud auum meũ erant, & nunc apud me ſunt: quæ a pueritia meditatꝰ ſum. Si ergo talia nũc audieritis nomina qualia apud nos ſunt, ne miremini. nã huius rei cauſam intelligitis. Prolixę autẽ orationis tunc exordium illud qđ & in ſuperioribus de deorũ ſortibus eſt inductũ. Partiti quidẽ ſunt vniuerſam terram: partim in ampliores portiones: partim anguſtiores: templaq;

& ſacra ſibi inſtituerit. Tunc ſane Neptunus inſulam ſortitus Athlanticam filios ex mortali formi-
na in tali quodã inſulę loco progenuit. Secus mare quidẽ plana inſula erat, ſed in media inſula plani-
ties erat: quę omniũ ſpecioſiſſima feraciſſimaq; dicit̃ extitiſſe. Prope planitiem rurſus in medio mons
erat breuis, ſtadiis quinquaginta diſtãs: hic vero ab aliquo eorũ qui a pricipio ex terra nati ſunt noĩe,
Euenor colebatur. Qui ex Leucippe vxore Clitonẽ vnicã filiã genuit. Parẽtibus vero mortuis & ma-
tura viro puella Neptunus eius deſiderio captus illi ſe miſcuit: circũſepſitq; collẽ quẽ habitabat ſpi-
ris aquę circũfluis terręq; zonis alterne, partim amplioribus, partim anguſtiorib⁹. Ex quib⁹ duo qui-
dẽ terræ, tres vero maris fuere circuitus, qui veluti torno deſcripti pari vndiq; interuallo inſulã per
mediam diſtabant: inacceſſibilẽq; hoĩbus collem ipſum reddebãt. Neq; enim tunc naues erãt: neq; na
uigãdi peritia. Ipſe vero vtpote deus facile mediã inſulã exornauit, humorẽq; duplicis aquę ex terræ
abditis per fontes exteriores iuſſit erũpere: partim ve calidum, partim frigidum ſcaturire: alimẽta itẽ
varia per terras & abundãtia pullulare. Quinq; præterea maſculoꝝ filiorũ geminos partus ꝓgenuit
& nutriuit. Atq; omnẽ Athlanticam inſulã decẽ in plagas partitus, primogenito maternã habitatio
nẽ & plagam quę circum erat tribuit, maximã profecto ſortẽ atq; potiſſimã: Regẽq; illum ſtatuit reli
quorũ: cæteros vero multarũ gentiũ regionũq; principes. Singulis impoſuit noĩa. Primogenitũ qui-
dem vocauit Athlantẽ, totius inſulę regem. Vnde & pelagus cognominat̃ Athlãticũ. Eum vero qui
gemino partu ſtatim poſt illũ eſt natus, patria voce Gadirum, quẽ gręce dicimus Eumelum. Qui ex
tremas inſulę partes ad colũnas Herculis eſt ſortitus: ſuoq; locũ nomine Gadiricũ nuncupauit. Secũ
di partus vnũ Ampherem, alterum Eudęmonẽ nominauit. Tertii, primũ natum Mneſeum, ſecundũ
Autochthonẽ. Quarti autẽ Elaſippum priorẽ, Meſtorẽ vero poſteriorẽ. Quĩti demũ, primũ Azaem,
Diaprepem vero ſecũdum. Hi oẽs poſteriq; ipſoꝝ multa ibi ſęcula habitarũt: aliis multis per mare in-
ſulis dominãtes: & Aegyptũ vſq; Tyrrheniãq; his qui citra habitãt, vt prędixim⁹. In maxia certe ve-
neratiõe vniuerſum Athlantis erat genus: ſempq; rex antiquior regnũ primogenito relinquebat, qđ
imperiũ multa per ſęcula cõſeruarũt. Tanta vero illis diuitiarũ copia, quãta nullis antea regũ ſuperio
rum fuerat, nec vllis vnq̃ poſterorũ facile cõparabit̃. Structa ordinataq; illis erãt in ciuitate totoq; re
gno omnia quoꝝ vſus expetitur. Multa quidẽ ad eos extrĩſecus ꝓpter imperiũ accedebãt: permulta
quoq; inſula ipſa ad ſufficientẽ vitę vſum ptinentia ꝓducebat. Primũ quidẽ omnia quęcũq; ex terræ
viſceribus eruũtur, & quę ſolida ꝑmanent, & quę fundũtur: quodve nũc nominatur ſolũ, tunc certe
plurimũ effodiebat̃ orichalcũ multis ex inſulę locis inſigne metallũ, tunc apud eos cæterorũ excepto
auro pretioſiſſimũ. Et quęcũq; ſylua producit ad fabrorũ artificiũ, ferebat abunde. Paſcua quinetiam
animãtibus tam feris q̃ domeſticis ſuggerebat. Elephantum præterea ingens ibi copia. Alebat nempe
ſufficienter, quæcũq; p paludes, lacus, & flumina, ſiue mõtes agrosve paſcũtur. Paſcebat quoq; vaſtũ
animaliũ gen⁹ & voraciſſimũ: ferebat & quęcũq; tellus nũc odorifera nutrit: radices: gramina: ligna:
liquẽtes ſuccos: flores ac fructus. Suauẽ præterea vitis humorẽ & ſolidũ alimentũ: quibus ipſi nutri-
mur. Illa item q̃bus pro cibo vtimur & obſonii gratia: quę legumina vocitamus. Necnon liquores ex
arboribus, atq; eſcas ad ſitim famẽq; extinguendã. Neq; deerãt his vnguẽta. Accedebant & delitiarũ
gratia fructus variarũ arborũ copioſiſſimi. Aderãt quoq; ſatietatis ſolatia bellaria, faſtidientibus re-
quiſita. Hęc oĩa inſula quę quondã extabat, ſacra, ſpecioſa, mirãda, vberrima ꝓducebat. Atq; hęc cola
ligẽtes ex terra, tẽpla, & regias ædes, port⁹, naualia, & vniuerſam regionẽ ſtruebãt. Profecto hoc pacto
ſpiras illas maris diſpoſuerũt, quę antiquã circũdabãt metropolim, hoc eſt matris coꝝ patriã ſedem.
Primo quidẽ conſtructis pontibus tranſitũ ad exteriora & ad ſedem regiã prębuere. Vbi in dei ipſius
maiorũq; ſuorũ ſedibus ſtatim ab initio regias ædes ędificarũt. Alterq; ab altero ornata ſuſcipientes
cõtinua ſucceſſione ſuperiores in exornãdo pro viribus ſuperabãt, quoad machinas magnitudine de
coreq; mirandas fabricauerũt. Foueam porro a mari ad extimũ circulũ deduxerunt, quæ tria iugera
in latitudinẽ ꝓtendebat̃, centũ pedes in altum, in longũ ſtadia quinquaginta. Atq; vt ex hoc mari ad
circulum illũ velut ad portũ applicare naues poſſent, effecerunt patefacto illius ore: vt naues ingen-
tiſſimas caperet. Zonas itẽ terrę, quibus ſpirę maris diſtinguebant̃, pontibus ſecuerũt: vt vna triremi
enauigare inter ſe inuicẽ poſſent: ſupra vero texerunt, vt ſubnauigare liceret. Terrenarũ nãq; zona-
rũ labra ꝓfunda, mare ſupereminebant. Maximus plane circuitus per quẽ inundabat mare, latitudine
ſtadia cõplebat tria: proximus huic orbis terrę ꝓrſus æqualis: ſequentiũ vero duorũ, humidus q̃dẽ or-
bis ſtadia duo: aridus autẽ humido pręcedenti rurſus ęqualis, ſtadiũ deniq; vnũ: qui ipſam inſulã in
medio poſitã circundabat: Inſulę vero in qua regia erat, diametrus, ſtadia quinq;: & hanc circum on-
beſq; & pontẽ latũ ad plectri mẽſurã hinc atq; inde muro quodã lapideo clauſerũt: turres portaſq; in
ſingulis ſup põtes ſcđm maris ꝑtranſitus fabricantes. Lapidẽ ſub inſula q̃ iacebat in medio, inciderũt
circũ: & ſub ipſis orbib⁹ intus pariter atq; extra: partim albũ: partim nigrũ: partim rubeũ. Nauiũ re
ceptacula duo moliti ſunt concaua geminaq; intrinſecus: quorũ fornices hac ipſa ſunt petra cõtextę.

In inſula quæ fuit vltra colũnas Herculis fuiſſe elephãtos.

ędificia vero ꝑtim ſimplicia,ꝑtim varia mixtis ex lapidibꝰ effecerũt,ipſa varietate ludũ delectatio-
nemq; ſecuti.Eius inſup muri q exteriorem orbem claudebat,ſupficiem omnem ęre tenui veſtierũt:
eius vero q interiorem,ſtãno:eius deniq; qui circundabat arcem, orichalco igneo furore coruſco.
Regia vero ipſa intra arcem,ita cõſtructa.In medio ſacrũ & inacceſſibile Clitonis Neptuniq; tem-
plũ:aureo ambitu circũdatum.Illuc a principio cõuenientes genuerũt decẽ regũ genꝰ.atq; ibidem
quotannis ex decem regionibꝰ cõgregati vnicuiq; illoꝝ ſacra ſolennia pagebãt.Erat Neptuni tem
plũ ſtadiũ vnũ lõgum:iugera latum tria:altũ vero quãtũ lõgitudo eiꝰ latitudoq; exigere videbanť.
figura eiꝰ ſpecieſq; barbarica.Faciem exteriorem ꝑter ſupma faſtigia argẽto omnem exornauerũt.
Nã culmina ipſa & apices,auro. Intus autẽ laq̃aria tota eburnea,auro,argento,orichalco varie cę-
lata ſuſpiciebanť.Verũ parietes:colũnas:pauimenta orichalco exornauerũt.Statuas quinetiam ex
auro erexerunt.Deũ q̃dem curru inſiſtentem:tenentemq; equoꝝ alatoꝝ habenas:laq̃aria alta cer-
uice tangentem.Circa hũc delphinis inſidentes Nereides centũ.Tot eñ eſſe tũc exiſtimabanť.Ade
rant & ſtatuę donariaq; cõplurima priuatoꝝ.Extrinſecus extabant imagines aureę mulierũ oĩm re
giarũ,virorũq; q̃cũq; ex regibꝰ decem deſcenderãt:multaq; & ingentia ſimulacra donariaq; alia re
gum & priuatoꝝ tũ ea ex vrbe tũ ex aliis eoꝝ imperio ſubditis. Aderat itẽ altare magnitudĩe & ar
tificio quo ad reliquũ apparatũ ſpectabat,decentibꝰ.Eadem rõne & regia tã amplitudini regni q̃ or
namentis ſacris cõuenientia . Vtebanť aũt fontibꝰ tã calidi liquoris q̃ frigidi:iugi humore exube-
rantibꝰ:q̃bus inerat ad vtrũq; vſum mirifica cũ iucũditate ſalubritas.Porro circa fontes habitatio-
nes cõſtructę erãt:& aquaticę arbores cõſitę: receptacula quoq; aq̃rũ circũpoſita,ꝑtim q̃dẽ ſub di
uo patẽtia:ꝑtim vero ſub tecto calidis lauacris hiberno tꝑe accõmodata: regia ſeorſũ,ſeorſũq; pri
uata: atq; alia mulieribꝰ:alia itẽ eq̃s:cęteriſve iumentis.Decens plane & cõferẽs vnicuiq; ſeruabať.
Defluũ vero irriguũq; humorẽ in Neptuni deduxere lucũ,ob fęcũditatẽ ſoli,arboribꝰ variis & al
titudine ſpecieq; mirandis refertũ.Atq; inde in exteriorẽ circuitũ ꝑ aquęductus iuxta pontes deri
uauerunt. Vbi tẽpla mlta delubraq; deoꝝ,viridaria,atq; gymnaſia:ꝑtim hoĩm:partim equoꝝ: ſeor
ſum in vtraq; orbiũ inſula. Sed circa mediã inſulã oĩm maximã ꝓcipuꝰ erat hippodromꝰ.i.curſus
equoꝝ.Cuius latitudo ſtadiũ,lõgitudo ꝑ oẽm circulũ porrigebať ad equeſtre certamen.Circa hip-
podromũ vtrinq; erãt ſtipatoꝝ cuſtodũq; diſpoſitę domus.Fidis q̃dem militibus intra ipſm angu-
ſtiorem circuitum arci q̃ ꝓximum,cõmiſſa cuſtodia:his aũt q cęteris fide pſtabãt,in arce ipſa circa
reges habitationes cõceſſę.Naualia ꝑterea triremibus,oĩbuſq; ad eas ꝑtinentibꝰ inſtrumentis refer
ta:ſingulaq; ſufficienter expoſita.Atq; hic erat regiarũ ędium apparatus. Trãſeunti vero tres por
tus exteriores apparebat murus a mari ĩcipiens valli inſtar,& ſtadiis q̃nquagĩta ab ampliſſimo cir-
culo ac portu vndiq; diſtans:q ad os foueę verſus mare in idẽ cõcludebať. Totum vero id colebať.
& reliquum q̃dem ſpatium multis & frequentibus ędificiis abundabat:ſinus aũt ipſe portuſq; la-
tiſſimus plenus erat nauibus,mercatoribuſq; vndiq; confluentibus. Vbi ob frequẽtem turbam die
nocteq; clamor cõtinuus ac ſtrepitus ingẽs ſentiebať.Atq; ita de vrbis & antiquę ſedis diſpoſitiõe
vt olim traditum eſt,in pręſentia iam retulimus.Deinceps vero cõmemorare conabimur q̃ natu-
ra quive cultus reliquę regionis extiterit.Principio locus omnis editus admodum:& a mari abſciſ
ſus memorabatur.Regio vero circa vrbem campeſtris omnis,ambiens q̃dem vrbem,& ambitu exte
riori cõphenſa.Montes eñ hanc ſecus mare claudebant:ipſa vero illuc vſq; ęqualis ac plana. & al-
tera q̃dem ex parte ad tria ſtadiorum milia ꝓtendebatur:ad medium vero a mari ſupne ſtadiorũ
milia duo.Situs autem inſulę ad Auſtrum vergebat,a ſeptentrione Boreę expoſitus. Montes eiꝰ
frequentia,altitudine,pulchritudine omnes q nunc extant,exuperabant.In eis vici complurimi ac-
colarum:atq; ditiſſimi.Neq; deerant amnes:lacus:prata:quibus animalia omnia tum fera tum do
meſtica abunde nutriebantur.Sylua item crebra ac varia ſingulis operibꝰ materiem affatim ſuppe
ditabat:atq; ita locus ille tam natura diſpoſitus,q̃ multorum regum diligentia opibuſq; longo tẽ
pore erat excultus.Quadrata regio fuit plurimum recte in longum vergens:ſed propter foueã cir
cum erutã recta amiſſa figura.Cuius profunditas,longitudo,& amplitudo incredibiles dictu . Im-
poſſibile nãq; videť tam vaſtũ opus cum aliis collatum operibꝰ manibꝰ hoĩm eſſe factum.Dicendũ
tñ q̃d audiuimus.Iugeris vnius erat ꝓfunditas: latitudo omnium ſtadium: cũq; eſſet circa omnẽ
agrum effoſſa,longitudo eius ſtadia decem milia.hęc ſane fluenta ex montibus demanantia ſuſci-
piebat:ꝑq; agros reuoluta ad vrbem hinc atq; illinc perueniens:hac tãdẽ erumpebat ĩ mare.De
ſuper aũt ab ipſa latę pedes centum foueę recteq; exciſę per agrum rurſus in foueam mari proxi-
mam demittebantur.Altera vero ab altera ſtadiis centum ſeiũgebatur.Deducebãt ex ſyluis ligna
in vrbem:& alia ſuis quęq; collecta tẽporibus duplicibus per foueas nauibus.fouearum enim tra-
ctus oblique ſeſe vſq; ad vrbem interſecabant.Geminos ex terra fructus ac fruges annis ſingulis
colligebant:hieme quidem Iouis beneficio pluuiis tellus madebat:ęſtate riuis ex aquęductibus ir

Equos cum Neptuni trahẽtes alatos fuiſſe.

hippodromus

rigabatur.Circa numerū vero viroꝝ in cāpeſtri regione ad rē militarē vtiliū hic erat ordo: vt ſuū
quæq; ducem ſors eligeret ꝓberetq;.Sortis aūt magnitudo decies ſtadia decē.Cunctarum vero ſor
tium,milia ſexaginta.Sed eoꝝ qui montes & alia loca colebāt,numerus infinitus:ꝑ loca vero & pa
gos in huiuſmodi ſortes ſcđm duces diſtributi erant cuncti.Igiť inſtitutū erat,ducē in bellum īfer
re ſextā currus bellicoſam partē,ad milia curruū decē: equos duos,& eqtes,rurſuſq; iugales equos
abſq; bigis.Vbi eēt & qui paruo clypeo munitus deſcenderet,& qui ambos habenis viciſſim regeret
equos.Armigeros itē duos:& ſagittarios & funditores vtroſq; duos:leuis armaturę milites:iacto
res lapidum:iaculatoreſq; tres vtroſq;.Nautas quatuor,ad ducētarū milium nauiū cōplementum.
Hac itaq; rōne in regia ciuitate erāt res bellicæ præparatę.Reliquarū vero nouē vrbiū apparatus
alibi alius erat:quarū rerū prolixior foret narratio.Magiſtratus aūt honoreſq; ſic erant a principio
inſtituti.Vnuſquiſq; decē regū iuriſdictione ſua in ꝓpria ciuitate hominibus plurimiſq; legib⁹ do
minabať:puniebatq; ꝑ arbitrio vnūquenq; ac morte dānabat.Imperium profecto & cōmunio inter
illos ſcđm Neptuni mādata dirigebanť:quēadmodum leges illis:& literę nunciabant a maioribus
in columna quadā ex orichalco circa mediū inſulę,in tēplo Neptuni ipſius inſcriptæ. Illi igiť quin
to quoq; anno interdū & ſexto alterne trāſacto cōgregabanť:tam pari q̄ impari ęquā ꝑtē diſtribu-
entes. Congregati vero de publicis rebus deliberabant:diligentiq; examine iudicantes,ſiqua in re
prævaricatus quis eſſet dānabant.Cum igiť foret iudiciū ineundum tali ſe fide inuicem aſtringe-
bant.Nam cū eſſent in tēplo Neptuni dimiſſi ſolutiq; tauri:ſeorſum ab aliis ipſi deoē vouebāt deo
gratā illi victimā ſe ſine ferro capturos.Vnde lignis & laqueis venabanť.Et quēcunq; ceperant tau-
rum,ad colūnam tractum,in eius vertice,vbi ſcriptis erat mandatū,ꝓtinus iugulabāt. Extabat aūt
in colūna ꝑter leges iuramentū execratioq; terribilia his qui nō parerēt imprecans.Quādo itaq; ſa
crificiis de more paratis,expiaturi iam crematuriq; erant ſingula tauri mēbra,ex impleto cratere
guttā ſanguinis per ſingulos diffundebant.Reliqua dabant igni:luſtrātes colūnā.His deniq; actis
phialis aureis haurientes ex cratere & ſuꝑ ignem libantes iureiurando interpoſito ꝓmittebāt iudi
caturos ſe ſcđm inſcriptas columnę leges,punituroſq; eos qui antea deliquiſſent. Pręterea literarū
illarū normā ſponte nunq̄ ſe tranſgreſſuros.Addebant neq; pręter patris ipſi⁹ leges vel imperatu-
ros ſe vnq̄,vel imperanti obedituros.Hæc vnuſquiſq; illoꝝ ſibiipſi poſteriſq; ꝓcatus,bibenſq; & of
ferens deo phialā,ad cœnā ſe & neceſſaria cōuertebat.Et aduentante nocte igneq; victimarū ferme
extincto,ſinguli cęleſtē colore & q̄ pulcherrimā induti veſtē, ac penes hoſtias ambuſtas humi ſedē-
tes,totūq; per noctē ignem in ſacris accenſum extinguentes,iudicabanť ſimul & iudicabant,ſiquis
eoꝝ quēpiā tanq̄ legum trāſgreſſorē accuſauiſſet.Poſtq̄ vero iudicauerāt dieſq; illuxerat,in aurea
tabula ſentētias inſculpētes,eas vna cū veſtibus monumēta futura poſteris,ſuſpēdebāt. Leges autē
& aliæ multæ circa ſacra,regū ꝓprię ſinguloꝝ:ſed hæ ꝓcipuę.Ne vnq̄ ſibi inter ſe bellum inferrēt:
immo ſuccurrerent oēs,ſiquis aliqua in ciuitate ipſorum genus regiū extirpare aggrederet. Tunc
demū cōiter quēadmodū ſuꝑiores deliberauiſſent,de bello deq; cæteris actionib⁹,imperii ius Athlā
tico generi tribuebant.Cædis aūt auctoritatē aduerſus aliquē cognatoꝝ,regi non concedebant,ni
ſi plures ex decē q̄ quinq; in eandē ſentētiam conueniſſent. Talem itaq; tantāq; potentiam q̄ in illis
tunc erat locis,deus certo quodā ordine ad hæc rurſus loca deduxit,tali quadā,vt ferť,occaſione.
Multa ſane per ſæcula,quoad natura illis diuina perſeuerauit,legibus obediebant: & erga diuinū
genus ipſis cognatū benigne affecti erant.Magnificę nāq; illoꝝ animis:& verę cogitationes inerāt.
Vnde & modeſtia vtebantur,prudētiaq;,& ad ea quæ accidebant & inuicem. Quocirca ſpernētes
præter virtutem omnia,paruifaciebant præſentia:neq; efferebantur: ſed tanq̄ onus quoddā exiſti
mabant,auri cæterorumq; copiam.Neq; velut ebrii gemino ex alimento facti in aliquo ꝑ incōtinē
tiam aberrabant:immo vero vtpote ſobrii acute cernebant hæc omnia communi ex amicitia vna
cum virtute incrementum ſuſcipere: hoꝝ vero ſtudio & admiratione,diſperdi hæc:& virtutē ami
citiamq; deficere.Quoad in eis mens talis,& natura diuina viguit,creuerunt q̄ ſupra narrauim⁹
omnia:poſtq̄ vero diuina ſors in eis longo abuſu crebriſq; mortalium rerum affectibus inquinata
euanuit,moſq; humanus præualuit,tunc primum quia non poſſent ferre præſentia,dedecori ſuc-
cubuerunt.Nam apud eos qui cernere poterant,turpiter affecti exiſtimabantur:cum pulcherrima
ex ꝓtioſiſſimis perdidiſſent.Qui autem rectam ad beatitudinem vitam inſpicere non valebant,tūc
eos ꝓclaros beatoſq; putabāt maxie,cū maxie iniqua plus habēdi cupiditate,& violētia replerētur.
Tunc ſane deus deorum Iupiter qui regit omnia legibus:quive poteſt hæc talia cernere: cum de-
prauati generoſam ſtirpem animaduerteret:homineſq; eos punire vellet,vt adepti temperantiam
modeſtiores concinnioreſq; euaderent: deos omnes in ſedem eorum honoratiſſimam conuocauit:
vnde tanq̄ ex medio mundi throno, quæcunq; generationi ſubiecta ſunt,conſpiciuntur. Vocatoq;
concilio ſic eſt exorſus.

Deeſt Finis Dialogi.

Argumentum Marſilii Ficini in Dialogum Primum De Legibus vel de Legũ latione ad Laurentium Medicem.

SAECVLVM Apud priſcos pene idẽ magnanime Laurẽti,tria potiſſimũ habuit
ſapiẽtiæ lumina,Pythagorã,Socratẽ,& Platonẽ.Cõptũ aũt habemus ſapientiã q
dẽ Pythagorę magis in cõtẽplãdo,Socratis vero ĩ agẽdo magis,Platonis deniq; ĩ
cõtẽplãdo pariter atq; agẽdo cõſiſtere.Preterea diſciplinã tã Pythagorę ſpecula
tiuam,ꝗ̃ Socratis moralẽ,a cõmuni hoĩm cõſuetudĩe videri remotiorẽ.Platonis
vero doctrinã ſpeculatiuã pariter & moralẽ,vbiq; ita diuinũ cũ humano cõtem-
perare,vt & cõi hoĩm cõſuetudini facile poſſit accõmodari:& ſimul hoĩes ad di-
uina ęternaq; cõuertere.Neq; verũ putãdũ eſt ꝓpterea Platonẽ a Pythagora & Socrate,quos qua-
ſi numina colit,eſſe diuerſum,ſed mixtũ potius:atq; vtriuſq; ingenii quaſi quẽdã,vt ita loquar,di
uini ad humanũ moderatorẽ:vt quodãmõ dici poſſit,ĩ illis qdẽ ingeniũ dũtaxat diuinum fuiſſe:in
Ariſtotele vero & cęteris poſt Platonẽ philoſophis hũanũ tñ:ſed in Platone diuinũ pariter & hũa
nũ.Quorſũ hæc?Vt meminerimus p̄ſentẽ legũ diſpoſitionẽ,quã ab ipſo Platone nõ ꝑ Pythagoricã
ꝑſonã,vl' Socraticã vt ſolet cętera:imo vero ꝑ ꝓpriã Platonis ipſiꝰ ꝑſonã nobis tradiť:nõ iniuria viã
quãdã inter diuĩa & hũana mediã obtinere:neq; nos ꝑ abdita & ĩuia q̃dã trahere:neq; tñ ad ĩferio-
ra deducere.Quãobrẽ decẽ illi de Repu.libri Pythagorici magis ſint atq; Socratici.Pręſentes vero
Leges magis Platonicę iudicenť.Illa reſpu.vouẽtis fuerit & optãtis:diſpoſitio p̄ñs ſit eligẽtis:vt q
in arduũ illud aſcẽdere nequeũt:ad hos ſaltẽ clemẽtiores colles nõ dedignentur accedere.Cõſidera
quãta diligẽtia humanę ſaluti noſter Plato ꝓſpiciat:q nõ ſolũ ꝑ ardua vult videri hoĩbꝰ admiran-
dus:verũetiã ꝑ decliuia q̃dã facilis & ꝓpitius eẽ oĩbus atq; ſalutaris.Hic ergo nõ coget hoĩes ſi no
luerint inter ſe facere cũcta cõia:ꝑmittet vt fieri ſolet ꝓpria ſingulos poſſidere.Neq; tñ cautiſſimꝰ
auriga noſter oĩno laxabit habenas.Nã p̄ter ſummã aliarũ diligẽtiã legũ,prudẽtiſſime ſanciet:ne
cui liceat vltra certũ & illũ qdẽ mediocrẽ terminũ cẽſus amplificare:ne aliis qdẽ copia nimia,aliis
obſit inopia:neue cogant̃,id qđ miſerabile eẽ putat,multi inter patrię ſuę vlnas eſſe mẽdici.Q; au
tẽ ꝑſona hic Platonis ſub ipſo Atheniẽſis hoſpitis noĩe,& id qdẽ modeſtię gra lateat:legẽti deinceps
ex multis ꝑſpicue apparebit:ex eo p̄cipue,ꝙ affirmabit ſe geminas tractauiſſe reſpu.Cõditurꝰ aũt
leges gręcis,iure a tribꝰ gręcarũ legũ optimis cõditoribꝰ leges accipit,Minoe,Lycurgo,Solone,adi
mens,addẽs,mutãs,inueniẽs:atq; ita optimam ex cũctis cõponit formã.& q̃uis ab initio conſtituat
ciuitatẽ & regulã gubernãdi,tñ legũ poſitionẽ noĩat potius ꝗ̃ rẽpu.Qm in ea ciuitate in qua poſ-
ſeſſiones ſunt ꝓprię ſingulorꝫ,ꝓpter varias cõtrouerſias,lites,iniurias,mltis opus eſt legibꝰ.In qbꝰ
cõſtituendis admirãdũ ſimul & clemẽtiſſimũ notabis diuini Platonis ingeniũ.excogitat enim inſi
gnis benignitate vir ſingulis legibꝰ p̄oemia q̃dã exhortatoria:qbus humaniſſime ciues adducti,li-
bẽter parere velint,ac ſpõte velut filii legũ illis obtẽperẽt,qbꝰ alii ſolẽt q̃ſi tyrãnis inuiti parere:ac
ꝓ viribꝰ vel fraude vel violẽtia earũ ĩperiũ ſubterfugere.Addit vero poſt mlta etiã minas:addit &
poenas:ꝓpter illos,q patriã ſuã,nõ matrẽ iudicãt,ſed nouercã.Deſcẽdemus iã ad primi Legũ dialo
gi ꝓpriũ argumẽtũ,ſi priꝰ oẽs admonuerimus:vt dialogũ Minoẽ,argumẽtũq; illiꝰ legãt,anteꝗ̃ ad
has leges accedãt.Accedãt inquã tanꝗ̃ & lectionibꝰ eas diligẽter obſeruaturi,& actionibꝰ penitꝰ ſer
naturi.Alioqn niſi his obediuerint,intelligãt ſe poſt tã exactã iuſtitiæ iniuſtitiæq; notitiã & mino
ri excuſatiõe & maiori crimine peccaturos.Atheniẽſis hoſpes.i.Plato ꝑfectus ĩ Cretã,ꝓpe Cnoſum
offendit Megillũ Lacedęmoniũ:& Cliniã Cretẽſẽ:quẽ vna cũ nouẽ aliis Cnoſii accerſiuerãt,vt co-
loniã ide deducerẽt:vrbẽ cõderẽt:eiq; leges darẽt.Hi ergo duo ad ſacrũ Iouis antrum cõſulturi de
hoc accedebãt:his factꝰ obuius Atheniẽſis hoſpes,qdnã acturi irẽt interrogauit.Illi leges excogita-
turos eẽ ſe r̃nderũt.Verũ cũ multa de legibꝰ interrogati ab hoſpite,q̃ſtionẽ haud ſatis abſoluerẽt,
& hoſpes illis ad leges aptiſſimus videreť:obſecrauerũt eũ,vt ad ciuitatẽ legibꝰ inſtituẽdã vna cũ
ipſis adiutor accederet.Obtẽperat ergo hoſpes:& añ oĩa pĩcipiũ a quo:& per qđ leges ad hoĩes ꝑ-
uenerũt,exponit,deũ.ſ.atq; ꝑſim.Deinde legũ ꝑquirit finẽ:docẽs eiuſmodi finẽ fore trãqllã aĩorum
ciuiliũ puritatẽ,veritatis cõtẽplationi quoad fieri põt ſufficientẽ.Tertio ad ipſam legũ formã mate
riãq; deſcẽdit.Leges aũt a deo hoĩbꝰ inſpirari,teſtis eſt oĩs antiqtas:teſtes & multi Platonis libri:te
ſtes & rõnes noſtrę ĩ multis dialogorꝫ argumẽtis adductę:atq; ĩ Theologia noſtra,vbi de religione
agiť,cõfirmatæ.Profecto ſi natura q̃ nihil aliud ẽ ꝗ̃ infimũ diuinę ꝓuidẽtię iſtrumẽtũ,atq; vbicũq;
ꝓuide videť ĩcedere,nõ ducit ipſa ſe ipſam,ſed ab ipa ꝓuidẽtia duciť,fines oĩm ordineſq; & in ſeip
ſa p̄ſcribẽte:& naturę ꝑut vult ĩſcribẽte:ſi ĩquã natura talis neq; abũdat ſupfluis,neq; in rebus de-
ficit neceſſariis,certe diuina ꝓuidẽtia in rebꝰ neceſſariis nunꝗ̃ deficit.Neceſſaria vero eſt hoĩm gñi
aliter nõ potẽti viuere cõgregatio mutua.Neceſſaria quoq; lex cõgregatiõi ſilr̃ ꝓcul a lege ſubi
to pitur ę.Neceſſaria rurſum legibꝰ diuĩa eſt auctoritas,ne vel negligẽtia obſoleſcant,vel fraude &

violentia cõſtringant. Neceſſaria tãdẽ cõparãdę auctoritati diuinę, tũ ſanctimonia vitę, tũ poena ſu p humanas vires oib⁹ admirãda. Quãobrẽ ꝓuidẽtia dei q̃ ſingulis elemẽtoꝝ, plãtarũ, brutoꝝ, mẽbroꝝ ſpecieb⁹ & vſibus neceſſaria pſpicit: multo diligẽti⁹ pfectiſſimę aialiũ ſpeciei colẽti diuinitatẽ, in ſanciendis legib⁹ apprime ſaluti hoim neceſſariis deeſſe nõ debet. Adde q̃ neq; põt princeps vllus vaſtã ciuitatis nauẽ quolibet momẽto ꝓcellis & periculis innumeris agitatã, abſq; cęleſti flamine ad portũ vſq; ꝑducere. Ergo de⁹ tũ occultis inſpirationib⁹ aiorũ, tũ miraculis manifeſtis, quotiẽs neceſſitas exigit, & reuelat myſteria legum, & ſancit palã atq; promulgat. Propterea exordiũ Plato legũ adeo iuſtis felicibuſq; inchoat auſpiciis: deũ non ab re ter ſtatim in principio nomĩnãs. Tres eñ hic diſputant fundatores legũ, ſinguliq; diuino indigẽt patrocinio. Tres quoq; imitãtur auctores legũ, Minoẽ & Lycurgũ atq; Solonẽ. Qui & leges in tria numina retulerũt Iouẽ & Apollinẽ & Mineruã. Neq; id qdẽ iniuria. Sol eñ planetarũ dñs potentiã, Iupiter clementiã, Minerua ſapientiã cõtinet. Quae quidẽ tria totã legis naturã perfectionẽq; cõplectunt. Quid eñ aliud eſſe dicimus legẽ, ꝑter rõnalẽ quãdã regulã certo quodã ordine ad bonũ ſubditos ꝑducẽtẽ? Vt aũt ratio & regula & ordo inſit, neceſſaria oĩo ſapientia eſt. Pręterea vt ꝑducat ad finẽ atq; ſeruet, in primis potẽtia efficit: deniq; vt ad bonũ id ẽ vt ad cuiuſq; cõmodũ, & cõmode benigneq; cõducat, magnopere clemẽtia ꝓuidet. Tria itaq; apud priſcos numina diuinã referẽtia trinitatẽ, legibus neceſſario cõſulũt. Atq; icciroo tres ſimiles dotes in principe ad ferẽdas leges neceſſarię iudicant. At qm̃ perfectas inuicẽ has oportet cõcurrere ad pfectas leges cõſtituẽdas: id vero humana facultas pſtare non põt: nimirũ ad legũ exactiſſimã ſanctionẽ diuino eſt opus auxilio. Qꝫ aũt nouenariũ annoꝝ numerũ Plato & in Minoe, & hic ſępe repetit, q̃ſi neceſſariũ ad leges ab ipſo Ioue diſcẽdas hoibuſq; tradẽdas, forte ſignificat nouẽ angelicarũ mẽtiũ ordines, ꝑ quos velut interpͣtes ipſa legis ſanciẽdę rõ ad hoies vſq; trãſfert. Oẽs vero hos ordines legũ interpͣtes ſub vno Mercurii noie ſignificat in Protagora. Neq; vero te lateat nouenario hoc ĩ ãgelis numero nõ chriſtianos ſolũ vti: ſed & Platonicos, ꝑcipue Proculũ atq; Syrianũ, qd̃ in theologia ſatis oſtẽdim⁹. Quid vero? ſi nouenari⁹ hic ſignificet trinũ potẽtię vſum, trinũq; ſapiẽtię, triplicẽ quoq; clemẽtiae, videlicet vt triũ qd̃libet tũ in lege ipſa ſit, tũ in iudicio magiſtrat⁹, tũ in miniſtris & ipſa executione iudicii? Praeterea ĩ ipſis rerũ actionũq; principiis mediiſq; & finib⁹? Tria vero ter repetita nouenariũ manifeſte pficiũt. Sed cur nã in Repu. ab ipſis Mineruę ſacris, hic vero a ſacris Iouis diſputatiõis fundat exordiũ? An forte, qm̃ diſputatio illa Athenis habet, & de antiqua Athenarũ vrbe Mineruę dicata tractat: hic vero in Creta de Cretẽſi vrbe ędificãda cõſulit, ꝓpe ipm̃ Iouis tẽplũ, deq; legib⁹ Minois Iouis filii in principio verba fiũt? An poti⁹ forma illa reipu. prior caſtior erat, atq; ſeuerior, Palladi maxime cõgrua: haec vero paulo indulgẽtior, & ſua q̃dã humanitate Ioui cõueniẽs? Sũmatim & hic & ibi a votis ſacrificiiſq; ciuitatis naſcẽtis felicitatẽ auſpicamur. Mitto deſcriptionẽ lõgi hui⁹ itineris, & ſacros lucos, & arbores tẽplo dicatas: & alia multa, q̃ cõmẽtũ deſiderarẽt, poti⁹ q̃ argumẽtũ. Poſt vero nonnulla q̃ allegorice docẽt res humanas pſertim publicas nõ poſſe abſq; diuio quodã patrocinio recte cõponi: ideoq; ab ipſo deo, q & legũ principiũ eſt & finis, eſſe legũ exordiũ faciẽdũ, incipit iã paulatim de legũ fine ꝓgrere: ſignificãs harũ finẽ eẽ diuinũ cultũ: q̃ñqdẽ eiuſmodi legũ diſputatiõe ad tẽplũ Iouis pficiſcũt. Cũ igit legũ finis vltimus ſit Iouis illi⁹ cult⁹ q fecit mũdũ, deditq; & mũdo leges & nobis, nõ immerito ſtatim negat finẽ legũ eẽ Martis cultũ: interĩ modeſte Minois & Lycurgi leges emẽdãs, q̃ non tã ad virtutẽ ipſam ſimpliciter reſpexerint, q̃ ad bellicã declinauerint. Profecto leges debẽt illud potiſſimũ in ciuitate habere p fine, ad quẽ q̃ſi ad ſignũ oĩa dirigãt, qd̃ a cũctis ciuibus maxĩe oĩm ẽ expetẽdũ. Pugna vero atq; victoria cũ laboꝝ malorũq; plena ſit, nõ ꝑpter ſe qdẽ optãda eſt, ſed eligenda poti⁹ ꝑpter pacẽ, tutãq; vitę trãqllitatẽ. quẽadmodũ nemo ita exoptat viuere: vt in ꝑpetua contra morbos pugna, victoriaq; verſet. Cõcludit tãdẽ nõ decere ſtudia pacis ad bellica: ſed cõtra, bellica poti⁹ ad pacis ſtudia officiaq; referre: pacẽ vero ad expeditũ liberũq; veritat[is] deiq; cultũ. In his vero ꝓbãdis ipm̃ bonoꝝ genus in multas diſtribuit ſpecies, dicẽs alia qdẽ eẽ humana, alia vero diuina: & a diuinis hũana pẽdere: hũanoꝝ aũt, q̃ lõge diuinis ĩferiora iudicat, primũ eẽ ſanitatem, ſcd̃m formã, tertiũ vires, quartũ diuitias. hoꝝ vero bonoꝝ ducẽ vult eẽ prudẽtiã, ducẽ inſup diuinoꝝ: poſt prudẽtiã ſeq exiſtimat tẽperãtiã: poſt hãc iuſtitiã: poſt iuſtitiã fortitudinẽ. Profecto & hic ſignificat, & in quarto de Rep. explicat tres aię ptes, rõnalẽ ſ. iraſcibilẽ, cõcupiſcibilẽ. & prudẽtiã qdẽ i ſola rõnali, fortitudinẽ in ſola iraſcibili eẽ. Tu quoq; pone in ſola cõcupiſcibili cõtinẽtiã. Ponit vero in cũctis ſil' ptib⁹ tẽperãtiã atq; iuſtitiã: & vtrãq; noiat toti⁹ aię cõſonãtiã. Sed tẽperãtia qdẽ in affectibus, iuſtitia vero in actib⁹ cõſonãtia ſit. Et illa ſit aię ſanitas, hęc aię pulchritudo. At prudẽtia, oculus: fortitudo vero, manus. Si ſubſtãtiã animę puritatẽq; cõtẽplationi neceſſariã ſpectas, iuſtitię temperãtiã antepone: ſi hũanã ſpectas cõſuetudinẽ, ꝓpone iuſtitiã. Oĩno vero prudẽtiã cũctis q̃ſi oculũ pedib⁹ atq; ducẽ. At fortitudinẽ cõtinẽtię antepone. Nã fortitudo & circa difficilius verſatur, dolo

Finis belli debet eſſe pax.
Finis pacis cultus dei ac veritatis.
Bona diuina, & humana.
Humana bona
Sanitas.
Forma
Vires.
Diuitiae.
Diuina bona.
Prudentia.
Temperantia.
Iuſtitia.
Fortitudo.

ris.ſ.tolerãtiã:& cõtinẽtiæ officiũ,qđ eſt vincere voluptates,in ſeipſa cõplectiť. Vtrãq; vero iudi‑cato tẽperãtia iuſtitiaq; inferiorẽ. Hæc eñ duo integrũ aię totiꝰ ordinẽ magis poſſident duce pru‑dẽtia cõſtitutũ. Ex his colligit oportere latorẽ legũ & ipm̃ referre,& referri iubere,humana qdẽ ad diuina,diuina vero.i.virtutes ad mẽtẽ veritati diuinitatiq; deditã. Dũ vero de fine legũ diſputat, officiũ quoq; ipſarũ cõditoris exponit:idq; ſummatim eſſe vult,ſumma cũ diligentia totã ciuitatẽ colere quaſi agrũ,vt exq̃ſitã de eligẽdis ferẽdiſq; ſeminibꝰ habeat rationẽ. Deĩde de opportuna plã‑tæ cuiuſq; cultura. Itẽ de extirpandis ſtatim ab initio noxiis herbis & ſentibus. Deniq; de oĩbus ad maturitatẽ ſuo ordine perducẽdis. Tu vero inter hæc aduerte:turpiorẽ haberi ꝗ voluptatibus ce‑dit,q̃ qui ſuccũbit doloribꝰ. Itẽ fortis viri officiũ eſſe,nõ ſolũ metus & pericula ſuperare, ſed cupi‑ditates etiã coercere. Præterea neminẽ ſecure iudicari poſſe fortẽ,niſi diu iter labores & ꝑicula ver ſatus ſtrenue fuerit,adde & niſi in ipſa licentia & illecebris voluptatũ,in ꝗbus ꝓbanť ꝓprie cõtinẽ tes,ipſe quoq; fuerit cõprobatꝰ. Aduerte nõ eſſe tutũ vel hoĩem ꝗ fortis ſit futurus,ꝓcul a timori bus,vel eũ ꝗ futurus ſit tẽperatus,ſeorſum ab oĩbus voluptatũ illecebris educare. Preterea totũ cõ ditoris legũ ſtudiũ circa voluptates & dolores oportere verſari:vt duo hęc quaſi bruta fręno non careãt. Si eñ fręno cohibeanť,facile felixq; vitę iter euadit. Si nullo coerceanť fręno,difficile admo‑dũ & infelix. Notabis & illud de Athenienſibꝰ dictũ:ꝓbos Athenienſes eſſe p̃cipue ꝓbos: ꝓpterea ꝙ ſoli ſuapte natura:& diuina quadã ſorte:nullo cogẽte vel ꝑterrente,ſint probi. In his Plato ſignifi‑cat,in ciuitate male inſtituta,raros qdẽ fore ciues bonos:ſed illos fore oĩm p̃ſtantiſſimos. Qm̃ cum nulla diſciplina tales euaſerint,ꝑfecto diuina quadã ſorte & ꝑfecta natura facti ſint tales, quoꝝ etiã tãta ſit excellẽtia,vt cõi cõtagione nõ inquinenť. Poſt hæc ſingulare id cuiuſq; artis totiuſq; vitę p̃ ceptũ cõſiderabis. Oportere eos ꝗ p̃ſtantes viri quouis in ſtudio euaſuri ſunt,ſtatim a teneris ãnis id ipſum tã ludẽdo q̃ ſtudẽdo in ſingulis ad id cõducẽtibꝰ meditari:adeo vt viriliũ ſtudioꝝ accom modatiſſima pueris ꝑludia ꝓponanť : atq; ita ludẽtiũ animi in amorẽ illiꝰ potiſſimũ adducanť, qđ in virili ętate ſerio ſunt acturi. Inter hæc diſciplina ſic definiť. Diſciplina eſt,ea vitę ſtatim a pueri‑tia inſtitutio:q̃ in amorẽ virtutis paulatim adducit aĩm puerilẽ. Illiꝰ inquã virtutis p̃cipue,ꝑ quam vir factus imꝑare ſciat atq; parere. Hoĩem vero oportere,& iſup poſſe,diſciplinã eiuſmodi a teneris annis habere,ꝑ illã q̃ ſequiť humanę naturę deſcriptionẽ apte cõfirmat. inq̃t eñ:hoĩem & ſi vnũ qd dã ſit,habere tñ multa in ſe atq; diuerſa:inter q̃ ſint tyrãni duo amẽtes qdẽ & inter ſe cõtrarii,aĩm diſtrahẽtes,dolor atq; voluptas:præterea opiniones futuroꝝ bonoꝝ atq; maloꝝ: ex ꝗbus appetitꝰ cõfidẽtiaq; ad bona:timor aũt ad mala nobis ſuboriť:ꝑturbationeſq; animi ſimiles. Pręter hęc adeſt iudiciũ rõnis dictãs qd hoꝝ meliꝰ ſit,qd peius. Iudiciũ vero eiuſmodi in vnoquoq; lex priuata ẽ, & in ciuitate lex publica. Qm̃ vero aĩal vnũ ex tebꝰ tã diuerſis dixerat eẽ cõpoſitũ,haud ab re ſubiũ‑git,hoĩem inter aĩalia miraculũ eſſe diuinũ:Mercuriũ imitãs,dicẽtẽ,miraculũ ingẽs hoĩem eẽ. Aĩa‑liũ tria ſunt genera. Aut eñ tã ex corpore q̃ ex aĩo immortalia ſunt:aut ex vtroq; mortalia:aut ex aĩo qdẽ immortalia,ex corpore vero caduca. In primo qdẽ gñe cęleſtia,& ętherea,& aerea ſunt,ſiue dii ſiue dęmones nominenť. In vltimo vero ſunt bruta. Sed ĩ medio hoĩes dęmoneſq; aquei atq; ter reni. Cũ enim hoꝝ quoq; dæmonũ corpora ſicut humana ex cõtrariis cõponanť, diſſolui qñq; pñt ꝑturbationeſq; aliquas afferũt. Sed cęteris iã omiſſis curnã hõ miraculũ? Quia & cũ diuinus ſit,mi rũ eſt eũ a mortalibꝰ infici:& cũ ſit mortalis,mirũ quoq; affici ad diuina. Sed cur diuinũ miraculũ appellať? Qm̃ ita eſt diuina ꝓuidentia inſtitutũ:& vt Timęus docet,a deo qdẽ opifice mũdi rõna‑lis aĩæ ſubſtãtiã ipſam accepimus:a diis aũt cæteris naturã quãdã vitalẽ rõne inferiorẽ:a dęmoni‑bus deniq; corpora. Qđ aũt addit,hoĩem a diis fuiſſe vel ludo vel ſtudio quodã effectũ,ſic intellige ludo qdẽ factũ eẽ,ſi aĩa ſemꝑ a cęleſtibꝰ ad terrena atq; viciſſim quaſi ludẽdo trãſmigrãs nunq̃ ĩmu tabili apud deũ ſede quieſcat:factũ vero ſtudio,ſi mõ penes effectores deos,effectorem deũ aĩus qñq; ſit ĩmobiliter ꝑmanſurus. Vtrã vero diſtĩctionis huius ꝑtem eligere debeamus,affirmare hic Pla‑to nõ audet. Probabile tñ habet,vt hic alibiq; ſignificat,hoĩem ſtudio quodã potiꝰ q̃ ludo fuiſſe di uinitus cõſtitutum. Siqs aũt ambiguũ hũc Platonis textũ legere ita velit, vt ſignificet vel hoĩem eſſe a diuinis aĩalibꝰ cõſtitutũ,ab aſtris intelligat:vel eſſe ex aĩalibus multis cõpoſitũ,intelligat par tes affectuſq; animę noĩari a Platone poetice aĩalia. Qđ qdem apparet in nono de Repu.& in princi pio Phædri. Sed iſta tu videris. Deſcẽdit poſt hęc ad q̃dã,q̃ & ſi leuiora videnť,ad ꝑfectã tamẽ diſci plinæ traditionem morumq; probationem neceſſaria ſunt. qualia ſunt ſtudia muſicæ,conſuetudi‑neſq; ꝑſimiles. Muſica vero cõmuniſſima quadã ſignificatione cõprehendit proportionis cuiuſlibet ordinem:non ſolum in ſermone,cantu,ſono,ſaltu, ſed gymnaſtico quoq; ludo gratiaq; conuiuiĩ. Hæc quidem oĩa ita in ciuitate cõpoſita eſſe debent,vt omni ꝑturbationũ vitioruq; ĩcitamẽto ſub‑lato,corpus & ſpiritũ aĩmq; cõtẽperent. Exorditur autẽ diſputationis opportunitate quadã a con‑uiuiis , atq; vino : dicens primo cauendum eſſe ne ad innatas nobis perturbationes accedat quoq;

Diſciplina qd ſit.

Dolor & volu‑ptas aĩm ad ꝑ‑turbationes ĩ‑pellunt.

A deo acceptã eſt rõnalis aĩæ ſubſtantia.

A cęteris diis natura vitalis

A dęmonibus corpus.

ebrietas.Hæc enim ſi temere acceſſerit,& rõnis officia minuit:& ꝑturbatiõis ĩpetus auget. Probat tñ cõuiuiũ atq; meri vſum,ea videlicet cautiõe adhibita,quã in libro ſequẽti planiꝰ explicabit. Hic vero ad id potiſſimũ cõferre iudicat,vt ex liberiori interdũ vſu meri mores hoĩm in cõuiuiis detegant.ſolet eñ impudẽtiores audaceſq; reddere.Illic ergo prudens iuuẽtutis cuſtos deꝑhenſis iuuenũ ꝑſertim vitiis impudẽtia:& mederi facilius poterit,& aſſuefacere iuuenes etiã in ebrietate oĩm impudẽtiſſima ſeruare pudorẽ.Quãti vero ſit pudor.i.dedecoris & ĩfamię timor,ex eo cõſtat, ꝙ ob eiuſmodi metũ iuuenes,& turpia in primis metuũt:& honeſta ꝗuis ardua audacter aggrediuntur Quę quidẽ duo reip.maxime oĩm tam pace ꝗ̃ bello neceſſaria iudicantur.Ideoq; ad hæc ciuiũ animis infundenda,legum lator diligenti ſtudio debet intendere.

PLATONIS DE LEGIBVS VEL DE LEGVM LATIONE,VT LIBRI VNIVS, DIALOGVS PRIMVS.

PERSONAE DIALOGI.

ATHENIENSIS HOSPES.CLINIA CRETENSIS.MEGILLVS LACEDAEMONIVS.

Vide vt leges i deum auctorẽ referantur.

ATHE. DEVM Ne an aliquẽ hoĩm o hoſpites condẽdarũ legũ cãm exiſtimatis? CLI.Deũ o hoſpes,deũ inquã,vt decet aſſerere. Apud nos qdẽ Iouem. Apud Lacedęmonios aũt vñ hic eſt,Apollinẽ dicturos iſtos exiſtimo. Nõne?ME.Certe.ATHE.An Homerũ ſecutꝰ ita dicis,ꝗ̃ſi Minos ſemꝑ per nouẽniũ patris collocutionẽ petierit:eiuſq; monitis ciuitatibus veſtris leges poſuerit?CLI.Sic noſtri ferũt.Fratrẽ quoq; eiꝰ Rhadamãthũ iuſtiſſimũ fuiſſe auditis.Eũq; nos Cretẽſes,ꝗa tũc recte ius vnicuiq; diſtribuerit,hãc laudẽ cõſecutũ fuiſſe cẽſemus.ATHE.Egregia profecto laus:maxieq; filio Iouis cõueniẽs.

Egregia ẽ laus ꝓ iuſtitia.

Verũ ꝗa in hm̃oi moribus atq; legibꝰ ambo educati eſtis,tu.ſ.atq; hic,ſpo nobis nõ iniucũdũ fore,ſi iter eũdũ de cõſtituẽdis ciuitatibꝰ ac legibus diſſeramus.Eſt aũt a Cnoſo in antrũ templũq; Iouis via ſatis,vt audiuimus,longa:diuerſoriaq; ꝑ ipſam ſub altis arboribꝰ,vt in ęſtu conuenit,vmbroſa ſunt.Noſtræ igiẽ ętati cõueniẽs erit,frequẽter i his requieſcere: mutuoq; orationis ſolamine ſine moleſtia iter hoc oẽ trãſigere.CLI.Atqui cum ꝓgreſſi fuerimus hoſpes,cupreſſos offendemus in lucis ꝓceritate ſpecieq; mirabili,prata quoq; amoena,in quibus requieſcẽtes libenter commorabimur.

Nobilitas cupreſſorũ Cretẽſium.

ATHE.Recte nimiũ loqris.verũ hęc magis affirmabimus,cũ viderimꝰ. Sed eamus iam bona fortuna comite.CLI.Fiat.ATHE.Sed dic mihi oro:quãobrẽ cõuiuia exercitantes,armorumq; artem lex vobis inſtituit.CLI.Arbitror eqdẽ o hoſpes noſtra hęc eẽ facillima cognitu.Naturã eñ regionis huiꝰ vniuerſam videris nõ eẽ vt Theſſalię,planã.Iccirco eqs illi magis nos curſibus vtimur.Inęqualitas hæc locoꝝ ad pedeſtrẽ exercitationẽ curſumq; eſt aptior.Quapropter armaturã quoq; leuiorem eſſe neceſſe eſt,ne põdere ſuo curſum ĩpediat. Arcuũ ergo ſagittarumq; leuitas maxime congruit.

Theſſalia campeſtris.

Creta mõtuoſa.

Hæc igiẽ oĩa ad bellũ nobis accommodata ſunt:ad idq; reſpiciens legiſlator,cuncta,vt mihi videẽ,inſtituit. Quippe huius gratia ipſam etiã cõuiuendi legem ſanxiſſe videẽ:cũ oẽs videret in militia,re ipſa coactos,cuſtodiæ ſuæ gratia,conuiuia habere cõmunia.In quo ſane arbitror eũ ſtultitię crimine cæteros condemnaſſe: ꝙ minime intelligãt bellũ ſemꝑ ineſſe ciuitatibus oĩbus ad oẽs iuge atq; ꝑpetuũ.Nam ſi dum eſt bellum,cuſtodiæ cã conuiuia celebrare,ꝑfectoſq; aliquos vna cũ ſubiectis ſuis armatos tueri vrbes oportet,id ipſum eſt pacis etiã tp̃e faciundũ. Quã eñ pleriq; pacẽ noĩant,id eẽ nomen ſolũmõ exiſtimandũ.Ratio vero ipſa,oĩbus ciuitatibus ad oẽs bellũ eſſe natura:ne indictum quidẽ.Reperies vtiq; ſi ita conſideres:Cretẽſiũ legũ latorẽ omnes ferme legũ tã priuatim ꝗ̃ publice ita nobis conſcripſiſſe,quaſi ad bellum reſpiceret: atq; ita illis parere iuſſiſſe,quaſi cæterarũ rerũ nulla eſſet vtilitas,nõ poſſeſſionũ,non artium,niſi qs bello ſuperet:cum oĩa bona eorum qui victi ſunt,ad victores illico tranſeãt.ATHE.Probe o hoſpes ad perficiendas Cretenſium leges exercitatus mihi videris.Sed id planius dicas.Recte diſpoſitã ciuitatẽ tunc demum dicere viſus es,cum ſic inſtituta eſt,vt cæteras bello vincere poſſit.Nonne ita? CLI.Ita prorſus.hunc etiam arbitror cõſenſurũ.ME.Haud aliter o diuine vir Lacedæmoniorũ ꝗſpiam reſponderet.

Confutaẽ opinio dicẽs leges latas eẽ ad bellum.

ATHE.Vtrum ciuitas ad ciuitatem ita ſe habet:vicus autem ad vicum aliter? CLI.Non aliter.ATHE.Similiter ergo ſe habẽt.CLI.Similiter.ATHE.Nunquid & domus ad domum,quæ eodem in vico ſunt:& ſinguli viri ad ſingulos?CLI.Similiter & iſta.ATHE.Quid porro de viro quolibet ad ſeipſum eſt dicendum?Vtrum quẽlibet ad ſeipſum quaſi hoſtem ad hoſtem affici dicemus?An aliter?CLI.O Athenienſis hoſpes.Non enim ego te atticum nominare volo.Videris namq; deæ ipſius Athenas,id eſt Palladis cognomento dignior eſſe.Nempe vniuerſam hanc rationem ad principiũ reductã ita planam feciſti:vt facilius inueniri queat , modo probe fuiſſe dictum,hoſtes videlicet omnes omnibus eſſe tam publice ꝗ̃ priuatim:& ſingulos ſibiipſis , ATHE.

Quomodo id ais o vir mirifice? CLI. Primã o hoſpes & optimã eẽ dico victoriã, vt ſeipſum qs vicat. Turpiſſimũ vero qddã & peſſimũ, vt a ſeipſo vincat. Atq; hęc oĩa bellũ eẽ ſingulis ad ſeipſos ſignificãt. ATHE. Orationẽ illã iterũ reſumamus. Nã cũ qſq; nrm, aut ſupior ſeipſo ſit, aut iferior, dicendũ ne eſt eodẽ ſe mõ domũ: vicũ: & ciuitatẽ habere? An aliter? CLI. Sit ne ſupior aliq̃ ſeipſa, aliqua iferior, dicis? ATHE. Id ipſum. CLI. Id quoq; recte q̃ſiſti. Nõ em̃ minus ciuitatibus id cõtingit: imo maxime hoc in eis pſpicuũ. Nã vbi meliores multitudinẽ peioreſq; ſupant, recte pfecto ciuitas illa ſupior ſeipſa dicet: & hac victoria nõ iniuria laudabit. Cõtra vero, vbi cõtrariũ fit. ATHE. Sed vtrũ qđ peius eſt, meliore aliqñ ſuperius & potẽtius ſit, ad pñs ptermittat. longiore nãq; oſone indiget. Qđ aũt abs te dictum eſt, ſic intelligo, q; ciues qñq; cognati & ciuitatis eiuſdẽ multi & iprobi aduerſus iuſtos q pauci, cõſpirabũt: vimq; inferẽt vt eos ſubiiciãt. Ac ſi vicerint, ciuitas illa ſeipſa inferior, prauaq; dicet: ſin aũt victi fuerit: ſupior atq; pba. CLI. Mirũ eſt hoſpes qđ dicit. ſic tñ fateri neceſſe eſt. ATHE. Age iã & hoc rurſus cõſideremus. Multi ab vno patre matreq; eadẽ fratres naſci poſſunt. Nec mirũ ſi plures eoꝝ iniuſti erũt: iuſti vero pauciores. CLI. Nihil mirũ. ATHE. Nec mihi mõ neq; vobis decoꝝ eſt in hoc verba aucupari, in quo dicit, domus & cognatio vniuerſa iferior ſeipſa videri ſi praui ſuperent, ſupior ſi vincant. Neq; em̃ de his diſputamus, elegantiã vel ruditatẽ verboꝝ obſeruaturi, qđ multi facere ſolẽt, ſed q̃ recta rõ ſcđm naturã in legib⁹ ſit, qs error, indagaturi. CLI. Vera loq̃ris hoſpes. ME. Probe profecto hucuſq; mihi quoq; dictũ videt. ATHE. Hoc pter ea cõſideremus. Vtrũ dictis mõ fratrib⁹ iudex qſpiã pẽſſe poterit? CLI. Proculdubio. ATHE. Vter igit melior erit iudex? Nũ qui iprobos pdet: efficietq; vt pbi ſibiipſi iperent? An q pbos qdẽ faciet iperare: improbos aũt, cũ ſponte ſubire imperiũ pſuaſerit, viuere patiet? Tertiũ virtute iudicẽ his addamus, ſiqs talis reperiet, q diſſidẽtẽ cognationẽ ita cõmendatã habeat, vt neminẽ pdat: ſed reconciliatis leges cõſcribat: qb⁹ inter ſe ppetuo amici futuri ſint. CLI. Lõge melior talis iudex legũq; cõditor erit. ATHE. Atq cõtra q̃ ſi ad bellum reſpiceret ipſis leges cõſcribet. CLI. Vera loq̃ris. ATHE. Quid aũt? Qui ad bellũ reſpiciẽs, ciuitatẽ cõſtituit, vtrũ externa bella reſpiciet, & ad illa vitã ciuiũ referet? An inteſtina, q̃ ſeditiones appellant: quæ minime oĩm eſſe ĩ ciuitate ſua quis eligat: & ſi accidant, q̃ ocyus fieri põt, ſedari cupiat? CLI. Ad hęc plane. ATHE. Vtrũ vero pdita ciuiũ pte pacẽ ex ſeditione cõſeq, cũ altera pars potita victoria ſit, malit qſpiã, an potius p recõciliationẽ facta pace amicitiaq; firmata, ad externa bella totius aĩm ciuitatis cõuerti? CLI. Hoc pfecto poti⁹ q̃ illud ciuitati ſuę accidere qſq; optabit. ATHE. Nõne & legũ lator ſimiliter? CLI. Siĺiter. ATHE. An non ipſi⁹ optimi gr̃a leges oẽs ferẽdę ſunt? CLI. Ipſius nẽpe. ATHE. Atq optimũ nec bellũ nec ſeditio eſt. Oẽs em̃ depcant, neqd hoꝝ ſibi ineũdũ ſit: ſed pax, mutuaq; beneuolẽtia. Sed neq; victoria illa qua ciuitas ipſa ſeipſam ſupat, optimũ qddã eſt, ſed neceſſariũ potius. putare aũt optimũ ciuitatis ſtatũ in pugnãdo & vincẽdo cõſiſtere: ſimile eſt ac ſiqs optime cũ ęgrotãte agi putet dũ curat, nec de illo oĩno qcq̃ cogitet, q nunq̃ ęgrotauerit. Et ſiqs ſiĺiter de ciuitatis vel priuati hoĩs felicitate exiſtimet nec ciuilis reuera vnq̃ vir erit, dũ externa ſolũ atq; in primis bella reſpiciet: nec exq̃ſitus legũ cõditor: niſi gratia pacis de bello poti⁹ q̃ belli gr̃a de pace leges cõſcribat. CLI. Recte hęc hoſpes dicta eẽ vident. Ego vero mirarer, ſiqs forte tã noſtras q̃ Lacedęmonioꝝ leges nõ belli gr̃a ſedulo poſitas eẽ cõtendat. ATHE. Fortaſſe ita ſit. Oportet aũt nõ cõtẽtioſe ſed qete rẽ inquirere: ſtudio q̃ maxime tã a vobis q̃ ab illis hmõi rebus adhibito. Attẽdatis igit oro. Incipiam⁹ a Tyrtęo, natura qdẽ Atheniẽſe, Lacedęmonioꝝ poſtea ciue: qui p̃ cęteris hoĩbus maxime hmõi reb⁹ incubuit. Nullã inqt illi⁹ ipſe facio mẽtionẽ, nec oĩno vllius pẽii exiſtimandũ cẽſeo, etiã ſi ditiſſimus oĩm ſit, etiã ſi mlta bona poſſideat. oĩbuſq; fere nũmeratis infert, q non ſemp optime ſe gerat ĩ bello. Hęc tu quoq; forſan carmina audiuiſti. Nã hũc obtuſum iã eſſe audiẽdo arbitror. ME. Vulgatiſſima hęc apud nos ſunt. CLI. Ad nos quoq; hęc aduecta de Lacedęmone puenerũt. ATHE. Cõiter igit hoc mõ hũc poetã iterrogemus. O diuine poeta Tyrtęe, ſapiẽs certe ac bonus nobis eẽ videris, qa excellẽtib⁹ eos extuliſti laudibus, q in bello excelluerũt. De quo iã ego & hic & Clinias Gnoſius valde tibi aſſentire videmur. Verũ aũt eiſdẽ de viris dicim⁹, an non, plane ſcire vellemus. Quare nobis explana, nũ tu quoq; ſicuti & nos, duo belli gña arbitreris: an aliter. Ad hæc arbitror non Tyrtęũ ſolũ, ſed & quẽuis illo longe deiectiorẽ: duo protinus reſponſurum. Alterum qđ ſeditionem appellamus, omniumq; grauiſſimum eſſe modo conceſſimus. Alterum vero belli genus: qđ omnes ponimus multo mitius illo, quo aduerſus externos & alienigenas vtimur. CLI. Cui dubium? ATHE. Dic igit nobis: quos viros in quo belli genere ita valde laudaſti: & quos vſque adeo vituperaſti? Videris em̃ eos laudaſſe, qui externa magno aĩo bella gerunt. Sic enim in carminibus dixiſti. Eos quidẽ prorſus deſpicio: qui ſanguinolentas cædes ſpectare, cõminuſq; cum hoſte pugnare non audeant. Hinc nos o Tyrtæe, eos te laudare colligimus qui in externis bellis gerendis præ cæteris clareant. Concedet iſta Tyrtæus? CLI. Quid ni? ATHE. Nos autem, cum hi clari ſint, longe clariores eos exiſtimamus, qui maxime

Duo belli gña

Latores leg. ſi quidq ad aliud q̃ ad amplitudinē virtutis pſpicere.

THEOGnis. Fides maxie in pículis lucet

in bello pſtant. Teſtemq; & nos poetam habemus Theognim Megarenſem ciuē ex Sicilia: q ait fidelem virum omni argēto atq; auro in ſeditione meliorem. Hunc itaq; dicimus in grauiſſimo bello, tanto illo eē meliorē, quāto ſola fortitudine melior eſt iuſtitia, tēperantia, ſapientia fortitudini cōiuncta. Nemo eñ integer & fidelis ſine omnium virtutū numero in ſeditionib⁹ repiri poterit. Multi aūt etiā mercenarii, qd non negabit Tyrtæus, reperiunt q externo in bello itrepide pugnāt: quorum plurimi feroces: iniurii: contumelioſi, pauciſſimiſq; exceptis, oīm amentiſſimi. Quorſum hęc! quidq; ex his declarandum! Q; videlicet omnino tā ille q leges hic ab Ioue dedit, q̃ alius oīs legum lator, ſiquid modo profuturus eſt, ita leges cōdet, vt non ad aliud q̃ ad ampliſſimam ſemp virtutē reſpiciat. Eſt autē, vt inquit Theognis, fides illa, q̃ maxie i periculis lucet. Quā iuſtitiā pfectā qs noiabit. Ea vero quā ſummopere Tyrtæus laudauit, & ſi pulchra eſt, & a poeta opportune laudata, virtute tñ & numero quarto loco rectiſſime honoranda eſt. CLI. Ergo hoſpes legum noſtrarum cōditorē inter vltimos legum cōditores proiiciemus! ATHE. Non illum o vir optime, ſed ipſi nos ipſos: ſiquidem putemus: & hic, & apud Lacedæmonios Lycurgum, & Minoem ad bellum reſpiciētes leges cōdidiſſe. CLI. Quomodo igiē de hoc dicere nos oportebat! ATHE. Vt veritas, & iuſtitia poſtulat eos dicere, q de diuina republica diſſerunt: non ad particulam virtutis, & pſertim ad deiectiorē: ſed ad vniuerſam ipſos virtutem reſpexiſſe putandum: & p ſingulas earum ſpecies, leges qſiſſe: nec eas ſpecies inueſtigaſſe, quas multi modo proponentes, quærunt. Id enim qſq; maxime quęrere ſolet: quo maxime indiget: alius de hereditate: alius de iniuria: alius de cęteris huiuſmōi multis.

Id qs maxime q̃rit quo maxime indiget.

Nos aūt tunc de legibus bene quæri putamus, cum ita vt nos modo incepimus, quæritur. Ac tuū equidem ingreſſum ad exponendas leges valde probo. Q; eñ a virtute feciſti principium, dicēs leges virtutis gratia conditas, recte quidem aggreſſus eſſe videris: q; autē ad particulam virtutis & eam minimam reſpexiſſe cōditorē legū affirmaſti: haud recte mihi viſus es dicere: atq; icc irco lōgiore poſtea oratione vſus ſum. Quomodo aūt te nobis diſtinguere voluiſſem, ſi vis, tibi dicā. CLI. Volo eqdē. ATHE. Hunc in modū dicere oportebat o hoſpes. Cretēſium leges nō temere oīb⁹ græcis in primis probanē. Recte enim poſitæ ſunt: cū vtentes eis beatos efficiāt. Omnia enim bona his porrigunt. Duplicia vero bona ſunt: alia humana: diuina alia: depēdentq; a diuinis hūana. Siqua vero ciuitas maiora ſuſcepit, minora quoq; poſſidet: ſin aūt illis caret, vtriſq; priuaē. Minorꝝ, primū eſt ſanitas: forma ſecūdū: Tertiū vires ad curſum cęteroſq; corporis motus: Quartū diuitiæ, quæ cæcæ nō ſunt, ſed acute cernūt, ſi prudētiā ſequūtur. Quæ qdem prudētia diuinorum bonorū dux primus exiſtit. Deinde poſt mentē tēperatus animi habit⁹. Ex his duobus cū fortitudine mixtis iuſtitia tertio emergit. Fortitudo quartū tenet locum. Quę oīa humanis illis natura pręponunē. Quare oportet vt legū quoq; lator & ipſe hūc ordinē ſequaē: & mandet oībus vt ſemper ad hæc ipſa reſpiciētes in ſingulis operenē. humana eñ ad diuina: diuina vero ad mētē principē referenda. Curet pterea oportet nuptias inter ciues: & generationes educationeſq; liberorū, maſculorum pariter & fœminarū, tam iuuenū q̃ ætate pueclorum: & eos qui recte in hiſce ſe gerunt, vt decet honoret: cōtra vero dolores, voluptates, & cupiditates in oī cōuerſatione vituperet. Conſiderabit etiā diligenter ad quæ ſtudia quēq; raptat amor, rectaq; officia per leges laudabit: vituperabit contraria. Docebit itē atq; definiet quid in cuiuſq; affectu honeſtū ſit, quid turpe, circa irā videlicet atq; metū, & alias quæcūq; vel aduerſis in rebus accidunt pturbationes, vel ſecūdis delitias: atq; circa oēs deniq; motus, qui ex morbo: bello: paupertate: vel hoꝝ cōtrariis hoīes vexant. Poſt hæc neceſſe eſt, vt legiſlator quæſtus impenſaſq; ciuium diligenter obſeruet, & quō fiant agnoſcat: cōmercia itē in his oībus ac ſolutiones, quas vel ſponte vel coacte faciant: quicquid horum inter ſe contraxerint, vbi iuſtitia adſit, vbi abſit, animaduertat: & parentibus quidem honores: non parentibus debitas pœnas conſtituat. Demum omnibus ad finē vſq; reipubli. pertractatis, animaduertat ſtatuatq; neceſſe eſt, quomodo monumenta mortuis extrui: quive defunctis ſingulis honores impendi debeant. His deniq; declaratis, legiſlator omnibus iſtis cuſtodes præficiet, alios prudentia: alios vera opinione agentes: vt mens in vnum hæc omnia colligens eo deducat: vt temperantiam & iuſtitiam potius q̃ diuitias ambitionemve ſequantur. Ita equidem hoſpites voluiſſem: atq; etiam volo a vobis exponi: quo pacto in legibus Iouis, & Apollinis Pythii, quas Minos & Lycurgus ſcripſerunt: inſint hæc omnia: & quonam ordine poſita pateāt illi qui artificio vel vſu quodā legum peritiā habet: nobis vero aliis nullo modo pateant. CLI. Quo pacto igitur hoſpes q̃ ſequūtur tractāda ſunt! ATHE. Ab initio rurſus vt ſupra

ORDO BONORVM

BONA

Diuina	Humana
Prudentia	Sanitas
Temperantia	Forma
Iuſtitia	Vires
Fortitudo	Diuitiæ

ad id rñdere poterit,priuſq̃ ipſe ibi pſens ſingulos certatores audiuerit?ATHE.Vultis ne igit̃ vt ipſe
ad abſurdũ iſtud rñdeã?CLI.Quid ni?ATHE.Si pueri admodũ parui ſñiam dicãt,eum qui miracu-
la oſtentet,viciſſe alios iudicabũt.An non?CLI.Quid obſtat?ATHE.Pueri vero maiuſculi comoediã
ceteris anteponent.Sed mulieres erudite atq; adoleſcentuli,& ferme oĩm multitudo,tragoediam for
taſſe laudabunt.CLI.Fortaſſis ita continget.ATHE.Seniores autem nos iucundiſſime rhapſodũ for
ſitan audiemus,qui Homericum aliqd Iliada vel Odyſſea,aut aliquid Heſiodicum bene cecinerit:vi
ctoreq; oĩm predicabimus.Quis ergo iure victor ſit,declarandũ nonne reſtat?CLI.Sane.ATHE.Per
ſpicuũ quidẽ eſt,vt & mihi videtur,& vos neceſſario concedetis,eum reuera eſſe victorẽ qui viciſſe a

Vſus ab etate.

noſtris equalibus iudicabitur.Vſus enim rerum quem ab etate habemus,oĩm quidem ciuilium ma-

Que muſa iudicat̃ optima.

gnum quiddam vbiq; eſt & optimũ.CLI.Proculdubio.ATHE.Cõcedo igit̃ ipſe hoc multis:volupta

Iudices oportere eſſe prudẽtes & fortes.

te muſicam iudicandam:nõ tñ quorũuis hominũ voluptate:ſed illã ferme muſam eſſe dico pulcher-
rimã:que optimos ſatiſq; eruditos delectet:pcipue vero,que virũ virtute & diſciplina pſtãtem.Qua
propter virtute egere harũ rerũ iudices affirmamꝰ.Nam & prudẽtie eos & fortitudinis oportet eſſe
participes.Prudẽtie qdẽ:qa non debet verus iudex quae determinanda iudicio ſunt,ab alio diſcere:&
quaſi ſtupefactus tã clamore multorũ q̃ ignorãtia ſua ita ferre ſentẽtiã.Fortitudinis aũt:qa nec etiã
ſi per ſeipſum intelligit,debet ꝓpter ignauiã,& formidinẽ ex eodẽ ore,quo iudicaturus deos inuo-
cauit,deſidioſe iniquũ iudiciũ ꝓmulgare.Non eñ vt diſcipulus,ſed vt magiſter ſpectatorꝝ,ſicut par
eſt,iudex ſedet pro tribunali,ineptis ſpectantiũ voluptatibus aduerſaturus.Licebat priſca grecaq; le
ge:quẽadmodũ nũc ſicula & Italica:q̃ multitudini ſpectatorũ rẽ ꝑmittẽs,& manibus tẽſis victorẽ de-
clarãs,deprauauit qdẽ poetas ipſos:qui ad iudiciũ vulgariũ prauã voluptatẽ cõponunt oĩa:ita vt ipſi
ſpectatores poetas,& ſeipſos erudiãt.Corrupit & ipſius ſpectaculi voluptates.Nã cũ eos oporteat,q
interſunt,meliora ſemp moribus ſuis audire,atq; ita meliorẽ cõſeq voluptatẽ,nunc eis ex theatro cõ
trariũ accidit.Quid igit̃ hec ita dicta ſibi volunt?Aĩaduertite nũ hoc ſit qd volunt.CLI.Quidnam?
ATHE.Ter iam aut quater ad idẽ circũuoluta oratio mihi videt̃:diſciplinã educationẽ eẽ puerorꝝ,q̃
ad eã viuẽdi rationẽ ꝑducit,quã lex rectam eſſe dictat:& viri aequitate pſtantes ſenioreſq; vſu rerũ ſi-
cuti rectã vere cõprobarũt.Vt igit̃ puerorũ animus legẽ ita ſequat̃:vt nõ contrariis,ſed iis qbus lex
& ſenior,doleat atq; gaudeat:pbus legũ conditor ſuadebit:& ſi opus fuerit,coget poeticũ hominẽ ho
neſtis in verbis tẽperatorꝝ,& fortiũ,& oĩno bonorũ hoĩm geſta deſcribere:tã figuras eorꝝ in rhythmis
q̃ accẽtꝰ in harmoniis vt decet effingẽtẽ ꝑ eos cãtus quas odas vocamus,q̃ reuera epode.i.incantatio
nes circa aĩos ſunt,de induſtria ad id cõpoſite vt hoĩm animi in dolẽdo & gaudẽdo legibus obſequan
tur.Quia vero teneriores animi ſeria ſtudia nõ ſuſcipiũt,ioci & cãtus iſta dicant̃ & fiãt:idq; in his ef
ficit̃,quod agere ſolẽt q hoĩes corpore aegrotãtes curãt.hi nãq; alimẽta conueniẽtia qdẽ iucũdis con-
dimẽtis illiniunt,noxia vero amaris inficiunt:vt aſciſcere altera,altera reiicere cõſueſcãt.CLI.An igi
tur in aliis ciuitatibus nũc hoſpes ſeruari hec cẽſes?Nã quãtũ ego ſcio,que tu pcipis,nuſq̃ niſi apud
nos & Lacedemonios fiunt.Noua enim ſemp & in ſaltationibus & in alia muſica excogitant̃,non a le
gibus mutata,ſed a voluptatibus qbuſdã vagis:que nullo pacto aut eedem ſunt,aut eodẽ mõ perma
nẽt,ſed varie ſemp fiũt cõtra mores illos Aegyptiorꝝ,quos narraſti.ATHE.Probe o Clinia.Si autẽ
viſus ſum tibi que mõ dicis quaſi vbiq; nũc fiant ſupra dixiſſe:nõ mirarer ſi minꝰ clare q̃ ſentio expo
ſuerim.Dixi eqdẽ q̃ in muſica fieri vellem,& ea tibi quaſi fiant dicere viſus ſum.Vituperare eñ rem
inſanabilẽ & errore lõge ꝓuectã,nullo mõ iucũdũ:interdũ vero neceſſariũ eſt.Verũ poſtq̃ in his cõſe
timus,nonne queſo apud vos,& apud iſtos haec magis q̃ apud alios graecos fieri aſſeris?CLI.Cur non
aſſeramus?ATHE.Si & apud ceteros ſilr fierẽt,nõne melius q̃ nũc agerent̃?CLI.Multo certe preſtan
tius:ſi ita diſpoſita eſſent,quẽadmodũ apud iſtos & apud nos,& vt paulo ante tu pcepiſti.ATHE.

Cinyras & Midas ditiſſimi.

Age videamus nunqd haec ſint que apud vos in omni diſciplina & muſica pdicant̃.Poetas carmini-
bus dicere cogitis:bonũ virũ qa tẽperatꝰ iuſtuſq; ſit,felicẽ eſſe atq; beatum:ſiue magnus atq; robuſtꝰ
ſiue paruus ac debilis,ſiue paup ſit ſeu diues.Iniuſtũ aũt hoĩem etiã ſi ditior ſit q̃ Cinyras aut Midas

Que debẽt cãtare poete.

miſerũ eẽ & in moerore vitã ducere.Itaq; poeta nobis ſi recte loquat̃,inqet.Nunq̃ ego de illo mẽtionẽ

Que vulgo ſunt dicta bona nõ bona eẽ

faciã,neq; virũ appellabo,q nõ oĩa q̃ bona dicunt̃,cũ iuſtitia poſſideat atq; diſponat.Is igit̃ iuſtitia ex-
ornatꝰ,cominꝰ pugnare cũ hoſtibꝰ delectet̃.Iniuſtus aũt ſanguinolẽtã cedẽ videre nõ audeat,neq; cur
rẽdo,thraciũ qat Boreã ſupare:nec ei qcq̃ eorꝝ que bona dicunt̃,vnq̃ affuerit.Que.n.vulgo appellãt̃

bona, non recte bona dicunt. Aiũt nẽpe optimũ eſſe ſanitatem: ei ꝓximũ bonũ formam, vires tertium, quartũ vero diuitias. Innumerabilia ferme cætera hmõi bona narrant. Nam & acute cernere atq; audire, aliiſq; ſenſibus integre vti, bona vident: & ad hęc oĩa poſſe tyrãnica licentia facere q̃cũq; cupias. Summãq; totius beatitudinis eſſe ferũt: ſi cũ iſtorũ oĩm poſſeſſione fueris q̃ citiſſime immortalis. Ego aũt ac vos vna cõuenimus iuſtis ſanctiſq; viris optimã eſſe iſtorũ oĩm poſſeſſionẽ: iniuſtis aũt omniũ peſſimã: ab ipſa ſanitate icipiẽtiũ. Sanũ nãq; eẽ, & videre, atq; audire, ac oĩa facile ſentire & oĩno viuere vel ĩmortalẽ, peſſimũ eſt, ſi cũ horũ oĩm poſſeſſiõe ſemꝑ vixeris expers iuſtitię cęterarũq; virtutũ. Minus aũt malũ, ſi q̃ breuiſſimo tẽpore ſic affectus vitã finieris. Hæc vtiq; quę & ipſi veſtros inuitabitis & cogetis poetas dicere: ꝑq; his cõſentaneos numeros & concentus adoleſcentiã erudire. Num ipſi hoc aĩaduertitis? Ego eñ aſſero, quę vulgo mala dicunt, iniuſtis bona eſſe: iuſtis autẽ mala. Quę vero dicunt bona, bonis qdẽ vere bona, malis aũt mala. Cõuenimus ne igit adhuc, an nõ? CLI. Partim qdẽ cõſentire videmur, ꝑtim minime. ATHE. Forte vobis nõ ꝑſuadeo nõ eſſe beatum illum, ſed miſerũ q iniuſtus & cõtumelioſus eſt, etiã ſi ſanitatẽ habeat, & diuitias ꝑpetuãq; tyrãnidẽ, inuictas ꝓterea corporis vires, & aĩoſitatẽ, ĩmortalitatẽq; poſſideat: nihilq; ex his ꝑpetiat q̃ vulgo mala dicunt. CLI. Vera loq̃ris. ATHE. Eſto. ſed qd deinde dicendũ? Et ſi viribus pollet, formoſuſq; eſt & diues, cũctaq; per oẽm vitã facit q̃ cõcupiſcit, nõne vobis videt ſi iniuſtus cõtumelioſuſq; ſit, ex hoc dũtaxat neceſſario turpiter viuere? An turpiter qdẽ cõceditis? CLI. Prorſus. ATHE. Quid aũt? nõne & male? CLI. Haud ſimiliter iſtud. ATHE. Iniucũde vero atq; incõmode ſibi nõ cõceditis? CLI. Quo pacto hęc concedemus? ATHE. Vtinã deus q̃ſpiã o amici cõſenſum nobis animi tribuat, fere nãq; iter nos diſſentimꝰ. Mihi eñ iſta magis neceſſaria vident eſſe o amice Clinia: q̃ Cretã eſſe inſulã: ac ſi Cretẽſibꝰ ipſe leges cõderẽ, tã poetas, q̃ cęteros oẽs ciues ſic loq cõpellerẽ, ac pœnã pene oĩm maximã intentarẽ, ſiqs ea in regione aſſereret eſſe aliquos quandoq; hoĩes prauos q iucũde viuãt: vel alia eſſe vtilia & cõdecentia, alia iuſtiora. Multaq; equidẽ cõtra ea q̃ nũc a Cretenſibus & Lacedęmoniis dici vident, ĩmo vero a cęteris quoq; hominibus, dicere ciuibꝰ meis ꝑſuaderẽ. Agite igit ꝑ Iouẽ atq; Apollinẽ optimi viri, ſi hos ipſos deos q leges nobis dederũt, interrogemus ſit ne iucũdiſſima vita iuſtiſſima, an duę q̃dã vitę ſint altera iucũdiſſima, iuſtiſſima altera, nobiſq; ita q̃rentibus ipſi duas eſſe rñdeant, ab eis forſan iterum ꝑcõtabimur, ſi recte ſciſcitari voluerimus, vtros beatiores oporteat dicere, iuſtiſſime, an iucũdiſſime viuẽtes: ac ſi iucundiſſime viuẽtes rñderit, turpis erit reſpõſio. Vellẽ aũt de patribus legũq; latoribꝰ viris potiꝰ q̃ de diis tale aliqd eſſe dictũ. Quare quę petii, a patre legiſq; latore me petiiſſe exiſtimetis: rñſumq; mihi eſſe, beatiſſimũ eſſe illũ, q iucũdiſſime viuat. Ego aũt ita deinde opponã. o pater nõne q̃ beatiſſime volebas me viuere? Certe. At nunq̃ ceſſabas iubere vt q̃ iuſtiſſime viuerẽ. Quiſquis autẽ hęc vna cõcedit ſiue legũ lator ſiue pater, & abſurde loquit, & ſibiipſi non cõſtat. Q; ſi iuſtiſſimã vitã, beatiſſimã eſſe rñdeat, quęret vt arbitror, quicũq; id audiet, qdnã ea in vita bonũ & pulchrũ, tanq̃ voluptate melius, lex ipſa laudat? Quid enim a voluptate ſeparatum, iuſto boni adeſſe põt? Dic obſecro an laus & gloria tã apd hoĩes q̃ apud deos bonũ qdẽ eſt atq; honeſtum: iniucũdũ aũt? Infamia vero cõtra? Minime dicemus o legiſlator. Sed iniuriam neq; inferre, neq; pati, num iucundũ qdẽ ſit, bonum vero atq; honeſtũ: cætera aũt iucũda qdẽ, turpia vero & mala. Quo pacto id? Rõ igit, quæ neq; iucũdũ a iuſto, neq; bonũ ſeparat ab honeſto, ꝓbabilis eſt: & ſi nõ ad aliud, attñ ad hoc, vt ſancte ac iuſte qs viuere velit, multum conducit. Quocirca legiſlatori turpiſſima, & admodum contraria oratio eſt, ſi hęc ita habere ſe neget. Nemo. n. ſponte id aget, cui non plus lætitię q̃ doloris ineſt. Qđ vero procul aſpicit, oĩbus vt ita dicã vel ipſis pueris caliginoſam affert vertiginẽ. Quare vertigine tenebriſq; ablatis in cõtrariũ legiſlator opiniones ciuiũ ducet: et cũ laudibus, tũ cõſuetudine, tũ rõnibus quodãmodo ipſis ꝑſuadebit, tã iuſta q̃ iniuſta eſſe obũbrata: atq; iniuſta qdẽ cõtra apparere q̃ iuſta. Nẽpe iniuſto ac prauo iucũda videri, cui iuſta vident iniucũdiſſima. Iuſto aũt vtraq; cõtra oĩno videri. CLI. Sic apparet. ATHE. Reuera aũt vtrã ſñiam potiorẽ exiſtimabimus? melioris ne an deterioris animi? CLI. Melioris neceſſario. ATHE. Neceſſe ẽ igit iniuſtã vitã nõ turpiorẽ ſolũ ac peiorẽ iuſta ſanctaq; vita eſſe, verũ etiã iniucũdiorẽ. CLI. Ita certe ex hac rõne o amice videt. ATHE. Legis itaq; lator ex quo exigua ſit ꝓuentura vtilitas: etiã ſi nõ ita id ſe haberet vt modo diximus, nõ alienũ tñ ſua grauitate putaret ad iuuẽtutis vtilitatẽ falſo aliqd ſi modo qd vnq̃ aliud falſo dicẽdũ ſit, dicere: maxime cũ nullũ mẽdacium hac falſitate vtilius excogitare poſſit, qđ videlicet ita trahere audiẽtes valeat, vt non vi ſed ſponte iuſtitiã velint ſuſcipe. CLI. Pulchrũ certe o hoſpes & ſtabile quiddã eſt veritas. Videt autẽ plerũq; nõ facile ꝑſuadere. ATHE. Eſto. At eñ Sidonii fabula illa, & ſi nihil veriſiſitudinis habuit, facile nihilominꝰ ꝑſuaſit, alięq; ꝑmultę ſiĩt. CLI. Quęnam? ATHE. Q; a dẽtibus quõdã ſatis armati milites nati ſint. Magnũ. n. id legiſlatori exẽplũ eſt, poſſe animis iuuenũ q̃dcũq; velit ꝑſuadere. Quapropter nihil aliud ſcrutari debet, q̃ qbꝰ rebꝰ ꝑſuaſione acceptis maximũ bonũ cõferat ciuitati: ad idq; oĩ incũbere ſtudio, vt ciuitas vniuerſa de his rebus vnũ atq; idẽ q̃ maxime ac ſemꝑ in cantibꝰ, fabulis, &

Q; ſanitas abſq; virtute non eſt bona.

Q; neq; iucũdũ a iuſto, neq; iuſtũ a iucũdo ſeparatur.

Sidonij fabula.

omni ſermone decantet.Equidem ita ſentio.Si vero vos aliter,nulla inuidia ſit cōtradicere.CLI.Neu
ter noſtrum poſſe vnq̄ de his dubitare videt̃.ATHE.Proſequar igit̃: aſſerēs choros oēs qui tres ſunt
teneris adhuc & mollibus puerorū animis,& alia bona quę diximus & q̄cūq; narrare poſſimus quaſi
incantatione quadā inſinuare oportere.Caput aūt illud ſit: ꝙ videlicet ſi vitā eandē optimā & iucun
diſſimā iudicari a diis aſſeruerimus,& vera loquemur:& magis illis q̄bus opus eſt, ꝑſuadebimꝰ: q̄ ſi
aliter diceremus.CLI.Concedēda ſunt quæ dicis.ATHE. Primus itaq; puerilis muſarū chorus hæc
ſtudioſe toti ciuitati decātaturus ingrediat̃.Secundus illorꝫ chorus qui ad triginta vſq; annos pue-
cti ſunt,pęana teſtē veritatis dictorū inuocet,& iunioribus ꝓpitium ſuppliciter eſſe ꝑcet.Tertius eo-
rū ſit chorus q triginta annos inter & ſexaginta ętatē agūt.His aūt ſeniores,q̄a non amplius de eiſdē
moribus fabulas poterūt decātare,dimittēdos diuino oraculo cenſemus.CLI.Quoſnam hoſpes terti
os hos choros dicis?nō eñ clare q̄d de his dicere velis cōprehēdimꝰ.ATHE.Hi ꝑfecto ſunt, quorum
gratia plurima in ſupiorībꝰ ſunt inducta.CLI.Nondū intelligimus.Quāobrē aptius dicito. ATHE.
Dictum eſt in diſputationis principio ſi recordamur,ita ardētē iuuenū oīm naturā eſſe, vt neq; cor-
pore neq; voce qeſcere poſſit, ſed ſine ordine ſemper clamet & ſaltet,atq; ordinis vtrorūq; iſtorū nul-
lū aliud aīal ꝑter ſolā hoīs naturā ſenſum habere.Ordinis aūt qui in motu cōſpicit̃,nomē rhythmus
.i.numerus eſſe pōt.ſed eius q in voce,acuto & graui ſimul cōtēperato,harmonia.i.concētꝰ.Vtrunq;
vero ſimul chorea noīabatur.Deos quoq; diximus noſtri miſertos choreæ cōcelebratores ac duces de
diſſe nobis Apollinē & Muſas.Tertiūq; ſi recordamur Dionyſium numerauimus.CLI.Cur nō recor
dari debeamus?ATHE.Atqui Apollinis & muſarū chori dicti iā ſunt.Tertius autē qui reliquus eſt
Dionyſio neceſſario tribuet̃.CLI.Quo pacto?latius expone.Nā primo auditu valde abſurdus Diony
ſiacus ſeniorū chorus eſſe videt̃:ſi vltra trigeſimū annū,& ad q̄nquageſimū iā ꝓuecti & vſq; ad ſexa-
geſimū,eo vtant̃.ATHE.Vera loq̄ris.Sed rōne ad hęc opus eē arbitror,vt appareat quo pacto oppor
tune id fieri poſſit.CLI.Cur nō?ATHE.Nūq̄d ſupiora illa inter nos cōſtāt?CLI.Quęnā?ATHE.Q̄
oporteat viros oēs & pueros,liberos & ſeruos,mares & fœmīas & vniuerſā ciuitatē toti ciuitati quo
tidie quę diximꝰ variis modis & carminibus decātare,vt ex innumerabili hymnorꝫ varietate,inexple
bili quodāmodo voluptate concinentes afficiant̃.CLI.Nihil obſtat quo minus cōcedat̃ ita fieri opor
tere.ATHE.Sed quo optima hęc ciuitatis pars,cui ꝓpter ætatē atq; prudētiā ſumma ineſt ad ꝑſua-
dendū auctoritas,optima canēdo maximorū bonorꝫ cauſa erit?An id ita ſtulte omittemꝰ,in quo opti
morū & vtiliſſimorū cātuū vis ineſt ꝑcipua?CLI.Haud omittere licet,vt mō apparet. ATHE.Quō
igit̃ decēter id fiet?Videte queſo an ita.CLI.Quo pacto?ATHE.Vnuſq̄q; ſenior circa cātus iā ſatie
tate affectꝰ,his minime delectat̃:& cū res poſtulat canere,quāto ſenior atq; modeſtior eſt, tāto magis
canere veret̃.An nō ita?CLI.Ita prorſus.ATHE.Sed multo etiā magis in theatro corā multitudine
rectus cātare pręe pudore non tolerabit.Præſertim ſi ſeniorū chori,quēadmodū q de victoria cōtēdūt
& ii q̄dē clarificādę vocis ḡra tenues atq; ieiuni cātare cogāt̃.ſic.n.nō ſine moleſtia & pudore cātabūt
& ad iſta tardiores accedēt.CLI.Neceſſaria narras.ATHE.Quo igit̃ pacto paratos eos ad cantū red

Pueris interdicitur vinum.

demus?Principio lege ſanciemus,vt pueri vſq; ad duodeuigeſimū annū vini vſum prorſus ignorent.
Nēpe eos monebimꝰ nō oportere ignē igni in corpus,atq; aīam ſuggerere,āteq̄ viri effectu ſubire labo
res incipiāt.Furioſū nāq; habitū iuuētutis cauere oportet.Deinde vino moderate vtant̃ vſq; ad ānū
ætatis trigeſimū.Ab ebrietate vero & vini repletione iuuenes oīno abſtineant.Sed cū ad q̄dtrageſimū
ꝑuenerint,tūc in cōuiuiis liberiꝰ diſcūbētes,cū alios deos,tū Dionyſium ad ſacra ſenū & ludos inuo-

Vinum remedium aduerſus ſenectutis duritiam.

cēt:q hoībꝰ vinū quaſi remediū aduerſus ſenectutis duritiā eſt largitus:vt reiuueneſcere videamur:
& mœſtitiæ nos obliuio capiat:ipſaq; affectio animi ſicuti ferrū in igne ex duritie in mollitiē deducta
flexibilior fiat.Primū q̄dē ſic affectꝰ q̄ſq; ſumpta fiducia minus verebit̃ inter aliquos ac ſuos,nō tamē
multos & alienos canere:& vt a q̄d iā ſępius repetiuimus,incantare.CLI.Et maxīe q̄dē. ATHE.Ad
eos igit̃ inducēdos vt cantibus intereſſe velint,modus hic haud indecēs erit.CLI.Nō certe. ATHE.
Qua aūt voce & q̄ muſa hi viri cātabūt? An ea videlicet quę ipſis cōueniat?CLI.Ea dūtaxat.ATHE.
Quęnā igit̃ diuinis viris cōueniēs erit?Nōne ea qua chori decantāt?CLI.Nos q̄dē hoſpes & ii nō poſ
ſumus aliud canere q̄ q̄d in choro didicimus.in hoc.n.cantu aſſueti ſumus.ATHE.Par eſt.Optimū
eñ cantū non didiciſtis.quaſi.n.caſtrenſem Rēp.habetis potius q̄ vrbanā.Propterea iuuenes ꝑfecto
tanq̄ pullos gregatim paſcētes habetis.Vſi nemo veſtrum arripit ſuum,& ad cohibēdā eius ferocita
tē curidā quaſi equorum magiſtro cōmittit,qui erudiat ipſum leniter tractās & manſuefaciēs,& cæ-
tera quæ educationi cōueniūt pagēs:ex quo non mō ꝓbus miles efficiat̃,ſed ciuitatū quoq; & vrbiū
idoneus gubernator:quem quidē in principio diximꝰ Tyrtei militibꝰ fore bellicoſiorē:quarto virtu
tis loco non primo ſemꝑ & vbiq; priuatim & publice fortitudinis munera colentem.CLI.Neſcio quo
mō rurſus hoſpes legū latoribus noſtris derogas.ATHE.Non ex aīo id facio bone vir, ſi q̄dem facio.
ſed ꝑficiſcamur quo ratio ducit,ſi vultis.Nam ſi muſam habemꝰ chororꝫ & theatri cōi muſa præſtā

ciorem, hanc illis exhibere conemur, quos diximus illã quidẽ vereri, & aliã quęrere meliorẽ. CLI. Omĩ
no. ATHE. Oĩbus igitur quęcũq; gr̃a quedã ſequit̃, ineſſe id oportet, vt vel ea ipſa gratia ſola in his alli-
ciat ſitq; p̃cipuũ, vel rectitudo, vel vtilitas. Exẽplo qđ dico, exponã. Cibus ac potus & alimentũ omne
gratiã habet, quã voluptatẽ dicimus: Rectitudinẽ vero & vtilitatẽ, ſi cõfert ad ſanitatẽ. CLI. Prorſus.
ATHE. Sic & in diſcendo gratia ineſt q̃ voluptas noĩat̃. Rectitudo etiã atq; vtilitas & bonus habit⁹
atq; pulcher: quę ab ipſa veritate efficiunt̃. CLI. Ita eſt. ATHE. Quid porro in artibus, q̃bus ſimilia ef
fingunt̃, nõne idipſum inſpicimus? Voluptas p̃fecto ex illis q̃nq; p̃uenit: quã par eſt gratiam noĩare.
CLI. Certe. ATHE. Rectitudinẽ vero talium, vt vniuerſaliter dicã, ęqualitas ipſa tanti taliſq; efficit,
potius q̃ voluptas. CLI. Pręclare. ATHE. Voluptate igit̃ ſola id merito iudicabit̃, qđ neq; vtilitatem
neq; veritatẽ, neq; ſimilitudinẽ, neq; rurſus dãnũ efficit: ſed ſolũ cauſa gratię illius fit quæ cõcomita
tur alia: quã voluptatẽ recte poſſumus noĩare: q̃n videlicet nihil iſtoꝝ ipſam ſequit̃. CLI. Voluptatẽ
dicis ſolã, quę minime noceat? ATHE. Nẽpe. & iocũ ac ludum rurſus eã ipſam appello, q̃n nec nocu-
menti neq; vtilitatis aliq̃d affert ęſtimatione dignũ. CLI. Vera loq̃ris. ATHE. Sequit̃ ex his quę dixi
mus, nullã imitationẽ voluptate & opinione non vera iudicãdã eſſe. ſimiliter etiã ęqualitatẽ nullam.
Nõ eñ quia huic videatur, aut q̃n hic gaudeat, iccirco ęquale, ipſum ęquale eſt: aut cõmenſurabile
ipſum eſt cõmenſurabile: ſed nullo alio q̃ veritate ſola. CLI. Sic eſt oĩno. ATHE. Atq muſicam omnẽ
imitatricẽ, & ſimiliũ effectricẽ eſſe dicimus. CLI. Cui dubiũ? ATHE. Cũ ergo q̃s ſola voluptate muſi
cã aſſerit iudicari, minime audiẽdus eſt: minimeq; hmõi muſica, ſi alicubi colit̃, q̃rẽda eſt: ſed illa quæ
p imitationẽ boni ſimilitudinẽ poſſidet. CLI. Vera hæc ſũt. ATHE. Qui ergo cãtus ſpeciẽ & muſam
quęrũt optimã, nõ eã quę iucũda, ſed quę recta eſt, quęrere debẽt. Rectitudo. n. imitationis in hoc con
ſiſtit, vt dicebamus, ſi tãtũ & tale fiat qđ imitatiõe exprimit̃, quãtũ & quale in ſeipſo eſt. CLI. Cui du-
bium? ATHE. Atqui illud de muſica oẽs cõcederent, oĩa videlicet poemata eius imitationẽ eſſe atq;
aſſimilationẽ. Qđ & poetę oẽs, & auditores, hyſtrioneſq; concederẽt. CLI. Magnopere. ATHE. Opor
tet igit̃ circa vnũq̃dq; poema, & figmentũ vt videt̃ q̃d ſit qđ effingit̃ cognoſcere illũ, q in ipſo non ſit
erraturus. Nã q nec nouit q̃d eſſentia ipſius velit, nec cuius imago ſit, nunq̃ rectitudinẽ eius & erro-
rẽ intelliget. CLI. Nunq̃ certe. ATHE. Qui aũt rectitudinẽ operis nõ intelligit, nũ bene an male factũ
ſit cognoſcet? Obſcuri⁹ eqdẽ loquor. Forte vero plani⁹ ita mihi dicet̃. CLI. Quo pacto? ATHE. Multę
ad aſpectũ p̃tinẽtes ſimilitudines fiunt. CLI. Certe. ATHE. Siq̃s corporis depicti modũ nõ teneat, co-
gnoſcet ne vnq̃ vtrũ recte ſit pictũ? Vtputa vtrũ articulos corporis & ſingulas particulas habeat, &
numerũ, & qualitatẽ, & locationẽ ſingulorũ p̃ut decet ad ſingula, colores p̃terea atq; figuras, vel con
tra vtrũ p̃turbate hæc oĩa picta ſint? An cenſes hæc aliquẽ cogniturũ, qui aĩal qđ pingit̃ minime no-
uerit? CLI. Nullo modo. ATHE. Si aũt cognoſcat aliq̃s hoiem eſſe id qđ pictum, vel quoquo mõ for
matum eſt, ſuaſq; p̃tes oẽs & figuras & colores ab arte accepiſſe, num idẽ neceſſario ſicubi defect⁹ ali-
quis pulchritudinis in eo ſit, continuo agnoſcet? CLI. Omnes ferme hoc modo hoſpes q̃ in aĩalib⁹ pul
chre ſe habẽt, cognoſcerem⁹. ATHE. Recte loq̃ris. Nõne igit̃ in imagine oĩ ſiue p picturã ſiue p muſi
cã ſiue quomodocũq; aliter fiat, tria hęc prudẽtẽ iudicẽ habere oportet? Primũ vt cognoſcat quid ſit
qđ in imitationem cadit: ſecundũ vt recte: tertiũ vt bene qualibet ſimilitudo verbis, concentib⁹, nu-
meris effecta ſit, nouerit? CLI. Videt̃. ATHE. Ne pigeat igitur difficultatem quæ in muſica eſt, expo
nere. Porro q̃n magis hęc q̃ aliæ ſimilitudines, celebratur, maiore q̃ in cęteris opus eſt diligentia. Nã
qui in hac aberrat, maxime lęditur, cũ ſub eius ſuauitate malos imbibat mores. Difficile aũt id cogni
tu eſt, quoniam poetæ non ita vt Muſæ artẽ poeticã tenent. Nunq̃ eñ illæ tm̃ errare poſſent, vt in ef-
fingẽdis virorũ verbis, colorẽ mulierũ concentuſq; redderent: vel in cõcentibus figuriſq; liberorũ, ſer
uorum & illiberaliũ numeros: vel in numeris figuriſq; liberis, concentum vel ſermonem numeris cõ
trariũ. Nunq̃ inſup ferarũ voces atq; hoim, pulſandorũq; inſtrumẽtorũ, & ſtrepitus oẽs quaſi vnũ ali
quid imitarent̃, in vnũ cõfunderẽt. Humani vero poetę hmõi multa p̃turbate & ſine rõne cõmiſcent
riſumq; hominibus cõmouẽt, quos Orpheus delectationis gratiã ſecutos ait. Oĩa enim & confuſa cer
nunt & ipſi quoq; diſtrahunt poetæ: numerum q̃dem atq; figuras a concentu ſeorſum, orationes nu
das abſq; concentu metrice cõponentes: atq; etiã cõcentus, & numeros abſq; verbis, nudę citharę pul
ſationi & tibiæ ſono accõmodãtes. Qua in re difficillimũ eſt cognoſcere q̃d numerus & concentus ſi
ne verbis factus ſibi velit, & cui imitationi ſimilis ſit earũ quę rõne ſunt dignę. Intelligere aũt oportet
multa ruditate eſſe refertũ id omne quodcũq; ſiue velocitatẽ ſeu tarditatẽ vocẽq; ferarũ p̃xime ſequi
tur, vt aliter tibia citharaq; vtaris, q̃ ad tripudium opus ſit atq; cantũ. Nudo aũt vtroq; vti, abuſus
eſt miraculorum oſtentationi p̃ſimilis: & a muſis admodũ alienius. Sed horũ q̃dem hęc ratio eſt. Nos
aũt hęc nõ cõſideramus, q̃ triginta q̃nquagintaq; annos & vltra nati muſis nr̃is vti nõ debeãt, ſed vt
q̃n debeãt videam⁹. Ex iſtis aũt oratio hęc nobis id ſignificare videt̃, q̃ ad quinquageſimũ annũ p̃ue
ctos q̃buſcũq; canere op⁹ eſt, meli⁹ cæteris chori muſam tenere oporteat. Neceſſe nãq; eſt vt acute cõ

Om̃e gratuũ allicere vel gr̃a vel rectitudĩe, vel vtilitate.

Quę ſpectant ad iudicẽ prudentem.

cētus & numeros ſentiant atq̧ cognoſcāt. Quomō eñ aliter qſpiā rectitudinē cātꝰ cognoſcet cui cō
uenit vel nō cōuenit circa Doricū & numerū, quem illi poeta adiunxit, vtrum recte iunxerit nec ne?
CLI. Nullo certe pacto. ATHE. Vulgus aūt deridendum eſt, cum ſe putet qđ boni concentus nume
riq̧ compos eſt, & qđ contra, ſatis cognoſcere: quotcūq̧ videlicet ipſorum cantum & numerum ſeq
coacti ſunt quidē: qm̄ vero qd in ſingulis iſtorū fiat ignorant, quomodo etiā recte fiant haec neſciunt.
Quilibet enim cantus ſi oīa ſibi cōueniētia continet, recte ſe habet: ſi non continet, contra. CLI. Sic oī-
no neceſſe. ATHE. Quid porro? Si qs rōnem eiꝰ quidve habeat nō intelligit, nūquid qđ diximꝰ, quo
pacto recte ſe habeat ī aliquo vnq̄ cognoſcet? CLI. Quo pacto id fieri poſſet? ATHE. Hoc itaq̧ nūc in
his inueniſſe videmur, ꝙ cantores eos ſeniores, quos prius quidē nolētes ita prouocamus vt libēter
quodāmodo canāt, vſqueadeo hęc didiciſſe neceſſe eſt, vt eorum quilibet tam numerorū progreſſus
& pondera, q̄ ſonos fidiū harmonicos cōſequaꝛ: vt cōcentus & numeros intelligētes illos eligere poſ-
ſint quos tantis ac talibus decātari oporteat: atq̧ ita canētes & ipſi voluptates innocuas cōfeſtim per
cipiant, & iuuenes ad probos mores decantibus ꝑducāt, & oblectamentis. Eatenus aūt docti, exqſitio
rem q̄ vulgus & poetæ ipſi diſciplinā habebūt. Tertiū qdē illud ſiue bona ſiue mala imitatio ſit, nō eſt
neceſſe vt poeta cognoſcat: cōcentū vero numerūq̧ neceſſe. Iſti aūt oīa tria cognoſcere debēt, vt opti-
mū & ſecundū eligere queāt. Aliter autē nunq̄ ſufficienter veluti incantationibꝰ quibuſdā poterunt
iuuenū animos ad virtutē allicere. Enimuero quod ab initio voluimꝰ, vt videlicet Dionyſii choro re-
ctam opē ſermo noſter afferret, pro viribus dictū eſt. Verum conſideremus an hoc ita ſit factū. Talis
vtiq̧ concētus hoīm neceſſario, cōpotatione ꝓgrediēte turbulentior reddiꝛ. Qđ & a principio ſuppo
ſuimus, in his quę fiunt hodie, neceſſario fieri. CLI. Neceſſe. ATHE. Vbi certe vnuſqſq̧ ſeipſo leuior
factus extolliꝛ & exultat, audaciaq̧ repletur, nec audit ꝓximū: ſed tā ſuiipſius q̄ cæterorū oīm ducē
ſe ſufficientē exiſtimat. CLI. Abſq̧ dubio. ATHE. An non diximus, quotiēs iſta fiunt, bibentiū aīos,

Sicut igne ferrum, ita vino corpora ſenū molliri.

ſicut in igne ferrū, ita vino feruētes molliores iunioreſq̧ fieri: & icicirco facilꝰ deduci? veluti qñ iuue
nes erant, ſiqs & poſſit & ſciat erudire eos ac fingere. Fictorē vero eundē eſſe qui & tunc ꝑbus legiſla
tor dicebaꝛ. Cuius in legibus compotationi modus eſt ꝑſcribēdus: vt poſſint hę leges confidentē illū
audacēq̧ & impudentiorē q̄ deceat, factū, qui ordinē viciſſim in ſilētio, ſermone, cōpotatione, & muſi
ca ſeruare nō vult, cohibere: atq̧ ita inſtruere, vt cōtra in oībus facere velit q̄ faciat: cōtra inſurgentē
ac turpē confidentiā admouētes timorē optimū cū iuſtitia. quē qdē timorē diuinū, pudorē & verecū
diā nominauimus. CLI. Eſt vt ais. ATHE. Harum legū auctores atq̧ cuſtodes a ꝑturbatione & ebrie
tate remotos eſſe oportet, vinolētorū duces. Sine qbus cōtra ebrietatē pugnare duriꝰ eſt: q̄ ſine duci
bus ſobriis cū hoſtibus dimicare. Siqs aūt neq̧ obtēperare velit his, neq̧ ducibus Dionyſii vltra ānos
ſexaginta natis, ęquale vel etiā maius dedecus ferat, q̄ q ducibꝰ Martis nō paret. CLI. Recte. ATHE.
Nōne ſi talis ebrietas taliſq̧ ludus adhibereꝛ, cōpotatores magnā inde vtilitatē cōſecuti, & maiori q̄
priꝰ inuicē beneuolētia iuncti, nō aūt ſicuti nūc īimici diſcederēt? cū legitime inuicē cōuerſati eſſent
& ducētibus ſobriis temulenti quoq̧ legibus obtēperaſſent. CLI. Sic certe, ſi talis eſſet ebrietas qualē
mō narrabas. ATHE. Ne igiꝛ Liberi pr̄is munus ſimpliciter ita vitupemꝰ, quaſi malū ſit, neq̧ dignū
vt in ciuitate recipiaꝛ. Atq plura etiā in hāc ſñiam referri poſſent, q̄uis maximū illud bonū qđ largiꝛ
Dionyſius, efferre in multos verear, qm̄ hoīes cū audierint nō recte accipiāt, nec ītelligāt. CLI. Quid
iſtud? ATHE. Rumor qdā & fama defluxit ad nos, hūc deū a nouerca Iunone ex animi ſentētia olim
deturbatū fuiſſe: atq̧ icicirco vlciſcēdi gratia bacchationis choreā oēmq̧ inſaniā induxiſſe, & vinum
ad hoc ipſum tribuiſſe. Ego autē haec illis dimitto: q tutum arbitranꝛ talia de diis dicere. Illud tñ ſcio
ꝙ nullum animal cum tanta ac tali naſciꝛ intelligentia: quanta & qualis ſibi cū ꝑfectū fuerit, conue
nit. Hoc porro in tēpore, quo prudētiā ſuam nōdū poſſidet, furit oīne, & ſine ordine clamat, & ſaltu
elatū laſciuienſq̧ ſalit. Recordemur aūt ꝙ muſicæ & gymnaſticę hęc eſſe principia diximꝰ. CLI. Re-
cordamur. ATHE. Nōne etiam ꝙ numeri & concentus ſenſum nobis ſolis dediſſe hoc principium
diximꝰ? Apollinem vero & Muſas & Dionyſiū duces ad hęc nobis eſſe tributos? CLI. Vtiq̧. ATHE.

Cur vinū datum hoībus.

Vinum vero vt ferūt multi, ad vltionē hominibus datum eſt vt inſaniant. Vt autē ſermo habet no-
ſter, remedium, & medicina in cōtrarium, vt animus quidem pudorē, corpus aūt ſanitatem & vires
adipiſcaꝛ. CLI. Egregie hoſpes ſuperiorē orationē cōmemoraſti. ATHE. Sed iam media pars eorum
quæ ad choream ꝑtinēt, dicta eſt. Reliquā vero vt videꝛ ꝑficiemꝰ ne? An ꝑtermittemꝰ? CLI. Quaſnā

Tota chorea & chorea ps.

dicis partes, & quomō partiris vtraſq̧? ATHE. Tota quippe chorea vniuerſa nobis dicta eſt diſcipli-
na. choreæ vero pars vna in voce eſt ꝑ numeros & cōcētꝰ. CLI. Ita eſt. ATHE. Altera in corporis mo-
tu per numerum atq̧ figuram. Sed numerum qdem habet cum motu vocis cōmunē, figurā vero ꝓ
priā. In prima aūt illa parte cantus ipē vocis eſt motus. CLI. Vera narras. ATHE. Sed vocis quidē ha
bitū, qui ad diſciplinā virtutis animi peruenit, neſcio quo mō muſicā nominauimꝰ. CLI. Recte admo
dum. ATHE. Si autem corporis motus in ludo quē ſaltationem appellauimꝰ, ad corpis vſq̧ virtutē

attingit,artificioſam hanc ad id ipſius deductionẽ gymnaſticã nominem⁹.CLI.Rectiſſime.ATHE. De muſica ꝗdem,quã mediã choreę partẽ diximus,ſatis actũ putauimus,atq; ita de ea ſit dictũ.Qua re de reliqua iam dicamus,vel quid agendũ:CLI. O vir optime,ꝗ cũ Cretẽſibus & Lacedæmoniis diſſeris,qñ iam ſatis tractatum de muſica eſt,ſed de gymnaſtica hactenus minime,quidnã reſpõſurum tibi ad interrogationẽ hmõi vtrumuis noſtrum exiſtimas?ATHE.Affirmabo equidem te,cũ hæc interrogaueris,aperte iam reſpondiſſe.Intelligo.n.q; hæc tua interrogatio reſponſio ꝗdam eſt vt dixi ac iuſſio ſimul vt tranſigant quę ad gymnaſticã ptinẽt.CLI.Optime intellexiſti,& ſic facias.ATHE. Faciundũ eſt.neq; eñ difficile eſt quæ vobis vtriſq; notiſſima ſunt,tranſigere.Nẽpe huius artis vtriq; multo magis ꝗ̃ illius periti eſtis.CLI.Vera ferme dicis.ATHE.Nõne huius quoq; ludi principiũ eſt:quia vnũquodq; aĩal natura ſaltare conſueuit.Homo aũt vt tetigimus,cũ numeri ſenſum accepe rit,ſaltationẽ peperit. Cantus itẽ numerũ excitat.Quę ambo inuicem copulata choream,& ludũ pepererũt.CLI.Ita eſt.ATHE.Huius partẽ alterã iã pegimus:alterã deinceps aggrediemur.CLI.Prorſus.ATHE.Sermonẽ igitur de ebrietatis chorea primũ hac ſi placet ſñia concludamus.CLI. Quonã pacto?ATHE.Si ciuitas aliqua tanꝗ̃ re ſeria cõpotationibus & cũ legũ ordine vtatur,exercitationis eu iuſdẽ ad tẽperantiã gratia,& alias voluptates non fugiat,ſed eadẽ ratione vt ipſas ſuperet exercitetur, hoc vtriq; pacto oĩbus his vtẽdũ.Sin vero tanꝗ̃ ludo vtatur cõpotationib⁹ ciuitas:& liceat cuiq; qñ velit & qb⁹ cũ velit cõbibere,& alia quæq; ꝑ libidine exercere,nõ eſſem huius ſñiæ:q; deceat ciuitatẽ iſtam aut hunc virũ ebrietati aliqñ indulgere.Sed multo magis ꝗ̃ Cretẽſium Lacedęmoniorũq; vſum Carthaginiẽſiũ legẽ ꝓbarẽ:vt nunꝗ̃ in caſtris quiſꝗ̃ guſtare vinũ audeat:ſed toto illo tẽpore aqua bibat: & in ciuitate nũꝗ̃ vini vſum ſeruo vel ſeruę cõcederẽ.Sed nec magiſtratib⁹ toto eo tẽpore,quo magiſtratu fũgũtur.Gubernatores etiã atq; iudices mun⁹ ſuũ ſubituros a vino penit⁹ ꝓhiberẽ. Deliberaturos quoq; de rebus nõ oĩno negligẽdis.Ac nulli penitus interdiu vinũ concederẽ,niſi exercitationis corporeę morborũq; cauſa hoc potu opus fuerit:neq; etiã nocte viro vel mulieri qñ liberis operã dare volunt.Plura etiã referri poſſent,in qb⁹ hoĩes legis rectę mẽtiſq; cõpotes vino abſtinerẽt.Quapropter ſcdm hãc rõnẽ,nec multis ciuitati vineis opus eſſet.Atqui & reliꝗ̃ agricultura oĩſq; viuẽdi norma ordinẽ ſuũ teneret:ac vini vſus ferme oĩni moderatiſſim⁹ & parciſſimus eſſet. Hic itaq; ſermoni de vino hoſpites,ſi vobis quoq; videtur,apex allatus ſit.CLI.Probe dictũ.Quare & nobis ita videtur.

Mos Carthaginiẽſiũ circa vinum.

Argumentum Marſilii Ficini In Dialogum Tertium De Legibus.

QVemadmodũ medicus ſanitatẽ corporis,ita legũ auctor ſpectat animi ſanitatem. Qm̃ vero oĩbus optabilius eſt valitudinẽ proſperam retinere ne peat,ꝗ̃ recipe pereuntẽ,iccirco ꝑcipuũ vtriuſq; tã ciuilis,ꝗ̃ medici inſtitutũ eſt,ſeruare ſiue corporis ſiue animi ſanitatẽ:ſequẽs vero vtriuſq; conſiliũ eſſe videtur optimũ,ſiue corpori ſiue aĩo habitũ,ſiqñ amiſſus fuerit,reſtituere.Quãobrẽ & apud Platonẽ & apd veritatẽ ſcriptores illi legũ cõtẽnẽdi cenſentur,qui ſubito qua cẽſura ſcelera ꝑpetrata ſint punienda,decernunt.Qua vero ratiõe homines ita oriantur,nutriantur,erudiantur,vt ſcelera perpetrare nolint,nõ ꝓuident.Nemo igitur admiretur Platonem noſtrum firmiſſimę ſanitatis animi ſtudioſum,tam in libris Legum ꝗ̃ de Rep.diu per multa quę videntur leuia,& ad educandos pueros adoleſcenteſq; ptinẽt,accuratius diuerſari.Sic.n.decet diligentiſſimũ animorum medicũ facere:eoſq; ſtatim natos ita componere,vt vel quaſi vna cũ firma ſanitate geniti videantur,vel ſaltem ætate adoleſcente,ſanitas animi pariter coaleſcat.Hinc itaq; pręcedens illa libri Legũ primi ſecundiq; diligentia in omni muſicæ ludiq; genere atq; conuiuiis.Dum enim de auctoris legũ officio diſputat,ꝑcipuum eius.i.circa pueros,& adoleſcentu. ſtudiũ,ante omnia iudicat declarãdũ.Vbi meminiſſe te volo,quãta cautione ad potum vini iudicauerit accedendũ:vt non liceat quotidie bibere, neq; cuilibet,neq; ad cuiuſq; libidinẽ:ſed in ſolẽnibus dũtaxat cõuiuiis:& tũc qdẽ viris & moderate, raro vero merũ,ſub arbitro tñ & iudice.Alioqn memineris & quãtũ ꝓbet,vt nõ liceat in caſtris militibus guſtare vinũ:neq; in ciuitate ſeruis,neq; magiſtratibus,neq; gubernatoribus & iudicibus ipſo iudicii tpe:neq; viris mox de reb⁹ magnis deliberaturis:poſtremo neq; viro vel mulieri ea hora qua liberis operã dare cõſtituũt.Hęc opęp̃tium fuerit diligenter cõmemoraſſe.Pergam⁹ iam ad ꝓprium libri Tertii argumẽtũ.Cũ igitur lex ipſa ciuilitatis.i.diſciplinæ ciuilis forma ſit,ciuilitas aũt forma ſit ciuitatis,haud ab re de legibus tractatur⁹ multa de ciuitatis ciuilitatiſq; initio diſputat. Ambigit autẽ vtrũ genus humanũ fuerit ab ęterno nec ne:ſimiliterq; de mũdo. Et q; alicubi tẽpus noĩat infinitũ hauđquaꝗ̃ ſine principio ꝓprie atq; fine ſignificat:ſed noſtris potius computatiõib⁹ infinitũ:ideoq; dicit ſępe tẽpus inextimabile potius ꝗ̃ immenſum.Atqui & in ſexto ſimiliter ambigẽs ſñiam ita diſiũgit:Hominũ generatio aut nunꝗ̃ incepit,aut inextimabili ante nos tẽporis lõgitudine cœpit. Inexti

mabile vero forſan dicit,ſiquis non ſolũ annos ſolares,ſed etiã lunares,& dies & horas numerare con
tenderit.Satis aſit Chriſtiano fuerit,philoſophum mundi ęternitatem non affirmaſſe.Sed quidnã de
mille annorũ milibus his Moſaici dicẽt?Forte Platonem Aegyptiorum more breuiuſculos annos cõ-
putauiſſe.At vero & de his,& de mundi illuuionibꝰ opportunius agitur in Timęo.Iã vero ad ipſam
materiã legũ.i.ciuitatem ciuilitatẽq; reuertamur.Quatuor ciuilitatis figurę [illegible] numerãtur.Pri
ma quidem ſtatim poſt generis humani calamitatẽ in ſupſtite quodã eius ſemĩe ſe[illegible]to vel altiſſimo-
rũ montiũ beneficio,vel diuina potius ꝓuidentia.Tunc enim ꝓbabile eſt filios nepoteſq; patriſfami-
lias imperio paruiſſe.Qđ qdẽ imperiũ ſola conſtat lege naturæ.Secunda figura inter familias plures
iam inter ſe vel oppido vel vallo quodã ſimili congregatas.Congregatas inquã tũ indigẽtia mutua,
tũ metu ferarũ.Sed ab ipſo coetus huius exordio veriſimile eſt tot gubernãdi formas:quot & domi-
cilia extitiſſe,opinionibus inter ſe moribuſq; lõge diuerſas.Ob quã diuerſitatẽ mutuis ſubortis iniu
riis coacti ſunt cõmunes quoſdam arbitros & iudices rectoreſq; cõſtituere.Vnde tertia iam orta eſt
ciuilis diſciplinæ figura:a precedẽte videlicet iniuſtitia ducẽs originẽ.Probabile vero eſt eiuſmodi re
ctores vrbis,cõmunes preſcripſiſſe ciuitati leges,poſtq̃ honeſtiſſimas quaſq; domiciliorũ leges conſi-
derauerunt:per eaſq; rei familiaris diſciplinã ad diſciplinam reip.trãſtulerunt.Quarta deniq; figura
eſt in quodam gentiũ regno.Vbi plures inter ſe vrbes in eandẽ voluntatem cõemq; legẽ ita cõueni-
unt,quẽadmodũ in vrbẽ vnã familiæ plures.Prima qdem figura extra vrbẽ eſt per leges ſingulas,na
tura,rõne,voluntate cõſiſtẽs.Secũda vero iam in vrbe,ſed per ſingulas adhuc domiciliorũ leges,in-
digẽtia quadam metuq; cõgregata.Tertia in ciuitate per leges iam cõmunes,occaſiõe iniuſtitię,iuſti
tiã colens.Quarta ex pluribus ciuitatibus per eandẽ volũtatẽ legemq; ſimilẽ congregatur.Inter hæc
admonẽť poetę ad canẽda diuina:Vbi diciť poetarũ genꝰ diuinum eſſe,agiq; deo.Admonẽtur quoq;
auctores legũ:vt neq; arduas neq; violẽtas ferãt leges,ſed leues,quoad fieri põt atq; ſuaues.Præterea
exemplo quodã hiſtorico,principale proſeqtur diſputationis huis conſilium:de precipua cõdendarũ
legum & optima ratione.Quę quidẽ hinc maxime ſumit exordium:ſi auctor in his ferendis vniuerſã
quidem ciuium virtutẽ ſpectet,maxime vero maximã oĩum atq; ducẽ.Nemo vero dubitat virtutes
alias a prudentia tanq̃ inferiora mẽbra a capite duci.Hãc vtiq; tam neceſſariam nobis eſſe q̃ nobilem
ex eo confirmat,ꝙ omnes cõmuni voto id optant in primis,vt humana omnia pro ſui deſiderio ſuc-
cedant atq; gerantur:eũq; cui ad votum cuncta ſuccedunt:beatiſſimũ fore oĩum arbitrantur.Plato
vero contra infert miſerrimũ fore illum,cuius cupiditates quotidie ſequanť euẽtus:niſi tanta ſit pru
dentia preditus,tantaq; per prudentiã animũ moderatione regat,vt vera diſcernat bona:& quę rõne
ſecreuit neglectis aliis appetat.In his admonet non eſſe optandũ vel orandum vt oĩa cupiditatem no
ſtram ſequanť,immo & cupiditas rõnem.Tangit & congruam filii ad patrem,patris ad deum cõpa-
rationem.Cupit certe & precatur ſibi puer euenire q̃plurima quaſi bona:quæ pater interea ne acci-
dant deprecať tanq̃ mala.Similiter vana & noxia vota hominũ cæleſtis pater quotidie deteſtať.Neq;
refugium ad euitanda fallacia vota,vllum nobis eſt excepta prudẽtia.Huic ergo per ciuium animos
propagandæ legifer in primis incũbet publicæ ſtudens felicitati.Tanta enim prudentiæ perfectio eſt
vt & optanda doceat exoptare atq; cõparare:& cõparatis ea potiſſimũ vti ratiõe qua ꝓſint.In his au-
tem felicitas ciuitatis tota conſiſtit.Quẽadmodũ vero ciuitatẽ ſeruat prudentia,ita deſtruit impru
dentia:quam nominat ignorãtiam.Non ignorantiam inquã vel literarũ proprie vel artis cuiuſdam
vel externorum quorundam a nobis alienorum:ſed ignorantiam boni,vt alibi ſæpe dicit,atq; hic ſi-
gnificat.Sed addit eam eſſe & priuatim & publice pernicioſiſſimam ignorãtiam,per quã quis neſci-
at ita ſuum animũ temperare,vt rationis ſuæ tanq̃ reginę legibus ſenſus quaſi populus legitime edu
catus obediat,adeo vt non alia proſequať & fugiat,nec aliis aliterve gaudeat atq; doleat q̃ ratiõis in-
ſtituta præſcribãt.Quicũq; ignorantia eiuſmodi occæcanť,etiam ſi ingenioſiſſimi atq; literatiſſimi
ſint,ignorãtes a Platone cẽſentur.Qui vero temperati ſunt,prudẽtes ab eo iudicãtur atq; ſciẽtes eti-
am ſi literas neſciãt.Prohibet deinde magiſtratũ illi tribui gubernãdum qui ꝓpter incõtinentiã gu-
bernare ſe neſciat.Neq; cõfidit ciuitatẽ ſub eo recte feliciterq; cõponi,in cuius animo ciuitas quadã
eſt incõpoſita ſimul & miſera.Quis autem ſeptem numeret deinceps rationes quæ ad dignitatem
imperãdi cõducere apud plurimos iudicãtur.ſ.Paternitas,Nobilitas,Dominatio,Potẽtia,Senectꝰ,
Prudẽtia,Sors:tñ vnicã ipſe p̃ ceteris eligit.i.prudẽtiã:dicens hãc eſſe ꝓpriã dignitatis imꝑatorię rõ-
nẽ.ſ.vt prudẽtiores vbiq; imperẽt:imprudentiores obtẽperent.Quẽadmodũ & oculorũ officiũ eſt du
cere:pedũ vero miniſteriũ ꝓgere.Itẽ ſicut ĩ qualibet arte ꝓferti nauigatoria & militari & medicĩa,eiꝰ
qdẽ q plꝰ ĩtelligit,eſt ꝓcipe,eiꝰ vero q minꝰ ea ĩ re cognoſcit,ẽ exeq:ita & in arte ciuili,parti vniuſcu-
iuſq;,partim familiæ,partim ciuitatis gubernatrice illi apprime oẽs parere debẽt qui pre ceteris quid
potiſſimũ hũanę ſaluti conducat intelligit.Lex ergo cõmunẽ optãs prudentiã,ꝓuidebit vt ꝓter pue-
rilẽ eruditionẽ ad prudẽtiã conferentẽ,munerũ quoq; publicorũ gradꝰ ꝑ ipſius prudentiæ gradibus

vbiqꝫ diſtribuant. Ac ne imprudēter horũ gubernacula cõmittant: ſanciet ne mera & ingēs īperādi auctoritas cõcedat: ſed oēs quidē ſubiiciet legibꝰ: reges aũt cũ ſenatu cõiūget, ſenatũ cũ cõſilio poplari. Cauebit ī primis ne vnq̃ ſuꝑba laſciuia cupiēs plus poſſe q̃ leges, diſſenſionē pariat & ruinā. Studebit vt totũ ciuitatis corpus quo ad fieri poteſt liberũ ſit, prudēs, & amicũ. Liberũ quidē vt poſſit quilibet patrię ſuę cõſulere: prudēs autē vt ſciat: amicũ rurſum vt velit. Meminerit tria haec ī ea ciuitate facilꝰ cõuenire, quę inter vnius ac ppli potētiā obtinet mediũ: vt neqꝫ vniꝰ ſe totā ſubdat īperātis arbitrio vel potētię paucorũ, neqꝫ quēlibet abſqꝫ delectu recipiat cõſultorē: ſed plurimũ quidē optimatũ conſtet gubernatiõe: nõnihil quoqꝫ habeat regii, nõnihil inſuꝑ popularis. Circũſpiciet mores fortunaſqꝫ principũ: quo ꝓſpiciat ciuitatũ regnorũqꝫ exitiũ maxie oim ex delitioſo luxurioſoqꝫ adoleſcētũ virorũqꝫ victu ꝓcedere. Quippe cũ nemo ex huiuſmodi vita virtute ꝑſtans euadere poſſit: ſed ęger neceſſario fiat, fragilis, & inflatꝰ & cęcus. Mādabit ꝓpterea tēperantiā ab oībus maxie coli: faciens eos potiſſimũ honorari, qui tēperatiſſimi oim iudicio cõprobent. Neqꝫ patiet fortitudinē ab vllo abſqꝫ tēperātia poſſideri: quaſi rē ciuitati valde periculoſam. Quinimo neqꝫ multarũ rerũ peritiā abſqꝫ iuſtitia tanq̃ grauiter nociturā. Sũmatim vero ī primo honoris gradu, dotes animi ſi cũ tēperātia mixtę fuerint collocabit: his corporis ſubiiciet bona: bonis corporis ſimul & animi externa ſeruire mādabit. Prohibebit quoqꝫ nimiā libertatē, vetabit & nimiā ſeruitutē. Nā nimia quidē ſeruitus amicitiā, i. & beniuolentiā popli erga pricipē & charitatē erga patriā e medio tollit, adeo vt leui de cauſa vel priceps, vel patria pereat. Libertas vero nimia laſciuiā primo parit, deinde contēptũ legũ, poſt hęc frequētes ſeditiões & extremā deniqꝫ ſeruitutē. Nemo vero miretur Platonem & hic & ſaepe alibi ludos, ſiue potius ſtudia muſicę magnifacere: quaſi ad permutādos in vtrāqꝫ partem mores tam publice q̃ priuatim poſſint q̃ plurimũ. Nam ea tēpeſtate & familiare oībus & palam frequentiſſimũ erat eiuſmodi ſtudium: quod autem ab oībus fit atqꝫ continue, non minorē ferme in animũ vim habet q̃ aer in corpus. Praeterea quae apud medicos parum cautos habent leuia, apud Platonem obſeruantiſſimũ humani generis medicũ haud contēnenda cenſentur. Deſcēdit poſt haec ad ſuperiorũ epilogum. In quo epilogo poſſet quiſpiā clauſulam illam: Si vero quicq̃ & quae ſequũtur, ita forſitan legere. An vero quicq̃ contulerimꝰ nec ne? Quis redarguet? Cum inter nos omnia dicta fuerint. Sed iſta tu videris.

DIALOGVS TERTIVS DE LEG.VEL DE LEG.LATIONE.

ATHE.

HAEC Quidem ita ſe habeāt. Ciuilis autē diſciplinae initiũ quodnā fuiſſe dicemꝰ? An nõ hinc facillime ipm quis optimeqꝫ inſpiciet? CLI. Vndenā? ATHE. Vnde ciuitatũ quoqꝫ incremētum & ad virtutē & ad vitiũ licet inſpicere. CLI. Vnde dicis? ATHE. Reor equidē a lõgitudine infinitateqꝫ tēporis, rerũqꝫ in eo mutationibꝰ. CLI. Quo pacto id ais? ATHE. Age dic ſi habes ex quo vrbes ciuileſqꝫ hoim inſtitutiões cœperũt, quāta temporis proceſſerit multitudo. CLI. Nequaq̃ id facile. ATHE. Inexplebile vtiqꝫ hoc & īpoſſibile cogitatu. CLI. Sic eſt oino. ATHE. Nõne innumerę in hoc tēpore cõditae ſunt ciuitates, totidēqꝫ deſtructę? quę omni ciuilis vitę cõditione paſſim vſę ſint: factęqꝫ modo e minoribꝰ, modo minores e maioribꝰ, peiores quoqꝫ ex melioribꝰ, & contra ex peioribꝰ meliores? CLI. Neceſſariũ id quidē eſt. ATHE. Huius igiť mutationis cauſam excogitemꝰ ſi poſſumꝰ. Fortaſſis enim primā vitę ciuilis cauſam mutationēqꝫ nobis oſtēdet. CLI. Probe loqueris. Quare & te oportet quid hac de re ſentias diligēter exponere: & nos attente auſcultare. ATHE. Num igiť priſci ſermonis veritatē aliquā habere videnť? CLI. Quinā? ATHE. Multos videlicet hoim interitus ex diluuiis morbis aliiſqꝫ peſtibꝰ olim accidiſſe: ex quibꝰ pauci hoies ſupſtites fuerīt. CLI. Valde id cuiqꝫ veriſimile. ATHE. Age iam de multis vnũ hoc exitiũ quod illuuione factũ eſt ꝓſpiciamus. CLI. Quid in hoc cogitare nos iubes? ATHE. Nēpe eos qui cladē tũc euaſerũt, montanos quoſdā & paſtores fuiſſe: in montiũ cacuminibꝰ pauca ſemina ad propagādũ genus hoim cõſeruata. CLI. Patet. ATHE. Atqui neceſſe eſt eos & aliarum artiũ fuiſſe expertes, & auaritię contētioniſqꝫ ſtudia īter ciues, cateraſqꝫ aduerſus alios aſtutias ignoraſſe. CLI. Cõſentaneũ id quidē. ATHE. Ponamus etiā cāpeſtres & maritimas vrbes ſubito illo tēpore periiſſe. CLI. Ponamꝰ. ATHE. Inſtrumēta igiť oīa & quęcũqꝫ artiũ ſiue ad diſciplinā ciuilē, ſiue ad facultatē aliā pertinentiũ, extabāt inuēta, concidiſſe illis tēporibꝰ aſſeremꝰ. Quomodo eñ o vir optime ſi hęc in ſempiternũ ita ſe vt modo habētia permāſiſſent, nouũ quicq̃ alicui eſſet inuētũ? CLI. Nēpe quia innumerabilis quędā multitudo annorũ ignorabať ab illis. Mille autē anni vel duo milia ex quo quicq̃ dicebať inuentũ, partim Dędalo, partim Orpheo, partim Palamedi patebāt. Sicut quę ad muſicā pertinēt, Marſię & Olympo: quę ad lyrā, Amphioni attribuũtur: aliaqꝫ aliis multa, vt ita dię

De initio ciuilis diſciplinę.

Generatio & corruptio ciuitatũ infinita.

cam, heri & nudiuſtertius adinuēta. ATHE. Vides ne Clinia prętermiſſum abs te eſſe amicū: qui ve
re heri fuit? CLI. An Epimenidē dicis? ATHE. Hūc equidē. Lōge enī hic in nouarū rerū excogitatiōe
oībus apud vos excelluit o amice. Qđ ſane verbis olim Heſiodus diuinauit: re autē Epimenides ipſe
perfecit, vt vos aſſeritis. CLI. Aſſerimus plane. ATHE. Ex ea vtiq̧ deuaſtatione magnā terribilēq̧ hu
manis ī rebꝰ deſolationē accidiſſe tūc arbitramur. Fertiliū agrorū magnitudinē deſertā: caeteriſq̧ aīa
libus corruptis vix boum caprarūq̧ genus & illud quidē rarū relictū fuiſſe: q̄bus paſcēdis tūc hoīes
vitā agebāt. CLI. Cui dubiū? ATHE. Ciuitatis vero & diſciplinę ciuilis & legū de q̄bus pręſens a no
bis ſermo habet, nunq̄d memoriā quidē vllā, vt ita loquar, fuiſſe putamꝰ? CLI. Nullā ꝓrſus. ATHE.
An nō ex illis ita diſpoſitis nobis hęc oīa ꝓuenerunt: ciuitates, diſciplinęq̧ ciuiles, artes, leges, & vitio
rū atq̧ virtutis nō parua copia? CLI. Quo pacto id ais? ATHE. Nunq̄d arbitramur o vir mirifice eos
hoīes, cū multorū q̄ īter ciues honeſta habent, vel turpia ignari eſſent, ſūmos, vel ī virtute, vel in vitio
extitiſſe? CLI. Probe dixiſti: & qđ vis ītelligimꝰ. ATHE. Tēpore igit̄ ꝓgrediēte ac genere hoīm multi
plicato, ad eū quē nūc videmꝰ habitū, ꝓuecta oīa ſunt. CLI. Recte admodū. ATHE. Neq̧ tamē ſubito
vt veriſimile eſt, ſed paulatim lōgoq̧ in tēpore. CLI. Valde ſic decet. ATHE. In cāpos enim ex cacumī
nibus montiū recens formido deſcēdere ꝓhibebat. CLI. Certe. ATHE. Nōne & ꝓpter paucitatē illis
tēporibus mutuo inter ſe aſpectu cōgratulabant: pręſertim cū neq̧ terra, neq̧ mari tranſitus ad alios
facilis fuerit, oībus ferme ad tranſitū inſtrumētis deletis vna cū artibꝰ: Quapropter inuicē cōuenire
nō poterant. Ferrū nāq̧ & aes & metalla oīa cōfuſa perierāt: vt inueniri & in lucē erui nō poſſent. vn
de & lignorū fabri nō erant. Nā & ſi aliqđ inſtrumentū relictū quādoq̧ in montibꝰ ſupfuerit, cito ta
mē cōtritū euanuit, nec alia fieri poterāt, anteq̄ ars metallica hoībus iterū inueniret. CLI. Quo enim
pacto aliter fieri potuiſſet? ATHE. Quot autē generatiōibus poſtea id factū eſſe putamꝰ? CLI. Profe
cto multis. ATHE. Igit̄ artes quęcūq̧ ferro vtunt̄ & aere caeteriſq̧ huiuſmodi oībus eodē tēpore, im
mo etiā maiore ignorātię tenebris obſitę ignorabant. CLI. Certū id eſt. ATHE. Quinetiam neq̧ ſedi
tio illo tēpore, neq̧ bellū erat. CLI. Qua ratiōe? ATHE. Primo q̄ ꝓpter deſolationē ardēti ſe inuicē be
neuolētia cōplectebant. Deinde q̄ cibus bellū nō cōcitabat. Paſcuorū enim nulla erat inopia, niſi forte
quibuſdā paucis ab initio. Paſcuis autē plurimū illis tēporibꝰ vitā agebāt. Lactis item & carniū copia
nō deerat. Ac venatio facile alimēta, nec illa quidē mala ſuppeditabat. Veſtitus ꝓterea ſtramentorū,
habitaculorū, vaſculorūq̧ tā igneorū q̄ nō igneorū copiā habebāt. Artes quippe fingēdi atq̧ texendi
ferro nō indigēt: q̄bus haec oīa dei nutu cōſequimur: vt ſiquādo hoīes in talē calamitatē deciderint:
propagare genus humanū poſſint. Hac de cauſa nō valde inopes erāt: neq̧ inopia cōpellebant ad bel
la. Diuites etiā fieri minime poterāt: cū neq̧ aurū neq̧ argētum haberēt. in quocūq̧ vero hoīm coetu
nec inopia, neq̧ diuitię ſunt: huic iuſtiſſimi mores aderūt. Neq̧ enī ibi cōtumelia, neq̧ iniuria locum
habet. Aemulatio quoq̧ & inuidia ꝓcul abeſt. His igit̄ de cauſis boni erāt: ac maxime ꝓpter ſimplici
tatē. Quęcūq̧ enim audiebāt honeſta eſſe vel turpia, ꝓpter ſimplicitatē credētes eſſe vera, monitis ob
tēperabāt. Nec vllus ꝓpter ſapiētię opinionē, vt modo fit, de mēdacio ſuſpicabat: ſed quę de diis & ho
minibꝰ dicebant vera putātes, quiete ad hęc vitā ſuā inſtituebāt. Quāobrē tales erāt oīno, quales pau
lo ante narrauimꝰ. CLI. Ego q̄dē & hic tibi in his cōſentimꝰ. ATHE. Diximꝰ porro generatiōes mul
tas ita viuētes, tam illis q̄ ante diluuiū fuerūt q̄ hodiernis hoībus minorē peritiā habuiſſe cū cęterarū
artiū, tū bellicarū, quę vel terra vel mari hodie exercent: Iudiciorū quoq̧ & ſeditionū quę in ciuitate
& verbis & operibꝰ ſedulo cōtendūt ad iniuriā aliis inferēdā. Simpliciores autē fuiſſe & fortiores, ac
ſimul modeſtiores, & in oībus iuſtiores. Horū vero cauſam iā diximus. CLI. Recte loqueris. ATHE.
Dicta igit̄ ita hęc nobis ſint: & quę ſequūtur, idcirco exponant oīa, vt intelligamꝰ cur illis opus legi
bus fuerit: & q̄s leges eis cōdiderit. CLI. Probe dixiſti. ATHE. An igit̄ illi nec legū latoribꝰ indigebāt?
neq̧ diū illis tēporibꝰ id fieri cōſueuerat? Literas enī nōdū habebāt, illius tēporis hoīes: ſed cōſuetudi
nē & mores maiorū ſequētes viuebāt. CLI. Veriſile eſt. Sed ciuilis diſciplinae q̄s modus fuit? ATHE.
Hic. CLI. Quis? ATHE. Oēs mihi vident̄ diſciplinā viuēdi ciuilē illius tēporis, imperiū appellare: qđ
etiā nūc multis ī locis & apud gręcos & apud barbaros viget. qđ q̄dē in habitatiōe Cyclopū extitiſſe,
ita teſtat̄ Homerus. His conſiliarię nullę ſunt cōciones: neq̧ roſtra iudiciorū. Sed in altis montibꝰ ca
ua antra inhabitāt: ſpretiſq̧ publicis priuatim quiq̧ vxoribꝰ filiiſq̧ dant iura. CLI. Iucūdus hic poe
ta vobis fuiſſe videt̄. Atq̧ & alia nōnulla ipſius ꝑcurrimꝰ valde illa q̄dē vrbana: nō multa tamē. Nos
quippe Cretēſes alieno poemate parū vtimur. ME. Nos aūt vtimur. Videturq̧ nobis poetas huiuſ
modi ſupaſſe: q̄uis nō Laconicā ſed Ionicā vitā potiꝰ vbiq̧ doceat. Bene aūt modo verbis tuis atteſta
ri videt̄: cū antiq̄tatē hoīm ꝑ fabulas ad ſylueſtrē viuendi modū reduxerit. ATHE. Atteſtat̄ nimirū.
Quapropter teſtimonio illiꝰ inducti credamus gubernationes huiuſmodi aliquādo fieri. ME. Recte.
ATHE. Nōne gubernatiōes hę fiūt ex hoībus ipſis q̄ per habitatiōes ſingulas ſingulaq̧ genera pro
pter egeſtatē ex vaſtationibꝰ factā diſꝑſi viuūt? in q̄bus ſemꝑ antiquior dn̄at̄: ex eoq̧ principiū ex pa

tre matreq́ʒ ſumpſerūt:quos qdē quaſi aues ſecuti gregē vnū cōficiūt,patris volūtate ꝓ lege vtētes,
& regno oīm iuſtiſſime gubernati.ME.Ita prorſus.ATHE.Poſtea vero cōmuniter pluresq́ʒ cōfluen
tes maiores ciuitates conſtituūt:atqʒ ad agriculturas primū in mōtium radicibꝰ cōuerſi maceriosos
ambitus quaſi muros vrbiū ferarū cauſa condūt:vnā domū amplā cōmuneq́ʒ cōdentes.ME.Veriſi-
mile id qdē videt.ATHE.Quid aūt hoc?nōne etiā veriſimile?ME.Quidnā?ATHE.Cū habitatiões
hę maiores e minoribus primiſq́ʒ ſunt factæ,cōueniēs eſt adeſſe paruarū ſingulas generatim,habētes
ſigillatim ſeniores prīcipes ꝓprioſq́ʒ mores:ex eo q̄ ſeorſum vixerint: & iccirco alios ab aliis parētibꝰ
educatoribuſq́ʒ mores ſuſceperint,quibꝰ aſſueti ſunt ſinguli ad deos colēdos,ſeqʒ ipſos curādos:mo-
deſtiores qdē a modeſtis,a fortibus fortiores:& in ceteris oībus ꝓut ſinguli filios aut nepotes erudie-
rūt:quorū ritus quaſi leges ꝓprias ad maiorē habitationē ferūt.ME.Quid ꝓhibet?ATHE. Atq ne-
ceſſe eſt leges ſuas cuiqʒ ī primis placere:aliorū vero leges loco ſecūdo.ME.Ita eſt.ATHE.Sed vide-
mur iā in ipſam quaſi legū lationē clam īcidiſſe.ME.Vtiqʒ.ATHE.Poſt hæc neceſſe eſt,vt qui cōue-
niūt,aliquos ex ſeipſis cōmuniter eligāt,qui oīm inſtituta nouerit:& quę maxīe ex his ꝓbauerint,ad
cōmunes quoſdā populi duces quaſi reges deferāt.Earū vero legū quę cōprobatę fuerint,ipſi latores
noīabunt:conſtituētſq́ʒ optimatū gubernationē ex imperiis,aut regnū aliqd,in hac ciuilis diſcipli-
nę mutatiōe cōuiuent.ME.Ita certe cōuenienti ſucceſſiōe cōtinget.ATHE.Tertiā itaqʒ diſciplinę ci-
uilis figurā iā dicamus:in qua ſpecies oēs & affectꝰ rerūp.& ciuitatū reperiunt.ME.Quænā iſta eſt?
ATHE.Ea certe eſt,quā Homerus poſt ſecūdā tertio factā ita ſignificauit. Dardaniā vero tūc terrā
ille ędificauit.Nōdū eñ ſacra illi moenia erecta ī cāpis ſtabāt:multarū gentiū ciuitas. Sed ad radices
mōtis Idæ fontiſluę habitabāt.Profecto carmina hęc & ſuperiora illa de Cyclopibꝰ diuinitus & ſcdm Cōmendātur
naturā ipſam cōſcripta ſunt.Diuinū eñ poetarū genus eſt:diis agit,& ſacros concinit hymnos. Vn poetę.
de vera paſſim cū muſis atqʒ gratiis tāgere ſolēt.ME.Sūmopere.ATHE.Pręſtantē igit fabulā proſe-
quamur.Forte eñ aliqd ex ea patebit ex iis quę volumꝰ.An nō ſic oportet?ME.Sic prorſus.ATHE.
Conditū igit ex altioribꝰ in magno pulchroqʒ cāpo Iliū accepimꝰ,ī colle quodā nō alto: quo multi de
ſup ex Ida fluuii defluebāt.ME.Sic traditū eſt.ATHE. An nō lōgo poſt diluuiū tēpore id factū puta
mus? ME.Quis nō ita putarit?ATHE.Magna igit eos deuaſtatiōis illius cepiſſe videt obliuio:quā-
do iuxta multos fluuios,& ab altioribus locis fluentes vrbē condiderūt:ſeqʒ ipſos collibꝰ exiguis cre
didere.Vnde ꝑſpicuū eſt multis ſeculis eos poſt illuuionis vaſtitatē fuiſſe.Alię preterea multę vrbes
iam tūc lōgius ꝓpagato genere hoīm colebant.ME.Quid ni?ATHE.Quę.ſ.& aduerſus Ilion milita
rūt.Atqʒ ꝑ mare forſan:quaſi iā oēs eo intrepide vterent.ME.Apparet.ATHE.Decēnio autē Achi-
ui Troiam oppugnātes euerterūt.ME.Plane.ATHE.In eo igit decēnio quo Troia obſidebat,multa
mala domi obſidentibus Achiuis ꝓpter ſeditiones iuuenū acciderūt:qui nec honeſte,nec iuſte in ſua
redeūtes milites recepere:ſed ita vt multi morte,multi exilio afficerent. Qui rurſus expulſi deducti Vnde Dori.
ſunt:Dori ꝑ Achiuis mutato noīe appellati:ꝓpter Doricum quēdā a quo exules cōgregati & reſtitu
ti fuerūt.Atqʒ hęc oīa vos o Lacedęmonii hinc enarratis.ME.Proculdubio.ATHE.Cū ſermo nobis
de legibus inſtitutus eſſet,in diſputationē de muſica & ebrietate digreſſi ſumus.Nūc tandē quaſi di
uinitus ad idem nobis oratio reuoluta eſt:nobiſq́ʒ quodāmodo anſas prębuit.Ad eā enim ciuilē diſci
plinā delapſa eſt,quā & in Lacedęmonia,& in Creta recte quaſi fraternis legibus inſtitutā aſſeritis.Tā
tū vero ex hac orationis digreſſione lucrati ſumus,vt dum ꝑ diſciplinas ciuiles vrbiūqʒ habitationes
tranſueheremur,primā & ſecundā & tertiā ciuitatē ꝑſpexerimus,alterā ab altera in tractu quodā lō
giſſimo tēporis,vt noſtra fert opinio,dependētem. Nunc vero quarta hæc nobis ciuitas venit,aut ſi
vultis quartū hoc hoīum genus,qđ & quādoqʒ alicubi habitabit,& nūc iā habitat.Ex quibꝰ oībus ſi
intelligere potuerimus,quid bene vel cōtra in habitatiōe ſit inſtitutū,& quænā leges ipſorū cōſeruāt
ea quę conſeruant,& quæ corrupta corrūpunt,& qualis inſtitutionū ciuiliū cōmutatio beatā o Me-
gille & Clinia efficit ciuitatē,ſatis nobis factū putabimus.Hæc oīa inquā rurſus tanq̄ ab initio nobis
tractāda ſunt,niſi forte aliquo pacto quæ dicta ſunt,reſpuamꝰ.ME. Siqs nobis hoſpes deꝰ polliceret,
q̄ ſi diſputationē rurſus de latiōe legū aggrederemur,neqʒ pauciora,neqʒ peiora his quæ dicta ſunt,
audiremus,longū ipſe hac de cauſa iter facerē:& breuis mihi hęc dies videret,q̄uis ab æſtiuali ſolſti-
tio ad hiemalia dies modo vertatur.ATHE.Conſiderāda igit iſta vident?ME.Maxime.ATHE.Illa
deniqʒ tēpora cogitatione cōplectamur,in qbus Lacedęmon,Argi,Meſſeneqʒ,& eis cōiuncta oīa ma-
ioribus veſtris Megille ſubiecta fuerūt.Tūc eñ illud fabulæ ipſis,vt dicit,placuit:vt tripartito exer-
citu diuiſo,vrbes tres habitarent Argos,Meſſenem,Lacedęmonē.ME.Sic factū.ATHE. Et Argorū
quidē rex Temenus factus eſt:Meſſenes vero Creſphōtes:Lacedęmonis autē Euryſthenes ſimul atqʒ
Patrocles.ME.Sic vtiqʒ.ATHE.Iurarunt item omnes ſe illi repugnaturos,qui cuiuſpiā regnū deua
ſtare aggrederetur.ME.Plane.ATHE.Dic vero per Iouem nunquid regnū vel principatus aliquis
deponatur,vel depoſitus quādoqʒ ab aliis ſit,q̄ a ſeipſis?An pauloante cum in hunc ſermonē incide-

remus,id ita eſſe putabamus:nunc autē obliti oīno ſumus?ME.Minime.ATHE.Nōne idem magis
nūc cōfirmabimꝰ? ab hiſtoria enim rerū geſtarū,in quā incidimus,ad hoc affirmandū admonemur.
Quare nō circa vanum aliqd,orationē reuoluemus,cū rem geſtā ac veram dicamus.Facta vero hæc
ſunt.Tria regna & tres gubernatæ regno ciuitates legibꝰ cōmuniter de iperādo parēdoq; poſitis iu-
rarūt inuicē:reges quidē ne genere ac tēpore ꝓgrediētes violētius regnarēt:populi autē ſi reges iuſiu-
rādum cōſeruarent,ne vnq̃ regno deponerēt:immo vero defenderent ſiquis vnq̃ aggrederet̃.Reges
quoq; regibus & populis,atq; etiā populi populis & regibus ſe mutuo propulſaturos illatas iniurias
coniurarūt.Nōne ita?ME.Ita prorſus.ATHE.Qđ autē in cōſtituēda diſciplina ciuili maximū eſt,id
ſiue reges ſiue alii leges tulerint,tribus illis ciuitatibꝰ adfuit.ME.Quid illud?ATHE.Vt duę ſimul
contra vnā inſurgerēt:quę poſitas leges tranſgrederet̃.ME.Manifeſtū id quidē.ATHE.Illud etiā le-
giſlatoribꝰ multi pręcipiūt,vt leges huiuſmodi ferāt:quales multitudo & populus libēter ſuſcipiāt:
perinde ac ſiquis gymnaſii magiſtris medicisve præciperet,vt cū voluptate corpora curent:eisq; iu-
cunde medeant̃.ME.Sic oīno.ATHE.Satis tamē ſæpius eſt,ſiquis parua cū moleſtia bonā habitudi-
nē & ſanitatē corporibꝰ reddat.ME.Quid ni?ATHE.Hoc præterea ipſis aderat non paruū ad feren-
darū legum facilitatē.ME.Quidnā?ATHE.Nō erat illarū legum latoribus bonorū æqualitatē effi-
ciētibus maxima illa difficultas quę conueniētibus in vnam legē ciuitatibus multis ſolet accidere:ſi
agrorū quęrāt poſſeſſionē turbare,& nouas tabulas introducere:quoniā videant nō ſatis poſſe abſq;
his ęqualitatē fieri.Nam aduerſus eū qui mouere ex his aliqd tentat,oēs reclamāt,ne moueat nō mo-
uenda.Agros quippe diuidenti,& nouas tabulas introducenti aperte oēs maledicūt:vt quiſq; quo ſe
vertat ignoret.Doris autē hęc difficultas turbatioq; nō fuit.Nā agros abunde ſine cōtrouerſia poſſi-
debant:debitaq; ipſis ęris alieni priſca & magna nō erant.ME.Vera narras.ATHE.Quonā igit̃ opti-
mi viri ita male conſtitutio illa & legiſlatio ipſis abiuit?ME.Quo id pacto?Quidve culpas?ATHE.
Q; ex tribus ciuitatū cōſtitutionibus,duę cito & diſciplinā ciuilem & leges ꝑdiderūt:& veſtra ciui-
tas vna relicta eſt.ME.Haud facile eſt,qđ interrogas.ATHE.Atqui opus eſt vt id modo cōſideran-
tes,diſſerētesq; de legibus ſenili quodā modeſtoq; ioco,iter hoc quēadmodū a principio diximus ſine
moleſtia conficiamus.ME.Proculdubio faciendū eſt,vt dicis.ATHE.An igit̃ pulchriorē de legibus
cōſiderationē habere poſſumus,q̃ de his legibus quæ ciuitates huiuſmodi exornarunt?aut etiā ciui-
tates vllas inſtitutionesq; honeſtiores ac maiores his cogitare?ME.Non facile quiſpiā his alias ante-
ponat.ATHE.Nemo autē ambiget quin illi ita cōiuncti nō Pelopōneſſum tantū:verūetiam vniuer-
ſam Grępiam,ſi barbarus quiſpiam iniuriā intentaret,defendere poſſe crediderint:Troianorū exēplo
cōmonitus:qui Aſſyriorū potentia fręti quę a Nino traxit originē,bellum contra ſe concitarūt.Erat
enim adhuc principatus illius non contēnenda potētia.Quare quēadmodum nunc regem nos ma-
gnū formidamus,ita gentiū illarum cōſpirantiū in vnum potentiā tunc oēs expaueſcebant.Magnā
vero aduerſus eos criminationē ſecūda Troię euerſio prębuit.Aſſyriorū enim principatus particula
quędam,Troiæ potētia fuit.Aduerſus igit̃ eam potentiā in tres diuiſus ciuitates exercitus a fratri-
bus Herculis filiis tunc regnantibus optime atq; ornatiſſime factus videbat̃:& multo melius inſtru-
ctus,q̃ qui Troiam obſedit.Primū enim Herculidas excellētiores principes q̃ Pelopidas habere arbi-
trabātur.Deinde hūc exercitū illi qui Troiam petiit,virtute præſtare.Hos enim viciſſe:illos ab iſtis
fuiſſe ſuperatos,a Doris Achiuos.Nonne ſic illos cogitaſſe:eaq; de cauſa ſic ſe præparaſſe credimus?
ME.Oino.ATHE.Veriſimile igit̃ illos firmā quoq; conſtitutionē hāc ſuam fore putaſſe,longūq; tē-
pus duraturā:pręſertim quia multa pericula & labores vna ſubierunt:& a fratribus regibus guber-
nabant̃.Necnō multis vſi fuerāt vatibus,tum aliis,tū Apolline Delphico.ME.Veriſimile admodū.
ATHE.Hæc vero quę maxima fore exiſtimabant̃,breui tunc vt videt̃ euanuerunt:præter paruā vt
modo diximus,partē,quæ veſtrā habitat regionē.Hæc vero nunq̃ ad hunc vſq; diem a bello contra
duas partes ſuſcepto ceſſauit.Nam ſi facta tunc conſtitutio concors manſiſſet:inuicta profecto in bel-
lo fuiſſet.ME.Cur non?ATHE.Quomodo igit̃ & qua ratione diſſoluta eſt?Nōne conſideratione di-
gnum eſt:quęnam fortuna tantā ac talem cōſtitutionē euertit?ME.Nunq̃ profecto aliud cōſiderans
quiſpiam,vel leges,vel reſpublicas alias intelligere poterit:qbus pulchrę magnęq; res ſeruent̃,vel cō-
tra perdant̃,ſi iſta neglexerit.ATHE.Feliciter ergo in ſufficientē hanc conſiderationē incidiſſe vide-
mur.ME.Sūmopere.ATHE.Nūquid ergo noſter nos oēs latet error,& in pręſentia maxime,dū pu-
tamus ſingularē quādam perſpicere rem,quā mirabiles ſequentur euentus,ſiquis bene illa vti modo
debito non ignorabit?Nos autē modo neq; recte forſan,neq; ſecundū naturā de hoc ipſo ſentimus:Et
alii oēs in oībus errant,de quibus ſimiliter cogitant.ME.Quid ais?Et qua de re iſtud maxime dicis?
ATHE.Ipſe me o bone vir nunc certe deriſi.Cū enim illum exercitū de quo modo ſermo habitus eſt,
cōſideraſſem,egregius ꝑfecto atq; mirādus mihi viſus eſt,& præclara qđā facinora græcis geſturus
ſiqs tūc ipſo bene vſus fuiſſet.ME.An nō prudēter & tu cūcta dixiſti,& nos ꝓbe laudauimꝰ?ATHE.

Fortaſſe.puto tamẽ oẽs qui magnũ aliquid & ingẽtí potẽtia preditũ viderint,ſtatim ſic affici,vt opinẽtur,ſi ſciret qui ipſum poſſidet tanta re taliq; vti,multis ꝑclariſq; inde rebus geſtis felicẽ fore.ME. Nõne & hoc rectũ?vel quomodo dicis?ATHE.Cõſidera iã quorſum reſpiciẽs qui ſic laudat ſingula recte dicat.Ac primũ de quo dicebam⁹:quo pacto ſi recte ſciuiſſent exercitũ ordinare,qui tũc prefuerunt,feliciter vſi occaſione fuiſſent? nõne ſi tutiorẽ illo tẽpore cõſtituiſſent,ſemp ſeruaſſent:ita vt & ipſi liberi eſſent,& alios quos vellent,ſubiugarẽt? atq; oĩno & ipſi & eorũ poſteri tam apud graecos q̃ apud barbaros,quicq̃d cuperẽt,cõſequerentᷣ? An nõ oĩa hui⁹ gratia cupiebãt?ME.Immo etiã valde. ATHE.Quicũq; igiᷣ cũ diuitias ingẽtes ꝓſpexerit:aut honores generis excellẽtes:aut aliq̃d eiuſmodi,eadem ipſa dixerit:ad hoc reſpiciens dicet:quaſi per hoc ipſi futura ſint oĩa quę deſiderat,vel plurima atq; potiſſima.ME.Ita videᷣ.ATHE.Vna certe omniũ hominũ cõmunis quędã cupiditas eſt:quã pręſens ſermo ſignificauit.ME.Quęnã?ATHE.Vt ſecũdũ animi ſui deſideriũ oĩa,vel ſaltẽ humana gerãtur.ME.Cui dubiũ?ATHE.Quãdo oẽs ſemp hoc volumus,& in pueritia & adulta ętate & ſenio:ſedulo id ꝓculdubio habere ꝑcamur.ME.Vtiq;.ATHE.Amicis etiã hęc precamur:quę ipſi quoq; ſibi precarenᷣ.ME.Et hoc.ATHE.Amicus autẽ filius patri,cum puer ſit,viro.ME.Profecto. ATHE.Atqui eorũ quę puer cõtingere ſibi precaᷣ,multa pater,ne accidãt,deprecaᷣ.ME.An id fieri dicis,quãdo iuuenis eſt & amẽs filius q̃ precaᷣ?ATHE.Immo etiã quando pater ſiue ſenex ſiue ad modũ iuuenis,cũ nec honeſtoꝝ neq; iuſtorũ quicq̃ cognoſcat,ſic affectus vt Theſeus ad infelicẽ Hippolytũ,impẽſius imprecaᷣ,filius autẽ cognoſcit:putas ne tũc filiũ cũ patre eadẽ oraturũ?ME.Intelligo q̃d dicis.Dicere enim mihi videris,nõ eſſe precandũ conandũq; vt voluntatẽ noſtrã cuncta ſequãtur,ſed vt prudentiã noſtrã voluntas.Idq; tã ciuitati q̃ ſingulis,precib⁹ ꝑtendũ,ſtudendũq; vt mẽtem habeãt.ATHE.Idq; prorſus inquã.Quinetiã ꝙ ciuilis vir legũq; lator ad haec ſemp reſpiciẽs leges ferre debet,& ipſe recordatus ſum,& vos nunc recordari volo.Nẽpe vos in diſputationis principio dicebatis,ꝓbum legũ latorẽ ad bellũ oĩa referre debere.Ego autẽ dicebã ad vnã ſolũmodo virtutẽ cũ tamẽ ſint quatuor,id reſpicere:reſpiciẽdũq; nõ ad vnã tantũ,ſed oẽs:maxime vero ad primã:quae & caeterarũ oĩm dux eſt.haec vero prudẽtia eſt,& intellect⁹,& opinio,vna cũ amore & cupiditate iſta ſequẽte.Eodẽ iã oratio noſtra reuertiᷣ.Et ego qui tũc ea dicebã,eadẽ nunc etiã dico,ſiue ioco vultis,ſiue ſerio.Aſſero equidẽ nõ eſſe tutũ,voto vti,& ad votũ conſequi,ſi mentẽ nõ habeas:ſed cõtraria eorũ euenire q̃ petis,ſatius eſſe.Si ſerio dicta hęc exiſtimare vultis,exiſtimate.Spero enĩ nunc vobis perſuadere q̃d pauloante ꝓpoſuimus,ꝑditionis regum,totiuſq; cõſtitutiõis illius diſſoluẽdę cauſam nõ timiditatẽ fuiſſe:nec rei militaris ignorantiã ſeu principũ ſiue ſubditorũ:ſed vniuerſam reliquã prauitatẽ,& pręſertim circa humanarũ rerum maximã ignorantiã.Q; haec tunc ita contigerint,& nũc ſicubi fiãt,aut futura quãdoq; ſint,nõ aliter eueniãt,ſi vultis conabor,vt ratio deinceps oſtẽdet,adinuenire:vobiſq; tanq̃ amicis,ꝓ virib⁹ explanare.CLI.Verbis te hoſpes laudare moleſtũ:re autẽ valde laudabimus.Libẽter enim tua dicta ſuſcipiemus:quia in re,liberalis quędã laus eſt,quę nõ maxime patet.ATHE.Optime tu quidẽ Clinia.Quare q̃d ais efficiamus.CLI.Erit ita ſi deus voluerit.Tu modo dic.ATHE.Cẽſemus ergo,per ſequentẽ diſputationis huius viam deinceps progredientes,maxima tũc ignorãtia potentiã illã fuiſſe ꝑditam:ſimileſq; rerũ euẽtus & nũc eadẽ ex cauſa ꝓficiſci.Quapropter ſi hoc ita ſe habet,legiſlator conari debet prudẽtiã quoad fieri poteſt ciuibus dare:ignorantiã q̃maxime auferre.CLI.Manifeſtũ id quidẽ.ATHE.Quaenã igiᷣ maxima inſcitia iure diceᷣ?Cõſiderate ſi mihi aſſentimini.Ego enim hãc cẽſeo.CLI.Quã?ATHE.Quãdo aliquis q̃d honeſtũ ſibi aut bonũ videᷣ,nõ amet,ſed oderit:q̃d autẽ malũ atq; iniuſtũ,id diligat atq; amplectaᷣ:hanc voluptatis doloriſq; diſſenſionẽ aduerſus eam quae rationẽ ſequiᷣ opinionẽ,extremã eſſe inſcitiã aſſero.quã etiã maximã dico,quia in multitudine animi eſt.Q̃d enim in eo dolorib⁹ voluptatibuſq; mancipatũ eſt,quaſi plebs ciuitatis eſt atq; multitudo.Quãdo igiᷣ ſcientię,vel opinioni,vel rationi quae natura dominãtur,animus aduerſaᷣ,hoc ego ignorantiã appello:& ciuitatis q̃dẽ,quãdo principibus legibuſq; multitudo non paret:& vnius etiã viri,quãdo licet bonę in animo rationes ſint,nihilo tamẽ magis ſecundũ ipſas agitur:ſed cõtra oĩa peraguntᷣ.Has equidẽ ignorãtias pernicioſiſſimas eſſe aſſero ciuitatis,cuiuſlibetq; ciuis:nõ autẽ opificũ ignorãtias:ſi modo q̃d dico hoſpites intelligitis.CLI.Et intelligimus o amice haec,& cõcedimus.ATHE.Hoc itaq; ratũ habeatur,ꝙ ciuibus qui hoc modo ignorant,nihil ad principatũ pertinẽs cõmittendũ ſit:immo vero vt ignorantes improbãdi,etiã ſi acutiſſimi & diſertiſſimi ſint:& quę ad ornamentũ & acumẽ ingenii ſpectãt,cuncta cõplexi.Qui vero cõtra affecti ſunt,ſapientes habẽdi,etiã ſi neq; literas vt diciᷣ nouerint,neq; natare ſciant.magiſtrat⁹ quoq; iſtis quaſi prudẽtibus cõmittendi.Quomodo enĩ o amici vel minima prudẽtię ſpecies ſine conſenſu cõſiſtere poterit?CLI.Nullo modo.ATHE.At vero pulcherrim⁹ maximuſq; cõſenſuũ oĩm:maxima iure ſapiẽtia eſſe diceᷣ.Cuius quidẽ particeps ſit neceſſe eſt qui ſecundũ rationẽ viuere debet.Quiſq; autẽ expers eſt,& ſuae domus euerſor,& ciuitatis nunq̃ ſeruator,ſed cõtra oĩno ad hęc ſemp ignarus

Nõ ꝑcãdũ vt voluntatẽ noſtrã cuncta ſequantur:ſed vt prudẽtiam noſtram voluntas.

Prudẽtia cęterarum dux.

Quae maxĩa inſcitia ciuiũ.

Prouer. Neq; literas ſcit neq; natare.

eſſe videbit̃.Hæc igitur,vt pauloante diximus,ita ſe habeant.CLI.Ita prorſus.ATHE. Imperãtes ve
ro & parẽtes nõne in ciuitatibus eſſe debẽt?CLI.Vtiq̃.ATHE.Eſto.rationes autẽ pro dignitate im
perandi atq̃ parẽdi,quales ſunt? & quot tam in ciuitatibꝰ magnis & paruis q̄ priuatim in domibꝰ ſi
Septẽ dignitates iperãdi. militer ſunt? Nõne prima dignitatis recta ratio erit,vt pater ac mater,& ſimpliciter genitores vbiq̃
natis imperẽt?CLI.Maxime.ATHE.Secũda,vt ignobilibus generoſi? Tertia,vt iunioribus ſeniores?
CLI.Et hoc.ATHE.Quarta vt dñi ſeruis?CLI.Proculdubio.ATHE.Quinta,vt potẽtiores dominẽ
tur:imbecilliores ſeruiãt?CLI.Principatũ modo dixiſti admodũ neceſſariũ.ATHE.Immo vero q̃ plu
rimus,& ſcd̃m naturã,vt Thebanus Pindarus ait,in oĩbus aĩalibus reperit̃. Maxima vero dignitas
ſexto collocanda eſt:qua ignorãtes quidẽ ſequi iubent̃,prudẽtes autẽ ducere atq̃ dominari. Qđ ego
quidẽ ĩperiũ o ſapiẽtiſſime Pindare,nõ præter naturã,ſed ſcd̃m naturã legis & ſpõte ſuſceptũ,nõ vio
lẽter fieri affirmarẽ.CLI.Probe dictũ.ATHE. Septimũ principatũ ad ſortẽ aliquã ꝑducamus,eũ dei
gratia & felicitate q̄dã obtingere aſſerẽtes : & iuſtiſſimũ eſſe ducamꝰ,vt is quẽ ſors delegerit ĩperet:il
le vero quẽ repulerit,pareat. CLI. Vera narras.ATHE.Dicemꝰ ergo ioco quodã ad aliquẽ eorũ qui
facile ferẽdarũ legũ munus aggrediunt̃.An vides o legũ lator quot circa imperãtes dignitates cõſide
rãtur? & quomodo ĩter ſe oppoſitę ſunt?Profecto nũc fontẽ aliquẽ ſeditionũ inuenimus:a quo tibi ca
uendũ eſt.Primũ igit̃ nobiſcũ diligẽter cõſidera,q̃dnã & quomodo ꝑter hæc male agẽtes agrorũ meſ
Quō ītelligēdū dimidium plus eſſe q̄ totum. ſem,neq̃ reges ſeipos ſimul & Gręcorũ potẽtiã quę tũc mira erat,euerterũt.Nõne q̄a rectiſſime dictũ
ab Heſiodo ignorarũt,Dimidiũ nõnunq̄ plus eſſe q̄ totũ?Quãdo videlicet totũ cõprehendere noxiũ
eſt:dimidiũ vero moderate ſe habet:tũc ſane moderatũ immoderato plus eſſe cẽſuit:vtpote deteriore
melius.CLI.Rectiſſime.ATHE.Vtrũ regibꝰ hoc ꝑniciofum ineſſe prius,q̄ plebi credimꝰ?CLI.Proba
bile eſt regũ maxime hũc morbũ eſſe,qui ſupbe ꝓpter delitias viuũt.ATHE.Perſpicuũ igit̃ hoc pri
mũ reges eos habuiſſe:ꝙ plus q̄ poſitę leges poſſe voluerũt,nec ĩ eo cõcorditer ꝑmãſerũt:qđ verbis &
iureiurãdo laudauerãt. Verũ diſſenſio,vt nobis videt̃,quę cũ maxima ignorãtia ſit,ſapiẽtia tamẽ ap
paret,ea oĩa ꝓpter errorẽ & amarã incõcinnitatẽ,euertit.CLI.Videt̃.ATHE. Quid igit̃ hoc de mor
bo timẽtẽ oportuit legiſlatorẽ cauiſſe?An ꝑ deos neq̃ ſapiẽtiæ laudẽ habet nũc huiꝰ agnitio,neq̃ dif
ficile dictu?Siq̃s autẽ id tũc ꝓuidiſſet,certe is nobis ſapiẽtior extitiſſet.ME.Quid illud dicis?ATHE.
Licet nũc Megille qđ olim a vobis factũ eſt aĩaduertere,atq̃ inde rẽ ipſam cognoſcere:faciliuſq̃ ita qđ
tũc fieri oportuit,dicere.ME.Dic planiꝰ.ATHE.Ita certe aptiſſimũ fiet.ME.Quonã pacto?ATHE.
Siq̃s minoribꝰ maiorẽ potẽtiã neglecta mediocritate ꝓbuerit,vela nauibꝰ,cibũ corporibꝰ,animis pri
cipatus,oĩa ꝑuertunt̃.Nã ſupra modũ elata laſciuiũt,& alia quidẽ in morbos incidũt: alia in iniuriã
elatioris laſciuię filiã.Quid itaq̃ dicimus?Nõne hoc?ꝙ nulla eſt o dilecti viri,animæ humanę natu
ra:quę ſi iunior ſit,& nulli referẽdę rationis iure ſubiecta,poſſit prĩcipatũ ĩter hoĩes maximũ ita ferre:
quin ignorãtia morbo extremo mentẽ occupãte a ꝓximis amicis odium conſequat̃.Qđ ita factũ cito
ipſum corrũpit:oĩſq̃ vires eius deponit.Hoc autẽ cauere,mediocritatis ipſius obſeruatiõe,excellẽtiũ
legũ latorũ opus.Qđ igit̃ tũc factũ,facile modo ꝓſpectu eſt:hoc eſſe videt̃.ME.Quidnã?ATHE.Deꝰ
quiſpiã vt arbitror veſtri curã habuit:qui cũ futura pręſciret,geminã vobis ex vnica regũ generatio
nẽ conſtituit:atq̃ ita ad mediocritatẽ magis cõtraxit.Pręterea natura quædã humana viribus diui
nis cõiuncta tumentẽ veſtrũ ꝓſpiciẽs principatũ,moderatas vires eorũ qui in iudiciali foro verſant̃,
ſupbę nobilitatis potẽtię iunxit,viginti & octo ſenũ ſentẽtia,in rebꝰ maximis regũ potẽtię adęquata.
Ad hęc tertius ſeruator affuit:qui luxuriantẽ adhuc & fremẽtẽ cõſiderãs principatũ,Ephororũ cen
ſura ꝓxime ad potentiã ſorte electã conducta quaſi frenũ ipſi immiſit.Hac igit̃ ratione regnũ veſtrũ,
ex quibus decebat cõpoſitũ,& moderate conſtitutũ,& ipſum quidẽ ſeruatũ eſt,& ſalutis aliorũ cau
ſa fuit.Alioquin Themeno & Creſphõte cæteriſq̃ qui leges eis cõdiderũt,quicũq̃ fuerint,nec factio
quidẽ ipſa Ariſtodemi ſeruata eſſet.Neq̃ eñ ſatis erãt ferẽdarũ legũ periti. Quoniã ſi fuiſſent,nunq̄
iuuenilem animũ accepto principatu vnde tyrãnis fieri poterat,iureiurando ſe moderaturos exiſti
maſſent.Nunc autẽ deus oſtendit,qualẽ oportebat oportetq̃ potiſſimũ cõſtitui principatũ.Qđ qui
dẽ a nobis ĩtelligi poſtq̄ factũ eſt,vt dixi antea,nihil mirũ.Non eñ arduũ eſt videre,ſi exemplo cõmo
ueris.At ſiquis id tunc ꝓſpexiſſet,moderariq̃ principatus & vnũ ex tribus ꝑficere potuiſſet : magni
ficas omnes eorũ cogitationes ſeruaſſet:nec Perſica claſſis,nec alia vlla vnq̄ cõtemptis nobis vt nulla
re dignis,in Gręciam nauigaſſet.CLI.Vera narras.ATHE.Turpiter ergo illis repugnarũt o Clinia.
Turpiter autem dico,non quia qui tunc terra mariq̃ vicerunt minus q̄ deceret fortiter in pugnan
do ſe geſſerint:ſed turpe illud inquã,ꝙ vna de tribus illis ciuitatibus pro Gręcia decertauit:duę au
tem ita deprauatę fuerunt:vt altera Lacedęmonẽ quoq̃ ne ſuccurreret,ꝓhiberet,non paruo ipſi bel
lo illato:altera Argiuorum q̄uis prima illis diſtributionis temporibus in Græcia eſſet,tamen ad de
pellendum barbarum accerſita,nec orantes audire voluit,neq̃ defendit. Multa referre poſſem,quæ
ea tempeſtate in Gręcia facta,vt turpia poſſunt accuſari.Neq̃ qui Gręciam ſe defendiſſe dicunt,vo

re dicũt.Niſi enim Atheniẽſium Lacedęmoniorũq; cõmune conſiliũ atq; potẽtia imminentẽ ſeruitu
tem ꝓpuliſſet:ferme iam oĩa confuſa eſſent,& Gręca cũ Gręcis inuicẽ,cũ Gręcis item barbara,Gręcaq; cũ barbaris.Quẽadmodũ Gręca illa quę nunc Perſarũ tyrãnidi ſubiecta ſunt:ſine ordine vllo cõ
fuſa ſunt inuicẽ:ac male etiã diſſipata.Hæc habemus o Clinia & Megille: quę tã priſcis viris ciuilibꝰ
legũq; latoribus q̃ iunioribus opponamus:vt cauſas eorũ rimãtes,quid ꝓter hæc aliud fuerit agẽdũ
inueniamus : quale eſt qđ nunc expoſuimus,ꝙ videlicet non oporteat magnos mereſq; principatus
cõſtituere:illud ſemꝑ memoria tenẽtes,ꝙ liberã ciuitatem & prudentẽ & ſibiipſi amicã eſſe oportet.
Ad quę reſpiciendũ eſt illi qui leges laturus eſt.Ne miremini autẽ,ſi ſæpe iam alia quędã ꝓpoſuimꝰ:
ad quę ſit legũ latori reſpiciẽdũ:quę quidẽ nõ eadẽ eſſe atq; hæc appareãt.ſed meminiſſe oportet,quã
do ad tẽperantiã,vel prudentiã,vel amicitiã reſpiciendũ dicimus,nõ aliã atq; aliã,ſed eãdẽ nobis eſſe
intentionẽ:ac ſi multis etiã aliis huiuſcemodi verbis vtemur,ne turbemini.CLI. Conabimur ita face
re,verba ordine repetẽtes.Sed nũc expone qđ dicturus eras:quãdo amicitiã,libertatẽ,prudẽtiãq; ſpe
ctare legũ latorẽ debere dicebas.ATHE.Audiatis modo.Duæ gubernationũ ciuilium quaſi matres
quædã ſunt : ex q̇bus ſiquis alias dixerit originẽ ducere,recte vtiq; dicet.Quarũ alterã principatum
vnius,alterã popl̃i appellare decet. Alterĩꝰ quoq; ſummũ tenere Perſarũ genus,alterius nos putãdũ.
Cæterę vero ferme oẽs hinc,vt dixi,varie cõponũtur. Neceſſe eſt autẽ harũ vtranũq; participẽ fore ci
uitatẽ:ſi libertas in ea atq; amicitia cũ prudẽtia futura ſit. Qđ quidẽ ratio ꝑcipere nobis vult,cũ di
cit,ciuitatẽ horũ expertẽ bene gubernari nunq̃ poſſe.CLI.Quo enim pacto?ATHE.Cum igiť altera
monarchiã , vnius ſcilicet pricipatũ, altera libertatẽ dũtaxat magis q̃ oportuerit,cõplexa ſit,neutra
mediocritatẽ ſeruitutis libertatiſq; ſeruauit. Veſtrę autẽ,Laconica dico & Cretica,magis.Sed Athe
niẽſes ac Perſę,quondã hoc fere pacto:nũc vero minus.Sed cauſas quoq; dicemus.an non?CLI.Oĩno:
ſi modo qđ ꝓpoſitum eſt,abſoluere cupimꝰ.ATHE.Audiamus ergo.Perſę quidẽ quãdo Cyri tẽpo
re ſeruitutis libertatiſq; mediocritatẽ magis habebãt,primũ ipſi liberi fuerũt,deĩde multos alios ſub
iecerũt.Nã cũ principes ipſi libertatẽ ſubditis ĩpartirẽt,& rem ad ęqualitatẽ magis reducerẽt,milites
ducibus magis erãt amici;paratoſq; ſe in periculis exhibebãt. Ac ſiq̇s inter eos prudẽtior erat,conſi
lioq; valebat,cũ rerũ inuidus nõ eſſet,ſed libere dicendi facultatẽ oĩbus daret,honoraretq; cõſilii cõ
potes,facultatẽ prudẽtię cõmunẽ in mediũ deducebat. Cũcta igiť tũc illis libertate,amicitia,mẽtiſq;
cõmuniõe facile reddidit.CLI. Videnť hęc vt dicũtur,ita geſta fuiſſe.ATHE.Quo pacto igiť Cãbiſę
tẽpore regnũ id fere cecidit:& rurſus Darii tẽpore reſtitutũ eſt? Vultis ne vt quaſi diuinatiõe vſi di
camus?CLI.Quid ni velimus?Cõfert eñ hoc ad illud quo tẽdimus.Ita igiť de Cyro vaticinor:in cæ
teris q̇dẽ ipm̃ & ducẽ bonũ & ciuilis vitæ amicũ fuiſſe:rectã vero diſciplinã nullo pacto attigiſſe:nec
ad rei familiaris admĩſtrationẽ animũ vnq̃ applicuiſſe.CLI.Cur ita?ATHE.A iuuẽta ꝑ totã vitã mi
litia occupatus,mulieribꝰ filios tradidit educãdos:quæ ipſos vt felices ſtatim pueros atq; beatos nul
lius indigẽtes rei ſic educabant,vt ꝓhiberent ne quis eis vtpote beatis aliqua in re aduerſareť: cogen
tes oẽs quicq̃d ipſi dicerẽt aut facerẽt,laudare.Ita ipſos tales quoſdã educauerũt.CLI.Bellã certe edu
cationẽ narraſſe videris.ATHE.Fœminã nempe:quã induxerũt regię mulieres nouis elatę diuitiis:
deſertęq; a viris bello & periculis occupatis.CLI.Cõſentaneũ id q̇dẽ.ATHE.Pater vero ipſorꝫ,ouiũ,
hoĩm mĩtorũq; aliorꝫ,quorꝫ ad eos ſpectabat poſſeſſio,greges mĩtos habebat:ſed ignorauit ꝙ filii q̇bꝰ
hæc relicturus erat,paternã ipſam Perſicãq; artẽ nõ docebanť:cũ Perſę paſtores eſſent in regiõe aſpe
ra geniti:& ipſa ars Perſica dura eſſet,ſufficiẽſq; robuſtos eos paſtores efficere:qui & cuſtodias agere
& vigilare poſſent:& militare ſi res poſtularet.Permiſit autẽ vt mulieres & eunuchi Medorũ ritu fi
lios eius nutrirẽt:quorũ educatio ab ea quę vulgo exiſtimať felicitas,corrupta eſt. Vnde tales euaſe
runt,quales fieri cõueniebat eos:qui in ſumma rerũ licẽtia nutriti fuiſſent.Cũ igiť mortuo Cyro,re
rũ potiti ſunt:vtpote qui reſolutis delitiis nutriti eſſent, primũ alter ęqualitatẽ nõ ferens,alterũ iter
fecit : deinde ipſe ignorãtia ebrietateq; furẽs pricipatũ perdidit.Medi eñ ac quidã Eunuchus tũc di
ctus ipſum quaſi amentẽ cõtempſerũt.CLI. Sic ferť:atq; ſic ferme contigiſſe videť.ATHE.Atqui &
hoc fertur:per Dariũ ſeptẽq; illos viros pricipatũ in Perſas iterũ rediiſſe.CLI.Plane.ATHE.Inſpicia
mus igiť rationẽ ſequẽtes.Darius nec regis erat filius:nec in delitiis enutritus.Is cũ ad principatum
perueniſſet,ſeptimuſq; ipſum accepiſſet,ſeptẽ in partes ipſum partitꝰ eſt: quorũ hodie adhuc parua
quędã ſomnia reſtant:cenſuitq; viuendũ eſſe ſub legibus ad cõmunẽ quãdã cõferentibus ęqualitatẽ:
atq; id ita ſanxit:diſtributionẽq; illã quã Cyrus Perſis pollicitus fuerat,lege cõplexus eſt:amicitiã cõ
munitatẽq; Perſis oĩbus prębẽs:ac Perſarũ populũ pecuniis & muneribus attrahẽs.Ita dilectus a mi
litibus,nõ pauciores q̃ Cyrus reliquit,regiones ipſe ſubiugauit.Poſt Dariũ Xerxes: qui regiis eſt de
litiis quidẽ educatus.Sed te nunc iure appello Dari,qui Cyri malo cõmonitus non fuiſti:ſed in eiſdẽ
Xerxem moribus educaſti:in quibus Cambiſem Cyrus nutriuerat.Ipſe igiť vtpote imbutus alimo
nia,ſimilia quoq; ꝑpeſſus eſt . Ex illo tẽpore nullus vnq̃ ferme Perſarũ rex magnus niſi nomine fuit,

Oportet ciuitatẽ & liberam & prudẽtẽ & ſibi amicam eſſe.

Duę matres ciuiliũ gubernationum.

Multa de gubernatiõe Cyri,Cãbiſę,& Darii.

Neq; fortunā fuiſſe cauſam arbitror:ſed vitā malam:qua filii valde diuitū tyrānorūq; vt plurimū vi
uunt.Nunꝗ enī puer & vir & ſenex ea huiuſmodi vita virtute pręſtans euadere poterit.Quæ quidē
& legū latori cōſideranda,& nobis in pſentia aīaduertenda cenſemus.Atqui & vobis par eſt o Lacedę
monii id tribuere:ꝙ paupertati,diuitiis,regno priuatis,nullos excellētes honores munerave pbetis:
quę vobis ab initio dei alicuius oraculo dicta nō ſint. Neq; oportet in ciuitate excellētes cuiꝗ cōferre
honores,qa diuitiis pręſtet:aut qa velox:aut formoſus:aut robuſtꝰ ſit,ſi virtute careat.Sed neq; etiā
ſi virtutē aliam habeat quādam,temperantiā vero nō habeat.ME.Quo pacto id hoſpes ais?ATHE.
Nōne fortitudo vna quędā pars virtutis eſt?ME.Eſt.ATHE.Tu ipſe igiť cū audieris,iudicato.Vel
les ne vicinū aut domeſticū quēpiam habere,fortē quidē maxime:minime vero tēperatū:quinetiā im
pudicū?ME.Dii meliora.ATHE. An vero artiū quidē multarū peritū,& in his ſapiētē:ſed iniuſtū?
ME.Nullo modo.ATHE.At vero iuſtitia ſine tēperantia originē habere nullā poteſt.ME.Quomo-
do enim aliter?ATHE.Sed neq; etiā ille,qui modo ſapiens a nobis dictus eſt:ꝙ voluptates atq; dolo-
res rectę rationi concordes & obſequētes habeat.ME.Non certe.ATHE.Id pręterea cōſideremus:vt
quomodo inter ciues honores recte,vel nō recte diſtribuātur,inſpiciamus.ME.Quidnā?ATHE.Tē
perantia ſi ab omni alterius virtutis genere in alicuiꝰ animo deſtituta ſit,honorāda ne iure eſt,an cō

Modeſta reſpōſio ad duo difficilia.

tra?ME.Non habeo qd reſpondeā.ATHE.Modeſte,ſatiſq; reſpōſum eſt.Alterutro enim illoꝝ cōceſ
ſo,incōcinne vt arbitror reſpōdiſſes.ME.Bene igiť factū eſt.ATHE.Eſto.Nēpe acceſſio ipſa & hono
res & opprobria nō dictu ſed ſilētio potius irrationabili digna erunt.ME. Tēperantiā dicere mihi vi
deris.ATHE.Hāc ipſam dico.Qđ igiť ex aliis nobis pdeſt plurimū,ſi cū additione maxime honore
tur,rectiſſime honorabiť:& qđ ſecūdo loco pdeſt,ſecūdo honorādum. Atq; ita ſecundū ſucceſſionis
rationē,ſi quodlibet honores qui deinceps ordine ſequūtur nanciſcať,recte vtiq; nāciſcetur.ME. Eſt
ita.ATHE.Quid porro?an hęc quoq; a legiſlatore diſtribuēda eſſe dicemꝰ?ME.Maxie.ATHE.Vis
ne partitionē cunctoꝝ in opera ſingula & minima quęq; illi relinquamus?Tripartitā vero diuiſionē,
qm̄ & ipſi legū quodāmodo ſtudioſi ſumus,tenemus:maxima & media & minima inuicem ſecernē-
tes.ME.Sūmopere.ATHE.Oportere itaq; dicimus ciuitatē,quę pro humanis viribꝰ ſalua felixq; fu

Recta diſtributio honorū & opprobriorum.

tura ſit,recte honores & opprobria diſtribuere.Recta autē diſtributio eſt,vt prima & maxime hono-
rāda cenſeanť animi bona,ſi adiuncta illis tēperātia ſit. Secūdo dignitatis gradu corporis bona ponā
tur.Tertio externa poſſeſſio & pecunię.Hęc ſiqs legiſlator ciuitaſve tranſgrediť,vel pecunias p cęte-
ris honorādo,vel poſterius aliqd honore prius collocādo,neq; ſancte,neq; ciuiliter faciet.Rata hęc no
bis habēda?an quomodo?ME.Prorſus quidē.ATHE. Hęc latius dicere nos induxit Perſicę guberna
tionis cōſideratio.Inuenimus autē eos priores adhuc factos eſſe.Cauſamq; eſſe ducimus:qa nimiū po
puli libertate ſublata,dn̄andiq; poteſtate magis ꝗ oporteret,adaucta,ſocietatē in ciuitate & amicitiā
ſuſtulerunt.Quibus corruptis,principes quoq; nō ſubditis ac populo,ſed pprio imperio conſulunt.
Quinetiā ſępe exigui ſui cōmodi gratia,funditus euerti ciuitates,gēteſq; amicas igne abſumi nō cu-
rant.Ita hoſtiliter & abſq; miſericordia oderunt:& odio ſimiliter habenť. Ac ſiquādo opus ſit vt pro
eis populi pugnēt,nullū rurſus cōmunē in ipſis cōſenſum inueniunt:vt velint ex animo ſubire peri-
cula,& pro principibꝰ dimicare.ſed cū innumeris pene hoībus dominenť,inutiles tamē oēs habēt ad
bellū: & tanꝗ hoīm indigētes,alios mercede cōducūt,p mercenarios extraneoſq; milites ſaluos ſe fo-
re putātes.Pręterea & inſanire coguntť:cū re ipſa pdicent nugas eſſe ea ꝗ in ciuitate,honeſta eſſe & ho
norāda dicunť,ſi ad argentū & aurū conferanť.ME.Ita ſit.ATHE.Sed de rebus Perſarū,ꝙ ppter ni

De attica gubernatiōe populari.

miā dominationē ſeruitutēq; nō recte modo ſe habeāt,iā ſatis ſit dictū.ME.Oino.ATHE. Atticam
deinceps gubernationē ſimiliter pcurrere decet:vt pateat quēadmodum libertas nulli ſubdita magi
ſtratui nō paulo deterior eſt,ꝗ illa quę mediocritatē,magiſtratuū dominatiōe cōſequiť.Nobis enī tē
pore quo Perſę Gręciā,imo vniuerſam pene Europā aggrediebātur,priſca quędā erat reſpu.& magi
ſtratus aliqui ex cenſu quadrifariā diuiſo erāt:pudorq; inerat,quaſi dn̄s : cuius cauſa legibꝰ ſubiecti
viuere volebamus.Praeterea magnitudo terreſtriū maritimarūq; copiarū,vſqueadeo nos exterruit,
vt obſeruātius nos legibus & magiſtratibus obſequi & obedire coegerit.Quibus de cauſis maior in-
ter nos exorta eſt beniuolētia.Ferme nāq; decēnio ante ꝗ bellū nauale in Salamina geſtū ſit,Datis ipſe
a Dario miſſus claſſem pſicā in Athenieſes Eretrienſeſq; duxit.Cui mors a Dario niſi has gentes di-
tioni ſuę ſubiiceret,eſt indicta.Datis igiť ipſe Eretrienſes breui tēpore īnumerabili militū copia peni
tus expugnauit:terribiliſq; inde rumor ad vrbē peruenit noſtrā:neminē Eretrienſiū effugiſſe:ſed ma-
nibus inuicē milites iūctis,atq; ita vniuerſa regione Eretrienſiū circūdata,oēs penitus cōprehēdiſſe.
Hic rumor ſeu verus ſiue nō,cū cęteros gręcos,tū vel maxie Athenieſes pterruit.Quibꝰ cū vniuer-
ſam Gręciā paſſim legationibꝰ miſſis ad opem ferēdā cohortarenť,nemo pter Lacedęmonios auxilia-
ri voluit.Et iſti qdē ſeu bello qđ aduerſus Meſſenē gerebāt īpediti,ſiue alia ꝗdā cauſa,nō enī ſcimꝰ,ſe
quēti poſt pugnā Marathonicā die opitulaturi venerūt.Poſt hęc magna ī dies parare,mltaq; minari

rerum dicebaẗ. Interea Darius naturæ ceſſiſſe nunciaẗ: ac filius eius atrox iuuenis imperiũ accepiſſe: nec a cœptis paternis deſiſtere velle. Cuius apparatus oẽs in ſe cõuerti Athenięſes ꝓpter Marathoniam ſtragẽ credebãt. Porro audiẽtes defodi Athon, cõiungi Helleſpontũ, claſſis immẽſam magnitudinem cumulari, nec mari, nec terra ſalutẽ ſibi fore putabãt: pręſertim q̃a in nullius pręſidio confidebant. quippe qui memoria tenerẽt, neq; tunc cũ primo illorũ ingreſſu capti Eretrienſes fuerãt, quenq̃ ſibi opem ferre, & pro eorũ ſalute ſubire periculũ voluiſſe. Idem igiẗ tũc terra ſibi euenturũ putarũt. Mari vero nullã prorſus ſalutẽ inueniebãt: cũ naues plus q̃ mille adueherẽtur. Vnã vero ſalutẽ q̃uis tenuem dubiãq; ſolũmodo videbant. Nam cũ reſpicerent quę antea geſta fuerunt, & q; deſperata ſalute, tamẽ vicerũt, hac ſpe euecti, in ſeipſis ac diis tm̃ inuenerũt ſibi refugiũ fore. Hęc igiẗ oĩa eos maiori inter ſe beneuolẽtia copularũt: pręſens inquã metus: & qui a legibus iãpridem inerat: quẽ ſeruiẽtes legibus aſſecuti ſunt. Hunc ſæpe pudorẽ in ſuperioribus noĩauimus: cui ſeruire oẽs oportere diximus, quicũq; boni futuri ſunt. Quo quiſq; afficiẗ, liber eſt & interritus. Ac niſi pręſens ille metus pudori huic iũctus fuiſſet, nunq̃ ex huiuſmodi cõcurſione illi ꝓuocati & vna cõuenientes, deorũ tẽpla, maiorũ ſepulchra, patriã ipſam, cæteroſq; familiares atq; amicos defendiſſent: vt feciſſe narranẗ: ſed ſparſi alius alio abiiſſent. ME. Probe hoſpes: ac ſicut te patriãq; decet, dixiſti. ATHE. Vera hæc ſunt o Megille. Nã quę tũc geſta ſunt, ea par eſt tecũ, qui parẽtũ naturã ſeruas, referre. Sed & tu & Clinias attente cõſiderate: ſi quę ad legũlationẽ pertinẽt, dicimus. Neq; eñ cõfabulãdi gratia hęc enarro. Cuius autẽ gratia iſta dico inſpicite. Vt ſcilicet videam⁹ idẽ nobis ac Perſis quodãmodo accidiſſe: dũ illi quidẽ in oẽm ſeruitutẽ plebẽ traherẽt, nos cõtra in merã libertatẽ. Quomodo vero & q̃d deinceps dicamus, habita iã verba & cõmode dicta quodãmodo demonſtrãt. ME. Probe loqueris. Sed conare q̃d modo dicebas apertius eloqui. ATHE. Faciam. Nõ erat o amici apud nos ex veterib⁹ legib⁹ alicuius rei plebs domina: ſed ſpõte quodãmodo legibus ſeruiebat. ME. Quibus legibus? ATHE. Illis inquã q̃ de muſica poſitę fuerũt: vt incremẽtũ vitæ nimiũ liberę a principio repetamus. Diſtincta enim nobis tũc ꝑ ſpecies & figuras erat muſica. Fuitq; vna ſpecies cãtus ad deos p̃cibus placãdos, quos hymnos vocabãt. Huic altera cantus cõtinua ſpecies. Querulos hos cãtus q̃s maxime appellaret. Alia ſpecies Pęon. Alia Dionyſii generatio, quã Dithyrãbũ arbitror appellatã. Erat & alia cãtus ſpecies: quã leges citharœdicas noĩabant. His itaq; aliiſq; q̃buſdã lege ſtatutis nõ licebat alio genere cãtus ꝑ alio abuti. Auctoritas autẽ cognoſcẽdi hæc iudicãdiq;: & dãnãdi ſiq̃s cõtra feciſſet, nec ſibilo, nec ineptis clamoribus multitudinis vt modo tribuebaẗ: nec rurſus laudãdi licentia plaudẽti ſtrepẽtiq; turbę: ſed pręſtantibus in doctrina viris id erat cõceſſum: dabaturq; ipſis ad finẽ vſq; magno cũ ſilẽtio audire. Adoleſcẽtes autẽ, pædagogi, & plebs vniuerſa caſtigatione virgæ admonebanẗ. Hæc cũ ita ordine fierẽt, multitudo ciuiũ libẽter parebat: nec audebat tumultuoſe quicq̃ iudicare. Tẽpore deinde procedente pricipes quidẽ trãſgreſſionis a muſica alienæ, poetæ ipſi fuerũt: qui natura quidẽ poetici erant: ſed q̃d iuſtũ atq; legitimũ in muſa nõ ſatis intelligebant: debacchantes vtiq;, & voluptati magis q̃ oportuerit, indulgẽtes. Hi ſane & lugubria hymnis, & dithyrãbis pæonas cõiunxerũt: Tibiarũq; ſonos & cãtus, citharæ cãtibus imitati ſunt: oĩbus oĩa cõmiſcẽtes. Qui & pręter ſentẽtiã ex inſcitia contra muſicã mẽtiti ſunt: aſſerẽtes eã q̃dẽ nullã rectã in ſe normã habere: ſed audiẽtis voluptate, ſiue probus ille vir ſit, ſeu contra, rectiſſime iudicari. Cũ igiẗ huiuſmodi poemata cõponerẽt, & talia vulgo dicerent, iniquã adeo & audacẽ aduerſus muſicã, multitudinẽ effecerũt, vt ſe ſufficiẽtes ſentẽtiã ꝓnũciare de muſica crederẽt. Hinc ſpectacula frequẽter exclamare cœperũt, cũ ſilere antea cõſueuiſſent: quaſi q̃d pulchrũ in muſis, q̃d non, acute ſentirẽt: atq; ita ex optimatũ poteſtate, in prauã theatri potentiã res ipſa deſiluit. Si eñ popularis potẽtia ſolũ liberorũ hoĩm extitiſſet, nullũ vtiq; ingẽs malũ fuiſſet. Nũc aũt ex muſica nobis incepit oĩm ad oĩa opinio ſapiẽtię, ꝓuaricatioq; ſecuta eſt & libertas. Intrepidi eñ erãt, quaſi ſciẽtes. hęc licẽtia impudentiã peperit. Nẽpe ſi melioris opinio ꝓpter audaciã non timeẗ, id ipſum pene ꝑniciosa eſt ĩpudẽtia: quæ a libertate quadã temeraria ꝓficiſciẗ. ME. Veriſſima loqueris. ATHE. Hãc libertatẽ ea licẽtia ſequiẗ, quę facit, ne magiſtratibus ſubeſſe velimus. Ex hac originẽ habet & illa, ꝑ quã patris matriſq; & ſeniorũ ſeruitutẽ & p̃cepta cõtẽnimus. Cũq; ꝓpe trãſgreſſionis huius extremũ ſimus, legibus quoq; parere recuſamus. In ipſo aũt extremo, iuſiurãdũ, fidẽ, & oĩno deos negligim⁹. Vnde ad priſcã illã tyrãnicãq; reuoluti naturã, eadẽ illa iterũ patiemur, duraq; ſęcula rurſum degemus: nec maloꝝ finẽ vllũ reperiem⁹. Sed cur hęc nobis dicta ſunt, repetendũ mihi videẗ: vt oratio quaſi equus retrahaẗ: ne ſi os effręnatũ habeat, dicẽdi cõcita ĩpetu, ab aſino vt ꝓuerbio ferunt, excutiaẗ. Interrogandũ eſt igiẗ, cuius cauſa hęc dicta ſunt. ME. Eſt vtiq;. ATHE. Hæc ergo illoꝝ gratia dixim⁹. ME. Quorũ? ATHE. Diximus nẽpe ad tria q̃dã eſſe latori legũ reſpiciendũ, vt ciuitas q̃ legib⁹ inſtituiẗ, libera ſit, ſibi ipſi amica, & mẽtẽ habeat. hęc dicta ſunt? an nõ? ME. Dicta ꝓrſus. ATHE. Propterea duas gubernationũ ſpecies ĩ mediũ adduxim⁹: vnã in qua arctiſſima ſeruit⁹, alterã in qua reſoluta libertas. Cõſiderauimuſq; vtra recte gubernareẗ. Perſpexim⁹ autẽ mediocritate alteri domi-

nādi,alteri libertatis addita,feliciter nimiū vtraſq; ſe habuiſſe:infeliciter vero,cū ſeruitus in altera,in altera libertas ad extremū vſq; ꝑeruit. ME. Vera narras. ATHE. Atqui huius quoq; ipſius gratia Dorici exercitus cōſtitutionē cōſiderauimus,& radices mōtium Dardani,habitationēq; maritimā: primos praeterea illos qui a vaſtitate diluuii relicti fuerant. horūq; cauſa de muſica,& ebrietate,deq; prioribus etiā habita nobis oratio eſt. Hęc eñ oīa ob eā cauſam dicta ſunt,vt intelligamus quomodo optime gubernari ciuitas poſſit:& quo pacto priuatim qſq; optime ſuā vitā diſponat. Si vero quicq̄ cōtulimus,quaenā nobis ipſis aduerſus nos o Megille & Clinia redargutio erit? CLI. Ego hoſpes mihi videor nōnihil inſpicere. Secūda quippe fortuna ſuperiora oīa nobis dicta videnť. His eñ ego quodā modo indigebā.Quocirca opportune ambo,tu dico & Megillus hic,me reppeririſtis. Neq; celabo vos qđ mihi accidit.Quaſi eñ augurio his ſermonibus cōfirmatus ſum. Maxima ꝓfecto Cretenſiū pars coloniam mittere quādā cogitat:ac Gnoſiis eius rei curā cōmittit.Gnoſiorū vero ciuitas mihi aliiſq; nouē viris id mandat curandū.Leges autē ponere iubet,& quę nobis ex Cretenſibus placeant,& quę aliunde colligi poſſint.Edicitq; nobis ne peregrinas leges horreamus,modo ꝓbenť. Nunc igiť & mihi & vobis hanc gratiā prębeamus.Collectis vndiq; legibus,oratione cōdamus ab initio ciuitatē.Sic enim & illud,quod a nobis quaeriť,diligentius conſiderabiť: & mihi forſitan diſputatio haec ad futurae ciuitatis cōſtitutionem cōferet.ATHE.Non bellū indicis o Clinia.Quare niſi id Megillo incōmodum,mea quidē pro viribus tibi parata ſunt. ME.Probe dicis:ego quoq; paratus ſum.CLI.Optime ambo dixiſtis.Quare conandum eſt primum oratione ciuitatem condere.

Argumentum Marſilii Ficini in Dialogum Quartum De Legibus.

QVartus hic dialogus,quēadmodū & tres ſuperiores,ac etiā pars quinti prima,in ipſo cōditoris legū cōſilio officioq; verſať.Huius vero conſiliū circa ciuitatis materiā atq; formā.Materiā īquā,ſitū,& cōpoſitionē,diſpoſitionēq; vrbis:Formā vero modum publicę gubernationis & ordinē. At qm̄ forma hęc formoſa eſſe nunq̄ poteſt,niſi ciuiū animi ſint formoſi,iccirco in formandis a tenera aetate,perq; oēm vitā ſuorū ciuiū animis legifer inuigilare iubeť.Materiā igiť ciuitatis paucis expedit verbis,formā vero ei⁹ & animorꝫ ipſorū formationē accuratiſſime tractat:vtpote qui prae animorum dignitate exteriora oīa q̄uis ampliſſima videanť,nihilipēdit.Profecto Plato noſter ſi corporū eſſet medicus,in eligēdo aere ſaluberrimo ad firmā validāq; corporis habitudinē cōferente incūberet diligētius. Sed q in eligēda ꝑ ſe Academia inſalubri loco,nō corpori ſed animo moribuſq; cōſuluit,is nimirū in vrbe cōdēda nō admodū accuratus apparet:in formādis vero vna cū aetate morib⁹,tanq̄ medicus animorꝫ,vt ita loquar,curioſiſſimus. Pręterea ſi tanti fortunę faceret bona,quāti cęteri ſolēt,certe agrū,& ſitū,& modū ad diuitias cumulādas amplificandūq; imperiū cōmodiſſimū diligēter exquireret.Cōtra vero facit oīno.Sit ergo vrbs ꝓcul a mari atq; portu:nō mercaturae pręſertim cauponarię dedita,nō luxurioſa:nō diues.Sit tēperata ciuitas & ſobria & pudica:pręcaeteris vero pia.Quidnā aliud mādaturū putas ſanctū aliquē religioſę vitę pōtificē in ędificādis tēplis habitaculiſq; ſanctorꝫ,q̄ qđ Plato noſter iubet in vrbe cōdēda? Et q pauca hic de vrbis corpore verba facit:idē ī beata illa Republica decē dialogis expreſſa,nullū de vrbe cōdēda fecit verbū.neq; id qdē iniuria.Illā nāq; reliq̄t caelo: hāc in terris ędificat,ad exēplaris illius quoad fieri poteſt imaginē.Propoſitū igiť erit legiferi:quę ꝑter animi bona ſunt,ꝓ bonis animi paruifacere:in oīq; ei⁹ inſtitutiōe ad vniuerſam virtutē tanq̄ ad ſignū intēdere.Ideoq; nihil vel in ciuitate,vel circa vrbē ꝑmittere,vnde ciues malis aliquādo moribus aſſueſcere poſſint:etiā ſi inde victoria multarū gentiū, potētiaq; ampliſſima,& copia rerū oīm abūdātiſſima cōſequať.Lex eñ nō extra animū:ſed in animū ipm̄ aciem ſuā dirigit ol ex parte ꝑficiendū.Itaq; iubebit ne ciues habeāt ſūmo in ꝑtio falſę hui⁹ vitę ſalutē.Neq; tā vt ſint,ſaluiq; ſint,ꝓcurēt:q̄ vt q̄diu ſunt,optimi ſint.Ad vniuerſum vero legiferi inſtitutū ꝑficiēdū tria ī primis cōducere arbitrať:deū videlicet,fortunāq;,& artē.Quę tria hūana oīa gubernare dicunť.Et quo difficiliora q̄ caeteri auctor legū moliť,eo maiori ab his trib⁹ q̄ caeteri indiget patrocinio.Qꝫ aūt Plato dicit deū,& fortunā atq; artē ſimul cū deo hūana oīa gubernare,breuiter ſic expone. Deus ī oībus per oīa mouet oīa.Mouet mūdi ſphęras. Quarū cōcurſio fatū qdē alicubi,ſed hic fortuna libētius nominať.Hinc caſus varii circa externa corporaq; ꝓueniūt.Mouet & aīas,lumē mētibus inſpirādo. vñ ars nō ſpeculādi ſolū accendiť,ſed agēdi.Ab arte tādē diſpoſitio externorꝫ & corporis ꝑficiſciť.Quāobrē a deo qdē cūcta depēdent:qui,vt ait Paulus,oīa in oībus operať. Verū ab ipſo deo alia qdē ꝑ fortunā ꝓcedūt,alia vero ꝑ artē.Quo fit,vt neq; fortuna,neq; ars aliquādo deo valeat aduerſari.Quippe cū ſemꝑ ab ipo vtraq; moueanť.Inter ſe vero duo hęc ita ſe habēt. Aut eñ cōſentiūt inuicē,aut forte diſſentiūt.Si diſſidēt,aut fortuna ſupat artē,aut ars fortunā.Id aūt accipe hoc exēplo.Dū mouet de⁹ ſphęras,iterdū ꝑ fortunā ī mari cōmouet tēpeſtatē. Tēpeſtas quatit nauē.Interea mouet de⁹ idē eādē

nauem ꝑ animũ quoq; gubernatoris,id eſt ꝑ artē ipſam a deo cōtinue depēdentē. Quādo igiť ars na-
uē ad certũ dirigit portũ:atq; ad eūdē tēpeſtas quoq; vehit,tũc ars ſimul cũ fortuna cōſentit.Quādo
vero alio qdē impellit vētus,alio vero ars certat ducere:tũc ars & fortuna diſſentiũt:ac tandē vel ars
cedit fortunæ,vel arti fortuna.Interim ꝓuidētia dei vtrobiq; agit vtrũq; ad finē ſibi ſoli notũ,cui ni-
hil vnꝗ̄ diſſonat,cũcta videlicet in vniuerſam ſui operis harmoniā occultis modis contēperāti. Cæte
rũ illa ipſa concurſionũ cæleſtiũ diſpoſitio,quādo talis ꝓuenit,vt artē neceſſario ſuperatura ſit,Fatũ
diciť potius,q̄ fortuna,quādo vero talis vt exuperātē inertē poſſit,& ſuperari ab arte,Fortuna potiꝰ
noīatur.Neq; diffidas artē quādoq; vincere poſſe fortunā. Vt enim fortuna,ſic & ars ꝓcedit ex deo.
Aiaduerte vero vbi Plato de occaſione diſputat,quā vir magnus nouas cōditurus leges exoptet,ad
id magnopere opportunā,ſub illius tyrāni noīe iuniorē Dionyſiũ ſignificare: ſeipſum vero ſub appel
latione legiferi:atq; indicare fauorē fortunę ſibi integrũ defuiſſe.Itē Platonē in Sicilia apud Dionyſiũ
quędā harũ legũ procemia inchoaſſe:vt ex epiſtolis ītelligi poteſt. Opus vero id legũ expulſo Diony
ſio ꝑfeciſſe.Deniq; per hęc dicta reditũ in Siciliā ſuũ ab infamia vindicaſſe.Scito aũt Platonē in eo iti-
nere atq; reditu nihil aliud cōtendiſſe:q̄ vt ſalua Dionyſii ꝓſperitate,violēta tyrānis in regnũ mode
ratũ cōuerteret.Inter hęc aũt vbi de tēperantia & prudētia principis loquiť,memēto Platonē,medio
crē quidē tēperantiā a prudētia manifeſte diſtinguere : mediocrē quoq; prudentiā a ſapiētia ſimili ra
tione diſcernere:cōſummatā vero tēperantiā ſæpe appellare prudentiā:abſolutā quoq; prudētiā,nō-
nunꝗ̄ ſapiētiā noīare.Qđ quidē in Phædone,& tertio Legũ,& hic,& alibi ſępe,patet.Adducit p̄terea
naturales quaſdā ingenii dotes,virtutibus quidē ſimiles: ſed tunc demũ,quādo recte fuerint excultę
ad virtutũ munera cōducētes. Qua qdē de re latius in Rep.diſputat.Mādabis interea memorię:quia
les ſunt principũ mores,tales quoq; fieri ciuiũ reliquoꝝ.Neq; vlla de cauſa mores ciuium facilius ci-
tiuſq; q̄ ex hac mutari poſſe.Itē beatũ eſſe prudentē & tēperatũ doctorē populi : beatũ quoq; populũ
qui audit verba ex ore doctoris eiuſmodi ꝓfluentia.Pręterea neq; rēpublicā felicē fore: neq; leges bo-
nas exorituras,prius q̄ in gubernatore potētia vna cũ ſapiētia tēperantiaq; cōcurrat.Proinde diuinũ
ad ciuitatē cōſtituendā auxiliũ inuocandũ.Hactenus quartus hic liber munus legiferi circa materiā
ciuitatis & formā cōmunius pertractauit.Pergit vero deinceps ad figurā muneris huiꝰ diſtinctiorē:
quærens vtrũ ciuitatis forma regnũ eſſe debeat,an optimatũ ſenatus,an potētia paucorũ,an popu-
laris.Qm̄ vero nihil inter hoīes bonũ reuera dici poteſt,niſi diuinũ imiteť bonum,nō iniuria formā
prius diuinæ gubernationis exponit,q̄ ex humanis gubernationibus,aliis alias anteponat,videlicet
diuinę ſimiliorē abſq; cōtrouerſia cęteris ꝑfecturus. Probat aũt gubernationē diuinā eſſe regnũ,opti
matũq; ſenatũ regno cōiunctũ. Cenſetq; ex oībus ciuibus illos eligēdos eſſe ad gubernādũ,quotcũq;
ſint qui tātũ cæteris prudētia & tēperātia pręſtāt,quantũ viri pueris pręſtare ſolēt.Atq; ſiquis inter
electorũ numerũ ſimili ferme interuallo cæteros antecellat,regē eſſe cōſtituendũ. Id vero tũ ex ꝑſen-
ti Saturni myſterio,tũ ex ſimili quodā in Politico,tũ ex epiſtolis & Rep. poteſt eſſe cōſpicuũ. Cæterũ
vt pręſens Saturni myſteriũ aptius intelligi poſſit,meminiſſe oportet,Platonicos coniectare mundũ
a vita quadā & aīa cōtineri atq; duci,ex tribus potiſſimũ argumētis:ex firma videlicet diuerſarũ mũ
di partiũ copula:ex mirabili motu cæli:ex perpetua rerũ generatiōe ſub cælo.Coniectare rurſus mũ-
dũ a mente regi ex triplici quodā ordine,ſcilicet ex ordine qui & in ipſa partiũ mũdi copula,& ī ſphę
rarũ motu,& in rerũ generatiōe cōſpiciť. Vtrũq; vero,ſcilicet animā atq; mētē,Platonicus ille noſter
breuiter cōprehēdit. Spiritus intus alit,totāq; infuſa ꝑ artus Mens agitat molē. Coniectare tandē &
animā & mētē ab ipſo bono vnoq; dirigi ad regēdũ,ex eo ꝓcipue ꝙ & cōnexio partiũ motuſq; & gene
ratio & oīs horũ triũ ordo in vnũ tendit bonũq; dirigiť.Quāobrē ſub ipſo bono regnũ geminũ conti
neť,intellectus videlicet atq; aīę.Illud qdē Saturni,hoc autē Iouis regnũ oīs appellat antiqtas.Quę Io
uē iccirco fingit Saturni regnũ occupauiſſe:qm̄ vtriſq; ad regnũ ꝓpriũ vocātibꝰ aīas.ſ. illinc ad intel
ligibile,hinc ad ſenſibile bonũ,pauciſſimæ quędā animę ad intelligibile Saturni bonũ contemplatio-
neq; ſe cōferunt: q̄plurimę vero ad ſenſibile Iouis bonũ actionēq; quotidie cōfluunt. Tradũt antiqui,
animas quondā beatas,ſub Saturni regno vixiſſe:Duobus id modis intelligētes. Primo quidē dũ in-
ter diuinas angelicaſq; mētes viuebāt,anteq̄ ī corpora laberenť.Deinde etiā quotiēs & quotcũq; vo-
luptuoſam quidē vitam negligentes,actiuā vero parũ admodũ diligentes,contēplatiuæ vitæ arden
tiſſimo amore ſe dedunt. Vtcũq; vero accipiať in vita intellectuali,beatæ:in animali,ſunt miſerę. Ac
cedit ꝙ ſub hac miſeria ita falluntť,vt cum duo in cælo planetæ ſint,primus quidē ſuperioris Satur-
ni nũcius:ſecũdus autē nuncius Iouis ſuperioris:laudēt quidē Iouis ſtellā,Saturni vero vituperent:
cũ tamē hæc quidē ad tēporanea magis prouocet bona,illa vero reuocet ad æterna. At qm̄ homo gre
gabile animal a cōmuni hoīm cōmercio ſegregatus mediocrē viuendi habitũ ſeruare nō poteſt,cogi-
turq;,vt ita dixerim,vel infra hoīem deſcendere,vel aſcendere ſuper hominē,factum eſt,vt Saturnus
hominum ſegregator crimen & infamiam apud inſcios reportauerit,eorum videlicet culpa,qui vel

mixtione quadā ineptiꝯ,vel educatione peruerſa tales euadunt,vt quādo a Saturno extra hoīem ſe
uocantur,deſcēdant ab hoīe potius,ꝗ aſcēdant. Verū de his alibi diligētius:reuertamur ad argumē
tum.Addit Plato Saturnū quondā hoīes diſtributos in greges cuſtodię dęmonū cōmendaſſe.Id autē
pluribus modis exponit.Primo quidē diuinā mētē aīas hoīm,vt Timęus ait,in varios ordines ab ini-
tio diuiſiſſe ſtellarū,animarū numerū comitātes. Differētiā vero noſtrarū inter ſe animarū,alii inter
platonicos numeralē tantū eſſe putāt,alii etiā ſpecialē,vt vnū animarū noſtrarū ſit genus:in eo mul-
tę animarū ſpecies:ſint etiā multę ſub eadē ſpecie. Vtcūq; vero diſtribuantur,diuerſis non ſolū ſtel-
lis,ſed dęmonibꝰ etiā accōmodari dicunt. Alioq; modo exponi poteſt myſteriū:vt videlicet vel ab or
bis initio,vel ſtatim poſt diluuiū rudiores hoīes diuina ꝓuidentia angelorū ſiue dęmonū meliorū mi
niſterio rexerit,donec paulatim facti peritiores ipſi ſe regerēt.Rationi vero cōſentaneū eſt,rectius feli
ciuſq; a ſuperis ꝗ a ſeipſis hoīes gubernari.Exponit inſuꝑ tertio hūc ī modū:vt quotidie quicūq; vitę
rationē eligūt ab aliis quodāmodo ſegregatā,riteq; educati fuerit,ſtatim ī cōtēplatiuū beatūq; Satur
ni regnū cōmigrare dicant.Sed quatenus ſub cōtēplatiōis officio in ritus varios diſcernunt,catenus
& in multos greges ſecerni vident,& aliis atq; aliis pro vitę ſimilitudine īſpirari numinibꝰ atq; regi.
Mitto in ꝑſentia multas pręſtantiū philoſophorū ſcholas,quaſi greges ſub Saturno paſtore mirabili-
ter cōgregatos.Sub Saturno inquā,tribus ꝑcipue modis.Sub mente diuina & angelica primū:dein-
de ſub aīa planetæ primi ciuſq; ſphęræ:tertio ſub ipſius planetę corpore.Sed mēs ipſa facit:Aīa confi
cit:Planeta portēdit.portēdit inquā:quādo in magnis Saturni cū Ioue coniunctionibꝰ,Saturnus ipſe
vel exaltatione ſua,vel domicilio gaudet:& tanꝗ coniunctionis dn̄s fouet quidē ab Ioue:vtit & Solis
Mercuriiq; & Veneris beneficio.Sic magicā Zoroaſtris eiuſq; ſectatoꝝ peperit,ſeu portēdit potius di
ſciplinā:Triſmegiſti quoq; theologiā:Orpheiq; myſteria:Arcana Pythagorę:Socraticam ſanctimo-
niā:Platonicā maieſtatē.Ita eſſe manifeſtis quibuſdā argumētis cōpertum habemus.Hinc & Plato in
pręſenti libro Saturnū eſſe affirmat dn̄m eorū qui mentē habēt.Gubernationē vero eiuſmodi ſub Sa
turno regiā optimatūq; extitiſſe demōſtrat.Siqdē genꝰ humanū ab ipſo deo tanꝗ rege ꝑ electos opti-
moſq; dęmones aſſerit gubernatū.Hos multi angelos appellarēt:& Plato in Critia vocat deos:facili-
tatēq; gubernationis & hic indicat,& in Critia,dicēs occulta quadā ꝑſuaſionis inſpiratione fuiſſe ho
mines gubernatos:gubernādos quoq; ſimiliter,quotiēs ab inferioribus vacātes motibus ſeſe ſuperis
ſubiecerint ꝑducēdos.In his Plato monet:primo diuinā ꝓuidētiā nunꝗ deeſſe hoībus,modo ſibi ipſi
nō deſint. Deinde humanū ingeniū in ſumma rerū licētia potētiaq; laſciuū ſupbūq; euadere. Tertio
ſicut beſtię non poſſunt a beſtiis abſq; humano quodā paſtore,ſic neq; hoīes ab hoībus abſq; duce deo
optime gubernari:& ꝗdiu mortalis aliquis ſine deo dominabit,tādiu laborioſam miſerāq; vitā fore:
quaſi fruſtra vigilaturus ſit qlibet ciuitatis cuſtos,niſi deus ipſe cuſtodiuerit ciuitatē.Quarto,ipſam
mētis diſtributionē eſſe legē:eiq; in oī & priuata & publica gubernatiōe ſemꝑ obtēperandū:vt ꝑ no-
ſtrā mētē feliciter a diuina mēte ducamur. Quīto,nullas cōſtitutiōes appellādas eſſe leges,niſi cōmu
ne ciuitatis totius bonum ꝓcurent.Sexto,qui obſeruātius parēt legibus,his magiſtratus maxime di
uiniq; cultus munera cōmitti debere.Septimo,interitū ciuitati paratū eſſe,in qua nō leges magiſtra
tibus,ſed magiſtratꝰ legibus dominent. Octauo,iuuenes qdē vt plurimū hęc obtuſe videre:ſenes au
tē acute ꝑſpicere:niſi forte quādoq; deus vel iuuenilē ꝓbet pietatē,vel ſenilē reprobet īpietatē.Multa
iā verba Plato facit ad ipſum legiſlatorē pro ſuo officio inſtruendū.Nōnulla facit deinceps ad popu-
lū leges eiuſmodi ſuſcepturū,vt & accipiat libētius & ſeruet īpenſius. Cohortat autē ad ſacras leges
in primis:ꝓq; illas ad humanas a diuinis inuētas & cōfirmatas.Sed vna cū exhortatione venerationē
terrorēq; cōmiſcet: dicens deū mundi totius artificē,totū in ſeipſo cōplecti:adeoq; inſpicere ſingula:
nequis cōfidat pręuaricādo poſſe latere:perq; oīa circūuolui,neq; ſperet manus eius poſt delictū ſub
terfugere poſſe.Hūc eſſe oſtēdit legū oīm fundatorē:vbi ait. Recta definit & ꝑagit:id eſt recta quadā
legis regula determinat ſingula.Determinat inquā primo ſingulis naturę ſuæ modū: ꝗ qualia quot
quātaq; ſint:& vbi & quādo & quomodo moueant.Deinde animis qd agendū ſit,ꝗdue cauendū. De
terminationē eiuſmodi legē eſſe cōſtat rerū oīm penes deum oīm auctorē: eāq; eodē actu ab ipſo deo
ſanciri,quo & oīa ab eo ītelligunt & fiunt,actu ſcilicet circulari,quē Timęus ait eſſe diuinę intelligē-
tię naturalē,ex ſeipſa videlicet ſeipſam reſpicienti,ſeq; reſpiciēdo oīa ſemꝑ cōſpiciēti. Forſan vero vl-
tra circularē,vt ita dixerim,motū deo intimū,ſubinſinuat motū quoq; rectū.i.rerū a deo ꝓceſſum:
deiq; ꝑ res oēs influxum.ideo recta dixit:& ꝑagit.Et motū rectū a circulari pēdere ſignauit. Itē vbi
ait Deū rerū principia & fines & media continere,intellige deū eſſe cauſam rerū efficientē atq; finalē:
ſeruare oīa,oībuſq; adeſſe. Ac nequis putet irritā legē:addit hanc ſemꝑ iudiciū comitari,quo & per-
ſpicaciter ſeruatores legis prævaricatoreſq; diſcernant: & efficaciter qd potiſſimū debeat cuiq;,de-
cernatur.Quod quidē iudiciū,qm̄ potenter & diſcernit & decernit,ineuitabilis ſequit vltio peccato
rum,& pręmiū obſeruantiū.Seruari vero maxime diuinā inquit legē ab his qui humillime ceruicem

ſuã diuinę legis iugo ſubiiciũt:quorũ pręmiũ futura beatitudo cenſet:reſpui vero maxime a ſupbis:
qui mox ſicut dei legẽ dereliquerunt,ita deſerunt a deo. Deſerti autẽ & peccant atrocius:& miſerabi
lius cruciant. Tu vero euãgelica hæc aureaq; præcepta ſeruiabis alta mẽte repoſta. Q; autẽ myſteria
hæc antiquo ait ſermone cõſtare:Moſaico poſſumus intelligere.Poſſum⁹ quoq; Mercuriali quodã &
Orphico:apud quos eiuſmodi multa plegimus:& illa quidẽ euidẽtiſſima:quę recenſere grãdius iam
prohibet argumentũ. At ſi orphicos de Ioue,de lege,de iudicio & iuſtitia & Nemeſi hymnos legeris,
hęc ad verbũ inuenies oĩa.Poſt hæc Plato populũ exhortat: vt vnuſquiſq; magnopere ſtudeat i eoꝝ nu
mero eſſe qui deũ ſequunt,cõtendens in oĩbus placere deo:atq; vt id conſequat ſimilẽ deo ſe reddens:
ſimilẽ inquã per tẽperãtię puritatẽ,qua tanq̃ regula examuſſim ſua oĩa metiat.Siquidẽ mẽſura qđ &
Pythagoras inqt,oĩm optima iudicat:ſimillimũq; deo efficit animũ.Quippe cũ deus oĩm ſit mẽſura,
pręcipue nobis,qui videlicet eatenus vel pſequi vel fugere debemus ſingula,quatenus diuinę menti
volũtatiq; vel cõſonare vel diſſonare cenſent. Hinc illud in Platonis epiſtola. Sapiẽti qdẽ viro lex de⁹
eſt:inſipiẽti vero libido.Ambiguus vero hic legit textus.Alibi eñ legit vt traduxi.Quib⁹ verbis Pla
to videt Protagorã cõfutare dicentẽ rerũ mẽſurã hoĩem eſſe.Cuius error in libro de ſciẽtia ſubtiliter
cõfutat.Alibi vero legit nõ q̃ quis homo ſed ſiqs homo,huc i modũ.Deus oĩm nobis eſt mẽſura,mul
toq; magis ſiquis,vt ferũt,homo eſt. Tu hãc particulã,ſiquis,vt ferũt,homo eſt:exponere potes,ſiqs
homo mẽſura eſt,multo magis de⁹ eſt mẽſura.nõ enim nobis ſed deo p quẽ viuimus,debem⁹ viuere.
Poſſes forſan exponere ſi deus aliqs homo eſt,i.ſiquãdo fiat homo,vt ferunt.i.oracula pphetarũ.Quę
quidẽ expoſitio vtinã q̃ pia eſt apud multos,tã accepta foret apud Platonicos. Vt aũt appareat quan
ti fructus ſit obſeruatio legũ,ſubdit ſolis harũ obſeruatoribus licere atq; expedire vota diis ſacraq; fa
cere.Cæterorũ vero preces & munera a deo reſpui. Hoc ipm vero qđ eſt placere deo,dicit eſſe ſignũ,
quo ſingulas vitæ actiones quaſi ſagittas debemus intẽdere.Sagittas autẽ ad hãc ipſam dei gratiã at-
tingendã,eſſe ait ſedulũ religiõis cultũ. In quo eoſdẽ diſponit gradus,quos & in carminib⁹ Pythago
ricis legimus.Iubet eñ hic ſicut & ille,vt cæleſtes primũ oẽs colamus deos:illos pręcipue qbus patria
quaſi patronis eſt dedicata.Deinde ſequẽtes ſub cælo deos.Quos oẽs terreſtres appellat.Mos eñ Pla
tonis eſt,& ſi oĩa ſub cælo elemẽta ponit,oĩaq; in cęlo modo cæleſti,tamẽ oĩa ſub cælo appellatiõe ter
rę cõprehẽdere,oĩa itẽ in cælo cæli igniſq; noĩe. Cæleſtes qdẽ deos tũ angelos intelligit ſuperiores,tũ
ſphærarum cęleſtiũ ſtellarũq; aĩas:Deos vero terreſtres,tũ inferiores angelos,tũ elementorũ quatuor
animas.Tertio mãdat coli dęmones.ſ.puriores quaſi deorũ ad nos iterpretes.Quarto heroas.i.hoĩm
animas deo acceptorũ a corpore ſeparatas.In his oĩb⁹ ita diſtribui præcipit cultũ,vt maiorib⁹ numi-
nibus maiora,minoribus minora,æqualibus equalia munera conferant. Quinto nõ tam coli & ado-
rari q̃ ornari & quodãmodo honorari deorũ patriorũ ſtatuas imperat,legibus conſecratas. Quũ ve-
ro oẽm ad diuinũ cultũ exhortationẽ ab vno inchoauit deo,euidẽter oſtẽdit cætera numina neq; per
ſe,ſed participatione primi dici deos,neq; pper ſe,ſed illius gratia eſſe colẽda.pręſertim cum vniuer
ſum eiuſmodi cultũ,dũtaxat vt illi vnico placeas,dicat ſuſcipiendũ. Sexto parẽtes quaſi dei vicarios
præcipit venerari.Septimo ppinquos genere,& familiaritate coniunctos,& hoſpites peregrinoſq; ex
diuino iuſſu amare charitate nõ ficta.His autẽ pręceptũ inſerit euangelicũ,vanoꝝ.ſ.verborũ exactã
rationẽ diuino iudici eſſe reddendã:cui⁹ angelus nobis præeſt quaſi ſuperioris iudicis vicarius & mi
niſter:vt nos a turpibus reuocet:prouocet ad honeſta: & cõſentiẽtes quidẽ tranquillitate cõſcientiæ
nutriat & delectet:diſſentiẽtes vero,pturbatione cõſciẽtiæ vexet. Vbi delectat:ab antiquis gratia no
minat:vbi vexat,furia.Et gratia qdẽ triplex:qm̃ pręteriti pręſentiſq; & futuri gratia bonos oblectat.
Furia quoq; triplex,qa malos ſimiliter cruciat.Et vtrobiq; Fatũ,& Parca triplex cognominat. Dici-
tur & Nemeſis,pſertim ab Orpheo,vbi in ſupbos aĩaduertit. Profecto veteres vt indicarẽt ſupbiam
deo maxime oĩm diſſonare obedientiã humillimã exigẽti,dixerũt ſupbos nõ ſolũ diuina cẽſura,vt cę
tera vitia:ſed etiã indignatiõe puniri: ppriũq; ad punitionẽ eiuſmodi numẽ introduxerũt:Nemeſis
noĩe nuncupatũ,qđ quidẽ facit potentiã in brachio ſuo,diſpergitq; ſupbos mẽte cordis ſui. Collige e-
multis noĩbus pręcipue quatuor:legẽ,iudiciũ,iuſtitiã,Nemeſim.Horũ exemplũ accipe in teipſo.Ha
bes in mẽte legẽ,quid agendũ ſit,quid nõ,cõmuni norma dictantẽ:& honeſtũ quidẽ proſequendũ eſ-
ſe: turpe vero vitãdum. Habes & in ratione iudiciũ diſtinctiori quadã argumentationũ diſcurſione,
diſcernẽs id qđ in hac vel illa actiõe poſitũ eſt,honeſtũ eſſe vel turpe. Habes in volũtate iuſtitiã,eligẽ
tem ita proſequi,ita fugere,vt ratio per mentis leges proſequendũ iudicauit vel fugiendũ. Habes in
imaginatiõe eiuſq; affectu Nemeſim turpibus actionibus verbiſq; ſuccenſentẽ,atq; legitime indignã
tem.Similiter i deo lex,iudiciũ,iuſtitiaq;,& Nemeſis,ſed modo diuino.Diſtinctius autẽ in deo quidẽ
lex angeliſq; ſuperioribus.In animę vero mũdanę ratione,iudicium.In eiuſdẽ volũtate,iuſtitia.In an
gelis inferioribus ſeu dęmonibus mediis Nemeſis. Vtcunq; diſtribuas,hęc omnia diuinæ legi mira-
bili quadam connexione ſubſeruiunt ad virtutum pręmium & ſupplicium peccatorum.

DIALOGVS QVARTVS DE LEG. VEL DE LEG. LATIONE.

ATHE.

a quib[us] noua ciuitas nominanda:

AGE Iam quãnam fore ciuitatẽ cogitare debemus? Neq vero nũc de pręſenti eius noĩe, aut de futuro interrogo. Id eñ forſan aut colonię auctor dabit, aut locus: vel etiã fluuii, aut fontis, aut deorũ qui ea ĩ regiõe ſunt alicuius, ciuitatẽ nouã ſuo cognomine nũcupabit. Sed illud potius quęro, vtrum maritima erit, an mediterranea. CLI. Diſtat fere hoſpes a mari hęc, de qua loqmur, ciuitas, ſtadiis octoginta. ATHE. Portus vero ſunt ne ꝓpe? an mare illud penit⁹ ĩportuoſum? CLI. Portuoſa eſt hoſpes ea regio, q̃ maxime fieri poteſt. ATHE. Heu, q̃d ais? Ager aũt ille fert oĩa? An aliquorũ indigus? CLI. Fert pene oĩa. ATHE. Ciuitas vero aliqua ne illi proxima? CLI. Nõ valde. atq iccirco habitatores illuc cõducere cogitamus. priſca eñ quadã hoĩm inde facta ꝓpulſione, magno tẽporis ſpatio iacet regio deſolata. ATHE. Quo ad cãpos aũt mõteſq & ſyluas ꝑtinet, quo pacto diſpoſita eſt? CLI. Similis eſt reliquę totius Cretæ naturæ. ATHE. Aſperã igit̃ ipſam potius & ſylueſtrẽ q̃ cãpeſtrẽ eſſe dicis? CLI. Aio equidẽ. ATHE. Nõ eſt igit̃ ad acquirendã virtutẽ incõmoda. Nã ſi mari ꝓxima eſſet & portuoſa, nec ferret oĩa, ſed multarũ rerũ egeret: maxio ſibi ſalutis fundatore opus eſſet, diuiniſq legũ latoribus, ne mltos ac varios mores, ſimulq prauos huiuſmodi regiõis natura cõtraheret. Nũc vero iuuat, quia ſtadiis octoginta remota eſt a mari: ꝓpinquior certe q̃ oportet mari, eo ferme ꝙ portuoſior eſt, vt ais. Satis tamẽ & hoc eſſe videt̃. Profecto mare ciuitati ꝓximũ quotidiana quadã iucũditate eã afficit. Verũtamẽ vicinitas ea nimiũ reuera ſalſa eſt atq amara. Nã cũ mercibus & pecuniis cauponãdo ciuitas repleat̃, doloſi animi inſtabiles & ĩfidos mores parit. Vnde parũ & ipſa ad ſeipſam & ad gẽtes alias fidẽ & amicitiã colit. Aduerſus hæc tamẽ illud habet remediũ ꝙ oĩa fert. Cũq ſyluoſa ſit & aſpera, licet oĩa ferat, nõ tamẽ abunde oĩa. Nã ſi eſſet ad oĩa ferax atq fœcũda, multũ auri atq argẽti ex emiſſione rerũ colligeret. Qua vna re nihil, vt breuiter dicã, ꝑnicioſius eſt: ſi vnũ vni cõferas ad generoſos iuſtoſq mores: vt ĩ ſuperiorib⁹ quoq ſi recordamur, eſt dictũ. CLI. Recordamur quidẽ. Et illa tũc & nũc iſta recte dicta cõcedim⁹. ATHE. Materia vero ad fabricãdas naues, nũqd illic abũdat? CLI. Neq illic abies eſt mẽtione digna: nec arbor picea. Cupreſſi item copia parua: pinũq & platanũ illic rarã inuenies. Quib⁹ neceſſario fabri nauiũ ad interiores nauiũ partes vtunt̃. ATHE. Atq in his etiã nõ male ſe habet regiõis ipſius natura. CLI. Quid ita? ATHE. Q̃m operępretiũ eſt vt ciuitas facile imitari hoſtes ĩproba imitatione nõ poſſit. CLI. Cuiuſnã ſupradictoꝝ potiſſimũ gratia iſta dicis? ATHE. Obſerua me vir pręclare. Nẽpe illius gratia q̃d eſt ab initio de Cretenſiũ legibus dictũ: quas vos ad vnũ aliq̃d. i. bellũ aſpicere dicebatis. Ego autẽ adieci eas, q̃m ad virtutẽ quodãmodo referrent̃, probe poſitas eſſe: q̃m vero nõ ad vniuerſam, ſed ad virtutis partẽ ferme, equidẽ nõ valde laudabam. Nunc igit̃ me quoq vos in p̃ſenti legũ latione diligẽter obſeruate: ſiq̃d aut q̃d ad virtutẽ nõ ꝑtineat, aut q̃d ad partẽ ſolũmodo, legib⁹ ſancio. Eũ quippe ſolũ recte ferre leges exiſtimo: q veluti ſagittarius illuc animũ ſemp intẽdit: vnde continuo aliq̃d ſemꝑq ſequat̃ eoꝝ quæ bona ſunt: cætera vero relinq̃t, ſiue diuitias ſeu huiuſmodi aliud: q̃d a virtutibus ſit ſeparatũ. Imitationẽ vero hoſtiũ improbã tunc fieri dicebã: cũ iuxta mare quiſpiã habitãs, lędat̃ ab hoſtibus. Quale illud fuit. Dicam eñ: nõ tamẽ pręteritę iniurię cõmẽmorandę ſtudio. Minos olim nauali copia frętus: crudele Atticæ tributũ impoſuit. Atheniẽſes vero nondũ naues vt nũc ad bellũ paratas habebãt: nec illa in regione arborum copia erat, vnde naues facile fabricarent̃. Quare nõ potuerũt rerũ imitatione naualiũ ipſi quoq nautæ facti ſtatim hoſtes tũc ſuos vlciſci. Meliuſq ſecũ actũ eſſet, ſi ſæpius ſeptẽ adoleſcẽtes amiſiſſent: q̃ q̃d illis accidit ꝑpeti. Nã pro terreſtribus firmiſq copiis, nauales factæ cõſueuerũt curſim naues inſilire ac cito decedere, nihil turpe facere arbitrantes, cũ nõ audeãt hoſtiũ impetũ expectare, ac mori: ſed occaſiones habeãt paratas, vt armis amiſſis, minime, vt aiunt, turpiter fugiãt. Huiuſmodi vero ex nauali bello voces audire cõtingit, nõ laude q̃dẽ vlla: ſed vituperatiõe ſummopere dignas. Nunq̃ enim malis morib⁹, præſertim optimã ciuiũ partẽ, aſſueſacere decet. Apud Homerũ quoq nauiũ refugiũ hoc reprobatũ videt̃. Vlyſſes nãq Agamẽnonẽ reprehẽdit, qui pręlio Gręcis apud Troianos occupatis naues in mare deducere iubebat. Q̃d moleſte ferẽs Vlyſſes ait. An iubes inſtãte belli turbine bene tabulatis inſtructas naues ĩ altũ deducere: vt Troianis ad votũ cũcta ſuccedãt: nos autẽ ꝑnicioſa ſtrages cladeſq ſequat̃? neq eñ grauí ſeſe pugnę cõmittẽt, cũ naues mari ad fugã paratas aſpiciẽt: ſed neglecto bello cedẽt: atq inde volabunt. Vbi quale cõſilium hoc tũ fuerit, apparebit. Patet igit̃ Homerũ quoq ſenſiſſe, obeſſe triremes ad pugnantiũ fugã paratas. Quippe vel leones his moribus vſi ceruos fugere cõſueſcerẽt. Præterea ciuitatũ potentiæ quę naualibus copiis frętæ ſalutem cõſequunt̃: haud quaq̃ honores optimę bellicarum rerũ parti retribuũt. Nã cum arte gubernatoria, & quinquaginta

Mare vrbi ꝓximum affert iucunditatẽ.

Minos coegit Atticã ad dedendos ſeptẽ pueros.

Vlysses Agamemnonem reprehendit

virorum principatu,& remigio,virorumq; & vilium hominū operē res naualis geratur, non poteſt quiſpiam recte honores ſingulis reddere. Quomodo vero recte ſe habere ciuitas poteſt,ſi hoc ipſo priuata fuerit? CLI. Ferme impoſſibile. Veruntamen hoſpes nauale apud Salaminā grecorū aduerſus barbaros prelium vniuerſam nos Cretēſes greciā ſeruaſſe putamus. ATHE. Atqui multi iſtud tā graecorū q̄ barbarorū affirmāt. Ego autē o amice & hic Megillus,pedeſtrem in Marathone & in Plateis pugnā,alterā principiū ſalutis,alterā finē fuiſſe dicimus. & his qdē pugnis meliores graecos factos fuiſſe,aliis non meliores:vt ita de preliis qbus tūc pariter ſeruati ſumus,dicamus. Bello enim apud Salaminā geſto,illud addo qd in Artemiſio cōmiſſum fuit maritimū. Verū ſpectantes nunc ciuilis diſciplinę virtutē,& regionis naturā,& legū ordinē cōſideramus. Nō eīn ſeruari ac eſſe ſolū,hoībus ſummo in pretio habendū exiſtimamus,vt vulgus putat:ſed vt q̄diu ſunt,optimi ſint. Qd & in ſuperioribus,vt arbitror,a nobis eſt dictū. CLI. Dictū plane. ATHE. Id itaq; tantū aīaduertamus,ſi eandem ipſam agamus viam quę ciuitatibus optima ſit in cōſtituenda habitatione legibuſq; ferēdis. CLI. Mirū in modū. ATHE. Dic ergo qd ſequit̄:quę multitudo habitatura coloniā ſit. Vtrū quicūq; velint ex tota Creta:quaſi magna in ſingulis ciuitatibus turba ſupfluat? An ad ipſius agri vires electi? Non eīn volētes ex graecis oēs colligitis. Etſi nōnullos video ex Argis & Aegina aliiſq; grecię partibus regionē hāc habitare. Sed in preſenti mihi dicas:vnde futura ſit vobis horū nūc ciuiū multitudo. CLI. Ex vniuerſa Creta futurā exiſtimo: & inter graecos alios qui ex Pelopōneſſo venient,maxime vt opinor recipient̄. Quodve modo dicebas,verū eſt,ex Argis.ſ.iſtos eſſe. Etenim qd maxime modo hic genus laudat̄,Gortynicū eſt:qd ex ipſa Peloponneſſiaca Gortyne huc migrauit. Sed non facilis aequaliter ciuitatib⁹ habitatio ſolet fieri,quādo examinū more nō agit̄ vt genus vnū amicū inter ſe ab amicis veniens ex vna quadā regiōe,aut agri anguſtiis preſſum,aut alia huiuſmodi neceſſitate coactū in aliena cōmigret. Quandoq; vero accidit vt ciuitate ſeditionibus agitata alio ciuiū pars vna ſecedat. Vniuerſa etiā ciuitas bello victa quādoq; ſimul fugiſſe reperit̄. Hęc autē oīa partim facilia ſunt,vt noua in habitatiōe diſponātur,& legibus denuo poſitis gubernent̄,partim etiā difficilia. Nā qd genus vnū eſt vnius linguae earūdēq; legū,cū ſacrorū & huiuſmodi oīm cōmunionē habeat,amicitia quidē inter ſe aliqua copulat̄:ſed leges alias,gubernationiſq; modū a priſtino diſcrepantē nō facile ſuſcipit. Qd vero ꝑpter legū improbitatē ſeditionibus cōcitum fuit,cū primos illos ꝑpter conſuetudinē quibus corruptū eſt mores deſideret,durū ſe & inobediens gubernanti legeſq; ponenti affert. Qd autē ex variis confluxit generibus,libentius fortaſſe nouas leges audiet:ſed arduū eſt oīno,& longo tēpore indiget,vt cōſpirare,& tanq̄ ſub vno iugo equi,vnū idēq;,vt dicit̄,efflare poſſit. Sed enim legū ſanctio ciuitatiſq; cōſtitutio eſt ad virorū virtutē oīm ꝑfectiſſima. CLI. Probabile id quidē:ſed clarius expone bone vir,quorſum id dixeris. ATHE. Dū & conſiderare legūlatores & laudare vellē,ad vile qd dictu videor lapſus. Qd tamē ſi opportune dicat̄,nihil negotii dabit. Quid ergo me turbat? Ita pene oīa humana ſe habere vident̄. CLI. Qua de re dicis? ATHE. Dicturus erā nullū vnq̄ hoīm aliqd legē ſancire:ſed fortunas caſuſq; varios incidētes,leges nobis ꝑ oīa ferre. Aut eīn imminētis violētia belli,priorē peruertit rēpu.legeſq; mutat:aut ſumma quędā penuria. Morbi quoq; multa innouare cōpellunt. Peſtis etiā diutina,multorūq; annoꝝ incōmoda,& īportuna tēpeſtas. Hęc ſiqs aīaduertat:nō verebit̄ idē qd ego nūc,exclamare:mortaliū neminē leges cōdere:ſed humana oīa fortunis agi. Qd ſiqs in nauigatiōe,gubernatiōe,medicina,militari īperio affirmauerit,recte videbit̄ dicere. Sed rurſus & iſtud ſimiliter de iis ipſis bene dicit̄. CLI. Quidnā? ATHE. Deū qdē oīa,& fortunā opportunitatēq; ſimul cū deo cūcta humana gubernare. Mitius tamē concedendū,tertium ſuperiora,artē videlicet ſequi. Tēpeſtate eīn imminēte multū intereſſe arbitror,gubernatoriā habeas artē,nec ne. An quomodo dicendū? CLI. Ita prorſus. ATHE. Nōne & in aliis eadē ratio? Atqui & legū latioī idē eſt tribuendū:vt cōcurrētibus aliis quęcūq; ad felicē regionis habitationē cōducūt,legiſlator veritatis cōpos ciuitati ipſi nō deſit. CLI. Vera loqueris. ATHE. Nōne qui ī ſingulis illorū artē habet, precari poterit vt aliqd a fortuna ſibi feliciter adſit,nec alia re preter q̄ artificio opus ſit? CLI. Valde. ATHE. Caeteri quoq; oēs,quos modo diximus,ſiqs quęſierit,ſuas preces votaq; aperiēt. An non? CLI. Plane. ATHE. Idē & legiſlator,vt arbitror,faciet. CLI. Sic puto. ATHE. Age itaq; ſic eū interrogemus. O legiſlator qualē tibi ciuitatē tradi deſideras, vt ipſe ex reliquis poſtea ſufficienter eā diſponere poſſis? Quid recte deinde dicetur? An legū latoris reſponſio afferri debet? CLI. Vtiq;. ATHE. Tyrānidi ſubiectā mihi tradite ciuitatē dicet. Tyrānus autē iuuenis ſit,memorioſus,acutus,fortis,naturaq; magnificus. Et qd in ſuperioribus oēs virtutis partes ſequi debere dicebamus,id animo quoq; tyrānico inſit:ſiqd modo caetera profutura ſint. CLI. Temperātiā mihi videt̄ hoſpes o Megille dicere tyrāni animo ineſſe oportere. Nonne? ATHE. Popularē o Clinia dico,non tēperantiā illā quā extollens aliquis prudentiam appellandam eſſe monſtraret:ſed eam ipſam affectionē:quae in beſtiis & pueris illico apparet innata:vt alii ad voluptatem proniores,cōtinentiores alii nati eſſent videant̄. Quā quidem cōtinentiā

Quę ſint quę leges ꝑducūt.

Deū & fortunā opportunitatēq; cūcta gubernare.

a bonis aliis ſeparatam,paruifaciendã eſſe duximus.Tenetis qđ dico?CLI.Maxime.ATHE.Hanc er-
go naturam ad ſuperiores illas naturæ qualitates tyrannus habeat:ſi debet ciuitas celerrime & opti-
me prout poſſibile eſt eam gubernationẽ aſſequi:qua feliciſſime viuat.Nulla enim velocior,nulla me
lior diſpoſitio ciuitatis,aut eſt,aut eſſe poteſt.CLI. Quomodo vero & qua ratione hoſpes id aſſerens
aliquis,recte dici ſibi quiſpiã ſuadebit?ATHE. Facile intellectu eſt o Clinia,hoc ita natura eſſe. CLI.
Quid ais?Nũquid eſſe illud aſſeris,ſi tyrannus iuuenis ſit,tẽperatus,ingeniiq; acumine & memoria
pollens,fortis,magnificus,atq; felix?ATHE.Adde nihil aliud,niſi vt tẽpore ſuo laude dignus legiſ-
lator reperiatur:& fortuna quędã eos in idem cõducat.Hoc enim ſi acceſſerit,oĩa ferme deus dederit
quæ dare ſolet,quotiens ciuitatẽ aliquã felicem maxime vult fore. Deinde ſi duo tales principes ſint.
Tertio loco ſi tres.Et ſucceſſionis eadẽ ratione ſeruata eo difficilius,quo plures:atq; contra,quo pau
ciores,eo facilius.CLI.Ex tyrannide optimã fieri rempu. affirmare videris: cum ſummo certe legiſla
tore,modeſtoq; tyranno facillime & celerrime ex illa in hanc mutationẽ fieri.Secundo ex paucorũ po
tentia. Tertio ex populari.An non ita?ATHE.Minime.Sed ex tyrannide primo. Deinde ex regia gu
bernatione.Tertio ex quadã populari potentia.Poſtremo paucorũ potentia optimę reipu. generatio
nem difficillime ſuſcipit.Plurimi enim in ipſa potẽtes ſunt.Tunc vero hæc fieri dicimus,cum verus
natura legum conditor inuenitur:& ei potentia quædam cõmunis cum illis contingit:qui plurimũ
in ciuitate poſſunt.Vbi autẽ pauciſſimi quidem numero ſunt,potentia vero ſummi,qđ tyrãnidi ac
cidit,ibi celer & facilis fieri mutatio ſolet.CLI.Quo pacto? Non enim intelligimus.ATHE.At vero
non ſemel id a nobis,ſed ſæpius,vt opinor,eſt dictum. Vos autem fortaſſe ciuitatẽ tyrãnide preſſam
nunq̃ vidiſtis.CLI.Ego quidẽ videre eam minime cupio. ATHE. Atqui qđ modo diximus,in ea inſpi
cies.CLI.Quidnam? ATHE. Q; non multo labore nec longo tempore tyrãno opus ſit,ciuitatis mo
res mutare volenti.Nam ſiue ad virtutis officia ſiue contra ciues perducere velit,ipſe primus viam
per quã ſequãtur cæteri,ingrediatur oportet: omniaq; in ſeipſo primũ expreſſa pręſcribat agẽdo:alia
quidẽ laudans atq; honorans,alia vero vituperans:& eos qui non obediunt in ſingulis actionibus ſem
per dedecorans.CLI.Quomodo vero vbiq; magnũ quid aut arduũ exiſtimabimus:vt ciues eum ſta-
tim ſequãtur:qui ita ſuadet & cogit?ATHE.Nemo vobis perſuadeat o amici aliter vnq̃ citius & fa-
cilius q̃ principũ exẽplo leges in ciuitate mutari.Neq; aliter ocyus aut fieri nunc exiſtimetis,aut fu-
turũ.Profecto hoc nobis neq; impoſſibile eſt,neq; factu difficile. Sed illud difficile factu eſt,raroq; lon
go in tẽpore factũ:qđ ſiquãdo contigerit,innumera ciuitati cui eueniet & immẽſa bona efficiet.CLI.
Quid illud?ATHE.Siquando diuinus amor tẽperate iuſteq; agendi magnæ potentiæ innaſcat:quæ
aut in vnius ſita ſit poteſtate,aut in pluriũ principatu diuitiis vel nobilitate generis excellentiũ: aut
ſiquando naturã Neſtoris quis reduxerit,quem & dicendi facundia,& tẽperantia vitæ multo magis
oĩbus excelluiſſe ferunt,qualis quidẽ vir Troię tẽporibus fuiſſe dicitur,noſtris autẽ minime:ſi inquã
talis quandoq; vir fuit,aut erit,aut nũc inter nos eſt aliquis:& ipſe beate viuit:& illi quoq; beati ſunt:
qui fluentia ex ore modeſto audiunt verba. Eadẽ quoq; de vniuerſa potentia ratio eſt: q; videlicet cũ
in eodẽ homine bene cũ prudentia & tẽperantia ſimul potentia ſumma cõuenerit,tunc demũ guber

Difficile eſt fundare ciuitatem bonis legibus.

nationis optimę,optimarũq; legum elucebit origo:aliter autẽ nunq̃ . Verũ hæc tanq̃ fabula quædã
oraculorũ ritu dicta ſint,oſtẽſumq; ſit,partim difficile eſſe,ciuitatẽ bonis fundari legibus,partim ve
ro ſi contigerit id qđ diximus,longe omniũ facillimũ & breuiſſimi temporis opus.CLI. Quo pacto?
ATHE. Sed conemur iam ciuitati tuæ rem omnẽ accõmodantes tanq̃ ſeniores pueris,leges oratio-

De' ante oĩa opera ĩchoan da inuocãdus.

ne cõfingere.CLI.Aggrediamur iam id ſine mora.ATHE.Deum in primis ad ciuitatis conſtitutio
nem inuocemus. Qui vtinam audiat: exaudienſq; ppitius & benignus nobis adueniat:vna nobiſcũ
ciuitatẽ & leges exornaturus.CLI. Veniat opto.ATHE. Sed qualẽnam diſciplinam ciuitati tradere
volumus?CLI.Declara ſi placet,quid dicere velis : vtrũ populi poteſtatẽ,vel paucorũ,vel optimatũ,
vel regnũ.Neq; enim tyrannidẽ te dicere arbitramur.ATHE.Age iam vter veſtrũ prior mihi reſpõ
dere vult:quænã ex his ſuæ patriæ reſpu.eſt?ME.Num par eſt,quia ſenior ſum,vt ipſe prior reſpon-
deam?CLI.Forte.ME.Cum Lacedęmonicam hoſpes rẽpu.mente reuoluo,non facile tibi poſſum dice
re:quomodo ſit appellanda. Etenim tyrannidi ſimilis eſſe videtur. Nam ephororũ poteſtas mirũ in
modũ ibi tyrannica.Nonnunq̃ tamen præ cæteris ciuitatibus populari gubernationi apparet ſimil-
lima.Negare autem eam eſſe optimatũ rempublicam omnino abſurdum. Regnum quoq; in ea per-
petuum:qđ omnium antiquiſſimũ tam a cæteris hominibus q̃ a nobis ipſis eſſe dicitur. Quare ita
ſubito interrogatus,reuera , vt dicebam, non poſſum in præſentia tibi diſtincte quæ illarum ſit re-
ſpondere. CLI. Mihi quoq; Megille perinde ac tibi contigiſſe videtur. Neſcio enim quam illa-
rum potiſſimum Gnoſiam eſſe affirmem rempublicam. ATHE. Verę enim o viri optimi reipubli-
cæ vos participes eſtis. Quæ autem modo nominatæ ſunt,non reſpublicæ: ſed vrbium habitatio-
nes quædam ſunt : in quibus pars vna ſeruit alteri dominanti: & a partis dominantis potentia,ro-

ta tamen accipit gubernatio.Oportebat autem ſi hoc modo nominanda ſit ciuitas,dei ipſius nomi-
ne nuncupari:qui illorum qui mentis compotes ſunt,verus eſt dominus.CLI.Quis autem iſte deus?
ATHE.An fabula pauliſper vtendum,ſi volumus cõmode qđ modo quęſitum eſt,declarare?An nõ
ſic faciendum?CLI.Sic omnino.ATHE.Multo ante habitationes vrbium,de quibus in ſuperioribus
facta nobis mentio eſt,principatus quidam & gubernatio ſub Saturno valde felix fuiſſe dicitur.Cuiꝰ
imitationem quandam habet:quæ nunc ab optimatibus gubernatur.CLI.Attentius ergo de ipſa,vt
videtur,eſt audiendum.ATHE.Mihi quidem ita videtur:proptereaq; in mediũ modo produxi.ME.
Recte tu quidem:ac probe facies,ſi ſequẽtem fabulam quatenus conuenit,expoſueris.ATHE.Faciã
vt dicitis.Fama profecto beatę illius vitę ad nos vſq; peruenit:copioſa ipſam omnia,ſuaq; ſponte para-
ta habuiſſe.Cuius rei cauſa fuiſſe hęc traditur.Cum intelligeret Saturnus,quẽadmodum ipſi narra-
uimus,nullam hominis naturam res humanas ita gubernare poſſe,vt ſi omnibꝰ arbitratu ſuo domi-
netur,laſciuiori ſuperbia iniuſtitiaq; non repleatur:cum hæc inquã non ignoraret,non homines ſed
diuinioris pręſtãtioriſq; generis dęmones,ciuitatibꝰ noſtris reges principeſq; pręfecit.quod nũc nos
in ouium gregibus aliorũq; cicurũ armentis facimus.Non eñ bobus boues,nec capris capras pręfici-
mus:ſed nos ipſis genus melius dominamur.Similiter Deus homines amans genus dęmonũ generi
noſtro pręſtãtius nobis pręfecit:quod ſumma tã ſua q̃ noſtra facilitate noſtrarũ rerum curã habebat,
pacẽq; & pudicitiã,libertatẽ & iuſtitię copiam prębens,procul a ſeditiõe,ac felix hominũ reddebat ge-
nus.Hic vtiq; ſermo veritate vſus aſſerit,ciuitatibus omnibus,quibꝰ non deus,ſed mortalis aliquis
dominetur,nullam vnq̃ malorum laborumq; fore quietem.Sed omni ſtudio imitari nos iubet vitam
quæ ſub Saturno fuit:& quantũ in nobis eſt immortalitatis,ipſi obtẽperantes,priuatim & publice
domos ciuitateſq; gubernare:ipſam mentis diſtributionem,legem nuncupantes.Nam ſi homo vnꝰ
aut paucorum,aut etiam populi poteſtas,voluptati & cupiditati deditum animum habeat,hiſq; re-
pleri deſideret,cũq; id minime aſſequatur,inexplebili inextinguibiliq; ardore & inſanabili morbo ve-
xetur,dominetur autem ciuitati aut priuatis nonnullis,ſtatim ſpretis legibus,non eſt vt modo dice-
bamus,ſpes vlla ſalutis.Conſiderare decet o Clinia vtrum huic rationi credendum ſit,an aliter faciẽ-
dum.CLI.Neceſſe eſt vt credamus.ATHE.Perſpicis tot legum ſpecies,quot & gubernationum a q-
buſdam exiſtimari.Gubernationũ vero ſpecies,quot multi ponunt,pauloante narrauimus.Neq; de
re vili nunc:ſed de maxima nobis eſſe q̃ſtionem exiſtimes.Nam quo iuſtum & iniuſtum reſpicere de-
beat,rurſus in ambiguitatem incidit.Nec enim ad bellum,nec ad omnem virtutem referri leges de-
bere aiunt:ſed ad illud potius qđ conſtitutę reipublicę conferat,quęcunq; illa ſit,vt dominetur ſem-
per,nec pereat.Iuſtiq; definitionem ſic natura optime ſe habere contendũt.CLI.Quo pacto? ATHE.
Qđ potentiori confert.CLI.Apertius dicito.ATHE.Sic accipe.Leges,vt aiũt,ſemper in ciuitate po-
nit,qđ dominatur.Nonne?CLI.Vtiq;.ATHE.Nunquid exiſtimas,inquiunt,vel populum ſuperan-
tem,vel aliam quãpiã rẽpublicam,vel tyrannum,ad aliud prius ſpõte leges laturum q̃ ad vtilitatem
ſuam,hoc eſt ſui prĩcipatus ſtabilitatem?CLI.Non ad aliud.ATHE.Siquis autem huiuſmodi leges
tranſgrediatur iam poſitas,vt iniquus punietur ab eo qui has inſtitutiões induxit,iuſtaſq; appellat.
CLI.Sic apparet.ATHE.Sic itaq; iuſtum ſe ſemper habebit.CLI.Sic ſane hæc aſſerit ratio.ATHE.
Vna profecto hæc iniquitas ex illis eſt,quæ de principatu ſunt.CLI.Ex quibus?ATHE.Ex his inquã
quas ſupra narrauimus,quos quibus imperare oporteat,exponentes.Diximus autem parentes filiis
atq; nepotibus:ſeniores iunioribus:generoſos ignobilibus dominari debere:& alia quædam,ſi tene-
tis:quorum aliis alia impedimento ſunt:ex quibus vnum hoc erat.Adiecimuſq; Pindarum exiſtima-
re,ſecundum naturam ac iuſtum imperium eſſe,vt potentiora imbecillioribus dominẽtur.CLI.Hęc
certe tunc dicta fuerunt.ATHENIEN.Conſidera iam quibus noſtra ciuitas committenda.Milies
nãq; in ciuitatibus nonnullis id contigit.CLINIA.Quidnam?ATHENIENSIS.Cum de prĩcipatu
certatum eſſet,qui vicerunt adeo ad ſe ſolos rem cõtraxerunt:vt nullum victis eorumq; poſteris ma-
giſtratum conceſſerint:cauentes ſemper nequis ex victis potentiam adeptus,inſurgat priorum me-
mor malorum.Has quidem nos negamus eſſe reſpublicas:neq; cẽſemus rectas eſſe eas leges:quæ non
ſint communiter totius ciuitatis gratia poſitę.Qui autem aliquarum partium gratia leges cõdunt
eos non ciues:ſed ſeditioſos putamus:& iura ſua fruſtra ſic ab eis vocari cenſemus.Hæc autem eam
ob cauſam dicimus:quia nos tua in ciuitate non ideo magiſtratus alicui dabimꝰ:ꝙ diues ſit:aut hu-
iuſmodi quicq̃ poſſideat,vt robur,magnitudinem,generis claritatem.Ei vero qui poſitis legibus pa-
rebit maxime:& hac re cæteris in ciuitate præſtabit,deorum quoq; cultum & miniſterium dabimus
maximum quidem primo:ſecũdum vero illi qui ſecundo loco excellet.Eademq; ratione ſequentibus
ſingula pro dignitate diſtribuemus.Magiſtratus autem legum miniſtros appellaui:non quia innoua-
re vocabula cupiam:ſed quia putem ſalutẽ hinc maxime ciuitati fore:& contrarium ex contrario.In-
teritum enim paratum illi ciuitati video,in qua non lex magiſtratibus,ſed legi magiſtratus pręſunt.

Salutem vero illi, vbi lex ſeruientibus magiſtratibus dominatur. Cuncta certe bona quæ dii ciuitatibus præbent, huic affore cerno. CLI. Per Iouẽ hoſpes acute, vt ætas tua poſtulat, ꝓſpicis. Iuuenis.n. hæc obtuſe admodum, ſenex acutiſſime cernit. ME. Vera loqueris. ATHE. Quid vero deinceps? Nonne veniſſe iam ac deeſſe colonos arbitrari debemus, reliquumq; ad eos ſermonẽ peragere? CLI. Quid prohibet? ATHE. Sic itaq; ad eos dicamus. Deus o viri, ſicut antiquus quoq; ſermo teſtatur, principium finem, & media rerum omnium continens, recta peragit ſecundum naturam circuens. Hunc ſemper iudicium comitat̃, eos qui a diuina lege deſciuerint puniens. Cui quidem iudicio quicunq; felix futurus eſt adhærẽs, humilis ſubſequitur atq; compoſitus. Qui autem ſuperbia elatus eſt, q; pecunia vel honoribus antecellat, vel corporis forma polleat, qua cum iuuenilis animus demẽtia ſimul ardeat & petulantia, quaſi nec principe nec duce vllo indigeat, ſed aliorum ipſe ſufficiens ductor ſit, is penitus a deo deſeritur. Deſertus autem & alios huiuſmodi nactus, exultat oĩa ſimul perturbans: multiſq; videtur minime contẽnendus. breui tamen poſtea inculpabili dei punitus iudicio, ſeipſum, domũ ſuã ciuitatemq; vniuerſam ſimul euertit. Cum hæc igitur ita diſpoſita ſint, quid facere & cogitare, quid ve cauere, prudentem oportet? Nemini dubium quin cogitare quiſq; debeat qua ratione ex eorũ numero ſit qui deum ſequant̃. Quęnam igitur actio a deo amatur, deũq; ſequitur? Vna certe, rationem vnam antiquã habens atq; præcipuam: q; ſimile ſimili, quod moderatũ ſit, amicũ eſt. Immoderata vero neq; inuicẽ, neq; moderatis ſunt amica. Deus ꝓfecto nobis rerum omniũ maxime ſit menſura: multoq; magis q̃ quiuis, vt ferunt, homo. Qui igitur huic tali amicus fore ſtudet, eũ neceſſe eſt vt q̃ maxime pro viribus talis efficiat̃. Atqui ſecundũ hanc rationẽ quiſquis hoĩm tẽperatus eſt, deo eſt amicus. Similis eñ. Intẽperatꝰ aũt, diſſimilis, differens, & iniuſtus: cæteraq; ſimiliter. Sed intelligamus ad hæc rationẽ illam ſequi omnium rationum, vt arbitror, pulcherrimã atq; veriſſimam, q; bonum virum decet ſacrificare diis, & intereſſe diuinis. Nempe illos proſequi orationibus, muneribꝰ, alioq; cultu diuino, pulcherrimũ, optimũ, cõmodiſſimũ ad beatam vitã: idq; præ cęteris eſt decorum. Malo autẽ contra contingunt oĩa. Impurus eñ mali eſt animus: boni autẽ purus. Ab ĩpuro aũt capere munera, neq; bonum virum, neq; deũ decet. Fruſtra itaq; circa deos prophani laborant: qđ opportune faciunt omnes ſancti. Atq ſignum quidẽ hoc eſt, quo aciem debemus intendere. Sagittæ vero ad illud quænam? & quis ꝓprius ipſarum impetus, rectiſſime diceretur? Principio poſt cæleſtium, ciuitatiq; ꝓſidentiũ deorũ honores, ſiquis terreſtribus diis paria, ſecunda, pręcipua munera tribuat, rectiſſime ſignũ ipſum pietatis attinget. Quæ vero horũ ſupra poſitorum imparia, & alterna voce reſpondentia ſupradictis, poſt deos iſtos dęmonibus vir mentis compos ſacrificabit: heroibuſq; poſt dæmones. Sequuntur ſtatuę patriorũ deorũ proprię ſecundũ legem conſecratę. Demũ viuentium cultus parentũ quibus fas eſt prima & maxima debita omnium antiquiſſima debitorum perſoluere. putare eñ quiſq; debet, omnia quæ poſſidet, eorum eſſe qui genuerunt & educarunt: ita vt illis hæc omnia pro viribus miniſtrare debeat: primũ quidẽ externa bona: deinde etiam corporis: poſtremo quæ ad animũ ꝑtinẽt: hæc omnia videlicet mutuo data perſoluens: & pro curis doloribuſq; priſcis parentum, in ſenecta recentes reddens, quando maxime indigent. In verbis quinetiam per totam vitam parẽtes venerari maxime decet. Leuiũ eñ volatiliũq; verborũ grauiſſima ĩminet poena. Nã oĩibus præpoſita eſt Nemeſis iudicii angelus, huiuſcemodi omniũ conſideratrix. Oportet itaq; iratis animũq; explentibꝰ cedere, ſeu verbis ſiue rebus id faciant: non ignorantes patrem iure admodũ filio valde ſuccenſere: ſi quando ab eo iniuriam ſibi fieri arbitret̃. Mortuis vero parentibus monumenta decentiſſima, quæ tẽperatiſſime ſtructa. Neq; conſuetã magnitudinẽ oportet excedere: neq; minora illis facere, quæ maiores genitoribus ſuis ſtruebãt. Annuas quoq; curas defunctorũ quę ornamentũ afferũt, inſtaurare decet, & noua quotidie repetita memoria ſemper parentes ſũmopere honorare, impendio moderate ꝓ fortuna vtentes. Si hæc ſeruabimus, vitãq; ſemp ita agemus ſinguli, digna a diis cæteriſq; natura noſtra ſuperioribus oĩibus pręmia reportabimus, plurimũ bona cũ ſpe viuẽtes. Quę vero erga filios & nepotes, conſanguineos, amicos, ciues, peregrinos, deos ſemp colendo in congreſſum horũ omniũ operari quiſq; debeat: atq; ita vitam ſuã ſecũdũ legẽ illuſtrare: legum ipſarũ tractatio demonſtrabit, partim quidẽ ſuadendo, partim vero duriores mores vi ſupplicioq; cogendo: atq; ita ciuitatem noſtram fauentibus diis, felicem beatamq; efficiet. Quæ vero oportet rurſus & neceſſarium eſt vt legiſlator, q eadem agitet quæ & ego, ediſſerat, neq; tamen ſub ipſa legis forma cõmode dici poſſe videntur, horũ exemplum in primis tam ipſi legum latori, q̃ lege inſtituendis arbitror afferẽdum: deinde legum poſitionem incipiendam, reliqua omnia pro viribus diſcutiẽdo. Talia vero quã maxime figurã habeant haud ſane facile vna quadã formula cõprehendi poteſt. Sed ita de ipſis modum aliquem capiamus: ſi quid de ipſis aſſeuerare poſſumus. CLI. Dic age: quẽ modũ? ATHE. Vellẽ eqdẽ eos ad virtutis officia ꝑſuaſos maxime & obtẽperãtes eſſe: idq; legiſlator facere vbiq; conabitur. CLI. Quid ni? ATHE. Quę igitur dicta ſũt, nõnihil ad illud cõducere mihi vident̃: vt ſi nõ crudus omnino audientis animꝰ ſit:

Deus principium mediũ & finis omnium.

Deꝰ eſt nobis oĩm rerũ maxime mẽſura.

Quid filii debeat parẽtibꝰ atq; quãtũ debeat ꝑſoluere.

Leuiũ verborũ grauiſſima poena.

Quibꝰ ꝓpoſita eſt Nemeſis

mitior beneuolétiorq̧ in audiédis pceptis efficiaṫ: beneuolétior vero fact⁹, facilius perdiſcat. qđ ſi nõ oīno peragaṫ, aliquo ſaltē modo factū, ſatis eſſe putandū eſt. Non eñ magna eſt eorū copia, qui optimi q̄ maxime & celerrime conenṫ euadere. Heſiodū vero ſapientē multi prędicant: cū dicat viā ad vitia planā eē, ac ſine ſudore peragi, cū breuiſſima ſit. Ante virtutē vero inquit ſudorē dii imortales poſuerunt. Ac via q̄ ad eā ducit, longa, ardua, & aſpera primū: ſed poſtq̄ ad ſumma faſtigia puentū eſt, q̄ ardua via fuerat, facilē pſtat callē. CLI. Bene dicere videṫ. ATHE. Ita certe eſt. Verū quo ſermonis ſpectabat pgreſſio, volo in medio vobis pponere. CLI. Ponas. ATHE. Orationē ad legiſlatorem ſic vertam⁹. Dic nobis o legiſlator. Si ſcires qđ agēdū dicēdūq̧ nobis ſit, nõne diceres? CLI. Neceſſario. ATHE. An nõ pauloante dicentē audiuimus nõ debere legiſlatorē poetis pmittere, vt q̄cunq̧ ſibi placēt, effingant? Nõ eñ intelligūt, q̄ dicta cõtra leges noceāt ciuitati. CLI. Vera loq̄ris. ATHE. Si de poetis haec ad eū dixerimus: erunt ne nobis modeſte dicta? CLI. Quęnam hęc? ATHE. Vetus o legiſlator fabula paſſim a nobis fertur: atq̧ a caeteris oīnibus cõfirmaṫ, poetā qñ in muſę tripode ſedet, nõ eſſe mentis cõpotē, ſed quaſi fontē fluere: & quęcūq̧ influūt, prorſus effundere. Cūq̧ ars eius imitatio quędā ſit, & contrarios affectus hoīm exprimat, ſaepe cogi poetā ſibiipſi cõtraria dicere, neq̧ ſcire vtrū haec an illa vera ſint. Legiſlatori aūt nõ licet duo q̄dā diuerſa de vno in lege loqui: ſed vnū debet ſemp enūciare de vno. Id aūt ex his q̄ modo dicebas, aīaduertes. Cū ſepulchrorū alia excedāt, alia deficiāt, alia mediū teneāt, mediocria tu ſimpliciter laudaſti, fieriq̧ ſola iuſſiſti. Ego aūt ſi vxor mihi ditiſſima eſſet, iuberetq̧ vt eā magnifice ſepelirē, in poemate excedēs ſepulchrū laudarē: pauper aūt vir atq̧ auarus, deficiēs. Qui vero mediocres diuitias poſſidet: ſi ipſe quoq̧ moderatus ſit, mediū laudabit. Sed tibi nõ ita dicendū ſicut dicebas modo, vt. ſ. mediocre ſolūmodo dicas, ſed quid quantūq̧ mediocre ſit, exponendū. Aliter ne putes orationē hm̄oi legē eſſe? CLI. Vera loqueris. ATHE. Vtrū q legibus cõdēdis incūbit, nihil tale in legū exordio dicet: ſed ſtatim qđ faciūdū ſit, & qđ nõ, exponet: mulctaq̧ ipoſita ad aliam ſe legē vertet: nulla rõne ad exhortādum pſuadēdūq̧ allata? Afferamus autem in mediū modos medendi duos, q̄bus alii medici aliter curare cõſueuerūt: vt quēadmodū pueri medicū orant vt modo quodā facillime eos curet, ita & nos legū latorē. Qđ vt fiat apti⁹, nõne dicim⁹ quoſdā medicos eſſe & quoſdā medicorū miniſtros, quos etiā medicos appellam⁹? CLI. Sic oīno. ATHE. Siue liberi ſint ſeu ſerui, qui dominorū iuſſu, cõſideratione, vſu, & experiētia artē poſſideāt, nõ aūt ſecundū naturā: ſicuti liberi, qui & ipſi ſic didicerūt, & ſuos filios inſtruūt? An ponis duo haec genera medicorū? CLI. Quid phibet? ATHE. Nū igiṫ itelligis cū ſerui & liberi in ciuitate ęgrotēt: ſeruos a ſeruis plerunq̧ curari? Qui & in medicorū officinis verſanṫ & oīa circuūt, nec rationē vllā de ſingulis ſeruorū morbis, aut reddūt, aut accipiūt: ſed q̄ vſu pdeſſe videnṫ quaſi exacte ſcientes, tyrānorū inſtar ſupbe & ptinaciter imperāt: atq̧ ita a ſeruo ad ſeruū medētes trāſuolāt. In quo ſane ad curādos ęgrotātes dño facilitatē parāt. Liber aūt medicus liberorū vt plurimū morbos curat, atq̧ cõſiderat: ita vt a pricipio morbi naturā pquirat: cõiterq̧ cū ęgrotāte atq̧ ei⁹ amicis verſeṫ, tū diſcēdo ab illis nõnihil, tū quoad fieri poteſt docēdo: nec ante iperat qcq̄ q̄ pſuaſerit. atq̧ ita pſuadēdo ſemp māſuete ad ſanitatē pducere ęgrotātes conaṫ. Vter melior eſt & medicus & exercitator? q ſic, an qui modo illo medeṫ, atq̧ exercet? Qui videlicet dupliciter vim vnam pficit: an q ſimpliciter: et eū q deterior ex duobus atq̧ atrocior modus eſt, exeqṫ? CLI. Multū pſtat hoſpes q hoc dupliciter pagit. ATHE. Vis ergo duplex hoc atq̧ ſimplex, quō in legib⁹ ferēdis fiat, cõſideremus? CLI. Volo eqdē. ATHE. Dic age per deos, quā legis conditor primā legē cõſcribet? An nõ ſcđm naturā, primū generationis in ciuitate principiū ante oīa legib⁹ exornabit? CLI. Plane. ATHE. Principiū aūt generationis oībus ciuitatibus nuptiarū conuentus atq̧ cõmunio. CLI. Vtiq̧. ATHE. Quare ſi nuptiales primū leges ponanṫ, bene ad oēm ciuitatē recte conſtituendā poſitae videbunṫ. CLI. Sic eſt oīno. ATHE. Simplicē ergo primū dicam⁹, q̄ ſic ſe forſan habebit. Vxorē quiſq̧ a trigeſimo anno vſq̧ ad trigeſimūq̄ntū ducat. Si non duxerit, pecunia mulcteṫ atq̧ dedecore: pecunia quidē tanta vel tāta: dedecore aūt tali quodā vel tali. Et ſimplex qdē lex de nuptiis talis ſit: duplex aūt talis. Vxorē ducere qſq̧ debet ab anno trigeſimo ad trigeſimū quintū: cogitās q̧ natura quadā humanū genus quodāmõ imortalitatē conſequiṫ. Cui⁹ rei qſq̧ natura ſummopere cupidus eſt. Nemo. n. eſt q nõ deſideret ppetuū apud poſteros nomē habere. Genus itaq̧ hoīm imortale hoc mõ in ſempiternū pdurat: q̧ filiorū filios relinquēdo vnū & idē ſemp p gñationē imortalitatē adipiſcatur. Nefas aūt eſt imortalitate ſeipſum ſponte priuare. Hac vero ex animo ille ſe priuat, qui filios & vxorē negligit. Quicūq̧ legi huic obtēperauerit indēnis eſto. Qui vero non paruerit, & quinq̧ ac triginta annos natus vxorē nõ duxerit, ne ſolitariā vitā lucro ſibi & voluptati fore cenſeat, tāta in annos ſingulos mulctetur pecunia: neq̧ eorum particeps honorū ſit, quos iuniores quotidie in ciuitate ſenioribus exhibēt. Duabus his legibus inuicē cõparatis, de ſingulis iudicare licet, vtrū oporteat eas duplices longitudine q̄ breuiſſima conſcribere: vt perſuaſiones ſimul interponantur & minae: an minis vti ſolum & ſimplices longitudine leges condere. ME. Laconici moris eſt hoſpes breuiora ſemp eli

Heſiodi ſnīa de via virtutis & vitiorum.

Quo pacto ſe habeāt poetae quādo muſis agitantur.

Modi medendi duo.

Hõ gñatiõe fit ſempiternus.

Vide vt in ſcribendo nō breuitas aut lōgitudo: ſed qđ optimū eſt eligendum.

gere. Siquis autem in his me iudicē faceret, vt eligere mihi liceret ex his vtrā velim legē in ciuitate, lōgiorē eligerē, in caeteriſq; legibus oībus ſi duo haec ꝓponanť ad hoc ipſum exēplar idē facerē. Oportet tñ pſentes leges & Cliniȩ huic probari. huiꝰ eñ ea ciuitas eſt: cuius vſui leges hȩ conduntť. CLI. Probe tu quidē Megille. ATHE. De ꝓlixitate qdē vel breuitate ſcribendi curare nimis ineptum eſt. Non eñ breuiſſima aut longiſſima, ſed optima ſunt vt arbitror eligenda. Atqui & in legibus pauloante ꝓpoſitis, non duplicitate ſolum altera magis q̄ altera ad virtutē cōfert, ſed qđ de duplici medicorū genere dictū eſt, rectiſſime eſt appoſitū. Qđ qdē legiſlatoꝝ nullus vnq̄ cogitaſſe videť. Nam cum liceat duobus qbuſdam ad ferendas leges, vi pſuaſioneq; vti ad turbā diſciplinȩ expertē, quoad poſſunt altero ſolum vtunť. Nō. n. pſuaſioni minas coniungunt, ſed vim purā ſolūmodo inferūt. Ego aūt o viri beati tertiū quiddam etiā faciūdū in legibus video qđ fieri nuſq̄ videmus. CLI. Quidnā? ATHE. Qđ ꝑ ea de qbus diſſeruimus nobis deo quodā aſpirante factū eſt. Mane eñ diſputare de legibus cœpimꝰ & iā meridies eſt: & hoc amœno in loco cōmodiſſime requieſcimꝰ: de legibus ſolūmodo diſputantes. Et nunc primū tractandarū legum principiū facere mihi videmur. Supiora vero cuncta exordia legū erant. Quorſum hȩc? qa volebā dicere, ꝙ ſermonū oīm caeterorūq; qbus vocis imitatio eſt, exordia ſūt & quaſi q̄dam pludia: quae artificioſam aliquā & vtilem ad rem dicendam tractationē habēt. Nempe illis quae citharœdici cantus leges vocanť, & reliquȩ muſȩ, prœemia mire adinuēta ꝓponunť. Verarū aūt legū, quas ciuiles eſſe dicimus: nemo vnq̄ procœmiū aliquod, aut ꝓnunciauit, aut conſcriptū in lucē ꝓtulit, quaſi nullum natura ſit. Nobis aūt mora haec & diſputatio noſtra eſſe aliquid ſignificare videtur. Leges aūt q̄ modo duplices appellatȩ ſunt, non duplices ſunt ſimpliciter: ſed duo quȩdam lex, ac legis exordium. Atq; ea quā tyrannico & medicoꝝ ſeruiliū imperio comparauimus, lex mera eſt. Qđ vero ante poſitū fuit dictum, ab hoc pſuaſorium, reuera ad pſuadendum ſpectat quidem: ſed vim habet exordii. Nā vt beneuolētiꝰ audiat legiſlatoris imperiū, quȩ lex eſt, & ꝓpter hoc faciliꝰ ſuſcipiant ciues, iccirco tota illa oratio habita eſt: quȩ ad pſuadendū eſt inducta. Quapropter vt mea ſententia fert, nō legis ratio ſed procœmiū, totū hoc merito appellabiť. Poſt haec aūt quid inſup addi deſidero? hoc ſane. Oportere legiſlatorē exordium ſemp omni legi ꝓponere: & in ſingulis in quo a ſeipſis diſferant: quatenus duo illa, quȩ modo relata ſunt, differebant. CLI. Ego qdē nunq̄ aliter virum harum rerū peritū leges ferre deſiderarē. ATHE. Probe mihi o Clinia eo dixiſſe videris, ꝙ oībus legibus ꝓœmiū qddā ꝑerit: & ꝙ oportet in oīs legū cōſcriptiōis pricipio, oñi ſermoni ꝓponere exordiū legibꝰ ſingulis accōmodatū. Nō. n. paruū eſt, qđ poſtea diciť: nec parū refert clare ne an obſcure talia cōmemorenť. Si aūt magnarū paruarūq; legū exordia ſilr confici iubeamꝰ, nō recte iubebimus. Non. n. in cātu neq; in omni ſermone id faciendū. Nā & ſi poſſit in omnibus inueniri: non tamē omnibus vtendū eſt. Id aūt ipſi rhetori, cantoriq;, & legū cōditori ſemp eſt concedendum. CLI. Vera loq̄ris hoſpes. Sed ne vlterius imoremur: immo vero ad ſermonē ꝓpoſitū iā reuertamur: & ab illis incipiamus ſi tibi placet q̄ ſupra haud quaſi procœmio vtēs dixiſti. Quare iterū, vt ludētes aiunt, meliora ab initio ſecūda reſumamus, quaſi certū procœmiū nō cōtingentē ſermonē vt nup tractātes. Incipiamus itaq;: & exordiri ꝓfiteamur. Ac de honore quidē deorū maiorūq; noſtrorū cura ſatis ſit dictū: caetera tranſigere annitamur, donec tibi videaris ſufficiēter totū procœmiū abſoluiſſe. Deniq; poſt procœmiū leges aggredieris. ATHE. Cū de diis deoſq; ſequētibus & parentibus ſiue viuentibꝰ ſiue defunctis ſatis per exordiū dixerimus, vt nūc affirmamus, qđ reſtat vt tu iubere videris, in lucē eſt educendū. CLI. Prorſus qdē. ATHE. Poſt illa vero q̄ ad aīos, q̄ ad corpora, q̄ ad externa ꝑtinēt, quo ſtudio colenda ſint cōmuniter differēdo: ita determinare oportet, vt & dicētes & audiētes diſciplinā ꝓ viribus conſequamur. Hȩc ergo poſt illa nobis reuera dicenda audiendaq; ſunt. CLI. Recte admodum loqueris.

De exordiis q̄dam.

Argumentum In Dialogum Quintum De Legibus.

Mirabilia quotidie fieri videmꝰ a magnete in ferrū: a ſuccino in paleas: a fulguribꝰ in ſolida: ab ignito ſulphure in bōbardā: a tota natura vel in motu caeli, vel in artificioſa rerū quȩ gignunť, formatione. Cauſas qdē ignoramus: neq; tñ ob cauſarum ignorationē negamus effectꝰ fieri, quos videmꝰ. Mirabilia rurſus fieri nōnunq̄ ab animis noſtris in oraculis cȩteriſq; ꝓdigiis teſtis ē nō ſolū oīs hiſtoria, ſed auctoritas etiā Mercurialis & Pythagorica atq; Platonica. Et ſi ſtupēdorū noſtrae mentis operū rationē certā facile oēs aſſignare nō poſſumus, negare tñ opa vel facta fuiſſe, vel poſſe fieri, nō debemus. Videmus ignē quo cȩlo ſimilior eſt q̄ caetera elemēta, eo mirabilius agere: vt breui ad ſuā trahat formā, q̄ cȩtera tpe vix lōgiſſimo trahūt: neq; mixtionē ꝓpetiať: & cū videť diuidi diuidat: lōgiuſq; admodū q̄ caetera ſuū ꝓtēdat effectum, & lōgiſſime ꝑ lumē agat atq; momēto. Verū habet hoc a caelo: & caeli imagine ſui agit. i. lumine, q̄ ignis vix naturali efficit qualitate. Quis

enim dubitet cęleſtia p radios ſuos tam nobis occultos, q̃ manifeſtos ab ipſis velut imagines pfluẽtes
mouere inferiora ſemp atq; formare? Ferme nõ aliter q̃ vult⁹ ſpeculũ, & ſpeculũ cõcauũ materiã ſiccã
poſitam e conſpectu. Sed age iã in hoc ſpeculo & ſuperos in animam ſpeculemur. Quanto efficacior
eſt ignis cæteris elementis, & igne cælũ, tanto efficaciores cælo ſunt ſpirit⁹ q vel viuificãt vel mouent
cælũ, vel viuificãtiũ & mouentiũ ſunt cõſortes. Spũs ergo ſupiores in noſtros vtpote conſortes, ima-
ginũ dũtaxat ſuarũ influxibus operanẽ, quẽadmodũ vultus in ſpeculũ: atq; agẽdo in eas formãt: ſi-
millimaſq; efficiũt: vſqueadeo vt aię ſępe tã ferme mirabiliter q̃ cęleſtes ſoleant, operenẽ. Quẽadmodũ
vero ſpeculũ ad imagines a vultu ſuſcipiẽdas quĩq; modis pcipue pparaẽ: Prio qdẽ natura vitrea: de-
inde pſpicuitate, Tertio lenitate, Quarto reſiſtẽtia, Quinto poſitione, ſic & aĩæ noſtrę ad influx⁹ nu-
minũ pparanẽ. Primo qdẽ, q intellectuales naturæ ſunt ſicut & illa. Secũdo, qñ p intellectum, fide illis
hęret indubia. Tertio, p voluntatẽ amore in illa ſeſe ardẽtiſſimo tranſferũt. Quarto, tota in illis firmi-
ter memoria ſperant. Quinto, ſi corpus habeãt & natura illis accõmodatũ, & diligentia pparatũ: tũc
in mẽtes noſtras a ſuperis ita labuntur inſtinctus, vt a fidibus lyrę in fides ſimiliter temperatas. Tũc
pdigia, ſomnia, vaticinia, oracula veniunt. Mitto qđ Iamblichus Porphyriuſq; narrãt, oracula quędã
p aquã fieri ſolita, q̃dã p aerẽ, q̃dam vero p ignẽ: forte qa a dęmonibus, vel aqueis, vel aereis, vel igneis
mittanẽ. Forte etiã qñ locis & tẽporibus aliis, atq; aliis p occultas cauſas contigerit mentiũ humana-
rũ affectus ad ſuperiora cõuerti, cõuerſoſq; inde formari. Profecto noſtrę mẽtes in varia nimiũ diſtra-
hunẽ. Verũ ſiqñ integra virtute ſua ad certũ opus vtanẽ, ſicut & ignis tota intẽtione naturæ combu-
rit, & cælum toto agit influxu, tũc Plato nõ dubitat mirabiliora a noſtris mentibus q̃ ab igne vel cæ-
lo, facillime prouentura. Non dubitãt & Auicẽna Algazeleſq;, neſcio qua forte ſępe platonici. Sed de
his in theologia latius diſputamus. Quibus euãgelicũ illud de fide mõtes pmutatura maxime cõfir-
maẽ: confirmanẽ & plurima quæ Plato in libro ſupiori & hoc quinto: imo ex ſequẽtib⁹ oĩb⁹ de oracu-
lis aſſerit: adeo vt non aliter, vel vrbis diſpoſitio, vel reip. forma, vel ſanctio legũ ſeſe habeat, q̃ p oracu-
la cõprobeẽ. Verũ q̃uis oracula tria cõmemoret, tñ cæteris inſuper vaticiniis q̃ veriora forſan reperi-
ri poſſunt, auctoritatẽ ſuã ad idẽ manifeſte cõcedit. Sed iã ad argumẽtũ qnti ppriũ veniamus. Cũ igi-
tur animus noſter ſpeculũ ſit diuinorũ, merito poſt diuinorũ cultũ in quarto deſcriptũ, mox in exor-
dio qnti animũ ipſum iubet coli: q̃ſi rẽ ſacrã: & q in ſupiorib⁹ Pythagorea carmina eſt imitat⁹, i pſen-
ti quoq; animi cultu libẽter Pythagorã ſuũ ſeqt pcipientẽ: Poſt deos maxie oĩm reuerere teipſm. Quã-
ti vero momẽti ſit eiuſmodi reuerẽtia ad obſeruãtiã legũ, explicare nõ poſſem. Sed facit hęc, vt ſũma-
tim dicã, vt qſq; animi ſui quaſi numinis cõſpectũ aſſiduũ reuereẽ, iudicẽ habeat intra ſeipſum: ad
cuius legẽ, vel abſq; legibus ſcriptis vitã ſuã pfectiſſime dirigat, ac tandẽ facile naturalis legis amore
faciat, q̃ cæteri vix ſcriptarũ legũ formidine faciunt. Proinde dũ de colẽdo aĩo diſputat, oĩa de officiis
pcepta tradit, tũ ad ſeipſm, tũ ad alios ad oẽſq; virtutes priuatim & publice ptinentia: quę diſcere qſq;
debeat atq; ediſcere. Poſt hęc finẽ imponit exordio legũ. Vbi appet totã de legib⁹ diſputationẽ in tres
pcipue partes eſſe diuiſam. Primo qdẽ in procemiũ, ab initio libri primi ad hãc vſq; partẽ qnti produ-
ctũ. Deinde in ipſam legũ diſpoſitionẽ. Et primo in leges ad rẽp. magiſtratuſq; potiſſimũ ptinẽtes. De-
inde ad ſingulas ſpectantes ciuiũ actiões. Meminiſſe vero te arbitror ſingulas pterea leges, ſingula ha-
bere pœmia. Pricipio legifer puriſſimos p virib⁹ colonos eligat: atq; paſtoꝝ more puros ſegreget ab ĩ-
puris. Luſtret quoq; ciuitatẽ: ac niſi ſumma cogat neceſſitas nõ inferat violentiã. Adęquet cẽſus p vi-
ribus: ne alii ditiſſimi ſint, alii vero mẽdici. Caueat nequis iniuſte diuitias cumulet. Neq; luculẽtiſſi-
mã coneẽ ciuitatẽ reddere: ſed iuſtiſſimã. Prędicet veritatẽ & apud hoĩes, & apud deos eẽ maxime om-
niũ venerãdã. Itẽ in pegrinos hoſpitalitatẽ: in ſupplices indulgẽtiã. Moneat vnũquẽq;, aĩam erga ſeip-
ſã amore falli, atq; puerti ſolere. Pręcipiat: ne qs abũdãs ipſe, patiaẽ pximũ eſurire. Collocet vrbẽ ſi põt
in media regione ſingulas circũſpectãs cõmoditates. In duodecim ptes vrbẽ diuidat, totãq; ſilr regio-
nẽ. Sed cur in ptes duodecim? vt intelligas molẽ tantã tãq; laborioſam vniuerſi ipſius auxilio indige-
re, qđ eſt in ſphęras duodecim diſtributũ. Itẽ ciuitatẽ ad imaginẽ regni cæleſtis eſſe regẽdam. Cęleſtis
aũt ciuitas in ſigna duodecim, quaſi duodecĩ tribus, eſt diſtributa. Nec ab re diis duodecĩ ciuitatẽ cõ-
mendat ſuã. ſiqdẽ dii duodecim, ſignis cæli duodecim pęſſe dicunẽ. Immo vero dii ſex, ſexq; deę. Iuno
Veſta, Minerua, Ceres, Diana, Venuſq;, Mars, Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo. Præ-
pone ſingula ſingulis mẽbris qdẽ noſtris ſigna. Signis pterea deos. Arieti qdẽ & capiti noſtro Palladẽ;
Tauro vero & noſtrę ceruici Venerẽ. Geminis & humanis brachiis Apollinẽ. Cancro pectoriq; Mer-
curium. Leoni humeriſq; Iouem. Virgini iliiſq; Cererẽ. Librę & natib⁹, q đ honeſte dictum ſit, Vulcã-
num. Scorpio & pudibundis Martẽ. Sagittario femoriq; Dianã. Capricorno & genib⁹ Veſtã. Aqua-
rio cruribuſq; Iunonem. Piſcibus pedibuſq; Neptunũ. Intellige p hæc ciuitatem totam nõ aliter vnũ
ex ciuibus multis, q̃ vnũ corpus ex multis membris eẽ debere. Alia vero numina maſculina, alia fœ-
minina iccirco dicunẽ: vt cognoſcas & q̃ ad materiã paſſioneſq;: & quæ ad formas actioneſq; ptinent

a ſuperis gubernari. Verū cur Plato pcipuā vrbis arcē, Veſtę, Ioui, & Palladi conſecrat? Intellige in diuinis tres omniū fontes exiſtere: Veſtā qdē eſſendi fontē, Iouē viuēdi, Mineruā intelligēdi. Atq; in his oībus auxiliū a ſuperis obſecrādū. Vbi vero Plato cōmendat partitionē domiciliorū agrorūq; in quinquies mille & quadraginta, oſtendit eiuſmodi numerū cōmodiſſimas in ſe multaſq; deinceps diſtributiones partiū cōtinere. Qđ quidē & in ſequentibus paulatim aperief: & vel mediocri arithmetrę pōt eſſe pſpicuū. Notabis vbi de cōmuni ciuiū vita diſſerit pceptū de euāgelica dilectione & charitate mirandū. Item patriā magis q̄ matrē eſſe colēdā. Q; ve patriā ingt immortalē deā eſſe: vel de diuina terreni orbis anima: vel de numine patrię patrono, vel de cæleſti patria dictum puta.

DIALOGVS QVINTVS DE LEG. VEL DE LEGLATIONE.

Vniuſcuiuſq; anim⁹ poſt deos oīm eſt diuiniſſimus.

ATHE.

Vdiat iā reliqua, qcūq; pauloante de diis chariſſimiſq; genitorib⁹ audiebat. Cuiuſq;.n. anim⁹, oīm ſuarū rerū poſt deos, cū ſit maxime ſuus, diuiniſſimus eſt. Quę vero ſua ſunt, bifariā diuidunf. Et potēriora qdē ac meliora dominant, ībecilliora vero deterioraq; ſeruiūt. Profecto q̄ domināf, prę illis q̄ ſeruiūt, ſemp ſūt honorāda. Quapropter merito poſt dominātes deos, eoſq; q illos ſequunf, animū noſtrū colēdū, ſecūdoq; loco habendū iubeo. Nemo aūt, vt breuiter dicā, recte animū ſuū honorat, q̄uis videaf. Diuinū.n. bonū eſt honor. Malorū aūt nihil eſt honorandū. Quiſq; igif putat vel ſermonibus qbuſdā vel munerib⁹ vel obſequiis animū ſuū extollere, ſi meliorē ipſum ex deteriore nō reddit, quanq̄ honorare videf: minime tñ id facit. Nā ſtatim a pueritia vnuſqſq; ſufficientē ad oīa cognoſcēda ſe putat, & honorare ſuū animū opinaf laudando, pmittēdoq; ſibi qcqd libuerit agere. Nos aūt dicimus eū q haec agit, animū nō honorare, ſed lędere: quē tñ ſcđo loco poſt deos dicimus honorādū. Sed neq; ille eū honorat, q peccatorę ſuorę, plurimorūq; & maximorū ſcelerū, nō ſeipſum ſed alios cauſam ducit. Qui ſane ſeipſum ſemp excuſans honorare videf animū: lōge tñ abeſt, cū obſit. Neq; etiam cū pter rōnē laudēq; legū latoris voluptatib⁹ qs indulget, animū ſuū honorat: deiicit.n. ipſum, cū malis & pœnitētia repleat. Neq; etiā tūc honorat: qñ labores lege laudatos, metuſq; ac dolores ferendos nō ſuſcipit, ſed cedit atq; ſuccūbit. Hęc.n. agēs oīa animū ſi ... at. Sed nec qñ hāc vitā ſummū bonū cēſet: imo tūc etiā vituperat. Nā aīo exiſtimāti oīa apud manes mala eſſe, ptinus aſſentif, neq; reſiſtit, docēs ipſum atq; redarguēs, quaſi ignoret, vtrū cōtra q̄ apud deos inferos ſunt, oīm bonorę nobis maxīa ſint. Preterea q virtuti formā corpis āteponit, aīam vere penituſq; dedecorat. Nēpe corp⁹ aīa venerabili⁹ arbitraf. In quo certe vehemēter errat. Nihil.n. terrenū reb⁹ cæleſtib⁹ venerabili⁹ ē. Et q de aīo aliter ſentit, q̄ mirabilē tē negligat: prſus ignorat. Nec rurſus q pecuniā iiuſte cupit, aut poſſidēs iniuſte, non dolet, muneribus animū ſuū exornat: ſed ab hoc lōgiſſime abeſt. Qđ.n. venerabile pulchrūq; in aīo eſt, paruo pro auro prodit: cū totū qđ ſup terrā quodve ſub terra eſt aurū, virtuti compēſari digne nō poſſit. Deniq; vt ſummatim dicā, qcūq; illa quę legiſlator turpia malaq; putat eē, omni ſtudio fugit, nec pro viribus ſequif ea quæ bona & pulchra ſtatuit, non videt in his omnibus q̄ turpiter & abſurde diuiniſſimū animū ſuū afficiat. Maximā.n. ſecūdum iuſtitiā vltionē male agendi, nemo, vt vno verbo dicā, ſiaduertit. Maxima vero eſt: vt quis malis hoībus ſilis efficiaf: factuſq; ſimilis bonos & viros & ſermones fugiat: ſeq; ipſum ab eis ſeiungat: improbis aūt adhęreat, & corū cōſuetudinē amplectaf. Eū vero q ſe his imiſcuit, neceſſe eſt eadē pati & agere, quæ tales agere & loq iter ſe cōſueuerūt. Ac paſſio quidē hmōi iuſtitia non eſt. Iuſtitia.n. & iuſtum, honeſtum eſt. Vltio vero paſſio iniuſtitię ſequax. In quā & qui nō incidit & qui incidit, malus miſerq; eſt. ille qm̄ nō ſanaf: hic qm̄ vt multi ſeruenf, ipſe perit. Honor aūt eſt, vt totū ſimul complectar, meliora ſequi, & ex peioribus q̄cunq; meliora fieri poſſunt, ad melius q̄optime reducere. Homini pfecto nihil animo aptius & ſagaci⁹ eſt ad fugiendū malum, ad inueſtigandum eligēdumq; qđ eſt oīum optimū, eiq; p omnē vitā firmiter adhęrendū. Iccirco illi ſecūdo ſtatutus eſt honor. Tertiū deinde honorē ſcđm naturā quis intelliget corpori conuenire. Conſiderare oportet qui veri honores ſint: quive adulterati, quorum differentia a legiſlatore declaranda mihi videf. Vtputa honore dignū corpus eſſe non qđ formoſum aut robuſtum eſt, aut velox, vel magnū, vel ſanū, q̄uis multis id videaf: neq; qđ contrariis modis affectū. Nēpe q̄ medium iſtorum oīm habitū tāgūt, ea longe moderatiora tutioraq; cēſenda ſunt. Altera.n. īflatos & audaces aīos reddunt. Altera deiectos atq; illiberales. Similiter pecuniarū pđiorūq; & cenſus poſſeſſio ſe habet. Excedēs.n. & priuatim & in ciuitatib⁹ inimicitias ſeditioneſq; parit. Deficiēs aūt vt plurimū ſeruitutē. Nemo igitur liberorū gratia pecuniis cumulandis incūbat, vt ditiſſimos eos relinquat. Neq; enim ipſis, neq; ciuitati id conducit. Sed cenſus tum adulatione vacuus, tū rerū neceſſariarum nō

Poſt deos animus noſter colendus.

Honor eſt diuinū bonum. Malorū nihil ē honorandū.

Totū aurum virtuti cōpenſari non pōt.

Terti⁹ honor corpi habēd⁹.

Excedēs diuitiarū poſſeſſio inimicitias & ſeditiones, deficiēs ſeruitutē parit.

indigēs oīm decētiſſimus & optimus eſt. Nā hic nobis ad oīa cōſonans accōmodatuſq̧, vitā a doloribus remouet. Liberis ergo nō auri ſed pudoris multū oportet relinquere. Putamus aūt verbis impudentiā iuuenū caſtigantes id nos facturos. Sed hoc non ex ea caſtigatione fit, qua iuuenibus incutiūt dicētes ꝙ adoleſcentē oporteat in oībus verecūdum eſſe. Sapiēs itaq̧ legū lator, ſenioribus ꝓcipiet potius, vt ſint corā iuniorib⁹ verecūdi: ac ſummopere caueant neq̧ iuuenū eos, aut videat, aut audiat agentes turpe aliqͩ, vel loquētes. Nā vbi ſenes minus pudici ſunt, neceſſe eſt ibi iuuenes impudētiſſimos eſſe. prēſtans eīn & iuniorū, & ſeniorū diſciplina eſt non verborū increpatio, ſed vt quę increpando quis diceret & monēdo, eadē ipſe in omni vita facere videat̄.

Liberis nō auri ſed pudor relinquēdus.

Quiſq̧ p̄terea cognationē & vniuerſam ſub eiſdē penatibus generis cōmunionē honorat & colit, hos deos merito ꝓpitios in liberis ꝓcreādis habebit. Amicorū quoq̧ & ſodaliū in vitę conſuetudine ſummā beneuolentiā cōſequet̄, q illorū in ſe obſequia maiora prēſtantioraq̧ putabit q̄ illi: ſua vero in illos beneficia minora q̄ ipſi exiſtimabit.

De exiſtimatiōe obſequoꝝ erga alios.

Atqui & erga ciuitatē ac ciues optime ille ſe geret, qui omni victorię q̄ in Olympicis, aliiſq̧ tā belli q̄ pacis certaminibus comparat̄, illā gloriam anteponet, quā patriis legib⁹ miniſtrando nāciſcit̄: atq̧ in hoc miniſterio cęteris oībus per totā vitam p̄ſtare conabit̄.

Officia ergā patriam.

Ad peregrinos vero ſanctiſſima eſſe foedera quiſq̧ cogitet. Ferme eīn oīa peregrinorū & contra peregrinos peccata præ illis quę inter ciues cōmittunt̄, vltori deo curę ſunt. Nam cum peregrin⁹ amicis cognatiſq̧ careat, maiorē & apud deos & apud homines meret̄ miſericordiā. Quare qui magis vlciſci poteſt, is ad ferendum auxilium eſt paratior: poteſt aūt maxime, hoſpitalis cuiuſq̧ dęmon ac deus, hoſpitalem ſecuti Iouē. Diligenti igit̄ cautione cogitandū cuiq̧, cui nonnihil eſt cōſilii, vt innocēs ab iniuria in peregrinos ſemꝑ viuat.

Officia erga peregrinos.

Sed omnium tam in peregrinos q̄ in ciues peccatoꝝ maximū eſt, qđ in ſupplices eſt cōmiſſum. De⁹ enim per quem ſupplex foedus eſt cōſecutus, diligētiſſimus eius eſt cuſtos. Quare nullus in ſupplices ſcelerat⁹ impunis abibit.

Erga ſupplices.

Hactenus officia cuiuſq̧ in parentes, ſeipſum, ſua, patriā, amicos, cognatos, peregrinos, atq̧ colonos pene oīa expoſuimus. Qualis vero quiſq̧ quo ad ſeipſum eſſe debeat, q optime viuere velit, nunc iam exponamus: vt non lex, ſed laus & vituperatio ſingulos docens, refrænet magis, & obtemperatiores ferendis legibus faciat. Atq̧ hæc nobis deinceps dicēda ſunt. veritas ꝑfecto tū diis tū hoībus dux oīm eſt bonoꝝ. Cuius qui felix beatuſq̧ futur⁹ eſt, ſtatim ab initio particeps eſſe debet vt in veritate plurimū tēpus vitā agat.

Veritas dux bonorū oīm.

Fidus hic certe eſt: infidus aūt q ſponte mentit̄: q vero nō ſpōte, amēs. Quorū neutrū optabile eſt. Nā & infidus & amens ab amicitia admodū alienus: ac procedēte tempore cognitus in tantā in odioſa ſenecta vitæq̧ termino ſolitudinē incidit: vt ſeu viuāt ſiue deceſſerint amici ac filii, pene ſimiliter orbā vitam miſere agat.

Quis fidus, infidus, & mendax.

Honorandus certe eſt qui nihil iniuriat̄. Qui vero nec alios id facere patit̄, duplici honore, imo etiā magis eſt honorādus. Ille eīn vni, hic multis hoībus cōparat̄, cū principib⁹ cęterorū iniuriā nunciet. Qui aūt vna etiā cū magiſtratib⁹ iniuriā quoad pōt vlciſcit̄, is magnus ꝑfectuſq̧ in ciuitate vir pręconio ꝓdicet̄. Nā virtute cūctis excellit. Eadē quoq̧ tēperantiæ & prudētiæ laus eſt. Et qui aliis bonis abundat, quæ in alios quoq̧ trāſfundi poſſunt, ſi cæteros participes efficit, tanq̄ vir ſummus eſt honorandus. Qui aūt id facere vellet qdē, ſed non pōt, ſecundo loco habendus eſt.

Quis honore ſimplo & duplo honorandus.

Inuidum vero qui ſponte nihil boni cæteris conferat, vituperare debemus, nec ꝓpter hoīem q male poſſidet, rē ipſam vituperare, ſed eā pro viribus adipiſci. Certet p̄terea apud nos quiſq̧ de virtute abſq̧ inuidia. Qui eīn ſic agit, ciuitatē ſuā amplificat: cū ipſe qdem contendat, & alios calūniis nō detineat. Inuidus vero dū cęteris derogādo putat p̄ſtare, & ipſe minus recte ad veram tendit virtutem: & concertatores iniuſta vituperatione tardiores efficit. Ideoq̧ vehemēs acqrendę virtutis ſtudiū e ciuitate tollens, ipſam ꝑ virili parte glorię amplitudine priuat.

Res bona ob malū poſſeſſorē non vituperanda.

Oporter p̄terea vnūquēq̧ animoſum eē, ac maxime mitē. Nā aliorū iniurias q̄ vel difficile, vel nullo modo ſanari poſſunt, non poſſumus aliter effugere, q̄ pugna, defenſione, victoria, & nullius peccati remiſſione: qđ abſq̧ aīoſitate facere nemo poteſt. In iis aūt iniuriis quæ tales ſunt vt ſanari poſſint, noſſe ī primis oportet, nullū iniuſtū, ſpōte iniuſtū eſſe. Nemo eīn vnq̄ maximorū maloꝝ aliqͩ alicubi vellet habere: multoq̧ minus in his q̄ ſibi p̄ſtantiſſima ſunt. Eſt aūt animus vt diximus reuera in oībus omnium p̄ſtātiſſimus. Quapropter in eo cū maxime ſit honorādus, nemo ſpōte ſummū accipiet malū, volerq̧ ꝑ totā vitā id poſſidere.

Nullum iniuſtū ſpōte iniuſtum eſſe.

Porro miſerabilis oīno eſt iniuſtus oīs: & q mali qcq̄ habet. Miſereri aūt decet eoꝝ q ſanabiles ſunt: & cohibere irā: ne aduerſus eos muliebri iracūdię feruore anim⁹ efferatur duriuſq̧ inſiſtat. Qui aūt ita ſunt flagitioſi vt incurabiles ſint, eis ira vehemētius īmittenda. Propter ea diximus aīoſum. i. generoſę iracūdię nō expertē, ac ſimul mitē, bonū virū ſemꝑ eſſe debere. Omniū vero maximū quiddā malū in multorū hoīm animis eſt innatū. Cui⁹ qdē: cū facile ſibi ignoſcāt: remedīū nullū excogitāt. Eſt aūt hoc qđ dicere ſolēt, ꝙ natura ſibi qſq̧ amicus eſt: recteq̧ eſt, ita id ſe habere. Sed reuera nimius in ſeipſum amor oīm peccatorū oīb⁹ ſemꝑ eſt cauſa. Occęcat̄ qppe circa amatū q amat. Quapropter q ſe amat, cū ſeipſum magis q̄ veritatē honorādū putet, qd iuſtū, bonū, pulchrū ſit, male iudicat. Decet ſane eum qui magnus vir futurus eſt, neq̧ ſeipſum, neq̧ ſua diligere, ſed iuſta

Malū inſitum animis, oīum maximū, eſt nimius ī ſeipſum amor.

Qui magnus futur⁹ eſt: nec ſua: nec ſeipſum diligere debet.

Vnde accidat vt dũ nihil ſciamus oia ſcire arbitremur.

ſemper,ſiue a ſeipſo,ſeu ab alio quouis gerant.Ex hoc ipſo delicto accidit oĩbus,vt ignorantiã ſuã eſſe
ſapientiam opinarent.hinc fit,vt q̃uis nihil vt ita dicã ſciamus,ſcire tñ oia arbitremur. Cũ vero nec
aliis cõmittamus facultatẽ agendi quę ipſi facere ignoramus,faciẽtes ipſi errare cõpellimur.Quãob=
rẽ nimiũ ſui ipſius amorẽ fugere qſq; debet:& meliores ſequi,nullo rubore verecundię impedit⁹.Sũt
& alia nõnulla:quę & minora his ſunt,& ſępe dicunt.Sed cũ nihilo minus vtilia ſint,ea quoq; dicẽda:
Nã cõmemoratione opus eſt.Semp.n.quaſi aliqd effluat:cõtra aliqd oportet influere.Recordatio ve
ro eſt:prudentiæ deficientis influxus.Profecto a riſu nimio,& lachrymis abſtinendũ: oĩbuſq; eſt ab oĩ
bus p̃cipiendũ vt lætitia nimia triſtitiaq; cõpreſſa honeſto in habitu ſe cõtineãt,ſiue in felicitate quẽ
q̃ dęmon cuiuſq; ſiſtat,ſeu per fortunę caſus tanq̃ ad ardua difficiliaq; tendẽtibus opationibus qbuſ=
dam dęmones auerſantes inſurgãt.Sperare ſemp boni viri debẽt,munera q̃ talibus viris dare deus ſo
let,ſibi nõ defutura. Ac ſiqui graues labores inciderint,deũ leniores eos facturũ:& p̃ſentia in melius
cõmutaturũ: bona vero cõtra oĩa vna cũ bona fortuna ſibi affore. Hac ſpe ſinguli viuant, & tam io=
co q̃ ſerio & ſe & cęteros ad frequentẽ horũ cõmemorationẽ ſedule adhortent.Sed iã q̃ facere vnuſq̃ſ
q; debeat,& qualis eſſe,quo ad diuina ſpectat officia,dictũ eſt.Humana vero nõdũ explanauimus.Di
cẽda aũt ſunt.Hoĩb⁹ enim,nõ diis p̃cipimus.Sunt porro natura maxime humana,voluptates, dolo=
res,cupiditateſq;.Ex qb⁹ neceſſe eſt mortale omne aĩal quaſi pẽdere,& maximo quidẽ cũ ſtudio.Lau=
dãda certe honeſtiſſima vita eſt,non ſolũ qa glorię habitũ ſuperat,verũetiã quia ſiqs velit guſtare,nec
inde ſtatim a iuuentute fugere,eo quoq; ſuperat,qđ oẽs expetim⁹,vt p totã vitã lætemur magis q̃ do

De eligẽda vita quo ad voluptatẽ & dolorem.

leamus. Q; vero erit ita,ſiqs recte guſtet, facile valdeq; patebit.Quo aũt pacto recte id fiat, rõne iam
cõſiderandũ eſt,ſiue ita nobis ſcđm naturã inſit:ſiue aliter p̃ter naturã. Vitã itaq; ad vitã iucũdiorẽ
& moleſtiorẽ ita cõferre oportet. Voluptatẽ adeſſe nobis volumus. Dolorẽ vero nec eligim⁹, neq; vo
lumus.Mediũ aũt ſtatũ p voluptate nequaq̃ volumus:doloris tñ loco accipimus.Dolorẽ etiã mino=
rẽ maiore cũ voluptate volumus. Voluptatẽ minorẽ cũ maiore dolore nequaq̃.Pari autẽ modo vtrũ
q; horũ habere nos nolle,poſſumus declarare.Hæc oĩa multitudine,magnitudine,intenſione, ęquali
tate,horũq; cõtrariis ad electionẽ ſingulorũ volũtateq;,& differũt, & nõ differũt. Cũ hæc neceſſario
ſic ſe habeãt,eã qdẽ vitã in qua cũ vtraq; multa,magna,intẽſaq; ſiũt,voluptates tñ excedũt,volum⁹.
Eã aũt in qua cõtraria,nolumus.Atq; eã rurſus,in qua licet vtraq; parua,remiſſa ſint, moleſta tamẽ
ſuperant,nolumus:ſed eã in qua cõtraria,volumus.Si aũt ęqualia ſunt,de ęquali vita vt diximus co
gitandũ.Volumus enim quæ illo excedunt qđ nos diligimus,& nolumus q̃ cõtrario ſuperant.Con=
ſiderare oportet quẽadmodũ oẽs vitæ noſtrę in his connexæ naturaliter ſunt:& quas natura velim⁹.
Siquid autẽ p̃ter hæc velle nos dicimus,ignorãtia quadam imperitiaq; vitarum id dicimus. Quęnã
igitur & quot vitę ſunt in qbus noſſe oportet qđ nolẽdum,& qđ volendum:qđ ſpõte fieri ſolet,& qđ
contra:hiſq; cognitis legẽ ſibi ipſi p̃ſcribere.Atq; inde qđ ſibi amicum eſt ſimul & iucundũ & optimũ
pulcherrimũq; eligere,vt quis quoad homini licet beatiſſime viuat. Temperatã vitã vnã eſſe dicam⁹
prudentem alteram:tertiam fortẽ:ſanam deniq; quartam. Et quatuor his alias contrarias quatuor

De vita tẽperata & itẽperata.

ſtatuamus, imprudentem, ignauam, intemperatam,ęgrotantem.Quiſquis vitam nouerit tempe=
ratã,mitẽ in omnibus & moderatam ponet:quæ dolores quietos,voluptates remiſſas, molles cupidi
tates,amores minime furioſos habeat.Intemperatam vero in oĩbus acrem:quæ doloribus vehementi
bus & vehementibus voluptatibus,cupiditatibus ardẽtibus,furioſiſq; & inſanis mirũ in modũ amo
ribus agitetur.Sed ſuperãt in vita qdẽ tẽperata voluptates,dolores autẽ ſuperant. In vita intẽperata
contra voluptates a doloribus ſuperant,magnitudine,multitudine,atq; frequẽtia.Quo fit vt neceſ=
ſario altera nobis ſecundum naturam vita iucundior ſit,altera triſtior:& volentem iucunde viuere,
ſponte intemperanterq; viuere nõ permittat.conſtat eñ ſi quod nunc dictum eſt, recte eſt dictũ,q; ne

Oĩs hũana turba expers temperãtię viuit. Q đ vitę gen⁹ deligitur.

ceſſe ſit intemperatũ oẽm p̃ter ſentẽtiã eſſe talem. Quippe vel p ignorãtiã,vel incõtinẽtiã, vel vtrãq;
omnis humana turba expers temperantiæ viuit.Similiter de ſana & ęgrotante vita eſt cogitandum:
q; & dolores & voluptates habeant:ſed in ſanitate voluptates excedant,in ęgrotatione dolores.No=
ſtra vero voluntas in deligendo genere vitę,non eſt vt dolor ſuperet. Vbi aũt ſuperat,eam vitam iu=
cundiorem iudicauimus.Temperatus igitur intemperato,prudens imprudente,fortis ignauo,vtra
q; pauciora,minora,rarioraq; habet:& alter voluptatibus,alter doloribus ſuperat: ita vt fortis igna=
uum,prudens amẽtem,temperatus petulantẽ,ſanus ęgrotantẽ voluptate ſuperet. Vtq; in ſummam
redigantur,quæ vita virtutis corpore aut animo particeps eſt:ea eſt iucundior altera,& pulchritu=
dine:rectitudine:potẽtia & gloria pręſtat,ita vt qui in ea conſtitutus eſt felicius contrario in omnib⁹
viuat. Verum exordium legum iam finem accipiat.Poſt exordium,legem ſequi neceſſe eſt. Immo ve
ro leges deinceps reip.reuera conſcribendæ ſunt.Quẽadmodum igitur quęcũq; texuntur:non ex ſi=
milibus omnino trama ſtamineq; texunt,ſed ſtaminis genus robuſtius atq; firmius eſt,tramę molli⁹
vt facilius cedat:ita hoĩes qui magiſtrat⁹ geſturi in ciuitate ſunt,eodem modo diſcerni ſemp oportet

& eos qui in leuiori eruditione cõprobent̃. Duę vero ſunt in rep. ſpecies. Altera magiſtratuũ: altera legũ cõſtitutio. Ante vero hęc oĩa ita cogitãdũ eſt. Cũ paſtor atq́ bubulcus, equorũq́ curator, cęteriq́ hmõi, greges & armenta ſuſceperint, non antea curant, q̃ ſingulis cõuenientẽ purgationẽ adhibeãt. porro ſanis ab ęgrotantibus, generoſiſq́ ab ignauis ſegregatis, altera ĩ greges alios mittent, altera vero curabũt: nõ ignorãtes aliter fruſtra ſe tã ꝑ corpore q̃ ꝑ aĩa laboraturos. Nẽpe naturę & educationis prauitas ita corrũpit, vt niſi qs ſegreget ſanorũ integrorũq́ morũ ac corporũ genus, in ſingulis cõtagione interimãt. Sed de cęteris qdẽ aĩalibus minor cura: & exẽpli cã ſolũ eorũ mẽtio facięda. De hoĩbus vero maximũ ſtudiũ legiſlator habebit: ac diligẽter rimabit̃ oĩa: vt ſingulis conſentanea ſcribere queat, tũ de luſtratione, tũ de cęteris oĩbus actionibus. Sic igit̃ ciuitatis luſtrationes ſe habẽt. Multę eñ ſunt: & alię leuiores, grauiores alię. Ac ſiqs tyrannus ſimul legiſq́ lator ſit, difficilibꝰ & optimis luſtrationibꝰ vti poterit. Legis aũt latori abſq́ tyrãnide, q leges nouas atq́ rẽpub. fundet, ſatis erit factũ ſi purgationẽ mitiſſimã adhibuerit. Nã exactiſſima purificatio, quemadmodũ medicina q̃ validior corporibꝰ adhibet̃, doloris plena eſt: & cũ vltione iuſta poenã infert, morte peccantẽ aut exilio dãnans. Eos eñ qui maxima peccata patrarũt, ſi inſanabiles ſint, qm̃ ciuitati maxime noceãt, remouere oĩno ſolet. Mitior vero purgatio hmõi nobis eſt. Qui eñ ob inopiã victꝰ duces q̃runt: hiſq́ ſpõte ſe offerũt ſecuturi ex egeſtate aduerſus eos q nõ egẽt: hos tanq̃ morbum ciuitatẽ labefactantẽ honeſto colonię noĩe benigne expellit. Haec oĩ legũ latori quodãmõ a pricipio, vt diximꝰ, facięda. Nobis aũt difficiliora qdã in pñtia euenerũt. Nã neq́ coloniã neq́ delectũ aliquẽ purgãdi gratia ad pñs excogitare oportet: ſed q̃ſi ex mltis fontibꝰ torrẽtibuſq́ aq̃ ad lacunas eaſdẽ cõfluat, neceſſe eſt obſeruare, vt qui vndiq́ cõfluit humor, partim exhauriẽdo effundẽdoq́, partim deriuando atq́ diuertẽdo q̃ mundiſſimus ſit. Labor aũt vt videt̃, & periculũ eſt in oĩ cõſtitutiõe ciuili. Qm̃ vero nõ re nũc ſed verbis agit̃, ꝑfectus iã nobis ſit delectus, ſitq́ vt deſideramus facta purgatio. Nã malos q hãc ciuitatẽ adire gubernaturi cõtẽdẽt, cũ ſatis lõgo tpe examinauerimꝰ, oĩ ꝑſuaſione accedere ꝓhibemus: probos aũt pro viribꝰ beneuolos ꝓpitioſq́ faciẽtes allicimus. Sed neq́ latere nos debet, q̃ feliciter nobiſcũ actũ ſit. Quippe quẽadmodũ Herculidarũ coloniã, felicẽ fuiſſe diximus: qm̃ diuidẽdorũ agrorũ innouãdarũq́ tabularũ grauẽ & periculoſam contẽtionẽ effugit: quã qdẽ rem veterũ ciuitas leges ferre coacta, neq́ ꝑtermittere põt oĩno: neq́ mouere quodãmodo: ita ferme & nobis accidiſſe videt̃. Solũ ergo, vt ita dicã, reſtat votũ: paruaq́ mutatio cauta, parũ longo in tpe trãſmutãtibus. Eſt aũt hęc, vt in his mutationibꝰ faciendis vna cũ debitoribus multis multos quoq́ agros ciues poſſideant, velintq́ humaniter cũ egenis cõicare, partim mittendo, partim accipiẽdo: colẽtes mediocritatẽ, exiſtimanteſq́ pauptatẽ non in diminutione pecuniarũ: ſed in acquirẽdi inſatiabili cupiditate cõſiſtere. Hoc eñ ciuitati maximum eſt ſalutis initiũ: ſup quo quaſi ſtabili fundamẽto, ędificare poſtea quicqd ciuitati decorũ & huic cõſtitutioni cõgruũ ſit, facile quiſq́ poterit. Sed ſi fundamẽtũ hoc debile ruinoſumq́ fuerit, nulla ciuilis opera ꝓſpere deĩde ſuccedet. Itaq́ nos id fugiẽtes, imo vero verbis quo pacto fugiẽdũ ſit oſtẽdẽtes, dicimus nullã eſſe aliã aut latã aut anguſtã fugiẽdi viã, niſi vt colamus iuſtitiã: neq́ acqrẽdi cupiditatẽ ſequamur. Atq́ hoc iã nobis quaſi quoddã ciuitatis ſuſtẽtaculũ & ꝓſidium ſit fundatũ. Cenſus enim quos ſibi ciues parauerit, careãt quodãmõ crimine oportet: vel vlterius in acqrẽdo ꝓgredi vltro deſiſtãt, qbus inuicẽ vetera crimina habent̃: quiq́ vel paulũ mentis cõpotes ſint. Illi aũt qbus deꝰ dedit quẽadmodũ & nobis nouae ciuitatis cõſtitutionẽ, in qua nullę inimicitię ſunt, ſi ꝑ habitationũ agrorũq́ diſtributionẽ inimicitiarũ ſibi cauſas dederint, nõ humanę cuiuſdã: ſed peſſimę ignorãtię crimine notabunt̃. Quis erit igit̃ rectę diſtributionis modus? Primũ qdẽ, quãtũ eẽ oporteat numerũ, cõſtituẽdũ cẽſeo. Dein de aſſeuerãdũ: ꝑ quot qualeſq́ partes diſtributio ſit ciuibus facięda: poſtremo agros habitationeſq́ ipſas ęqualiter q̃ maxĩe diuidẽdũ. Quãta aũt mltitudo ſufficiẽs ſit, nõ aliter recte dicit̃ q̃ agrorũ vicinarũq́ ciuitatũ collatiõe. Ager qdẽ tãtus ſit, vt tot moderatis hoĩbꝰ ſufficiat: neq́ maiori opus. Tot vero eſſe debẽt: vt iniuriãtes vicinos poſſint depellere: & iniuriã patiẽtibꝰ auxiliari. His inſpectis, & agrũ & vicinos ope verbiſq́ definiemus. Nũc vero exẽpli deſcriptioniſq́ cauſa, vt res ipſa ꝑficiat̃, ad ferẽdã legẽ ſermo deſcẽdat. Quinquies mille & quadraginta ſint cõuenientis cuiuſdã numeri gratia agrorũ ꝑcipes diſtributioniſq́ defenſores. Ager aũt & habitationes ſĩliter eaſdẽ in ptes diſtribuant̃, vt vir & portio cũ diſtributione cõueniãt. Et in primis duas in partes totius numeri partitio fiat: deinde in tres: licet & in quarta: & in quinta, & vſq́ ad decẽ deĩceps. Oportet certe oẽm legiſlatorẽ tãtũ de numeris ĩtelligere: vt qs qualiſq́ numerus ſingulis ciuitatibus cõmodiſſimus ſit, nõ ignoret. Dicamus autẽ eũ numerũ qui plurimas & praeſertim deinceps ordine diſpoſitas in ſeipſo diſtributiones recipit. Porro vniuerſus numerus oẽs in oĩa ptitiones habet. Sed quinges millium & quadraginta numerus, & ad bellum, & ad pacẽ: ad cõtraria oĩa: ſocietates: tributa: diſtributiones: nõ in plures q̃ vnã de ſexaginta partes incidi põt. Aliter legit̃: in ſexaginta partes vna dũtaxat.

De diuidẽdis agris: & de numero partium

De nũero apto ad plurias diſtributiões, q ẽ qnges mille & qdraginta.

ſtat indigẽtes incidi pōt. Ab vna aūt ad decē vſq; cōtinuas. Verū in otio hæc illis firmiter capiēda
q̄bus lege res iſta cōmiſſa ſit. Atq; hęc nō aliter q̃ ita ſe habēt. Dicēda hęc ſunt huiꝰ rei gratia illi q̄
ciuitatē cōdit. Nēpe ſiue ab initio nouā fundet, ſeu veterē diſſipatāq; reſtituat, circa deos & ſacra, q̃
ſingulis ſtatim in ciuitate deceat, & a q̄buſcūq; diis vel dęmonibus noīari: nemo mētis cōpos inno
uare illa conabit̄, quę ex Delphis aut Dodone aut Hāmone accepta ſunt, vel priſca quadā ōrone ꝑ
viſiones inſpirationeſq; deorum ſunt aſſerta: q̄bus approbatis veteres ſacra ſolēnitatibus mixta cō
ſtituerint, ſiue ab idigenis orta, ſiue Tyrrhena dicant̄, ſiue Cypria, ſiue vndecūq; volueris: et his ſer
monibꝰ famā traditā ſimulacraq; cōſecrarit, aras quoq; & tēpla: ſacroſq; hoꝝ ſingulis agros ſtatue
rint. In his oībus nec mininuū q̄d legū cōditor innouabit: ſed deū ꝑtibꝰ ſingulis vel dęmonē vel he
roē aliquē tribuet. Et in agroꝝ diſtributione primis lucos agroſq; eximios & cōſentanea oīa dedi
cabit: vt ſingularū ꝑtiū cœtus ſtatutis facti tꝑibꝰ, & facultatē ſui faciliꝰ ad quoſlibet vſus exhibeāt
& ſacrificādo alter alterū benigne accipiāt: vnde & domeſtici fiāt inuicē, ſeq; cognoſcāt. Quo quidē
nihil ciuitati melius: q̃ videlicet vt ciues inuicē, ſeq; cognoſcat. Vbi eñ nō lux inter ciues eſt ī eo
rū moribus ſed tenebræ, ibi nec honores ꝓ dignitate, neq; magiſtratus recte dabunt̄: neq; ius ſuū
cuiq; tribui poterit. Nihil eſt aūt, ſi vnū vni cōferas, in quo maius ſtudiū in oībus ciuitatibus pone
re quiſq; debeat, q̃ in hoc vt nec ipſe adulterinus eſſe vnq̃ videat̄, ſimplex ſemꝑ ac verus: nec aliꝰ ip
ſum talis fraudet. Verū iactus qui mō ſequit̄ in ipſa legū poſitione, ſicut in teſſeris, vt ꝓuerbiū ha
bet, a ſacro, cū inſolitus ſit, forte primū mirari auditorē faciet. Cogitāti tñ atq; exꝑto videbit̄, ſecūdo
loco quo ad optimū ſtatū ciuitas ſic īſtitui. Fortaſſe quiſpiā ipam nō ſuſcipiet: q̄a cōſuetꝰ nō fuerit
cū legū latore, more tyrānico i ferēdis legibꝰ nō vtēti. Recte ſane aget, ſi optima reſpu. & ſecūda, &
tertia ꝓponat̄: deturq; optio cuiq; arbitratu ſuo quālibet electuro. Id nūc ſiliter nos agamꝰ. Et cum
primā virtute rēpu. ſecūdāq; & tertiā expoſuerimus, Cliniæ optionē demus: & cuiq; volenti hæc
ſuo more deligere: partiq; ſuæ q̄d ſibi placet, tribuere. Pria igit̄ ciuitas eſt & reſpu. legeſq; optimę,
vbi q̃ maxime ꝑ vniuerſam ciuitatē priſcū illud ꝓuerbiū locū habet, quo fert̄ vere amicoꝝ oīa eē cō
munia. Certe in hoc p̄cipue virtutis erit terminus, quo nullus poni rectior poterit, ſi alicubi videli
cet aut ſit iſtud, aut vnq̃ fiet, vt cōes mulieres ſint, cōes & liberi, cōmunis quoq; oīs pecunia, omni
q; ſtudio q̄d ꝓpriū dicit̄ vndiq; e vita remotum ſit: vſqueadeo vt ea etiā q̃ ꝓpria ſingulis natura
ſunt, cōia quodāmō fiāt, vt & oculi & aures & manus cōem in vſum cernere: audire: agere videan
tur: laudētq; & vituperēt eadē ſimiliter oēs, eiſdē rebꝰ gaudētes, eiſdēq; dolētes: ac deniq; ꝓ viribꝰ
ſub his legibꝰ viuant, q̃ vnā q̃ maxime ciuitatē efficiūt. Talē vtiq; ciuitatē ſiue dii alicubi, ſiue deo
rū filii vno plures habitēt, ita viuētes eāq; ſeruātes, oī certe referti gaudio viuūt. Quapropter rei
pu. exēplar nō alibi cōſiderare oportet: ſed hac inſpecta, talē maxīe ꝓ viribꝰ q̄rere. Ea vero quā hic
nos aggreſſi ſumus, ſi fiat, ꝓxīe quodāmō ad īmortalitatē accedet: ac ſi non primo, ſaltē ſecūdo loco
erit vna. Sed de tertia poſtea, ſi voluerit deꝰ, determiabimꝰ. Nūc vero q̄nā hęc ſit, & quo pacto talis
fiat, conſideremus. Primū igit̄ domos agroſq; ſortiant̄: nec agros cōiter colāt. Nā maius hoc eſt q̃
hęc gñatio nutritioq; & educatio ferre poſſit. Sed hac mēte ita diſtribuāt: vt putēt ſinguli ſortē ſuā
toti ciuitati eſſe cōem. Quippe cū ea regio patria ſit, magis eā colere debēt, q̃ filii matrē. hęc eñ cum
dea ſit, dña mortaliū eſt. Idē quoq; de indigenis tā diis q̃ dęmonibus eſt cēſendū. Sed vt hęc ſic oē ꝑ
tꝑs durēt: dāda opa eſt, vt quot nūc foci numero diſtributi ſunt, totidē ſemꝑ futuri ſint, neq; plures
vnq̃, neq; pauciores. Q̄d ita firmiter in oī ciuitate fiet, ſi ſortē nactus q̄ſq; ſemꝑ vnū de filiis ſuis tā
tū, quē malit, domus ipſiꝰ hęredē relinquat & ſucceſſorē, cultorēq; deoꝝ & ciuitatis & gñis tā viuē
tiū q̃ defunctoꝝ: ex reliq̄s aūt filiis ſi plures vno ſibi nati ſunt, fœminas q̄dē ſcd̄m legē q̃ ſanciet̄, col
locet: mares aūt, ciuibꝰ illis, q̄bꝰ filii nō ſunt, adoptiōe cōmittat: maxīe q̄dē ꝑ gr̄am. Si vero grę quoſ
dā deficiāt, aut ſi plures vel mares vel fœminæ ſingulis naſcant̄: aut cōtra ſi pauciores: cū mulieres
forte fœcūdę nō fuerint, de oībꝰ iſtis maximꝰ p̄ſtātiſſimuſq; magiſtratꝰ, q̄d fieri oporteat, diligēter
cōſideret: viāq; oīno inueniat: ſiue abūdet filioꝝ fœtura ſiue deficiat: & quinges mille & quadragī
ta habitatiōes ſolūmō ſꝑ maneāt. Multę aūt ſunt viæ. nā & ꝓhiberi gñe, cū nimis affluit, pōt. Et cō
tra cū opus eſt, vt augeat̄, curari, ac vel honore vel dedecore monitionibuſq; ſenū ad iuuenes licet
ad eā hoīes adhortari. Deniq; hinc oīs defectus orit̄ & inopia, cū q̄nq; miliū & quadraginta domo
rū numerus nō ſeruat̄. Q; ſi ob nimiū in ꝓcreādis liberis ſtudiū ſic aucta ſit ciuitas, vt nūeri mo
dū excedat, atq; ita iopia rerū ꝓmat̄, vetus illud repetat̄ cōſiliū, q̄d ſæpe iā dictū eſt, vt colonia mit
tat̄ chara a charis, quo cōmodius agi poſſe videbit̄. Si vero cōtra morborū lues bellorūve calamitas
veluti quadā illuuione ita deuaſtauerit ciuitatē: vt mlto pauciores ſtatuto nūero ſuꝑſtites ſint, ſpō
te q̄dē alicui ciues adulterina educati diſciplina ſuſcipiēdi nō ſunt. Neceſſitatē aūt nec deꝰ vt dici
tur violabit. p̄ſentē igit̄ ōronē exiſtimemꝰ hūc in modū noſtroꝝ auribꝰ inſonare. O viroꝝ oīm opti
mi, ſimilitudinem & ęqualitatem, quodve idem eſt & cōſentiens, honorate ſcd̄m naturam: neq; id

Pria ciuitas & reſpub.

Prouer. amicorū oia cōia.

Secunda vnitas & reſpub.

Vt eſt patria veneranda.

Ciues adulterina diſciplina nō admittēdi.

Prouer.

Neceſſitatem nec deus violat.

vnq̃ trãſgrediamini:ſiue ſcdm numerũ,ſiue ſcdm potẽtiã,bonarũ rerũ atq; pulchrarũ. Et nũc qdẽ
in primis p oẽm vitã numerũ quẽ pdiximus cõſeruate.Deinde cẽſum quẽ ab initio mediocrem ſor-
titi eſtis,ne negligite,emendo inuicẽ & vendẽdo.Alioquin neq; deus ipſe diſtributor,neq; legis con
ditor vobis fauebit.Nũc eñ primũ refragantibꝰ lex pcipit pſata,vt in his ſortiant̃ qcũq; velint,vel
nõ ſortiant̃:perinde ac ſi regio ipſa in primis,diis oĩbus ſit ſacrata:deinde ſacerdotes oẽs tã mulie-
res q̃ viri pcaturi ſint,primis in ſacris ſecũdiſq; & tertiis,vt & emptor & vẽditor domiciliorũ & p-
diorũ q̃ ſortiti ſunt,q̃ in his ppeti cõuenit,patiant̃.Scribẽt aũt in ſacris ad poſteritatis inſtructionẽ
cupſſea monimẽta:pterea vt iſta ſeruent̃,eorũ cuſtodiã magiſtratui illi cõmittẽt,q acutiſſime videt̃
inſpicere:ne lateat eos,ſiqua forte pter rõnẽ hãc cõmercia fiãt:ſed quicũq; legi ac deo nõ obtẽperat
puniat̃.Atq quãtũ bonũ ſit qd mõ pcipit̃ ſuo ordine pparatũ:quãtũq; proſit obſequẽtibus ciuitati
bus,ſecũdũ antiquũ puerbiũ,nullus vnq̃ prauus intelliget:ſed exptus dũtaxat & ęqs i moribꝰ edu
catus.Quaeſtus in hac ciuitate nõ multus.neq; eñ oportet in ea neq; licet illiberali qſtui quenq̃ in
cũbere:neq; mechanicum illud & infame q̃rere lucrũ:qd mores generoſos inquinat:neq; exiſtima-
re vllo pacto vilibus ex rebꝰ & turpibꝰ pecunias cumulandas. Accedit ad haec & alia lex:q̃ iubet ne
qs priuatꝰ vel aurũ habeat vel argẽtum.Sed qa nũmis opus eſt quotidianae cõmutationis gfa,quae
inter artifices & hmõi ferme eſt neceſſaria,cum mercenariis & ſeruis & colonis merces aliqua de-
beat̃:icciro nũmos habere cõcedimus tales vt apud eos quidẽ habeant̃ in ptio,a caeteris vero gen
tibus cõtemnant̃.At vero cũ & bella ſępe gerẽda ſint,& peregre pficiſcendũ,qñ ad externas gẽtes
legati nunciiq; mittunt̃,neceſſe eſt vt ciuitas ſemp cõmunẽ gręciae monetã poſſideat.Siqua vero ne
ceſſitas priuatũ peregre pficiſci coegerit,magiſtratuũ venia pficiſcat̃. Reuerſus aũt,ſi pegrinis nũ
mis abundat,cũ ciuitatis nũmis eos cõmutet:ciuitatiq; reſtituat. Qz ſiqs occultare eos,& i priua-
tum vſum cõuertere dephẽſus fuerit,publicũ fiat qd occultabat.Cõſcii aũt q nõ accuſauerũt,ma-
ledictis atq; opprobriis vna cũ illo ſubiiciant̃:atq; etiã nõ minore mulcta puniant̃,q̃ allatꝰ peregre
nũmus fuerit.Nemini pterea aut dare dotes aut accipe liceat,neq; pecuniã deponere apud eũ cui
nõ adhibes fidẽ,neq; foenerare:liceatq; ſiqs in foenus acceperit,nec vſurã nec ſortẽ reddere. Hęc au
tẽ ciuitati optima eẽ,ſic recte qſpiã iudicabit,ſi ad pcipuã ipſam recti legũ latoris ſemp referat vo-
luntatẽ.Nã viri ciuilis mẽtẽ habẽtis nõ ea volũtas eſt vt nos aſſerimus,quã in legũ latore optimo
eſſe debere multi affirmant:vt q̃ maximam & ditiſſimã eſſe velit ciuitatẽ:auro & argẽto refertã:ac
terra mariq; plurimis dominãtẽ:qbus addũt,vt q̃ optimã etiã ac feliciſſimã eſſe velit,ſi recte leges
laturus eſt.Sed horũ qdẽ alia fieri poſſunt:alia minime.poſſibilia igit̃ volet fundator legũ:impoſſi-
bilia nec volet,nã vana eſſet cupiditas,neq; aggredief.Felices ergo & pbos eſſe, q̃ ſimul neceſſario
ferme fieri ſolẽt,volet qdẽ.Diuites aũt valde ſimulq; pbos eſſe impoſſibile.Dico aũt diuites:vt mul
ti exiſtimãt:aſſerentes eos eẽ diuites,q pauci e multis pecunias plurimas poſſident,quas etiã poſſet
malus quilibet poſſidere.Qd ſi ita eſt,nunq̃ ego his cõcedã,diuitẽ reuera eſſe felicẽ,niſi etiã bonus
ſit.fieri vero nõ põt vt diuitiis aliqs ſimul pręſtet & pbitate.Cur ita?forte qſpiã dixerit. Quia, dice
mus,acqſitio tã iniuſte q̃ iuſte facta,pluſq̃ duplo eã ſuperat,q̃ ſolũmõ iuſte fit.Et impẽdia q̃ nec ho
neſte nec turpiter impẽdunt̃,duplo minora ſunt illis q̃ honeſta ſunt,honeſteq; ipendunt̃.Nunq̃ igi
tur illo q duplo plus acqrit,& dimidio minus erogat,ditior is erit q cõtra facit.Eſt aũt alter iſtorũ
pbus:alter nõ malus qdẽ qñ dũtaxat parcus eſt:nõnunq̃ vero malus oĩno:bonꝰ aũt vt mõ diximꝰ
nunq̃.Nã q & iuſte pariter & iniuſte pecunias cumulat,neq; iuſte ipẽdit neq; iniuſte,diues fit qñ
eſt parcus.Sed q oĩno malus,qñ vt plurimũ nepos & pdigus eſt,valde paup fit.At q honeſte expẽ
dit:& iuſte ſolũ acqrit:neq; facile diuitiis excellet vnq̃,neq; pmet̃ inopia.Recte itaq; ſermo noſter aſ
ſerit:valde diuites,bonos viros nõ eſſe.q; ſi boni nõ ſunt,felices quoq; non erũt. Nobis autem legũ
huc ſanctio reſpicit,vt feliciſſimi ciues ſint:ac maxime inter ſe amici.Qui ſane amici nunq̃ erũt:ſi
mutuis iniuriis vexati plurimis litigando vti cogant̃ iudiciis:ſed ſi q̃ minima haec ſint atq; pauciſ
ſima.Quapropter oportere dicimus nec aurũ nec argentũ eſſe in ciuitate:neq; quęſtũ inſup multũ
in mechanicis operibus cauponationibuſq; & foenore:nec ex pecoribꝰ turpiter:ſed ab his quę agri-
cultura offert ac pbet:atq; hoc ita,vt quaeſtus non cogat ea negligere,quorum cauſa quaerunt̃ pe-
cuniae.haec vero anima & corpus ſunt: quae abſq; gymnaſtica,& alia diſciplina,nullius pretii vnq̃
erunt.Quare pecuniarum cura:vt ſaepius iam dictum eſt:vltimum honoris teneat locũ. Quippe
cum tria ſint omnia in quibus homines ſtudiũ ponunt,vltimum ac tertium eſt,ſi recte habeatur,
pecunię ſtudium:medium corporis:animi primum.Atqui haec ipſa,quã nunc condimus,reſpubli-
ſi honores ita diſtribuit:recte diſponitur.Siqua aũt lex,aut tẽperãtiae ſanitatem corporis,aut ſanita
ti & temperantiae diuitias anteponit,non recte poſita eſſe videtur.Saepius itaq; legiſlator proteſta-
ri debet,quid ipſe velit:quid ſi contigerit,bene ſuccedet.Sin minus,inſtituti ſui ſpes eum fruſtra-
bitur.Atq; ita forſan & ipſe a ferendis legibus ſeſe ac caeteros vĩdicabit:aliter nullo mõ. Qui ergo

Prouerbium. Nullus prauꝰ intelliget.

De quaeſtu.

De auro habẽdo & nummis

De dotibus.

De depoſito & foenore.

Valde diuites bonos nõ eſſe.

Tria ſunt i quibus hoies ſtudiũ ponũt: bona animi: bõa corporis: & pecunia.

partē ſuā ſortitus eſt,eam qua diximus cōditione poſſideat. ꝓbe autē fieret ſi cętera oīa quę veniūt
in coloniā,ęqualiter poſſiderent.Cū aūt fieri id nō poſſit,ſed alius veniēs plus habebit pecunię,aliꝰ
minus,multoꝝ & ęqualitatis in ciuitate tēporū opportunitatūq; cā,opus eſt vt inęquales in ea cen
ſus cōſtituanť:vt magiſtratus,vectigalia,diſtributioneſq; ſecūdū dignitatē ſinguli nō ſolū ſuę ma-
iorūq; virtutis aut formę aut viriū corporis,verūetiā ſcđm diuitiarū & pauptatis vſum quoad fie
ri pōt ęqualiter,videlicet inęquali qdē portione ſed facile coęquabili accipiētes,nequaq̄ cōtendant.
Hoꝝ cā quatuor magnitudine differētes bonoꝝ cēſus fieri oportet:Primos:Secundos: Tertios,&
Quartos:aut qbuſuis aliis nominib us appellatos:vt alii eodē in cenſu ꝑmaneāt,alii ditiores paupe.
reſ ve facti,in cēſum ſibi cōuenientē ptranſeant.Ad hæc legis figurā,q̄ ſequiť,ego ponā.Nēpe opor
tere dicimus,vt in ciuitate q̄ ſummi morbi expers futura ſit,qđ diſſidium aut ſeditionē rectius ap-

Nec extrema inopia neq; ingētes pecuniæ in ciuibus eſſe debent.

pellarim,nec extrema in aliquibꝰ ciuiū inopia ſit:nec ingētes diuitiæ.Nā vtraq; illa ab vtriſq; his
pariunť.Quare oportet vt a legiſlatore vtriuſq; terminus ſtatuať.Sit itaq; pauptatis terminus,cē
ſus ſortis:quā ſtabilē eſſe oportet:quāve minorē alicui eſſe nec magiſtratꝰ vllus patieť:nec aliꝰ qſq̄,
cui curę ſit virtus.Cū legiſlator his mēſurā ſuā pſcripſerit,duplū ad hāc & triplū & quadruplū ha
beri pmittet.Plura vero ſiqs habeat ſiue repta:ſeu donata:ſiue q̄ſtu parta,ſeu quauis alia fortuna
huiuſmodi cōparata,ſi oē qđ ſupeſt ciuitati & diis ciuitatis tutoribus dederit:indēnis & laudabi-
lis ſit.Si autē legi nō obtēperauerit,quiſqs hoc detulerit,dimidiū cōſequať: dimidiū diis cōſecreť.
Ille aūt ęquali ſuoꝝ bonoꝝ parte mulcteť.Quęcūq; vero poſſidēt vltra ſortē,apud magiſtratū hoꝝ

De ſitu vrbis.

cuſtodē a lege cōſtitutū,aperte ſcribāť:vt oīa de pecuniis iudicia facilia ſint:& valde clara.Poſt hęc
vrbs primū in medio regionis quoad fieri pōt cōdať:in loco q cętera quoq; ciuitatis habeat cōmo
da:q̄ nec ītellectu nec dictu difficilia ſunt.Deinde in ptes duodecim partitio fiat:vt Veſtę prima lo
uiq; & Palladi cōſecreť:eaq; arx:circulo circūducto, a quo & regionē & vrbē partes duodecim par-
tianť.q̄ quidē ita ęquales fiāt:vt agri fœcūdi minores ſint,infœcūdi maiores.Sortes vero quīquies
mille & quadraginta ſcindanť:quarū bipartito q̄libet diuidať. Conſortiri quoq; oportet portiones

Diuiſio agrorum.

duas,quarū vtraq; remotioris & ꝓpinquioris ſit pticeps,ita vt ps vrbi ꝓxima cū remotiſſima par-
te ſors vna fiat:ſecūda quoq; ab vrbe,cū ſecūda a remotiſſima:cæteraq; oīa eodē pacto.Dāda etiam
opera eſt,vt in geminis his partitionibus,qđ mō de fœcūditate regionis & infœcūditate diximus,
pagať:vt videlicet in eis multitudine,& paucitate diſtributionis æq̄tio fiat.Quinetiā diuidere in
partes duodecim vicos oportet:quēadmodū & cætera bona,oīm ꝓrſus æqualitate ſeruata: omnia
q; deſcribere.Deinde duodecim ſortes,diis duodecim attribuere: & ptem quālibet ſortis participē
ſuo cōſecrare deo:tribūq; ipſam vocare.Sed & duodecim vrbis mēbra, ſicut in reliqua regione fa-
ctum eſt:ſigillatim in habitatiōes duas diuidēda ſunt:vnā qdē circa mediū, circa extremū alterā.
Et habitatiōis qdē ordo hūc habeat finē.Illud aūt cogitare oīno debemꝰ, q; ea q̄ diximꝰ,nūq̄ talem
opportunitatē nacta,oīa ita cōcurrēt vt quēadmodū deſcripta ſunt fiant:& viri habitationē hmōi
non ferāt moleſte:ſed æquo aīo patianť:pecuniaſq; habere velit p totā vitā vt ſtatuimꝰ,mediocres
filiorū prætera gn̄ationes ita ſingulis ſint vt diximꝰ:ac auro & argēto careāt: & cæteris oībus q̄
legiſlator ex ſupradictis dicturus eē videť. Ad hæc regionis & vrbis in medio & i extremis ſicut
ordinauimꝰ vbiq; habitatiōes . Quæ qdē oīa quaſi ſomnia q̄dā dicunť:ciueſq; p hæc & ciuitas q̄ſi
ex cęra formanť.Hæc vtiq; mō quodā nō male opponunť:ſed ea quoq; narrāda:q̄ legiſlator aduer-
ſus diceret.Ne fugere me exiſtimeris amici,qđ modo dictū ē,vere quodāmodo dici. Sed pat eſt vt
arbitror in ſingulis,vt is q exēplar ꝓponit ad cuiꝰ ſimilitudinē opus fieri debeat,nihil oīno pręter-
eat:qđ ad veriſſimā eius cōueniat pulchritudinē.Siqs autē ex his nōnulla imitādo aſſeq neqt,quæ
ſupra vires ſunt p̄termittat.qđ & his ꝓximū eſt,eorūq; q̄ fieri cōuenit,cognatiſſimū,oī ſtudio ꝓſeq̄
tur: pmittatq; legiſlatorē volūtati ſuæ finē imponere.Quo facto, cōiter cū illo cōſideret quid ex di
ctis cōferat,quidve ferēdis legibꝰ aduerſeť.Nā opus vndiq; ſibiipſi cōſentiēs,artifex oīs vbiq; agere
debet etiā in re minima:ſi modo ſit laudem conſecuturus.Nunc iam poſt duodecim partiū diſtribu
tionem aīaduertendum eſt,q; cum duodecim partes hæ plurimas in ſe portiones,portionibuſq; con
nexa & orientia ex cōnexis habeāt vſq; ad qnq; milia & quadraginta : vnde & tribꝰ & gētes & vicos
habēt:& ad rem bellicam ordines atq; ductus:nūmos pręterea & mēſuras ſiccorū atq; humidorum
& pondera ſimiliter:hæc oīa cōmēſurata & cōſona inter ſe a legiſlatore ordinari debēt.Pręterea timē

De mēſura ſupellectilium.

da nō eſt puſillanimitatis opinio,quaſi parua nimiū cōſiderať,ſiqs iubeat vt vaſa & ſupellectilia ci
uiū oīa mēſurā habeant ſuā:nulliq; ſine certa mēſura poſſideať: et cōmuni ratione cēſeat ad oīa p
utiles eſſe numerorum partitiones varietateſq;:ſcđm quas & ipſi inter ſeipſos varii ſunt:& in lōgi
tudine & ꝓfunditate ac vocibus varietatem accipiunt:in motibus quoq; tā recto motu aſcenden-
do vel deſcendēdo q̄ circuitu.Ad hæc omnia ita reſpicere debet legiſlator,vt ciuibus oībus præci
piat,ne ab huiuſmodi numerorum ordine quoad poſſunt,diſcedant.Nulla enim alia vna pueritię

diſciplina,ad rei familiaris gubernationē,ad remp.ad artes deniq; vniuerſas tantā habet vim quan tam hmõi numerorum cognitio:ꝗq; maximum eſt,ſomnolentos etiā:& natura rudes exuſcitat, & dociles:memores:ſolerteſq; facit,ꝑter naturam ſuam diuina arte proficientes.Quæ quidem oīa, ſi mõ legibꝰ aliis,atq; officiis,illiberalitas & auaritia ex eoꝝ animis extirpata ſit,q ea ſufficiēter & vtiliter ſuſcepturi ſint,bona rudimenta:& cõmoda ſunt.Sin minus: malitia hinc potius q̄ ſapiētia clam originē trahet:ꝗ Aegyptiis & Phoenicibus multiſq; aliis gētibꝰ nunc videmus contingere: ꝑpter cæterarū artium facultatumq; illiberalitatē:ſiue qs rudis legū lator id fecerit,ſiue fortuna in fenſa,ſiue alia hmõi ꝗdam natura.Nec enim illud o Clinia & Megille nos fugiat,magnā eē locorū ad ferēdos meliores peioreſq; hoīes differentiā,quibus diuerſa ꝓut expedit legibus ſancienda ſunt. Quippe alii varietate ventoꝝ & turbine difficiles & ꝑterui ſunt:alii propter aquas:alii propter cibos:qui ex terra nō ſolum corporibus cõmodi aut incommodi oriūť:verū animis quoq; nō minꝰ. Maxime aūt loca regionis differunt:in ꝗbus inſpiratio ꝗdā diuina eſt,& quæ dæmones ſortiti ſūt: q habitātes propitii vel cõtra ſuſcipiūt.Quibus ꝓ humano ingenio conſideratis:mentis cõpos legum conditor,ſe ad leges ferendas cõuertet.Qđ & tibi eſt o Clinia faciūdū.Prius eñ hæc tibi aſad uertenda ſunt,q̄ habitari facias regionem.CLI.Egregie.o Atheniēſis hoſpes hæc abs te dicta ſunt. Quare & mihi ita eſt faciendum.

Cõmendatio arithmeticę.& q; neceſſaria pueris.

Magnā ineſſe locis vim ad ferendos homines meliores peioreſq;.

Argumentum Marſilii Ficini in Dialogum.VI.De Legibus.

inſtitutiones.Hæc ſi probe poſita ſint,ſeq; in eis homines recte aſſueſecerint,cõſcriptas leges ſtabili
ſalute tutantur.Sin contra factum ſit,contra contingit: quemadmodum in ædificiis accidit,vbi ſi
ædium ſuſtentacula ſubtracta de medio fuerint,concidere omnia cogunt,aliaq; ex aliis deiici:& quę
bene ſuperſtructa ſunt, dirutis prioribus,corruunt. Atq; hęc quidem cogitantes nouam hanc tu-
am ciuitatem o Clinia vndiq; vincire debemus,nihilo prorſus relicto quoad fieri poteſt,quod vel

ad leges vel ad mores vel ſtudia ꝑtineat. his enim oĩbus ciuitas nectit̃. Alterũ vero iſtoꝝ ſine altero ꝑmanere nõ põt. Quare nõ eſt mirãdũ, ſi q̃ nobis multa ſimul & parua legitime vident̃ inſtituẽda velut cõſuetudines cõſluẽtia lõgiores leges efficiũt. CLI. Recte tu qdẽ, & nos ſimiliter cogitabimꝰ. ATHE. Siquis igit̃ ad eũ q tres agit ãnos colẽdũ ſeu maſculũ ſiue fœminã: hæc diligẽter adhibeat ac ſedulo ſupradictis vtat̃, non paruã afferẽt nuꝑ enutritis vtilitatẽ. Atq; id ingenio eoꝝ q tres & q quatuor & quinq; & ſex agũt annos cõueniens erit: a qbus delitię remouẽdę ſunt: & caſtigatio ſine cõtẽptu adhibẽda. Cæterũ quẽadmodũ ſeruos diximus caſtigare ſine cõtumelia oportere, ne in iracũdiã efferant̃, caſtigare tñ oĩno, ne nimiũ delitioſi reddant̃: ita & liberos volumus. Hoꝝ ludi qdam ſunt, ipſis quodãmõ naturales: ad quos qñ cõueniũt, ſpõte ferunt̃. Cõgregãdi hi pueri ſunt a triennio ad ſex vſq; annos, ſinguli in ſuę tribꝰ ſolẽnitate: quoꝝ & adhuc tãtilloꝝ nutrices modeſtiã incõtinẽtiãq; obſeruẽt: et cuiq; cœtui nutricibuſq; vna q̃dã præſit de mulieribus duodecim annuo tẽpore imperatura, put legũ cuſtodes ordinauerint. has deligãt mulieres nuptiarũ curatrices, ex q̃q; tribu vnã ętate ipſis equales. Quę ad hũc magiſtratũ aſſumpta eſt: ita ſe gerat vt in ſacrum quotĩdie ꝓficiſcat̃: ſemperq; iniuriantẽ puniat. Seruũ quidẽ & ſeruã, peregrinũ & peregrinã ipſa, ꝑ vrbanos quoſdã miniſtros: Ciuẽ aũt, cuius aĩaduerſio in cõtrouerſia ſit, ad ædiliũ trahat iudiciũ: de qua aũt nõ ſit cõtrouerſia, puniat ipſa. Poſt annorũ ſex ętatẽ fœminę a maribus diſcernant̃: puerique deinceps cũ ęqualibꝰ maribꝰ: & puellę cũ fœminis ęqualibus cõuerſent̃. Et ad ſciẽtias vtriq; ſe vertãt. Mares qdẽ ad magiſtros equoꝝ, arcuũ, telorũ, & fũdę: fœminę quoq; ad eadẽ ſi cõcedat̃: vſq; ad ſciẽtiã tñ: & maxime ad armoꝝ vſum. Quo pacto aũt nũc in his ſe res habeat, pene ab oĩbꝰ ignoratur. CLI. Quid ais? ATHE. Q; videlicet dextera a ſiniſtris quo ad manus ꝑtinet, differre iã videant̃ in ſingulis oꝑationibꝰ natura. Pedes eñ inferioreſq; ꝑtes ad oꝑa nihilo differre vident̃. Manibus autẽ matrũ nutricũq; ſimul ignorãtia quaſi claudi facti ſumus. Nã cũ natura fere ad vtrãq; partẽ ęque ſe habeat, ipſi per cõſuetudinẽ nõ recte vtẽtes differẽtiã fecimus. Et certe in qbuſdã parũ id refert. Nihil eñ intereſt ad vitã, ſi lyra in ſiniſtra ſit, in dextera plectrũ: in cęteriſq; hmõi ſimiliter. Quoꝝ exẽplo idẽ in reliquis oĩbus facere, demẽtia eſt. Hæc ita eſſe lex Scytharũ oſtẽdit. Nõ eñ ſiniſtra ſolũ arcũ, dextra ſagittã tenẽt: ſed vtriſq; ſimiliter ad vtrũq; vtunt̃. Multa exẽpla hmõi in aurigarũ aliorũq; operibus reperiunt̃. Ex qbus intelligere licet eos qui dextris ſiniſtra ĩbecilliora reddũt: præter naturã id facere. Quæ res vt diximus, in corneis plectris, inſtrumẽtiſq; talibꝰ impedimẽto non ẽ. Sed ꝑmultũ intereſt: qñ in pugna, ferro, arcu, haſta, cæteriſq; huiuſmodi vti neceſſe eſt: plurimum aũt qñ armis arma pellũtur. Differt aũt multũ q didicit: ab eo q nõ didicit: & exercitatus, ab eo qui minime exercitatus eſt. Nã quẽadmodũ q aut in pugili certamine aut lucta aut vtroq; ſimul perfecte ſe exercuit, potis eſt cõgredi a ſiniſtris: & ꝓſto ſe accõmodat, qñ ad partẽ alterã trãſferre ſe cogit̃, id ipſum arbitror in armis ac cæteris rebꝰ rectiſſimũ eſſe. Quare oportet ſi duo q̃dã qs poſſidet, qbus ſe defendat, & alios cędat, vt nihil hoꝝ ꝓ viribus otioſum inexercitatũq; relinquat. Et ſiqs Geryonis aut Briarei naturã habeat, cũ cẽtimanus ſit, cẽtũ oportet ab eo iacula mitti poſſe. Hoꝝ oĩm curã habeãt principes, tã mulieres q̃ viri: & mulieres quidẽ ludos alimẽtaq; conſiderent: viri autẽ diſciplinas: vt oẽs pedibꝰ manibuſq; vtriq; ęque potẽtes facti, ꝑ cõſuetudinẽ naturę nõ noceãt. Diſciplina vero duplici vti conuenit: & corporis qdẽ, gymnaſticã: animi, muſicã vocari. Sed gymnaſtica rurſus eſt duplex: ſaltatio: & luctatio. Saltatio quoq; alia muſæ verba imitat̃, magnificẽtiã ipſius libertatẽq; obſeruãs. Alia bonę habitudinis, leuitatis & formę tũ corporis ipſius, tũ partiũ mẽbrorũ q̃ eius gr̃a, apte flectit tẽditq; ſingula: ita vt ſufficiẽter motꝰ harmonicus diffundat̃: cõſequaturq; vniuerſum ſaltationis ordinẽ. Luctationis aũt gñ͂a illa, q̃ Anteus & Cercyo in artificiũ inutilis cõtẽtionis gr̃a deduxerũt: vel Epius vel Amycho in pugili cõcertatione: cũ nihil ad ꝑliũ cõferant, digna mẽtione nõ ſunt. Quę vero in recta luctatione a collo, manibꝰ, laterũq; motu cum victorię ſtudio honeſtoq; habitu adhibent̃: & ad ſanitatẽ vireſq; cõducunt, cum ad oĩa vtilia ſint, ꝓtereũda nõ ſunt: ſed diſcentibus docẽtibuſq; ſimul præcipiẽdum: vt quando ad hoc in cõdendis legibus venerimus, alteri beneuole hæc largiant̃: alteri gratioſe ſuſcipiant. Nec vero omnes imitationes capeſſendæ quæ in choreis ſunt: ſed hic quidem armatorum Curitarum ludi: in Lacedęmone Caſtoris atq; Pollucis. Apud nos quoq; non eſt negligendum: q̃ Minerua ludis choreæ delectata, nõ nudis manibus ludendum cenſuit, ſed armis tota ornata, ſaltandi officio eſt perfuncta. Quæ quidẽ adoleſcẽtulis ſunt maribus & fœminis imitanda, deæ munus ad vſum belli ſolennitatumq; ornamentum honorantibus. Pueros vero anteq̃ prodire in bellum poſſint, armis equiſq; oportet in deorum oĩm pompis ornatos, modo velociores, modo tardiores ĩ chorea & itinere ad deos deorũq; filios ſupplicationes fundere. Ludi porro atq; præludia ſi rerum aliquarum gratia, nullarum certe niſi harum ſunt adhibenda. Hæc enim in pace & bello tam priuatim q̃ publice vtilia ſunt. Cæterę vero corporis exercitationes ſeu ludo ſiue ſerio fiant o Clinia atq; Megille non ſunt liberales. Eam iã gymna-

Vide vt dextera nõ ſint ꝓpriora natura ſed vſu.

ſticam,quã tractandã in primis ſermonibꝰ dixi,ferme peregi,atq; hæc tota & pfecta eſt. Vos autẽ
ſi meliorẽ habetis,i mediũ pferatis.CLI.Nõ eſt facile hoſpes his neglectis,narrare alia de gymnaſti
ca & certamine meliora.ATHE.Reliquũ ẽ vt de muſarũ Apollinisq; muneribꝰ diſſeramꝰ:de qbꝰ ita
ſatis dictum eſſe putabamus:vt de gymnaſtica ſolum reſtare videref.Nunc aũt patet nõnulla eſſe
relicta:q̃ dicẽda i primis ſunt:quare deinceps illa dicemꝰ.CLI.Dicanf oĩno.ATHE.Audiatis igif.
audiſtis eñ & in ſupiорibꝰ:q̃uis & in dicẽdo & audiẽdo,qđ valde mirũ eſt & inſolẽs,cauere decet.
Equidẽ in pſentia nõnihil dicturus ſum,qđ dicere merito vereri qs debeat:dicã tñ.CLI.Quid illud
eſt hoſpes?ATHE.Nuſq̃ cognoſci aſſero,q̃ maximam ludoꝶ genus ad legũ cõditarũ ſtabilitatem
& mutationẽ habeat poteſtatẽ.Quippe ſi hoc ita ordinatum fuerit:vt iiſdem ludis ſecũdũ eadẽ:&
eodem modo:iidẽ hoĩes ſemp vtanf & delectenf,leges quoq; ſerio poſitas ſtabiles manere pmittit.
Sinautẽ mutef id genus,nouiq; ludi quotidie inducanf,ſempq; nouis delectef iuuentus tum figu-
ris geſtibuſve corporis,tum reliquo apparatu & ſupellectili:ac decens & indecens in his rebus ali-
ter indies & aliter iudicent,atq; inuentores nouarũ rerũ,colorũ ſcilicet & figurarum cęterorumq;
huiuſmodi ſemper honorent,peſtẽ hac nullã ciuitati maiorem fore cẽſemus,recte admodũ iudican
tes.Mutat eñ iuuentutis mores occulte:facitq; vt priſca quidem vilia,noua vero digna honore vi
deanf.Qua oratione & opinione,nihil rurſus aſſero pernicioſiꝰ ciuitatibꝰ eſſe.Sed audite quãtum
id malum eſſe cenſeo.CLI.Vituperari ne priſca malum eſſe in ciuitatibus ais?ATHE.Aio equidẽ
valde.CLI.Nõ malos ad hãc orationẽ nos auditores habebis,ſed quãtũ fieri põt beneuolẽtiſſimos.
ATHE.Cõſentaneũ eſt.CLI.Dic iã.ATHE.Agite audiamus hæc diligẽtiſſime : atq; ita inter nos
diſſeramus.Mutationẽ aio omnibus in rebus pterq̃ malis eſſe periculoſiſſimam:in tẽporibus omni-
bus inuentis:in dięta corpoꝶ:in moribus animoꝶ:in oĩbus ſimpliciter pterq̃ in malis,vt modo di
cebã.Corpora qdem cum primis cibis aliquibus & potibus laboribuſq; vtunf,turbanf quodãmõ:
deinde ex diuturno harũ rerũ vſu cõcreſcũt,pinguiaq; reddunf:atq; huiuſmodi victu vtpote iam
cõſueto,familiari,& amico,delectanf admodũ:& optime valent:ac ſi ex probabili aliqua ad aliã co-
gantur trãſire dietã,in morbos initio cõturbata incidũt:anteq̃ nouo victui conſueſcant.Idẽquoq;
in cogitationibꝰ hominum animorumq; naturis fieri cogitandũ. Omnes enim eas leges colũt,& ĩ
nouare formidãt,in quibus educati ſunt:ſi illæ diuina quadã fortuna lõgis tẽporibꝰ ſtabilitæ fue-
rint:adeo vt nullus aut recordef,aut audiuerit eas vnq̃ ſe aliter habuiſſe.Quapropter excogitare
debet legiſlator,qua via id in ciuitate quodãmõ fiet.Hũc igif ipſe modũ excogitaui:adoleſcẽtũ lu-
dos quotidie variatos vt ſupra diximꝰ,exiſtimãt oẽs nihil aliud eſſe q̃ nugas:neq; quicq̃ ad officia
vitæ habere momẽti.Quare cedũt:& mutationẽ hãc innouationẽq; fieri facile patiunf.Nec intelli
gunt,q̄ neceſſe eſt pueros diuerſis ac priores ludis gaudẽtes,diuerſos differenteſq; a prioribus vi-
ros fieri:diuerſos vero effectos,diuerſam quoq; vitã q̃ſituros:atq; hic noua ſtudia legeſq; deſidera-
turos.hinc nemo formidat peſtem quã dixi maximam ciuitati futurã.Sed cætera quidẽ,præſertim
circa figuras mutata,minus nocent. Crebra vero in laudandis vituperandiſq; moribus innouatio
grauiſſima etiã vt arbitror:& plurimum formidanda.CLI.Quid ni?ATHE.Annon ſuperioribꝰ ſer
monibus credimus:in quibus diximus q̄ rhythmi: & cætera muſicæ genera: imitationes quædã
ſunt morum,tum bonorum hominum,tum malorum? Vel quid dicemus? CLI.Nullo modo ali-
ter ſentiemus.ATHE.Omni igitur ratione conandum ne pueritia in cantibus & ſaltationibꝰ no-
ua vnq̃ audeat imitari:neue vllus ad nouitatẽ pueros voluptatum blandimẽtis alliciat.CLI.Opti
me dicis.ATHE.Habet ne quiſq̃ noſtrum artem ad hæc Aegyptia meliorem?CLI. Quã illam di-
cis?ATHE.Vt tripudii cantuſq; genera diis omnia conſecrentur:& primum quidem feſti dies ſin
guli in certis anni temporibus,diis ſingulis deorumq; filiis,& dæmonibus ſtatuantur.Deinde quę
ſacrificia quibus diis offerenda ſunt ordinentur.Quive cantus & choreæ quibus conueniant ſacri
ficiis diſtinguantur.Quæ poſtq̃ diſtincta ſunt , communi ciues omnes libatione,tum Parcis,tum
diis aliis ſacrificent : certoſq; cantus : & choreas : certis diis , eorumve filiis, & dæmonibus dedi-
cent.Ac ſiquis aliter q̃ conſtitutum ſit,hymnis choreiſq; in deorum ſacris vtatur, ſacerdotes tam
viri q̃ mulieres vna cum legum cuſtodibus : eum ſancte : & legitime arceant : & qui repulſus
erit : niſi libenter obtemperauerit , per totam vitam volenti cuiq; pœnas impietatis perſoluat.
CLI.Probe. ATHENIEN. Verum quoniam huc oratione deuenimus : vt nos decet , afficia-
mur . CLI. Quorſum hæc ? ATHENIEN. Omnis non ſenex tantum , verumetiam iuuenis
quotiens mirum quid : & inſolens viderit vel audierit,non vtiq; accurrat illico,quodq; dubium
eſt concedat :ſed quaſi ad triuium ſiue ſolus ſiue cũ aliis venerit,ignoretq; viam , perquirat ſane
nec vlterius progrediatur : anteq̃ certior fuerit , quo iter ferat . Similiter nobis in præſentia fa-
ciundum . Nam cum in ſermonem de legibus mirum : & inſolitum inciderimus , diligentiſſime
conſiderare debemus.Non enim decet ſubito tãtos viros de re tãta ferre ſententiam:& quaſi pla-

Notæ blandi-
tię & cãtus mo
dulationis no-
uę nõ audiẽdę
pueris.

nā protinus affirmare.CLI.Vera loqueris.ATHE.Ergo tempus ad hoc aſſumamꝰ:tūc demū affir
maturi,cū ſatis fuerit cōſideratū.Verū ne fruſtra cōſequentē legū pſentiū ordinē relinquamꝰ,ad
finē propoſitoq; feſtinemꝰ.Forte nāq; ſi deus voluerit:finē ſuū hęc tractatio cōſecuta,plane qđ mō
dubitaſ aperiet.CLI.Pręclare loqueris hoſpes.Quare ſic faciamꝰ.ATHE.Decreto igiſ mirū hoc &
inſolens,vt dicimus,affirmeſ:quo nobis odæ cātuſq; cōſtare legibus videanſ:ſicuti priſci de citha
roedia dicebāt:vt illi quoq; nō lōge a noſtro abſint ꝓpoſito,ſed tanq̄ in ſomno,aut etiā i vigilia,vł
ſomniauerint,vel vaticinati hoc ſint.Hoc igiſ ita decernaſ.Nemo audeat ṗter publicos ſacroſq; cā
tus aliqđ canere:& ṗter cōſtitutā iuuentutis choreā moueri tripudio,quemadmodū neq; cōtra le
ges alias quicq̄ facere licet.Qui paret indēnis abeat.Eū vero qui nō obtemperauerit,quemadmodū
pauloante dictū eſt,legū cuſtodes ſacerdoteſq; tam mulieres q̄ viri puniāt.Sed hęc quidē ita ſe ha
beant.CLI.Ita prorſus.ATHE.Quomodo aūt legibus hæc quiſpiā ita ſanciet,vt ridiculus non vi
deaſ?Atqui ita conſideremus.Tutiſſimus ad hęc mihi modus videſ,vt imagines quaſdā oratione
fingamus:Quarū vnā hanc eſſe dico,Sacrificiis factis,& victimis de more perustis,accedat priua-
tim quiſpiam ad arā ſacraq;,filius aut frater,qui miſerabilem prorſus & noxiā orationē fundat,nō
ne dicemus hūc patri & ſuis male ominatū fuiſſe? CLI.Dicemus ſane.ATHE.In noſtris ciuitatibꝰ
ferme oībus,vt breuiter dicā,hoc ita fit.Nā poſteaq̄ magiſtratꝰ quiſpiā publice ſacra fecit,nō vnꝰ,
ſed multi ſolēt chori cōuenire.Qui cū prope aras ſteterint,miſerandis vocibus rem ſacram teme-
rant.Quippe verbis,numeriſq;,& cōcentibus flebilibus audientium inficiūt aīos:& qui turbam ad
lachrymas vehementius cōmouet,victoriæ is præmia refert.Hanc nos legem nonne abrogabimꝰ?
& ſi querulā orationem audiri a ciuibꝰ qñq; oporteat,nō fauſtis diuinarū ſolēnitatum diebus,ſed
nefaſtis potius conuenire dicemus?Tūc eant ſi placet pręmio conducti chori,externiq; cātores:quē
admodum in funeribus fieri videmus:vbi quidā mercede cōducti,Caricę gentis inſtar,miſere de-
functū ipſum deplorant.Hoc certe huiuſmodi cantibus conuenire videſ:eoſq; cū flebiles moeſtiq;
ſint,lugubris quoq; veſtis,vt breuiter dicā,non coronę neq; ornatus aurei decent.Igiſ a nobis ipſis
hoc rurſus exquiro.Verū primā hanc imaginē placeat cātibus adhiberi.CLI.Quā? ATHE.Bonū
inquā omen.Ipſumq; cantuū genus ſemp̄ in benedicendo & feliciter ominando verſeſ.An forte ni
hil interrogādū:ſed aſpergendum id potius,& ſanciendū?CLI.Immo vero ſanciendū prorſus.Cun
ctis eñ hæc lex digna ſuffragiis.ATHE.Quęnam igiſ poſt benedictionem,laudes,bonumq; omen
muſicæ ſecunda lex erit?Nonne vt preces diis,quibus libamus,effundanſ?CLI.Certe.ATHE.Ter
tia vero,vt arbitror,erit lex:vt cū poetæ preces ipſas,petitiones hominum a diis eſſe non ignorent,
diligenter animaduertant,ne mala quaſi bona poſtulent.Ridicula nimiū illius cōditio,qui ita pre-
catur.CLI.Proculdubio.ATHE.Nonne ſupra conceſſimus,non oportere in ciuitate aureas & ar-
genteas diuitias eſſe?CLI.Omnino.ATHE.Cuius igitur exemplar ſermonem hunc eſſe dicemus?
Nonne huius? ꝙ videlicet poetarum genus non omne quæ bona ſunt,quæ non,ſatis cognoſcere
poteſt.Quare ſi quiſq̄ poetarum verbis aut cantu præter ipſam rationem preces non rectas no-
bis tradiderit,is contraria in rebus maximis petere ciues faciet.Quo quidem errore ſicut diximus
non multos maiores reperiemus.Vnam igitur hanc quoq; in muſica legem formamq; ponamus.
CLI.Quam?Dic apertius.ATHE.Nemo poeta præter ciuitatis leges,& iuſta,vel honeſta,vel bo-
na,fingere quicq̄ audeat.Nec liceat quæ compoſuerit,vlli priuatorum oſtendere,anteq̄ conſtituti
hac de re iudices legūq; cuſtodes & viderint & approbauerint.Qui vero muſicę & diſciplinę prę-
ſideant:ferme oſtenſum eſt.Nunquid ergo,quod ſæpe iam quæro,lex iſta nobis formaq; & imago
tertia ſancietur?An aliter?CLI.Sanciatur omnino.ATHE.Poſt hęc rectiſſimum erit,vt hymni lau
deſq; deorum precibus mixtæ canantur:deinde dæmonum heroumq; ſimiliter,cum laudibus pre
ces idoneæ.CLI.Nil prohibet.ATHE.Ad hæc ſequitur confeſtim hæc ſine inuidia lex.Decens eſt
eos ciues laudibus exornare qui ceſſerunt e vita,ſi corporis vel animi viribus res arduas præclaraſ
q; geſſerint:& legibus libenter paruerint.CLI.Quid ni?ATHE.Viuentes autem adhuc laudibus
hymniſq; honorare tutum nō eſt,priuſq̄ vita functus quiſpiam finem viuendi præclarum fecerit.
Hæc omnia viris mulieribuſq; virtute inſignibus communia ſint.Cantus autē & tripudia ita cō-
ſtituantur.Multa priſcorum ſunt circa muſicam antiqua poemata,& ſaltationis genera,de quibꝰ
decentia & commoda conſtitutę ciuitati deligere,nulla inuidia eſt.Quorum electores,nō paucio-
res q̄ quinquaginta ſint annos nati.hi quæ ſufficienter dicta eſſe videantur,eligant:quæ vero im-
probe dicta,omnino reiiciant:& quæ minus ſufficienter,poetis viris muſiciſq; adhibitis corrigant
& abſoluant:atq; virtute ipſorum poetica,non voluptatibus neq; cupiditatibus niſi in paucis qui-
buſdam vtantur:ita vt legum latoris expoſita voluntate,ſaltationem,cantūq; & oēm choreā,pru-
denter ad eam dirigant.Oīs profecto ordinata muſa,q̄uis ſuauis muſa nō adiungaſ,longe melior
eſt q̄ cū eſt ſine ordine.Suauitas autem atq; iucunditas muſis oībus eſt cōmunis.Nam in quacūq;

Lex de recēſendis poematis anteq̄ publicēſ tur.

Qui mortui laudandi.

Viuentes non laudandi.

a primis annis,ad aetatẽ vſq; maturã verſatus aliqs fuerit,eã iucundã arbitrat̃.Quippe ſi in muſa
tẽperata atq; ordinata fuerit educatus,cõtrariã cũ audit odit,illiberalẽq; appellat.Sin vulgarẽ iu-
cũdãq; ſemp audire cõſueuerit,huius cõtraria,frigidã & aſperã eẽ ducit.Quapropter vt mõ dice-
bã,iucũditatis & moleſtię in vtraq; p cõſuetudine nſa par ratio eſt:ſed emolumẽti & detrimẽti nõ
impar.Nẽpe altera meliores,altera deteriores facit vtẽtes.CLI.Pręclare.ATHE.Pręterea cãtꝰ q vi-
ris cõueniãt,& q fœminis,forma quadã diſtinguere debemꝰ:& cõcentibꝰ numeriſq; accõmodare.
Abſurdũ eſt eñ cõcẽtui vniuerſo vel nũero diſſonare:& his ſingulis nõ idonea reddere.horũ igit̃
formæ neceſſario legibus ſtatuẽdę ſunt: & vtriſq; cõuenĩẽter attribuẽdæ.Et qd virũ quidve mulie
rẽ deceat:ex ipſa vtriuſq; naturę differẽtia,declarare.Porro qđ magnificũ eſt & ad fortitudinẽ ten
dit,virile dicẽdũ.Venuſtũ aũt modeſtũq; magis,fœminis eſſe accõmodatiꝰ & diſputatione aſſeue-
rãdũ,& legibꝰ ſanciẽdũ.Atq; ordo qdẽ hic ſit.Deinceps declaremꝰ quõ hęc & qbꝰ tradẽda apienda
q; ſint:& qñ agẽda.Quẽadmodũ vero nauiũ faber carinulas primũ ad nauis formam ſupponit,ſic
ego mihi facere videor.Nã dum vitæ conor figuras diſtinguere: ſecundũ aĩorũ naturas formulas
quaſdã quaſi carinulas iacio:vt qua via & rõne,huius vitę nauẽ p hęc maria ducturi ſimꝰ,recte cõ
ſpiciat̃.Hũanæ qdẽ res magno ſtudio dignę nõ ſunt.Studere tñ neceſſe eſt:qđ ĩfortunatũ dixerim.
Poſtq̃ vero hic ſumꝰ,ſi mõ quodã cõuenĩẽti id fecerimꝰ,ſatis forſan nobis erit factũ.Sed qd dicã,re
cte fortaſſis aliqs quęret.CLI.Recte admodum.ATHE.Oportere igit̃ aio qđ ſtudio dignũ eſt,ſtu-
Hõ ludꝰ deorũ dioſe ſectari:nõ digna vero nequaq̃:Ac deũ qdẽ oĩ beato ſtudio dignũ:Hoĩem vero ſicut ẽt ſupra
dixímꝰ:dei ludo eẽ fictũ:atq; id vere ipſiꝰ optimũ eſſe.Ita igit̃ affectos hoĩes cõſequẽter & mares &
fœminas verſari in ludis q̃ pulcherrimis oportere,cõtra q̃ mõ cogitãtes.CLI.Quo pacto? ATHE.
Nũc certe ſtudia ludoꝝ grã ſequenda eſſe ducũt.Nã rẽ bellicã putãt ſtudio dignã pacis gratia bñ
diſponendã eſſe: cũ ĩ bello nec ludus ineſſe ſoleat,neq; diſciplina rõne digna fuerit vnq̃,nec ſit mõ,
neq; futura ſit.Nos aũt eã diſciplinã ſtudio digniſſimã arbitramur,q̃ hoĩes ĩſtituti q̃ lõgiſſime atq;
optime ĩ pace vitã agãt.Quę aũt ludendi ĩ vita recta ſit rõ:& quales ludi ĩ ſacrificiis canẽdo ſaltã
doq; adhibendi ſint,vt & dii nobis reddant̃ ꝓpitii,& hoſtes fundant̃ ĩ pugna:& quas potiſſimũ res
cãtu & ſaltatiõe imitati hęc vtraq; cõſequi valeamꝰ,qbuſdã quaſi formulis ꝑſignatũ eſt:& vię per
quas eũdũ cõſtratę ſunt. Qua ſane ĩ re credẽdũ eſt poetã bñ ceciniſſe:cũ ait.Telemache,alia qdem
tu mente verſabis:alia tibi daemon ſuggerit.Non eñ te puto ſine numine diuũ genitũ & nutritũ.
Hoc ipm alũnos quoq; nſos cogitare oportet,& ſupiora qdem ſufficiẽter dicta exiſtimare,& ſiqua
deſunt dęmonẽ deũq; ſperare ſibi ſuggeſturũ,qbus.ĩ ſacrificiis chóreiſq; & qñ & q̃ numina ludẽdo
placare debeãt,ſcđm modũ naturę viuẽtes:cũ ipſi res q̃dã mirę ſint vt plurimũ veritatis parũ pti-
cipes.ME.Genꝰ hoĩm hoſpes penitꝰ paruifacis.ATHE.Nõ mireris,ſed ignoſce o Megille.Nã cũ ad
deũ reſpexerim,cõmotuſq; fuerim,hęc dixi.Genꝰ ergo noſtrũ,ſi tibi ſic placet,nõ vile,ſed aliquo di
gnũ ſtudio ſit.Poſt hęc gymnaſiorũ,doctrinarũq; publica ędificia triptito ĩ media vrbe locata ſunt.
Foris quoq; equoꝝ gymnaſia ĩ ſuburbiis ſimiliter tripertito.loca inſup ampla ordinata,vbi iuuen
tus ad arcũ & telorũ iactũ ĩſtruat̃ exerceat̃q;.Q; ſi in ſupioribꝰ nõ ſufficiẽter de his eſt dictũ,nũc &
ſermõe dictũ ſit,& lege ſancitũ:illorũq; olm pegrini magiſtri ꝑtio cõducẽdi:q illic habitãtes:& ad
rẽ militarẽ & ad muſicã,veniẽtes ĩſtituãt.Ac nõ illos tãtũ quos parẽtes voluerint oportet diſcere:
quos vero noluerint,diſciplinas miſſas facere:ſed vt dicit̃,viri oẽs quoad fieri põt,& pueri,vtpote
q ciuitatis magis ſũt,q̃ genitoꝝ,neceſſario diſcãt.Eadẽ quoq; de fœminis q̃ & de maſculis lex mea
ſanciet.eadẽ eñ ab vtriſq; volumꝰ exerceri.Neq; verebor dicere equeſtrẽ diſciplinã atq; gymnaſti
cã,ita mulieribus vt viris,honeſtã eſſe.Hoc eñ ex veteribus audiui fabulis,fidẽq; adhibeo.Noſtris
Circa Põtum mulieres militare:q̃ Sauromatides vocãt etiã tpibus,nõ ignoro eſſe circa Pontũ innumera mulierũ milia:Sauromatidaſq; vocari:qbus non
equorũ mõ verũetiã arcuũ cęterorũq; armoꝝ ęqualis cura cũ viris & exercitatio ſit ĩſtituta.Sed ra
tionem quoq; ad hęc hãc habeo.Aio equidem ſi hęc ita fieri poſſunt,ſtultiſſimũ hoc ĩ noſtris regio
nibus eſſe:vt nõ iiſdẽ ſtudiis mulieres ac viri omni conatu cõſenſuq; dent operã.Ferme eñ ciuitas
oĩs hoc mõ pro dupla,dimidia fit,ex eiſdem laboribus atq; tributis.Qui ſane legiſlatoris error eſt
ingentiſſimꝰ.CLI.Sic apparet.Verũ multa nobis hoſpes pręter Rerũpu.cõſuetudinem dicta ſunt.
ATHE.Totã primo diſputationẽ decet percurrere:deinde qđ potiſſimum videt̃,eligere.CLI.Scite
admodũ modo dixiſti:feciſtiq; vt meipſum reprehendã: ꝙ illa dixerim. Quare deinceps vt lubet
dicas.ATHE.Hoc ipſum mihi placet Clinia qđ modo dicebam.Nam ſi re ipſa nõ ſatis pateret fie
ri haec poſſe,cõtra dici forſan nõnihil poſſet.Nũc vero ſiquis legem hãc aſpnat̃,aliud certe quaerat
oportet.Praeceptum vero noſtrũ non ceſſabit aſſerere,ꝙ oporteat doctrinæ caeterorũq; q̃ maxime
mulieres cũ viris participes fieri.Sic eñ de his conſiderare oportet.Dic age,ſi mulieres cum viris
in oĩ vita ꝑticipes nõ ſint,an nõ neceſſe erit ipſis aliũ quẽdã ordinẽ aſſignare?CLI.Neceſſe.ATHE.
Quem aliũ eoꝝ qui nũc ſunt poti⁹,q̃ noſtrę cõionis ordinẽ aſſignabimꝰ? Vtrũ ſicut Thraces,mu-

ceteręq; alię gētes, agriculturā, bubulcorū paſtorūq; officia, & reliqua opa nihilo a ſeruorū miniſteriis differētia mulieribꝰ tribuemꝰ? An quēadmodū nos, viciniq; oēs noſtri, recōditis in vnā domū rebꝰ vt dicit̃, oībus fœminis penu: cuſtodiā: radios: lanificiū: & ſimilia cōmittemus? Vel Laconicū o Megille quaſi mediū eligemꝰ? vt virgines qdē gymnaſiis & muſicę vacēt, mulieres aūt in otio qdē lanificiū curēt, vitā tñ nō abiectā & tenuē, ſed ſolertiorē quādā agāt. Quinetiā domeſtici cultus cuſtodiēdi penu: educādorūq; liberoꝝ mediā quādā curā ſuſcipiāt. Nec bellis interſint: vt ſi patriā liberoſq; tueri neceſſe ſit, nec ſagittas emittere vt Amazones, nec alia tela ſuſcipe artificioſe poſſint: nec ſcuto haſtaq; ſumpta, imitari deā, ac ꝓ patria obſeſſa generoſe reſiſtere, vt ſi nihil aliud maiꝰ, terrorē ſaltē in acie viſę hoſtibꝰ ipſis incutiāt. Quippe ſi ita vixerint, Sauromatas imitari nūq̄ audebūt: ſed apud ipſas mulieres, mulieres illorū videbunt̃ viri. In his itaq; veſtrarū legū latores ꝓbet q̄ velit. Ego ꝑfecto aliter nūq̄ dicā, perfectū nāq; officiū, nō mediū a legū latore requiro, q̄ nō ſinat reſolui delitiis mulieres, nec maribꝰ ſolis attēdat: ne ꝓ felicitate ciuitatis duplici, ſimplicē ſolum efficiat. MEGIL. Quid hic agemꝰ o Clinia? An patiemur vt Spartā ſic hoſpes inuadat? CLI. Certe. Nā cū dicendi libertas ſibi cōceſſa ſit, quouſq; ſatis de legibꝰ tractatū nō fuerit, interturbādus nō eſt. ME. Probe dicis. ATHE. Meū igit̃ eſt q̄ ſequunt̃, explanare. CLI. Proculdubio. ATHE. Quis igit̃ vitę modꝰ erit, qbus neceſſaria mediocriter ſint p̄parata? Artes vero aliis relictę, agricultura ſeruis cōmēdata, qui fructus ex agris reddāt, q̄ ſatis ſint hoībꝰ modeſte viuētibꝰ, qbus p̄terea cōuiuia publica ſint inſtituta: virorū qdē ſeorſum: & ꝓxime ꝓpinquorū filiarūq; vna atq; matrū. hiſq; cōuiuiis ꝓncipes qdā & viri & mulieres p̄poſiti ſint: q̄ in eis obſeruēt quotidie aīaduertātq; ſingula: deinde coetus ipſos diſſoluāt. & poſtq̄ tā p̄ncipes q̄ cęteri, diis ipſis, qbꝰ dies illa vł nox dicata, eſt libauerint, domū ꝓficiſcant̃. his igit̃ hoībus ſic inſtitutis nullū ne erit reliquū opus neceſſariū ipſiſq; cōueniēs? ſed dediti ventri, more pecorū viuēt? At vero nec iuſtū, nec honeſtū id ducimꝰ. Neq; poſſibile eſt ita viuētē hoīem in id tādē qđ ſibi cōuenit nō incurrere. Cōuenit aūt deſidi obeſoq; per inertiā alali, vt ab alio laboribꝰ exercitato & quaſi extenuato fortiq; raptū dilaniet̃. Hęc vtiq;, ſi ſufficiēter exacteq; vt mō videmur ꝑquiramus, forte nūq̄ fierēt: donec mulieres & liberi & domꝰ & reliqua ꝓpria cuiq; erūt. Si tñ q̄ ſecūda ad ea ſunt & mō tractant̃, aſſequamur, mediocriter certe fiēt. Opus igit̃ ita viuētibꝰ nō paruū neq; vile reſtare dicimꝰ: ſed maximū oīm a iuſta lege mādatū. Nā cū ſinguli viuēdi modi a ceteris oībꝰ operibꝰ diſtrahāt, vt ſiqs Pythia vel Olympia vincere ſtudeat, is aliis rebus vacare nequeat: duplici, imo vero multiplici adhuc cura, vita illiꝰ plena eſt: q̄ recte animi corpiſq; virtuti vacat. Nihil eñ exercitatiōis corporeę, nihil doctrinarū animi moruq; ꝓpter alia negotia negligēdū eſt. Ferme eñ tota dies totaq; nox iſta curāti ad ſufficiētiā eorū ꝑfectionēq; cōſequēdā nō ſufficit. Cū igit̃ hęc ita ſe habeāt, ordo totiꝰ tp̄is liberis hoībꝰ ab ortu ſolis ꝑpetuus ad alterū ſolis ortū ē habēdus. Ridiculus fortaſſe legiſlator habebit̃, ſi multa frequētiaq; & minima q̄q; de familiari adminiſtratiōe narrauerit, cū ī aliis tū etiā ī nocturna vigilia, quā neceſſe eſt vt cōſeruaturi ciuitatē exhibeāt. Nā ſiue lex ſiue officiū id appellādū ſit qđ mō p̄cepimus, certe oībꝰ turpe illud & illiberale videri debet: vt ciuiū aliqs ꝑ totā dormiat noctē: nec primꝰ excitet̃ & ſurgat: ita vt hoc toti familię pateat. Quinetiā vt dña ab ancillis, nō ancillę ab ipſa primū excitent̃, turpe dicēdū apud ſeruos, ancillas, pueros, & domū deniq; ſi poſſibile ſit, vniuerſam. Nocte igit̃ exurgāt: & magiſtratus publicū aliqd, p̄ſes vero matreſq; familię ī domibꝰ ꝓpriis rē ſuā curēt. Sōnus eñ multꝰ, nec corporibꝰ, nec aīs, neq; rebꝰ gerēdis, natura cōducit. Nemo qdē dū dormit, alicuiꝰ p̄tii ē: nō magis q̄ ſi nō viueret. Quare qcūq; viuere & ſapere cupit maxīe, q̄ longiſſimo tp̄e vigilet, ſola ſanitatꝭ cōmoditate ſeruata. Ad hāc vero nō mltō opꝰ ē ſōno: ſi bñ aſſueueris ſomnis. Magiſtratꝰ ꝑfecto nocte ī vrbibꝰ vigilātes malis hoībꝰ tū hoſtibꝰ tū ciuibꝰ terrori ſunt: amādi honorādiq; iuſtis & tēperatis: ſibi & ciuitati vtiles vniuerſæ. Sed nox qdē ita pacta, ad ea q̄ diximꝰ fortitudinē quoq; in aīs ciuiū creat. Sole vero ſurgēte: pueri ad magiſtros ꝓficiſcant̃. Q̄m vero nec pecudes nec alia ꝓrſus vlla ſine paſtore viuere debēt, nec pueri ēt ſine pędagogis ſint: neq; abſq; dñis ſerui. Eſt aūt puer omni beſtia intractabilior. Nā cū prudētię fontē nōdū ꝑfectū habeat, īſidioſiſſimꝰ eſt acerrimuſq; & petulātiſſimꝰ oīm beſtiarū. Ideo mltis q̄ſi frenis vinciēdꝰ ē. Et cū primū a matribꝰ nutricibuſq; ſeiūgit̃: pędagogis eū ad puerilē laſciuiā regendā cōmēdare oportet: deīde vt liberū qdē, doctrinarū potiſſimū gratia p̄ceptoribꝰ: vt aūt ſeruū, caſtiget qcūq; ex liberis forte deprehenderit, puerū ipſum & pędagogum & pręceptorē: ſiqua in re delinquere eos cōſpexerit. Si vero pręſens qs iure nō caſtigauerit: maximo ſubiiciat̃ opprobrio. Rem hanc ille qui de cuſtodibus legum ad principatum puerorū electus fuerit cognoſcat: ſiue ille qui eos dep̄hēdit nō caſtigauerit cum oporteret: ſiue non more caſtigauerit. Acute autem videat hic oportet: diligētiſſimeq; educationē puerorū curet, naturas eorū ſecundū leges ad bonū ipſum dirigens ſemper & cōuertēs. Quomodo aūt hūc ipſum nobis lex ſufficienter erudiet? Non eñ ſatis, nec aperte adhuc dictum eſt: ſed alia tacta: alia prætermiſſa. Oportet autem

De familiari adminiſtratiōe pauca.

De ſōno multo & vigiliis. Nota

Puer oī beſtia intractabilior.

pro viribꝰ nihil relinquere,ſed rõnẽ oẽm exponere,vt iterpres hic aliis & educator ſit.De choreã qdẽ,cãtus,& ſaltatiõis forma dictũ eſt:q̃ eligẽda,corrigẽda,dedicãda ſit.De ſcriptis aũt oratiõe ſoluta nõdũ diximꝰ:q̃nã horũ & quo ordine o optime pueritię cultor,alumnis tuis tradẽda ſint:q̃uis q̃ in re bellica diſcenda exercendaq; ipſis ſunt,iã habeas.Etenĩ ꝙ ꝑcipiẽda ſint q̃ ad literas ꝑtinent primũ,deinde quę ad lyrã,a legiſlatore dictũ eſt.Pręterea q̃ ad cõputationẽ numeroꝝ ſpectãt:qbus opus eſſe diximꝰ:& oĩno q̃cũq; ad bellũ ac rẽ familiarẽ publicãq; cõducũt.Itẽ q̃ ad diuinoꝝ aſtrorũ ſolis lunęq; circuitũ ꝑquirendũ:vt vniuerſa ciuitas nõ ignoret,ordinẽ dierũ in mẽſem,mẽſiũq; in annũ:atq; ita tp̃a,ſolẽnitates,ſacrificia vt decet diſpoſita naturali quodã ductu,viuã ciuitatẽ vigilãtẽq; reddãt,& diis honorẽ tribuãt,& hoĩes ad hęc prudẽtiores efficiãt.Hęc tibi ſic o amice a legiſlatore ſufficienter diſtincta ſunt.ſed q̃ ſequunt̃ aĩaduerte.Nã de literis nõdũ ſatis diſtinctũ fuiſſe diximꝰ:qm̃ quatenus his vacãdũ ſit,nõ eſt declaratũ:vtrũ videlicet exacte eas cõprehendere debeãt,q mediocres futuri ſunt ciues:an nihil oĩno.Similiter quoq; de lyra.Ad literas ergo decẽnes pueri ꝓficiſcant̃:triẽnioq; inſiſtãt.Et q tres ac decẽ egerũt annos,lyrę ſimiliter tres annos incũbãt. Nec liceat aut patri plus vel minus ĩ his liberos detinere:aut liberis ſiue tædio affectis citra id tẽpus,ſiue deſiderio cõpulſis vltra,his rebꝰ cõtẽpta lege vacare.Siq̃s nõ paruerit,honores q diſciplina ꝑditis dant̃,quos poſtea narrabimꝰ:nõ cõſequat̃.Sed qd in his annis docere magiſtri,adoleſcenteſq; diſcere debeãt,audi.Literas donec legere ſcribereq; poſſint,ꝑdiſcãt. Velociter aũt aut perpulchre faciãt,nec ne,niſi natura in hoc tp̃is ſpatio iuuerit,nõ eſt curandũ.Monimẽta vero poetarũ in qbus lyra nõ vtunt̃,partim metrice ſcripta,partim ſine metro:q̃ qdẽ rhythmo harmoniaq; carentia fallacia ſcripta ſunt nobis a nõnullis hmõi hoĩbꝰ tradita,qua rõne vſui dabitis o oĩm optimi cuſtodes legũ?Legũ quoq; latorẽ,qualẽ iſtoꝝ vſum vobis recte tradat,dubitaturũ arbitror.CLI.Quid hoſpes tecum ita dubitaſti?ATHE.Recte tu Clinia.ſed ad vos q de legibus cõiter mecũ cõſideratis neceſſe ẽ vt & q̃ certa & q̃ dubia mihi vident̃,aperiã.CLI.Quid ergo de his mõ dicis?qd te mouit? ATHE.Dicã eqdẽ.Profecto innumeris hoĩbus nõ eſt facile cõtradicere.CLI.Nũqd parua & pauca de legibꝰ iã dicta putas multis cõtraria?ATHE.Vere prorſus id dicis.Iubere nãq; videris,vt q̃uis multis hoc iter arduũ odioſumq; ſit,peragã tñ cõſidẽter:ꝓq; legũ ſemitã,ꝑñtibꝰ ſermonibꝰ patefactã nihilo ꝓtermiſſo ꝓgrediar:cũ iter hmõi forſan nõ paucioribꝰ,& ſi paucioribꝰ,nõ deterioribꝰ placeat.CLI.Certe.ATHE.Nihil igit̃ prætermittam.Dico eqdẽ,poetas multos hexametro carmine, multos trimetro,aliiſq; generibꝰ metrorũ ſcripſiſſe:ac alios ſeria,alio s iocoſa finiſſe cõplexos.Quæ cũcta multi facultatis hmõi ꝓfeſſores,aſſerũt recte educãdis iuuenibꝰ ediſcẽda,vt ex varioꝝ poetarũ peritia facũdi reddant̃.Alii capita q̃dã ex oĩbus electa,& in idẽ cõducta,memorię cõmẽdãda cõtendũt,ſi mõ q̃s noſtrũ ex multorũ peritia atq; notitia,ꝓbus vir & ſapiẽs eſt futurus.Tu vero qd ab his recte dicat̃,qd cõtra,libere a me nũc explicari iubes?CLI.Quid ni?ATHE.Ego igit̃ qd potiſſime de his oĩbꝰ vno verbo ſufficiẽter dicã?hoc equidẽ arbitror:qd mihi ab oĩbus cõcedet̃.Multa a poetis probe,multa etiã cõtra eſſe dicta.Quod ſi ita ſe habet,multorũ ediſcendorũ ſtudiũ iuuenibus periculoſum eſſe aſſero.CLI.Quomõ ergo,& qd cuſtodi legũ pręcipis?ATHE.Qua de re dicis? CLI.Quonã ſibi reſpiciẽdũ quaſi ad exemplar quoddã:vt alia ꝑdiſcẽda iuuenibꝰ:alia ne attingẽda qdẽ iubeat:ne dicere id graueris obſecro.ATHE.O bone vir Clinia,videor quodãmõ fortunatus. CLI.Qua in re maxime?ATHE.Q; penitus exẽplo nõ careã.Nẽpe cũ ea q̃ ab aurora ad hãc horã nõ ſine quadã deoꝝ inſpiratione,vt mihi videmur,narrauimus,aĩaduerto,poeſi quodãmõ ſimilia mihi vident̃.Nec mirũ eſt,ſi ꝓprios ſermones quaſi ſimul oẽs collectos reſpiciẽs,ſic afficior,vt admodũ lętet.Omniũ enĩ q̃ aut poetice aut ſoluta oratione dicta didici & audiui,moderatiſſima hęc mihi,inſtruendiſq; iuuenibꝰ idonea maxime vident̃.Quãobrẽ qd melius exemplũ legũ cuſtodi atq; doctori ꝓponã,nõ habeo,q̃ vt magiſtros cogat pueris hęc exponere:& quęcũq; alia his ſimilia:ſiue poetice ſeu ſoluta oratiõe ſcripta ſint:ſiue ſimpliciter dicta qdem,& huic diſputationi cõſentanea. quæ nullo modo pretermittat oportet:ſed operam det vt ſcribantur,ac primum pręceptores ipſos compellat diſcere hæc,atq; probare:& eos qui non probent repellat:his vero qui probant,erudiendos inſtituendoſq; adoleſcentes committat.Sed de literis,earũq; magiſtris:iam ſatis. CLI.A propoſito quidem hoſpes vt mihi videtur,non aberrauimus:ſed vtrum recte totam rem,an contra agamus,forſan difficile dictu.ATHE.Tunc demum Clinia id quoq; patebit,vt decẽs eſt,quando ſicut ſæpenumero diximus:legum tractatio finem accipiet.CLI.Recte.ATHE.Verum poſt literarũ magiſtrum nonne de cithariſta dicendum?CLI.Cur non?ATHE.Si ſuperiorum memores erimus verborũ,cithariſtis cõgruũ & docẽdi & educãdi quantũ ad ſua ſpectat,vt reor,officium dabimus. CLI.De quibus dicis?ATHE.Oportere diximus dionyſiacos cantores ſexaginta annos natos rhythmorum naturas harmoniarũq; conſtitutiones acute ſentire:vt in cãtibus affectus animi imitãtibus,probi animi imitatiões,ab imitationibus improbi ſecernere poſſint:& has qdẽ reiiciãt,illas in

mediū deductas,adoleſcētū aurībꝰ cōcinār,trahātq; eoꝝ alios imitatiōe quadā ꝑductos ad virtutis
ipſius poſſeſſionē.CLI.Vera loqueris.ATHE.Quapropter cithariſtā diſcipuluſq; eiꝰ oportet lyræ
vocibꝰ vti,eiꝰ expreſſionis gratia,q̃ ex canoris fidibꝰ ꝓuenit,& vocibꝰ voces cōſonas reddere. Di-
uerſitatē vero varietatēq; lyrę,cū alios fides modulos reddāt,alios poeta cātꝰ ipſiꝰ auctor,vt ſpiſſi
tudinē ꝓterea raritati,velocitatē tarditati,acumē grauitati,& oīnō cōſonū ſimul & diſſonū ꝓſtent:
rhythmorūq; vniuerſa varietas,lyrę vocibꝰ accōmodeť, afferre illis nō licet:q triēnio vtilitatē mu
ſicę ſunt facile ꝑcepturi.Cōtraria eñ cū ſeinuicē cōfundāt,difficile diſcūť.Oportet aūt vt facile iu
uenes diſcāt.Nā nec parua nec pauca ſunt:quę neceſſario illis ꝑdiſcēda mādamus.Hęc aūt oratio
ꝓgrediēs cū tēpore ſimul oſtēdet.Hęc de muſica doctores ꝓcurēt.Quę vero verba,cātuſve chorea
rū magiſtri docere debeāt,ea nobis in ſuꝑioribꝰ diſtincta ſunt:q̃ dedicāda cōmode ſolēnitatibꝰ dixi
mꝰ:vt vna cū felici oblectamēto vtilitatē quoq; ciuitatibꝰ ꝓbeāt.CLI.Vere hęc ēt diſtixiſti.ATHE.
Hęc itaq; vere diſtincta electus ad muſam magiſtratꝰ ſuſcipiat:curetq; feliciter.Nos vero ſicut mu
ſicę docēdi modū q reſtabat,adiecimꝰ,ita nūc ſaltationi & vniuerſę corꝑis gymnaſticę,cū idem reli
quū ſit,idem quoq; adiiciamus.Pueros etenī puellaſq; oportet tripudiū & gymnaſticā diſcere.Nō
ne?CLI.Sic oportet.ATHE.Saltandi igiť magiſtri pueris,ac puellis magiſtrę denť:vt his apte exer
ceanť.CLI.Denť prorſus.ATHE.Rurſus virū illū plurima negotia ſubiturū,vocemꝰ puerititię cu-
ratorē:q cū & muſicę & gymnaſticę curā habeat:nūq̃ otio abundabit.CLI.At quo pacto tantā cū
ſenior ſit,curā ſufferre poterit?ATHE.Facile o amice.Lex eñ ipſi cōceſſit,cōcedetq;,vt ad eā curā
quos velit ciuiū & viroꝝ & mulierū accipiat ſocios.Ille aūt q deligēdi ſint cognoſcet:voletq; ſocios
ꝓbos deligere:cū magiſtratus ipſius magnitudinē prudenter & cognoſcat & vereať:nec ignoret
ꝙ ſi pueritia recte educata ſit,educeťq;,oīs in vita recta ſit nauigatio.Sin contra,qd cōtra ſequať:
nec dictu dignū eſt:neq; nos dicimꝰ,ꝑniciōſum in ciuitatē nouā omen fugiētes.Multa iā de ſalta-
tione,deq; oīni motu gymnaſtico diximꝰ.Gymnaſia eñ oēs etiā exercitatiōes bellicas appellamus:
vt ſagittādi:iaculādi:peltaſticē quoq;,& oēs armatorū dimicationes:acierū ordinatiōes:ductiones
exercitus:caſtroꝝ poſitiones:& q̃cūq; ad equeſtrē ꝑtinēt diſciplinā.Quorū oīm publicos oportet eſ
ſe magiſtros a ciuitate cōductos:q pueros & puellas:viros & mulieres doceāt:vt oēs q in ciuitate
ſūt,hęc oīa ſciāt.Et puellę qdē ſaltare pugnareq; cū armis cōſueſcāt:Mulieres aūt caſtra mouere,or
dines ſtruere,& arma ſumere atq; deponere:ſi nulliꝰ rei alteriꝰ gratia,attñ ſi res cogat vt ī militiā
viri oēs ꝓficiſcanť,poſſint ipſę interim ſiqd aduerſi acciderit,ciuitatē defendere:vel ſi tāta hoſtiū
multitudo agros inuaſerit vt neceſſe ſit mulieres quoq; ꝓ ciuitate arma capere.quoꝝ nihil eſt qđ
nō facile euenire poſſit.Magno certe Reip.vitio dandū eſt:ita graue mulieres educari,vt nec velu
ti aues qdē ꝓ filiolis cōtra feroces audeāt beſtias pugnare,moriq; potiꝰ velint,cūctaq; ſubire pericu
la:q̃ ſtatim ad aras tēplaq; cōfugere,opinionēq; de gñe hoīm dare,oīm ignauiſſimū aīaliū eſſe.CLI.
Per Iouē hoſpes & dedecori hoc & detrimēto eſt ciuitati.ATHE.Legē igiť hāc ſanciamꝰ,vt rē belli
cā mulieres nō negligāt:ſed ciues oēs tā mulieres q̃ viri,illi dent operā.CLI.Sāciamus.ATHE.De
luctatione qdem partim nobis eſt dictū.Qđ vero,vt arbitror,maximū eſt,non diximus,nec facile
dictu eſt,niſi qs verboꝝ declarationi corporis geſtus adiungat.hoc ergo tunc iudicabimus,qñ ver
ba rebus cōiuncta apertiꝰ aliqd etiā de cęteris ſignificabūt,& luctationē maxime oīm motuū pręlio
affinē eē:& oportere nō ꝓlio huiꝰ cauſa,ſed huic gratia ꝓlii operā dare.CLI.Probe id qdē. ATHE.
Sed de luctandi qdē facultate hactenus ſit dictum.Cæteros vero corporis totiꝰ motus,quoꝝ pluri
mi ſaltationis noīe recte appellari poſſunt,in duas ſpēs diſtribuimus.Nā alius qdē motus decētiori
bus geſtibus corporis honeſtū dignūq; aliqd imitatur:alius contra indecentioribus,ad vile aliqđ
imitādo deducit.Et vtriuſq; rurſus duę ſunt ſpēs.Honeſtus eñ digniorq; motus alius eſt,cū ī bel
lo violētiſq; laboribus egregio corpore fortiq; aīo implicamur.Alius,dū animꝰ in rebꝰ ſecundis mo
derate lętať.Hūc ſiqs pacificū appellet motū,ſecūdū naturam appellare videbiť.Illum vero a paci-
fico diuerſum Pyrrhichē recte qſq; vocabit,qui imitať flexus corporū,qbus tela plagæq; vitanť,de
clinādo,cōcedēdo,exiliendo in altū,humiq; ſe cōtrahēdo:contrarios item geſtus,quibus videlicet
aduerſus alios quicq̃ inferť ſagittādo,iaculando,cædēdo.In his oībus arbitrari oportet,quando in-
trepidꝰ & cōſtās habitꝰ ī mēbroꝝ rectitudīe & fortitudīe animi adhibeť,recte fieri:qñ vero cōtra,
nō recte.Sed & paci cōuenientē ſaltationē hoc pacto ī ſinglis cōſideremꝰ,vtrū recte nec ne ꝑ natura
honeſtę ſaltatiōis decēter qs ī choreis optīa lege eruditoꝝ viroꝝ verſeť.Primū vero ābigua q̃ ī con
trouerſiā cadit ſaltatio,a nō ābigua diſtīguēda ē.q̄nā igiť hæc?& quo pacto vtraq; diſtīguēda?Am
biguā arbitramur,q̃ bacchica,Bacchūq; ſequētiū ē.Quas Nymphas,Panes,Sylenos,ac Satyros vo
cāt.q̃ qdē vt aiūt vinolētos imitať,luſtratiōes & ſacra faciētes.Totū hoc ſaltatiōis genꝰ,neq; ꝙ bel
lo cōueniat,neq; ꝙ paci,neq; qd ſibi velit facile determiari pōt.Rectiſſimū igiť mihi videť id ita di
ſtīgueť,vt ſeorſū a belli ſeorſū ēt a pacis ſaltatiōe id ponamꝰ:negāteſq; hoc eē ciuile,atq; iō reliquā

Cur mulieres oporteat arma & caſtra tractare diſcere.

tes,ad belli paciſq; q̄ ſine cōtrouerſia eſt,ſaltationē ad nos pertinentē iā reuertamur.Genus aūt il-
lud muſę,quo in pace & ꝓſperitatis opiniōe vtimur deos deorūq; filios honorātes,bipartito diſtin
guit.Alterū eni cū picula laboreſq; euaſim⁹ & bona adepti ſumus,adhibet:qđ maiores cōtinet vo
luptates.Alterū priorib⁹ bonis ſeruatis auctiſq; agi ſolet:i quo remiſſior ē voluptas.In hmōi vero
rebus,qſq; ex maiori voluptate cōcitati⁹,ex minore remiſſius qſq; mouet.Modeſtior etiā q̄libet,&
ad fortitudinē exercitatior pacatius mouet.Ignauus cōtra & ad tēperātiā minime exercitat⁹,ma-
iores vehemētioreſq; mouēdi ꝑmutationes agit.Cōiter aūt ſeu cantu ſiue aliter qs loquat:gero id
corpe facere neq̄t.Quapropter verborū imitatio corporis figuris expſſa,artē oēm ſaltatricē pepe-
rit.qua cōcinne nōnulli,alii incōcinne mouent.Cūq; in aliis multis noib⁹ bñ & ſcđm naturā poſi-
tis laudāda antiqtas ſit,i hoc quoq; ꝓbāda eſt,ꝙ ſaltatiōes cūctas moderatoꝝ hoīm in reb⁹ ſecun-
dis tēperate gaudētiū,recte admodū muſiceq; & ſecūdū rōnē cōcinnitates qſqs ille fuerit,noīauit:
duaſq; honeſtę ſaltatiōis cōſtituit ſpēs:& belli qdē Pyrrichē,pacis cōmode cōcinnārē vocauit. Hęc
debet legiſlator figuris q̄buſdā exponere,cuſtos aūt q̄rere,& inuēta cū alia muſica cōiungere:atq; i
ſolēnib⁹ ſacrificiis diſtributa,ſingula ſingulis dedicare:& ita ordinata ſtabilire,vt nihil eoꝝ poſtea
nec i ſaltu nec i cātu aliter fiat:ſed i eiſdē voluptatib⁹ ciuitas eadē pſeuerās,ciueſq; iidē ſimiles ſem
p ꝓ virib⁹ pmanentes,bñ beateq; viuāt.Sed iā de honeſtis pulchrorū corporū,generoſorūq; aiorū
choreis dixim⁹.Deformiū vero corporū cogitationūq; mot⁹ q ad riſum & comoediā,verbis,cantu
ſaltatione,oībuſq; hmōi imitationib⁹ ſpectāt:cōſiderare & cognoſcere neceſſe eſt.Nā ſeria ſine ridi
culis,& oīno ſine cōtrariis cōtraria cognoſcere qdem īpoſſibile eſt:ſiqs prudēs eſt futur⁹. Fieri aūt
ambo minime poſſunt,ſiquo pacto virtutis participes euaſuri ſumus.Sed hęc huius gratia cogno
ſcēda ſunt:ne ꝓpter ignorātiā ridiculū aliqđ agat aut dicat:cū minime oporteat.Serui igit & pere
grini ꝓtio conducti talia imitent:ſtudiū vero ipſis nullū adhibeat.Nec adeo liber ſit ciuis, ſeu vir
ſiue mulier,q diſcere iſta cernat,ſed noua ſemp de his appareat imitatio:atq; ita ad riſum ſpectāres
ludi Comoediæ vocabulo appellantur,ratione ac lege diſpoſiti ſint. Tragoedi vero poetæ q res vt
aiūt ſerias narrāt:ſi nos ſic interrogēt,licet ne o amici i regionē ciuitatēq; veſtrā nobis venire:poe
mataq; noſtra ad vos pferre?An aliter vobis de re tragica viſum ē?qđ ad hęc diuinis viris recte nos
rñdebim⁹?Nā mihi qdē ita videt.Nos vero o viri optimi,tragoedię q̄ pulcherrimę & optimę quo-
ad fieri pōt ſum⁹ poetę.Nēpe vniuerſa Reſp.noſtra pulcherrimę optimęq; vitę imitatio eſt:quā rē
nos certe tragoediā veriſſimā arbitramur.poetę ergo vos eſtis:poetę quoq; eiuſdē poematis ipſi ſu
mus:& quaſi æmuli ad opus pulcherrimū tragoedię cōtēdim⁹:qđ ſola lex vera,vt ſperam⁹,pōt pfi
cere.Verū nolite credere,facile a nobis admitti:vt ſcænas i foro cōſtituatis,& clamoſos cōducatis
hiſtriones,q altius q̄ nos exclamēt:atq; ita ad liberos noſtros,ad vxores,ad turbā vrbis oēm,de eiſ-
dē reb⁹ nō eadē q̄ nos ſed cōtraria ſęp cōcionemini.Inſanirem⁹ eni & nos oīno & ciuitas oīs:ſi an
teq̄ magiſtrat⁹ viderint q̄ cōpoſuiſtis,& dicenda ad populū iudicauerint,admitteremini.Nūc igit
o viri optimi molliū muſarū alūni iſtos cātus veſtros cū noſtris apud principes cōparabimus:& ſi
q̄ dicunt,eadem aut meliora noſtris eſſe videbunt,chorū vobis dabimus.Sin vero aliter o amici,nū
q̄ dare poterim⁹.Hęc ita de oīni chorea eiuſq; doctrina legib⁹ & morib⁹ cōſtituta ſint:& ſeruorū q
dem ſeorſum a dominorū officiis: ſi vobis quoq; videt.CLI.Videt certe.ATHE.Sed liberis tres ad
huc reſtāt doctrinę.Vna cōputatio numeroꝝ.Altera lōgitudinis,latitudinis,ꝓfunditatiſq; menſu
ra.Tertia circuit⁹ aſtrorū notitia.Quę oīa nō exacte multi ꝑdiſcent,ſed pauci:quos ad finē ꝓgreſſi
ſignificabimus.ſic eni decet.Multitudini vero,q̄ neceſſaria ſunt,rectiſſimeq; dicunt,turpe eſt neſci
re.Sed exq̄ſite cūcta ꝑquirere,nec facile eſt,nec oīno poſſibile.Qđ ex ipſis neceſſariū ē,reiici nō pōt.
Immo vero ad hoc ipm reſpexiſſe videtur,qui prouerbio primus ita de deo eſt locutus:ꝙ nec deus
vnq̄ cū neceſſitate pugnabit.qđ eq̄dem de diuinis neceſſitatibus intelligēdū arbitror.Nā ſi hoc de
humanis neceſſitatib⁹ dicat:ad quas multi reſpicientes tale qđ aiūt,longe oīm ſtultiſſima erit ora
tio.CLI.Quęnam igitur hoſpes non humanæ:ſed diuinę doctrinarum neceſſitates ſunt?ATHE.Il-
las arbitror,quas qui non diſcit vllo modo nec experitur,nunq̄ hominibus deus ſit,nec dæmon,
nec heros : vt curam hominum ſtudioſe habere poſſit . longe etiam aberit : vt homo diuinus
fiat:ſi nec vnum,nec duo,nec tria,nec paria omnino atq; imparia poteſt cognoſcere:ſi nec numera
re nouit:nec dies & noctes dinumerare:nec ſolis ac lunæ cæterorumq; aſtrorum lationes accepit.
Quæ ſiquis neceſſaria neget homini pulcherrimarum doctrinarum quamlibet percepturo,ſtultiſ
ſime cogitabit.Sed qualia horum ſingula ſint,& quot,& quādo diſcenda:& quid cum alio:& quid
ſine aliis ſolum:& quę ſit vniuerſa iſtorū mixtura,recte ante omnia eſt diſcendum.deinde his do-
ctrinis ducibus ad alias gradiendū.Sic eni natura neceſſitas ipſa obtinuit:qua cum deorum nullū
dicimus aut pugnare nunc,aut vnq̄ pugnaturum.CLI.Recte hoſpes ac ſecundum naturam quæ
dicis ita dici vident.ATHE.Sic ſe res habet o Clinia.Sed difficile eſt de his hoc ordine propoſi-

Quæ neceſſa-
ria ſunt:turpe
eſt neſcire.
Nūq̄ deus cū
neceſſitate pu-
gnabit.

tis leges ferre. Quare ĩ aliud tẽpus ſi videť dilata diligẽtiꝰ hęc legibꝰ ſanciemꝰ. CLI. Videris hoſpeſ
noſtrã de his rebꝰ ĩperitiã formidare. Neq; id iniuria. Verũtñ exponere coneris: nihil hac de cã ve-
ritꝰ. ATHE. Formido eqdẽ qđ dicis: ſed multo magis eos ꝑhorreſco: q has doctrinas guſtarũt qdẽ
ſed male guſtarũt. Nõ eñ graue admodũ qddã eſt & durũ rerũ cũ ĩperitia: nec ſummũ malũ: ſed
multo ꝑniciosiꝰ ẽ male cõparata multarũ rerũ ꝑitia atq; notitia. CLI. Vera loqueris. ATHE. Opor
tet igiť liberos hoĩes ea diſcere: q̃ vna cũ literatura, magna pueroꝝ turba ĩ Aegypto ꝑdiſcit. Primũ
eñ cõputatiõis doctrina ſit ꝓpter pueros excogitata: cũ ludo & voluptate ꝑcipiť. Pomorũ corona
rũq; pluribꝰ paucioribuſve diſtributio ſit, iiſdẽ cõpetẽtibꝰ numeris. Pugilũ quoq; & luctatorũ cõſeſ
ſus, & conſortii alternꝰ, & cõſequẽs ordo, vt fieri ſolet, digeriť. Phialas aũt aureas, ęneas, & argẽteas,
ſimileſq; alias ludẽdo imiſcẽtes, vel totas alter alteri tradẽtes, neceſſarios vt dixi ludis nũeros aptãt
atq; ita vtilitatẽ ꝓbent diſcẽtibꝰ, ad exercitꝰ ducẽdos: caſtrorũ ordines: ad Rẽp. diſponẽdã: & ad re
liq̃ oĩa: vigilãtioreſq; ipſos reddũt. Deinde cũ natura ignoratio turpis atq; ridẽda de mẽſura lõgitu
dinis, latitudinis, & ꝓfunditatis oẽs hoĩes teneat, hac eos ꝓcul abducũt. CLI. Quã igiť & q̃lẽ ignorã
tiã dicis? ATHE. O amice Clinia, ego ẽt cũ aliq̃ñ audiuiſſem, ſero tãdẽ hãc noſtrã ignorãtiã miratꝰ
ſum: nec hoĩm, ſed ſuũ pecorũq; cõſiderãti mihi viſa eſt. Ideoq; nõ mea ſolũmõ, verũetiã graecorũ
oĩm cã vehemẽter erubui. CLI. Dic planius hoſpes, qđ hoc eſt? ATHE. Dicã eqdẽ. Immo vero ĩter-
rogãdo aperiã. Reſpõde queſo. Lõgitudinẽ noſti? CLI. Quid ni? ATHE. Quid latitudinẽ? CLI. Certe.
ATHE. An q; haec duo ſunt: & ꝓfunditas tertiũ? CLI. Et hoc. ATHE. Videnť tibi haec oĩa inuicẽ
poſſe cõmẽſurari? CLI. Sane. ATHE. Lõgitudinẽ inquã ad lõgitudinẽ: & latitudinẽ ad latitudinẽ:
& ꝓfunditatẽ ſimiliter cõmẽſurari poſſe natura. CLI. Vehemẽter qdẽ. ATHE. Q; ſi aliq̃ neq; vehe
mẽter neq; remiſſe id poſſunt: ſed alia poſſunt qdẽ, alia minime: tu aũt putas oĩa poſſe, quo mõ ad
hęc es affectꝰ? CLI. Male. ATHE. Quid rurſus lõgitudinẽ latitudineq; ad ꝓfũditatẽ, vel latitudinẽ
lõgitudineq; inuicẽ? nõne gręci oẽs opinanť quodãmõ poſſe cõmẽſurari? CLI. Oĩno. ATHE. Q; ſi
nullo pacto poſſunt: oẽs aũt gręci, vt dicebã, poſſe exiſtimãt: nõne par eſt nos oĩm cã rubore cõmo
tos ad eos dicere: hoc vnũ de illis eſt o Graecoꝝ optimi, q̃ ignorare qdẽ turpe eſſe dicebamus: noſſe
aũt neceſſaria, nõ admodũ ꝑclarũ? CLI. Cur nõ? ATHE. Pręterea alia q̃dã ſunt his affinia: in q̇bus ſi
militer erramꝰ. CLI. Quęnã? ATHE. Qua natura factũ ſit: vt alia inuicẽ cõmẽſurari poſſint qdem, — *Cur alia cõmẽſurabilia: alia ĩcõmẽſurabilia*
alia vero nõ poſſint. hęc ſane cognoſcere neceſſariũ eſt, vel oĩno inutilem eſſe illũ q ignorat. In his er-
go animi cã trahere morã oportet. Senilis eñ hic ludus multo iucũdior erit q̃ talorũ & teſſerarũ:
liberoq; hoĩe dignior. CLI. Quid ni? Multũ eñ teſſerę hęq; doctrinę inter ſe diſtare videnť. ATHE. — *Cur comparãdę ſint mathematicae ſciae.*
Hęc ipſe o Clinia diſcũda iunioribꝰ cenſeo. Nã nec noxia neq; difficilia ſunt: & ludendo ꝑcepta, ꝓde
rũt ciuitati. oberũt aũt nũq̃. Attẽdendũ eſt aũt, ſiq̇s aliter dicat. CLI. Quid ni? ATHE. Si hęc ita ha
bere ſe videbunť, ꝓbabimꝰ vtiq;. Sin aliter, reprobabimꝰ. CLI. Ita certe. Nõne igiť hoſpes hę nobis tã
q̃ neceſſarię doctrinę mõ ſanciendę ſunt, nc inanis ſit nobis legũ tractatio? ATHE. Sanciant qdem:
ſed ea cõditiõe vt ſolui a reliquo diſciplinę ciuilis ordine poſſint, ſi forte nullo mõ vel ponentibus
nobis, vel vobis, q̇bus poſita fuerint, ꝓbabunť. CLI. Iuſta hęc eſt poſitio. ATHE. Sed aduertamꝰ nũc
vtrũ ſtellarũ nobis doctrĩa placeat. CLI. Dic mõ. ATHE. Mirũ qđ ĩ his accidit: qđ tolerari minime
põt. CLI. Quid illud? ATHE. Maximũ deum, totũq; mũdum dicimus inquirendum nõ eſſe, nec re
rum cauſas multo ſtudio indagandas. nec pium id ducimus: cũ tñ cõtrariũ videať recte fieri poſ-
ſe. CLI. Quo pacto dicis? ATHE. Nempe hęc aliena qdem a ſenioribus doctrina videbitur: ſed cum
probam, veram, ciuitatiq; vtilem ac deo ipſi amicam putem, ſilere non poſſum. CLI. Conſentanea
loqueris. Sed nunquid circa ſtellas doctrinam talem reperiemus? ATHE. Mentimur nunc o boni — *Solẽ & lunã magni dii.*
viri de magnis diis, ſole dico ac luna, vt breuiter dicã, gręci oẽs. CLI. Qua rõne mẽtimur? ATHE.
Solem ac lunam nunq̃ iter idem facere opinamur: & alias quaſdam cũ his ſtellas errare dicimus
quas planetas vocamus. CLI. Per Iouem hoſpes verum ẽ qđ dicis. Saepe nanq; ipſe oculis vidi luci-
ferum & Heſperum & alias quaſdam nunq̃ eundem facere curſum: ſed omnino errare. Solem aũt
ac lunam errare ſemper, omnes cognouimꝰ. ATHE. Hęc o Megille & Clinia ſunt quae iunioribus
ciuibuſq; noſtris de diis caeleſtibus vſqueadeo diſcenda cẽſeo: vt in eos prophanũ nihil loquanť: ſed
ſacrificando pieq; vouendo laudibus ſemper honorent. CLI. Rectum quidem hoc: ſi modo poſſi-
bile primum eſt quod dicis perdiſcere: deinde etiam ſi minus recte de his nunc loquimur. poſtq̃ ve
ro didicerimus, recte loquemur. ſi inquam ita eſt, ego quoq; talem doctrinam eatenꝰ diſcendã eſſe
cõcedo. Hęc igiť ita ſe habere: conare tu qdẽ diligẽter exponere: nos vero audiemus atq; diſcemus.
ATHE. Non eſt facile quod dico ꝑcipere: nec rurſus oĩno difficile: nec longo vt diſcutiať, indiget
tẽpe. Cuius ſignũ eſt: qđ ipſe nec nuꝑ nec iã olim audiui, & nunc in breui tẽpe ſignificare vobis poſ-
ſum. Quę tñ ſi difficilia penitus eſſent, nec ego declarare, nec vos ꝑcipere in hac ętate poſſetis. CLI.
Vera dicis. ſed quęnã hęc eſt doctrina: quã mirabilẽ eſſe dicis, & iunioribꝰ neceſſariã, nobiſq; ignotã?

Q̃ planetę nõ errãt:nec qđ velociſſimũ id tardiſſimum.

Conare apertiſſime iſtud oſtendere.ATHE.Conabor eqdẽ.Nõ eſt o viri optimi vera hęc de ſole & luna caeteriſq; ſtellis opinio,ꝙ vnq̃ pererrẽt.ſed cõtra ſe res habet. Vnũ eñ quoduis illorũ iter nõ multa circulo peragit:q̃uis videaꝛ per multa ferri.Quod vero in eis velociſſimum eſt,nõ recte tardiſſimũ,& cõtra cõtrariũ iudicamus.Peccareq; ita opinãtes patet.Nã ſi i olympico ludo,curſu certãtes ſpectaremus,& velociſſimũ tardiſſime,tardiſſimũ velociſſime currere ꝑdicaremus:laudibuſq; viciſſe victũ caneremus:nõ placerent,vt arbitror,laudes noſtrę curſorib⁹.Nũc vero cũ de diis ſimiliter peccemus,nõne ridiculi ſumus,ſimiliterq; aberramus a recto?CLI.Ridiculi qdem nullo pacto neq; tñ accepti deo,dũ falſa de ipſis canimus.CLI.Si hęc ita ſe habẽt,vera dicis.ATHE. Atq; ſi ita habere ſe oſtẽderim⁹,diſcẽda vſqueadeo hęc oĩa. Sin minime,dimittẽda:nobiſq; ita de his cõceſſum ſit.CLI.Prorſus.ATHE.Sed inſtituta iã de doctrinarũ diſciplina finẽ habeãt.De venatu aũt ſimiliter iudicandũ:ac de hmõi oĩbus.Videꝛ eñ legũ latoris officiũ nõ ſolũ hoc eſſe vt leges cõſcribat:ſed etiã vt medio vtaꝛ illo,qđ inter admonitionẽ eſt & leges:quo & nos ſaepius vſi ſumus:ꝑſertim cũ de educatione infantiũ loqueremur.Nã in hac re multa eſſe dixim⁹,quae nõ ita dici poſſunt,vt leges de ipſis ponanꝛ,idq; tẽtare demẽtis eſſe.Ita vero cõſcriptis legibus & Rep.cõſtituta,nõ eſt ꝑſtãtis virtute ciuis perfecta laus,qua diciꝛ eũ bonũ eſſe ciuẽ,qui legibus q̃ optime miniſtrauit:& q̃ maxĩe paruit:ſed ꝑfectior illa eſt:eũ eẽ talẽ:q legũ latoris,leges ferẽtis:& laudãtis vituperãtiſq; ſcriptis oĩno per totã vitã paruit.haec ciuis ꝑcipua laus eſt.Nẽpe oportet vt legis cõditor leges nõ ſolum cõſcribat,ſed etiã declarationẽ quãdam his adiungat:qua quae honeſta turpiave ſibi videnꝛ,ſignificet.Ciuẽ quoq; ſummũ oportet nõ minus haec,q̃ quae mulcta ĩpoſita a legib⁹ mãdata fuerint obſeruare.Ad hoc vero rẽ,qua de agiꝛ,quaſi teſtẽ adducimus.Magis eñ quod volumus apit.

De venatione.

Venatus eñ res latior eſt,nomine vno cõprehenſa.Alius aquaticorũ,alius volatiliũ,alius pedeſtriũ:nec ferarũ ſolũ,verũetiã hominũ,horũq; nõ bellicus tãtũmodo,verũetiã q per amicitiã.& alius qdẽ laudem,alius vituperationẽ habet.Rapinę quoq; latronũ,caſtrorũq; venatus ſũt.Quãobrẽ qui de venatu leges eſt conditur⁹,nec iſta ꝑterire põt,neq; ſingulis ordine certo atq; mulcta, minaces leges imponere. Quid ergo de his faciẽdum eſt?Oportet vt legiſlator quae in venatione laudanda ſunt,laudet:q̃ cõtra,vituperet,ad iuuẽtutis exercitationẽ.Iuuenes aũt cũ audiuerit,ita parere debẽt,vt nec labore nec voluptate reuocati aliter faciãt q̃ legiſlator cõſuluit.Immo vero magis honorent,q̃ cũ laude dicta & exhortãdo ꝓpoſita ſũt,q̃ q̃ minaci & vĩdice lege firmata.His ita ꝓpoſitis cõgrua deinceps laus & vituperatio venatiõis cõſcribi poteſt:vt q̃ meliores aĩos iuuenũ facit,laudeꝛ:q̃ cõtra,vitupereꝛ. Dicam⁹ igiꝛ deinceps ad eos ſic,ꝑcibus interpoſitis.Vtinã voso chariſſimi nũq̃ marinę venationis hamiq; cupiditas capiat:nec oĩno aquaticorũ aĩaliũ die ſiue etiã nocte p otioſã venationẽ ſagena capiendorũ,nec piraticae amor,per maria venatores hoĩm iniquos atq; atroces vos faciat.Furti vero latrociniiq; cupiditas in vrbe vel regione cõmittẽdi nec in mentem quidẽ veniat veſtram:nec volatiliũ iucũda venatio ſeruilis magis q̃ libera. Pedeſtrium ergo venatio vobis ſola relinquitur.ſed nec dormiẽtiũ quae vicibus qbuſdã interpoſitis fit,nocturnaq; vocaꝛ,& otioſorum hoĩm eſt,laude digna habeꝛ.neq; etiã quę in laboris remiſſione fit: & retibus laqueiſq; nõ conſtãtis

quadrupedũ venatio opt^a.

animi viribus ferarũ domat atrocitatẽ. Sola ergo quadrupedũ venatio illa reſtat oĩbus optima : q̃ equis,canibus,corporis virib⁹ agiꝛ.Nã qbuſcũq; diuina curę eſt fortitudo,ii quadrupedes oẽs,curſu,vulneribus,teliſq; manu ꝓpria venãdo vincere debent. Sed laus vitupatioq; venãdi ita diſtĩcta ſit.Lex aũt iſta.Sacros qdẽ hos venatores vbicũq; venari velint,nemo ꝓhibeat. Venatorem nocturnũ retibus & canibus ſuis fidẽtem nemo vſpiã ſinat venari.Auceps per incultos agros mõteſq; vagari ꝑmittaꝛ.A cultis locis,ſacriſq; incultis a quocũq; pellaꝛ.Piſcator nec in portibus,nec ſacris fluuiis,paludibus,ſtagniſq; venetur:in aliis liceat,dummodo ſuccorum non vtatur permixtione,Sed iam inſtitutiones de diſciplina finem habeant.CLI.Praeclare loqueris.

Argumentum Marſilii Ficini in Dialogum Octauum de Legibus.

QVAE MODO de ꝑcipuo ſingulariq; vni⁹ dei cultu ex mltis Platõis noſtri teſtimoniis aſſeruim⁹,poſſum⁹ ꝑterea p Phaedrũ,Gorgiã,Protagorã,Politicũ,Critiã,quartũ legũ abſq; cõtrouerſia cõfirmare.In his eñ vniuerſã deoꝝ,vt ita dixeri,ſynagogam,vnico ſubdit regi,prout vult ſingulis imperãti:aliaq; aliis officia iuſte diſpertiẽti:& hũana p illos ordĩe diſpẽſãti:nõ quaſi abſẽte hinc illo,ſed vt apparet ĩ quarto legũ,poti⁹ ita volẽte.Iubet itaq; Plato primũ qdẽ deum ꝓpter ſe adorari.Sequẽtes vero q ꝑicipes ei⁹dii quoq; dicunꝛ,amari tãq̃ illi ſimiliores.Honorari ẽt:vt vicarios ĩmo & aduocari quaſi cõciliatores.Audiri etiã vt diuinae mẽtis ĩterꝑtes.Exaudiri deniq; ceu maieſtatis diuinę ꝑcones.Iubet & tẽpla cõdi ĩ vrbe:& vrbẽ ipſã quaſi ędem ſacrã in ꝑtes diſtribuit duodecim.Quemadmodũ & deus tẽplũ ſibi ipſe cõſtruxit,mũdũ,duodecim ſphęrarum choris ornatũ:Sacerdotibus quoq; munitum.i.ſpiritibus praeditis ratione,deum vbiq; lau

dantibus.Diuinũ vero id templi Plato pro viribus imitans,& multos in ſuis templis admittit deos queadmodum deus ipſe multos admittit in ſuo:& varia diſponit ſimulacra: ſicut & deus ſtellas locauit in cælo:quaſi ſuorũ ſtatuas angelorũ.Praeterea inter multas multorũ aras altare primũ conſecrat primo:queadmodũ ſtellas inter peculiarẽ ſibi ſtatuã deꝰ elegit Solẽ,vt in Republica Plato inquit.De quo forte dictum videri poſſit:In Sole poſuit tabernaculũ ſuũ.De ſacrificiis aũt ſtatuiſq; diligentius alibi ptractabit:verũ vt in pſentia ſummatim dicã,primũ deũ,vtpote materię aut ſimilis naturae nihil habentẽ,vnica vult mente coli.Sequentibus vero numinibus hoſtias & ſacrificia qua ratione lex patria iubet,adhiberi pmittit.Hinc theologi gẽtium in numinũ cæleſtiũ igneorũq; ſacris: figuras & lumina multaq; ad viſum ſpectantia inſerebant.In ſacris aũt aereorũ,muſicos quoq; cõcẽtus,& odores vaporeſq; addebant. At in ſacrificiis aqueorũ atq; terreſtriũ,iis inſup quę ad guſtũ & ſoliditatem attinent,vtebant.Quãobrẽ nemini mirũ videri debet, Platonem plim adeo grauẽ leges ſuas,oẽs quidẽ,pcipue vero ſacras,nõ niſi cõſultis oraculis promulgare. Principio videbat tẽporibus indulgẽdũ. Neceſſariũ qdẽ erat humana diuino quodã conſilio & auctoritate firmare.Impoſſibile vero ea tempeſtate eos hoĩes ita natos ita educatos rõne vlla a conſuetis alieniſſima in diuina reuerentia cõſeruare. Deinde Plato prudentiſſimus iudicabat:& ſi poſſent impuri ſpiritꝰ hoĩes p oracula fallere, ſępe tamẽ abſtractas ob diuinam reuerentiã a corpore mẽtes,quaſi iã puras a puris ſubito numinibꝰ corripi: et queadmodũ ligna quae caſu exſiccauit vẽtus,ſępe mox natura ignis accendit:ſilr poſſe aĩos ex religioſo quodã ritu,q̃uis apud ſapiẽtes minus pbato,pfunctos occultis modis meliori numine corripi: vt qui neſciẽtes quõ in mẽtẽ ipſam ſeorſum a ſenſibus aſcenderũt,ex alto iã feliciter accẽdant.Neq; tam attendendũ Plato vult,quo ritu colas diuina,q̃ cuius gratia colas.Si.n.id ſũmi oĩm regis gratia ęternorũq; bonorũ deſiderio feceris,pbabile eſt vndecũq; & quomodocũq; coeperis,te qñq; p eiuſmodi venerationẽ ad ſummũ ppius accedentẽ,vel imenſo illius lumine circũfundi,vel exuberanti ſaltẽ bonitate ſeruari.Quapropter eiuſmodi Plato fiducia fretus, de ſanciendis legibus ſacrificiiſq; oracula cõſulit:pcipitq; quotidie aliquẽ ex magiſtratibus ſacra publice facere:p ſalute patrię primũ:deinde pro ſua atq; ſuorũ.Et certo quodã ordine poſt iuuenilis aetatis rudimẽta in ſeptimo tradita,mox in octauo ad ſacra deſcendit:vtpote q intelligi vult hoĩes ob idipſum recte a primis annis inſtitui: vt rite intereſſe ſacris & velint pariter atq; poſſint.Siqs aũt vel cauillator vel meticuloſus tot diis dęmonibuſq; in ciuitate Platonica intereſſe formidat:huic piter adire licet vrbẽ Peripateticã,nõ dęmonũ deorũq; tãtũ:ſed dei etiã vacuã.Sed pfecto opęptium eſt ſupſtitioſo ſupcilio ſtomachoq; poſito ex oĩbus eligere potiora:pietatẽq; pbare platonicã:neq; exigere chriſtianũ fuiſſe illũ:quẽ ſolũ tẽporis interuallũ phibuit eſſe chriſtianũ.Prima qdẽ ſacra ſunt duodecim:in mẽſiũ Calẽdis.Secũda quoq; duodecim,in mediis menſibus.Tertia ſunt tercẽtũ & ſexaginta & quinq;.ſ.quotidiana.Fiũt aũt pcipua diis cæleſtibus,terreſtribus vero media.ſ.diis ſub luna regentibus.Oẽs eñ ſub cælo terreſtres appellat.Inferiora dęmonibus.Infima heroĩbus.Oportere vero putat ſacra his oĩbus duodecim diſtingui generibus.Siquidem ſecũdũ ſphęrarũ ſignorũq; duodenariũ,etiã in qualibet ſphęra dęmones,heroeſq; duodenario diſtinguant.Cõmemorationẽ vero ſolẽnitatũ,earũq; diſtinctionẽ quotãnis declarari populo iubet menſe vltimo:quẽ more cõmuni accipimus Februariũ.Praecipue vero Platonico more menſem ante aeſtiuum ſolſtitiũ. Vltimũ mẽſem merito Plutoni dicãt.Eſt.n.Pluto puidentia proprie & ſeparans aĩas & iudicãs ſeparatas.Inqt aũt cõiunctionẽ aĩae cũ corpore nõ eſſe meliorẽ ſeparatione.Intellige de corpore caduco,& quatenus caducũ eſt:nõ de cæleſti,vel cęlo ſimili:quali corpori cõiũgi pſtat.huic autem quatenus caducũ eſt:non pſtat.Ac ſi opaeptiũ eſſe dicat huic quoq; coniungi:nõ ppter hoc ipſum proprie,ſed alterius finis gratia id dicẽdũ.De his aũt in Theologia diffuſius.Sed nũqd dęmonibus etiam impurioribꝰ Platonici litãt?Nõnulli his inſup,partim qa naturalibꝰ pſint officiis,partim vero ne inuidia noceãt.Plato vero id nequaq̃ cõceſſerit.Quippe cũ purgandę mẽtis gratia primiq; dei veneratione dũtaxat ſacra iubeat facere.Affirmat aũt ciuitatẽ legibꝰ cõſilio diuino vtentẽ fore felicẽ. Addit ad felicẽ tũ ciuis tũ ciuitatis vitã id maxĩe ptinere:vt nec aliis iniuriã inferat:neq; afficiat iniuria. Verũ q; vero virtute cõſeq poſſe.Ac ne ciuitas afficiat iniuriis,ſtatuit ſacrificia, in qbus & diuinũ auxiliũ impetretur,& ludi qdã ſolẽnes feſtiuiq; frequẽtent, bellicas pugnas q̃maxime imitãtes.Quibus exerceri vult ad pugnã tã foeminas q̃ mares:& in ſingulis qdẽ tã ſiniſtrã manũ q̃ dextrã:vt & ciuitas ex vtroq; ſexu ęque vtili integra ſit:& qlibet ex vtraq; manu pariter vtili,ſit integerrimus.Inter hęc notabis q̃ deteſtet auaritiã, ob id maxime ciuitati noxiã, q; ppriis vilibuſq; lucris occupatos aĩos a publicę ſalutis cura detorqueat.Notabis iterũ quãta cautione muſicã,choreas,poeſimq; in ſacris bellicíſq; ludis admittat.Deinde ſolũ illud iperiũ legitimũ eſſe pariter atq; tutũ:in quo volẽs volẽtibꝰ ipęrat. At qm̃ in iuuenilium ludorũ coetibꝰ ſæpe amores incidũt,& ii qdẽ turpiſſimi,iccirco his diligẽtiſſime pcipit occurrẽdũ:q̃uis ex pte iã occurrerint,vbi aurũ & argentũ ciuibus ſuſtulit,& in laboribꝰ aſſiduis educauit,& oculis iudicũ mores vbiq; circũſpiciẽtiũ ſubiecit aſſiduę oẽs, maxime iuuentutem.

Quę qdẽ tria eſſe remedia cẽſet aduerſus laſciuię & petulantię morbũ admodũ ſalutaria. Occurrit & quarto quodã pſenti remedio: vt videlicet ab auditoribꝰ legũ magiſtratibuſq; fama quotidie diuulgetur: p quã cũcti cõmuni cõſenſu cõſueſcãt exiſtimare, cõcubitꝰ cõtra naturã, nõ minꝰ turpes eſſe: nec minori apud deũ odio haberi, q̃ cõcubitũ inter filios & parentes. Putat vero Plato cõis famæ cõſenſũ mirã ad mores habere potẽtiã. In his audies feliciter eũ viuere, q ſupat voluptatẽ: infeliciter q ſuperat. Audies & pceptũ ad abſtinẽtiã maxime ſalutare a Paulo aplõ ſummope cõprobatum: vt ſi athletę corporeæ victorię ſtudio voluptatibus abſtinẽt, multo magis oẽs gſa victorię ad animũ ptinẽtis debeant ſiſt abſtinere. Præterea geminã eſſe bñuolẽtiã: alterã qdẽ morũ ſilitudine, alterã vero ex quadã indigẽtia pcreatã. Et vtrãq; cũ ſit vehemẽtior, amorẽ cognominari. Amorẽ quoq; quãtũ ad ppoſitũ ſpectat triplicẽ. Aut. n. pulchritudinẽ animi, aut corpis tãtũ, aut vtriuſq; ſimul amari. In his cõſidera q̃ caute in legibus ferẽdis incedat: vt q nõnũq̃ in dialogis honeſto formę corporeę amatori nõnihil indulſerit hic tñ nihil indulgeat. Nẽpe corpis ſolius amorẽ euidẽter exterminat. Vtriuſq; vero cõiũctũ q̃uĩderatũ, in legibꝰ nõ audet admittere. Solũ deniq; erga animũ ſolũ manifeſte approbare videt. Tũ vero hoĩes deprauatæ naturę ſui dños eſſe negat. nec iniuria. Quiſq;. n. a rõne diſcedẽs, rõnalẽ hoĩs dimittit naturã, nimirum & libertatẽ q̃ rõnis munus eſt, ſimul amittit: neq; tñ amittit culpã, dũ quaſi delinqt ĩpulſus: qppe cũ ipſemet cauſam neceſſitati eiuſmodi dederit. Hoĩes aũt his cõtrarios. i. ĩtegrę naturę appellat eos: q deũ colũt: et ĩter hũana maxĩe oĩm timẽt ĩfamiã: nec corpis vllius. ſ. vel ſui vel alieni: ſed animi morũq; pulchritudinẽ diligũt. Q; autẽ in ſuperioribꝰ dixit officiũ eſſe dei, eiuſmodi delictis obſiſtere, ſi ab eo hęc ordinari poſſent, ſic accipe, vt dei naturarũ ordinatoris ppriũ ſit: quę ab ordine naturę collapſa ſunt, in ordinẽ reſtituere: pſertim cũ multorũ opinio ſit aĩam in eiuſmodi ſcelera nõ tã ſenſibꝰ q̃ dęmonibꝰ qbuſdã inſtigãtibꝰ, vel ab initio corruiſſe. Vbi vero ait, ſi ordinari a deo poſſent, nõ de diuina potẽtia: ſed humana diffidit. põt qdẽ deꝰ quãtũ in ipſo eſt ordinare: ſed non tã facile ordinari hõ põt. Poſſet & deꝰ cogere, ſi mõ vellet neceſſario trahere, quẽ vult mõ quodã libero ducere. Mox etiã de cõuiuiis q̃ inter ſolẽnia ſacra, ludoſq; celebrant, mentionẽ facit. Itẽ ex cõuiuiis de victu legibuſq; ad hũc ptinẽtibꝰ. Opportune vero poſt educationẽ animi, legeſq; ad hanc attinentes, ad corpis nutrimẽtũ legeſq; eiuſmodi iã deſcẽdit. Tũ de agris, terminis, aqs, fructibꝰ, pecoribꝰ atq; paſcuis ſilibuſq; leges tradit. Vbi vero de terminis loquẽs pualicatorẽ terminorũ puniri dicit ab Ioue contribuli atq; hoſpitali, Iouẽ vnũ ĩtellige cõtribulis pariter & hoſpitis curatorẽ. Et qm ſtatutos lege terminos pterire, & alienũ ſibi dominiũ vſurpare, ſupbię ppriũ eſt: iccirco dicit Iouẽ ad hãc iniuriã vlciſcẽdã excitari, atq; inſurgere cũ pliis inimiciſſimis: quaſi dicat deũ cõtra ſupbos nõ tã vt iudicẽ q̃ vt hoſtẽ vltorẽq; inſurgere. Poſt vero multas cõſtitutiões iqt, ad ſeniorẽ pſim nõ ptinere, minimas q̃ſq; leges accurate deſcribere: pſertim q̃ ad lites retiq; cõtrouerſias ptinẽt. Sed de rebus qdẽ externis paucas quaſdã cõmuneſq; leges adducere, quas in minima quęq; iuris deriuẽt interptes: de moribꝰ aũt & animi diſciplina ad vnguẽ diligẽtiſſime ptractare. Ac dũ de variis opificibꝰ verba facit, tria de his pręcepta tradit admodũ memoranda. Primum qdẽ: nullum ciuẽ. i. publicis aliqñ muneribus pfuncturũ, vllo debere opificio occupari: neq; etiã eiꝰ ſeruũ. Quippe cũ ars reip. gubernãdę lõga exercitatiõe multiſq; doctrinis indigẽs ĩtegrũ ſibi hoĩem vendicet. Secũdũ vero: neminẽ artes duas vel ſtudia exercere vel debere vel poſſe. Tertiũ deniq;, artificẽ nõ decere alterꝰ artis, opifici pfidere. Vetat prudẽter & exportare ciuibꝰ neceſſaria, & ĩportare ſupflua, & in primis cauponari, pſertim q̃ſtus gſa. Tũ vrbis partes vicoſq; ac tẽpla & foros duodecim digerit: foriſq; tã ſobrias q̃ diligẽtes leges imponit.

DIALOGVS OCTAVVS DE LEG. VEL DE LEGISLATIONE.

ATHE.

SEqẽ deinceps vt leges de ſolẽnitatibꝰ p Delphica oracula ſanciamꝰ, q̃ ſacra qbuſq; diis ſacrificare feliciter ciuitas debeat. At qñ, & quot nũero ſacra facere oporteat, forte noſtrũ eſt nõnihil lege ſancire. CLI. Fortaſſe numerũ. ATHE. De numero igit prĩo dicamꝰ. Quẽ ego trecẽtorũ & ſexaginta qnq; eſſe oportere cẽſeo: vt vnꝰ aliqs ſemper ex magiſtratibꝰ deoꝝ alicui, aut dęmonũ, p ciuitate, p ſeipſis, pro rebꝰ ſuis ſacrificet. Interptes vero & ſacerdotes tã viri q̃ mulieres, vateſq; vna cũ legũ cuſtodibꝰ cõgregati, ea ordinẽt q̃ in his legũ lator neceſſario deliq̃rit. Nã derelictorũ cognitores iſtos eſſe oportet. Lex ergo videbit, vt duodecim ſolẽnitates diis duodeci, qbꝰ ſingulę tribus cognominant, ciues pagãt: diiſq; ipſis ſacra p ſingulos mẽſes faciãt: choros pterea ludoſq; muſicos & certamina gymnica, put diis ſingulis & tpibꝰ cõuenit. Erũt aũt ſolẽnitates diſtictę, vt cõſtet, quas ſine viris, & q̃s nõ agi oporteat. Terreſtriũ quoq; cæleſtiũq; deorũ, cæterorũq; q hos ſequunt ſolẽnitates miſcẽdę nõ ſunt, ſed ſepa-

randę in duodecimo menſe:q Plutoni dicatus eſt,vt legitime celebrētur.Non.n. abiiciēdus bellicoſis hoībus is deus eſt,ſed colendus,tanq̄ generi hoīm ſemp optimus.Nā aīæ corporiſq; coniūctio,nullo mō melior eſt q̄ ſolutio,vt ego ſerio loquēs affirmo.Praeterea qcūq; ſufficiēter hęc diſtincturi ſunt,illud cogitare oīno debēt,noſtrā hanc ciuitatē talē eſſe,qualis modo & otio tpis & neceſſariorum copia & libertate reperiri nō poſſit.Verū oportet ipſam pinde atq; hoīem vnū bn̄ viuere.Feliciter aūt viuētibus hoc neceſſario ineſſe in primis oportet,vt nec ipſi aliis,nec alii ipſis iniuriā inferant.Quorū alterū non eſt admodū difficile.Alterū vero vt nulla poſſis iniuria lædi,difficillimū:nec pfecte id qſq̄ aliter aſſeq pōt,q̄ vt pfecte bonꝰ efficiatur.Idē eſt & in ciuitate.nā ſi bona erit,in pace vitam aget:ſin aūt praua,& inteſtinis ſeditionibus & externis bellis aſſidue infeſtabitur.Cū hęc ita ferme ſe habeāt:non belli tempus expectandū:ſed in ipſa pace ciues ad rē bellicam exercendi.Ergo ciuitas niſi mente capta ſit,ſingulis mēſibꝰ bellicas vires experietur,nō minus vno die:ſed pluribus etiā,put magiſtratibꝰ ipſis videbit̃:viri ſimul & mulieres & pueri,nec hieme nec æſtu vitato:vt parati ſint oēs,qn̄cūq; vniuerſum quodāmodo educere populū magiſtratibus viſum fuerit:ad idq; ludi etiā cōuenientes vna cū ſacrificiis excogitandi:vt pugnę qdā ſolēnes feſtiuęq; fiāt bellicas pugnas q̄maxime imitātes:et victoribus pmia laudes,victis cōtra vituperatiōes fiant,put ſinguli & in certaminibꝰ,& in omni vita ſe geſſerūt.Sic optimꝰ qſq; laudibꝰ efferat̃:& vituperatione cōtrariꝰ deprimat̃.Nec oēs harū rerꝫ poetę ſint:ſed primū,q nō pauciores q̄ qnquaginta annos natus ſit.Deinde q nō ſolū poeticā muſam ſufficiēter poſſideāt,verūetiā pclarū & inſigne aliqd fecerit.Eorꝫ ergo q boni viri:honoreq; digni ſunt in ciuitate:& res pclaras geſſerunt,poemata etiā ſi minus muſica ſunt,decantent̃.Cuius rei iudiciū,puerili doctrinę ppoſitus,cæteriq; cuſtodes habeant legū.Hi pbis viris honorē hūc tribuāt:vt ſolis libertatē in muſis pſtēt:cęteros vero phibeāt.Nemo igit̃ audeat muſam horum iudicio nō pbatā canere:etiā ſi Thamyræ Orpheiq; hymnis ſit ſuauior.Sed canāt̃ poemata ſacra:q̄ iudicio approbata,diiſq; dicata ſunt. Virorū quoq; bonorū poemata,qbꝰ laudant̃ vituparīq; aliq:& moderate id facere iudicata ſūt.Hæc eadē de militia & de libertate poetica iudico mulieribꝰ & viris ſilr̃ facienda.Sed oportet legiſlatorē ſecū ita plerūq; loq.Cedo:in ciuitate inſtituēda quales ciues educare ſtudeo?An nō certaminū maximorū athletas:qbꝰ inumeri ſunt aduerſarii?Prorſus.ita recte qlibet rñdebit.Si ergo pugiles , aut pancratiaſtas,aut alios ſilēs educaremus,ita ne in ipſum certamē educeremus:vt cū nullo antea vnq̄ pugnauerint?Vel ſi pugiles eſſemus,nōne pluribus añ diebꝰ pugnare didiciſſemus,oīa facientes qbꝰ in vero certamine vbi ad victoriā cōtendit̃,vti oporteat:q̄ proxime ad id qd ſilē eſt,accedētes,p ceſtibus annectētes ſphęras & pilas,vt vulnera & inferre,& vitare pmeditatione diſceremus? Q; ſi nulli qbꝰ cū exerceri poſſemꝰ,ſocii nobis darent̃:nunqd ſtultorū veriti riſum nos contineremꝰ,qn inaīe ſimulacrū ex aduerſo ad qd exercitatio fieret,ſuſpenderemus?Ac ſi nec aīati nec aīa carētis aduerſarii copia nobis eſſet,nōne ipſi ſoli ad vmbrā ppriā pugnaremus?An ad aliud qcq̄,manuū huc & illuc flexus,& pparatio hmōi excogitata eſt?CLI.Ad nihil aliud ferme q̄ ad hoc ipm.ATHE.Quid igit̃ ciuitatis ps q̄ militię ſtudet?An peius q̄ certatores hmōi pparata audebit ad certamē maximū deuenire,p vita,p liberis,p rebꝰ ſuis,p patria pugnatura?Nō ergo verebit̃ legiſlator,ne gymnaſia hæc inuicē aliqbꝰ ridicula videant̃:ſed lege ſtatuet,vt res militaris agat̃ maxie,quotidie qdē minori exercitatione ſine armis,choros oēmq; gymnaſticā ad hęc inducēs,& cōcitās:maiore vero nō rariꝰ q̄ ſemel in mēſe:vt certent ſinguli ad capiēda vel retinēda loca & inſidias:oēmq; rē bellicā imitent̃:& pila ſe exerceāt,vndiq; ſe vertētes,ac telis vtant̃ ad vera & piculoſa tela q̄proxime accedētibꝰ:ne oīno abſq; timore ludus huiuſmodi iter ciues agat̃,ſed formidinē inferat:atq; ita q magno ſunt aīo quodāmō ignauoſq; oſtēdat: vt his honores,illis opprobria,vt cōuenit,tribuant̃:& hac rōne ciuitas oīs p totā vitā ad verum certamē vtiliter pparet̃.Siqs aūt cæde inuoluntaria in his certaminibꝰ moriet̃,q interfecit lege expiatꝰ mūdus ſit in poſterū.Putare.n.debet legiſlator,paucis ita mortuis hoībꝰ,cęteros non deteriores futuros. Timore vero in oībꝰ his extincto,nihil amplius ſe inuenturū,quo a deterioribꝰ meliores diſcernat.q̄d ni fiat,multo maius ciuitati malū eſt q̄ illud.CLI.Cōcedimꝰ hoſpes ita hæc eē lege ſanciēda,& vniuerſę ciuitati agēda.ATHE.Nūqd cauſam nūc oēs cognoſcimus,ob quā mō in ciuitatibus chorea talis atq; certamē nuſq̄ ferme niſi parū admodū fiāt?An ppter multitudinis legūq; latorū ignorantiā ita fieri affirmabimus?CLI.Forte.ATHE.Nequaq̄ o beate Clinia.Sed duæ huius rei ſufficientes cauſæ ſunt.CLI.Quænā?ATHE.Vna qdē,q diuitiarū cupiditate,cæteris oībus neglectis,ſolūmodo rem priuatā curamus : ad idq; incūbēs ciuiū animus,nulli pſus niſi pecuniis quotidie cumulādis dare operā pōt.Nā artes & ſtudia q̄ ad lucrū cōducūt, libētiſſime cōplectunt̃ oēs:cętera ſpernūt.Hęc igit̃ vna cā eſt,ne ciues id aut aliud qcq̄ honeſtū boniq; officiū curēt:ſed inſatiabili auri & argenti cupiditate,& honeſta pariter & inhoneſta artificia cōplectant̃,& quoduis agāt,ſeu fas ſiue nefas id habeat̃ vt pecunias cumulēt:qbus ſubminiſtrātibus,veluti pecora,vētri ac veneri ſeruiant.CLI.Recte dicis. ATHE.Hęc inquā vna ſit cā:qua fit vt nec aliud qcq̄ pclare,neq; rē bellicā ſufficiēter ciues exerceāt

ſed q natura modeſti ſunt,ad mercaturã,nauigationẽ,viliaq₃ miniſteria cõuertanť: q viriles & gene-
roſi,ad furta,latrocinia,ſacrilegia,inſidias,ſceleraq₃ tyrannica:q cũ bñ a natura cõſtituti fuerint, infe
lices tñ hac cõſuetudine euaſerunt.CLI.Quõ iſtud ais?ATHE.Immo cur nõ eos oĩno infelices appel-
lẽ:q fame coguntur ꝑ oẽm vitã ſuã aĩam cruciare?CLI.Hęc vtiq₃ vna cã eſt:alterã vero cauſam hoſpes,
quã dicis?ATHE.Recte cõmonuiſti.CLI.Ergo vt ais hęc eſt vna:ꝑpetua & inexplebilis diuitiarũ cu-
piditas:qua occupati ſinguli,ꝓhibenť rẽ bellicã,vt decet,curare.Sed alterã iam expone. ATHE. Nũ
vobis videor,q̃a ad alterã deſit facultas,in hac nimiũ immorari?CLI.Non ita:ſed odio percitus vide-
ris hos mores hoĩm ad quos ſermo hic incidit,magis q̃ deceat inſectari.ATHE.Optime o chariſſimi
me nũc increpatis.Quare qd ſequiť audietis.CLI.Dic tñ.ATHE.Cauſam eqdẽ eſſe aſſero guberna-
tionũ genera illa,de qbus ſępe iã diximus,popularẽ gubernationẽ,paucorũ potẽtiã,& tyrannidẽ.Nul
la certe poteſtas hmõi,reſp.eſt:ſed ſeditiões appellari oẽs rectiſſime poſſunt. Nulla.n. volẽtibus volẽs
ſed volẽs nolẽtibꝰ ſemꝑ vi aliqua dominať.In qbꝰ cũ princeps ſubditos timeat,nec bonos,nec diuites,
nec robuſtos,nec fortes,nec oĩno bellicoſos ſpõte vnq̃ fieri patieť.Hę duę oĩm qdẽ quodãmõ,horũ cer
te ꝑcipuæ cauſæ ſũt.Quas vtraſq₃ reſp.hęc cui nũc leges damꝰ,effugiſſe videť.Nã & in otio maximo
eſt,& penitus libera:& ex his legibꝰ hoĩes pecuniarũ cupidi minime fiũt.Ideo veriſimile eſt: vt hæc ſo
la oĩm quę nunc ſunt rerũpub. diſciplinã bellicã,ludũq₃ ſimul,de qbus recte diſſeruimus, ſuſcipe poſ
ſit.CLI.Probe.ATHE.Deinceps de oĩbus gymnicis poſſumus certaminibꝰ dicere:vt his ꝑmia ponã
tur,q̃ ad bellũ cõducunt,cętera dimittanť.Sed q̃ iſta ſunt a principio recenſenda ſunt,& legibus ſan-
cienda.& primo q̃ ad curſum velocitatẽq₃ ꝑtinent.Nõne?CLI.Oĩno faciẽdũ.ATHE.Oĩm igiť maxie
agilitas corporis,altera pedũ,altera manuũ,ad bellũ cõducit:ad fugiẽdũ qdẽ inſequẽdũq₃ pedũ,in pu
gnãdo aũt luctãdoq₃,manuũ robore indigẽs.CLI.Certe.ATHE.Neutra tñ abſq₃ armis,magno vſui
eſt.CLI. Vere.ATHE.Stadiũ ergo curſurũ,quẽadmodũ nũc in certaminibus fit,ꝑco primũ vocet. Il
le vero cũ armis ingrediať.Nã nudo abſq₃ armis certatori ꝑmia nos minime ponimus.Primus igitur
ſtadiũ curſurus,armatus ingrediať.Deinde q diaulũ.Tertius q eqs.Quartus q dolicũ.Quintus q le
niori armatura ornatus,quẽ primũ ſexaginta ſtadiorũ ſpatio ad aliquod tẽplũ Martis peruenturum
emittemꝰ. Alius etiã grauiore armatus armatura, breuius ac planius ſpatiũ curſurus.Alius ſagitta
rius omni arcuũ ornatu munitus,cẽtũ ſtadia ꝑ mõtes variãq₃ regionis naturã ad Apollinis Dianęq₃
templũ certãs ꝑueniat.Certamine igiť cõſtituto,quouſq₃ veniãt,expectabimus, & victoribꝰ ſingulis
ꝑmia dabimus.CLI.Recte. ATHE.Tripartito hęc certamina diſtinguamꝰ. Vnũ puerorũ.Alterũ im
berbiũ. Virorũ tertiũ.Et imberbibus qdẽ duas curſus de tribus,partes ponemus:pueris harũ dimi-
dias.Hi cũ ſagittariis,cęteriſq₃ armatis cõcertẽt.Fœminis vero, puellis qdẽ nondũ pubeſcentibꝰ nu-
dis ſtadiũ ponemus,& diaulũ,& equeſtrem,& dolicũ,quę in ipſo curſu concertent. vltra vero tertiũ
ac decimũ ætatis annũ,donec nupſerint nõ longius vigeſimo nec breuius decimo atq₃ octauo ad cer-
tamen curſus deſcẽdãt.quæ qdẽ congruo vtanť veſtitu.Hęc de curſu & virorũ & mulierũ dicta ſint.
Ad robur vero augẽdũ,luctationis ſimiliũq₃ loco,quę nunc habenť,grauiora capiãť.Et vnius ad vnũ
duorũ ad duos,& vſq₃ decẽ ad decẽ armis pugna fiat.Quę vero quotq₃ facere aut nõ pati victorẽ opor
teat,ſicut mõ in palęſtra determinatũ eſt a ꝑfectis luctationũ,qd ſit bñ aut nõ bñ luctãtis opus : ita &
in his armorũ certaminibꝰ periti inducendi ſunt,vt lege ſanciant,qd aliqs nõ patiens , aut qd faciens
vincat,& victũ ſiĺr quiſnã ordo diſcernat . Eadẽ hæc de fœminis quoq₃ ad ætatẽ vſq₃ nubilẽ,lege ſan-
cita ĩtelliganť.Peltaſtica vero vniuerſa pugnę pancratiacę opponať:certeq₃ arcu,pelta,lãceis,lapidũ
q₃ manu & fundę ꝓiectione.Et q ſe optime in his quoq₃ geſſerit,huic lege honores victoriæ tribuanť.
Nũc de equorũ certaminibꝰ videamus.Equorũ vſus in Creta magnus nõ eſt.Quare neceſſe eſt ſtudiũ
in nutriendis eqs,certãdoq₃ cũ eis minori curę Cretẽſibꝰ eſſe.Nã currus qdẽ nemo veſtrũ tenet: neq₃
in hoc operã ponere ꝑclarũ eſſe ducitis.Cũ igiť cõſuetũ id nõ ſit, certatores hmõi lege ſtatuere,demẽ
tis eẽ videť.Solis aũt eqs,pulliſq₃ anteq̃ cognitorẽ ꝓduxerint,& mediis ꝑfectiſq₃, equeſtrẽ ludũ ꝑ re-
giõis natura tribuere licet.Hmõi ergo certamẽ ſcdm legẽ ſit:in eoq₃ iudiciũ magiſtris eqtũ & tribu-
nis tã de oĩ curſu equorũ,q̃ de his q cũ armis deſcẽdũt,cõiter tribuať.Nõ armatis vero,neq₃ ĩ gymna
ſticis ludis,neq₃ hic certamen ꝑmiũq₃ ĩponimꝰ.Sed nõ eſt Cretæ inutilis q ſagittã aut iaculũ ex equo
ẽmittit.Quapropter in hoc etiã ludẽdi gr̃a cõtẽtio cõcertatioq₃ habeať.Ad hæc aũt legibꝰ fœminę co
gẽdę nõ ſunt. Verũ ſi priori diſciplina cõſuetudineq₃ puellas virgineſq₃ natura cõcitat ad hęc:faciťq₃
ne abhorreãt:admittẽdę ſunt.Sed de exercitatione diſciplinaq₃ gymnaſtica:ſiue quę in certaminibus
exequimur,ſeu quę ſub magiſtris quotidie exercemus,ſatis iã diximus.De muſica etiã maiori ex pte.
At vero de rhapſodis.i.carminũ cãtoribꝰ:deq₃ his q eos ſequũť,& de cõtẽtione chororũ,quotcũq₃ ne
ceſſario ſolẽnitatibꝰ diis dęmonibuſq₃ cõſtituunť ſtatutis diebus menſibuſq₃ & annis,hæc oĩa quõ
diſponẽda ſint,& ſi ꝑ tres,aut etiã ꝑ quinq₃ annos fieri debeãt,cõſilio deorũ intelligenť,agẽturq₃.Tũc
vero certamina muſicæ viciſſim fiẽt,ꝓut Athletæ ipſi ꝑmiorũ declaratores: & doctor iuuenũ,legũq₃

cuſtodes q in his ferẽdarũ legũ auctoritatẽ habẽt, vna cõgregati, hęc ordinauerit. Hi nãq; & qñ, & q;
& qbuſcum ſingula certamina in oĩbus choris choreiſq; exercere debeãt, ordinabũt. Qualia vero ſin-
gula haec quo ad orationẽ vel cantus vel harmonias numeris ſaltationibuſq; mixtas, eſſe debeant, ſae-
penumero a primo legũ latore eſt dictũ: quę poſteriores ſequentes, vt ſingulis ſacris tẽporibuſq; cõue-
niet, ita certamina quęq; diſtribuẽt: feſtoſq; dies ſtatuẽt ciuitati. Haec qdẽ & cętera talia, nec ĩtellectu
difficilia ſunt: quo pacto ſint legibus ordinanda: neq; ſi hoc vel illo mõ cõmutent: multũ pſunt ciui-
tati, vel obſunt. Sunt aũt nõnulla plurimi facienda: q̃ pſuadere ita difficile eſt, vt dei maxĩe opus hoc
eſſe videat: ſi ab illo poſſent conſtitui. Nunc aũt audacis alicuiꝰ hoĩs opa indigent: q libertate dicendi
maxime fretus, q̃ ciuitati ciuibuſq; optima fore cenſet, ita ſtatuat, vt corruptos ciuiũ aĩos ad decentẽ
habitũ legũq; obſeruantiã reuocet: dũ ardentiſſimis eorum cupiditatibus aduerſet: omniq; etiã auxi-
lio carẽs ſolã ſolus rõnẽ ſecutus nõ vereat. CLI. Quidnã dicis hoſpes? Hoc enĩ nõ ĩtelligimꝰ. ATHE.
Veriſimile eſt. Verum conabor planius dicere. Nã cũ diſciplinã ipſam vitę aĩaduerterẽ, videreq; ado-
leſcẽtes, & adoleſcẽtulas inuicẽ humaniter cõuerſari: timui vt par eſt, cõſiderãs qua in re qſpiã ea ci-
uitate vtat vbi adoleſcẽtulę adoleſcẽtuliq; delicati ſint: q non magnis duriſſimiſq; laboribꝰ, qbus libi-
do petulantiaq; extiguit, domiti ſint: ſed feſtis diebus ſacrificiiſq; & choris oẽs plurimũ vacent. Quo
mõ igit in hac ciuitate ab illis cupiditatibus abſtinebunt: q̃ multos in extremũ duxerũt: ita vt rõ quę
abſtinere imperet, lex efficiat? Profecto ſi leges ſupiores, multas a nobis pellũt cupiditates, nihil mirũ
eſt. Nã inſtitutio illa qua nimiae diuitię phibent, nõ parũ ad tẽperantiã cõfert: & diſciplina illa omnis
ſupra a nobis expoſita leges ad hęc cõmodas habet. Praeterea & pricipũ oculi coacti nõ alio ĩtueri, ſed
ſemp adoleſ. ẽtiã obſeruare, caeteris qdẽ humanis cupiditatibus modũ adhibẽt: ſed adoleſcẽtulorum
adoleſcẽtularũq; cõtra naturã amores, & virorũ p foeminis, & mulierũ p viris abuſus, vnde innume-
ra hoĩbꝰ & priuatim, & publice mala ſecuta ſunt, quõ aliqs euitabit? & qd in ſingulorum periculis re-
medium inueniet? Oĩno difficile id eſt o Clinia. Nã in cęteris qdẽ multis vniuerſa Creta Lacedęmoni-
aq; nobis ad leges ponẽdas a multorũ moribꝰ alienas valde opitulant: ſed quo ad mores ptinet, aduer-
ſant diſſentiuntq; oĩno. Qñ ſiqs naturã ſecutus legẽ ante Laiũ illã poſuerit, non dimittẽs maribus p
foeminis abuti, teſtẽq; beſtiarũ naturã citauerit: in qbus mares inter ſe veneri operã nõ dent, qa ſecũ-
dũ naturã id minime fit, veriſimili forſan rõne vtet: veſtriſq; ciuitatibꝰ nõ cõſonabit. Accedit ad haec
q minime id aſſequet: qd a legiſlatore ſemp eſt obſeruandũ. Semp. n. obſeruari oportet qd ad virtutẽ
cõducat qd lege ſancit: & qd nõ. Age vero ſi id honeſtũ aut nõ turpe nũc lege ſtatui aſſentimꝰ, quid
nã ad virtutẽ pderit? vtrũ impſuaſi aĩo fortitudinis habitũ. an in eis q perſuaſi, temperantię ſpeciẽ ge-
nerabit? Vel haec qdem nullus vnq̃, ſed potius horũ cõtrariu credet? Quippe voluptatibus ſeruiẽtis,
nec reſiſtẽtis qſq; mollitiẽ vituperabit. In eo vero q foeminas imitat, nõne muliebrẽ ipſam imaginẽ qli-
bet ĩprobabit? Quis igit hoĩm hoc cũ tale ſit, legibus ſanciet? Ferme nullus: q verã in mẽte legem ha-
buerit. Quõ ergo verũ hoc eẽ dicimꝰ? Amicitię vtiq;, cupiditatis, amoriſq; naturã cõſiderare neceſſe
eſt: ſiqs haec recte ſit inſpecturus. Nã cũ ipſa duo ſint, & tertia ex ambobus ſpecies, vno cõprehenſa no-
mine: dubitationẽ oẽm & tenebras faciũt. CLI. Quõ? ATHE. Amicũ. n. ſile ſimili virtute, & ęqle ęqua-
li aſſerimus. Amicũ rurſus egenũ diuiti, q̃uis genere cõtrariũ ſit. Qñ vero vtrũq; vehemẽtius fuerit
amorẽ nũcupamus. CLI. Recte. ATHE. Amicitia q̃ a contrariis pficiſcit, dura eſt & aſpera: & ſępe vi- Amicitia
ciſſitudinẽ in nobis non habet. Quę vero a ſimilibꝰ, placida: cõmuniſq; p vitã. Vbi vero ex vtriſq; cõ-
ponit, beneuolẽtia. Primo nõ facile cognoſcitur, qd ſibi velit, q tertio hoc amat amore. Deĩde ab vtriſ-
q; in cõtraria tractꝰ, & ipſe qd faciat, dubitat: cum ab altero, aetatis vti flore iubeat, ab altero phibeat.
Nam qui corpus amat: eiuſq; formã quaſi fructũ quendã eſuriẽs petit, is ſatiari dũtaxat quaerit, nul-
luſq; animo amati pbet honorẽ. Sed q minus de corpore curat, & aĩo cõſiderat potius q̃ deſiderat, cum
ipſum, vt decet, animum diligat: corporis vſum petulãtiã & cõtumeliã arbitrat: cuiq; temperantiam,
fortitudinem, magnificentiã, & prudẽtiã vereat & colat, cum caſto amico caſtus viuere volet. Amor
aũt ex vtriſq; his cõpoſitus, ipſe eſt quẽ modo loco tertio ponebamus. Cũ ergo tres ſint amores, vtrũ
omnes lege pellendi ſunt? An videlicet eum in ciuitate ſuſcipiemꝰ qui virtutẽ reſpicit: & adoleſcentẽ
fieri q̃ optimũ cupiat: duos aũt alios, ſi fieri poterit, repellemus? Nunqd aliter tibi o amice Megille vi-
detur? ME. Probe admodũ de his modo dixiſti hoſpes. ATHE. Nõ fruſtra o amice coniiciebam tuũ
mihi conſenſum affore. Nõ oportet aũt me nunc qd de his veſtra lex ſentit inquirere: ſed qd admittis
accipere. Clinię vero poſtea id perſuadere conabor. Qd a vobis datum eſt, modo accipiatur: legeſq; di-
ligenter cõſideremus. ME. Rectiſſime loqueris. ATHE. Artẽ in hac lege ferẽda quãdã habeo, partim
quidẽ facilẽ: partim oĩno difficilẽ. ME. Quõ iſtud? ATHE. Cõſtat nũc quoq; plurimos hoĩm q̃uis ini-
qui ſint, bene, & diligenter, & ſponte a pulchrorũ coniunctione ſeſe abſtinere. ME. Qñ id fit? ATHE.
Quando frater aut ſoror eximia pulchritudine alicui ſit. a filio quoq; filiaq; lex eadem, q̃uis ſcripta
non ſit, ſufficienter repellit: prohibetq; & manifeſtum & furtiuum iſtorum concubitum. Immo vero

facit,ne cupiditas qdem vlla rei huius vulgus aggrediatur.ME. Vera narras. ATHE. Vnum ergo
verbum atq; breuiſſimum oẽs hmõi voluptates extinxit.ME. Quid illud? ATHE.Q; fas nihil horũ
eſſe dicit:ſed apud deũ odio haberi, & turpium oĩm eſſe turpiſſima.Cauſa aũt nõne hæc eſt?Quia ne
mo aliter pdicat:ſed ſtatim ab ineunte ætate & ioco ſimul & ſerio dictã:& ſępius in tragœdiis hæc ea
dem audiunt,qñ vel Thyeſtẽ,vel Oedipodẽ,vel Macareũ mortem ſibi debitã ſceleris pœnam conſci
uiſſe ppter huiuſcemodi venerem narrãt.ME.Recte iſtud dictum eſt.Miram.n.famę potentiam no-
uimus:qñ nemo aliter q̃ iubeat lex ne reſpirare qdẽ audeat.ATHE. An non recte dictũ eſt a nobis : ꝙ
volenti legiſlatori cupiditatem aliquam earum quæ vehementer ſibi ſubigunt hoĩes , rõni ſubiicere
facilis cognitu modus eſt?Quippe ſi famã hmõi,apud oẽs ſeruos & liberos,maſculoſq; & fœminas,&
vniuerſam ciuitatẽ,quaſi ſacrũ qddam dicauerit, firmiſſimam hanc legem efficiet.ME. Ita prorſus.
Qua vero rõne id aſſeq poterit,vt libẽter idem oẽs prædicẽt? ATHE.Probe obiecisti.Ideo.n.a me di-
ctum eſt,artẽ me ad hãc legẽ habere:vt ſecundum naturã ad pcreationẽ venere hoĩes vtant. Abſtinẽ-
dum igit a maribus iubeo.Nã q iſtis vtunt,genus hoĩm dedita opa interficiunt , in lapidẽ ſeminãtes
vbi radices agere qd ſerit nunq̃ poterit. Abſtinendum quoq; & ab agro illo fœminino,vbi ſemẽ ger-
mina nolit pducere.Hæc lex ſi perpetuo in aliis ſicut in neceſſitudine paterna cõſeruabitur, innume
rorum erit bonorum cauſa.Nã primo ſecundum naturam ſtatuta erit.Deinde ab omni amorũ rabie
atq; furore,adulteriis, potuſq; & cibi nimio luxu repellet. Vxorib[9] quoq; viros cõciliabit,& alia plu-
rima pariet bona:ſi apud quẽq; fuerit ſtabilita.Sed forſan ſi vehemens aliqs iuuenis multo ſpermate
plenus hanc legẽ ferri audierit,improperabit ptinus:& alta voce clamabit,ĩpoſſibilia ſtultaq; a nobis
lege ſanciri.Qd qdem cum conſiderarẽ,dixi artẽ me habere,quodãmodo facillimã, quodãmodo etiã
difficillimã,ad legẽ hãc obſeruandã.Facile nãq; intellectu eſt:quomõ id poſſibile eſt . Nã cũ apud oẽs
legitima hęc ſnia dedicata fuerit:aĩos oẽs domabit:efficietq; vt metu latis legib[9] pareãt. Sed eo iã res
puenit:vt nunq̃ effici poſſe videat,ſicut nec conuiuii qdem ſtudium credebat ab vniuerſa ciuitate p
petuo poſſe obſeruari.Et tñ apud nos re ipſa fieri videt:qd inter mulieres,nec in ciuitatibus qdẽ ve-
ſtris fieri poſſe putat.Hac eqdẽ rõne ppter huius incredulitatis vim difficillimum eẽ dixi hæc vtraq;
lege ſeruari.ME.Et recte qdẽ.ATHE. Q; aũt ſupra vires humanas nõ ſunt,ſed fieri poſſunt, vultis
vt veriſimilẽ quãdã rationẽ vobis exponã?CLI.Cur nõ? ATHE. Vtrum facilius quiſpiam a venere-
is abſtinebit:voletq; ordinem his impoſitum moderate ſeruare:cũ bñ ex prudẽti aliqua diligẽtia cor-
pus affectum fuerit:an cũ contra?CLI.Multo magis cũ bene atq; ex arte.ATHE. Num igitur de Ta
Iccus Tarentinus athleta. rentino Icco non audiuimus:q ppter olympica aliaq; certamina,artificioſo circa hæc ſtudio temperã
tiã ſimul & fortitudinẽ animi cõſecutus:nullã vnq̃ in toto exercitatiõis ſuę tẽpore venerẽ cognouit?
Idẽ quoq; de Chryſone Aſtylo, & Diopompo aliiſq; q̃ plurimis fert,q̃q̃ o Clinia multo peius aĩos bo
nis artibus excoluerant,q̃ tui meiq; ciues:corporibus certe multo magis vigebant.CLI. Vera narras
ꝙ a priſcis ita ab athletis facta hæc fuiſſe pdicant.ATHE.Illi igit vt in luctando & currẽdo cæteriſq;
hmõi vincerẽt alios,ab ea voluptate quæ beata vulgo exiſtimatur,abſtinere voluerũt. Noſtri adole-
ſcentes victoriæ cauſa longe pſtantioris,non poterunt?quã nos carminibus fabuliſq; & ſoluta oratio
ne & cantibus eſſe optimã ſtatim ad puerorũ aures pdicabimus,& vt veriſimile eſt oblectando pſua-
debimus.CLI.Quã victoriã dicis? ATHE. Vt voluptate inquã victa feliciter viuant:victi aũt cõtra.
Præterea metus ille,ne qd minime fas eſt,cõmittat,nõne ad idẽ potiſſimũ cõferet:vt ea videlicet ſupe
rent:quæ alii q̃uis deteriores,ſupaſſe dicunt?CLI.Conſentaneũ id qdẽ.ATHE.Poſtq̃ huc in lege hac
ferenda deuenimus,& ppter multoꝝ prauitatẽ in dubitationẽ incidimus,audacter iã manifeſteq; di
camus,nõ oportere vt ciues noſtri auibus multiſq; beluis ſint peiores. Permultos.n.greges ipſarum
videmus integre atq; caſte,anteq̃ pcreandi tẽpus aduenerit,viuere:ſed cũ hanc ætatẽ attigerint,mas
fœminę & fœmina mari cõiũctę,iuſte,ſancteq; in prima perſeuerantes amicitia reliquã pagunt vitã.
Oportet igit eẽ eos beſtiis meliores.Q; ſi a cæteris græcis barbariſq; plurimis corrũpant, nec poſſint
ſe continere,cũ videant audiantq; inordinatam apud eos venerem plurimũ poſſe, alteram pterea le-
gẽ cuſtodes legũ ad ferẽdas leges auctoritatem nacti,excogitent.CLI.Quã modo ferre legẽ cõſulis,ſi
hanc non ſuſceperint? ATHE.Quę hanc o Clinia ſeqtur.CLI. Quęnã illa eſt? ATHE. Vt q̃ maxime
laboribus corporis veneris robur infringant:& alio vires ſuas conuertant. Qd erit,ſi non impuden-
ter ipſa vtent.Nam ſi rarius ppter ruborem id fiat:imbecillior erit domina.Clam ergo cõſuetudo &
lex non ſcripta hæc fieri ſuadeat:contra aũt fieri velut turpe diſſuadeat:turpeq; ſic non om̃ino agere.
Sic.n.& ſecundo ſeruabim[9] honeſtũ loco: et genus vnum hoĩm,tria genera continens , hoĩes depra-
uatę naturę:quos ſui dominos eſſe negamus:coget vtiq; ne leges contẽnant.CLI. Quæ tria genera?
ATHE.Cultores inquã deoꝝ:honoris amatores,& q nõ corporũ ſed animi morũ pulchritudinẽ di-
ligũt.Hęc quaſi per fabulam dicta votoq; ſilia: multũ tñ ciuitatibus oĩbus ſi ea ſeruare potuerint,col
latura.Fortaſſe autem ſi deus voluerit:duoꝝ alterũ in amatoriis aſſeqmur. Vel vt nemo generoſas li

beraſq; mulieres ꝓter vxorē audeat tangere: nec vllus nothos ex concubina ſuſcipiat: nec infœcūdos marium agros ꝓter naturam ſerat. Vel alterum quidē omnino tollemus: neq; cum maribus congrediatᷣ. Siqs aūt aliis mulieribus cōmiſceatur q̄ cū his quę cū diis ſacriſq; nuptiis domum venerunt, emptis videlicet, vel alio quocūq; modo acqſitis: niſi viros ſimul mulieresq; oēs lateat, infamis lege, omnibusq; ciuitatis honoribus, ceu peregrinus aliqs, priuatus ſit. Hęc lex ſiue ſimplex ſiue duplex ſit: de rebus venereis amatoriiſq; oīb⁹: quas inter nos ꝓpter hmōi affectus recte vel non recte agimus, lata ſit. ME. Ego eqdē hanc legē valde probo. Clinia vero hic, qd ſibi videtᷣ, nobis aperiat. CLI. Faciā o Megille cū occaſio dabitᷣ. Nunc aūt ſinamus hoſpitē vlterius in ferendis legibus ꝓgredi. ME. Probe. ATHE. Sed adeo iā ꝓgreſſi ſumus: vt ad conuiuia deuenerimus: quā qdem rem alibi difficilē eſſe dicimus: in Creta aūt nemo fruſtra exiſtimabit fieri oportere. Quō aūt: vtrū vt hic, aut quēadmodū apud Lacedęmonios: an terti⁹ qdā modus vtriſq; his melior inueniatur: nec inuentu difficile id mihi videtᷣ: nec inuentum cū fuerit maxime profuturum. Enimuero cōcinne & nunc conſtituta videntur. Seqtᷣ nūc vt de victu, quomodo haberi poſſit, dicamus. Victus in aliis ciuitatibus multiplex variiſq; ex locis: maxime vero duplici ex loco in cęteris comparatᷣ. Nam ex mari ac terra plurimis gręcorum ciuitatibus aduehitur: cum iſtis terra ſolūmodo aduehatur. Quę res legum latori facilior. Multo enim maior q̄ dimidia pars legum ſufficiet. Prętereа conuenientiores liberis hominibus leges ponentur. Naualium enī & mercatorum, cauponum, diuerſorii, publicanorum, ꝑmutationum, fodicinarumq; metallicarum, & mutui fœnoris, ac mille huiuſmodi leges ferre non admodum cogitur. Quare in ciuitate hac noſtra legum conditor his omiſſis dūtaxat agricolis, paſtoribus, apum curatorib⁹, taliumq; cuſtodibus, atq; miniſtris leges dabit: cum de nuptiis liberorumq; procreatione, educatione, diſciplina, magiſtratuūq; deſignatione, maxima ex parte tractauerit. Nunc ergo ad leges de victu deq; iis q labore ſuo ipſum parant, venire neceſſe eſt. Et agriculturę leges primo ponantᷣ: primaq; terminalis louis hęc. Nemo fines atq; terminos terrę moueat: nec ciuis vicini, nec finitimi peregrini, ſi agri extrema poſſideat. ſed putet id eſſe vere qd fertur, hic immobilia mouet: malitq; vnuſqſq; ſaxū ingens mouere, q̄ paruum lapidē iureiurando a diis firmatū, quo amicitię & inimicitię terminentᷣ. Alterius enī Iupiter cōtribulis, alterius hoſpitalis, eſt teſtis: q hoſtili ꝑlio ſemꝑ inſurgunt. Qui legi obtēperat: indēnis vtiq; ſit. Qui eam deſpexerit, duplices pœnas luat: primo qdem deo vindice, deinde lege: quę iubet vt nemo ſponte vicini agri terminos moueat. Eum vero q mouerit, qſq; voluerit ad agricolas deferat, agricolę ad iudicium ducāt: a quo dānatus vtpote terminorū clam viq; turbator, reddat, patiaturq;, ꝓut iudices iudicauerit. Multa deinde paruaq; damna in vicinia ſæpius facta, magnas inimicitias pariunt, vicinitatē difficilem & amarā reddunt. propterea caueat vicinus ne vicino noceat, cū in aliis, tū vel maxime in agris colendis. Nocere nāq; nō difficile: ſed cuiuſlibet hominis eſt: ꝓdeſſe vero non cuiuſlibet. Quicūq; vero fines egreſſus, vicini coluerit agros, damnum reſtituat: & impudētię atq; illiberalitatis pœnas luat: duplūq; loco mulctę ipſi deponat cuius agrū coluit. Cognitores vero & iudices cenſoreſq; huius rei, agrorū curatores ſint. In maiorib⁹ quidē, vt ſupra dictum eſt, vniuerſus duodecimę ptis ordo: in minoribus vero, q cuſtodiis pſunt. Siqs paſcuis noceat, illi conſideratis dānis iudicent atq; condemnent. Si aliena examina quis perſequitᷣ: atq; æra pulſans delectatione apes ad ſe trahit, damnum reſtituat. Siquis ignem in materiam ſic immiſerit, vt vicino non cauerit, prout magiſtratibus videbitur, condemnetᷣ. Silr qui in plantando mēſurā vicini agri non relīqt, ita plectatur, vt a pleriſq; legum latoribus ſufficienter eſt dictum. Quorum legibus vti debemus, nec putare multa & minima quę cuiuſlibet legū latoris ſunt, a maiori ciuitatis conditore eſſe ſancienda. Nam & de aquis priſcę leges & bonę ſunt. Quę profecto recitatione deriuādę non ſunt. Sed qui aquam ad ſua voluerit ducere, a publicis fontibus ita deducat, vt nullius priuati manifeſtum fontem perturbet. Deducat aūt qua velit, ꝓterq̄ ꝑ domos, aut ſepulchra, aut loca diis conſecrata: nec aliud damnum īferat, niſi qđ ab ipſo riuulo efficitur. Qꝫ ſi aquę inopia ſolo inſita in locis aliquibus aquas ab Ioue prodeuntes non retinet: cum neceſſitate quiſpiam opprimatur, in loco ſuo ad cretam vſq; effodiat: & ſi hac in ꝓfunditate nihil aquę inuenerit, tantū a vicinis aquetur, quātū neceſſitas poſtulat. Sed ſi vicinis quoq; pauca ſit, aquandi modus, quo vtatur quotidie, ſibi ab agri curatorib⁹ ſtatuatur. Si vero aquę pluuiales abundēt, & q inferiores partes habitant aut colunt, defluxum ita prohibeant: vt ſuperiorib⁹ noceant: aut contra ſi ſuperior inconſiderate fluere aquas permittens, inferiori noceat, & conuenire inter ſe nequeant, in vrbe qdem ędilis, in agris vero, q agris prēeſt, modū imponat: quē ſiqs non ſeruauerit, inuidię & ꝑuerſitatis pœnas perſoluat: & vicino damnum in duplo reſtituat. Fructuum autē cōmunis hmōi participatio ſit. Bina nobis gratię dona hęc dea largitur. Vnum dionyſiacum: qđ recondi non poteſt. Alterum vero qđ repoſitioni aptum eſt. Hęc igitᷣ lex de fructibus ſanciatur. Qui vuas aut ficus de ruſticis fructibus ante vindemię tēpus guſtauerit: quod arcturo concurrit, qnquaginta drachmas: ſi de ſuo agro collegerit, Dionyſio dedicādas perſoluat: ſin a vicinis acceperit, minā: ſin ab

aliis,duas minę ptes. Vuas aūt ficuſq;, quos generoſos noīauimus,neq; cōmode recōdi poſſunt ,quo
mō & qñ velit,ſi ſua hęc ſunt,colligat.ſin vero aliena,qm̄ lex eſt:vt nemo moueat,q̄ nō depoſuit: q ac
cepit,niſi pſuaſerit:mulctet̃. Q; ſi ſeruus qſpiā,nō pſuaſo agri dn̄o,eas accepit, p ſingulis ficub⁹ vua
rūq; acinis ęqualia numero verbera patiat̃.Inglinus fructibus emptis ad repoſitionē ineptis, ſi cupit,
veſcatur:pegrinus aūt in ipſo itinere ſi tranſeat ſolus,aut cū vno tantūmodo, fructus nō reponēdos,
ſi velit hoſpitali cum venia guſtet.Alios aūt guſtare quos ruſticos dicimus,peregrinos quoq; lex pro
hibeat.Sin vero repoſitioni aptos inſcius tetigerit,ſeru⁹ quidē plectat̃.Liber aūt dimittat̃ admonitus
ficus vuaſq; ſolūmodo ad repoſitionē ineptas guſtare licere:eas vero,ex qbus paſſę vuę & vinū & cari
cæ fiunt,minime.Pyra vero & mala tum alia tum punica cęteraq; hmōi clā auferre, turpe non ſit.Si
qs vero deprehenſus fuerit,pauciores annos q̄ triginta natus,ſine vulneribus verberetur:atq; punia
tur.nec pœna vlla ꝓpter huiuſmodi verbera libero ſit.Aduenæ quoq; de his fructibus perinde ac de
iis quos ſuperius diximus repoſitioni ineptos, carpere liceat.Si ſenior qſpiam comederit, nec aſporta
uerit,vt aduenæ pmiſſum eſt:& ipſe quoq; oīm hmōi fructuū particeps ſit . ꝙ ſi legi non paruerit,ad
virtutis certamē impotēs habeat̃,ſi iudicibus huic rei p̄ſidentibus tūc relatū hoc fuerit.Aqua nutriē
dis hortis maxime oīm confert:ſed facile corrūpi pōt.Terra vero & ſol & aer,quę cū aqua ſimul ea nu
triunt quę terra naſcunt̃,non facile veneno,vel diuerſione,vel ablatione corrūpi poſſunt.his aūt mo-
dis facile aquæ dānū infertur:propterea legis auxilio indiget.De hac igit̃ hæc lex ſanciatur. Siqs ſpon
te alienā aquā,ſiue ſcaturientē e fontibus,ſiue collectā,veneno aut foueis aut ablatione corruperit,ad
ædiles deferatur:vbi ſi deliquiſſe cōuincit̃,dānū reſtituat:& fontes,aut aquarum vas,vt interp̄tes ſin
gulis ſemper facitidam purgationē iudicarint:ita purget.In aduectione aūt oīm q̄ ab agris colligunt̃:
liceat cuiq; res ſuas qua velit aduehere:modo aut nulli damno ſit:aut ſibi triplum ꝑueniat lucrum
eius damni qđ vicino infertur.Horū cognitores,magiſtrat⁹ ſint, & cæterorum omnium quæ per in
iuriam ſponte qs,aut vi,aut clam,vel per ſe,vel per illa quæ poſſident̃ ab eo,in perſonam,aut in rē in-
tulerit.Hæc inquam ad magiſtratus omnia deferantur:ſi tres damnum minas non excedit . ſin vero
maius ſit:ad conſtituta publice iudicia cauſa deferatur : & qui iniuriam intulit puniatur. Q; ſi ma-
giſtratuum aliquis iniuſte de damno alicuius ſententiā tulerit,duplum ei q paſſus eſt iniuriam,debe
at.Et omnino ſiqd per iniuriam fecerint magiſtratus:cauſa ipſa a quolibet volente in publico iudicio
agitetur.Infinita pene paruaq; reſtant inſtituta:quibus corrigant̃ errores in iudicii termino,i citatio
nibus,citatoribuſq;,ſiue inter duos ſiue inter multos citatio ſit:& cæteris huiuſcemodi,quæ nec a le-
gibus præteriri poſſunt:nec tamen ſeniore legum latore digna vident̃.Ea igitur oīa iuniores, priſcas
leges imitati,& parua ex magnis intelligentes:neceſſariumq; horum vſum experientia cognoſcentes
legibus donec ſufficiēter ſe habeant,ordinent.Deinde ſufficienter poſitis,īmobiliter his vtant̃.De cę
mitius geſta eſt. Vt plurimũ vero, quẽadmodum modo diximus iſta cõtingunt. Sed hęc oĩa legũ cuſtodes cognoſcent. Cũ vero reſtituendorũ exulũ tẽpus aduenerit. xii. ad fines regionis mittant: qui diligenter cõſideratis oĩbus ꝑ id tẽpus exulum actionibus, pudoris eorũ receptioniſq; iudices fiant. Illi vero horũ magiſtratuũ iudicio acquieſcãt. Q; ſi poſt reſtitutionẽ alteruter horũ ira cõmotus ſimiliter peccauerit, ꝑpetuo exulet. & ſi rurſus redierit: nõ aliter q̃ peregrinus rediẽs puniat̃. Siquis ita ſeruum ſuũ necauerit, purget̃. ſi alienũ, damnũ dño in duplo reſtituat. Siquis homicida legib⁹ nõ paruerit, ſed nõdum purgatus, forũ, gymnaſia, cæteraq; ſacra ingreſſu ſuo cõtaminauerit, quicũq; velit tã iſtũ q̃ interfecti cognatũ hęc negligentẽ, in iudiciũ vocet, & in duplo tũ pecuniã tum cætera pſoluere cogat: quodq; ſolutũ eſt, ipſe ſcd̃m legẽ accipiat. Si ſeruus ira concitus dñm ſuũ interimat, occiſi hoĩs cognati quomodo velint ipſum interficiant, mũdiq; a crimine ſint, dũmodo viuũ nõ cõſeruauerint. Sin vero ſeruus nõ dñm ſuũ ſed alium liberũ per irã necarit, a dño ſuo interfecti cognatis tradat̃. qui vtcũq; velint, oĩno ipſum interimant. Si pater aut mater, accidit eñ q̃uis raro, per irã verberibus ſeu quouis modo filiũ vel filiam interficiat, perinde ac cęteri homicidę purget̃: & trienniũ exulet. Ac poſt ipſam reſtitutionẽ maritus ab vxore, vxorq; a marito ſeparent̃. Nec ſimul amplius liberis ꝓcreandis operam dent: neuterq; horũ ſimul cũ eo habitet, cuius filiũ vel fratrẽ occidit, nec vna cũ eo ſacris cõmunicet. Et qui ĩpietate animi his legibus nõ paruerit, vt impietatis reus a volente quolibet accuſet̃. Si vir vxorẽ, aut vxor virũ per iram necauerit, purget̃ ſimiliter, & trienniũ integrũ exulet. cũq; redierit, nec ſacris cũ liberis ſuis cõmunicet, nec vna menſa vtat̃. Q đ ſi nõ ſeruet genitor aut filius, impietatis reus a volẽte quolibet accuſet̃. Frater vero ſi fratrẽ aut ſororẽ, & ſoror ſi ſororẽ, vel fratrẽ ira occiderit, non aliter q̃ parẽtes qui liberos interfecerũt & purget̃ & exulet: nec poſt reditũ ſacris & mẽſa cũ illis cõmunicet, quos fratribus aut ſororibus filiiſve priuauit. Qui legẽ hanc tranſgrediet̃, iure vt impius cõdẽnabitur. At vero cũ quis adeo victus ab ira fuerit vt inſano iracũdiæ furore parentẽ interemerit, ſi parẽs anteq̃ mortẽ obiret, ſpõte interfectorẽ ſuũ a cæde liberauit, ſicut q ſponte cædẽ cõmiſerũt purgatus, cæteriſq; ſimiliter factis, mũdus ſit: ſin vero nõ liberauit, multis legib⁹ reus ſit, qui necauit. Nã vltimis ſuppliciis, cædis, impietatis, ſacrilegii ſubiectus erit: quia ſacrilegio genitoris animã abſtulit. Quare ſi poſſibile eſſet ſæpius aliquẽ mori: iuſtiſſimũ eſſet ſępius parricidam ĩterfici. Nã cui nec pro defenſione quidẽ ſua ſi a parẽtibus interficiat̃ lege vlla cõcedit̃ vt parẽtes a q̃bus in lucem editus eſt interimat, ſed oĩa potius ſuſtinere pcipitur, q̃ quicq̃ huiuſmodi facere, quomodo aliter iuſte punire hũc oportebit? Lege igit̃ ira cõcitato ad parricidiũ mors ſanciat̃. Si orta ſeditione vel quouis modo frater fratrẽ in ſe impetũ facientẽ pro defenſione ſua interimat, quaſi hoſte perempto purus ſit. Quinetiã ſi ciuis ciuẽ: aut peregrin⁹ peregrinũ, vel peregrinũ ciuis, vel ecõuerſo. defendẽdo ſe, interfecerit, ſimiliter mũdus ſit. Eodẽ modo, ſi ſeruus ſeruũ. Sin vero ſeru⁹ liberũ ſe defendẽs ĩterimat, iiſdẽ legibus q̃bus & parricida ſit ſubiectus. Q đ vero de liberatione a cæde parẽtis dixim⁹, idẽ quoq; de liberatione oĩm dictũ intelligat̃. Siquis ergo aliorũ oĩm alicui ſpõte dimiſerit, quaſi nõ ſponte cęde cõmiſſa purget̃ q interfecit, & annũ exulet vnũ. Sed violẽta iã & inuolũtaria ac per irã cõmiſſa de cæde mediocriter expoſita ſunt. quæ vero ſpõte ĩ his ſcd̃m oẽm iniuſtitiã ex inſidiis ꝓpter voluptatũ cupiditatũq; ĩuidięq; tyrãnidẽ cõmittunt̃, deinceps dicam⁹. CLI. Recte dicis. ATHE. Primũ igit̃ quot volũtarię cędis cauſę ſint, pro virib⁹ declaremus. Maxima vero hui⁹ cauſa eſt: cupiditas aĩæ libidinib⁹ exagitatę dominãs: quę in eo ardore cõſiſtit maxime q multoꝝ animos vehemẽter inflãmat. hęc ſane ea vis eſt, quę ꝓpter naturã & ignorantiã diuitiarũ inexplebilẽ gignit auiditatẽ. Ignorãtiæ vero cauſa eſt, ꝙ nõ recte laudant̃ diuitiæ. Quippe tam gręci q̃ barbari, diuitias cũ tertiũ bonoꝝ teneant locũ, in primo ponunt: atq; hac ſentẽtia ſeipſos ſimul & poſteros ꝑdunt. Optime ſane & pulcherrime viueremus, ſi vera de diuitiis ſentẽtia vbiq; prędicaret̃. ea eſt, ꝙ diuitię corporis gr̃a ſint: corpus autẽ animi gr̃a. Quare cũ bona ea ſint, quorũ gratia poſſidẽdę diuitię ſunt: tertiũ gradũ poſt virtutem animi corporiſq; tenebũt. Hęc ergo ratio nos tanq̃ magiſtra docebit, nõ oportere hoĩem q felix ſit futurus, diuitias quomodocũq;, ſed cũ iuſtitia & tẽperãtia quęrere. Sic eñ cædes cędibus puniẽdę in ciuitatibus nullę cõmitterent̃. Nunc vero quẽadmodũ in hui⁹ diſputationis prĩcipio dixim⁹, vnũ hoc eſt, & maximũ: qđ volũtarię cædis maxima ſupplicia facit. Alterũ eſt, ambitioſi animi habit⁹: vnde inuidiæ naſcunt̃, primũ quidẽ ipſi inuido truculẽtę: deinde etiã optimatib⁹ ciuitatis. Tertiũ locũ ingẽtes iniuſtæq; formidines poſſidẽt: quę cædes multas pariũt: quãdo ea ſunt alicui geſta, vel ad pn̄ſens gerũtur: quorũ neminẽ vellet eſſe conſciũ. Quare illos qui talia indicaturi videant̃, ſi non aliter poteſt, morte e medio tollit. Ad hęc oĩa, procemia ſint quę dixim⁹: ac pręterea ſermo quẽ multi ex his q ſacris ſtudẽt ſolẽnitatib⁹, & audiũt & credũt, ꝙ homicidæ apud inferos puniunt̃: & rurſus huc reuerſi: poenas neceſſario ſcd̃m naturã debitas pendũt. Quippe quæ aliis fecerũt, ab aliis quoq; ꝑpeti ſimili ſorte in hac vita cogunt̃. Illi igit̃ q pſuaſus fuerit, & huiuſmodi ꝓemio monit⁹ talia ſupplicia extimuerit, nullã ad hæc opus eſt legẽ ponere: ſed homini contra affecto, lex iſta ſcribat̃. Qui conſulto ciuem ſuũ manu

T

propria per iniuriã interfecerit,primũ e tẽplis,a foro,a portubus,& ab omni cœtu cõmuni,ne pręſen
tia ſua hæc maculet,ꝓcul abſit,ſiue qs adeſſe interdixerit,ſiue nullus.Lex enim ipſa interdicit.atq; ita
id vetat,vt pro vniuerſa ciuitate interdicere ſemp,& interdictura eſſe videat.Deinde qui eũ nõ perſe
quit vt decet,nec ab his arcet,de cognatione interfecti vſq; ad patrueles & cõſobrinos,primũ ſcelus,
deorũq; odia in ipſm vertant : ſicut vulgo legis imprecatio & maledictio dictat:deinde reus ſit cuiq;,
interfectũ vlciſci volẽti.Qui autẽ pſequi volet, cũ oĩa fecerit,quę vel de luendi criminis obſeruatione
vel de aliis qbuſcũq; facienda deus inſtituit:& quę prędicẽda ſunt,prædixerit,pergat,homicidãq; ſe
cundũ legẽ dare pœnas cõpellat.Hęc autẽ faciẽda eſſe,precibus ſacrificiiſq; deorũ,qbus ne cędes in vr
bibus fiant,curæ eſt,facile legiſlator ſuadere poteſt. Sed qui dii ſint iſti, & quomodo ſcd̃m dei mẽtem
maxime hęc iudicia peragant,legũ cuſtodes cũ interpretibus aruſpicibuſq; & deo declarẽt:atq; ita iu
dicia pœnaſq; diſponãt. Iudices vero harũ rerum illi ſint,qbus ſacrilegii puniẽdi data eſt auctoritas.
Qui autẽ cõdẽnatus fuerit , morte pœnas luat.& qm̃ non impie ſolũ,ſed impudẽter quoq; peccauit,
in regiõe interfecti ſepeliri nõ debet . Q; ſi fugerit,neq; iudiciũ ſuſtinuerit,ꝑpetuo exulet.Et ſi vnq̃
citra fines fuerit deprehẽſus,qui primus illi obuius erit cognatorũ interfecti vel ciuiũ,impune interi
mat:aut vinctũ magiſtratibꝰ tradat huius rei iudicibus occidendũ.Q; ſiquis hũc defenſurus acceſſe
rit,pro eo fideiubeat quẽ tutat:triſq; is fideiuſſores quos iudices ipſi ſufficiẽtes putauerint,afferat,q
iudicio illũ ſe daturos ꝓmittant. Id ſiquis facere noluerit vel nõ potuerit:vinctus a magiſtratibus,iu
dicio reſeruet. Verum ſiqs nõ ꝓpria manu ſed volũtate,cõſilio,inſidiiſq; hominẽ interfecerit:& cum
cauſa cædis ſit animoq; impurus,in ciuitate habitet,cõdẽnatus ſimiliter puniat:pręterq̃ q; fideiuſſo
res nõ prębebit,& condẽnatus ꝓpria nõ carebit ſepultura. Cætera huic quẽadmodũ de ſuperiore di
ximus fiãt.Hæc eadẽ peregrinis aduerſus peregrinos:ciuibuſq; ac peregrinis viciſſim & ſeruis aduer
ſus ſeruos,de cæde ꝓpria manu facta,& de illa q̃ cõſilio iſidiiſq; cõmiſſa eſt,ſtatuta fuit: niſi q; fideiuſ
ſionẽ præbere iſtos quẽadmodũ illos qui ꝓpria manu interfecere,cẽſemus. Si ſeruus liberũ ſpõte ſiue
manu ſua ſiue cõſilio interemit,cõdẽnatuſq; fuit,trahat a publico lictore ac vindice ad interfecti mo
numentũ,vel vnde illud cernere queat:verberatuſq; prout iubet q iudicio eũ cõuicit,ſi ita caſus ad
huc viuat,ad necẽ vſq; cædat. Siquis ſeruũ nihil iniuriantẽ timens ne turpe qd a ſe factũ indicet,vel
alia huiuſcemodi cauſa inductus morti tradiderit,quaſi ciuẽ necauerit ſic puniat. Accidũt quãdoq;
nõnulla,de qbus leges ponere graue eſt atq; moleſtũ:& nõ ponere ĩpoſſibile.Huiuſmodi ſunt cogna
torũ volũtarię & iniuſtę cędes ſiue manu ꝓpria ſiue cõſilio inſidiiſq; illatæ.q̃ in ciuitatibꝰ male guber
natis plurimũ cõmittunt:ſed nõnunq̃ etiã vbi nõ credideris,fiunt. Ad hæc ſcelera deuitãda,oratio
ſuperior repetat.Forte nãq; his auditis a ſceleratiſſima cæde ſpõte aliqs abſtinebit. Fabula eñ vel ſer
mo,vel quouis alio noĩe appellãda oratio,manifeſte a priſcis ſacerdotibꝰ dicta eſt,iuſtitiã ſpeculatricẽ
oĩm atq; vindicẽ,ad cognatũ ſanguinẽ vlciſcendũ,lege quã modo diximꝰ,vti.Nẽpe illã cõſtituiſſe,vt
quiſqs aliqd huiuſmodi ꝑpetrauit,idẽ neceſſario patiat. Vt ſiqs patrẽ morti tradidit,ipſe poſtea cer
tis tẽporibus violẽter a filiis occidat . ſin vero matrẽ peremit,ipſe poſtea particeps naturæ muliebris
effectꝰ neceſſario tandẽ a filiis ſuis interimat. Cõmuni eñ ſanguine maculato,nõ eſſe aliã purgatio
nẽ,nec poſſe aliter abſtergi maculã:niſi cędẽ cęde ſimili ſimilẽ aĩa ſcelerata luſtrauerit:totiuſq; cogna
tionis irã ſedauerit.Ab his ergo ſceleribꝰ coercere hoĩes oportet,ſuppliciorũ eiuſmodi q̃ a diis inferũ
tur,metu.Siqui vero in tã miſerã calamitatẽ inciderint,vt patrẽ vel matrẽ,fratrẽ,vel filiũ ſpõte atq;
cõſulto vita priuare audeãt:mortalis legũ lator ſic de huiuſmodi ſcelere ſanciet. Vt & arceant a pu
blicis ſacriſq; locis vt ſupra dictũ eſt:& vades ſiliter regrant.Et q cędis huiuſmodi cõdẽnatꝰ fuerit,rã
a iudicũ miniſtris q̃ a magiſtratibꝰ occidat:trahaturq; extra vrbẽ ĩ ſtatutũ triuiũ nudus:vbi ſingu
li magiſtratus ꝑ vniuerſa ciuitate ĩ mortui caput lapidẽ mittãt.atq; ita ciuitatẽ oẽm purificẽt . De
mũ vltra regiõis fines portatũ,ſcd̃m leges inſepultũ eiiciant. Sed qd de illo iudicãdũ:qui ꝓximũ atq;
amiciſſimũ cęde ꝑdiderit?qui dico ſeipſm vita & ſorte fatorũ,vi ſcelerata priuauerit:nõ iudicio ciuita
tis:nec triſti & ineuitabili fortunę caſu coactus:neq; pudore aliquo extremo cõpulſus: ſed ignauia &
formidoloſi animi imbecillitate,iniuſte ſibi mortẽ cõſciuerit? Quę purgatiões,& q̃ ſepultura huic le
ge cõueniat,deus ipſe nouit.proximi tamẽ huic genere ab interp̃tibus legibuſq; harũ rerũ hęc exqrãt:
& quẽadmodũ ab his ſtatutũ fuerit,ita faciãt.Sepultura igit iſtis ſolitaria fiat : vbi alius nemo cõdat.
deinde ĩ his locis ſepeliant quę de duodecim regiõis partibꝰ vltima,deſerta,innoĩataq; ſunt:ſic obſcu
ri,vt nec ſtatua,nec inſcripto noĩe ſepulchra notent . Si iumentũ aut aliud aĩal hoĩem interficiat,niſi
publico ĩ certamine id fecerit,interfecti hoĩs ꝓpinqui id iudicibꝰ deferãt.Et agrorũ curatores illi qui
bus ꝓpinquus ipſe mãdauit,iudicẽt,& dãnatũ extra regionis fines ĩterficiãt.Q; ſiqd inaĩe pręter ful
men aut aliud telũ diuinitus miſſum,aĩa hoĩem cadentẽ ipſm,aut ipſm cadẽs priuauerit,genere ꝓpin
quus ĩterfecto,ꝓximũ in vicinia ad hoc cõſtituat iudicẽ.atq; hęc & cętera ꝓ pur erga mortuũ ipſm cõ
uenit,ꝓ ſuiipſius & cognatiõis totius expiatione ꝑficiat. Qđ vero dãnatũ fuerit,vt de aĩalibus dictũ

eſt, exterminet. Si quiſpiā vita priuatus reperiat, & ignotus homicida ſit, nec diligēter quęrētibus inueniat, prędictiones vt in aliis fiant: & in foro publice ꝑconio prędicet, vt q hunc vel hunc necauit, qa cædis reus ſit ſacra loca nō ingrediat, & vniuerſam deſerat regionē: nā ſi dephēſus fuerit occidet, atq; extra regiōis fines inſepultꝰ eiiciet. Vna ergo lex iſta nobis ꝑcipua de cæde, ſancita ſit. Ac de his ſatis. Nūc dicamus, in qbus recte mūdus eſt, qui occidit. Qui noctu furem domū ſuam ingreſſum interemit, mūdus ſit. Et q ſpoliatorē in defenſionē ſuā ſimiliter. Et q mulierē liberā aut puerū ad rē venereā vi ſubegit, impune nō ab eo ſolū, cui vis eſt illata, verūetiam a patre, fratribꝰ, filiiſq; vita priuet. Maritusq; ſi vim vxori ferentē perimat, lege mūdus ſit. Ac ſiqs etiā patri haudquaq̄ per ſcelus cædē patrāti, aut matri, aut filiis, fratribuſve, aut cōiugi opē ferēs quēpiā interfecerit, mūdus ſit. Hactenus de viuētis aīę educatione & diſciplina, qua ſi ꝑdita eſt, viuendū illi ſit, ſin cōtra, nō ſit viuēdū, leges cōſcripſimus. Pręterea de cædibus violētis, quomodo puniendę ſint. Ac etiā de nutritione diſciplinaq; corporū ſatis in ſuperioribꝰ dictū fuit. Deinceps quę violētæ ſunt actiōes & volūtarię & inuolūtarię, quę & quot ſint, & qbus ſuppliciis cōmode reprimēdę, pro viribꝰ determinent. Recte eñ hæc poſt illa tractant. Vulnera nāq;, mēbrorūq; ꝑ vulnera truncationes vilis etiā legū lator poſt cædē locabit. Hęc ſicut cædes diſtinguunt. Nam alia nō ſponte, alia ira, quędā timore, quædā ſpōte cōſultoq; fiūt. Quorū oīm huiuſmodi exordiū ſit. Neceſſe eſt leges hoībus ponere, vt ſcđm leges viuāt. Nā ſi abſq; his viuerēt, nihilo a feris atrociſſimis diſcreparēt. Cuius rei cauſa eſt, qa nullius hoīs ingeniū ita natura inſtitutū eſt, vt q̄ ad publicū humanæ vitæ bonū cōferunt, ſufficiēter cognoſcat: et ſi cognouit vt optimū id qđ nouit, ſemꝑ agere poſſit ac velit. Nā primū difficile eſt noſſe ꝙ ciuili veræq; arti nō ꝓpriū ſed publicū neceſſario eſt curandū: Publicū quippe ciuitates cōnectit atq; cōiungit, propriū diſſipat ꝙ vt tam publice q̄ priuatim ꝓſtat cōmune q̄ propriū bene diſponere. Deinde licet aliqs forſan hæc ita ſe habere ſufficiēter arte cognoſcat, tamē ſi tāta cū licētia ciuitatis imperiū teneat vt nulli rationū relatiōi ſubiectus ſit, nunq̄ in ea ſentētia ꝑ totā vitā ꝑmanere poterit, vt publicū in ciuitate tanq̄ ꝓcipuū bonū augeat: priuatū vero poſt publicū ponat. Sed ad vtilitatē ꝓpriā, priuatāq; cōmoditatē natura ipſm ſemꝑ mortalis īpellet: quæ abſq; ratiōe tā dolorē fugit q̄ voluptatē ꝓſequit: atq; hæc vtraq; iuſtiori meliorīq; ꝓponet: & tenebris obruta, malis oībus tandē ſeipſam oīno ciuitatēq; replebit. Profecto ſiqs hoīm diuinę ſortis fauore ea natura ꝓditus eſſet, vt cognoſceret publicū bonū, ad idq; generoſe ac ſemꝑ intēderet, nullis legibꝰ ſibi dominaturis egeret. Qm̄ nulla lex, nullus ordo ſciētia melior pręſtātiorq; habet: nec fas eſt mētē alicui ſubiici atq; ſeruire: ſed potius ſi ita vera liberaq; ſit, oībꝰ dominari. Nūc vero nuſq̄ hęc reperit: ſed minimū qđ ipſiꝰ apparet. Quare qđ ſecūdo loco eſt, eligere decet: ordinē atq; legē, a qbus plurima qdē ꝓſpiciunt, oīa vero videri nequeūt. Sed his horum gratia ꝓpoſitis, ſtatuamꝰ iā qđ pati vel ſoluere debeat q aliū vulnerauit, vel aliter obfuit. Cuiq; eñ facile eſt ſingula huiuſmodi recte cōprehendere: vtrum videlicet qs vulnerauerit: an nō: quē: qua in parte: quo pacto. Hęc eñ ſingula innumerabilia pene ſunt, & īter ſe maxīe differūt. Hæc autē iudicio cūcta, vel nihil horū cōmittere, īpoſſibile eſt. Quippe illud vnū in oībus cōmittere neceſſe eſt: vtrū factū vnūqđq; horꝫ ſit, an nō. Nihil etiā de mulcta iniuriātis cōmittere: ſed magna paruaq; oīa lege determinare, impoſſibile eſt. CLI. Quō igit poſt hęc dicēdū eſt? ATHE. Sic vtiq; ꝙ qdā iudicio cōcedere legiſlator debet: quædā nō debet: ſed ipſe determinare. Cæterū vt intelligat, quę arbitrio & prudētię iudicū relinquēda ſunt, quęve ab ipſo legū cōditore determinā da, ſic exponemꝰ. Grauis ꝑfecto & toti ciuitati cōmunis ibi peſtis innaſcit, vbi iudicia ignaua mutaq; ſunt: opiniones iudicū inuicē occultæ manēt: & clam ſentētiā ferūt. At id ꝓterea durius: qñ nō ſilētio agit: ſed ceu theatra clamore oīa ꝑſonāt: & rhetores qdē tū laudāt, tū vituperāt: atq; ita viciſſim diiudicāt. Talibus qdē iudiciis ſiqs neceſſitate quadā vrgeat dare leges, infortunatū eſſe ducimꝰ. Sed q dare coget: minimas dūtaxat mulctas iudicibus iis cōmittat, plurima vero & maxima quęq; in ferēdis legibꝰ ipſe declaret. Vbi vero iudicia recte ꝑ viribus cōſtituta ſunt: iudiceſq; bene educati, & oī diligētia approbati, rectiſſime multa iudicibꝰ de punitiōe cōditiōeq; cōdēnatorꝫ cōmitti poſſunt. Nemo igit nos icuſet, ſi ipſis nūc maxīa multaq; ꝓterea legibꝰ nō ordinamus: quę vel minꝰ eruditi iudices poſſent cōſpicere: dignāq; ſingulis delictis mulctā pœnāq; accōmodare. Qm̄ vero eos qbꝰ nos leges deſcribimꝰ, nō ineptos harū rerū iudices futuros ſperamꝰ, multa eis cōmittēda cēſemꝰ. Verū qđ ſępe in ſuperioribꝰ diximus fecimuſq;, putātes deſcriptione formaq; punitionū dicta, exēpla iudicibꝰ, quę nunq̄ tranſgrediant, dari oportere: id & tūc recte factū eſt, & nunc quoq; obſeruare volumus, ad leges ferēdas iterū redeūtes. De vulneribus igit ita ſanciamus. Siqs voluerit cogitaueritq; amicū hoīem ex iis quos ꝓhibet lex, interficere: vulnerauerit aūt: nec interficere potuerit, hūc oī remota miſericordia, non aliter q̄ ſi vita priuaſſet dare cędis ſuppliciū cogeremus, niſi fortunā eius nō oīno ꝓteruam dęmonēq; coleremus: qui tā vulneratū q̄ vulnerantē miſericordia ꝓſecutus, infelicitati vtriuſq; obſtitit: fecitq; ne vulnus huic letiferū: illi fortuna calamitaſq; execranda infligeret. Huic ergo dæmoni habebimus gratiā: atq; eius beneficio minime aduerſa

Publicū ciuitates cōnectit priuatū diſſipat.

ti,ab eo qui vulnerauit,ſupplicium mortis auferemus: & in vicina ciuitate per totam vitam exulare
ſtatuemꝰ:nullo rerũ ſuarũ oim fructu carentẽ:damno tamẽ prius reſtituto,ſiquid obfuit vulnerato:
qđ a iudicio rei huius fuerit cõſtitutũ.Iudices autẽ ſint,ꝗ cędis eſſent,ſi vulneratꝰ obiiſſet.Si parẽtes
filius,aut ſeruus dñm cõſulto ſiliter vulnerauerit,atqȝ ita feciſſe cõdẽnatus fuerit,ſcelus morte luat.
Quinetiã ſi frater fratrẽ aut ſororẽ ſimiliter,vel ſoror ſororẽ,aut fratrẽ,vxorqȝ ſi virũ interficiẽdi cõ-
ſilio vulneret,aut vir vxorẽ ſimiliter,ꝑpetuo exulet.His ſi filii filięve pueri adhuc ſunt:rem familiarẽ
exulantis tutores adminiſtrent ꝗ eos orbos tuẽtur.Sin adulti ſunt,res qdẽ ipſas ꝑmittant habere,ale-
re tamẽ exulẽ nõ cogant.Siquis vero liberis carens ĩ huiuſmodi calamitates ĩciderit,cognati eiꝰ vſqȝ
ad ſobrinos cõſobrinoſqȝ tam ex viroꝝ,ꝗ̃ ex mulierũ parte cõueniãt,& vna cũ legũ cuſtodibus ſacer
dotibuſqȝ cõſilio habito in hãc exulantis domũ vnã de quadraginta & quinqȝ milibus domibꝰ ciuita-
tis heredẽ cõſtituãt.In quo ſane id cogitare debẽt:nullã domũ de quinqȝ milibꝰ & quadragĩta habitã
tis ipſiꝰ,ſuiqȝ generis magis eſſe,ꝗ̃ ciuitatis & priuatim & publice.Oportet vtiqȝ vt ciuitas ꝗ̃ ſanctiſ-
ſimas & feliciſſimas pro viribꝰ domos ſuas poſſideat.Quãdo igit̃ aliqua domus infortunio & ĩpietate
aliqua inquinat̃:quia ꝗ poſſedit,ſine liberis obiit,volũtarię cędis aut cuiuſuis ĩ deos vel ciues facino-
ris cõdẽnatus,cuius mors vel ſempiternũ exiliũ pœna eſt,primo domus ipſa ſcđm legẽ expiet̃:dein-
de cognati,vt diximus,cũ legũ cuſtodibus cõuenientes,genus in ciuitate aliqđ virtute ꝓ̃ſtantiſſimũ
fortunatũqȝ ꝑquirant,in quo plures adoleſcẽtes ſint,quorũ vnũ patri deficiẽtis illius ſuiſqȝ ſuperiori-
bus quaſi filiũ adoptẽt:deſqȝ ꝓ̃cati hũc felicioribus patriſfamilias auſpiciis ꝓlis ꝓpagatorẽ,ſucceſſo-
rẽ domus,ſacrorũqȝ & reliquorũ oim̃ cultorẽ fore,tandẽ hæredẽ ipm̃ ſcđm legẽ cõſtituãt.Eum vero
qui peccauit,ſine noĩe,ſine liberis,ſine ſorte vlla iacere,quãdoqdem huiuſmodi calamitatibꝰ premit̃,
patiant̃.Non eſt autẽ in oĩbus rebus,terminus termino cõiunctus.Nã vbi cõſiniũ aliqđ cõmune eſt,
ibi hoc inter rerũ terminos vtriſqȝ cõuentũ,mediũ fit.Atqui inter ea peccata quę ſponte,& ea quę nõ
ſpõte cõmittunt̃,qđ ꝑ irã fit,tale quiddã eſſe diximus.Vulneris igit̃ ira facti qui cõdẽnabit̃,ſi ſanabi-
le fuiſſe vulnus euẽtus ipſe mõſtrabit,duplũ dãni reſtituet.Sin vero inſanabile,quadruplũ.Qꝫ ſi ſana
bile qdẽ ſit,turpitudinẽ autẽ vulnerato ingẽtẽ afferat,quadruplũ ſoluet.At vero ſiqs nõ ſolũ obfuit
vulnerato,verũetiam patriæ nocuit,ꝙ milite ipſam aduerſus hoſtes priuauerit,ſimiliter puniat̃:ac
pręterea damnũ ciuitati reſtituat:& vltra eã quã ipſe debet militiã,ꝓ vulnerato etiã militet:& qcqd
illi gerendũ erat ĩ bello,ipſe agat.Qđ ſi nõ fecerit,reus ſit ſcđm legẽ volẽti cuiqȝ ipm̃ tanꝗ̃ neglectorẽ
militię accuſare:& damnũ duplũ triplũve aut quadruplũ ꝓut iudicibꝰ viſum fuerit,reſtituat.Si ger
manus germanũ ſimiliter vulnerauerit,cõtribules & cognati vſqȝ ad ſobrinos conſobrinoſqȝ ex viris
ſimul & mulieribꝰ cõuenientes tã mares ꝗ̃ fœminæ iudicẽt:genitoribuſqȝ ipm̃ tradãt:vt ipſi ſcđm na
turã puniãt.Qꝫ ſi punitio ambigua fuerit,ꝓpiqui ex parte viri determinẽt.Qui ſi ipſi nõ poſſint,tã
dẽ ad cuſtodes legũ cauſam deferãt.Si nati nepoteſve tale qđ genitoribꝰ intulerũt,ſolũ hi iudicẽt qui
annũ ſexageſimũ tranſegerũt:qbus veri nõ adoptiui liberi ſint.Et cõdẽnatus,aut morte,aut maiore
aliquo,vel nõ multo minore ſupplicio puniat̃:nec de genere ſuo qſꝗ̃ etiã ſi ætatẽ a lege ꝓ̃ſcriptã ĩple-
uerit,iudicet.Sin vero ſeruus liberũ ira concitus vulnerauerit,a dño tradat̃ vulnerato,vt arbitratu
ſuo iniuriã vlciſcat̃:niſi velit damnũ ipſe recuperare.Qꝫ ſi ſerui vulneratiqȝ malitia ꝑ cõpoſitionẽ fa-
ctũ fuiſſe qs ambigat,ad iudices deferat:ꝙ ſi nõ cõuicerit ita eẽ,triplũ dãni reſtituat:ſin vero cõuice
rit,ſeruitutis reũ habeat eũ qui doloſe cũ ſeruo egit.Qui vero nõ ſpõte aliquẽ vulnerauit,ſimpliciter
damnũ ꝑſoluat.Nullus qppe legũ lator ĩperare fortunæ poteſt.Iudices autẽ ſint,qui & natis nepoti-
buſqȝ ad parẽtes:a qbus quantũ damnũ fuerit,declaret̃.Violẽtę qdẽ paſſiones ſunt oẽs quas diximus.
Violentũ quoqȝ omne verberãdi genus.Oportet igit̃ oẽs hoĩes,mulieres ſimul ac viros,adoleſcentes
ac ſenes,ita de his ſemꝑ exiſtimare.Seniorem nõ paruo interuallo iunioribus pręponẽdũ eſſe,& apud
deos,& apud hoĩes,qui feliciter victuri ſint.Cędi ergo ſenẽ a iuniore,& turpe eſt,& odio a diis habet̃.
Decet autẽ iuuenẽ verberatũ a ſeniore id ob ſenectutis reuerentiã patienter ferre.Sic itaqȝ ſanciamꝰ.
Quilibet ſeniorẽ & re,& verbo colat.Ac ſi viginti annis maior eſt,quaſi patrẽ ſi vir fuerit,aut matrẽ
ſi mulier reuereat̃.Atqȝ adeo oĩbus ſemꝑ abſtineat,qui in ea ætate ſint qua ꝓcreare parereqȝ ipm̃ po-
tuerint,natales deos veritus.Abſtineat inquã nõ ſolũ ciue ſed ſeniore etiã.Peregrinũ vero audentẽ ci
uem cędere,ſi qui cędit̃,puniendũ cenſet,ad tribunos plebis ꝑducat:nec ipſe verberet:vt eo magis a
cędẽdis ciuibus ſuis abſtineat,quãdo etiã a peregrinis ſe cõtinet.Peregrino ſimiliter aduenaqȝ:ſic vt
neqȝ inuadẽdo,neqȝ ſe defendẽdo verberibꝰ cędere ipm̃ audeat.Hic vero magiſtratꝰ hoſpitalẽ deũ ve-
ritus rẽ diligẽter ingrat,et ſi peregrinus iniuria ciuẽ ꝑcuſſerit,verbera totidẽ ſibi publico flagello red
dant̃:neqđ tale amplius ĩpudenter audeat.Sin vero innocẽs peregrinus videbit̃,minis eo caſtigato ꝗ
perduxit,ambos dimittãt.Aequalis aũt ſi æqualẽ vel paulo maiorẽ,nõdũ tamẽ patrẽ,aut ſenex ſenẽ,
ſiue iuuenis iuuenẽ verberibꝰ cędãt,ſcđm naturã nudis manibꝰ ſe defendãt.Siqs vltra quadraginta
natꝰ annos,ſiue dũ aliũ inuadit,ſiue dũ ſe defendit,cędere quẽꝗ̃ audeat,ſeruilis ruſticuſqȝ habitꝰ,hoc

opprobrio ſatis punitus videbiť.Quicūq; his monitis obtēperabit,modeſtus & māſuetus habebitur. Qui vero procemia hæc ſpernet,hac lege coerceať.Qui aliquē viginti annis vel pluribꝰ natu maiorē pulſauit:primū quidē qui forte interfuerit,ſi nec iunior nec æqualis ſit,prohibeat.& ſi nō ꝓhibuerit, ſcḋm leges improbꝰ habeat.Sinautē verberato æqualis aut iunioꝶ ſit,quaſi fratrē aut patrē aut quaſi ſuperiorē defendat.ac preterea iudicio ſubiectus ſit:qui ſeniorē,vt diximus,verberauit.& ſi dānabiť, nō minore q̄ annuo tēpore vinciať.Immo etiā maiore,ſi modo iudicibꝰ id videbiť.Si peregrinꝰ vel incola viginti annis vel pluribus ſeniorē pulſet,pręſentes ea lege qua diximus opitulenť. & qui cōdēnatus fuerit,ſi peregrinus quidē eſt,ſed non incola vrbis,bienniū vinciať:ſinautē incola vrbiſq; habitator legibꝰ nō obtēperat,trienniū,niſi iudices decreuerint diutius detinēdū.Qui vero præſens fuerit, nec opitulatꝰ ſcḋm legem ſit,ſi de primo maximoq; ſit cenſu,mina damneť. Secūdi vero cēſus ſi fuerit,drachmis quinquagita. Tertii,triginta.Quarti,viginti.Horū iudices ſint ductores exercitꝰ:pręfecti ordinū:tribuni:eqtūq; magiſtri. Legū vero,vt videť,alię ad bonoꝶ hoīm doctrinā ponunť: vt ꝑ eas intelligāt,quo pacto inter ſe amice verſenť.Alię ad cōpeſcendā illorū ꝑtinaciā,qui indomiti natura ſunt,ſpretaq; oī diſciplina,nulla ratiōe mouenť:quin ad oēm ruant īprobitatē.Hi ſequētiū verborū cauſa ſunt:his legiſlator neceſſitate coactus leges īponit. Ipſe nāq; nullū vellet vſum neceſſitatēq; legū vnq̄ fore.Quicūq; igiť parētibus aut auis inferre manus auſus fuerit,nec ſuperiorū indignationē deoꝶ,nec inferioꝶ ſupplicia veritus:ſed quaſi ſciat q̄ neſcit: dicta a priſcis oībus deſpiciēs,pręuaricať,is vltimo vt auertať expieturq; remedio īdiget.Mors autē vltimū nō eſt: ſed extrema magis ſunt inferoꝶ ſupplicia:quę licet veriſſime narrenť,auertere tamē huiuſmodi aīos nequeūt.Q̄ ſi auerterent,nulli q parētes ſcelerate pulſarēt vnq̄ reperirenť.Quare oportet horū flagitiorū ſupplicia in hac vita nō inferiora illis quę apud īferos ſunt,ſed ęqualia ꝑ viribꝰ ponere.Ita igiť ſanciamꝰ.Siqs nō furioſus patrē aut matrē,eorūve ſupiores pulſare audebit,primū vt in ſupioribus,opē pręſentes ferāt.Et incola qdē vel peregrinꝰ ſi opitulabiť,in publicis certaminibꝰ tanq̄ p̄ſes aliis pręponať:ſin minus, a regione vniuerſa ꝑpetuo extermineť.Sinautē incola nō ſit,auxiliatus qdē laudē:nō auxiliatꝰ,vituperiū cōſequať.Seruus opitulatꝰ libereť:nō opitulatꝰ,cētiės publico cædať flagello.Et ſi ī foro id cōtigerit: ībidē a venaliū rerū curatoribꝰ puniať.In aliis partibꝰ vrbis ſiīliter ab ędilibꝰ qui p̄ſentes fuerint.Eodē modo extra vrbē in agro ab his q curādis agris tūc præſidēt.Q; ſi ciuiū aliqs parētibꝰ a filio verberatis p̄ſens fuerit,ſiue vir ſeu mulier,ſiue adoleſcēs ſeu ſenior,defendat ꝓrinus,ſcelus cōclamans. Qui auxiliari noluerit,Iouis patrii ac generis ſeruatoris impc̄atione ꝑ legē pimať. Demū quicūq; pulſaſſe parētes cōdēnabiť,primū ꝑpetuo exulet:deinde & a ſacris oībus arceať.qbꝰ ſi minus abſtineat,a principibꝰ agri verberibꝰ & oīno vtcūq; voluerit plectať.& ſi ab exilio reuertať,morte peccāta luat.Quiſquis vero liber,cū huiuſmodi hoīe comedet aut bibet,vel aliquo pacto vna qcq̄ geret,aut tanget,aut ſpōte loqueť,is nec in tēplū ingrediať,nec in forū,nec oīno in ciuitatē ꝓficiſcať:anteq̄ mūdeť. putare nāq; debet ſcelerato ſe cōmercio cōtaminatū.Q; ſi nō obtēperauerit:ſed ciuitatē & tēpla inique coinquinet:quicūq; magiſtratꝰ fieri hoc ſenſerit,niſi cōfeſtim punierit,maximarū iniuriarū reus eſt habēdus.Si ſeruus liberū hoīem ſeu ciuē ſiue peregrinū pulſet,pręſens quilibet auxiliū afferat. ſin minus, pręḋicta ſcḋm cēſum mulcta puniať.Qui ergo p̄ſentes erūt,pulſato ſuccurrāt:vinciātq; pulſantē:& ei vinctū tradant,cui fecit iniuriā.Qui in cōpedibus teneat,verberibuſq; vt velit ita pulſet:vt nullū dn̄o inferat damnū.deinde ipſum dn̄o habendū reddat ſcḋm legē,quę iſta ſit. Si ſeruus liberū hoīem nō imperātibus magiſtratibus verberauerit: dominus a pulſato vinctū ea cōditione accipiat:vt non antea ſoluat,q̄ pulſato ſeruus ipſe ſolutione ſe dignū eſſe iam,perſuaſerit.Hæ vero eædē leges ad hęc omnia mulieribus inuicem ad viros,viriſq; ad mulieres cōmunes eſſe debent.

Mors vltimū nō eſt: ſed extrema potius ſunt inferorū ſupplicia.

Argumentum Marſilii Ficini in Dialogum.X.De Legibus.

EXordiū decimi epilogū ſupplet noni: admonēs tractāda eſſe iudicia de vi in rē ipſā illata,poſt iudicia de vi in ꝑſonā in nono diſpoſita.Q̄m vero nulla vis durior & intolerabilior eſt,q̄ quę cōtēptu quodā inferť:nimirū cōtumelias & iniurias vel in ꝑſonā,vel in rē ex cōtēptu ꝓprie natas ī ꝓpria capita ſeligēdas eſſe decernit:& has qdē ſub quiq; capitulis.Aut eñ in ſacra publica,aut priuata ſacra,aut cōtra parētū reuerentiā:vel cōtra pręſtantiā magiſtratꝰ,vel contra ciuilē gētilēq; alicuius ciuis dignitatē cōmittunť.Hæc ergo exactiſſime iudicāda cæteris tā auctoribus legū q̄ magiſtratibꝰ iudiciibuſq; cōmittit.Diſtinguit poſt hęc a cæteris ea,quę in deoꝶ cōtēptū fiunt:quaſi oīm vltra q̄ dici poſſit grauiſſima:in qbus decimi huius oīs verſať intētio.Sed primo qdē qd interſit ſacrilegiū inter atq; impietatē,innuit.Sacrilegiū ſane rapinā noiat,ſiue res ſeu ꝑſona cōſecrata ſuperis rapiať.Atq; id quidem velut ſpecies quædā ſub ipſo impietatis genere contineť. Nam vltra ſacrilegiū ſub impietate cōprehēdūtur & cætera multa in deorū contēptū ſiue cogitata ſiue dicta ſeu facta,& cōmiſſa pariter & permiſſa atq; etiā prætermiſſa. Ac ne qd nos lateat,ad impietatē etiā ꝑtinet familiaritas & cōmunio

omnis ſeu ĩ cibis ſeu verbis cũ iis inita,qui ob nefaria ſcelera arcenť a ſacris:qui & cõtaminati cęteros
quoq; vel ipſa ꝓpingtate cõtamināt.Qua quidē de re in calce noni ita ꝑtractat:vt vaticinati viſus ſit
execrationes quotidie factas a noſtris ꝓphanos a cõmuniõe eccleſię ꝓpellentib⁹. Proinde medicus no
ſter aĩos impietatis morbo languẽtes diligẽtiſſime purgaturus,in primis cauſas hu⁹ morbi ꝑquirit.
Ac dũ inquirit,euãgelicã tradit ſententiã.Quicũq; eñ inqt de deo crediderit ſecundũ leges,religio-
ſus erit,neq; ꝓphanũ quicq̃ vel aget aliqñ vel loqueť. Q̃ recte a fide hic dedit exordium!& a fide legi
bus adhibenda!Sed ne turbet q̃ſo deorũ numerus,quē non turbat numerus angelorũ.Nihil eñ plus
apud Platonē tot poſſunt dii,q̃ apud nos tot angeli totq; beati. Cęterũ qdnã leges.ſ.ſacrae,& oĩm an-
tiquiſſimę de diis.i.de deo angeliſq; deo ſeruiẽtibus aiũt!Profecto tria.Primũ quidē,hos deos eſſe.Se-
cundũ,oĩbus ꝓuidere.Tertiũ,iuſte ꝑ meritis munera ſuppliciaq; rependere.In ipſa huius ſentẽtię ſi-
de obſeruãtiaq; pietas tota cõſiſtit.Quis igiť ĩpius!Qui videlicet vel negabit eiuſmodi deos eſſe,vel
& ſi ſunt,ꝓuidere,vel et ſi ꝓuidẽt,iuſte rependere. Id aũt eſt putare ſupos iudiciũ humanorũ more ſo
lis munerib⁹ vel ab iniuſto collatis facile poſſe placari . Plato igiť tres impii morbi cauſas expulſurus
probabit eſſe deos:& q in mũdo ſint ſphęrarũ mũdi rectores: & qui ſup mundũ dei ſummi cõtẽplato
res.Probabit deos oĩbus vel minimis ꝓuidere.Probabit cõſtanti iuſtitiae rectę bilãce libraq; nõ extrin
ſeca munera manuũ:ſed intima aĩoꝝ merita penſitare. Deniq; hac doctrina veluti quodã legis exor-
dio ab oĩ diuinorũ contẽptu dehortabiť oẽs,& cohortabiť ad pietatẽ. Praeterea legũ minis flagelliſq;
perterrebit ĩpios,atq; torquebit.Prĩcipio deos eſſe duobus cõmunib⁹ indicat argumẽtis.Primũ qui-
dem ab vniuerſo rerum genere:ſecũdũ vero a ſpecie humana deduciť.Primũ igiť eſt eiuſmodi.Com-
pertum habemus ordinẽ vbiq; a ratione ꝓcedere:& ordinẽ quidē nuſq̃ & nunq̃ interruptũ a ratione
potẽti:ordinẽ quoq; cõmodiſſimũ ab optima ratiõe.Cũ igiť vniuerſi tũ diſpoſitio tũ progreſſio ordi
natiſſima ſit,ac ſemp & vbiq; talis:neq; id qdē abſq; mirifica quadã cõmoditate,neceſſe eſt mundum
ab optima potẽtiſſimaq; ratione diſponi,atq; moueri. Et cũ vnũ ſit vniuerſum,vnũ vero ex diuerſis
nõ fiat niſi ab vno,cõſequens eſt vnã eſſe ſummã eiuſmodi rationẽ. Eſſe pręterea rationes plures diui
nas ſub ſumma ratione diuina:quẽadmodum ĩ vno mũdano opere rationaliter ordinato multi ſunt
globi inter ſe ſpecie & virtute diſtincti:atq; oẽs rationaliter ordinati:adeo vt mũdi quodãmodo mul
ti,in ampliſſima videantur mundi vnius circũferentia contineri.Itaq; ſimiliter multi mundorũ qua
ſi anguſtiorũ rectores deinceps diſpoſiti,ſub vno ampliſſimi mundi rectore comprehenduntť. Qui ſa
ne cũ non ſolũ ordinator ſit:ſed ipſe,vt ita dixerim,imẽſus ordo:multo magis ordinatore gaudet q̃ or
dinato . Quocirca ſi multis in vniuerſo ordinatis ꝓculdubio delectatur,multis quoq; oblectať ordi-
natorib⁹. Quippe cũ ampliſſimi regis excellẽtiſſima in hoc amplitudo cõſiſtat:vt nõ anguſtos tm̃ ſer
uos,ſed amplos quoq; & multos habeat infra ſe reges. Secundũ vero ad idẽ argumẽtũ a ſpecie huma
na deductũ:eſt eiuſmodi. Naturalis ſpeciei cuiuſq; inſtinctus inanis eſſe non poteſt. Naturale quoq;
ſpeciei animaliũ pfectiſſimę iudiciũ oĩno falſum eſſe nõ debet. Cum vero humana ſpecies aĩalium per
fectiſſima in oĩbus vbiq; ſemp naturali inſtĩctu immutabiliq; iudicio ad religionẽ ferať,neceſſe eſt eſ-
ſe ſuperos,qui religione colantur:ſupereſſe quoq; corporibus animas.Qđ quidē religionis eſt potiſſi
mũ fundamentũ. Attende Platonis dictũ,rationes de diuinis,et ſi interdũ non nimis argutas,eſſe ta
mē veras.Item occaſiones duas ad impietatē.Intemperantiã.ſ.corporearũ voluptatũ concupiſcentiã:
ruſuſq; ignorantiã ex abſurdis poetarũ phyſicorũq; quorũdã opinionibus ortã. Poetas in tribus cir
ca deos erraſſe.Primo ꝙ ex cõfuſione quã chaos nominant,erupiſſe deos cecinerint. Secundo ꝙ alios
ex aliis abſq; recta ratione,& quaſi per humanũ concubitũ progenitos aſſeruerint. Tertio ꝙ oẽs ho-
minũ perturbationes,errata,flagitia in deos nefaria ĩpietate trãſtulerint.Phyſicos quoq; illos in reli-
gione peccaſſe,qui vel cũ Democrito caſu quodã temerario potius,q̃ ratione diuina cõponi ſomniãt
vniuerſum,mirabili ratione digeſtum:vel cum Anaxagora & Archelao cęleſtia nihil habere in ſe di-
uinius opinanť q̃ elemẽta.Praeterea formas eorũ quae gignunť,manifeſte ad finē vbiq; directas,aiunt
ex elemẽtali potius impetu ꝓuenire,q̃ ab arte mẽtis ad certum finē ſingula dirigentis.Qm̃ vero ĩ his
confutandis:atq; inſuper in confirmandis quae & modo ꝓbauimus,& deinceps ex mente Platonis in
hoc cõpendio afferemus,in theologiae noſtrae libris fuimus longiores,icc̃irco in pręſentia breuiter ꝑ-
curremus.Cõſidera quãta ſit Platonis noſtri religio:& q̃ exploratũ habeat deũ eſſe:qui contra negã-
tes deũ diſputãs,vix ab ira continere ſe poteſt:vir alioquin ſupra modũ oĩm & in vita & diſputatione
mitiſſimus. In his certe admonet:nõ eſſe eos qui deũ negauerint,tolerãdos. Nota Platonem probare
illos,qui in ortu & occaſu ſolis ac lunae adorant non ſolē proprie atq; lunã:ſed diuinam potius bene-
ficentiam : cui quotidie gratias pro tanto luminũ dono iubet agi.Iudicat illum inter hoĩes eſſe quaſi
monſtrum,qui contra tũ naturalē inſtinctum,tum educationē,tum cõmunē conſuetudinē ſuperos
eſſe negat.Mox vero admonet iuuenes,quos forte abſurdę quaedam ex auditu contra deũ opiniones
inuaſerint: vt q̃diu iuuenes ſunt,iudicio de rebus diuinis abſtineant,ſenioribuſq; credãt & legibus:

donec ætas,experientia,ratio doceat.Affert ꝑterea ĩn mediũ opiniones quorũdam qui ſapiẽtes habi-
ti ſunt:ꝑ quas hoĩes facile ad impietatẽ iniuſtitiãq; declinãt.Opiniones inquã afferentes quatuor ele
mentoꝝ naturas fortuito quodam motu inuicẽ cõfluentes cũcta coaceruaſſe.Præterea religionẽ iu-
ſtitiãq; nulla veritate,ſed hoĩm opinione diſtare.Quãobrem cõcludit,hęc tanq̃ & priuatim & publi
ce oĩm pniciosiſſima,eſſe rationibꝰ cõfutãda: neq; cogẽdos hoĩes ad legũ obediẽtiã & obſeruantiã mi
nis dũtaxat atq; tormẽtis:ſed ꝑſuaſionibꝰ inſup atq; rationibꝰ. Alioquin hoĩem rationale aĩal,ideoq;
liberũ,niſi rationis vinculo cõprehenderis,neq; debere aliter,ne poſſe ligari. Excitandã igit̃ legibꝰ ra
tionẽ:cuius tanta vis eſt ad inueniendũ deũ:vt poſt rationalẽ inueſtigationẽ certior ſit rationẽ in na-
tura eſſe q̃ in ſeipſa:& tanto certior,quãto naturales effectus ordinatiores cõſpicit q̃ humanos. Vn-
de etiã tanto perfectiorẽ eſſe in natura artem q̃ in hoĩe aĩaduertit.Hinc rurſus aĩaduertit artẽ operi-
bus naturalibus pręſidentẽ:cũ perfectior ſit humana: & humana nõ ſolũ ſit,ſed etiã vitę ſit atq; intel
ligentię particeps,nimirũ viuam & intelligentẽ eſſe:imo vero vitã & intellectũ:adde & voluntatem.
Cum eñ ſingula manifeſte ad proprios dirigat fines,certũ eſt pręuidiſſe finẽ atq; voluiſſe: immo ve-
ro ꝓuidere ſemꝑ & velle:quẽadmodũ ordo ĩ ſingulis ſemꝑ cõſeruat̃ integer:vl' vbi interrũpi videt̃,ci
tius q̃ dici poſſit inſtaurat̃.Hanc vero eſſe diuinã prouidẽtiã,minime dubitamꝰ. Prouidentiã inquã
neq; minima negligentẽ:non enim hæc minus ſunt ordinata q̃ maxima: neq; in maximis laborãtem.
Non eñ ordinationi reſiſtunt ordinatori q̃ proxima:quę eodẽ nutu volũtatis aſſidue ordinant̃:quo
& fiunt,& procul ab omni ꝑuaricatione ſeruant̃.Hinc illud.In altis habitat:& humilia reſpicit ĩ cælo
& in terra.ſicut & cælũ ipm̃ dum ſuũ in ſe abſq; labore peragit curſum,interim abſq; negligentia ter
ram vberrimo radiorũ ſuorũ munere circũfundit.Inter hæc vero,ꝙ ait legẽ & artẽ natura vel nõ mi
nus q̃ natura cõſtare:q̃a ꝓles ſint mẽtis,itellige nõ minus veras q̃ naturæ formas exiſtere:gigniq; ab
intellectu diuino tanq̃ patre,& a mente humana velut matre. Et aduerte ſolitam Platonis noſtri pie
tatẽ inuocantis deũ ad cõfirmandos deos.Deũ inquã vnũ:vt doceat deos oẽs referẽdos ad vnũ.Dicit
autẽ ſe dei ſummi auxilio fretũ tutiſſime de diuinis diſputaturũ. Principio quidẽ eos phyſicos ĩpro-
bat,qui ſumma rerũ pricipia corporea poſuerũt:ex q̃bus deinde vita intelligẽtiaq; ꝓcederẽt: cũ dice
re potius debuiſſent,corporea a vita intellectuali pendere.Id autẽ ita eſſe,ꝓfitet̃ noua nõ dico ſenten-
tia,ſed ratiõe ſe ꝓbaturum.Sentẽtia enim eiuſmodi priſcorũ eſt ante Platonẽ theologoꝝ.Argumẽta
tio vero qualis hic fiet a motu,Platonis eſt ꝓpria.Diſtinguit autẽ ipſum motionũ genus ĩ ſpecies de-
cem.ſ.in circuitũ,Localẽ tranſitũ,Cõdẽſationẽ,Rarefactionẽ,Augmentũ,Decremẽtũ,Generationẽ,
Corruptionẽ,Mutationẽ,ſiue alterationẽ in alio ab alio factã,& mutationẽ ex ſe tũ in ſe,tũ in alio fa-
ctã.Admirat̃ motũ orbicularẽ.Siquidẽ in eo ſtat centrũ indiuiſibile,mouent̃ reliqua.Itẽ in ſphęra lõ-
ge ꝓfunda q̃plurimi circuli deſignant̃,alii deinceps aliis ampliores.Atq; id qđ mirũ eſt,eodẽ momẽ-
to anguſtiſſimus circulus & ampliſſimꝰ circuitũ peragũt:adeo vt & huiꝰ tarditas in cõtinuo corpo
re,& illius velocitas ſit pariter admirãda. Medii vero & ad dimenſionẽ & ad motũ ſcđm certas ꝓpor
tiones medio quoq; modo ſe habẽt.Multa de his in expoſitionibus theologię tractauimꝰ.Dicit aũt &
de illo:qđ mutat locũ,mutare centrũ,id eſt centrũ loci,ad qđ corporis mobilis circũferentia cõparat̃.
nõnunq̃ vero præter id ꝙ centrũ mutat,ſeruare etiã quodãmodo idẽ centrũ: quando.ſ.nõ fixũ,ſed
tranſlatũ loco ꝑ ęqualẽ quandã circũferentiã circũagit̃. Pręterea vbi de generatiõe loquit̃,ait,princi-
piũ,id eſt naturã motricẽ atq; ſeminariã: quãdo alteratione ꝑficit,ꝑ tres ꝓcedere gradus.i.in longũ,
latũ,atq; ꝓfundũ:itẽ attingere vſq; ad quãtitatẽ,& qualitatẽ:formãq; ſubſtantialẽ ꝑ effectus ſuos ſen
ſibus manifeſtã : rurſus ꝑuenire ad eſſe formale & vitale atq; ſenſuale.Putat autẽ in his motibꝰ molẽ
quidẽ corpoream moueri,ſed non mouere:formas vero corporeas & mouere moles & moueri ab aĩa:
Aĩamq; mouere q̃dẽ duo hęc:ſed ipſam nõ ab alio,imo ex ſeipſa moueri: ſed ita mouere,vt vna cũ re
bus mutatis ipſa interim ſuo quodã pacto mutet̃.Præſtãtiores ergo aĩabus diuinas angelicaſq; mẽtes
exiſtimat:quę inferiora moueãt,ipę interim minime ꝑmutarę.Eminẽtius deniq; ipm̃ bonũ mẽtibꝰ eẽ
iudicat.oẽs eñ boni grã appetũt veritatẽ.In his tãgit multa ad naturã ꝑ ſe mobilẽ ꝑtinẽtia,tanq̃ ad ꝑ
priũ motiõis generationiſq; pricipiũ.In quo motio q̃dã formalis & generatio ſpiritalis ſuapte natura
viget motionũ generationũq; exẽplar.Cõfirmat ſup oĩa q̃ mouent̃ ab alio,eẽ naturã mobilẽ ex ſeipſa,
videlicet ne ꝓcedat̃ ĩ ĩfinitũ.Immo vero vt quẽadmodũ vltra illa,q̃ ꝑ aliud lucẽt aut calẽt: ꝑuenit̃ ad
aliq̃d ꝑ ſe lucidũ,ꝑ ſe calidũ,ſic ꝑter res ab alio mobiles ad rẽ ꝑ ſe mobilẽ veniat̃ . Quippe ſi nũc q̃ſcãt
oĩa: & paulopoſt aliq̃d prę cęteris moueri debeat:quidnã primo mouebit̃? Nõ q̃dẽ diuina ſubſtãtia ꝑe
ſus ĩmobilis.Neq; etiã corporea vlla q̃ motũ ab alio mutuant̃. Solũ ergo qđ ex ſe mobile eſt,p̃io mo-
uebit̃:exercenſq; ſuũ in ſeipſo motũ,traducet in alia.Id eñ ita ꝓſtat corporibus,vt moueant̃,ſicut im
mobile rerũ principiũ rebus ꝓſtat vt moueãt.Animã vero eſſe naturã ꝑ ſe mobilẽ patet tũ intrĩſecus
quãdo ſuapte natura libere ratiocinãdo diſcurrit atq; cõſultat,tũ extrinſecus q̃diu ſua ꝓſentia ꝓſtat
corpori vt per ſe quodãmodo moueat̃. Sed de iis oĩbus,& præterea ꝙ ſup animas ſphęrarũ rectrices

oporteat eſſe angelos atq; deū,in theologia abūde tractamꝰ. Vbi vero Plato animā appellat motionē,
generationēq;,intellige per modū cauſę:id eſt ꝓpriū motiōis generatiōiſq; pricipiū. Et vbi ait a ſeipſo
moueri,eſſe aiæ rationē,nota ibidē dici etiā rationē aiæ eſſe ꝙ poſſit mouere ſeipſam,ne actū motio-
nis intelligas eſſe animā,ſed potentiā.nō accidētalē inquā. Nā & ſubſtantiā ibidē vocat animā. Sic er
go definies: Aīa eſt ſubſtātia ꝓpriam habēs potētiā,qua & moueaẜ ex ſe,& cętera moueat. Quēadmo
dum vero res ex ſe mobilis rē ab alio mobilē antecedit: ſic animā dico rationalē antecedere putat to-
tam machinā corporalē: cū nullū corpus valeat ex ſeipſo moueri. Antecedere Platonici aiūt,& digni
tate ſimul & tēpore. Siquis vero Platonē a chriſtianis minus diſſentire velit,exponat animā noſtrā vl'
momēto quodā tēporis,vel ſaltē dignitate creatoriſq; intētiōe præcedere. Ex eo autē ꝙ animæ ſubſtā
tia prior eſt ſubſtātia corporis,affectus quoq;,& motus,& dotes familiares animæ,cōcludit paſſiōibꝰ
corporis eſſe priores. Vbi numerat animę propria,memēto quę actionē ſignificant eſſe animę noſtræ
ſuperioribuſq; cōmunia. Quę vero paſſionē,propria noſtrę: vel cū dęmonibꝰ infimis tantū cōmunia.
Naturalē tamē motū qui in corpore paſſio eſt,eſſe in anima actionē. Et qđ in corpore eſt longitudo,la
titudo,profunditas,qualitas,motus,id eſſe in aīa acumen,iudiciū,memoriā,habitū,& affectū. Cęte-
ra eiuſmodi habes in Theologia diſtīctius. Dicit & animā eſſe etiā malorū cauſam.ſ.per accidēs: & qa
aīa noſtra liberum habet arbitriū. Caue vbi dicit mundū gubernari ab aīa.ſ.ſua: ꝙ addit geminā eſſe
animā,vnā quidē beneficam,alterā vero contrariā: ne ſubſtantiā accipiat geminā,ſed potentiā. Siquī
dem in aīa mūdi atq; cęleſti,potētia eſt: altera quidē motrix corporū: itellectualis altera. Intellectualis
certe benefica eſt,ordine cuncta diſponens. motrix vero eatenus benefica,id eſt ordinatrix,quatenus
ſubeſt alteri. Cui quidē niſi ſubeſſet,quāto efficacior eſt ad motū,tanto magis carens arte præcipita-
ret vniuerſum atq; cōfunderet. Animā vero cæleſtē habere mentē,probat ex ordine quē in omni mo
tu generatiōeq; ſempobſeruat. Profecto amētes videmꝰ quatenus a mēte alieni ſunt,eatenus ab ordi-
ne alienos. Ordinē in pſentia dicimus mutuā inter ſe rerū actionūq; cōnexionem cōgrua ſucceſſione
diſpoſitā: & ad finē certū ꝓpria quadā ratione directā: atq; in cūctis quoad fieri poteſt,ſimile,æquale,
idēq; ſeruantē. Eiuſmodi ordinē ab his dūtaxat qui mētis cōpotes ſunt,ſeruari videmꝰ: atq; in ipſa vni
uerſi ꝓgreſſione prorſus ipleri. Impleri inquā tā cōmodiſſime q̃ pulcherrime. Ex qbus apparet ab ani
ma,quę mētē habeat & artificioſiſſimā & optimā,gubernari. Neq; ab re circuitū dixit ꝓpriū eſſe mē-
tis. In circuitu enim indiuiſibile centrū manet: dū circūferentia redit in idē: & in figura motuq; ſerua
tur æqualitas. In mente ſimiliter,ſimplex fixuſq; ad ipſum verū directus manet intuitus,dū cauſę in
effectus p media explicanẜ: viciſſimq; effectꝰ ſimiliter replicanẜ in cauſas. Reditq; interim aīa aduerſio
mentis in ſeipſam conſiderandā: & ſimili,æquali,eadē,intelligendo,volendo,agendo,itētione,regu
la,progreſſione ꝓcedit. Poſtq̃ vero & cæleſtes ſphęras aīabus & animas mētibus optimis prędiras eſ-
ſe probauit: ſignificauitq; & vniuerſum aīa vna,& multas ſphęras multis agi,iā diſtīguit paucis mo
dos tris,quibꝰ animę cæleſtibus cōiungantur: dicēs animā vel ita globo ineſſe ſicut aīa noſtra corpo-
ri vt inde animal vnū efficiatur,vel ſic adeſſe vt nō viuificet quidē globum,ſed moueat tantū atq; re
gat: ſiue mirabili quadā ſolū mouendi potētia: ſiue quodā inſup medio. Et ſi ex tribus ꝓpoſitis nullū
præ cæteris manifeſte hic eligat,Platonici tamē oēs primū abſq; cōtrouerſia eligūt: idēq; oīno ſenſiſſe
Ariſtotelē Theophraſtūq; exiſtimāt. Putant eñ Platonē idem probabilius habuiſſe. Nam argumēta
tio ipſa per quā hic cælum efficit animatum,animā ipſam innuit vna cū moto cælo moueri. Q; niſi
ex ea & globo vnum fieret animal,certe non mobilis motor eſſet,ſed motor immobilis. Idē confirmat
in Phædro. Idem & in Timæo dicens,cū vellet mundi architectus,mundū intellectuale animal face-
re: neq; poſſet intellectus abſq; medio adeſſe corpori,coniunxiſſe intellectū quidem animę,animā ve-
ro corpori: atq; adeo vt medio infuderit mundo: & inde per cuncta diffuderit. Cæterum curnam Pla
to hic cæleſtes tantum deos manifeſte confirmat? Quoniam ſuperiorū contēplatio eſt a legum mate-
ria admodū aliena: & per cæleſtes deos qui mouentur,& propriis mancipātur officiis,ſatis admonet
ſuperiorem eſſe quęrendū,qui & immotus ipſe moueat omnes: & cōmunis dux,propria ſingulis aſſi
gnet officia. Quid plura? Manifeſte ſup cæleſtes animas diuinā eſſe mētē menteſq; angelicas demon-
ſtrauit: vbi ait,cęleſtem animā,vtpote quę ex ſe non habeat,ſi intellectum ſemper diuinum acceperit
recte cuncta perducere: prout apud deos recta feliciaq; habentur: alioquin penitus aberrare. Ideo Pla
to vbi ab anima procedit ad mentē,quaſi qui ab oculo ad ſuperius aſcendat lumen,veretur admodū
ne caligare cogatur. Poſtq̃ vero deos eſſe monſtrauit,prouidere demōſtrat,a ſingulari quadam ſentē
tia ſic exordiens: Natura quædam diuinitati cognata,hoīes non oīno a ſpecie humana degenerantes
ducit ad affirmandū eſſe deum,q̃uis interdū de prouidētia dei apparens proſperitas improborū,quę
falſa ꝓſperitas eſt: quę & ſtatuto tēpore dabit poenas,dubitare nos cogat. Profecto deꝰ ſi itelligēdo fa-
cit,conſequēter qđ facit intelligit,ac ſi totū facit,intelligit quoq; totū. Si cognoſcit totū,cognoſcit &
partes ex qbus totū neceſſario cōſtat: ſi partes,ergo particulas ex qbꝰ neceſſario partes. Poteſt ergo &

ſcit vniuerſum regere: q pōt & ſcit ꝓuidere. Vult quoq; vtiliter gubernare totū opus ſuū. Gubernari vero bn̄ nō gubernatis partibꝰ, nunq̄ pōt. Ita neq; medicus, neq; architectꝰ opus totū abſq; partibꝰ ad id neceſſario cōducētibꝰ, optime curat. Nō negligit deꝰ minima gubernare, q facere minima non neglexit. Neq; difficilis eſt gubernatio deo: cui eſt ꝑcreatio facilis. Neq; mollitie ad curandū tardior eſt, q oīm eſt fortiſſimꝰ, q accuratius cuncta gubernat, q̄ vel ars vel natura quę ab arte naturave fiūt. Nā quāto magis a deo dependēt opa dei, q̄ artis vel naturę opa ab arte ſiue natura, tanto deus opibus ſuis ꝓuidet diligētius. p cuiꝰ ꝓuidētiā cętera quoq; id habēt, vt ſimiliter ſuis neq; ꝓuideāt. Q m̄ vero ars quo pfectior eſt, eo facilius parua ſimul expedit atq; magna, in deo autē ars eſt immēſa, nimirū minima ſimul & maxima ſumma facilitate gubernat. In qbꝰ vtiq; diſpēſandis, nō totū gr̄a ꝑtiū, ſed partes totius gr̄a diſponit: bonūq; cuiuſq; ꝓpriū refert ad vniuerſi bonū. Inter oīa vero ſub luna maximā habet circa humanā ſpeciē diligentiā: tū qa pfectiſſima eſt: tū qa ipſa colit deū: quaſi ipſa ſingulariter excolat a deo. In his notabis, a deo ſummo p ſingula rerū genera ſpecieſq; diuinos diſtributos eē rectores, vel minimarū actionū paſſionūq; curatores. Qui ſicut p potētiā eiꝰ poſſunt qcqd poſſunt, ita p ꝓuidentiā ipſius vel minimorū ꝓcuratricē, minima quęq; ꝓcurāt. Notabis in ſyderibꝰ eſſe ſenſus: & vt Plotinꝰ Hermiaſq; diſputāt, viſum ꝓprie atq; auditū, ſed in alio quodā genere longeq; pſtantiore q̄ ſenſus aīaliū terrenoꝝ. Notabis & aiam humanā ſemp corpori eſſe coniūctā, aſſidue qdē ętherco corpori: p ſucceſſionē vero tū terreno, tū aereo corpori. Itē motū aīę, qa primus eſt atq; ex ſe, ideoq; liber, poſſe in formas varias deriuari: vſqueadeo vt aīa alias in habitū inferiorē hoīe, alias in ſupiorē hoīe cōuertat: & illo qdem quaſi quadā grauitate ad loca inferiora deſcēdere: hoc aūt ceu leuitate ſublimia petere. Ex quo apparet cōceptos ex propriis motibꝰ habitus cū diuinę volūtatis lege cōcurrere. Sicut eīn lex illa dictat, bonis qdē animis cæleſtia, malis vero terreſtria conuenire: ſic oīno nullo extrinſecus īpellēte, & quaſi naturali quodā inſtinctu, & bonorū habitus ſpōte ſupiora perūt, malorū vero ad inferiora labunt. Hic pfecto ſi longius cōmētari liceret: exponerē illud obſcuriſſime dictū: vbi inducit aliquē tranſmutare conantē ignē in aquā aīatā, quaſi difficillima molientē. Nā cū & aqua igni cōtraria ſit, & aīa creari nō poſſit ex igni: nimirū īpoſſibilia tentat, q ignē in aquā aīatā trāſmutare molit. Neq; minus obſcure dictū eſt, qd̄ de reſolutione & diuiſione dialectica eſt exponēdū. Nēpe ſiqs diuidendo pcedat p tres gradus: ſcilicet a gn̄e quodā generaliſſimo ad ſpecies ſubalternas, ab eiſq; ad ſpecialiſſimas, deniq; ſpecies facile diuidit: ſilr q p eoſdē gradus reſoluit, a ſpecie ſpecialiſſima ad ſubalternū genus, & inde ad generaliſſimū, facile quoq; reſoluit. At vero q p ſingula numero infinita peruagari voluerit, irritū opus aggrediet. Sed de his in cōmētariis in Philebum. Inter hæc notabis Platonis verba Dauidis pphetę oraculo q̄ ſimillima: neq; aſcenſu in cælū, neq; deſcēſu in infernū diuinum poſſe iudicium euitari. Poſt hęc oſtēdit deū a prauis nō poſſe muneribꝰ iniuſte placari. Vbi cōſiderabis deū diligentiorē eſſe humani generis curatorē, q̄ paſtores ouiū: gubernatores nauiū: duces exercitus: agrorū ruſtici: equorū aurigę: medici ęgrotātiū. Pręterea oīa ſub cælo plena malorū, perpetuūq; circa aīas bellū. In quo vitia deorſum trahūt: dii vero dęmoneſq; ſurſum. Cōſiderabis viuas eē in deo virtutes: immo vitas: quarū ſcintillis qbuſdā in aīa inde ſuccenſis aīa ad ſublimia eleuat. Poſt vero procemia ſeueriori cēſura aīaduertit in impios: neq; ſolum nefarias actiones, ſed impudētiā quoq; verborū: imo & cogitationes ipſas cōtra diuinā dignitatē diligēter explorat: ac tres ſpecies īpietatis in ſupioribus poſitas, in ſex deducit: videlicet in duo quālibet partiēdo. Tres. n. illę in opinione cōtra deū falſa cōſiſtunt. Pōt aūt vna cū falſa opinione, iniqtas quoq; morū cōcurrere: pōt & tolerabilior ęqtas. Cognoſces hic & pœnas maleficorū, hęreticoꝝ, ſupſtitioſorū. illoꝝ pterea q Pſeudoprophetę cognominant. Rurſus quātū plebeā dānet ſupſtitionē. Dānauit & ſupra poeticā, a qua plebea etiā cōfirmat. Vbiq; vero Plato tam poeticā q̄ plebeā ſupſtitionē improbat: & ante oīa humana officia pietatem philoſophicam veneratur.

DIALOGVS. X. DE LEGIBVS VEL DE LEGVM LATIONE.

ATHE.

POſt leges de cęde, vulneribuſq; & verberibus, cōmunis lex illa de oīni vi ſanciat: vt nemo ferat aſportetq; rem alienam, aut vicini re vlla vtat, niſi poſſidēti antea pſuaſerit. hinc. n. mala oīa q̄ narrauimꝰ, depēderūt: pēdētq; iam, & in poſterum dependebūt. Reliquorū vero maxima ſunt, petulātum iuuenum contumeliæ atq; iniuriæ. quæ tunc maxima: quando in ſacra cōmittuntur, præſertim cum in publica atq; ſancta, vel in tribuum aliquarum cōmunionē, vel aliorum huiuſcemodi. Secundo vero loco habenda ſunt, quando in ſacra priuata atq; ſepulchra. Tertio quæ in parentes ſeorſum ab his quæ narrauimus. Quartum contumeliæ iniuriaq; genus eſt, quando quis cōtemptis magiſtratibus, rem illorum abducit, vel

ea vtitur, anteq̃ illis pſuaſerit. Quintum, cum ciuis alicuiꝰ ciuilis dignitas læditur vel offenditur: qđ genus omnino vltionẽ poſcit. atq; his ſingulis cõmuniter ꝓuidere lex debet. De ſacrilegio quidẽ ſummatim dictum eſt: quid fieri oporteat: ſi vi aut clam peragatur. De his aũt quę verbo vel opera in deorum contemptum aguntur, quomodo punienda ſint, deinceps procemio quodam ꝓpoſito dicendũ videtur. Huiuſmodi vero procemiũ fit. Qui deos eſſe putat ſecundũ leges, nec facit vnq̃ ſponte impium quicq̃: nec loquiť. Faciunt aũt aut dicũt impium aliquid in deos, vel quia deos eſſe negant: vel q̃a & ſi putant eſſe deos, de rebus tamen hũanis curare ipſum minime arbitrantur: vel tertio q̃uis & ſint & de hominibus curam habeant: facile tamen placari eos votis & ſacrificiis opinantur. CLI. Quid faciemus igitur? quid ad ipſos dicemus? ATHE. Audiamus o bone vir prius quid in noſtrum contemptum ioco quodam dicturos illos conii cio. CLI. Quidnam dicent? ATHE. Ita ferme in nos nugabuntur. O Athenienſis hoſpes, voſq; Lacedęmonie, atq; Gnoſie, vere illud dicitis: q noſtrũ alii nequaq̃ eẽ deos, alii nihil noſtra curare, alii muneribus facile placari exiſtiment. Qđ igiť vos in oĩbus legibus ferendis faciendum eſſe putauiſtis: hoc & nunc a vobis fieri volumus: vt ſcilicet ante legum minas ſufficientibus ſignis deos eſſe nobis perſuadeatis: nec poſſe illos pręterq̃ fas eſt, muneribus vllis moueri. Nunc enim hæc & ſimilia quædam audientes prædicari quotidie ab iis q excellere putantur, poetis, oratoribus, vatibus, ſacerdotibus, aliiſq; permultis, ab iniuria quidem facienda non remouemur: ſed cum fecerimus, placare deos conamur. A vobis aũt qui atroces nullo modo ſed mites legum latores eſſe gloriamini, poſcimus vt perſuaſione prius adhibita q dii ſint ita doceatis, vt etiam ſi non multo ſublimiora q̃ alii, veriora tamen loquamini. Forte nãq; vobis credemus. Quare ſi ęquũ quid poſtulamus, morem gerite. CLI. Atqui o amice facile eſt veritatem hanc oſtendere q dii ſint. ATHE. Quo pacto? CLI. Primum quidem terra, ſol, ſydera, ipſumq; vniuerſum, temporum quoq; ornatiſſima varietas, annis, menſibuſq; diſtincta, id oſtendunt: græcorum præterea barbarorumq; omnium conſenſus, deos eſſe fatentium. ATHE. Timeo o beate vir ſceleſtos homines. Timeo inquã non erubeſco nec vereor: ne forte vos contẽnant. Vos eñ differentię iſtorum cauſam ignoratis: & incontinentia voluptatum cupiditatumq; tantũmodo putatis ad impiã animos eorum vitam corruere. CLI. Sed quęnã pręter iſta, alia iſtorũ cauſa hoſpes eſt? ATHE. Qđ vos ipſius expertes, penitus fugit. CLI. Quid hoc? ATHE. Ignorantia quædam certe grauiſſima: quæ maxima videtur eſſe prudentia. CLI. Quo pacto inquis? ATHE. Feruntur apud nos ſermones, partim metro, partim ſoluta oratione cõſcripti: q apđ vos propter diſciplinę ciuilis excellentiam, vt audio, non reperiuntur. Quorum antiquiſſimi, primã cæli aliorumq; naturam deorum factam fuiſſe affirmant: nec multum progreſſi, deorum generationem conſuetudinemq; inter ſe narrant. Quæ quoniam priſca ſunt, quantum ad alia quidem ſiue recte ſeu non recte ſe habeant: reprehẽdere non facile eſt: ad cultum tamen honoremq; genitorum, nec vtilia ipſa, nec vera eſſe fatebor. Priſca igitur dimittamus: deq; illis vt diis placet dicamus: iuniorum vero ſapiẽtum verba, ſicubi mala hoĩbus afferant, incuſemus. Profecto iſtorum verbis illud efficitur: vt cum ego & tu hæc ipſa ſigna eſſe, q dii ſint, aſſerimꝰ: ſolẽq; ac lunam, ſydera & terram, quaſi deos & res diuinas in medium adducimus, tunc iuuenes ab iſtis ſapientibus aliter perſuaſi, terram & lapides hæc eſſe dicant: nullamq; humanarum rerum curam habere poſſe: ſed verbis tm̃ ornatis veriſimiliter ſermonem de iſtis eſſe digeſtum. CLI. Graue id certe hoſpes etiã ſi ſolũmodo vnus dixiſſet. Nunc vero eo grauius & moleſtius eſt, quo plures ſunt: qui dicunt. ATHE. Quid ergo dicere, quidve facere nos oportet? Vtrũ quaſi apud impios homines accuſati ſimus, q falſo deos eſſe, legibus affirmamꝰ ad defenſionem accingemur? An his dimiſſis ad legum tractationem iterum reuertemur: ne procemium legum nobis hoc excreſcat in longum: cum oratio breuis futura non ſit, ſi pronis ad impietatem hominibus quæ requirunt, ſufficienter oſtendere voluerimus: atq; etiam terrore illos a ſcelere amouere: demũ vero quemadmodum conuenit, leges ferre? CLI. Sæpenumero in hoc breui tempore hoſpes a nobis dictum eſt, breuitatem nõ eſſe ꝓlixitati anteponẽdam. Nihil enim nos, vt dicitur, vrget. Quare ridiculum ſimul & prauum eſſet, ſi breuiora melioribus pręferremus. Multum eñ conferet, ſi veriſimili ratione ſermo noſter oſtẽderit: q dii ſint & boni ſint: iuſtitiãq; multo magis q̃ homines colant. qđ fere optimum pulcherrimumq; legum omnium erit exordium. Quãobrem abſq; vlla moleſtia atq; feſtinatione, pro viribus nihil prętermittamus: qđ ad hanc rem perſuadendam pertineat. ATHE. Iſte ſermo tuus adeo te paratum promptumq; oſtendit: vt ad ꝓces votumq; videatur prouocare: nec morã amplius patiatur. Verum quomodo ſine ira eſſe aliquis deos differat? præſertim cũ neceſſe ſit, grauiter ferre odiſſeq; eos: qui horum verborum nobis cauſam præbuerunt. Hi certe a pueritia ad deos affirmandos eo maxime inducere animũ potuerunt: q dum lacte nutrirentur a nutricibus matribuſq;, multa de illis ioco & ſerio dicta decantataq; in orationibus audiebant: & in ſacrificiis videbant conſentanea quęq; illis fieri, quæ ſuauiſſime pueri & vident & audiunt: dum parentes eorum ſummo ſtudio pro ſe liberiſq; ſacrificare, orareq; ſupplices, deos, quaſi q̃ maxime dii ſint, vide-

rent:necnon quotidie in ortu & occaſu ſolis ac lunę gręcos & barbaros omnes tam in rebus aduerſis q̄ ſecūdis conſpicerent,ſuppliciter adorare:atq; ex hoc non ſuſpitionem ꝙ dii nō ſint afferre:ſed teſtimonium ꝙ ſint abſq; controuerſia perhibere. At vero qui hæc omnia,nulla ratione,vt mentis compos quilibet diceret,moti deſpiciunt:proptereaq; nos ad hæc dicenda compellunt:quo pacto eos nūc manſuetis verbis corrigere,& primū ꝙ dii ſint docere poſſumus?audeamus tamen. nec enim decet, cum illi voluptate perdanſ,nos quoq; ira in eos corrumpi.Quapropter omni concitatione animi extincta procemiū ad eos qui ita mente corrupti ſunt,aggrediamur:& quaſi ad vnum eorū ita orationem manſuete vertamus.O fili,iuuenis adhuc es:nec dubito,quin progreſſio temporis faciat ı vt de multis aliter q̄ nunc ſentias.Expecta igitur oro,vt tūc de rebus maximis iudices.Maximū autem eſt qđ tu modo nihil arbitraris,vt recte de diis ſentiētes,bene viuamus.Verum ſi hoc in his permagnū tibi ſacrificauero,minime mentiar.Non tu ſolus nec amici tui primi,hanc de diis opinionem habetis ſed aliqui ſemper, tum plures,tum pauciores hoc morbo laborant. Qđ vero plurimis illorum contigit,tibi narrabo.Profecto nullus eorum ab adoleſcētia vſq; ad ſenectam in hac opinione ꝙ dii nō ſint perſeuerauit.Reliqui autem duo morbi q̄uis non multis,nonnullis tamē permanſerunt: ꝙ dii ſint quidem:ſed de rebus humanis nihil curent. Vel ꝙ curent,ſed facile precibus ſacrificiiſq; placentur. Tu igitur ſi mihi credes,expectabis,donec plane conſtet tibi pro viribus,quid de his iudicandū ſit. Vtq; id aſſequaris,diligenter conſiderabis,ſiue ſic ſiue aliter ſe res habeat:& a cæteris omnibus,& a legum latore maxime ſciſcitaberis.Interea noli tam temerarius eſſe:vt impie de diis ſentias. Is enim qui tibi leges ponit,& nūc & poſtea,quomodo iſta ſe habeant,docere conabitur.CLI.Optime hucuſq; hoſpes nobis eſt dictum.ATHE.Prorſus eſt ita o Megille atq; Clinia.Sed in mirabilem quendam ſermonem neſcientes incidimus.CLI.Quēnam?ATHE.Qui a multis ſapientiſſimus eſſe putatur.CLI.Dic clarius.ATHE.Res omnes nonnulli aiunt,quæ ſiunt,quæ futurę,quæq; factę ſunt,vel natura,vel fortuna,vel arte fieri.CLI.Et probe quidem.ATHE.Certe non abſurdum eſt viros ſapientes probe dixiſſe.Quare ſequamur ipſos:inquiramuſq; quidnam intellexerunt.CLI. Omnino. ATHE.Maxima dicunt atq; pulcherrima natura fortunaq; fieri:Arte vero minora: eamq; dicſit accepta a natura magnorum primorumq; operum generatione,fingere,fabricareq; minora omnia:quæ artificioſa ab omnibus appellantur.CLI.Quomodo id ais?ATHE.Sic planius dicam.Ignē,aquam,terram,aerem:omnia hæc non arte ſed natura & fortuna eſſe dicunt.Corpora etiam quę poſt hęc ſunt:rerum terrenarum,ſolis,lunę,ſtellarum omniū,ex iſtis anima prorſus carentibus facta fuiſſe aiunt: fortunaq; viriū lata ſingula caſu ſingulis conueniſſe:atq; ita frigida calidis,ſicca humidis,mollia duris:& omnino cōtraria contrariis,duce fortuna,neceſſario contemperata fuiſſe.Hoc pacto cælum totum,& quæ in eo ſunt omnia:animalia quoq;,& plantas,& anni tempora fuiſſe producta:non per intellectum,neq; per deum aliquem:ſed natura,vt diximus,atq; fortuna.Ex quibus artem poſtea mortalem a mortalibus factam,poſteriores quaſdam res genuiſſe,non penitus veritatis participes, ſed ſimulacra quædam ſibi ipſis cognata:qualia pictura,muſica,cæterǫ; artes his ſimiles generant.Si q̄ vero artes ſerium aliquid faciunt:eas eſſe quę vim ſuā cū natura cōmunicant: qualis eſt medicina,agricultura, gymnaſtica.Ciuilem pręterea peritiam aiunt,parua quadam parte cum natura:magna vero cum arte cōcurrere:atq; ita vniuerſam legū poſitionē non cum natura,ſed cum arte,cuius poſitiones veræ non ſint cōuenire. CLI.Quonam pacto?ATHE.Deos o beate vir,non natura,ſed arte & legibus quibuſdam conſtare volunt:eoſq; aliis alios eſſe,put ſinguli ſecum conſentientes lege ſanxerſit.Pulchra vero vel honeſta,alia natura,alia lege conſiſtere.Sed iuſta natura minime eſſe:immo vero hoīes de his ſemper inuicem diſceptare:& noua quotidie conſtituere: & quæ nup ſtatuerunt:quatenus illis ſic placet eatenus eſſe iuſta,non natura quidem:ſed arte & legibus ſtabilita.Hæc ſunt o amici quæ ſapientes viri, tum poetę,tum ſcriptores alii iunioribus tradiderunt:dicentes iuſtam eſſe eam poſſeſſionem:quæ vi & victoria comparaſ. Vnde iuniorib9 impietas innaſciſ:vt credāt nō eſſe deos,quales credere leges iubent.Hinc etiā ſeditiones oriunſ:p quas ad eā hoīes vitā quaſi ſcđm naturā rectā trahunſ,qua ita viuāt vt cęteros vincāt,nec ſcđm leges aliis ſeruiāt.CLI.O qualē hoſpes rē narraſti:qualēq; peſtē iuuenū & publice ciuitatib9,& priuatim domib9 ſuis illatā.ATHE. Vera narras o Clinia.Sed cū ita ſe res habeat,qd legū latori agēdū cēſes?An ſolū minari oīb9 hoīb9 debet?eos oīno poenas daturos,niſi deos eſſe credāt: taleſq; opinenſ,quales a legibus tradunſ:deq; honeſtis & iuſtis & maximis q̄buſq; rebus, ac de virtute & prauitate,ita oīno arbitrenſ & agant,vt legū lator pſcripſerit.Si igiſ nō paruerint,alios mortis ſupplicio,alios flagellis & vinculis,alios dedecore,alios exilio,egeſtateq; puniēdos.Ita ne minabiſ qdē tātū legū lator:vt aūt in legū latione pſuaſionē minis adiungat, qua mitiget,nihil curabit? CLI.Minime hoſpes: ſed ſiqua in huiuſcemodi rebus vel modica pſuaſio inueniri pōt,non debet legū lator qui modo alicuius pretii ſit,labore inde deterreri:ſed q̄maximo,vt dicitur,clamore poteſt, priſcę legi auxiliū ferre:rationibuſq; oſtendere ꝙ dii ſint:& q̄cūq; ipſe pauloante dicebas: atq; ipſi legi &

Res oēs vel natura:vel fortuna:vel arte fieri.

Quæ pulcherrima,a natura & fortuna fieri:minora vero ab arte.

Vide vt medicia ad naturā, ciulis ad artē magis iclinet ſecūdum veteres ſapientes.

arti ita ſuffragari:vt vel natura,vel nõ minus q̃ natura cõſtare affirmet:cũ mentis ipſius proles ſint:vt recta ratio monſtrat:quã tu modo dicere mihi videris:& ego credo. ATHE. O paratiſſimi animi Clinia:nõne arduũ eſt,ea rationibus proſequi:quæ ita per omnes diuulgata ſunt:ipſaq; prolixa ſunt,nec breuitatẽ patiuntur?CLI.Quid hoſpes?cũ tam multa de ebrietate & muſica dicerentur:eam prolixitatẽ ęquo animo tulimus:de diis vero talibuſq; rebus plura dicentẽ non auſcultabimus?Enimuero legum lationi prudenter diſpoſitę,magnũ hinc patrociniũ eſt futurum:cum legũ mãdata literis tradita quæ toto tpe futuro redargutioni ſubiecta eſſe ſolent,ſic cõprobata quieſcãt.Quare terreri non debemus:ſi auditu ardua in principio ſunt:quæ vel tardi ingenii hoĩes ſępius repetendo animaduertere poterunt.Hæc igiĩ licet prolixa,ſi modo vtilia ſunt,non videntur abiicienda. Nec æquũ eſt hos ſermones pro virib⁹ nõ defendere.ME.Optime mihi hoſpes Clinia loqui videĩ.ATHE.Et maxime q̃dem o Megille:quare faciendum eſt vt dicit.Profecto niſi ſermones iſti inter oĩnes,vt ita dixerim,homines vulgati eſſent,nihil opus eſſet,deos eſſe rõnibus demonſtrare.Nũc vero neceſſe eſt. Cum igiĩ maxime leges ab improbis hoĩb⁹ corrumpanĩ, cuiuſnã magis q̃ legum latoris officium eſt,auxilium ferre?ME.Nullius certe.ATHE.Verũ dic mihi Clinia.participẽ eñ te rõnis huius eſſe oportet. Nõne qui hæc dicit,ignem,terram,aquam,& aerem,prima omniũ putare videtur?atq; hæc eadẽ naturã vocare,& ex his poſteriorẽ animã arbitrari?Immo non videtur ſolũ:ſed iſta nobis oratione ſua vere ſignificat.CLI.Ita prorſus.ATHE.Num igiĩ per Iouem quaſi fontẽ quẽdam inuenimus ſtultæ illorũ opinionis:qui vnq̃ queſtiones rerum naturalium attigerunt?Conſidera obſecro,& rationem omnem ſcrutare. Non eñ parum intereſt:ſi oſtenderimus eos qui impiis rationibus innituntur,cęteroſq; ad impietatem trahunt,non recte ſed peruerſe diſſerere.Mihi igiĩ de his ita videtur.CLI.Probe dicis:ſed coneris iſta oſtẽdere.ATHE.At videbor rõnib⁹ vti nõ cõſuetis.CLI.Ne verearis amice.Intelligo eñ ꝙ putabis longe te a ꝓpoſito ferendaꝝ legum abire,ſi diſputationẽ hanc ingrediamur.Verum ſi non aliter cõuincere poſſumus recte ſe habere quæ de diis ſcdm legem modo dicũtur,dicẽdũ eſt omnino. ATHE.Dicã iam nouã hanc pene inauditãq; rõnẽ.Quod generatiõis corruptiõiſq; oĩum prima cã eſt,non primũ,ſed poſterius factum illi ſermones affirmarunt:qui animos impios effecerũt.Quod vero poſterius,id prius.Quare veram deorũ ſubſtantiã ignorarũt. CLI.Nõdũ intelligo.ATHE.Qualis anima ſit,& quã habeat vim,oẽs ferme ignoraſſe videtur:tũ quo ad alia:tum quo ad eius generationẽ,ꝙ ante oĩa corpora nata ſit:& trãſmutatiõis decoriſq; corpoꝝ ipã ſit maxie omniũ princeps.Si hæc ita ſint,nõne quæ animę ipſius propria ſunt,neceſſario priora his erũt,quæ ad corpus ptinent:cum ipſa corpore ſit antiquior?CLI.Neceſſe eſt.ATHE.Ergo opinio,cura,intellectus & ars & lex,duris & mollibus,grauib⁹ atq; leuibus priora ſunt.Quare ingentia & prima opera,operatiõeſq; ipſę artis in primis erũt:quę vero natura ſunt,& natura ipſa,quã nõ recte ſic appellant,poſterius ſunt:& artem intellectũq; ſequunĩ.CLI.Cur non recte?ATHE.Quia naturã generationem circa prima dicere volunt:primaq; ponunt corpora.Si aũt non ignis,nec aer,ſed anima primo eſſe videbiĩ:anima ipſa corpore antiquior rectiſſime affirmabitur:& hęc ipſa ita natura conſtare:ſi animã corporibus antiquiorẽ eſſe conſtiterit:aliter vero nequaq̃.CLI.Vera loqueris.ATHE.Num deinceps ad hęc ita nos comparabimus?CLI.Ita prorſus.ATHE.Rationem cauillatoriã fallacẽq; fugiamus:ne ſi forte iuuenilis ipſa nos ſenes fefellerit:ridiculos reddat:videamurq; magna aggreſſi, ne parua quidem conſecuti fuiſſe.Si amnẽ ꝓfundum rapidumq; tres ipſi trãſire vellem⁹:& ego iunior vobis,fluctuſq; magis expertus dicerẽ:periculũ me primũ vobis in tuto relictis facere oportere:verũ tranſiri fluuius a vobis ſenioribus poſſit,an non:& poſtea facto periculo,aut hortari vos ad tranſitum:aut ſi tranſiri non poſſit,me ſolum periculum ſubiiſſe:modeſte loqui viderer. Non aliter modo cum ratio profundior adeunda ſit,fermeq; veſtris viribus nõ acceſſibilis:ne vertiginem tenebraſq; vobis faciat,ad eas vos quæſtiones deducens,quib⁹ conſueti nõ eſtis:atq; hoc pacto dedecore triſtitiaq; afficiat:periculum in me primo ita faciũdũ cenſeo:vt & me ipſum interrogẽ,& mihi ipſi reſpondeã:& hoc pacto vobis in tuto audientibus, totam hanc de anima diſputationẽ pertranſeam:qua prior eſſe corpore oſtẽdaĩ.CLI.Optime hoſpes loqui videris:facitoq; vt dicis.ATHE.Age igitur modo magis q̃ vnq̃ deũ omni ſtudio inuocemus:cum deos eſſe diligenter demonſtrare conemur:rationemq; ingrediamur:rudentibus tutiſſime tenſis.In hac autem diſputatione:interrogationibus huiuſmodi ſic ſecuriſſime reſpondere videor:ſiquis roget.O amice,ſtant ne omnia,nihilq; mouetur,an contra,ſtat nihil,cũcta mouẽtur?Vel aliqua mouentur:aliqua permanent?Huic vtiq; reſpondebo manere alia,alia vero moueri. Nonne in aliquo loco ſtant & mouentur?Quid ni?Nõnulla in vna ſede id faciunt,nõnulla in pluribus.Ea ne dicis quæ ſtantium in medio vires capiunt,in vno moueri:quẽadmodum circuli ſtare dicunĩ,licet circũferentia eoꝝ vertatur?Ita prorſus.Intelligimus autem ꝙ in hac circulatione,cum huiuſmodi motus maximũ ſimul minimũq; circulũ circũducat,ſecundum proportionem,ſe ipſum maioribus minoribuſq; diſpertit:& ipſe quoq; proportione ſeruata maior eſt & minor.Propterea cunctoꝝ fact⁹ eſt.

Relictur opinion dicẽtium oĩm principia eſſe corpora.

Aggreditur demonſtrare deos eſſe.

fons mirabiliũ. Vna enĩ cum magnis paruiſq; circulis velocitates tarditateſq; cõuenientes ita tranſi-
git, vt incredibile qddam peragere videaẽ. Vera narras. In multis vero moueri, dicere mihi videris, q̃
cunq; ex alio in alium ſemper trãſeunt locum: & nõnunq̃ alicuius centri vnius obtinent baſim: non
nũq̃ plura: eo q; circũuoluanẽ: & cũ ſingula ſibi inuicẽ paſſim occu?rãt, ſi ſtãtibus reſiſtẽtibuſq; obuia
fiunt, ſcinduntẽ: ſin vero contra latis, vnũ facta tã hęc q̃ ipſorũ intermedia coniunguntẽ, atq; cõdenſan
tur. Fateor vtiq; hæc ita ſe habere, vt tu ais. Atqui coniuncta denſataq; augentẽ, diſiuncta vero rareſa
ctaq; minuuntẽ, qñ prior ſingulorũ habitus permanet: qñ vero non permanet, ꝓpter vtraq; corruptio
ſequitur. Fit igitur omniũ generatio, quãdo paſſio quædã fit: cum videlicet principium capto incre-
mento ad ſecũdã perueniat tranſlationẽ: & ab hac in ꝓximã: cũq; ad tres vſq; ꝑuenerit, in ſentiẽtibus
ſenſum habuerit. Hac ergo trãſmutatione atq; trãſlatione quodlibet gignitur. Vere aũt eſt, quando
permanet. Q; ſi in alium habitum permutatum ſit, iam penitus eſt corruptum. Species motuũ om-
nes pręter duas o amici iã diximus. CLI. Quas illas? ATHE. Illos o bone vir motus nondum diximus
quorum pene gratia tota hæc conſideratio eſt. CLI. Dic planius. ATHE. Animæ gratia diſputationẽ
hãc aggreſſi ſumus. CLI. Maxime. ATHE. Sit ergo alter motus, quo quid alia ſemꝑ mouere poteſt q-
dem: ſeipſum vero non poteſt. Alter quo quid & ſeipſum ſemꝑ & alia poteſt mouere, cõiũgẽdo, diſiũ-
gendo, augendo, & contra: generando p̃terea & corrumpendo. Qui motus a cęteris oĩbus eſt diſtin
ctus. CLI. Sint vt vis. ATHE. Nõne motum illum nonum ponemus: quo aliquid ab alio mouetur,
& alia mouet? Decimũ vero collocabimus illum, quo & ſe mouet & alia: qui certe omnibus actionib⁹
& paſſionibus ſe accõmodat: rerumq; omnium quęcunq; ſint, reuera motus & tranſmutatio nuncu
patur? CLI. Ita prorſus. ATHE. Quẽ potiſſimum ex decẽ motibus cæteris omnibus tanq̃ robuſtiſſi
mũ & efficaciſſimũ pręponemus? Neceſſe eſt eum quo quid & ſe & alia mouere poteſt, longiſſimo in-
teruallo p̃cedere, cæteros aũt omnes eſſe longe poſteriores. CLI. Probe. ATHE. Sed vnũ vel duo nõ re
cte locata, aliter ponenda ſunt. CLI. Quęnã? ATHE. Qđ de motu decimo dixim⁹, non recte eſt dictũ.
CLI. Quare? ATHE. Quia qui decimo enumeratus eſt, tã gñatione q̃ robore ſcđm rationẽ prim⁹ eſt.
Secundus vero, quẽ nono abſurde loco enumerauimus. CLI. Quomodo hęc dicis? ATHE. Sic. Quan
do aliud ab alio mouetur: idq; rurſus ſemꝑ ab alio: erit ne in talibus aliquid qđ primo moueatur? At
quomodo id cũ ab aliquo moueaẽ, eorũ quę mouentur, primũ erit? Certe impoſſibile id eſt. Sed quan-
do aliqd ſeipſum mouens, aliud quoq; mouebit: illudq; aliud: & ſic deinceps plurima mouebũtur: an
aliud totius motus principiũ erit, q̃ mutatio ei⁹ qđ ſeipſum mouit? CLI. Egregie dictũ id: & concedẽ
dũ eſt. ATHE. Pręterea ſic nos ipſos interrogemus, & ipſi nobis reſpondeamus. Si quouis modo vni
uerſa ſimul, ſteterint, vt plurimi taliũ audent dicere, quẽ motũ potiſſimũ ex omnibus primũ in ipſis
fieri aſſerem⁹? Eũ ꝑfecto, quo qd ſeipſum mouet. Motus enim dependens ab alio, non prius incidet, q̃
alia q̃dam ipſis inciderit ꝑmutatio. Quapropter initium oĩm motionũ primũq; motũ, qui & in ſtanti
bus factus ſit, & in his quę mouentur modo inſit, illũ fateri neceſſe eſt, quo qd ſeipſum mouet: & hãc
eſſe antiqſſimã oĩm potẽtiſſimãq; mutationẽ: ſecũdã vero illã: qua quid ab alio mutaẽ, & alia mouet. Quę antiqſſima & potẽtiſſima mutatio.
Veriſſime dicis. Poſtq̃ hucuſq; diſputando deuenimus, hoc quoq; reſpondeamus. CLI. Quidnam?
ATHE. Si primũ motũ in terreno vel aquatico vel igneo corpore, ſiue ſimplici, ſeu mixto viderimus
quã ineſſe ipſi paſſionẽ dicemus? CLI. Nunquid rogas, ſi viuere ipſum dicẽdum ſit, qđ a ſeipſo moue
tur? ATHE. Id ipſum. CLI. Viuere certe. ATHE. Quid vero cũ animã eſſe in aliquo viderimus, num
ob aliud viuere ipſum q̃ ob hoc putabimus? CLI. Ob hoc ipſum. ATHE. Attende per Iouem obſecro
nunquid velis tria in re qualibet intelligere. CLI. Quo pacto? ATHE. Vnũ ſubſtantiam ipſam. Vnũ
ſubſtantiæ rationem. Vnum quoq; nomen ipſum. Interrogatiões etiã de omni re duas eſſe. CLI. Quo
modo duas? ATHE. Q; videlicet nõnunq̃ nomine nobis propoſito, rationẽ ipſam quæramus: nõnũ
q̃ rationem aſſecuti, nomen iam inueſtigemus. Sed volumus ne hoc iterum dicere? CLI. Quidnam?
ATHE. Bipartita diſtinctio, & in aliis, & in numero reperitur. Et in numero ſic diuiſo, nomen qdem
par eſt: Ratio autem numerus in duo ęqualia diuiſibilis. CLI. Certe. ATHE. Tale aliquid dico. Nõne
idem in vtroq; ſignificamus, ſiue nomen interrogati rationẽ: ſiue rationẽ interrogati nomen redda-
mus? quãdoqdẽ vnam eandẽq; rem noĩe qdem parẽ, ratione vero numerũ in duo ęqualia diuiſibilẽ ap
pellamus. CLI. Idem omnino. ATHE. Rei vero illius cui nomen eſt aĩa, quęnã ratio eſt? Nũ habemus Aĩę rõ, q; poſſit ſeipſam mouere.
aliã rationem, p̃ter eã quã modo diximus: q; ipſa poſſit ſeipſam mouere? CLI. A ſeipſo moueri aſſeris
rationẽ eſſe illius ſubſtantię quã noĩe oẽs aĩam appellamus? ATHE. Aſſero equidẽ. Qđ ſi ita eſt, an ad
huc deſideramus ſufficientius demõſtrari, idẽ eſſe aĩam, & primã generationẽ ac motũ rerũ quę ſunt
quæ fuerũt: quęq; futuræ ſunt: oĩmq; rurſus iſtis contrariorum? quandoqdem tranſmutationis mo-
tuſq; omnis omnibus cauſa eſſe apparuit. CLI. Minime. Nam ſufficiẽtiſſime mõſtratum eſt, aĩam oĩ-
bus antiquiorẽ eſſe: cũ motus principiũ ſit. ATHE. Nõne igiẽ motus q ab alio in alio fit: quove nihil
vnq̃ ſeipſũ mouet, ſecũdus eſt: & quoto qs velit nũerorũ interuallo ſupiori motui poſtponendus? ſiqdẽ

corporis vere inanimati mutatio eſt.CLI.Probe.ATHE.Recte igit̃ & ꝓprie,vereq; & abſolute diximus prius corpore aiam factã fuiſſe:corpus vero poſterius atq; ſecundo:aiæ ſecũdũ naturã dominanti ſubiectũ.CLI.Veriſſima hęc ſunt.ATHE.Recordamur nos in ſupioribꝰ cõceſſiſſe,ſi antiquior corpore aĩa declaret̃,illa etiã quę aię cõpetunt,iis quę corpis ꝓpria ſunt,priora eſſe ſimul declarari? CLI.Maxime.ATHE.Affectus ergo,mores,voluntates,cogitationes,verę opiniones,curę,memoriæ:oĩa hęc longitudine corporũ,latitudine,ꝓfunditate,robore,prius facta ſunt,ſicut & aĩa corpore.CLI.Neceſſe eſt.ATHE.Num etiã cõcedere cogimur bonorũ & malorum,honeſtorũ & turpiũ,iuſtorũ & iniuſtorum,cęterorũq; contrariorũ cauſam eſſe?ſiquidẽ cauſam omniũ ipſam aſſerimus.CLI.Cur non? ATHE.Animã cuncta gubernantẽ,& in oĩbꝰ quę mouent̃ habitantẽ:nõne & cælũ gubernare neceſſario confitebimur?CLI.Omnino.ATHE.Vnam igit̃ an plures?Plures certe,vt ego pro vobis reſpõdeam.Nec pauciores q̃ duas ponere debemus:vnã beneficã,contrariã alterã.CLI.Recte admodum.

Vniuerſa quæ in cęlo terra & mari,aĩa ducit

Quæ ſint nomina motuũ animæ.

ATHE.Vniuerſa ergo q̃ in cælo ſunt,quę in terra,quę in mari,ſuis motibus anima ducit:quibꝰ nomina ſunt,velle,conſiderare,curare,conſultare,recte & nõ recte opinari,lętari,dolere,audere,metuere,odiſſe,diligere,& cęteris præterea motibus oĩbus:q horũ affines primiq; ſunt:qui & ſecundos corporũ motus ſuſcipiẽtes,oĩa in augmẽtũ decrementũq; ꝑducũt,cõcretionẽ,vel cõdenſationẽ,& diſcretionẽ,vel rarefactionẽ:& in ea q̃ iſta ſequũt̃:caliditates:frigiditates:grauitates: leuitates:durũ:molle:album:nigrum:auſterum:dulce:amarum: et deniq; omnibus:qbus anima vſa ſi intellectũ quoq; ſemper diuinũ acceperit:recte cuncta diis recta feliciaq; ꝑducit:ſin vero amẽtia cõiuncta fuerit,omnia his cõtraria facit. Damꝰ ne iſta ſic ſe habere?an adhuc ambigui ſumꝰ?CLI.Nullo mõ ãbigimus.ATHE.

Anima cõiũcta intellectui ꝑducit oĩa recte: ſeiũcta cõtrarium efficit

Vtrum ergo aię genus,cęlũ,terram,totũq; orbem regere arbitramur,qđ mẽte virtuteq; refertũ eſt? an qđ caret vtriſq;?Vultis ne vt ita reſpondeamus?CLI.Quo pacto?ATHE.Ita dicamus o mirifice vir:ſi vniuerſus cæli circuitus,& omniũ q̃ in eo ſunt,ꝓgreſſio,mentis motui & circulationi,& rationi ſimilem habet naturã,& ſimili quadã rõne peragit̃,cõſtat optimã animã totius mundi curam habere cõcedẽdum eſſe:vnde tali ratione circũuoluat̃.CLI.Recte.ATHE.Sin vero furioſe & ſine ordine mouet̃,malã.CLI.Hæc quoq; recte.ATHE.Quã igit̃ mentis motus naturã habet? Sed ad hanc q̃ſtionem o amici prudenter reſpõdere difficile eſt.Quare par eſt vt ego vobiſcũ reſpõdeam.CLI.Probe loqueris.ATHE.Cauere itaq; debemus,ne quaſi ex oppoſito ad ſolem conuerſi,& in meridie noctẽ agẽtes,perinde reſpondeamus:ac ſi mortalibus oculis mens ſufficienter conſpici cognoſciq; poſſit.Tutiꝰ enim videbimus:ſi ad imaginẽ eius reſpiciamꝰ.CLI.Quo pacto dicis?ATHE.Videamus cui potiſſimũ decem illarũ agitationũ ſimilis ſit intellectus:vt tanq̃ imagine hac vtamur.Eã ego in memoriam vobis reducã:& pro oĩbꝰ reſpondebo.CLI.Optime.ATHE.Meminiſſe oportet & illud a nobis in ſuperioribus eſſe dictũ:omniũ quę ſunt,alia ſtare,alia vero moueri.CLI.Sic dictũ fuit.ATHE.Quinetiam eorum q̃ mouent̃,nõnulla vno in loco,nõnulla in pluribus agitari.CLI.Hoc quoq;.ATHE.Motus aũt qui ſemp in vno fit,neceſſario circa mediũ aliqđ agitur:& circuli torno cõfecti ſimilis eſt:ideoq; mentis circuitum pro viribus imitatur.CLI.Quomodo id dicis?ATHE.Per eadem certe,eodem modo,in eodẽ,circa eadẽ,ad eadem,vna rõne,& ordine vno ferri vtraq; aſſero. Nempe ſi dicamꝰ mẽtẽ motũq;,q in vno fit,ſphęrę torno confectę lationibus ſimiles,nunq̃ rudes bonarũ imaginum opifices erimus.CLI.Recte admodum.ATHE.Contra ergo motus q nunq̃ ſiſt̃:nec ꝑ eadẽ: nec in eodẽ:neq; circa eadẽ:neq; ad eadẽ:neq; in vno fert̃:nec ordine & ornatu rationeq; aliqua,omnĩ ꝑfecto amẽtiæ cognatus eſt.CLI.Proculdubio.ATHE.Iam ergo aperte poſſumus clamare,cum ab anima cũcta circunducant̃,neceſſarium eſſe cæli circuitum a procurante exornanteq; anima circũduci:ſiue optima illa qdem,ſiue contraria.CLI.At hoſpes ex dictis iã apparuit,nefas eſſe aliter dicere,q̃ ab anima,omnĩ virtute referta,ſiue vna ſeu pluribus hæc omnia circũagi.ATHE.Optime tu Clinia citoq; hęc intelexiſti.ſed illud adde.CLI.Quidnam?ATHE.Si ſolẽ,lunam,cęteraq; ſydera anima ducit cuncta:nonne ſingula quoq;?CLI.Quid ni?ATHE.De vno igitur verba faciamꝰ:quæ aſtris oĩbus poſſunt accõmodari.CLI.De quo?ATHE.Solis quidem corpus omnes homines vidẽt:animã nemo:nec etiã alterius animaliũ corporis:nec viui,nec mortui.Idq; genus cum nullo corporis ſenſu percipiat̃,ſola mente comprehendit̃.Quare & nos de ipſo,hoc ſola intelligentia capiamus.CLI.Quidnam? ATHE.Cũ ſolẽ anima moueat,ſi triũ modorũ aliquo ab ea fieri hoc aſſerimꝰ,fortaſſe non aberrabimꝰ.CLI.Quos dicis modos?ATHE.Q; vel intus in hoc rotũdo corpore ineſt:& quo libet ipſum tranſfert: quemadmodum nos anima noſtra quo libet ducit.Vel ipſa foris quidem eſt: & corpus aliquod ignis vel aeris nacta,vt quidam aiunt,per vim corpus corpore pellit.Vel tertio,q̃uis ipſa nuda corpore ſit,quia tamen alias vires ſupra modum mirabiles habet,facile ducit.CLI.Certe vno iſtorum modorum ab anima agitari cũcta neceſſe eſt.ATHE.Pręſtat autem,vt ſiue curru quodam intrinſecus teneat corpus illud eius anima:lumenq; ita cũctis effundat:ſiue foris ſit,ſeu quomodocunq; quis excogitet,deum eſſe ipſam omnes arbitremur.An aliter?CLI.Ita certe,niſi quis extrema dementia teneatur.ATHE.

Q; reuerenter modeſteq; cẽſendum ſit de deo aliiſq; rebus altis.

Tráſlatio diſputationis:vt res altior iudicetur in re faciliore.

Solẽ mouet anima.

De vniuerſis præterea ſtellis & luna, annis, menſibus, cunctiſq; tēporibus, qd aliud q̄ hoc ipſum dicemus? Q̄m aīa aut animę oīb⁹ virtutibus prędirę horū oīm cauſę demonſtratę ſunt, deos eſſe eas affirmabimus: ſiue in corporib⁹ ſint, & tanq̄ aīalia q̄dam cælum totū exornent: ſiue quomodocunq; aliter agere id dicanť. CLI. Oīno. ATHE. Ita ergo iſtis cōceſſis, poterit ne aliqs negare plena deorum oīa eſſe? CLI. Nullus adeo mēte capt⁹ eſt, hoſpes. ATHE. Ei ergo qui deos eē negat, poſitis terminis o Clinia & Megille ſermonē iam relinquamus. CLI. Quos terminos īponemus? ATHE. Vt vel doceat nos non recte opinari, cū aīam gnātionē primā oīm dicimus: cęteraq; a nobis cōſequenter dicta, vera non eſſe. Vel ſi nihil melius q̄ nos dicere pōt, nobis credat: & ita in poſterum viuat: vt deos non ambigat. Verū conſideremus nūc vtrū ſufficienter deos eſſe aduerſus negantes oſtendimus, an non. CLI. Sufficienter dictum eſt hoſpes. ATHE. Diſputatio igitur aduerſus iſtos, finem habeat. Sed ille iā, q̄ q̄uis deos eſſe dicat, curā tn̄ humanarū rerū negat habere, ſic a nobis eſt ſuadēdus.

Deos humanarū rerū curā habere.

O vir eximie, dicamus, natura q̄dam diuinitati cognata ad rem tibi coniunctā affirmandā colēdāq; ducit: qn̄ deos eſſe aſſeris. Sed improborū iniuſtorūq; hoīm publice priuatimq; ſucceſſus, q licet reuera felices non ſint, vulgo tn̄ felices habenť, & carminib⁹ frequenter cęteriſq; ſermonibus extollunť, temere ad impietatē te p̄cipitē agunt: aut etiā cū ſceleſtos hoīes videas ad ſeniū vſq; ita deuenire, vt filios atq; nepotes in maximis relinquāt honorib⁹, valde turbaris. Audiſti fortaſſis, aut etiā ipſe vidiſti nōnullos, q̄uis iniuſte & īpie multa geſſerint, ppter ipſa tn̄ ſcelera ex re parua in magnā, & ex infimo gradu ad tyrannidē perueniſſe. Propterea cū deos harū rerū auctores eſſe ppter ipſam cū illis coniunctionē incuſare, & aduerſus eos peccare nolis, nōnulla duct⁹ abſurditate, ac diis ipſis ſuccenſere non valens, huc tādē delapſus es, vt licet deos eſſe arbitreris, humanas tn̄ res ab illis negligi credas. Ne igiť hæc opinio ad grauiorē te trudat impietatis morbū: remediū p virib⁹, opinionē hāc refutātes, adhibeamus. Quocirca ſequētē diſputationē cū p̄cedēte illa rōne iungemus: qua aduerſus eos etiā q deos eſſe negabāt, vſi ſumus. Tu vero Clinia & Megille, p adoleſcente, vt feciſtis hactenus, rn̄dete. Atq; ego ſi arduū qd inciderit, vos ſuſcipiens vt nūc feci, trans fluuiū ducā. CLI. Recte dicis: & ita facito, nos quoq; pro viribus faciemus. ATHE. Nō erit forſan difficile demonſtrare, deos non minus minimarū rerū q̄ maximarū curā habere: p̄ſertim cū pauloante dictum fuerit, eos omni virtute refertos, puidētiā oīm ſibi ppriā vendicare.

Deos curā habere tā maximarū q̄ minimarum rerum.

CLI. Et maxime qdem. ATHE. Q̄d ſequiť, cōiter inueſtigem⁹: q̄ ſit virtus eorū qua boni eſſe cōceduť. Age, nonne tēperatū eſſe, mētēq; habere, virtuti danť, & contraria vitio? CLI. Certe. ATHE. Quid porro? Nōne fortitudo virtuti etiam dať: timiditas vitio? CLI. Valde. ATHE. Et horū alia turpia, alia honeſta dicunť? CLI. Neceſſe eſt. ATHE. Et q̄ in his vitia ſunt, nobis qdē ineſſe poſſe: deos vero eorum participes nullo mō dicem⁹? CLI. Hæc etiā quis cōcederet.

Quę virt⁹ deorum qua boni ſunt.

ATHE. Nunqd negligentiā, delitias, otiū, animi virtutē putabim⁹? An aliter? CLI. At quō? ATHE. Nū cōtra? CLI. Ita ſane. ATHE. Horū ergo cōtraria in cōtrariū. CLI. Sic vtiq;. ATHE. Qui delitiis, negligentię, otioq; dedit⁹ eſt, quē Heſiodus ignauis maxime fucis ſimilē dicit, nōne odio nobis habeť? CLI. Rectiſſime pfecto poeta ille cecinit. ATHE. Non ergo dicēdus deus eos mores habere: quos odit: nec pmittēdus eſt vllus ita dicere. CLI. Nullo modo. ATHE. An ille, ad quē opis alicui⁹ effectio & cura maxime ptinet, magna in eo ope curabit: parua cōtēnet? Quō ſi hāc opinionē laudauerimus, nō errabimus? Sed ita iſtud cōſideremus. Nōne ſiue homo ſiue deus, duabus de cauſis negligit? CLI. Quibus? ATHE. Vel qa nihil intereſſe totius putat, ſi parua negligunť. Vel qa licet intereſſe opineť, pigritia tn̄ mollitieq; detētus, negligit. Aliter eñ negligētia non contingit. Nam quando qs nō pōt oīm curā gerere magnorū paruorūq;: atq; ideo imbecillitate impeditus nō curat, negligentia tūc in eo eſſe nō dicitur, ſiue hō qdā ſit impotens, ſiue deus aliquis non poſſe fingatur. CLI. Non certe. ATHE. Sed nūc illi duo tribus nobis rn̄deant, q licet deos eſſe cōcedāt, alter tamē facile placabiles, alter in rebus paruis negligētes putat: primūq; ſic interrogenť. Ambo deos aſſeritis ſcire, videre, audireq; omnia: nihilq; ipſos effugere poſſe eorum quæ aut ſenſu aut intellectu percipiunť: hæc ne ita ſe habere dicitis? An aliter? Sic. Deinde oīa eos poſſe q̄cunq; mortales īmortaleſve poſſunt? CLI. Abſq; dubio ita eſſe concedent. ATHE. Bonos etiam: immo optimos eſſe omnes quiq; cōfeſſi ſumus. CLI. Omnino. ATHE. Nulla ergo pigritia, nulla mollitie capi eos poſſibile: quando quidem tales ſunt, quales eſſe cōſenſimus. Nā a timiditate in nobis otium naſciť: pigritia vero ab otio atq; mollitie. CLI. Vera loqueris. ATHE. Nullus ergo deorum otio pigritiaq; corruptus quicq̄ negligit. Nullius enim timiditatis deus eſt particeps. CLI. Probe. ATHE. Ergo relinquitur ſi paruas paucaſq; in vniuerſo res negligunt: vt ita negligant, aut qa contemnenda illa eſſe ſciunt: aut quidnam aliud reliquum eſt, q̄ huius contrarium? CLI. Nihil penitus. ATHE. Verū ergo o vir eximie re dicere affirmabim⁹? an q̄ ppter ignorantiā, cū puidere debeāt, nō puideāt? an ſicut īprobos hoīes dicim⁹, meliora qdē videre, ſed voluptate aut dolore fractos deteriora ſeq, ſic deos q̄uis ſciāt puidēdū eſſe, ſlr nō puidere? CLI. Quō id fieri pōt? ATHE. Pręterea res humanæ, viuētis naturę pticipes ſunt: & hō ipſe prę cęteris aīalib⁹ dei cultor diligētiſſim⁹ eſt. CLI. Appet,

ATHE.Quinetiã mortalia cũcta viuẽtia a diis fieri poſſideriq; queãdmodũ & cælũ vniuerſum, dici
mus.CLI.Proculdubio.ATHE.Iã ergo ſeu parua hęc ſiue magna qs dixerit diis eſſe,nullo mõ cũ ꝓ-
uidẽtiſſimi atq; optimi ſint,negligẽda ſibi ſua poſſeſſio eſt.Sed iſtud p̃terea conſideremus.CLI.Quid
nã?ATHE.Nũ ſenſus & vires contrario iter ſe mõ ad facilitatẽ difficultatẽq; ſe naturaliter habeant.
CLI.Quid ais?ATHE.Parua q̃ppe difficilius q̃ magna videnꝫ & audiunꝫ.Facilıꝰ aũt tenenꝫ ferũtur
q; & ꝓuidẽtia gubernanꝫ parua oĩa & pauca,q̃ eoꝝ cõtraria.CLI.Certe multo faciliꝰ.ATHE.Quid
vero?cũ medicꝰ totũ corpus curare velit ac poſſit,ſi magnis ꝓuiderit,parua cõtẽpſerit,an bene huic
vnq̃ ſe totũ habebit?CLI.Nunq̃.ATHE.Sed nec gubernatores,nec ĩpatores, nec patreſfamilias,neq;
ciuitatũ moderatores,neq; vlli oĩno tales,paucis paruiſq; neglectis recte multa & ĩgẽtia gubernabũt.
Nã lapides quoq; magnos ſine paruis bñ ſtrui negãt architecti.CLI.Certe. ATHE. Caueamꝰ aũt ne
deũ mortalibꝰ opificibꝰ viliorẽ putemꝰ.Iſti ſane quãto peritiores ſunt,tãto arte vna in ꝓpriis ipſorum
operibꝰ & parua ſimul & magna exq̃ſitius abſolutiuſq; ꝑficiunt.Deus vero q ſapiẽtiſſimꝰ eſt,& cura
re poteſt ac vult:magnis qdẽ ꝓuidebit ſolũ:parua aũt q̃ facilius gubernari poſſunt,ꝓpter pigritiã &
ignauiã negliget?CLI.Nullo mõ hãc hoſpes de diis opinionẽ admittẽdam putamꝰ.Nefaria.n. hæc &
falſa penitus cogitatio.ATHE.Satis iã aduerſus eũ,q negligẽtiæ crimine deos incuſat,diſputaſſe vi-
demur.CLI.Certe.ATHE.Verũ hactenꝰ quodãmõ rõne coegimꝰ,vt falſa ſe opinari confiteretꝫ.Indi-
gere quoq; ꝑſuaſione,qua veluti cantu quodã capiatꝫ,exiſtimo.CLI.Quęnã hæc ꝑſuaſio eſt? ATHE.
Huic adoleſcẽti ꝑſuadeamꝰ:eũ q toti ꝓuidet,ad virtutẽ ſalutẽq; totiꝰ oĩa ordinare:cuiꝰ pars quęq; ꝓ
viribꝰ qd ſibi cõuenit agit & patiꝫ:atq; his ſingulis ꝓpoſiti pricipes ſunt: q minimarũ etiã actionum
paſſionũq; p ſingulas & extremas vniuerſi particulas diſtributiõe ad vltimũ vſq; pacta curã habent.
Quarũ vna tua o miſer particula ẽ:q̃ & ad totũ ſemp reſpicit:q̃uis minima ſit.Tu vero ignoras oẽm
ſingulorũ g̃nationẽ illiꝰ gr̃a fieri,vt vniuerſi ipſius beata vita ſit.eiꝰ ſubſtãtia nõ tui gr̃a eſt: ſed illius
tu gr̃a factꝰ es.Medicꝰ.n.& artificioſus opifex oĩs,totiꝰ gr̃a ſingula facit,& ad cõem ꝑfectionẽ dirigit
oĩa:nõ totũ ad partẽ,ſed partes ad totũ ſingulas referẽs.Tu aũt moleſte fers:q̃a ignoras quo pacto qd
tibi optimũ eſt,vniuerſo ſimul & tibi ꝓ cõis g̃natiõis viribꝰ cõuenit.Qm̃ vero aĩa cũ corpe ſemp,mõ
cũ alio,deinde cũ alio cõiũcta,variis mutationibꝰ,aut ꝓpter ſeipſam,aut ꝓpter aliã aĩam cõmutatꝫ,ni
hil aliud harũ rerũ ordinatori tãq̃ talos iaciẽti reſtat,q̃ vt q̃ſi trãſponẽdo ꝑmutet,meliores qdẽ mores
in meliorẽ locũ:in deteriorẽ vero deteriores,ꝓut ſingulis cõuenit,vt ſortẽ ſibi cõgruã ſingula conſe-
quanꝫ.CLI.Quõ id ais?ATHE.Ea rõne mihi dicere videor,qua facillime dii cũctis ꝓuideant.Nã ſiqs
ad totũ ſemp reſpiciẽs,fingit quęq;,& ad ipſum oĩa trãſfigurat,vt ex igne aquã aĩatã, nec mlta ſimul
ex vno vel ex multis vnũ,primę,aut ſecũdę,aut tertię g̃nationis ꝑticipãtia multitudine infinita trãſ-
poſiti huiꝰ ornatꝰ erũt.Nũc aũt mira facilitas in eius ope eſt,q toti ꝓuidet.CLI.Quo pacto id rurſus
ais?ATHE.Ita.Qm̃ rex actiões hoĩm oẽs aĩatas eſſe ꝑſpexit:multãq; ipſas in ſe virtutẽ,multã etiam
prauitatẽ habere:quodve factũ eſt aĩam & corpus,ꝑditionẽ nõ pati,neq; tñ ęternum eſſe:qua lege dii
ſunt: nã ſi alterutrũ horũ ꝑderetꝫ,oĩs ceſſaret aĩaliũ g̃natio:p̃terea qd ipſiꝰ aĩę bonũ eſt,iuuare:qd ma
lũ,cõtra nocere:hęc inquã oĩa qm̃ ꝑſpexit,idcirco excogitauit vbi ps q̃q; locata maxime,optimę,facilli
męq; virtuti victoriã,vitio vero ne vĩcat,ĩpedimẽtũ in vniuerſo p̃bere poſſit. Adinuenit igiꝫ ad vni-
uerſũ hoc,q̃le factũ qdlibet q̃lẽ ſedẽ hĩtationẽq; & q̃lia loca ſortiri debeat.Cãs vero talis cuiuſdã aut ta
lis gignẽdi,volũtatibꝰ nr̃is dimiſit.Vbicũq;.n.qs cupiat,q̃liſq; animꝰ ſit,ibi ferme ſẽp hĩtat:& talis ſit,
vt plurimũ.CLI.Cõgrue.ATHE.Quęcũq; igiꝫ aĩam hñt,trãſmutãꝫ:q̃ppe cũ trãſmutatiõis in ſeipſis
cauſã habeãt.Trãſmutata ſcd̃m ordinẽ legẽq; fatoꝝ ferunꝫ.Et q̃ minus peccarũt,minꝰ ꝓfunde,ac in
regiõis ſupꝑficie vaganꝫ:q̃ magis atq; atrociꝰ,decidũt in ꝓfundũ: et in regionẽ ĩferiorẽ delabunꝫ: quã
inferoꝝ vocabulo ſĩilibuſq; noĩbꝰ appellãtes,tã viuẽtes q̃ a corpibꝰ ſoluti ſomniãt atq; formidãt. Aĩa
vero q̃ maioris virtutis vel vitii cõpos eſt,qñ ꝓpria volũtate & aſſidua cõſuetudine vehemẽtiꝰ ꝑmu-
tata,diuinę virtuti adhęſit,taliſq; p̃cipue facta eſt:in locũ ſcĩſ lõge meliorẽ ſanctũq; trãſferꝫ:q̃ vero cõ
trario mõ affecta eſt,in cõtrariũ trãſlata vitã ꝑagit ſuã.Hoc deoꝝ q cælũ habitãt o puer & adoleſcẽs q
a diis negligi putas,iudiciũ eſt,vt q peior ſit,ad peiores:q melior,ad meliores aĩas:tã in vita q̃ in oĩni
morte ꝑficiſcaꝫ:patiaꝫq; & agat quę a ſĩilibꝰ ad ſĩiles fieri oportet.Quare nec tu,nec alius vllus opter,
cõfidatq; ſe adeo felicẽ fore,vt iudiciũ hoc deoꝝ effugiat atq; exuperet. Nã q hoc ſanxerũt,firmius q̃
cętera oĩa ſtabilierũt:vt cauẽdum oĩno ſit.Nunq̃ eñ ab illo negligeris,nec ſi ita paruus ſis, vt in ter-
rę ꝓfundũ ingrediaris:nec ſi adeo ſublimis fias,vt pẽnis eleuatꝰ in cęlũ voles:ſed cõueniẽtia ſupplicia
dabis:ſiue hic manens:ſiue ad inferos ꝓfectus:ſiue ad remotiorẽ aliquẽ inacceſſibilẽq; locum tranſla-
tus.Eadem quoq; de illis ratio ſit:quos per nefaria ſcelera ex paruis in magnos viros euaſiſſe intuitus
putaſti ad felicitatẽ ex miſeria ꝑueniſſe.Quorũ in operationibus velut in ſpeculo,deorum ad oĩa ne-
gligentiam inſpexiſſe exiſtimaſti:q; videlicet ignorabas ad quid eorum ꝓgreſſus vniuerſo conducãt.
Non oportet autem hoc o vir preſtantiſſime ignorare,quod qui neſcit,nec viuẽdi formã vnq̃ conſpi

ciet:nec verba de vitę beatitudine vł miſeria facere poterit. Quare ſi Clinias hic,& vniuerſus hic
ſeniorꝝ coetus tibi pſuaſit,te qd de diis dicas penitꝰ ignorare,ſatis ſibi deus fauerit: ſin vero rōnē
adhuc aliquā deſideras,audi q̃ ad tertiū illū dicemus,ſiquo pacto mētis es pticeps. Profecto deos
eſſe,hoībuſq; puidere,ſatis arbitror demōſtratū. Sed iniquorꝝ hoīm eos muneribus corrūpi,nullo
mō dici pmittēdū eſt:& ſi dicaƭ,oīno p viribꝰ refutādū. CLI. Prēclare dictū.& ſic agamꝰ. ATHE.
Age igiƭ p deos ipſos,quonā mō placabiles fiūt:ſiquo pacto fiāt:& q & quales ſunt,ſi placanƭ? prin
cipes eñ eſſe eos neceſſe eſt:q totū cęlū ppetuo gubernaturi ſunt. CLI. Certe. ATHE. Sed qbuſnā
principibus ſiles ſunt? qve illis principes ſiles? vt poſſibile nobis ſit:minores maioribus cōparare.
Verū aurigæ aliq certātiū bigarū tales ſunt? aut nauiū gubernatores? Fortaſſe aūt exercituū duci
bus cōferri poſſunt:vel medicis:qui bella morborꝝ ab humanis corporibꝰ arcēt atq; ppulſant:aut
agricolis inimicas oriētibus ſtirpibꝰ tēpeſtates timētibꝰ cauētibuſq;,aut etiā gregū armētorūq; pa
ſtoribus. Nā cū iter nos cōuenerit multorꝝ bonorꝝ,multorūq; malorū,& qdē pluriū,plenū eſſe cę
lū,imortale aliqd bellū hoc eſt,& mirabili cuſtodia indiget. ſed opitulanƭ nobis dii ſimul & dęmo
nes. Nos aūt deorꝝ dæmonūq; poſſeſſio ſumꝰ. Verū iniuſtitia & itēpantia vna cū iprudētia nos cor
rūpūt. Iuſtitia vero & tēperātia cū prudētia, q̃ i viribus deorꝝ aīatis inhabitāt,ſalutē nobis afferūt.
Breue aūt aliqd horū habitare i nobis manifeſte hic licet cōſpicere. Nā aię i terra q̃dā habitātes in
iuſtę,& ferarū inſtar atroces,aduerſus cuſtodū aīas,canū puta aut paſtorꝝ,vel etiā pcipuorꝝ oīno
dñorꝝ inſurgūt,verborūq; lenocinis,depcationeq; quorūdā cātuū pſuadēt: vt fama malorꝝ eſt,li
cere male agendo iter hoīes ſibi plurima vſurpare:nec aliquā inde poenā pſoluere. hoc nos delictū
quo ad vſurpationē pluriū inhiaƭ,i corpibꝰ aīaliū morbū vocamus,i anni tpibꝰ peſtilentiā, in ciui
tatibus rebuſq; publicis cōmutato noīe iniuſtitiā. CLI. Oīno. ATHE. Neceſſe eſt igiƭ eū q credit
deos veniā hoībus iniuſtis pbere,ſiqs ipſis rapinę ptē tribuerit,dicere eos eſſe veluti canes,qbus lu
pi pticulā rapinę cōcedāt,& illi muneribus his placati,greges diripi patianƭ. Nōne hic eorꝝ ſermo
eſt,q placabiles eſſe deos pdicāt? CLI. Hic certe. ATHE. Sed qbus pdictorꝝ cuſtodū deos aliqs cōfe
rens nō erit oīm hoīm ridiculoſiſſimus? Verū gubernatoribus,q libatione vini atq; nidore carniū
deuoluti,nauē ſimł nautaſq; euertūt? CLI. Minime. ATHE. Sed neq; aurigis,q dū certāt,corrupti
muneribus,aduerſariorꝝ curribus victoriā ipſam cōcedāt. CLI. Non certe. Turpis eñ hęc in deos
cōparatio. ATHE. Atqui nec imperatoribus,nec medicis,nec agricolis,nec paſtoribus ſimiliter p
ſuaſis,nec etiā canibus aſtutia luporū blande ſeductis. CLI. Bona verba queſo. Hęc eñ audiēda nō
ſunt. ATHE. Nōne cuſtodꝭ omniū maximi & in maximis rebus dii oēs? CLI. Ita prorſus. ATHE.
An optimarū rerū cuſtodes,& in virtute cuſtodię nimiū excellētes,deteriores eſſe dicemꝰ q̃ canes
hoīeſq; mediocres:q nūq̃ muneribus ab iniuſtis hoībꝰ impie acceptis iuſtitiā pderēt? CLI. Nequaq̃
hic ſermo ferēdus eſt:& q hac opinione laborat,impiorꝝ oīm iure peſſimꝰ & pphaniſſimꝰ iudicabiƭ.
ATHE. Tria igiƭ illa q̃ pposuimus,deos videlicet eſſe, omniūq; curā habere,nec pter iuſtū pci
bus vllis flecti poſſe:ſufficiēter oſtēdiſſe videmur. CLI. Certe:& his nos rōnibꝰ aſſentimus. ATHE.
Vehemētius quodāmō ppter iproborū hoīm cōtrouerſias diximus. Sed hac de cauſa o amice Cli
nia cōtētioſa vſi ſumus oratione,ne praui dicēdo ſe viciſſe putātes,licētiā ſibi datā credāt faciendi
quęcūq; velint:& qualiacūq; aduerſus deos exiſtimāt facienda. hac inquā de cauſa,noua quadā &
vehemētiori dicēdi rōne vti voluimus. Qꝫ ſiqd ad pſuaſionē attulimus,vt iam velint mores ſuos
odiſſe & cōtrarios cōplecti,pbe nobis exordiū legū de ipietate dictū eſt. CLI. Speramus ita fore, ſin
minus,at genus orationis legū latori dedecori nō erit. ATHE. Poſt exordiū ſermo legū interpres
recte ſequiƭ:q impiis oībus pdicet,vt a ſuis moribus ad pietatē ſeſe cōuertāt. Aduerſus eos aūt q
rit,liber eſto. Q; ſi affligẽtis vel afflicti ſeruꝰ ſit,ĩ libertatẽ a magiſtratibꝰ vẽdicet̃: ſin aũt alicuius
alteriꝰ ciuis ſeruꝰ fuerit,ꝓtiũ dño publice ꝑſoluat̃.Curæ vero magiſtratibꝰ ſit,neqs ei q detulerit,no

Vide de arte magica & eius operibꝰ aliqua

ceat.Quę veneno aliis ab alio ſiũt,letalia qdẽ diuiſa ſunt. Cætera vero ſiue potu,ſiue cibo,ſiue ũn
ctiõe ſpõte & cõſilio ꝑagãt̃, nõ dũ diſtiximꝰ.Bipartito eñ gñi hũano venena officiũt.Prĩo ei,vt mõ
diximus,corporibꝰ corpa ſcḋm naturã lædunt̃:deĩde magicis veneficiis & cantibus nodiſq; qbuſ-
dam ꝑſuadet̃,iis quidẽ qui officere ſtudẽt,poſſe id aſſequi:iis vero facile admodũ ab illis veneficio
lædi poſſe.Hæc vero cæteraq; hmõi quo pacto natura ſe habeant,nec facile ſciri pñt : nec ſiqs ſciat
aliis ꝑſuaderi.Sed aĩs hoĩm circa hæc ægre ſuſpitioſeq; ĩter ſe affectis,haud admodũ dignũ eſt co-
nari ꝑſuadere:vt ſi cærea ſimulacra ſiue ianuis ſiue in triuio ſiue in monumentis parentum vide
rint,hæc oĩno deſpiciant,cũ certã de his opinionẽ nullã habeãt.Quare bipartito legẽ de veneficio
partientes,primum hortamur,monemus,atq; cõſulimꝰ,ne talia faciãt:ne multos quaſi pueros ter
reant:nec legũ latorẽ & iudicẽ cogãt hmõi hoĩm timori mederi.Quippe qui veneno nocere nititur
ſi corporibus id illaturus eſt,niſi medicinæ peritus ſit,quid agat,ignorat.Similiter qui magicis cã
tibus id tẽtat:niſi aruſpex,monſtrorũq; ĩterpres ſit.Sed iã lex iſta de venenis hmõi ſanciatur.Qui
non ad mortem hominis,ſed pecorũ aut examinũ , veneno vtit̃ , ſiue etiam vt aliter q̃ morte be-
ſtiis noceat,ſi medicus ſit , & veneficii reus fuerit iudicatus,morte ſuppliciũ luat.ſin vero medici
næ ignarus,iudicium quid pati dare ve ipſum oportet,cõſtituat.Qñ vero quis nodis,inductioni-
bus,cãtibus,ſimilibuſq; veneficiis ad nocẽdũ paratꝰ deꝑhẽſus eſt,ſi aruſpex aut prodigiorum inter
pres ſit,occidatur.Sin vero non fuerit,iudiciũ de ipſo ſimiliter quid dare pati ve debeat , ſtatuat.

Cur pœnis maligni vexẽtur.

Qui clam aut vi nocuit, magna reddat,ſi in magnis nocuit:minora,ſi in minoribus:& in omni-
bus tantum reddat,vt damnum exęquet̃.Præterea in ſingulis iniuriis vt penitꝰ moderatior ſiat
mulcta afficiatur:Leuiore quidem,ſi propter iuuentutis imprudentiã,aliena malitia fuit impulſus
Grauiore autem ſi demẽtia ſua,aut immoderatis voluptatibus & doloribus:aut timore: aut inui-
dia,aut iracundia inſanabili.Pœnis vero maligni vexant̃,nõ quia peccauerint:nam qḋ factũ eſt,in
fectum eſſe non põt:ſed vt poſthac & peccatores ipſi,& q puniri iniquitates viderũt,iniuſtitiã ode
rint:aut ſaltem minus in ſimili vitio peccent.Quorũ oĩm gratia oportet vt ad hæc leges reſpiciãt
& boni ſagittarii ſimiles ad hoc ſignũ tẽdãt,punitionis magnitudinẽ in ſingulis,& qḋ dignũ ẽ,con

ſiderátes.Id ípm iudicẽ legũ latoris miniſtrũ facere decet:cũ a lege ſibi cõmittit, vt ipſe ſtatuat,qd
dare pative dãnatũ oporteat.Qui ſane nõ aliter qđ reliquũ ẽ,ſupiora imitat⁹ exeq debet,ꝙ pictor
ita pingere vt exẽplaria diligẽter ſequat.Qđ nobis o Clinia Megilleq; faciẽdũ ꝙ pulcherrime atq;
optime cẽſeo:& pœnas tã eoꝝ ꝙ furto & clã,ꝙ eoꝝ ꝙ vi agunt,quales eẽ oporteat,dicẽdũ,ꝑut dii
nobis deorũq; filii leges ponere cõcedũt.Nemo furioſus palã i vrbe cernat:ſed furioſũ ꝓpinq domi
quõcũq; pñt cuſtodiãt.Qđ niſi fecerit,mulctent:q maximi cẽſus ſunt,drachmis cẽtũ:ſiue ſeruũ
ſeu liberũ min⁹ diligẽter cuſtodiãt.Qui ſcđi,quatuor de qnq; minæ ptib⁹:q tertii,trib⁹: & duab⁹
q quarti.Multis aũt modis hoĩes furore agunt.Alii morbo,vt hi de qb⁹ mõ dixim⁹.Alii p iracũdiã
prauæ naturæ vitioſãq; educationẽ:q paruis iimicitiis mori alti⁹ ĩclamãt:& turpiter iter ſe cõui-
tiant.Nihil vero tale i ciuitate bonis legib⁹ ĩſtituta fieri decet.De cõuitio igit hæc vna oĩb⁹ lex po
nat.Nemo i aliquẽ cõuitiet.Sed qcũq; cũ alio de re quapiã ambigit,diſcat poti⁹ doceatq; tã ambi
gẽtẽ ꝙ pñtes, ita vt oĩ cõuitio ꝑſus abſtineat.Cũ ei ſibi iuicẽ verbis turpib⁹ maledicũt,muliebres
habent:& i primis ex verbis,ꝙ certe leuiſſima res ẽ,odia grauiſſima & iimicitię ſæpe naſcunt. Pro-
fecto q iræ rei penit⁹ ĩgratæ morẽ gerit:ipſãq; quaſi alimẽtis qbuſdã noxiis explet,is quãtũ per di-
ſciplinã antea excult⁹ fuerat:tãtũ exacerbatus poſtea iracũdã animi ptẽ,efferatuſq;,difficilẽ ſibi vi
uendi reddit rõnẽ:& hãc amarã ab ira gratiã ſuſcipit.Ex his pene oẽs ad id deuenire ſolẽt,vt ridi-
culũ aliqd i aduerſariũ dicãt:qua i re qcũq; ſe aſſuefacit,aut bonos mores penit⁹,aut magnanimita
tẽ maxia ex pte amittit.Quãobrẽ nemo i tẽplo obiurgationib⁹ his vnq̃ vtat:nec vbi publica ſacrifi-
cia vel certamina ꝓgunt:nec i rerũ venaliũ foro,nec i iudicio,aut alio quouis cœtu cõi. Eũ vero q
in hoc deliqrit,magiſtrat⁹ harũ rerũ pñs libere puniat. qđ ſi nõ fecerit, quaſi legũ ꝓditor,pcepto-
rũq; legiſlatoris ſpretor,nũq̃ ad publici cuiuſq̃ muneris certamẽ quaſi de virtute certaturus aſcẽ
dat.Siquis aũt aliis in locis maledicto vel ꝓuocãdo vel rĩdẽdo vtat,qcũq; ſenior pñs fuerit,pro le
gum defenſione hunc verberet:& eos q ira alieno malo cõcitati ſunt,cõprimat.Alioqn vt prædixi
mus,puniatur.Neminem pterea i his cõuitiis dicacitatibuſq; verſari arbitramur:qui non ſæpe ri
diculoſe aliquid obloquatur.Atq; hoc ípm eſt,qđ dãnamus:qñ cũ ira fit.Quid porro?comicorum
ne ſatyrorũq; ſales & ridiculoſa cõuitia qb⁹ aduerſus ciues vtunt,ſi abſq; ira ſic mordeãt,admitte
mus?An id bifariã diſtiguem⁹,in iocoſam & ſeriam orationẽ:Et ioco quidem vti liceat ſic , vt ri-
diculũ abſq; ira dicat:Concitato vero ꝑ irã aĩo,nemini,vt ante dixim⁹,tale qd dicere liceat?Hoc igi
tur nullo mõ admittẽdũ.Cui vero liceat,& cui nõ,lege iã declarãdũ.Poetæ comico vel iãbicæ mu
ſicæve melodiæ auctori nec verbo nec imagine vel pſona cuiq̃ ciuium detrahere liceat,ſiue id ira ſi
ue abſq; ira faciat.Et eũ qui cõtra fecerit,qui dandis præmiis præſunt,eodem in die extermineNT:
aliter tribus minis mulctentur,deo in cuius honorẽ certatum fuerat,cõſecrãdis.Cęteris vero de q
bus ſupra diximus,ſine ira & cũ ioco ridiculũ aliqd dicere liceat:ſerio aũt & cum ira,nequaq̃.Cu-
ius rei cognitio, cõmunis iuuenũ diſciplinæ curatori cõmittat.Et qđ ꝓbauerit, proferre i mediũ
liceat:qđ aũt reprobauerit,hoc neq; ipſe vlli vnq̃ oſtendat,neq; aliũ ſiue ſeruũ ſiue liberum doceat
Si contra fecerit,prauus legũq; cõtemptor habeat.Miſerabilis autẽ,id eſt miſericordia dignus exi-
ſtimandus eſt:nõ q fame vel re alia huiuſmodi premitur:ſed q cũ tẽperãs ſit,& virtute alia vel par
te virtutis ſit præditus,calamitate tñ ad hæc aliqua forte vexatur.Quare mirum profecto erit,ſi
vir talis vſque adeo neglectus fuerit:vt ſiue liber ſeu ſeruus i ciuitate moderate gubernata i extre
mam paupertatẽ deueniat.Iccirco nõ iniuria legiſlator talem de hac re legem tuto ponere poteſt.
Nullus in ciuitate noſtra mendicus ſit.Quicunq; vero id tẽtauerit:victũq; inexplebilibus ꝓcibus
colligere cœperit,a rerũ venaliũ curatoribus e foro pellatur:ab ædili magiſtratu ex vrbe eiiciat:
ex tota deniq; regione ab agri magiſtratu exterminetur:vt ab eiuſmodi animali omnino vniuer
ſa regio mũda ſit.Si ſeruus vel ſerua alienæ rei offecerit,ſiue imperitia,ſeu ĩmoderato aliquo vſu id
fecerit,nec qui dammum paſſus eſt,cauſam præbuerit,dominus eius aut ſatiſfaciat,aut ſeruũ ſer-
uamve illi qui dammum paſſus eſt,tradat. Q; ſi cõmuni quadã nocẽtis patiẽtiſq; aſtutia,vt ſeru⁹
ſibi auferatur,ſerui dominus factum contendat,de malitiæ crimine agat aduerſus eũ q de ſeruo
conquerit.Et ſi conuicerit,pretium ſerui a iudicio cõſtitutum a damnato duplicatũ accipiat. Sin
aũt cõuictus fuerit,& dãnũ reſtituat:& ſeruum inſup tradat.Si iumẽtũ,aut equus,aut canis, aut
domeſticũ aliud aĩal ꝓximi rẽ attriuerit,aĩalis dñs ſimiliter damnũ reſtituat.Siqs ſponte teſtimo-
nium ferre voluerit,citet ab ĩdigente:citatuſq; tpe idoneo adſit:& teſtimoniũ ꝑut ſciuerit,afferat.
Si neſcire dixerit:iureiurãdo tribus diis,Ioue,Apolline,Themide noĩatis,neſcire ſe affirmet:ac ab-
eat.Qui ad ferẽdum teſtimoniũ citat⁹,nõ venerit,dãnũ ei q citauit,ſcđm legẽ deponat.Si iudex ali
quis in teſtimonium citatus fuerit:teſtimonio allato,nullã i eadẽ cauſa ſentẽtiã ferat.Mulieri libe-
ræ ſi quadraginta annos exceſſerit tam ad teſtãdum ꝙ ad dicẽdũ itereſſe iudicio liceat,imo vero &
agẽdi,ſi ſub viro nõ ſit.Viuẽte vero marito teſtimoniũ perhibere ſolummodo liceat.Seruo aũt &

ſeruæ & pueris de homicidio ſolũ dicere teſtariqꝫ liceat:ſi idoneũ fideiuſſorẽ dederint ſe vſqꝫ ad la
tã ſentẽtiã ꝑmanſuros:ſi forte falſi teſtimonii fuerit accuſati.Siqs falſi teſtimonii agere voluerit,qd
& in toto & in pte teſtimonii & vtriſqꝫ aduerſariis licet,anteq̃ ſentẽtiã iudices ferãt,falſos fuiſſe te
ſtes obiiciat.Falſi vero teſtimonii criminationes ab vtriſqꝫ illatas magiſtrat⁹ ipſi cõſcriptas ſeruẽt
& ad iudiciũ poſtea de falſo teſtimonio referant.Siquis falſo teſtimonium bis dixiſſe inueniatur,a
nulla lege tertio teſtari cogat.Si vero ter,nullo modo poſtea teſtimoniũ ſibi dicere liceat.Qꝫ ſi ter
in falſitate deprehenſus,teſtari vlterius auſus fuerit,a volente quolibet ad magiſtratum deferatur
& a magiſtratu tradatur iudicio:& ſi cõuictus fuerit,moriat.Quando in lite,falſa teſtimonia iter
ceſſerint:ꝑ quæ aduerſariũ ſupaſſe videri qs potuit:ſi plures q̃ medietas teſtiũ cõdẽnati fuerint,iu
diciũ ſcd̃m illa nullũ ꝓcedat.Diſceptare vero cõuenit:vtrũ ſcd̃m illa teſtimonia gcq̃ iudicatum ſit
nec ne.Et quõcũqꝫ iudicatũ fuerit,hoc pacto iuſtum lis finẽ cõſequat.Verum cum multa in vita
hominum bona ſint,pluribus eorum quaſi q̃dam diræ calamitates inſidẽt:quæ maculant illa atqꝫ
coinquinant.Iudicialis aũt diſceptatio iudiciũqꝫ cur homini bonum nõ eſt,qd humana oĩa man
ſueſecit?Atqui cũ diſceptatio talis,bonũ ſit,cur & adeſſe in lite alicui,& cauſæ iuſtæ fauere,bonũ
non ſit?Hęc cum ita ſint:ꝑuerſa calumnia bonum artis ſubit nomẽ:quæ artificium Iueniſſe i librͦ
aſſerit:quo agẽda & dicẽda:ſiue honeſta:ſiue turpis ſit cauſa,ſupare facile qs poſſit: victoreſqꝫ fa
cere:qbus ipſa rationibus ſuis fauet,ſi pro artis ipſius beneficio pecunia dabitur.Hæc ſiue ars:ſiue
artis expers exercitatio q̃dã ſit:dãda opa eſt ne I noſtra ciuitate aditum habeat: ſed legũ verita con
ditorem,nihil aduerſus leges ꝓferat:& alio ꝓfecta vires ſuas oſtẽdat.Siquis vero nõ pareat:hac le
ge deterreat.Siqs iuſtitiæ vires in aĩs iudicũ I cõtrariũ vertere conetur:ac præter opportunitatẽ
multa litigia mouet,aut mouentibus adeſt,agat in eum quicũqꝫ voluerit,male agẽdi aut iique de
fendendi crimine:iudiciũqꝫ hmõi apud electos iudices agitetur.Et ſi damnatus fuerit:diſcutiatur
vtrum auaritia an ambitioſa quadã contentione id fecerit.Ac ſi cõtẽtione,certũ ſibi iudices tẽ
pus præſcribant:in quo neqꝫ pro ſe neqꝫ pro alio vllam agat dicatve cauſam. Sin aũt auaritia,pere
grinus quidem a regione, nunq̃ rediturus abito:& ſi redierit,moriturus.Ciuis autem ſi auaritia
feciſſe id dep̃hẽdatur:qm̃ pecuniã tanti fecerit,omnino moriatur.Qꝫ ſi ambitioſa contentione bis
tale quid feciſſe iudicatus fuerit, id ipſum ſupplicium ſubeat.

Argumentum Marſilii Ficini in.XII.Dialogum de Legibus.

PLato diuinus in oĩbus legũ dialogis,diuini opis ſimilitudine:ideoqꝫ nũero duo
denario delectat⁹,nimirũ duodecimũ dialogũ ita cõem legũ arcam eſſe voluit
queãdmodũ duodecim⁹ mũdi circulus cõe ſtellarũ eſt firmamẽtũ.Et queãdmo
dũ ſiqs circũ duodecimũ penetrauerit,ꝑfectionẽ felicitatẽqꝫ aĩæ ſtatim inuenit,
immo etiã cõſequet:ſic Plato vltra librũ duodecimũ ꝓgreſſurus:non tã leges,q̃
beatam animę perfectionem legibus acquiſitã i Epinomide demõſtrabit.In ſupi
orib⁹ quidẽ libris leges ꝑtim ad officia publica,ꝑtim ad priuata negotia ꝑtinẽt
partim ad vrbana,ꝑtim ad externa , ſiue i pace ſiue i bello.In duodecimo vero, oẽs quodãmodo cõ
gregantur ad omnia ꝑtinentes:non leges inquam ſingulæ:ſed nõnullæ ex quolibet gñe ſingula
rum.Additur legibus id quod maximũ eſt,ratio videlicet & conſeruatrix legum & emendatrix.
Additur magiſtratibus id quoqꝫ quod maximum:ratio videlicet repetundarũ referẽdarumqꝫ ra
tionum:non aliter publicis magiſtratuum officiis præpoſita:q̃ priuatis actionib⁹ animoꝝ,cõſciẽ
tię ipſius examen.Hoc vtiqꝫ examine tum priuato oĩs aĩorum ſalus,tũ publico ciuitatis ſalus vni
uerſa conſiſtit.Atqꝫ id eſt cõpendiarium duodecimi argumẽtum.At quoniam mox in pricipio,&
in ſequentibus,& ſæpe in antecedẽtibus deorum cõmemorat filios:atqꝫ tum deos alios aliorum,
tum homines deorum filios nuncupat:meminiſſe oportet duobus modis apud Platonẽ deos deo
rũ filios eſſe:duobus quoqꝫ modis hoĩes filios eſſe deorũ. Primo quidẽ,vt Timæus docet,oẽs ſphæ
rarum mũdi rectores,ſiue ipſi ſphærarũ animi,ſiue dęmones citra ſphęras,ſiue itellect⁹ angelici vl
tra ſphæras,filii ſunt oĩpotẽtis dei,tãq̃ voluntate ipſi⁹ benefica pcreati. Deinde in quolibet horum
trium genere,inferiores ſuperiorum filii ideo nuncupant:quia a ſuperioribus continue radios for
maſqꝫ ſuſcipientes,quodãmodo inde formantur:& illis quaſi patrib⁹ obſecũdare vident.Hoĩes ſi
militer geniti dicuntur a ſuperis:vel qm̃ ab initio rerũ e terrę viſcerib⁹ ſuporũ fomento in lucem
editi fuerint:vel qm̃ nõnulli quotidie ſuporũ inſpiratione vehemẽter afflati,mox ex humana ſoli
taqꝫ affectione,in diuinũ quẽdam vitæ ſtatum quaſi renati diuinitus transferunt.Quo qdẽ in gra
du & pios philoſophos & philoſophicos principes ſæpenumero collocat. Qꝫ aũt ſtatim in princi
pio libri Iouẽ Mercuriũqꝫ legatis nunciiſqꝫ præponit , intelligendũ eſt primo qdẽ,& ꝑ Iouẽ, deum
architectum mundi:& per Mercuriũ,oẽm numerum angelorum:deinde ꝑ Iouem rurſus planetam
ſecũdũ imꝑatorũ legũqꝫ ſignificatorẽ:per Mercurium vero planetã aliũ interꝑtatiõis expeditiõiſqꝫ

oĩs ſignificatorẽ.Significatores dico planetas.Q̃m vt teſtatᷣ Timę⁹,& Plotin⁹ diſputat,planetæ cęle
ſtiaq; oĩa ſignificãt vtcũq; pñt & nũciant:q̃ vel ſupi iãiã facturi ſint,vel nos iterdũ q̃dẽ facturi:ſępe
vero paſſuri.Deteſtatᷣ mox poetas,q ſcelera hoĩm trãſferẽtes ĩ ſupoꝝ:& cõtra diuinitatẽ ĩpie deliq̃
rũt:& malo ſuporũ exẽplo hoĩb⁹ grauiter nocuerũt.Præterea furta cæteraq; facinora,ex ĩtẽtione
peccãtis & habitu vel ſanabili vel ĩſanabili,magis q̃ ab affectu putat eẽ cẽſenda.Pręcipit ĩter mili
tię leges:q̃d & ĩ oĩ vita optimũ oĩm arbitratᷣ:vt nemo cognoſcat q̃d ſit ſibi tãtũ viuere vel ſeorſum
ab aliis q̃cq̃ agere: ſed ad prudẽtis ſupiori ſq; nutũ:& ad cõem vſũ ſinguli ſingulas dirigãt actiões.
Docet iudices ne vel ſpõte vel etiã coacti pter ius ſentẽtiã ferãt.Iudiciũ eñi ipm ex antiquoꝝ ſentẽ
tia,præcipue Orphei & Heſiodi,eſſe virginẽ quãdã pudicã.Pudori aũt atq; iudicio ĩ primis odio
eſſe mẽdaciũ.Deã vero iudicii pſidẽ,diuinã eſſe exiſtimãt ꝓuidẽtiã, hũanis iudicibus venerandã.
Poſt hęc vbi dãnat eos q arma turpit ꝓiecerũt:& illos ĩſup belli duces:q eos ſub ſignis ſuis iterũ mi
litaturos recipiũt:Denariũ minarũ nũerũ hic a nobis trãſlatũ,leges alicubi millenariũ.Paulo poſt
reipu.nodum eſſe aſſerit repetũdarũ iudiciũ rõnũ:vt nullus in repu.iudex ſit abſq; iudice. Alioqn
per ſolutam iudicãdi licẽtiã,prĩo q̃dẽ iuſtitiã piturã:deĩde ciuitatẽ amiſſa iuſtitia velut aĩa moritu
rã.Tẽplũ vero Solis atq; Apollinis,intelligit q̃dẽ nõ ſolũ planetæ aĩeq; ſolari:ſed multo magis ſum
mi boni luci,cuius imago ſol eſt,dedicatã. Audies ex abſentia religionis in iudiciis peccata cõmit
ti.Sed ĩpiorũ oĩm peſſimos eſſe,q pcibus hoſtiiſq; ita deũ placaturos ſe cõfidũt vt ob hãc cõfidẽtiã
impune ſibi liceat grandẽ pecuniã extorquere. Tradit cautiſſimas poſt hæc leges de pegrinis ex
cipiẽdis:pegrinationẽq; ciuiũ:ne vel mores ciuiũ aliena & ĩcõſiderata cõſuetudine cõfundantᷣ:vel
alienoꝝ pitia reip.deſit.Notabis hic prauis quoq; nõnullis diuinã quãdã vim ĩeſſe:pquã diſcernãt
capẽ⁹ ingeniorũ.Q̃d q̃dẽ oſtendit diuinitatẽ quãdã nõ ſolũ a nobis acqri:ſed vt ita loquar,innaſci.
Præcipit non eſſe paruifaciẽdũ,vtrum probus an improbus videaris.Sed exiſtimationẽ quoq; vir
tutis quærẽdã eſſe:& ipſa dũtaxat virtute quærẽdã.Cõmemorat diuinos nõnũq̃ viros vel in ipſa
plebe & ciuitatibus male gubernatis exiſtere.Poſt hæc de actione cauſarũ, accuſatione,defenſione,
appellatione,fideiuſſione,pſcriptione,cæteriſq; hmõi tractat multa. Miſcet & his ſua quadã oppor
tunitate q̃ donaria vel ſimulacra dicanda numinib⁹.Quæ q̃dẽ ſymbolica Pythagoreo ritu traditio
eſt.Terrã inq̃t & Veſtã deorũ oĩm habitationẽ ſacrã exiſtere.Q̃ꝫ Veſtã adiũxit,ſignificauit ſub ter
ræ huius nomine altius intelligi debere:& terram hanc elementalem:& terram lunarem:& terrã
poſtremo ſtelliferã.Item tres terrarum trium aĩas,treſq; angelos.Memento vero,apud antiquos q̃c
quid in vniuerſo eſt efficax ad formandũ atq; mouendum,metaphorice ignem dici.Item quicq̃d
vſq̃ facillime eſt formabile,dici aerem.Q̃d aũt purgatorium,aquam:q̃d ſolidum vel ſtabile & con
ſiſtens , terram cognominari.Talis quidem natura ob qualitatem vel denſam vel conſiſtentem, &
hic & in luna & in firmamento terra a Platonicis nuncupatur .Cui ergo mirum ſit Terram deo
rum oĩm habitationem ſacram exiſtere:ſi tribus terrarum trium terminis comprehenditᷣ vniuer
ſum?Cũq; ſacratam ab initio diis eſſe dixerit:vetat iterũ conſecrari: admonẽs,ne cõfidas deo q̃cq̃
q̃d nõ prius ipſius dei ſit,offerre te poſſe.Ex auro quoq; vel argento ſtatuas fieri vetat:ne confida
mus magno horum ptio nos grandia ſcelera purgaturos.Ex ebore rurſus ꝓhibet,cum ab anima
ſcilicet ſenſuali fuerit deſtitutum:ne abſq; ſenſu id eſt vigilantia & animaduerſione operemur ĩ ſa
cris.Aes etiã & ferrũ reſpuit,culpãs videlicet bellica inſtrumẽta.Animo enim intra ſe & aliis diſſi
dẽte fruſtra ſacrificia opamur.Recipit deniq; lignũ atq; lapidẽ,ex q̃bus deorum ſimulacra fiant.In
lapide quidẽ cõmẽdãs ſtabilitatẽ mẽtis in ſacris.In ligno vero ignis eſcã,id eſt flagrãtiã animi,q in
diuinis facile accendatur.Iubet ex vno ſiue lapide ſiue ligno imagines integras fabricari,ſimplicita
tem in primis integritatemq; commendans.Neq; vero ſilentio prætermittendum eſt,legatos in ſu
perioribus ad quatuor oracula miſſos fuiſſe:vt cognoſceremus deum omnium auctorem, omni
bus æque mundi partibus prouidere:quæ per quatuor quaſi angulos deſignantur:orientis: occi
dentis:ſeptẽtrionis:meridieiq; nomine:& quocũq; ritu colatur deus,modo pura mẽte gratiaq; ſui
colatᷣ,acceptũ quodãmodo eſſe deo. Sed de his alibi diligentius.Inter hæc vetat illos qui patriæ ali
qua in re miniſtrant,accipere munera.Agit & de tributis.Ait nihil melius a quoq̃ diſci poſſe,q̃ id
quo ipſe fiat melior.Ait legem eſſe rem mirandam atq; diuinam:nomenq; ab ipſa mente apud gręcos habere:a mente inquam tum diuina,velut patre:tum humana,velut matre.Legem vero ſequi
vult iudicium.Quæ quidem duo humanorum bonorum maxima ſint.Sed hic redit in mentem,
q; in fine vndecimi , bona inquit noſtra plerunq; a quibuſdam ſuis calamitatibus inquinari .
Et legis quidem calamitatem alibi eſſe inquit magiſtratus ipſius improbitatem . Calamitatem
vero iudicii iudicialiſq; diſceptationis ibi appellauit peritiam quandam cauſidicam : quæ nul
la iuris habita ratione: ſed auaritiæ ambitioniſq; ſtudio omnem abſq; delectu cauſam accipit de
fendendam . Quam veluti reipublicæ peſtem præ cæteris deteſtatur. Poſt hæc vbi funeribus

imponit leges.hoiem ipm pcipue vult ſubſtātiā ipſā aiæ rōnalis haberi:corpꝰ aūt hois huiꝰ ſimula
crū,& vt alibi noīat,vmbrā.Quidnā hō in nobis ſit,qđ aial,ex Timæo,& Alcibiade,& Plotino co-
gnoſcit:qđ qdē ī Theologia laꝰ diſputamꝰ.Vbi cōcludit hoiem qdē eē aīę rōnalis ſubſtātiā,vltra
rōnē,habētē quoq; ſenſū quēdā itimū,ipatibilē,& cōem.Aial vero cōpoſitū qddā ex figurato corpo
re,atq; ex quodā vitæ veſtigio īpreſſo ab aīa.In quo qdē veſtigio īpreſſus quoq; fit ſenſus,ſecūdꝰ a
ſenſu primo:iā p īſtrumēta varia diſtributꝰ atq; patibilis.Id qdē nōnullis quoq; apoſtoli Pauli di
ctis maxime cōſonare videt.Qm̄ vero aiam inqt ad alios deos abire,rōnē ſuoꝝ opum reddituram,
alios deos noīat,mētes angelicas extra corpa,q alii dicunt dii vltra ſphærarum aias. Aīę ſiqdē nīæ
his cōiūctæ corporibꝰ,nimirū ſub aīarū ſupiorū regno ponūtur,ſepatæ vero ad ſepatorū iudiciū
trāſferunt. Hactenus qdē leges cōdidit:ſed fruſtra cōſtitui leges ait:niſi de legū ſalute ſtabilitate
q; cogitet.Ergo ad harū ſtabilitatē cœtū quēdā magiſtratuū mirabilē excogitabit.Sed añ cœtꝰ eiuſ
modi creationē,de vi fatorū nōnihil attigit,vtpote q itelligat ad opis tāti ſalutē hūanā hoim pru-
dētiā nō ſufficere:ſi vis fatalis penitꝰ aduerſet.In his pfecto videt pbare eos,q ī ædificādis vrbibus
cōdendis legibus: creandis magiſtratibus,imo & plantādis hoibꝰ,aduerſam nimis ſyderū diſpoſi-
tionē diligēter euitāt.De fato qdē alibi multa:qbus & hic cōſentanea hæc q̄ opportune tā breuiter
adducunt.Fatū ē imobilis qdā i aīa mūdi rerū mobiliū diſpoſitio.Fati vero īſtrumētū eſt natura cę
leſtis.Sed materia ī quā agit p īſtrumētū,ē moles elemētoꝝ.Tria vero noīa,Lacheſim,Clothō,Atro
pon:tū quātū ad īſtrumētū:tū quantū ad materiā ptinet,accipit.Nā Lacheſim noiare poſſumus fir
mamētū:in cuiꝰ ſtellis vires ſorteſq; inferiorū oim cōtinent.Clothō vero planetarū cœtū ī euoluē-
dis rerū ſortibus firmamēto ſubminiſtrātē.Atropō deniq; Saturnū pcipue,ſtabilitate ſua euolutas
in effectū ſortes ineuitabiliter cōfirmātē.In materia quoq; fati ideo tres parcas cōnumeramꝰ:qm̄
vis fatalis p inſtrumētū cæleſte elemētis īfuſa,agit i materiā & formā atq; cōpoſitū.Itē i eſſentiā &
virtutē & actionē.Item in principiū mediūq; & finē.Qm̄ vero nō ſolū agit ī corpa,verūetiā eatenꝰ
in aīos,quatenꝰ afficiunt corporibꝰ:vel vtunt:iccirco Plato hic ait,Parcas tū corpoꝝ,tū aioꝝ legū
q; pſperitatē poſſe ſeruare.Et qm̄ mēs natura ſua vtpote mētis diuinæ puidētia qñq; frẹta,vel fatū
ſuperat,vel fato feliciter vtit:ſubiūxit ad ipſā vitæ tā publicæ q̄ priuatæ ſalutē,cōiūgēdū eē cū mē
te ſenſum,adeo vt ſenſus menti pareat & miniſtret.Simileq; huic copulæ q̄ ex mente & viſu audi
tuq; cōpōit,pcreat cœtū quēdā magiſtratuū ī rep.ſtabilitati legū pſpiciētē,q finē ipm prīo pſpiciat
reip. deīde q̄ viæ potiſſimū pducāt ad finē:ſtudeatq; oino,vt ſingula i ciuitate ſiue priuatim ſiue
publice fiant, vna quadā rōne conducant ad vnum:cūcta quidem ad virtutem dirigens, virtutes
vero cæteras ad prudētiā.Hāc deniq; ad ſapientiā:quā ſub noie mentis ſæpe ſignificat.Cuius qui-
dem ratione vna,virtutes oēs cōprobādæ cenſent:quatenus videlicet cōducūt ad ſapiētiā.quā etiā
ea rōne pbat, q; vniꝰ diuini boni ſit pticeps.Aſſerit exquiſitiſſimā rerū cōſiderationē eſſe:quæ nō
nō ſolū multa,quatenus multa ſunt,cōſpicit:ſed etiā q̄ ſit ī cūctis natura vna cōis.Item a quo vno
principio hanc habuerint.Rurſus ad quē finē vnū p hāc cōducere poſſint.Abſq; eiuſmodi cōtem-
platione,neminē poſſe vitā pfecte vel priuatā,vel publicam gubernare.Cū vero hæc ſpeculatio ad
phm,pſertim diuinū ptineat,non iniuria iter ciues ī cœtu illo electiſſimo congregatos,ad diuinos
phos rerū ſummā iudicat referēdam.Diuinos inquā rerum diuinarum inſpectores atq; cultores.
Itaq; eos qui ad diuina vel inſpiciēda ſunt hebetes,vel colēda ſunt pigri,vel docēda inepti, ab am
pliſſimis reip.muneribus procul arcet.Mox vero pbat ad firmā ſummæ diuinitatis fidē duo eſſe po
tiſſimum neceſſaria:Primum,vt ſciamꝰ genꝰ ipm rōnaliū aioꝝ, diuinū eſſe:corporibuſq; antiquiꝰ,
quo moueant mūdi ſphæræ:& itra ſphęras oīa generent.Scdm,vt cogitemus genus mentium ſci-
licet angelicarum,animorum genere eſſe prẹſtantius.Et animas ob ipſam mētis participationem
ſphæras ordinate mouere.Siquis enim duo hæc nouerit facile cognoſcet,ſicut mens animę forma
ordoq; eſt,ita diuinum bonum eſſe tum mentis,tum animæ vitam atq; lumen.Hæc vero tria,ſci-
licet diuinum bonum mentemq; & animam,Plato proculdubio pene in omnibus eius ſcriptis aut
demonſtrat aut innuit omnium eſſe principia.Quod quidem in epiſtola ad Dionyſium obſcurio-
ribus verbis inuoluit.Animam vero noſtram corpore antiquiorem eſſe,ſi non placet tempore an-
tiquiorem dicere,dic ſaltem dignitate præſtantiorem:atq; ex eo priorem, q; a principio corpori-
bus ſuperiori habet originem:ideoq; motum in anima ex ſe locauit:in corpore vero ab anima.Et
quia creſcit in corpore mutabilitas,ait a mutabili animæ,corpus non actione tantum,ſed etiā ſub
ſtantia mutabili dependere.Reprehendit & Anaxagoram, q; cum inter mentem & corpora non
poſuerit animam,compulſus fuerit naturales effectus non ab intelligētia per animam , vt par eſt,
diſponi:ſed elementali potius natura contingere.Aſſerit vero hic quemadmodum in Timæo atq;
Phædone,omnia ſiue per mentes angelicas,ſiue per alas,ſiue per corpora fieri dicantur,præcipue
voluntate diuina boni gratia fieri.

DIALOGVS. XII. DE LEGIBVS VEL DE LEGVM LATIONE. ATHE.

SI legatus aut ꝑco falſo q̄ ſibi cõmiſſa ſűt nűciauerit, dicẽdave tacuerit, vel rurſus ab hoſtibꝰ amicíſve rediẽs q̄ ab illis accepit, aliter q̄ accepit, retuliſſe repiaẗ: quaſi Mercurii Iouiſq; mãdata legatiõeſq; cõtra legẽ cõtẽpſerit, ĩ iudiciũ deferaẗ. Et iudices ꝑ magnitudĩe rei qd pati dareve ipſũ oportet, ſi dãnatꝰ fuerit, ſtatuãt. Pecuniẹ furtũ illiberale ꝑfecto eſt: rapina vero turpiſſimũ. Nullꝰ aũt filiorũ Iouis aut vi aut dolo delectatꝰ qcq̄ hmõi vnq̄ fecit. Ideo nemo vel a poetis vel a fabuloſis aliis hoĩbus ita decipiatur, vt credat ſi furto aut vi vſus ſit, nihil ſe turpe, ſed qđ dii quoq; fecerint, cõmiſiſſe. Nã nec verũ id, nec veriſimile ẽ. Et q ꝓter legẽ hoꝝ alterũ facit, is nec deꝰ nec deoꝝ ẽ filꝰ. Haec legũ latori magis q̄ cunctis poetis cognoſcẽda ſunt. Igiẗ qcũq; huic noſtro ſermoni paruerit, felix eſt, & in poſterũ ſemp erit. Qui cõtra fecerit: hac lege arcebiẗ. Siqs aliqd publicũ furatꝰ fuerit, ſiue paruũ ſeu magnũ id ſit, pari ſupplicio puniaẗ. Nã q rẽ paruã ſuſtulit, & ſi minori vi q̄ q magnã rapuit, ẹqua tñ cupiditate furatꝰ ẽ. Et q magnũ aliqđ ide remouit: vbi ipſe nõ depoſuerat, is oĩno iniquus eſt. Lex igiẗ nõ furti paruitate alterũ minꝰ q̄ alterũ puniẽdũ cẽſet, ſed eo forſitã ĩtereſſe putat, ꝙ alter ſanabilis ſit, inſanabilis alter. Si ſeruus aut ꝑegrinꝰ furti publici accuſatꝰ & cõdẽnatꝰ ſit, tanq̄ ſanari quodãmõ poſſe videatur, qd pati dareve debeat, iudicio ſtatuaẗ. Ciuẽ aũt ita educatũ vt ipſi inſtituimus, ſiqs publicũ aliqd furatũ eſſe vel violaſſe cõuicerit, ſiue ĩ ipſo furto & ſcelere ſiue aliter quõcũq; depħẽderit: tãq̄ ĩſanabilẽ mortis ſupplicio cõdẽnamꝰ. Militiẹ gr̄a merito magnẹ habenẗ deliberatiões: & leges multae cõduntẗ. Sed illud oĩm maximũ ẽ, neqs mas foeminave ſine magiſtro ac prĩcipe qcq̄ agat: nec cĩuis cuiuſq̄ aĩus ſiue ioco ſiue ſerio aliqđ facere ſolꝰ & ſuo dũtaxat arbitratu cõſueſcat: ſed tã ĩ bello q̄ ĩ pace ad prĩcipẽ magiſtratũq; ſemp reſpiciat: & eũ quocũq; ſequaẗ: atq; ita ad eiꝰ nutũ, ſuã vitã ĩſtituat, vt vel minima q̄q; ab eo gubernatus faciat: ſtet cũ iubeẗ & rurſus iuſſus ꝓficiſcaẗ, exerceaẗ, laueẗ, comedat, ſurgat nocte, cuſtodiã agat: det ſigna, & viciſſim accipiat: & ĩ ipſo ꝓlio nec ĩſequaẗ vnq̄, nec cedat: niſi priceps & magiſter ſignificauerint. Et vt ſummatim dicã: nemo penitꝰ cognoſcat, qd ſit ſeorſũ ab aliis agere: ſed ſimul ſemp cõiſq; q̄maxime oĩbꝰ vita ſit. Nihil enim hac re melius: nihil ꝓſtãtiꝰ, nihil artificioſiꝰ vnq̄ erit ad ſalutẽ & victoriã bello acqrẽdã. Hoc ipm etiã in pace ab ipſa pueritia ſeruẽt: aſſueſcantq; alios ducere, & ab aliis duci. Soluta vero licẽtia e vita penitꝰ expellaẗ: nõ hoĩm ſolũ: ſed etiã beſtiarũ q̄ ſub hoĩbus ſunt. Oẽs quoq; chorẹ ita vt bene geraẗ bellũ celebrãdae ſunt: atq; oĩs dexteritas, facilitas, prõptitudo eiuſdẽ rei cã cõparãda. Ob eãdẽ cãm cõſueſcere debemꝰ a cibo & potu abſtinere, frigus aſtũq; & cubilis duritiẽ pati: & ĩ primis capitis pedũq; virtutẽ alienis tegmẽtis nõ corrũpere: nec pileoꝝ calceorũq; a generatione datorũ naturã ꝑdere. Nã extremitates hae cũ naturã cõſeruãt ſuã: maximas toti corpori vires ꝓbent: cõtra vero cõtrariũ. Et altera qdẽ vniuerſo corpi maxime miniſtrat: altera totũ ducit cũ prĩcipales eiꝰ ſenſus oẽs natura poſſideat. Sed hmõi qdẽ laudes bellicoſae vitae iuuenes audiant: Leges vero has. Militet quicũq; cõſcriptꝰ eſt, aut pti alicui deputatꝰ. Siqs vero ꝓpter ignauiã abſq; cõmeatu ĩpatoris deſit, ad prĩcipes belli cũ redierint, accuſetur. Iudicẽt aũt q militarũt oẽs: ſeorſum qdẽ pedites: & equites ſeorſum: caeteriq; ſiḻr. Pedites qppe ad pedites, & equites ſimiliter ad equites: caeteriq; ſinguli ad eiuſdem ſortis principes deferẽdi ſunt. Vbi qcunq; damnatus fuerit: & in certamen poſtea quodcunq; deſcẽdere, & alium neglectae militiae accuſare ꝓhibeatur. Praeterea qd dare pative ipſum oporteat, iudices ſtatuãt. Sed deſertae militiae iudicio pacto: peditũ rurſus eqtum q; & aliorũ coetus a prĩcipibꝰ habeanẗ, vt militaria his q ſtrenue ſe geſſerũt, dona denẗ. Iudicẽt aũt de victoria qſqs velit inter ordinis ſui ꝑticipes: ita vt ꝓteritoꝝ certaminũ nec cõiecturas neq; teſtes adhibeat: ſed eam quae nuper geſta eſt pugnã duntaxat conſideret. Donentur deinde qui praeclare certaſſe videbuntur, corona ex frondibus arboris ꝑpetuo virentis conſerta. Quã poſtea qui conſecuti ſunt in bellicoſorum templis deorũ vtcũq; placuerit cum inſcriptione tituloq; ſuſpendant vt teſtimonium virtutis ſit diuturnum. Secundo quoq; ac tertio loco declarati ſic faciant. Siquis autem militiam profectus, anteq̄ principes dimiſerint, ab exercitu abierit, apud eoſdẽ iudices hic derelicti ordinis accuſetur: apud quos & ille ſuperior neglectẹ militiae accuſatus eſt: & damnatus ſimiliter puniatur. Cauere autem pro viribus debet quiſquis aliquem iudicaturus eſt: ne ſponte aut inuitus ſupplicium mulctamve falſo & non merito inferat. Iudicium enim virgo quaedam pudica eſſe vere dicitur. Pudori autem atq; iudicio ſecundum naturam odio mendacium eſt. Quamobrem cum in aliis omnibus tum maxime in bellicorum armorum ꝓiectione cauẽdũ eſt, ne deã iudicii ꝑfidẽ offendamus: ne quis neceſſarias armorũ abiectiões, quaſi turpes ꝑ ignorãtiã arbitratus aliquẽ poena indignum, immerito puniat. Arduum quidem eſt haec diſtinguere. Oportet tñ vt lex

Nullꝰ filioꝝ Iouis vi aut dolo delectatus vel furtũ vel rapinã feciſſe reperitur.

Iudiciũ, virgo q̄dã pudica.

diſtiguere ꝑ ſingulas ꝑtes conet̃.Fabula igit̃ ad hæc vtat̃.Si abſq; armis ſemimortuꝰ ad tẽtoria Pa
troclus fuiſſet delatꝰ,qđ pluribꝰ accidit:& arma q̃ a diis,vt poeta dicit,ĩ dotẽ Thetidi data fuerãt
ab Hectore rapta fuiſſent,vtrũ Menœtiades quaſi arma abiecerit,a detractoribꝰ vituperãdus fue
rit.Pręterea ſiq ab alto ꝓcipitarũt,aut ĩ mari,aut ĩ tẽpeſtatis aquarũq; colluuione,aut ĩ aliis huiuſ
cemodi ꝑmultis,q̃ ad purgãdã ignauiæ ſuſpitionẽ afferri pñt,coacti arma amiſerit:erũt ne vitupe
randi.Dãda vero opa eſt:vt maiꝰ grauiuſq; malũ ꝑ viribꝰ a cõtrario ſecernamꝰ.In ipſa igit̃ vitupe
ratione,vocabulorum ipſorum ꝓlatio differẽtiã quãdã oſtẽdit.Nã ſicuti abiector nõ de oĩbꝰ merito
dicit̃:armoꝝ vero amiſſor de oĩbꝰ:nec ſilr̃ q vi amiſit,& q ſponte abiecit,ſicuti abiector,eſt iudican
dus.oĩno eñ vndiq; differũt.Sic igit̃ ſanciamꝰ.Siqs ab hoſtibꝰ circũuẽtꝰ cũ armatꝰ eſſet:nõ defen
dit ſe verſus ad eos,ſed arma ſpõte dimiſit:aut abiecit:turpẽq; vitã velocitate cõparare ſibi maluit,q̃
fortitudine honeſtam felicẽq; mortẽ,de hmõi armoꝝ ꝓiectione iudiciũ habeat̃:de ſupiori vero nul
lũ.Mali eñ ignauiq; ſemp puniẽdi ſunt:vt meliores fortioreſq; euadãt.Infortunati vero,minime.
Nihil eñ proficit̃.Sed q̃nã abiectionis armoꝝ damnato & a virili fortitudine degenerãti poena cõ
grua erit?præſertim cũ ĩpoſſibile ſit hoĩ ĩ cõtrariũ cõmutari,vt Ceneũ Theſſalũ ferũt diuina qua
dã vi ĩ naturã viri ex fœmina cõmutatũ.Abiectori eñ armorũ cõtrariũ maxie cõueniret:vt ĩ mu
lierẽ ex viro trãſlatus ſic puniatur.Nũc vero qm̃ id fieri nõ põt:ꝑimũ aliqd excogitemꝰ,vt poſt q̃
ille vſqueadeo viuẽdi cupidus eſt,deinceps nullũ ꝑiculũ ſubeat:ſed reliquã vitã & qdẽ q̃lõgiſſimã i
probus & cũ dedecore viuat.Hæc igit̃ lex ſit.Eo q arma turpiter ꝓieciſſe dãnatꝰ eſt:nec ĩpator neq;
ꝓfectus aliqs ꝑ milite vnq̃ vtat̃,nec ĩ aciẽ recipiat.Si cõtra fecerit,rõnũ referẽdarũ iudex id cogno
ſcat:& ſi maximi cẽſus ſit,decẽ minis:ſi ſecũdi,qnq;:ſi tertii,tribꝰ:ſi quarti,vna ipm̃ cõdẽnet.Proie
ctionis aũt dãnatꝰ nõ ſolũ ob naturę eiꝰ ignauiã a virilibꝰ ꝑiculis arceat̃:ſed etiã ſi maximi cẽſus eſt
decẽ ſimiliter mulctetur minis:ſi ſecũdi,quinq;:tribꝰ,ſi tertii:vna vero,ſi quarti.De repetẽdis aũt
rõnibus,quas magiſtratꝰ annui ſorte creati,vel plurium etiã annoꝝ cõſilio quodam delecti referre
debent,quid dicemus?Quis enim ſufficiẽs repetũdarum iudex erit,ſiquis magiſtratus rerum pon
dere preſſus,dixerit feceritve ſuo aliqd indignũ principatu?Difficile inuẽtu hoc ẽ.Nã cum delecti
magiſtratus virtute alios antecellãt,quo pacto ꝓſtantiorẽ eis ĩueniemꝰ?Et tñ diuini aliqui viri rõ
num referendarum exactores & iudices nobis quærendi ſunt.Sic enim ſe res habet.Multæ occaſio
nes ſoluẽdæ reip.quẽadmodũ nauis aut aĩalis cuiuſdam eſſe vident̃.Quarum licet vna natura ſit
vbiq; diffuſa,eas tñ intẽſiones,fulcimẽtaq;,& neruoꝝ extenſiones,multiſq; aliis nominibus appel
lamus.Sed hæc tam ſalutis q̃ euerſionis reip.occaſio nõ minima eſt.Nã ſi iudices qui geſti magi
ſtratus rationẽ exigũt,virtute magiſtratibus ꝓſtent:atq; ita id fiat,vt nemo iure conqueri poſſit,
vniuerſa ſic regio feliciter ciuitaſq; florebit.Sin aliter iudiciũ repetũdarũ ꝓceſſerit,tũc eo iudicio
ſoluto,quo ĩ vnum ciuilia oĩa vinciunt̃,oẽs magiſtratꝰ,alius ab alio diſtrahunt̃:ipſiq; ex vno mul
ti iam facti,ex vna multiplicẽ ciuitatẽ efficiunt.hinc plena ſeditione cito oĩa euertunt̃.Quare exa
ctores rõnũ oportet ĩ oĩ virtutũ genere cunctis excellere.Hoc igit̃ modo ipſorum generationem
machinemur.Singulis annis poſt ęſtiuale ſolſtitium ad locum Soli atq; Apollini cõiter dedicatum
ciuitas vniuerſa conueniat,tres viros electuri:quem vnuſqſq; meliorem ſe ſolo excepto iudicet:q
nõ pauciores q̃ quinquaginta natus ſit annos.Electorũ deide dimidiã ꝑtẽ:qui a pluribus ꝓlati fue
rint,ſi pares ſunt anteponant:ſin vero impares ſint,vno excepto cui pauciora ſuffragia cõtigerũt
dimidiã ſimiliter reliquoꝝ partẽ accipiant:ſuffragiorũ numero ꝓiudicantes.Q; ſi æqualia nume
ro ſuffragia multis fuerint,dimidiũq; numerũ auxerint,iunior poſtponat̃.Acceptiſq; aliis rurſũ
ferant̃ ſuffragia,quouſq; tres inæquales obtineant.At ſi oĩbus his vel duobus æqualia ſuffragia
ſint,bonæ iam fortunæ res cõmittat̃:ſorte hi diſcernantur.Eũ q ſuffragiis ſupat:rurſumq; ſecũ
do loco & tertio declaratũ:corona ex ſemper virentis arboris fronde contexta coronet.Datis præ
miis præconio declarent,quemadmodũ Magneſiorũ ciuitas rurſus deo duce nacta ſalutẽ,ciues eiꝰ
tres omnium optimos,Soli & Apollini cões primitias priſca lege quatenꝰ iudiciũ ſecuturi ſunt cõ
ſecrat.Qui primo anno duodecim repetundarum rõnũ examinatores cõſtituant.Idq; faciant do
nec ſingulis ſeptuageſimuſqntus annus exactus ſit:deide ſingulis annis tres ſemper addantur.Hi
magiſtratus oẽs in partes duodecim diſtributos omni libera examinatione iudicaturi,diligenter
obſeruent.Habitẽt aũt tpe quo rõnes ſibi redduntur,in loco vbi electi fuerũt,Soli atq; Apollini de
dicato.Et tũ ꝑ ſe ſolũ qlibet,tũ cõiter oĩbus diligenter perquiſitis,de ſingulis magiſtratibus publi
ce perſcribant,quid pati eos dare ve ex repetundarũ iudicii ſentẽtia deceat.Ac ſiquis magiſtratus
horum iudicio non recte damnatum eſſe ſe querit̃,ad electũ iudiciũ repetũdarum iudices deferat.
& ſi euaſerit:accuſet eos ſi velit.ſin aũt ibi quoq; damnetur:atq; antea ab ipſis repetundarum iudi
cibus morte fuerit cõdẽnatus,quẽadmodũ neceſſitas exigit moriat̃.Q; ſi ea mulcta ab illis damna
tus fuerit,quæ dupla ab ipſo perſolui poteſt,duplam perſoluat.Sed iam audiendum eſt,quæ horũ

Mali & ignaui puniẽdi: nõ infortunati.

[handwritten marginalia:] ... de fœmina in virũ cõmutatam — Soli atq apollini — Soli et apollini

de repetūdis ſētētiæ,& quō ferendę ſint. His igiť q totiꝰ ciuitatis cōſenſu oibꝰ ꝓpoſiti ſunt: donec vixerint primi cōſenſus ſemꝑ ī oibus ſolēnitatibus ꝓbeanť. Et qñcūq; ad cōia græcoꝝ ſpectacula ſacrificiaq; mitti iudices ac ꝓſides aliquos a ciuitate neceſſe ē,ex iſtis mittanť. Hi ſoli ī ciuitate,corona laurea coronenť: hi Solis & Apollinis ſacerdotes ſint. Pōtifex etiā ſummꝰ ſingulis annis ex his ille ſit: q ſupiori anno cæteris excelluiſſe ſacerdotibꝰ iudicabiť. hoꝝ noibꝰ quouſq; ciuitas habitatur tpa diſtinguanť. Defunctis aūt funera & ſepulcra excellētiꝰ q̄ cæteris ciuibꝰ fiāt. Indumēta q̄libet alba ſint. luctus ploratuſq; abſit. Chori quoq; duo,vnus puellarum qndecim: alter totidē pueroꝝ. feretro vndiq; circūdato viciſſim ſacerdotes carminibꝰ laudēt: felicitatēq; eiꝰ ꝑ totū diē decātēt. Mane vero ad monumētū feretrū iuniores ferāt q gymnaſiis opam īpēdūt: quos defuncti hoīs ꝓpīquiores delegerint. primiq; cęlibes quaſi ad pugnā armati ꝓcedāt: cū eqs eqtes: & cū leuibꝰ armis peditēs: cęteriq; ſiłr. Pueri vero añ feretrū,patriū cātū cōcināt: & puellæ poſt eos, ac mulieres iā effectę ſequanť. Poſtremo vtriuſq; gñis antiſtites q̄uis ab aliis monumētis arceanť,tñ ſi Pythius quoq; confirmauerit,ad hoc ſepulcrū quaſi purum qddā ſit,nil ꝓhibet deuenire. Monumentū huic ſub terra ſit fornix q̄dā lōgior ex duriſſimis pulchriſq; lapidibꝰ: vbi lapidei lectuli vtrinq; ſint. hic beatū illū ſepeliāt: arboreſq; ī circuitu plātēt: vna excepta ſolūmō pte: vt hoc ſepulcrū augeri poſſit. deīde ſingulis annis muſico,gymnico,eq̄ſtriq; certamīe hos viros honorēt. Hęc ꝓmia illis reddanť: quorum de relatis rōnibꝰ iudicia,dānata non ſunt. Siqs aūt hoꝝ iudicio cōfidēs quo ꝓlatꝰ fuit,naturæ hūanæ fragilē cōditionē detexerit,lapſus videlicet ī errorē poſtq̄ egregiꝰ habitꝰ ē,ſanciať lege: vt a volente quolibet accuſeť. Iudiciūq; de ipſo ſic agať. Primo legū cuſtodes adſint: deinde accuſati ipſius collegæ: electi ꝑterea iudicii iudices. Adducat aūt accuſator,indignū eſſe illum qui accuſatur,& magiſtratu & magiſtratus præmiis. Si ergo damnabiť: magiſtratu,ſepulcro,cæteriſq; illi magiſtratui competentibꝰ præmiis priueť. Sin vero accuſator qntā ſuffragioꝝ ptē nō habuerit,q primi cenſus eſt. xii. qui ſecundi,octo: qui tertii,ſex: qui quarti,duas minas perſoluat. Magna autem in iudicando admiratione dignum fuiſſe Rhadamanthū video. Ille ſiquidē ꝓſpiciebat, in illis temporibus deos eē,oēs vno ore hoīes cōfiteri. neq; id iniuria: cum multi in illis tēporibus ex diis ꝓgeniti eſſent: quoꝝ in numero ipe etiā habebať. Itaq; videť putaſſe diis nō hoībus eē iudicia cōmittēda. Quocirca ſimpliciter velociterq; iudicia ꝑagebat. Nā iureiurando in ſingulis cauſis a litigātibꝰ requiſito,cito ſimul ac tuto iudicare ſolebat. Nūc vero alii deos eſſe negāt: alii res humanas curare nō putant: plurimi vero & peſſimi vilibus hoſtiis multiſq; blanditiis ita cōciliari ſibi eos exiſtimant,vt impune liceat grandem pecuniā extorquere. Quocirca Rhadamanthi iudicādi modꝰ ille his hoībus minime cōgruit. Nā cū opiniones hominum de diis mutatæ ſint,leges quoq; commutandæ ſunt. Itaq; prudens legiſlator in iudicioꝝ executione iuſiurādū litigantiū ꝓhibebit: vt tā accuſatoris intentio q̄ defenſoris deprecatio ſine iureiurando in iudiciis conſcribatur. Nam ſi iurandi licentia in ciuitate cuiq; dabiť,vbi plura quotidie ad iudices deferuntur: oēs pene ꝑiuri erūt ꝓſertim quia frequētibus cōuiuiis aliaq; cōſuetudine ac priuata neceſſitudine cōiuncti ſunt. Lege igiť ſtatuať: iudicaturū iudicē iurare: atq; eos etiā qui reipu. magiſtratꝰ ſuffragiis cōſtituēt: Choreæ quoq; iudicē,& omnis muſicæ,gymnicoꝝ etiā eq̄ſtriūq; munerū in certamīe ꝓſides atq; datores: & ſummatim ī quibuſcūq; ſcdm hoīm opinionē nulli emolumento ꝑiuriū ſit. In quibus autem vtilitatem ex ꝑiurio aliqs aſſequitur,ea ſine iureiurādo iudicētur. Et qui iudicaturi ſunt,nullomō litigantes ꝑmittāt aut iurare perſuadendi cauſa, aut ſibi generiq; ſuo imprecari: aut turpiter ſupplicare: aut cōmiſeratione muliebriter vti: ſed qđ iuſtū putāt,māſuete doceāt: & docētem audiāt. q ſi ab his aberrat,ad rem a magiſtratu reducatur. Peregrinis aūt inter ſe litigantibus, quemadmodū nunc ſi velint: iurare liceat. Nā cū in ciuitate conſeneſcere nō debeant,nō ē formidādum ne alios corrumpāt. Eodem aūt modo inter liberos homines executio iudicii fiat: ſiqs liber ciuitati nō obtēperat in iis quæ nec verberibus nec vinculis nec morte plectunť. Ac ſiquis ad choream vel ad pōpā celebrādam nō venit,vel aliam huiuſcemodi rem cōem,vt ad miniſteriū ſacrificii paciſq; ſacra,vel belli,tributū nō contulit: in his oībus q̄primū dānū reſtituať: aut pignus cui ciuitas lex q; cōmiſerit,deferať: exactoq; tpe pignore vendito pecunia in ærariū conferať. Qꝫ ſi maiore mulcta opus eſt,magiſtratus ſinguli primores hoīes in iudiciū vocent: & debita mulcta īpoſita legibus parere cōpellant. Sed ciuitati quæ colligendæ pecuniæ opam non dat,& ſola ex agricultura pecunias habet,cū neq; mercaturæ neq; ꝑegrinationibus vacet,neq; ꝑegrinos aliunde ſuſcipiat,deliberare neceſſe eſt quid faciendum ſit. Quare legiſlator ſuadēdo primū ita pro viribus conſulat. Solet gētiū diuerſarū cōmixtio varios mores cōfundere: & ꝑegrinorū cum peregrinis cōſuetudo pluria inouare. Qđ ciuitati bene rectiſq; legibus inſtitutæ maxime omnium nocet. In ciuitatibꝰ aūt male īſtitutis nihil refert,ſi tam ſenes q̄ iuuenes pro arbitrio,& alio peregrinentur,& aliunde peregrinos ſuſcipiant. Cōtra vero nullos vnq̄ recipere aduenas,nec alio ipſos ꝓficiſci,tū īpoſſibile eſt,tum crudele

Ordo pōparū funeralium.

Cōditio foſſæ ſepulcri.

Vide vt iuſiurandū ſit prohibendum.

ſūmus pōtifex ſolis et apollinis

atq; ſupbũ cæteris hoĩbus videat̃ neceſſe eſt:q ciuitatẽ turpi vocabulo notẽt,ꝑegrinoꝝ hoſtẽ & difficilẽ atq; ĩhumanã appellãtes. Nõ oportet aũt vnq̃ paruifacere,vtrũ ꝓbus an improbꝰ aliis videaris.Multi enim q̃uis virtutis ꝑeptes ſunt,q tñ ꝓbi ſint,q ĩprobi iudicãt.Nã prauis quoq; hoĩbꝰ diuina q̃dã cõiiciẽdi vis ĩeſt:ꝑ quã multi vel peſſimi recte tũ opiniõe tũ verbis a meliorĩbꝰ deteriores diſtinguant.Quocirca vtiliter ciuitatibꝰ ꝓcipit̃:vt bonã apd̃ multos exiſtimationẽ nõ paruipẽdant. Maximũ ſane atq; rectiſſimũ eſt:vt cũ ſis probus,ita gloriã q̃ras:aliter minime,ſi mõ ꝑfectꝰ vir futurus es.Quapropter Cretẽſis quoq; ciuitas iſta conari debet,vt q̃ optimã virtutis exiſtimationem apd̃ cæteros hoĩes cõſequat̃.Maxima vero ſpecies ẽ eã rõne viuẽtẽ,merito ſolẽ cæteroſq; deos cum paucis aliis ciuitatibus regionibuſq; bene gubernatis viſurã eſſe.Sic igit̃ de ꝑegrinatione alio & de ꝑegrinoꝝ receptiõe ſaciẽdũ ẽ.Ei primũ q pauciores ãnos q̃ quadragita natꝰ ẽ,nullo mõ ꝑegrinari liceat.priuato quoq; nemini liceat.publice aũt ꝓconibꝰ,legatis,atq; exploratoribꝰ liceat. Profecto vero extra regionem ad gerẽdũ bellũ,ciuilis ꝑegrinatio putãda nõ eſt.Ad Pythiũ vero Apollinẽ,ad Iouẽ Olympicũ,Nemeã etiã & Iſthmũ mittẽdi ſunt aliq,ꝑ quos ſacrificia ludoſq; his diis ciuitas noſtra cõiter cõferat.Mittant̃ aũt ꝓ viribꝰ plurimi,pulcherrimi,optimi,q ĩ ſacris ꝑtinẽtibuſq; ad pacẽ cõionibꝰ ciuitati ſuæ honorẽ & gloriã bellicæ gloriæ rñdẽtẽ cõparẽt.Cũq; redierit,iuniores doceãt,ciuiles aliorũ inſtitutiones ſuis multo poſteriores eſſe.Spectatores quoq; alios q otio abũdãtes aliorũ res hoĩm cõſiderare cupiũt,ex legũ cuſtodũ inſtituto lex nulla ꝓhibeat.Nã ciuitas bonorũ malorũve hoĩm ignara, & externæ cõſuetudinis expers, nũq̃ ſatis hũana atq; ꝑfecta eſſe põt:nec leges ſeruare moribus & cõſuetudine ſolũ,niſi etiã notitia legũ prudẽtior fiat.Exiſtũt vel ĩ vulgo & multitudĩe hoĩes q̃dã diuini q̃uis pauci,attamẽ digni qbꝰ cũ cõſuetudinẽ habeas.hi nõ magis ĩ bene gubernatis ciuitatibus q̃ in aliis oriunt̃.Quicũq; igit̃ ĩ ciuitate recte gubernata incorruptꝰ erit,hoꝝ veſtigia a patria ꝓfectus,terra mariq; ſequet̃:vt tandẽ reuerſus, legũ patriæ alias ꝓbet:alias ſiqua in re deficiunt,corrigat. Quippe ſine hac inſpectione ĩueſtigationeq; nũq̃ optime ciuitas permanebit:neq; etiã ſi male inueſtiget̃.CLI.Quõ hæc vtraq; fiẽt? ATHE.Hoc certe pacto.Primo ſpectator hmõi annos plures q̃ qnquaginta natus ſit: deĩde cũ ĩ cæteris,tũ maxĩe ĩ bello ꝓbatus:ſi mõ legũ cuſtodũ exẽplũ ĩ aliis ciuitatibus ſit relicturꝰ.Is vltra ſexageſimũ annũ nõ ampliꝰ vaget̃.Sed citra decimũ annũ qñ voluerit domũ reuerſus eoꝝ ĩeat coetũ q leges examinãt.Hic coetꝰ ẽ iunioribus atq; ſeniorĩbꝰ cõſtet,quotidieq; mane donec ſol oriat̃,cõueniãt:primũ de ſacerdotibꝰ q tãq̃ cæteris excellẽtiores muneribus affecti ſunt:deĩde decẽ de legũ cuſtodibꝰ ſeniores:poſtremo diſciplinę vniuerſę cẽſor:q magiſtratũ hũc gerit:& q iã exegerũt.Nec vllꝰ iſtoꝝ ſolꝰ:ſed cũ iuniore aliquo quẽ delegerit a trigeſimo ad q̃drageſimũ annũ nato. hi de legibꝰ ſemꝑ & de rep.diſſerãt:cõferãtq; inuicẽ ſiqd de his excellẽs audiuerint.De diſciplinis etiã ad id cõducẽtibꝰ colloquant̃:quas q ſciũt faciliꝰ:q neſciũt,difficiliꝰ legũ ĩtentionẽ ĩtellecturi ſunt.Quæ vero ex his ſeniores ꝓbauerint,magno ſtudio iuniores ꝑdiſcãt.Q; ſiqs iunior adductꝰ ĩdignꝰ videbit̃,totꝰ coetꝰ ei exprobret,q adduxit.Iuuenes aũt q ſe ĩ his recte geſſerũt,tota ciuitas honoret atq; cõſeruet.Sed ſi peiores aliis ſe reddũt,maiori q̃ alii dedecore afficiant̃.Ad hũc coetũ q aliorũ leges & mores inſpexit,ilico ꝓfectꝰ,ſiqd deferẽdis legibꝰ aut diſciplina aut educatione apud alios reppit,exponat.ſiqd etiã ipſe ĩuenit,coetui vniuerſo declaret.Qui ſi nec peior nec melior reuertiſſe videbit̃,laudet̃:qa qd̃ potuit,libẽter effecit.Sin multo melior,& viuꝰ magnis afficiat̃ honoribꝰ,& defunctũ coetꝰ oĩs decoret.At ſi corruptꝰ rediiſſe videbit̃,cũ ſapiẽs eẽ ſimulet,cũ nemine iuniore vel ſeniore audeat ſe miſcere.Hic ſi magiſtratibꝰ paret,priuatꝰ viuat.Sin aũt cõtra magiſtratuũ volũtatẽ de diſciplina legibuſq; ciuilibus diſputare cõdẽnatꝰ ĩ iudicio fuerit,moriat̃.Et ſi cũ in iudiciũ deduci iure debuerit,a nullo magiſtratuũ ſit adductꝰ,qñ de muneribus poſtea decernit̃,opprobrio hęc res magiſtratibus ſit.Atq; alio quidem ꝓfecturus,hmõi eſſe & ita ꝑegrinari debet.Sed & aduenæ benigne ſuſcipiendi ſunt.Quatuor aũt ꝑegrinorũ genera ſunt,de qbus facienda mẽtio eſt . Primũ eorum q ſemꝑ æſtiuales ſunt:& quaſi aues per mare vt plurimũ acqrendæ pecuniæ gratia,æſtatis tpe ad alias deuolant ciuitates.hos foro,portubus,publiciſq; domibus extra vrbẽ ĩ ipſis ſuburbiis magiſtratus locis illis præfectũ ſuſcipiãt:obſeruãtes nequis eorum noui aliquid faciat.Iudicia etiã illic eis iuſte reddant̃,ita vt nihilo plus q̃ neceſſitas cogat.cũ iis familiaritas habeatur.Alterũ ẽ eoꝝ qui ſpectaturi veniunt,& ciuitatis muſas illic audituri.hi omnes diuerſoria iuxta tẽpla habeãt:q̃ ſuſcipiẽdis hoſpitibus cõmodiſſima ſint.Sacerdotes vero & æditui curã ipſoꝝ habeant:vt iucunde poſſint ſufficienti tempore permanere:& videre,audireq; illa quorum gratia venerunt:& tandẽ ſine detrimento & ſuo & aliorum recedere . Q; ſiquis eorum iniuriam cuiq̃ intulerit,aut affectus iniuria ſit, vſq; ad drachmas quinquaginta ſacerdotes cognoſcãt.Crimina vero maiora ad curatores rerum venaliũ deferantur.Tertium peregrinorum genus publice ſuſcipiẽdum eſt:cum aliunde quiſpiam publica cauſa miſſus aduenerit.hunc imperatores,magiſtri equitum,tribuni militum ſoli ſuſcipiant.Et is

apud quē diuertit, cū pricipibꝰ cōſilii, curā huiꝰ habeat. Quartū genꝰ rariſſimū eſt. Accedere tñ aliū de aliqs poterit ſpectatoribꝰ nr̃is reciprocus. hic ita recipief: primo ſi qnquaginta annos ĩpleuerit: deide ſi ea mēte venerit: vt vel cōſideret q̃ apud alios p̄clara habenſ, vel ſua doceat. hic ſane diuitū ſapiētūq; ianuas ĩiuſſus adeat, cū ipſe hmōi ſit: et quaſi hoſpes diſciplinæ p̄fecti domū recte petat, nō dubitās hoſpitalē eā ꝑpter virtutis cōiūctionē ſibi futurā. Cūq; ab aliis didicerit atq; docuerit, q̃ diſcēda docēdaq; putauit, honore ſibi cōgruo muneribuſq; affectꝰ, vt ab amicis amicꝰ abeat. His legibꝰ pegrinos pegrinaſq; ſuſcipiamꝰ: nr̃oſq; ſilr̃ emittamꝰ, hoſpitalē veriti Iouē. Nō eñ eſu & hoſtiis, quēadmodū apd̄ Nilū fit, pegrini pellēdi ſunt: nec atroci edicto a finibꝰ nr̃is arcēdi. Fideiuſſor qlibet, palā fideiubeat: totūq; negotiū cōſcriptū corā tribꝰ nec paucioribꝰ teſtibus fateaſ: ſi citra mille drachmas fideiuſſio fiat: ſin vltra mille, qnq; ad minꝰ teſtes adhibeaſ. Fideiuſſor aūt ſit q priꝰ vēdidit, eiꝰ de quo an iure poſſit vēdere dubitaſ: atq; eiꝰ q videſ minꝰ ad ꝑmiſſa ſufficere: ſilr̃q; tā q p̄uendit q̃ q vēdit tāq̃ obnoxiꝰ iudicio ſubiiciaſ. Siqs ĩ domo alterius q̄rere qppiā tanq̃ ſuū velit, is prio iureiurādo affirmet ſperare qd̄ q̄rit, ibi ſe iuēturū: deīde nudus aut interula ĩdutus ĩgrediaſ p̄cinctus: p̄beaſq; ſibi domus: & ſupellectilia ſignata ſimul & nō ſignata. Q; ſiqs ſcrutari volentē nō pmiſerit: qui ꝓhibitus eſt, ꝓtio amiſſę rei ſtatuto accuſet eū q ipm depulit: & ille ſi dānatꝰ fuerit duplū reſtituat. Si dn̄s ipſiꝰ domus abfuerit, nō ſignata ſolūmō a p̄ſentibꝰ p̄beanſ: ſignata vero ipſe quoq; obſignet: & cuſtodē ad qnq; dies relinquat. Quo ĩ tp̄e ſi patronꝰ nō venerit, ædilibꝰ ſecū acceptis obſignata reſignet: & cū ante oculos domeſticorū & ædiliū q̄ſierit, rurſus obſignet. In rebꝰ ambiguis ſpatiū tēporis ad p̄ſcriptionē determinādū ē. De domibꝰ qdē & agris nulla hac rōne diſceptatio erit. Aliarū vero rerū ſiqua a quoq̃ habeſ, iſq; in vrbe, foro, ſacris, apte annō integro re illa vſus fuerit, atq; hūc nō occuluiſſe cōſtet: nec qſq̃ iterea q̄uiſq̄rēs eā exegerit, nemini liceat deide rē illā quaſi ſuā repoſcere. Verū ſi nō ĩ vrbe, ſed ĩ agris manifeſte vtaſ: nec ĩ annis qnq; rei dn̄s comptus ſit, quinquennio exacto repeti nequeat. Sin vero in vrbe domi vtatur, ad trienniū vſq; apprehendere poſſit qui amiſit. In agris aūt ſi occulte habet, vſq; ad decēniū. Sin extra regionē, ſemꝑ quandocūq; inuenerit, apprehendat. Quādo aliqs vi eū q litigat ſeu teſtes venire ĩ iudiciū prohibet, ſi ſeruus ille ſit, ſiue ſuus, ſiue alterius, nullius momēti lata ſit. ſin vero liber, & ſentētia irrita ſit: & anno vĩciatur qui depulit: & ſiquis latrocinii eū accuſare voluerit: fas eſto. Siquis aliquē ſecū muſica vel gymnica vel alia quauis facultate certaturū in certamē deſcēdere vi ꝓhibuerit: qſqs velit munerū declaratoribus id ſignificet: q ꝓcurēt vt qlibet liber certare poſſit. Id ſi facere nō ꝓtuerit, victoriæ munera ꝓhibito denſ, ſi ꝓhibitor vincet, & ipſius tāq̃ victoris nomē ĩ qbuſcunq; velit tēplis inſcribatur. Prohibenti vero nec nomē ĩſcribere, nec victoriæ offerre ĩſignia liceat. Ac ſeu vincat certando ſeu vincaſ, illati dāni crimine reus ſit. Siquis rem furto ſublatā ſciēs receperit, in eadē culpa ſit qua ille q furatꝰ ē. Qui exulē ſeu quēuis huiuſcemodi fugiētē ſuſcepit, moriaſ. Quippe quē ciuitas amicum ſibi vel hoſtem decreuerit, eundem ſibi quiſq; ſimiliter exiſtimare debet. Siquis cōſilio ſuo abſq; auctoritate cōi pacem iniuit, aut bellum mouit, vltimo ſupplicio cōdemneſ. Q; ſi pars aliqua ciuitatis id tentauit, huiꝰ rei auctores a militiæ impatoribus tracti in iudiciū, & dānati morte plectanſ. Qui patriæ ĩ aliqua re miniſtrant, nullo mō munera recipiant: nec vlla occaſione aut rōne nobis p̄ſuadeamꝰ, in rebus qdē bonis ſuſcipienda eſſe munera, in aliis minime. Nam nec cognoſcere facile eſt: neq; cum cognoueris, continere. Iccirco tutius eſt, legibus obtēperare, dicētibus nulla pro patriæ miniſterio munera eſſe ſuſcipiēda. Siquis vero minus obtemperaſſe damnatus fuerit, moriatur. Tributa vero ſic publica diſponanſ. Primo quidem multorū gratia rerū omniū cuiuſcūq; ciuis cenſus habeanſ. Deide annuos fructus tribules ad agri magiſtratus conſcriptos deferant vt cum duo tributa ſint, reſpu. poſſit alterutro, vt videbiſ, annis ſingulis vti. f. vel vniuerſi cenſus vel annui fructus parte. Vnde quæ ad alimēta tribuūtur: ſemꝑ excipianſ. Donaria diis moderata a moderatis hoībꝰ offerāſ. Terra qdē & Veſta, ſacra deorū oīm habitatio ē. Nemo igiſ ex hac materia iterū ſimulacra diis cōſtituat. Aurū aūt atq; argētū & priuati & ĩ tēplis, ĩ aliis ciuitatibꝰ inuidioſa poſſeſſio eſt. Ebur vero cū olim ab aīa deſtitutū fuerit, ad deorū ſimulacra ĩeptū ē. Aes atq; ferrū bellica ſunt ĩſtrumēta. Ex ligno igiſ vno vel vno quouis lapide, integrę deoꝝ imagines ĩ tēplis cōſtibus ſtatuantur. Texturæ quoq; opus offeraſ nō maius q̃ qd̄ ab vna muliere mēſe vno fieri potuit. Colores albi tam in aliis q̃ in textili artificio, diis congrui ſunt. Tincta vero coloribus aliis, ad bellica inſignia ſolum exhibeanſ. Diuiniſſimæ vero oblationes ſunt aues, atq; picturæ: quas ſingulas vno die pictor vnus depinxit. Cætera quoq; omnia his ſimilia ſint. Poſtq̃ vero vrbis partes quæ & quot eſſe debent, diſtinctæ ſunt: & leges de pactis cōmerciiſq; maximis pro viribus poſitæ: ſupeſt vt de iudiciis iam dicamus. Primū igitur arbitri iudices quo litigantes elegerint, locum habeant. hi conciliatores cōmodius q̃ iudices appellari poſſunt. Deinde vicini & tribules ſcd̄m ptem duodecimam diſtribui. Apud quos ſi reconciliati a primis nō fuerint: maiori cum dāno litigēt. Vbi

ſi debitor iterũ cõdẽnabiť,ꝗtã debiti ptẽ pſoluet.Quicũq; vero ab hoc quoq; iudicio appellat:ac
tertio certare volet,electos iudices petat.Et ſi ab iis etiã cõdẽnabiť,& quãtũ debitũ ipſm ẽ,& dimi-
diã ſupra debitũ ptẽ afferat.Ac ſi accuſator a prio iudicio repulſus nõ queuerit:ſed in ſcđo iudicio
iterũ certare voluerit,ꝗtã ſi vicerit ptẽ accipiat:vict⁹ aũt tãtũdẽ amittat. Qñ vero p prios & ſe-
cũdos iudices nõdũ recõciliati,tertios petũt:debitor qdẽ victus,tantũdẽ & dimidiã iſup debiti ptẽ
vt diximus,victori deponat : accuſator aũt ſupatus dimidiã.Sed de creãdis declarãdiſq; iudicibus
de iſtorũ oĩm miniſtratione:de tpib⁹,ĩ qbus ſingula faciẽda ſunt:de ferendis ſuffragiis:de mora &
dilatione iudicii:termino,citatione,repulſa:ac de cæteris oĩbus q̃ iudiciis neceſſaria ſunt:q̃uis ĩ ſu-
Prouerbium. Quæ pulchra ſũt & bis & ter repetere licet. periorib⁹ tetigim⁹:tñ q̃ pulchra ſũt,vt habet ꝓuerbiũ,& bis & ter recte dici pñt.Parua vero q̃q; &
inuentu facilia,ſi legũ lator antiqor ꝑtermiſerit,iunior repleat.Sed de priuatis qdẽ iudiciis ſatis iã
dictum eſt.Publica vero atq; cõia,qb⁹ vſi magiſtrat⁹,q̃ ad eos ptinent,ꝑagũt,ĩ multis ciuitatibus a
prudẽtib⁹ viris recte cõſtituta reperiunť.Vnde cuſtodes legũ oportet q̃ huic nouæ reip. cõgruãt
accipere,ita vt ſingula piculo examinata & corrigãt diligẽter & ꝓbent:donec ſufficiẽter ſe habere
putenť:& deniq; diſcuſſioni fine ipoſito his tanq̃ imobilib⁹ p totã vitã vtanť.De ſilẽtio vero,laude
vituperationeq;,& de iuſtis,bonis,honeſtis,q̃ ĩ aliis ciuitatib⁹ differũt:& dictũ eſt,& in fine diceť.
Ad q̃ oia equus futurus iudex reſpicere debet:atq; opam dare,vt has legũ cõſtitutiones ante oĩa
diſcat,& mẽte firmiter teneat.Nã ad faciẽdũ eũ virũ q didicit bonũ,ſcripta legũ ꝓ cæteris doctri-
nis,ſi recte ſe habent,maxie cõferũt.Alioqn temere mirãda diuinaq; lex nomẽ mẽti ꝓximũ poſſide
ret.Nus eñ mentẽ,nomos vero legẽ ſignificat.Nã cũ multi ſermones de laude vituperationeq; nõ
nullorũ partim carminib⁹ ptim ſoluta orone tũ ſcripti circũferanť,tũ quotidie ĩ coronis ſeu cõtẽ-
dẽdo,ſiue falſo aſſentiẽdo habeanť,horũ oĩm pſpicuũ examẽ legiſlatoris ſcripta nobis ſunt.Hæc q̃
ſi remediũ medelãq; aduerſus aliarũ oronũ venena,pbus iudex ſecũ ſem p tenebit:qbus ſeipſm ciui-
tatẽq; emẽdabit:bonos cõfirmabit atq; extollet:prauos ex ignorãtia,icõtinẽtia,timiditate, & vt ſũ
matim dicã , ex iiuſtitia vniuerſa pvirib⁹ ſi ſanabiles ſũt,reuocabit.Nã ſi ſanari nõ pñt:q eos mor
te afficiũt,apud oẽs laude digni iudices iudicũq; pricipes nõ iiuria ſępi⁹ dici poſſe videnť.Sed poſt
q̃ annua iudicia exacta ſunt,legib⁹ his vtanť.Primũ magiſtrat⁹ q iã iudiciũ exercet: debitoris dã-
nati pecuniã petitori oẽm tradat,neceſſariis tñ ad vſum relictis.Idq; ſtatim poſt lata ſuffragia fiat
nũciante ꝑcone,& iudicibus audientibus.Deide ſi ſecundus a lata ſentẽtia aderit mẽſis,neq; victo
ri victus ſpõte iuſte pſoluerit,iudices q ſentẽtiã tulerũt,cunctam debitoris pecuniã victori tradãt.
Q; ſi pñtia minus ſufficiũt,nec minus q̃ drachma deficit vna,non liceat deide debitori prius aliũ
queq̃ in iudicium trahere q̃ debitũ creditori totum reſtituat.Trahi vero ab aliis poſſit.Siquis in
iudicio dannatus iudices ipſos læſerit,aut quicq̃ eorum iniuſte abſtulerit,iidẽ ipſi iudices ad cu-
ſtodes legum deferant.A qbus ſi criminis huius dãnabiť,quaſi ciuitatẽ oẽm legeſq; euerterit,mo
riať.Qui ſub his legib⁹ geniti educatiq;,liberos ſilĩ genuerũt atq; educauerũt:ita cũ aliis verſari
vt moderatũ fuerit eoꝝ cõmerciũ,illatæ iniuriæ pœnas dederint:acceptæ exegerint: ſicuti iuſte le
gibus his vſq; ad ſenectutẽ viuunt,ita ſcđm naturã e vita decedũt.Mortuis vero tã viris q̃ mulie
Locus ſepulcrorum. ribus parẽtationes qdẽ,& q̃ ad deos ſiue inferos ſiue ſupos ptinẽt,ſcđm rñſa iterpretũ fiãt.Nullũ in
loco fœcundo & agro ad culturã apto ſepulcrum fiat.Sed is locus corpora defunctoꝝ recipiat,qui
ad cætera inutilis,& ad id tñ cõmodus viuẽtes minime lædit.Nec eñ a viuis neq; a mortuis ter
ræ matris fœcunditas impediẽda eſt.Nemo ergo aut viuẽs aut mortuus viuũ aliquẽ alimẽto pri-
uet.Agger nõ altior ſit eo cumulo,quẽ viri quinq;,dieb⁹ quinq; conſtruere poſſint.Lapides quoq;
ſuperſtruanť nõ maiores q̃ vt poſſint defuncti laudes quatuor ſolũ heroicis verſibus editas cõpre-
hendere.Elationes aũt nõ breuiori vel lõgiori tpe itus fiãt , q̃ vere mortuus ſignificari cognoſciq;
De corpore & aĩa quædam. poſſit.Ac vt humana ſe hñt,triduana elatio ad ſepulcrũ mediocris videť.Credendũ eſt aũt & de
aliis legum latori & de aĩa:cum eam dicat oĩno a corpore differre:nec aliud præter ipſam eſſe,qđ
in hac vita facit vt quilibet noſtrum hoc ipſum ſit quod ſumus.Corpus vero tanq̃ imaginariũ qđ
dam hoiem ſequi.Cõmode etiã mortuorũ ſimulacra corpora vocari.Ac reuera vnũquenq; noſtrũ
aiam ipſam imortalem eſſe:eãq; ad deos alios pficiſci,rõnem ſuoꝝ operũ redditurã, vt lex patria
continet.In quo certe bonis viris confidendũ eſſe:malis aũt formidandum:quippe cũ poſt mortem
omni auxilio careant. Viuentib⁹ aũt neceſſarios oẽs cõſulere debuiſſe vt q̃ iuſtiſſime atq; ſanctiſſi
me viuant:ne maxima eos ſcelerũ poſt mortẽ ſupplicia maneant.Hæc cũ ita ſe habeant:rem fami-
liarẽ atterere minime debemus:quaſi arbitremur hanc carnis molẽ quæ ſepelitur,noſtrum illum
eſſe:cum ille filius aut frater aut quiuis aliusa nobis deſideratus,quem ſepeliri putamus,hinc alio
fatis ſuis exactis profectus fuerit.Probe igitur factum erit,ſi tanq̃ ad manium arã aĩa carentẽ mo
derato vtamur impendio.Moderatum vero quantum ſit,a legũ latore merito ſtatueť.Lex igiť iſta
ſit:vt qui maximi cenſus eſt,ad funus & ſepulturam nõ plus q̃ minas quinq; impendat:qui ſecũdi

tres:tertiĩ duas:quarti vnam:atq; ita ſingulorꝫ moderata erit impenſa.Cæterum cuſtodes legũ cũ
alia multa,tũ hoc maxime curare debent,vt pueri & viri,& vt ſummatim dicã,cuiuſcũq; ſexus vel
ætatis hoĩes ab illis iugiter obſeruati bene viuãt:& in ciuis cuiuſq; deceſſu, vnꝰ ipſorꝫ quẽ mortui
hoĩs cõiuncti elegerint,funus totũ obſeruet,ꝓuideatq; vt bene moderateq; oĩa, nõ cõtra gerant̃:&
illud ſibi honori,hoc dedecori ſit.Expoſitiones vtiq; & elationes & cætera oĩa ſcd̃m leges de his cõ
ſcriptas fiant.Ciuilis aũt legis latori concedant̃ iſta.Lachrymis mortuos decorare aut non,turpe le
gũ latori cogere eſt:plãgere vero & extra domũ vociferari,ꝓhibẽdũ eſt.Cadauer etiã manifeſte per
vias vrbis frequẽtiores efferre,& palã eiulare,aut ante diẽ extra vrbẽ ſe afflictare nõ liceat.Hęc ita
de his ſtatuta ꝑmaneant.Quibus q̃ paret:indẽnis eſto:q̃ vero vni legũ cuſtodi nõ paret,ab oĩbꝰ vt
cõiter videbit̃,puniat̃.Cætera q̃ vel ad mortuorꝫ monumẽta:vel ad eos q̃ ꝓpter parricidiũ ſacrile-
giũq; ſepultura indigni ſunt,ꝑtinẽt,ſupioribꝰ legibꝰ cõphẽdimꝰ.Quare legũ poſitio ferme finẽ hẽt.
Oĩm vero finis eſt,nõ ĩ eo q; facta ſint vel poſſeſſa vel habitata,ſed ĩ eo potiꝰ, q; ſicut recte ſunt fa
cta,ita & firmiter ſtabilita ſint.In hmõi eñ cõſeruatione putãdũ ẽ quãtũ oportuit factũ eſſe:aliter
minime.CLI.Probe loq̃ris hoſpes:ſed quorſum iſta, explanatiꝰ dicito.ATHE.Multa o Clinia pri-
ſcorꝫ ꝑclare dicta laudant̃:nec minus Parcarũ noĩa.CLI.Quænã?ATHE. Q; Lacheſis prima ſit:
Clotho altera:Atropos tertia:q̃ ſalutẽ ꝑdictis affert.Hæc ad ignẽ contortis quia vim inconuertibi
lem cõtinẽt,cõparata ſunt.Quæ qdẽ in ciuitate & rep.oportet nõ ſolũ ſanitatẽ corpibꝰ ſtabilẽ,ſed
aĩs quoq; legũ cultũ:ĩmo vero legũ ſalutẽ afferre.Sed mihi videt̃ negotio legũ adhuc illd̃ deficere
vt differatur,quo pacto illis ſcd̃m naturã vis ĩcõuertibilis poſſit ineſſe.CLI.Nõ paruũ eſt qd̃ dicis:
ſi ĩuẽtu poſſibile ẽ,quo pacto ĩ vnaquaq; re id fiat.ATHE.Poſſibile ẽ ꝑfecto,vt mihi ad pñs videt̃.
CLI.Ne igit̃ abeamus hic obſecro,anteq̃ nr̃is legibꝰ id tribuamꝰ.Ridiculũ eſt eñ:fruſtra in aliqua
re ſũpſiſſe laborẽ, nec ſtabile aliqd fundauiſſe.ME.Recte tu admones:me quoq; tecũ habebis.CLI.
Probe dicis.Quæ igit̃ ſalus iſta eſt?& qua rõne Reip.noſtræ & legibꝰ aderit?ATHE.Nõne diximꝰ
cœtũ ĩ ciuitate hmõi eſſe cõſtituẽdũ?Vbi decẽ de legũ cuſtodibꝰ ſemp ſeniores cõueniãt.His acce-
dãt oẽs q̃ muneribꝰ ꝓmiiſq; honorati ſunt.Præterea & illi q̃ mltas vrbes ꝑagrauerũt,vt aliqd ad pa
triã legũ cõſeruationẽ cõferẽs repirẽt.ſed hi ad cœtũ hmõi nõ recipiant,niſi ex ea ꝑegrinatione
incorrupti & integri rediiſſe,& cœtu digni eſſe ꝓbent̃.Atq; horũ ſinguli ſingulos ſibi iuniores aſci
ſcant,non pauciores annos q̃ triginta natos:qui natura educatiõeq; digni eſſe aſciſcenti primum
deinde & vniuerſo cœtui videant̃.Q; ſiquis indignus adhibeat̃,nullius momẽti ſentẽtia ſit. Hũc
cœtũ ante lucẽ cõuenire diximꝰ oportere,qñ a cęteris tã priuatis q̃ publicis negotiis vacat̃.An nõ
tale aliqd ĩ ſupioribus diximus?CLI.Certe.ATHE.De hoc cœtu iterũ illud dicam.Aio eñ,ſiquis
hunc quaſi ancoram vniuerſæ ciuitatis quæcũq; ad hoc exigunt̃ in ſe continẽtẽ, iaciat,oĩa quæ vo
lumus,ſeruaturum.CLI.Quo pacto?ATHE.Opportune modo dicemus,totiſq; viribus incumbe
mus.CLI.Probe dixiſti:& vt cogitas facito.ATHE.Oportet ſane o Clinia in vnaquaq; re congruũ
ſingulorꝫ operum ſeruatorem excogitare.Qualem maxime locũ in aĩalibus aĩa & caput habere vi
dent̃.CLI.Qua rõne rurſus id ais?ATHE.Horũ nẽpe virtus oĩni aĩali ſalutem ꝓbet.CLI.Quo pa-
cto inquã?ATHE.Nã animæ qdẽ ad alia mẽs infuſa eſt:capiti quoq; ad alia viſus audituſq; ĩſertꝰ.
Atq; ita ſummatim pulcherrimis ſenſibus mẽs cõiũcta,& ĩ vnũ redacta,ſalus ſingulorũ efficitur.
CLI.Ita videt̃.ATHE.Certe.Nam & mẽs ſenſibus coniuncta nauibus in tempeſtate & tranqllitate
ſalutem afferre ſolet.An non vides q; gubernator & nautę ſimul cum mente gubernatrice ſenſum
coniũgentes ſeipſos nauemq; tutantur?CLI.Quid ni?ATHE.Nõ multis exemplis opus eſt.Sed in
exercitu & medicina cõſideremus,ad qd̃ ſignum reſpicientes impatores & medici, ſalutem rectiſſi
me conſequunt̃.Nõne illi ad hoſtium fugam & victoriam ſuam?iſti ad corporis ſanitatẽ?CLI.Pro-
culdubio.ATHE.Si medicus corporis ſanitatẽ ignoret,aut victoriam imparor, & cætera quæ di-
cebamus,mẽtẽ ne habere ſcireq; aliqd in his videbunt̃?CLI.Nequaq̃.ATHE. Quid porro in ciui-
tate?ſiquis finem ad quem vir ciuilis reſpicere debet,ignorare videat̃,an primũ iure princeps pote
rit appellari?Deinde ſeruare id poterit,cuius finẽ prorſus ignorat?CLI.Minime.ATHE. Oportet
igitur & nunc vt videtur,ſi nouæ huius vrbis conſtructio bonum exitũ habitura ſit,aliquid in ea
eſſe qd̃ cognoſcat primum quiſnam ciuilis ſit finis:deinde quõ illum aſſequamur: et demum quæ
lex primum,deinde quiſnam hoĩm recte ad illũ conſulit,aut non recte,quippe quæ ciuitas his ca-
rebit:non erit mirum,cum mente ſenſuq; capta ſit,ſi forte caſuq; ſingula faciat. CLI. Vera loq̃ris.
ATHE.Nunqd dicere poſſumus in qua maxime ciuitatis noſtræ parte vel quo ſtudio hmõi ali-
qd ad ſalutem præſidium ſufficienter conſtitutũ ſit? CLI. Q; uis non liquido id aſſerere audeam
hoſpes,coniicio tñ hanc orationem tuam ad nocturnũ illum cœtum quẽ modo dixiſti,cõtendere.
ATHE.Recte o clinia cõiecisti.Oportetq; illũ vt rõ pręſens ſignificat,omni virtute præditũ eſſe.
Virtus aũt eius prima atq; præcipua eſt,nc per multa variaq; vaget̃: ſed ad vnum reſpiciat ſemp

Ridiculũ ẽ fru ſtra in aliqua re ſumpſiſſe laborẽ:nec q̃ q̃ ſtabile fun daſſe.

Cur ciuitatum leges lõge aberrent.

quo oĩa quaſi tela ſibi ſemp dirigenda ſunt.CLI.Ita prorſus.ATHE.Nũc ergo itelligimꝰ nõ eſſe mirũ ſi ciuitatũ leges lõge aberreſt.Nã ĩ q̃libet ciuitate alia legũ poſitio ad aliud,& alia ad alid reſpicit.Et aliis iuſtorum finis eſt,vt aliqui ſiue meliores illi q̃dẽ ſiue peiores ĩ Rep.dñent.Aliis vt diteſt,ſiue ſeruiãt,ſiue nõ.Alioꝝ ſtudium vertiſ ad libertatẽ.Alii leges ad duo cõdũt:vt & ipſi liberi ſint,& alias vrbes ſubigant.Qui vero ſapiẽtiſſimos ſe putãt,ad hmõi oĩa ſimul.Vnũ vero ꝓcipuũ ad q̃d cætera dirigãt,nõ habẽt.CLI.Nos igiſ hoſpes recte iãdiu legibꝰ nřis ad vnũ reſpiciẽdũ putauimus:idq; virtutẽ appellari cõceſſimꝰ.ATHE.Ita eſt.CLI.Et virtutẽ q̃tuor q̃dã ponebamꝰ.ATHE.Certe.CLI.Mentẽ vero hoꝝ oĩm ducẽ,ad quã & cætera oĩa,& tria illoꝝ reſpicere oporteret.ATHE.Pulcherrime ſeq̃ris o Clinia.Et ĩ cæteris ſimiliter ſeq̃re.Mẽtẽ q̃dẽ gubernatoris,medici,impatoris,ad certũ q̃ddã reſpicere dicebamꝰ.Ciuilẽ vero redarguẽtes huc proceſſimus.& nunc

Vide vt gubernator medicꝰ & ĩpator cõuenĩati ſpectando ꝓpoſito.

veluti hoĩem,ita ciuilẽ hanc mentẽ ꝑcontemur.O mirifice vir quo tẽdis!Quid illud vnũ eſt,q̃d in arte ſua medicꝰ plane aſſignare poteſt:et tu q̃ cæteris prudẽtibꝰ ꝑſtare te dicis,in tua facultate nõ poteris!An vos o Clinia & Megille ꝑ ipſo rñdere poteſtis q̃d hoc ipſum ſit,vt ego ſępe ad vos ꝑ aliis feci!CLI.Nequaq̃ hoſpes.ATHE.An non q̃rẽdũ putatis,q̃d illud ſit,& ĩ q̃bus!CLI.Dic plane.ATHE.Cũ quatuor virtutis ſpecies poſuerimꝰ,patet earũ quãlibet vnã eſſe ſi quatuor ſimul cõſiciunt.CLI.Quid ni!ATHE.Vnũ etiã cũcta hæc noĩamus.Fortitudinẽ eĩ virtutẽ eſſe dicimꝰ,prudẽtiã,virtutẽ,& reliqua duo ſilř,quaſi reuera nõ multa ſint,ſed vnũ id ſolũ,q̃d virtꝰ eſt.CLI.Oĩno q̃dẽ.ATHE.Inquãtũ igiſ duo hæc ĩter ſe differũt,& duo noĩa acceperũt,atq; alia duo ſilř,difficile dictu nõ ẽ.Inquantũ vero in vtriſq; vnũ poſuimꝰ,idq; virtutem vocauimꝰ,& ĩ duobus reliq̃s ſilř,non ita facile.CLI.Quõ iſtud ais!ATHE.Nõ eſt arduũ q̃d dico,explanare.Agite ergo iterrogandi reſpõdẽdiq; munus ĩter nos partiamur.CLI.Quo pacto!ATHE.Interroga tu me q̃dnã vnũ appel

Vide vt fortitudinẽ eẽ cõtingat ſine rõne ſed nõ prudẽtiam.

lãtes virtutẽ,duo vtraq; rurſum diximus:alterũ fortitudinẽ:alterũ vero prudẽtiam.Cauſam eq̃dem tibi affero:q, alterum circa timores verſaſ.Vnde beluæ quoq; fortitudinis participes ſunt,& infantium animi.Natura enim quodammodo & ſine ratione animus fortis efficiſ:ſed abſq; rõne prudens aĩa & mentis compos nec fuit vnq̃,nec eſt,nec erit.Aliud ergo hæc eſt q̃ illa.CLI.Vera loqueris.ATHE.Quomodo ergo duo hæc & differẽtia ſunt rõne,a me accepiſti.Quomodo vero vnum & idem,tu rurſum me doceas:ita vt dicturũ te putes,quo pacto cũ ſint quatuor,rurſus vnum ſint:& me poſtea tibi rurſus quomodo quatuor ſint,declaraturum.Deinceps autem cõſideremus,vtrum qui res aliquas ſufficienter intellecturus eſt,quæ & nomen habent & rõnẽ,nomẽ ſolũmodo ſcire debeat,rõnem minime.An potius ſi pretii alicuius eſt,turpe ſibi eſt rerum magnitudine & pulchritudine excellentium tam noĩa q̃ rõnes ignorare.CLI.Ita videſ.ATHE.Legum vero conditori atq; cuſtodi,& ei qui virtute ꝑſtare cæteris opinaſ,& munera ꝑ his rebus accepit,eſt ne maius aliud q̃ fortitudo,temperantia,iuſtitia,atq; prudentia!CLI.Quõ aliud!ATHE.De his igiſ interpretes:doctores,legum conditores,alioꝝ cuſtodes,nonne cæteros qui ſcire cupiunt,vel punitione & increpatione indigent,docere debent,quas vires virtus,quas vitium habeat:atq; hæc ſignificando excellere cęteris!An vero poeta quiſpiam aut iuuentutis magiſter vrbem nuꝑ ingreſſus,eo præſtantior iudicabiſ,qui omni ſe virtute excellere profiteſ:& deinde mirum videbiſ,ſi ea ciuitas vbi cuſtodes virtutis nomen rõnemq; non tenent,tanq̃ deſerta cuſtode,eadem patiaſ,quę & aliæ multæ hodie patiunſ!CLI.Nihil certe mirum.ATHE.Ad hoc itaq; incumbamus.Quomõ igitur cuſtodes in virtute cæteris tam re q̃ verbo exquiſitiores reddemus!Vel quo pacto prudentum capiti atq; ſenſibus ſimilis ciuitas noſtra ꝓpter huiuſmodi cuſtodiã fiet!CLI.Quonam pacto hanc o hoſpes ſimilitudinẽ faciemus!ATHE.Patet quia ciuitas capitis quædam capacitas erit:cuſtodes autem iuniores ſagaces ſolerteſq; ſupremo in vertice collocabunſ.Vnde vrbẽ totã circũſpicient:& cuſtodiendo quæ ſentiunt,memoriæ commendabunt,oĩaq; ſenioribus nũciabũt,qui mentis ob rerum multarũ cognitionẽ perſimiles,ciuitati cõſulẽt iuuenũ miniſterio vſi.Atq; ita vtriq; cõiter ciuitatem oẽm conſeruabunt.Sic ne an aliter ipſos ꝑparandos putamus!an æquales oẽs habẽdos eſſe cenſemus!nec exquiſitiori rõne educari eruditiq; nõnullos volumus,eoſq; cæteris anteponi!CLI.At id quidem o mirifice vir impoſſibile eſt.ATHE.Ad exquiſitiorẽ ergo diſciplinam q̃ ſuperior illa ſit,veniamus.CLI.Sic ferme.ATHE.Atqui ea forte quam modo tetigimus,hæc ipſa eſt quam quærimus.CLI.Omnino.ATHE.Dicebamus aũt ꝓcipuum in ſingulis opificẽ atq; cuſtodẽ non ſolum oportere,vt multa cernere poſſit,ſed vt ad vnũ etiã tendat,illudq; cognoſcat:& cũ cognouerit,cũcta illo quæ perſpicit,dirigat.CLI.Recte.ATHE.Eſt ne igiſ exquiſitior cõſideratio alia rerũ q̃ vt poſſis ad vnã ex multis diſſimilibuſq; ideam aſpicere!CLI.Fortaſſe.ATHE.Ne fortaſſe dicas,ſed reuera o beate vir.nemo certiorẽ hac viã rõnẽq; vnq̃ habebit.CLI.Tuis rationibꝰ hoſpes perſuaſus concedo:quare ita proſequamur.ATHE.Cõpellẽdi ergo diuinæ reipub.cuſtodes nobis ſunt,vt exacte inſpiciant,primum q̃d in omnibus quatuor idem ſit:q̃d cũ in fortitudine,tẽperãtia,

iuſtitia,& prudẽtia inſit,vno virtutis nõie iure volumus appellari.Ido amici ſi vultis,modo apprime teneamꝰ: ne dimittamus anteq̃ ſatis pateat quidnam illud ſit,ad qd̃ ſiue quaſi ad vnũ,ſiue quaſi ad totum,ſiue ad vtraq;,ſiue quõcũq; ſe habeat,reſpiciẽdũ ſit.An putamus ſi hoc nos effugerit, ſatis nobis patere,q̃ ad virtutẽ ꝑtinẽt,de qua nec ſi mlta,nec ſi q̃tuor,nec ſi vnũ ſit explanare poſſimus? Aut igit̃ ſi noſtro cõſilio creditis,modũ adinuenire conabimur quo id ĩ ciuitate nobis aderit, aut ſi videbit̃,dimittemus.CLI.Minime ꝑ hoſpitalẽ deũ o hoſpes dimittẽdũ hoc ẽ.Rectiſſime nãq; id dicere videris.Sed quo pacto quis hoc inueniet?ATHE.Nõdũ quõ agẽdũ dicamꝰ: ſed primũ inter nos,oporteat nec ne,cõueniamus.CLI.Oportet certe ſi poſſibile eſt.ATHE.Quid porro de honeſto ac bono?vtrum ꝙ ſolũmodo multa ſint,cuſtodes nobis cogneſcẽt?an etiam quõ vnũ cognoſcẽt?CLI.Neceſſariũ videt̃ vt etiã quõ vnũ ſunt,ĩtelligãt.ATHE.Quid deinde? Intelligere ne ſolũ debẽt:oratiõe aũt declarare nõ poſſe qd̃ ĩtelligũt?CLI.Quo id pacto?ſeruilis enim habitus eſſet. ATHE.Nũ etiã de oĩbus ſtudio dignis eadẽ rõ eſt,vt eos q veri cuſtodes futuri ſunt,oporteat veritatẽ legũ optime ĩtelligere,ac rõne q; ſufficienter exponere,& opibꝰ aſſequi,q̃ recte fiunt q̃ rõ,ſcd̃m naturã diiudicãtes?CLI.Cur nõ?ATHE.Nõne vna de rebꝰ optimis eſt ea de qua ſupra ſerio diſputauimus?Vbi q; ſint dii,& ꝙ vires maxĩas habeant demõſtrauimꝰ:idq; ꝓ viribꝰ homini eẽ ſciẽdum ita vt multis ignoſcamus ſi legũ tãtũmõ ſentẽtiã ſequant̃: cuſtodiã vero nõnulli committamus ꝙ non multo labore firmaq; fide quæcunq; ad deos ꝑtinẽt,fuerit aſſecutꝰ: vt neminem vnq̃ cuſtodẽ legũ eligamꝰ aut cęteris virtute anteponamꝰ,niſi diuinꝰ ſit,diuiniſq; ſtudiis opam dederit.CLI. Par eſt igit̃ vt ais,ſi qs ĩ re diuina tardus & ĩeptꝰ ſit vt is longe a rebꝰ pulcherrimis arceat̃.ATHE. Scimꝰ ne igit̃ duo eſſe,q̃ faciũt vt q̃ ſupra de diis expoſita ſunt,credant̃?CLI.Quãnã?ATHE.Vnũ qdẽ illud de aĩa ſupradictũ,ꝙ antiq̃ſſima diuiniſſimaq; oĩm ſit,quoꝝ motꝰ gñationẽ ſortitꝰ ſubſtãtiã ſemp fluẽtẽ ꝓduxit.Alterũ de ordĩe:quo aſtra cæteraq; ferunt̃:q̃ intellectꝰ ducẽs,oĩa exornauit. Nemo eñi q hæc diligẽter cõſiderauit atq; ꝑcepit,adeo ĩpius vnq̃ fuit:vt cõtra nõ ſit affectꝰ q̃ multi ſuſpicent̃.Pleriq; enim putant eos q hæc tractãt aſtronomiæ & aliis hmõi ad hæc neceſſariis artibus dediti,a religione alienos eſſe.Quippe cũ neceſſitatẽ ꝓ viribꝰ,qua res fiũt,inſpexerit,nõ voluntate diuina boni grã oĩa gigni credere illos arbitrant̃.CLI.Quõ igit̃ id ſe habet?ATHE.Contra ſe habet penitus nunc:& qñ ſine anima eſſe hæc putabant̃.Quis etiam tunc quicunq; diligentius aliis illa ꝑſcrutabant̃,mire veritatem tangebant: ꝙ videlicet nunq̃ ſi anima carerent tam exquiſita rõne vterent̃,mẽtis exꝑtia:audebantq; affirmare nonnulli mentem cæleſtia oĩa ornauiſſe.Sed iidem ipſi neſciẽtes aĩæ naturam antiquiorem eſſe corporibus,oĩa rurſus,vt ita dixerim,imo vero ſeipſos euerterũt,cũ iuniorẽ putauerint. Nam & quæ ante oculos ſunt,hæc & ĩ cælo eſſe crediderunt.Itaq; terra,lapidibus,aliiſq; inanimatis corporibꝰ referta eſſe cæleſtia credẽtes, his cauſas totius mundi dederũt.His igit̃ factũ eſt,vt q hæc tractãt philoſophi, tanq̃ ĩpii vulgo exiſtimarent̃: & a poetis comparent̃ canibus fruſtra latrantibus:aliaq; in eos plena ſtultitiæ dicerẽtur.Nunc autem vt diximus,contra omnino ſe res habet.CLI.Quo pacto?ATHE.Nunq̃ mortalis quiſpiã poterit deũ firmiter colere:qui hæc duo antea non acceperit. Primum, ꝙ rerum omnium q̃ generationis participes ſunt,antiquiſſima anima eſt:atq; etiã ĩmortalis:cũq; talis ſit,oĩbus dominat̃. Deinde qd̃ ſæpius diximus,veram eſſe mentem in aſtris nõ ignoraret:& quæ antecedũt ad hæc diſciplinæ ipſum non lateant.Muſæ etiam his conuenientis non ignarus ad mores cõponẽdos legeſq; ſeruandas ipſa vtat̃:poſſitq; earum rerum rationem reddere,q̃ rationem habẽt.Qui vero ad virtutes publicas,hæc inſup nõ poſſederit,is nunq̃ ferme totius ciuitatis ſufficiens princeps erit:ſed alioꝝ miniſter.Cõſiderãdũ vero nũc o Clinia & Megille,vtrum ꝑdictis legibꝰ hũc vt apicẽ cuſtodẽq; illarum apponere debeamus,vt ſalutis gratia nocturnus principum cœtus adſit,diſciplina quam ꝑdiximus,præditus.Quid ergo agemus?CLI.Quid prohibet optime vir,quo minus quantulũcũq; poſſumus,apponamus?ATHE.Certe ad id cõtendere oẽs debemus.Ego quidẽ libenter vobis opitulabor.forte etiã ob harũ rerum peritiam alios quoq; multos adiutores ĩueniã.CLI.Hac via o hoſpes maxime ꝓficiſcamur,qua deꝰ ipſe ducere videt̃.Sed modũ nũc quo recte hoc fiat,excogitemꝰ. ATHE.Leges de iſtis o Clinia & Megille nõ ante ſcribi poſſunt,q̃ ciuitas vniuerſa fuerit exornata.Tunc enim debita cum auctoritate conſtituendę vident̃.Sed eo non aliter recte q̃ doctrina multa & longo diſputationis examine probabuntur.CLI.Quid hoc iterum ſibi vult?ATHE.Primum igitur coetus eorum hominum qui ætate,doctrina,moribus,conſuetudine, ad cuſtodiam idonei ſunt,conſtituatur.Deinde quæ diſcenda ſunt,ea nec inuenire facile:& inuentoris diſcipulum fieri arduum.Tempora ꝓterea in quibus percipere oportet ſingula,fruſtra ſcribent̃.Nec enim poſſunt ipſi qui diſcunt,cognoſcere qñ quid opportune diſcatur: anteq̃ in eorum animo rei ipſius ſcientia ſit.Quæ igitur in his palam dici non poſſunt,non recte tentant̃.dici autẽ nõ poſſe inquã: qm̃ ſi dicantur,nihil planius explicant.CLI.Cum hæc ita ſe habeant hoſpes,quid nobis agẽdũ cenſes?

ARGVMENTVM IN EPINO. VEL PHILOSOPHVM.

ATHE. Q̄d trito prouerbio fertur, id nobis o amici nunc cõmuniter cõpetit: ac ſi de vniuerſa re pu. periculum ſubire velimus: faciũda oĩa ſunt ita: vt ter ſex: vel tres talos iaciamus. Equidem periculum id vobiſcum ſubibo, dicendo atq; exponendo quæ mihi de hac diſciplina & educatione quã modo tetigimus: videbuntur, periculum autem paruum non eſt, nec aliis ſimile. Q̄d tibi o Clinia curæ modo eſſe iubeo. Tu enim in Magneſienſiũ vrbe vel ille cui deus ipſam cognominem faciet, ſumma florebis gloria, ſi recte ipſam conſtitues. Certe nunq̃ effugies quin poſteriorum omniũ fortiſſimus videaris. Si ergo diuin⁹ hic cœtus nobis o amici conſtituetur, huic ciuitas erit tradenda. Neq; his reliqui legum latores tãq̃ minus ſufficientibus aduerſabunt. Profecto q̄d pauloante quaſi ſomniantes verbis tetigim⁹, q̄ñ capitis mẽtiſq; cõmunionem p imaginem quãdã attulimus, id pene vigilantes ꝑficiem⁹, ſi nobis hi viri exquiſite docti conuenerint: & in arce regionis habitauerint cuſtodes ciuitatis cõſtituti, quales nunq̃ nos ĩ ꝑterita vita ad cuſtodiã agendã fuiſſe cognouimus. ME. Ex omnibus q̃ diximus, o amice Clinia patet: aut huiuſmodi ciuitatis cõſtitutionẽ prætermittendam eſſe: aut hunc hoſpitem non dimittendum: ſed precibus modiſq; omnibus ſocium ad diſponendam ciuitatem accipiendum. CLI. Probe loqueris o Megille. Ego quidem ſic prorſus efficiã ſed tu quoq; opem feras. ME. Feram equidem.

FINIS DIALOGORVM DE LEGIBVS.

Argumentum Marſilii Ficini in Epinomidem, id eſt Legũ appendicem, vel Philoſophũ.

THeſaurũ diuini Platonis magnanime Laurẽti, latere in hoc Epinomide q̄ pluſrurſus inſcribit: Platonicorũ ambigit nullus. Sed ad hũc ĩ lucẽ penit⁹ expromedũ, multis opus eſt machinis. Marſilio vero tuo argumẽta ꝓmittenti, nõ licet ꝓlixiora pſtare. Præſertim cũ & ſcriptorũ expreſſorũq; tabellarii opus aſſidue vrgeant & argumenta ꝓcacius e manibus extorquẽtes, vix pmittant ĩ ſingulis voluminibus ſumma ſequi faſtigia rerum. Præcedentium legum cõſilium eſt: animos ciuium pro viribus ita componere: vt expeditam adepti tranquillitatem, diuinorum operum rationes & cauſas perſcrutentur: & in his quaſi ſpeculis auctorem deum ſpeculent, & colant. In ſpeculatione quidem ſapiẽtia, in cultu vero religio: in ambobus tota conſiſtit humana felicitas finiſq; legum. Eiuſmodi finẽ ſupiores quidem promittunt leges: Epinomis vero præſtat donante deo. Itaq; perfectum hunc mentis habitum in exordio vaticinatus deinceps ſupplici quadam oratione petit a deo. Felicitatem alii in hac vita haberi poſſe iudicauerunt: alii ĩ altera: alii vero nuſq̃. Profecto q̄cũq; in hac vita humanis eam virib⁹ acquiri putant, totius vitæ teſtimonio reclamante manifeſte fallunt. At vero qui nuſq̃, ii tanq̃ vani, vanum quoq; eſſe volunt naturæ totius inſtinctum. Sapiẽter admodũ Plato noſter felicitatẽ in altera vita ſperat: tum præſentis vitæ virtutibus, tum dei munere comparandam. Non diffidit tamen pauciſſimos quoſdam in hac quoq; vita felicitatem deguſtare poſſe. Quos in Phædro, in Phædone, in Repu. tales eſſe vult, vt extra corpus viuãt potius q̃ in corpore: deoq; ipſi potius q̃ ſibi viuãt: quo efficiatur, vt aſpirante deo vel inter ipſos fluminis Lethei fluctus, libare nonnihil ætherei nectaris videantur. Neq; ab re hunc Epinomidem ꝑterea inſcripſit Philoſophum. Siquidem vt in Reip. ſexto & ſeptimo, & ĩ pſenti libro patet, philoſophi officium eſt rerum omnium rationes inueſtigare, vt diuinam ipſam qua factę ſunt inueniat rationem: inuẽtam colat, culta fruatur. In hoc autem libro dum ad felicitatem, quã in ſapientia religioſa proculdubio collocat, perducere nos contendit: ꝓprium legitimi philoſophantis depingit ingenium: & conueniẽtibus diſciplinarum gradibus erudit & format. Atq; vbiq; nõ minus: imo multo plus virtutis & pietatis, q̃ ſcientiæ a philoſopho videt exigere: & q̄cquid ſciẽtiæ ab hoc exigit, iccirco requirit, vt deum ipſum verum tam ſcientiæ magiſtrum q̃ auctorem rerum q̃ ſciuntur, præ cæteris veneretur. Primum vero vim nobis ad diuinam felicitatẽ naturaliter inſitã ex eo ꝓbat: q̄ oẽs in omnibus actionibus ipſam & vaticinamur & quærimus, & aliis oĩno nullis implemur. Deinde ſingulas ordine facultates enumerãs, oſtendit hanc neq; naturalibus neq; neceſſariis, neq; ludicris & iocoſis, neq; auxiliatricibus facultatibus comparari. Tertio demonſtrat virtutibus tum moralibus, tum ſpeculatiuis acquiri ſapientiam & pietatem beatitudinis fundamenta. Vbi vero ſpeculatrices doctrinas enumerat, primo quidem arithmeticam non laudat ſolum, verũ etiam admiratur, quam & in libris ſuperioribus maxime oĩm inquit ingenium acuere: memoriam confirmare: animũ ad oẽm ſpeculationẽ actionẽq; aptiſſimũ prõptiſſimũq; efficere. Atq; hic addit numerũ ab ipſo deo hoĩbus traditum velut rationis diſcurſioniſq; neceſſarium inſtrumentum. Quo ſublato, & anim⁹ amẽs appeat, & ſcientiæ arteſq; penit⁹ euaneſcãt. Laudat ꝑterea geometriã mẽſuras ſpectãtẽ, & ſtereometriã librãtẽ põdera, et aſtronomiã cœleſtia obſeruãtẽ, et muſicã cõcẽtũ

cęleſtiũ imitantē. Cõmẽdat quoq; phyſicã,vbi de corporũ generibus,cõpoſitionibus,aĩalibus,mo-
tioniſq; & generatiõis pricipio tractat:ſed ita,vt minutiſſima q̃q; naturaliũ reliquat medicis, tã q̃
ab eo q ad diuina ſe cõfert, nimiũ aliena. Dialecticã deniq;.i.metaphyſicã,& apicẽ huius theologiã
velut reginã oĩbus anteponit: videlicet ſingulis ceu gradibus vtẽtẽ ad inueniẽdũ deũ atq; adorã-
dũ. Tria vero reginę huius circa cęteras facultates munera eſſe pbat. Primũ,vt multitudinẽ harũ
omniũ circũſpiciat. Secũdũ,q̃nã vna in cũctis cõmunio cõnexioq; ſit cõſpiciat. Tertiũ,qua rõne ad
vnũ ipm diuinũq; bonũ,& multitudo hęc,& huius vnio cõferat: manifeſte ſuſpiciat. Addit aũt,ni
ſi eiuſmodi vnio doctrinarũ ad diuinũ vnũ conducens,cõphẽdatur, cũctas oĩno inanes euadere:
neq; qd in eis vnũ ſit percipi poſſe niſi cõparẽtur ad vnũ, a quo & ipſam accipiunt vnionẽ. Mentẽ
vero hęc oĩa cõſequutã,atq; ita vnitã ſibi:rurſuſq; p ſe vnitã deo:& hic ait p viribus beatã eſſe, &
in altera vita oĩno beatã. Id aũt libri totius eſt argumẽtũ. Paulo poſt exordia,vbi traduximus hęc
verba.ſ.Breue aũt tẽpus:qđ deĩde ſequit̃,alibi legitur,Ad rationis diſcurſum idoneũ.& id qdẽ nõ
ſolũ in deprauatis,ſed & moderatis hoĩbus relinqui videt̃. Vbi vero cęlũ laudat tã q̃ & prudentię
& bonorũ omniũ cauſam,eiuſmodi laudes a cęlo corporeo ad incorporeũ cęlũ.i.ideam cęli vult trãſ
ferri. Quã ibidẽ adorari iubet per cęlũ viſibile quaſi p ſimulacrũ ſignificatã. Tu vero hic attende,
hoĩes in genere terreſtriũ dæmonũ iudicari,vbi inq̃t,Dæmones alii ſimul oẽs, & q̃ ſequũtur. Poſt
hęc ait,ſiquis qđ diuinũ eſt generatione cognouerit,verũ numerũ,pietatẽq; cogniturũ. Diuinũ in
generatione duo ſignificat:tum ſpiritalẽ quãdã motionẽ q̃ in anima eſt,ſiue vim motricẽ,corporeę
motionis,generationiſq; originem:tũ ſpeciẽ naturalẽ,quę in perpetua generationis ſucceſſione ſer
uatur. In motu qdẽ animę verus eſt numerus muſica,vt Timęus ait,pportione cõcẽtuq; cõſonãs.
In ſpecie quoq; verus numerus. Rerũ nãq; ſpecies certo quodã numero & ordine diſponũtur. Per
hęc vtiq; religio cõfirmatur. Nã ex libero animę motu diuinã ſubſtãtiã p ſe exiſtẽtẽ vaticinamur:
& ex perpetua in ſpeciebus pſeuerãtia idearũ auguramur æternitatẽ. Audies ſentẽtiã Moſaico my
ſterio ſimilẽ. Ait eñ,ſiquid mali ab aeris qualitate & plantis & animalibus nobis infert̃,nõ diuinã
naturã culpãdã eſſe:ſed humanã,quę iniuſte vitã ſuã diſtribuit. In ſequẽtibus,legũ finẽ manifeſte
cognoſces his verbis. Finis hic legũ tibi ppoſitus eſt,vt dei cultu & vitę puritate optimũ atq; pul
cherrimũ exitũ cõſequaris. Mox repetit tria pietatis capita. Primũ,vt deum eſſe credas. Secũdũ,vt
maximorũ ſimul & minimorũ curã habere cõfitearis. Tertiũ,vt nullis pcibus aut donis inique fle
cti eũ exiſtimes. Cõfirmat & iterũ diuinitatis fidẽ ex ipſius animę excellẽti quadã diuinitate. Putat
aũt quicqd ita corpore melius eſt, vt ſit & diuinius.i.diuinis ſimilius q̃ corporeis.i.corporibus cũ
ctis antiquius eſſe:propterea q in quolibet rerũ genere ſiue ordine,qđ perfectius eſt,eſſe quoq; ma
gis poſſidet:ideoq; cãm impfectioribus exhibet exiſtẽdi. Qđ vero alteri eſſe pbet,nimirũ eſt & anti
quius. Addit,qñ ex cõgreſſu animę cũ corpore,cõficit̃ animal,vnã quãdã ibi formã in corpore re-
ſultare.i.vitã corporeã in ſubiecto ex acceſſu vitę incorporeę pcedẽtẽ. Ponit & duo rerum genera.
Alterũ quidẽ corporeũ,incorporeũ vero alterũ. Et huic qdẽ actionẽ, illi vero attribuit paſſionem.
Huius item vnã eſſe dicit formã, ob id potiſſimũ: q & ſimplex eſt,& in ipſa ſemp forma ſubſtan-
tię pmanet. Sed qđ legit̃,Nõ eñ eſt aliud,& quę ſequũtur:alibi ita legit̃: Nã qđ in alia trãſmutat̃,
nõ eſt incorporeũ,& oĩno coloris expers p̃ter diuiniſſimũ reuera animę genus. In genere vero cor-
porũ quinq; collocat corpora. Quę ideo vocat ſolida,quia & in pfundũ adaucta diſcernũtur a pla-
nis:& in omni corpore vel liquidiſſimo eſt aliqđ ſolidi,tum p ipſam naturę pprię cõſiſtentiã, tum
Platonice p quãdã terrenę naturę ſimilitudinẽ ad cęlũ vſq; diffuſam. Cęlũ quidẽ ex eo ignẽ noĩat:
q ppriã habet lucẽ,quę p̃cipua ignis eſt qualitas. Habet & perennẽ motũ,qualẽ videmus in igne:
& iſtar ignis nõ patit̃ mixtionẽ: & quia nõdũ naturali depellit̃ loco,ideo nõ cogitur aſcenſu redire:
ſed reuoluit̃. Et actu qdẽ lucet,virtute vero calet.oĩno vero diuerſiſſimi generis eſt a noſtro. Poſt
cęleſtẽ ignẽ,alterã collocat ignis ſpeciẽ,calentẽ iam magis q̃ lucentẽ ſub luna ætheris noĩe nũcupa
tam. Cuius qdẽ veſtigiũ quoddã eſt noſter ignis,iam nõ ſolũ calẽs:ſed adurens:adurẽs inquã ob ni
miã aſperitatis terrenę permixtionẽ. Qui vero in tenui viget materia lucet purius:caletq; ſuaui⁹:
prędſertim vbi a nullo coarctatus ſpatiat̃ in amplũ. Huic ſubdit aerẽ: aquãq; & terram. Putat aũt
quãlibet mũdi ſphęram ex his quinq; cõponi:vt perfectiſſima inter oẽs ſit,tã in ſubſtãtia cõnexio
q̃ in virtute & actione cõmunio. Verũ in qualibet ſphęra vnũ eſſe p̃cipuũ:ac p natura ſua reliqua
inſup cõtineri. Sic & æther in terra terrenus eſt:& terra in æthere euadit ætherea,ſimiliter & ĩ cę
lo. Sed de his nõnihil ĩ Theologia:nõnihil in Timęi cõmentariis diligẽtius. Proinde animalia in cę
lo,æthere,aere,aqua,terra rationalia collocat. Quę dicit ab anima fieri:ab anima inquam triplici.
Vult eñ vltra vnã mũdi totius animã,duodecim eſſe ſphęrarũ duodecim animas: deinde in qua
libet ſphęra duodecim eſſe ordines animarũ. Hi ordines in cęlo ſydera ſunt & ſtellę:in terra hoĩes:
in æthere,aere,aqua.ſ.ſublimiori, ſunt dæmones. In his ſingulis animatis animã rationalẽ corpori

ſuo coniũctã animal procreare.i.cõpoſitũ quiddã ex ꝓprio corpore, vitaq; corpori prorſus infuſa.
Quę quidẽ vita iam facta corporea a triplici dependet anima.Nã & a ꝓpria , & ab anima ſphęrę
& a mũdi totius anima. Q; aũt cęleſtia animas habeãt, argumẽto ſunt apud Platonem diuinitas
ſubſtãtię cęleſtis,quãtitatis amplitudo,qualitatis virtus viuifica oĩm,motionis velocitas atq; effi-
cacia. Q; inſup animę cęleſtes mentẽ habeãt,ex ordine tenoriſq; eiuſdẽ perſeuerãtia coniicit.Sub-
dit neceſſitatẽ aię mẽtẽ habentis eſſe q̃maximã,duobus id modis intelligẽs.Primo qdẽ,qa natura-
lis neceſſitas,puta in hac vel illa ignis pte ad cõburendũ & aſcẽdendũ,agit aliũde ducta. Animę
vero intellectualis natura,quatenus participat intellectũ,eatenus ſuę actionis eſt domina.Deinde
quia motus animę cũ ſit natura liber ꝑuaricari facile põt,viciſſimq; ꝑuagari,niſi mẽte velut auri
ga regat:mẽte inquã pfecta:& optimũ actionis finẽ,& electiſſimã viã ab initio ꝓuidente.Quę qdẽ
cũ optima optimę adeſt animę,qualis eſt in ſtellis,neceſſario pſcriptũ opus aſſequit.Nã & optimę
animę.i.potẽtiſſimę nõ reluctant corpora:& mẽs optima cõſiliũ nõ pmutat.Hinc ergo ait tres par
cas cõſeruare pfectũ qoqd certo cõſilio cęleſtes dii deliberarũt.Tres ait Parcas,fatũ vnũ ad diuina-
rũ mentiũ nutũ tria diſponẽs:principia.ſ.ac media,fineſq; rerũ.In ſupiori vero libro,q̃ fatis cõſtitu
ta ſunt,materiis ad ignẽ elaboratis,ſiue directis,ſiue contortis dixit eſſe ſimilia.Nã vt hę materię
in oppoſitũ vltra flecti nõ poſſunt: ita neq; fatalia.Neq; iniuria ad ignẽ cõtorta cõmemorauit.Nã
ignee cęlorũ ſphęrę fati ſunt iſtrumẽta.Pręterea vbi ſtellas ait vel ſempiternas eſſe vel lõgęuas, ſuf
ficiẽter Orphicã,& forte Mercurialẽ tãgit opinionẽ:Mũdũ.ſ.poſt multa ſęcula in ignẽ reſolutũ iri.
Nã & diſſolubile eſſe tãdẽ qd cõpoſitũ:& ignẽ velut maximũ oĩm atq; potẽtiſſimũ in ſe oĩa tandẽ
mirabiliter aſſumpturũ. Mẽtẽ vero diuinã opis huius artificẽ ex igne rurſus opus ſimile & ſimili
fato facillimoq; nutu reformaturã.Quã qdẽ ſentẽtiã Anaxagoras,Empedocles,Heraclitus,& ſtoi
corũ plerìq; cõfirmauerũt, fatẽtes deũ qdẽ omnipotẽtẽ poſſe opus ſuũ ſemp in ordine ſimul tradi
to cõſeruare:at opus ipm,qa & finitę naturę eſt,& intra ſe repugnãs, nõ poſſe ſeruari:deum vero
qd formationi deeſt,reformatione repẽdere.Sed hęc illi viderint.Tu vero notabis hic Platonẽ eos
redarguere,qui cęleſtia iccirco negãt viuere:qa ſemp eodẽ modo ferãtur.Q đ qdẽ nõ abſentis vi-
tę:ſed pſentis ſufficiẽtię atq; ſapiẽtię eſſe oĩbus debuit argumẽtũ. Memẽto pterea animã a corpo-
re adeo diuerſam exiſtimari,vt nihil ſit vtriſq; cõmũe.i.nulla cõmunis materia.Itẽ qa aĩa ex mate
ria nõ depẽdet:rurſus,qa natura corporea,neq; vera ſubſtãtia,neq; vera eſſentia iudicatur:appel-
lat animos ſtellarũ deos:eorũ vero corpora deorũ ſimulacra.Proinde in diis cęleſtibus Iouẽ nominat
prouidẽtię munus:Iunonẽ vero,vim animalẽ prouidẽtię ſubditã.Ait & ſtellas ſingula acute ſenti
re,ꝑ ſenſum videlicet a noſtro lõge diuerſum. Deſcribit quoq; naturã dęmonũ prudentia,ſenſu,
memoria,motu potẽtẽ:inter deos hoĩeſq; mediã:interceſſionis,interptationiſq; gratia honorandã:
cogitationes noſtras cognoſcentẽ, ex noſtris videlicet figuris & motibus & affectibus: diligẽtem
bonos,malis infenſam.Oẽs hic dęmones videtur bonos exiſtimare,quos videlicet deceat coli.Alibi
vero nõnullos ſignificat eſſe malos.Et ęthereos qdẽ aereoſq; inuiſibiles: Aqueos vero,quos noĩat
ſemideos, videri ait nõnũq̃ & vix, viſu ſcilicet intimo potiusq̃ externo. Addit admoneri animos
a dęmonibus p ſomnia,voces,vaticinia,oſtẽta:maxime vero quo tẽpore animus migrat e corpore.
Multa his admonẽtibus religioni addita eſſe inqt.Ait pterea nõ licere q̃ in religione legibus firma
ta ſunt,mortali naturę mutare.Mortali inqt:diuinę eñ licet.Ediſce diuinũ dictũ:Ratio oĩm diui-
niſſima viſibilẽ conſtituit mũdũ: quẽ vir felix admirãs charitate accẽdit diuinitatis inueniendę,
vnde felix & hic & in altera vita euadit,fitq; p ſapiẽtiã vere vnã vere vnus: ad cõgrua virtuti loca
trãſlatus reliquũ etiã oẽ tẽpus diuina cõtẽplaturus.Mox vbi traductũ eſt,Res eñ diuinas,& q̃ ſe-
quũtur,alibi legit:Nõ eñ prudẽtis eſt diuinorũ alia qdẽ honorare,alia vero negligere.Narrat iter
hęc aſtronomica q̃dã notiſſima.Laudat ad ingenii virtutẽ tẽperatã aeris qualitatẽ.Deinde vbi ait
motiones,ad bonũ tẽdẽtẽ a bona aĩa ꝓficiſci,definẽtẽ vero in malũ,cõtrario ſe modo habere: ne co
gites alterã qdẽ mũdi animã bonã eſſe,alterã vero malã: ſed ab ipſa mũdi aĩa ꝓficiſci bona, quate
nus mẽtis ẽ pꝛiceps. Alioquin ꝓuẽtura inde mala.i.ordine numerorũ oĩno carẽtia.Mala eñ ĩ ſupe
rioribus noĩauit:q̃ cõcordi numero & pulchritudine carẽt.Bona vero q̃ cõſentiẽtibus numeris co
aptant.Subdit mala.i.priuationẽ ordinis,victa fuiſſe a bonis.i.ab initio rerũ ab ipſis diuinę mentis
ideis.Itẽ vinci oportere.ſ.mũdo pſeuerãte.Hęc vero fuiſſe dicta ſcdm iudiciũ impios puniẽs: qa vi
delicet diuinũ iudiciũ malos puniẽs iniuſtitię malũ vincit iuſtitię bono.Notabis virtutẽ maximã
eſſe religionẽ,negligẽtiãq; religionis cãm infelicis ignorãtię hoĩbus extitiſſe.Itẽ optimũ ingeniũ eẽ
qd ex tẽperãtia,& fortitudine mixtũ ſit,docile,memor,ad diuĩa ꝓpẽſum.Cũq; eiuſmodi igenia re
ctę educata ſunt,religionis cultũ ab iis ĩ alios veriſſimũ ꝓficiſci,ciuitatiq; oĩm vtiliſſimũ. Et ſapiẽ
tiã niſi adiuuãte deo diſci nõ poſſe:ab eo aũt q̃ modũ ĩ docẽdo nõ ſeruat:ſatius fore nõ diſcere.Itẽ
deorũ plena eſſe oĩa: adeo vt ſupi neq; obliuiſcant noſtrarũ rerũ,neq; nos deſerãt.Quę vero de nu-

meris attingit raptim,vbi opportunius fuerit,latius explicabimus.Nũc ita perſtringe.Numeri in
ſe qdẽ incorporei ſunt,quãdo nihil aliud ſunt q̃ repetita vnitas.hęc aũt idiuidua eſt.At cũ primũ
ſitũ ſortiri putãtur,fingi poſſunt in pũcta cõuerti.Itẽex tractu quodã a pũcto in pũctũ naſci lineã
ex cuius ductu ſupficiẽ:ex cuius deſcẽſu ꝓfundũ.Numeri lineares qdã ſunt,ſupficiales alii:alii ve
ro cubi,atq; ſolidi.Primi ſicut binarius vnitati q̃ ꝓximus.Secũdi ſicut quaternarius, p binariũ ab
vnitate ꝓcedẽs.Tertii,vt octonarius ex binario in ſe reuerſo pfectus. Perfecta item ꝓportio dupla
putať.Primo qdẽ,qa prima eſt,inter vnũ.ſatq; duo ꝓgenita.Secũdo,qa dũ videť diſceſſiſſe ab vno
geminãdo reſtituit vnũ.Tertio,qm̃ oẽs ꝓportiones itra ſe cõtinet. Nã & ſeſquialtera & ſeſqtertia
ſimileſq; velut ptes ſunt infra duplã.Hãc natura obſeruat in cęlo: ſeruat & huius gratia ſeſquial
tera etiã ſeſquitertiã:ex qbus dupla cõponiť.Pythagorici eñ,vbi ſphęrarũ iterualla dimetiuntur
terrã ad firmamẽtũ cõparãt:itẽ ad Lunã & Solę:Solẽ quoq; ad firmamẽtũ.In qbus ſane cõparatio
nibus interuallũ a terra ad Solẽ cõparatũ ad interuallũ ab eodẽ ad firmamentũ:efficit qdẽ iter ter
rã ac ſolẽ ſeſquialterã:iter hũc vero & firmamẽtũ ſeſqtertiã.& in illa qdẽ ꝓportione diapente cõſo
nãtia naſciť: ex hac aũt diateſſaron.Ex qbus certe ambabus cõficiť ꝓportio dupla cõſonãtiaq; dia
paſon.Voluit & a terra ad lunã fieri diateſſaron,ſicut ad ſolẽ fit diapẽte,& a ſole ad firmamẽtũ ite
rũ diateſſaron.Quẽadmodũ vero natura ꝓportiones eiuſmodi obſeruat i ſphęris:ita in actionibus
paſſionibuſq; elementorũ.vt eñ actio pfecta ꝓueniat,oportet agens duplo potentius eſſe ſubiecto.
Sed quare? Quia cũ intendat in agendo geminare ſeipſum,nimirũ ꝓportione indiget geminante.
Alioqn ſi minore ſpatio ſuparit,reluctãs ſubiectũ pfectã ipediet actionẽ. Sicut vero dupla cõducit
ad ſubſtãtialẽ ſpeciẽ generãdã, ita ſeſquialtera ad familiarẽ ſpeciei affectionẽ atq; figurã,& ſeſqui
tertia ad accidẽtia q̃dã cõmuniora.Pręterea ꝓportionis eiuſdẽ modus in noſtris ſeruať humorib⁹.
Duplũ eñ eẽ voluit ſanguinẽ ad pituitã:duplã & hãc ad bilem:hãc ſimiliter ad atrã bilẽ.Q̃ ſi du
plas habẽt,cõſequẽter ſeſquialteras & ſeſquitertias,quę in dupla ſunt,cõtinẽt.Similes quoq; in au
ditu cõſiſtũt.In quo quatuor aeris inſunt gradus: Tres ignis: Duo aquę: Terrę vnus.Scis aũt inter
quatuor atq; tres ꝓportionẽ fieri ſeſquitertiã.Cõtinet eñ quaternarius ternariũ:ac inſup vnitatẽ
partẽ ternarii tertiã.Scis quoq; ternariũ inter atq; binariũ ſeſquialterã collocari, quãdo ternarius
binariũ cõtinet,inſupq; vnitatẽ alterã.i.dimidiã binarii portionẽ.Quãobrẽ in ipſa auditus affectio
ne ꝓportiones oẽs manifeſtius q̃ aliis inſunt.Itaq; & cõſonãtię.Diapaſon quidẽ.i.octauę vocis,i du
pla.Diapente vero.i.quintę,in ſeſquialtera.Diateſſaron aũt.i.quartę vocis,in ſeſquitertia.Mitto q
in quatuor elementis ꝓportiones poſſunt ſimiles cogitari.Sed de his alias.Cõſentiũt his & medici
in iis quę ad tactũ & quodãmodo ad guſtũ pertinẽt,gradus quatuor numerantes. Primũ qdẽ qui
vix ſenſu percipiatur.Secũdũ vero qui manifeſte percipiatur,ſed nõ offendat. Tertiũ iam offendẽ
tẽ, & deinde lędentẽ.Quartũ breui interimentẽ.In his quidem gradibus,dupla & ſeſquialtera &
ſeſquitertia reperitur.ſed hęc medici viderint.Adducit hic Plato vnũ,duo,quatuor,ſex,octo,duo
decim.A quatuor ad duo,dupla eſt,ab octo ad quatuor quoq; dupla.hi quidẽ exceſſus duo,ꝓpor
tione ſunt pares.vterq; eñ fit per duplã.non tamẽ pares numero:octonarius enim quatuor ſupe
rat quaternario:hic vero binario excedit binariũ.Compara rurſus ſenarium,hinc quidem ad qua
ternarium:inde vero ad octonarium.Hinc certe fit ſeſquialtera:inde vero fit ſeſquitertia.Hi ergo
exceſſus ꝓportione ſunt impares,numero vero pares. Vtrobiq; enim per binariũ fit exceſſus. Rur
ſus cõpara ſex ad duodecim ꝓportione dupla:& inter hęc ad vtrũq; conferas octonarium.Certe a
duodenario ad hũc ſeſquialtera naſciť.Ab hoc ad ſex,oritur ſeſquitertia:ex quibus dupla inter ſex
duodecimq; cõponitur.in qua duo illi exceſſus tã ꝓportione q̃ numero impares euidenter appa
rent.Hęc omnia in cõmentatiis Timęi cõmodius pertractantur.

FINIS ARGVMENTI IN EPINO.VEL PHILO.

PLATONIS EPINOMIS VEI PHILOSOPHVS. PERSONAE DIALOGI.

CLINIAS. ATHENIENSIS HOSPES. MEGILLVS. CLI.

IAm,vt cõmuniter ſtatueramus,huc tandem omnes tres o hoſpes re
cte peruenimus,ego & tu, & hic Megillus de prudẽtia quęſituri,qua
ratione illud attingere valeamus:quo intellecto humanus habit⁹ opti
me ſe quãtum natura fert:ad prudentiam habet.Cętera enim quę ad
ferendas leges pertinebãt,iam tractauimus.Qđ vero & inuentu & di
ctu maximũ eſt, quonam videlicet ſi cognitum ſit ſapiens homo fiat,
neq; inuenimus,neq; diximus.Verũ nullo pacto pręterm ittendũ cen
ſeo:ne fere impfectũ illud relinquamus:cuius aperiẽdi gratia hucuſq;
profecti ſumus.ATHE.Scite loqueris o amice Clinia.Sermonem ve
ro quẽdam nũc mirum,& rurſus quodãmodo non mirum,auditurũ

Proportio hu
morum noſtri
corporis.

te puto.Multi enim fluctibus huius vitę iactati illud prędicant:humanũ genus felix atq; beatum
eſſe non poſſe.Attende igitur & conſidera vtrum & ipſe recte hac de re dicere videar.Impoſſibile
arbitror homines in hac vita pręter admodum paucos felicitatem & beatitudinem aſſequi . Bona
tamen ſpes eſt,vt poſt mortem quis ea omnia conſequatur:quorum deſiderio accenſus,optime ꝓ
viribus egit vitã atq; exegit.Nec inauditũ aliquid nouũq; adduco,ſed q̃d Barbari omnes & Gręci
modo quodam cognoſcimus.Nemo enim ignorat quanta ſit in prima generatione animaliũ diffi
cultas:in conceptione & vtero primũ:deinde in natiuitate & partu: poſtea in nutritione atq; edu
catione.Nam per mille labores fieri hęc non ignoramus.Breue aũt tempus eſt,non ſolum reſpectu
diuturnitatis malorum,verũetiã quocũq; modo quis cogitet: q̃d quaſi circa humanę vitę mediũ
reſpirare parũper nos facit.Sed cito triſtis ſenectus ſuperueniẽs efficit nequis optet rurſus in vitã
redire,cum pręteritas moleſtias cogitet:niſi puerili opinione feratur.Quę oĩa ita ſe habere,illud
mihi argumento eſt,q̃d modo rimatur.Quęrimus enĩ quonã pacto fieri ſapientes poſſimus:quaſi
aliqua huiuſmodi vis ſingulis inſit.Quę quidem tunc nos fugit,quando ad aliquã earũ facultatẽ,
quę artis vel prudentię vel ſcientię nomine cõmuniter appellãtur,quis perrexerit:tã q̃ nulla iſtarũ
in huiuſcemodi humanis rebus digna ſit ſapientię vocabulo nuncupari:animus tamen valde cõ-
fidat,vaticineturq; aliquã huiuſmodi vim ſibi ſcd̃m naturam ineſſe: quę vero ſit,& quãdo,& quo
modo adſit,facile inuenire non poſſit.Nõne dubitatio & inquiſitio hęc noſtra de ſapientia,huc ſpe
ctat maxime?plena nimirũ ſpe in ſingulis:quicũq; & ſeipſos & alios prudenter concorditerq; poſ-
ſunt in omni genere ſermonis diſputationiſq; examinare.Ita ne,an aliter hęc ſe habere dicemꝰ?CLI.
Nos quidẽ hoſpes iſta cõcedimus: ſperantes videlicet vna tecũ deinceps ad veriſſimã de his ſentẽ
tiam peruẽturos.ATHE.Alias igitur artes,quę cũ ſcientię appellentur,hominẽ ſapientẽ nõ faciũt
primũ percurramus:vt illis remotis,eas quibus egemus,admoueamus,cõparemuſq;,& facta cõpa
ratione diſcamus.Atq; eas ĩ primis videamus:quibus humanũ genus maxime indiget. Vere enĩ
hę primę ſunt,& maxime omniũ neceſſarię.Quarũ artifices q̃uis ab initio ſapientes viſi ſint,nunc
tamẽ & ſapientes nõ habẽtur:& propter eas artes vituperãtur. Dicẽdũ igitur quęnã hę ſint: & ꝙ
quicũq; optimi viri cupiũt videri,artiũ huiuſmodi ſtudia fugiant.Prima vero ſit,quę ab humana
rũ carniũ eſu,qui ferarũ ritu quõdam inter homines inoleuerat,vt fabulę ferunt,abſtinere iuſſit:
& ad victũ modeſtiorẽ nos reuocauit.In quo ſane priſci homines q̃uis mãſuete & humaniter no-
bis conſulerint:valeant tamẽ:nec ſapiẽtię nomẽ vſurpent.Deinde cibi Cerealis artificiũ vtile quidẽ
& pulchrũ:ſed ſapientẽ abſolute virũ nũq̃ efficiet.Difficultatẽ eñ & moleſtiã potius q̃ ſapiẽtiam
afferet. Neq; etiam agricultura id faciet.Non eñ arte:ſed natura & dei quodã fauore terrę cultu
ram aggreſſi videmur.Sed nec domorũ cõſtructio,& reliqua omnis ædificatio:ſupellectiliũve effe
ctio:nec æraria, vel lignaria fabrica,aut figlina,aut textura: nec inſtrumentorũ omniũ artificia:
quę plebi accõmodata,nihil ad virtutẽ afferunt.Venatrix etiã ars omnis q̃uis varia & ingenioſa
ſit,magnificentiã tamẽ ſapientiãq; nõ tribuit.Sed neodiuinatio aut interp̃tatio vlla.Nã & ſi quæ
dicunt̃ cognoſcit,vtrũ tñ vera ſint nec ne,nõ intelligit.Poſtq̃ vero nullã earũ artiũ q̃bus neceſſa-
ria parant̃,ſapiẽtẽ hominẽ facere nobis cõſtitit:reliqua eſt imitatrix quædã facultas minime ſeria.
Sępe eñ inſtrumẽtis imitatio fit:plerũq; deformibus corporũ geſtibus & figuris.In eloquio etiam
& muſis imitatio eſt:& in fingẽdo pingendoq;:vbi multa & varia in corporibus tã duris q̃ molli-
bus exprimunt̃.horũ nihil hominẽ imitationi deditũ,ſapiẽtẽ reddit:imitatione vero ſublata,artes
illę reſtant quę in ferendo auxilio verſari vident̃.hę q̃dẽ multę & varię ſunt:ſed oĩbꝰ bellatrix quã
imꝑatoriã vocãt,excellit.Hęc ſummoꝑe ꝓpter vſum ꝓbat̃: ſed felicitate maxime indiget: & forti-
tudine magis naturali q̃ ſapiẽtia ꝑficit̃.Medicina quoq; nobis opitulat̃ cõtra ĩmoderati frigoris &
caloris impetũ,cęterorũq; hmõi q̃bus natura aĩaliũ lędit̃.ſed horũ nihil ad ſapientiã verã cõducit.
incertis enim cõiecturis,opinionibuſq; pcedũt.Nautas quinetiã,gubernatoreſq; ferre auxiliũ non
negabimus.Nec tñ eoꝝ quẽq̃ ſapientẽ vocari ab aliquo permittemus.Nullus enim eoꝝ irã vento
rũ amicitiãve cognoſcit:q̃d & optimũ eſt,& maxime in gubernãdi arte requirit̃.Neq; etiã ſapiẽtes
dici eos volumus:qui litigãtibus dicẽdi viribus adſunt.Quippe cũ memoria & vſu opinionis mo
De vi naturali ingenii. ribus ſe accõmodẽt:& a verę iuſtitię intelligẽtia ꝓcul aberrent.Reliqua eſt mira quędam vis:quæ
ſibi opinionẽ ſapientię ſimiliter vendicat:quã naturã magis q̃ ſapientiã multi dicerent. Hęc in eo
cõſiſtit,q̃ facile quiſpiã diſcit q̃ velit:& multa diu ac firmiter meminit,& q̃d vnicuiq; idoneũ eſt
cuĩ oporteat,cito & cõmode reddit.Hęc eñ oĩa alii naturã,alii ſapientiã,alii naturę ſolertiã nũcu-
pabũt.Sed nullus mẽtis compos vere ſapientẽ ꝓpter hęc eſſe quẽq̃ concedet. Verũtamẽ neceſſe eſt
ſciẽtiã aliquã inueniri:quã quiſquis habuerit:nõ ſolũ videat̃,ſed reuera ſit ſapiens.Attẽtione opus
eſt.Nã arduã oĩno rẽ aggreſſi ſumus:qui aliã p̃ter dictas artes ſcrutemur:quę iure ſapientia vera
dicat̃:quã qui adeptus eſt,nec abiectus,nec ſtultus erit:ſed ſapiens bonuſq; ꝓpter ipſam ciuis,mo-

deſtuſq; ciuitatis princeps & ſubditus. Hanc igiť primã inſpiciamus: q̃ ex oĩbus humanis artibus ita ſe habet, vt ſi hęc vna ſemoueať, amẽtiſſima & inſipiẽtiſſima hoĩs natura reddať. Non eſt aũt hoc inuẽtu difficile. Nã ſi vni vnã cõferes, illa q̃ numerũ mortaliũ generi dedit, id ꝓfecto efficiet. Deũ aũt aliquẽ magis q̃ fortunã ad ſalutẽ noſtrã hoc munus nobis arbitror cõtuliſſe. Quem vero deũ putẽ, vobis dicã: etiã ſi abſurdus videbor, & rurſus modo alio nõ abſurdꝰ. Nã ipm̃ bonoꝝ oĩm auctorẽ: cur nõ etiã maximi boni, prudẽtię dico, cãm arbitrabimur? Quẽ vero deũ laudibꝰ o Megille & Clinia effero? Cęlum ferme, qđ par eſt, ſicut dæmones alii ſimul oẽs cęteriq; dei faciũt, nos quoq; honoribus colere, ac ꝓcipue adorare. Atq; cęteroꝝ oĩm bonoꝝ cãm nobis cęlũ fuiſſe, oẽs cõfiterenť. Dediſſe ꝓterea numerũ, atq; etiã ſiqs obſeruare velit, daturũ, nos affirmamus. Qđ qdẽ is aſſequeť, q in rectã eius ſpeculationẽ aſcẽderit: ſiue mũdũ: ſiue olympũ: ſiue cęlũ id libeat appellare: dũmodo varietates ipſius cõſideret: & quomõ anfractu circuituq; aſtroꝝ diuerſa efficiat tẽpora: alimẽtaq; aĩalibus largiať, ac ſapiẽtiã vna cũ numero cęteriſq; bonis, hoĩbus tribuat. Id vero maximũ eſt: ſiqs numeroꝝ munus ab eo ſuſcipiẽs, oẽm ꝑcurrat circuitũ. Sed memoria repetamus, dictũ & rectiſſime qdẽ in ſuꝑioribus a nobis fuiſſe, ſiqs ab hoĩm natura numerũ auferat, nunq̃ prudẽtes nos fore. Nũq̃ eñ ferme aĩalis huius aĩa virtutẽ oẽm ꝑcipiet: a quo rationẽ abſtuleris: nec aĩal qđ duo & tria, & par & impar, ac numerũ ꝑrſus ignorat, rationẽ de rebus reddere vnq̃ poterit, quas ſẽſu ſolũ atq; memoria ꝑcipit. Reliquã vero virtutẽ, fortitudinẽ dico & tẽꝑãtiã, habere nihil ꝓhibet. Qui aũt verę rõnis eſt expers, is quomõ ſapiẽs vnq̃ euadet? Cui vero deerit ſapientia, vniuerſę virtutis pars maxima, is cũ bonus abſolute eſſe nõ poſſit, nũq̃ beatitudinẽ aſſequeť. Ita neceſſe eſt oĩno numerũ ꝓſupponere. Idq; neceſſariũ eſſe, pluribus etiã rõnibus mõſtrari licet. Sed recte nunc rõne hac oſtendiť: ꝙ cęterę artes quas oẽs paulo ante enumerauimꝰ, ſublato numero penitus euaneſcẽt. Forte vero q de artibus cogitabit, pauca eſſe arbitrabiť, in qbus humanũ genus numero indiget: q̃uis & hoc magnũ ſit. Verũ ſiqs, qđ diuinũ ĩ generatione, & qđ mortale eſt, inſpexerit, qua in re pietas erga deos & verus numerus cognoſceť, is ꝓfecto iueniet, nullũ vatẽ quãtę virtutis nobis cauſa numerus ſit, ſi modo vniuerſus affuerit, cõp̃hẽdere poſſe. Nã & tota muſica motus & vocũ numero indiget. Et qđ maximũ eſt, bonoꝝ qdẽ oĩm, mali vero nullius cãm eſſe numerũ, hinc facile cognoſcere poſſumus, ꝙ irrationalis & inordinata, deformis, inepta, incõcĩnaq; agitatio, oĩa deniq; in qbus mali quippiã ineſt, omni numero carẽt. Qđ ſane q beatus tãdẽ futurus eſt, ignorare nõ debet. Et q iuſtũ, bonũ, honeſtũ, cęteraq; huiuſmodi ignorauerit, nec verã opinionẽ de his acceperit, ad ſeipm̃ & alios ꝑſuadẽdos numeri, rõniſq; vi vti nõ poterit. Sed cõſideremus iã quomodo nũero vti didicimus. Age, vnde vnũ & duo ꝑcepimus? Vt illud aĩaduerteremus: ad qđ cognoſcendũ ab vniuerſo naturã vimq; accepimus. Profecto cũ multis aĩaliũ natura negauerit, ne a patre queant vſum numeri diſcere, nobis id primũ indidit deus, vt poſſimus ĩ eo qđ oſtẽdiť, numerũ intelligere. Deinde oſtẽdit aptius: idẽq; aſſidue facit. In qua explicatione rerũ nihil aliud, ſi vnũ vni cõferať, pulchrius aſpicere poſſis q̃ diei lucẽ. Vnde & noctẽ oculoꝝ officio viciſſim conſideres: vbi maxima apparet diuerſitas. Nã ſi reuoluere hęc nõ deſinas, m̃ltas noctes, & multos dies videbis: qbus cęlũ nũq̃ ceſſat docere hoĩes vnũ atq; duo: vt etiã q tardiſſimus eſt, hinc vti numero diſcat. Sic eñ & tria, & quatuor, & multa qlibet cernẽdo, hęc intelliget. Sed de his vnã deus Lunã formauit: quę modo minor: modo maior apparens: ita quotidie varia ad qndecim vſq; dies ac noctes cerniť. Hic aũt circuitus eſt: ſiqs totũ circulũ in vnũ cõferre voluerit. Quare, vt ita dicã, tardiſſima etiã aĩalia, qbꝰ naturã aliquã deus dedit vt poſſint diſcere, numerũ ꝑciperẽt. In his igiť ad hęc vſq;: qđcũq; aĩal diſcẽdi poteſtatẽ habet, vnũqđq; ꝑ ſeipm̃ cõſiderãdo, ad numerãdũ idoneũ maxime factũ eſt. Sed numerũ oẽm ad numerũ cõferre, maius opus eſt: atq; iccirco lunã, vt diximꝰ, modo creſcẽtẽ, modo decreſcẽtẽ fecit. Hinc mẽſes ad annũ cõſtituit: numerũq; oẽm felici quadã fortuna cõferri ad numerũ docuit. Hic terra fœcũdior facta cõcipit: fructuſq; ad alimẽtũ aĩaliũ oĩm parit: cũ & ſuauiter venti flant: & imbres in terrę gremiũ ſalubriter defluũt. Ac ſiqd mali ĩ his accidit, nõ diuina culpãda natura eſt: ſed humana, q̃ iniuſte vitã ſuã diſtribuit. Nobis aũt de legibꝰ modo ſcribẽtibus cętera q̃ hoĩbꝰ optima ſint, facilia cognitu eſſe videnť: et quẽlibet poſſe ſufficiẽter q̃ de iis dicunť, intelligere: ac ꝓterea facere: poſtq̃ qd cõfert, & qd nõ cõfert perſpexerit. Cętera ĩquã nobis viſa ſunt, & modo videnť nõ nimiũ ardua: quo aũt pacto hoĩes boni efficianť, penitus difficillimũ. Reliqua rurſus bona, poſſibile eſt, vt diciť, & nõ arduũ poſſidere: opes quatenus oportet, & quatenꝰ nõ: & corpꝰ quale decet, & quale nõ decet. Animũ quoq; bonũ habere oportere qſq; fateť. Quomodo etiã bonus futurus ſit, interrogatus quiſq; ita reſpõderet: ſi iuſtus, moderatus, fortiſq; ſit, cęteraq; hmõi. Sapiẽtẽ quoq; animũ eſſe debere, qs neget? Quę vero ſapiẽtia cõparãda ſit, vt nuper diſſeruimus, nullos de multis inter ſe cõuenire cognouimus. Nũc ergo ꝓter oẽs quas ſupra narrauimus ſapiẽtias, nõ vilẽ quãdã ad hoc ipm̃ inuenimus, vt qui iam dicta didicerit, ſapiens videatur.

De ꝓſtãtia numeri in cognoſcẽdis rebus.

Vnde didicimꝰ numerum.

Vtrũ vero ſapiens bonuſq; ſit,qui hęc didicit,ratione q̃rendũ.CLI.Scite nimiũ loquutus es hoſpes
cũ affirmares magna te de magnis dicturũ.ATHE.Certe nõ parua ſunt hęc o Clinia: & qđ maiꝰ
eſt,penitus vera.CLI.Ita ſane o hoſpes.Labori ne cedas:quin vt coepiſti ꝓgrediare. ATHE. Dabo
operã:ſed vos etiã labori audiendi ne cedatis.CLI.Sic vtiq; faciemus:vt ego ꝓ vtriſq; reſpõdeam.
ATHE.Probe.Quare altius repetẽdũ:& primo qdẽ ſiquo modo poſſumus,vno noie cõphẽden
dũ videt̃: q̃nã ea facultas ſit,quã ſapiẽtiã eſſe arbitramur.Sin minus id fieri põt,ſaltẽ alterũ decla
rãdũ:q̃nã,& quot ſunt artes,q̃bus habitis,ſapientẽ more noſtro hominẽ appellamus.CLI.Dic iam.
ATHE.Omni crimine legũ lator carebit,ſi melius de diis q̃ priſci ſentiat: & optima vſus diſcipli
na:deos hymnis colat,beatitudineq; extollat:atq; ita feliciter viuat.CLI.Recte tu hoſpes.q̃nqdẽ fi
nis hic legũ tibi ꝓpoſitus eſt,vt dei cultu & vitę puritati optimũ atq; pulcherrimũ exitũ cõſequa
ris.ATHE.Quomõ ergo dicemꝰ Clinia? An deos hymnis magnope honorabimꝰ? ſupplicabimuſ.
q; vt ſequẽtẽ de illis diſputationẽ optime & pulcherrime trãſigamꝰ? Ita ne, an aliter agẽdũ cẽſes?
CLI.Ita prorſus.ſed o vir felix:diis fide habita ꝓcibuſq; p̃miſſis, bene de diis atq; deabus loquaris.
ATHE.Sic erit,ſi deus ipſe nos duxerit.Et dũmõ mecũ ores,dubitãdũ nõ eſt.CLI.Proſequaris er
go.ATHE.Principio deoꝝ aĩaliũq; ꝓgeniẽ,q̃m male maiores noſtri de iis tradiderũt,nũc melius
tractãdũ.Ita ſuſcipe ꝯceptũ eſt, vt ſupiorẽ aduerſus impios diſputationẽ a nobis habitã reſuma
mus:qua aſſerit̃ eẽ deos: rerũq; oĩm maximarũ ſimul & minimarũ curã habere:nec ꝓcibꝰ vllis mu
neribuſq; p̃ter iuſtũ placari.Recordamini ne hęc dicta eſſe o Clinia? Profecto ita tũc accepiſtis,vt
meminiſſe debeatis,pręſertim q̃a maxime vera eſſe cõſtitit.Oĩm vero maximũ illud habitũ eſt:An
tiquiorẽ oĩ corpe oẽm aĩam eſſe.Nũ recordamini? Vel maxime id qdẽ.Nã qđ melius id & antiquius
atq; qđ diuinius eſt:id ĩferiore ac viliore prius eſt.Et ſĩliter dux ducto,& princeps ſubiecto natura
prius.Id igit̃ admittamus,aĩam corpore antiquiorẽ eẽ.Qđ ſi ita ſe habet,primũ primi ĩ generatio
ne veriſimilius ꝑfecto principatũ exordiũq; eſſe credet̃.Quare ponamꝰ principatũ p̃cipiũq; prin
cipii decẽtius ſe habere,& ſic rectiſſime ĩ ſapiẽtiã de deorũ generatione nos ĩgredi.CLI.Maneãt iſta
pro humanis viribꝰ affirmata.ATHE.Age igit̃,nõne veriſſime aĩal ſcđm naturã tũc affirmamꝰ,
cũ vna aĩę corporiſq; cõſtitutio, vnã ſuo cõcurſu formã parit? CLI.Recte.ATHE.Aĩal ergo hmõi
aliq̃d merito nũcupat̃.CLI.Certe.ATHE.Solida vero corpora q̃nq; cõueniẽter dicere poſſumꝰ,ex
quibus pulcherrima optimaq; fingunt̃.Alterũ aũt genus vniuerſum vnã poſſidet formã. Nõ eñ
eſt aliud q̃cq̃ qđ ĩcorporeum eſſe queat,& oĩno coloris expers extra diuiniſſimũ illud genus ĩ quo
eſt aĩa.Cuiꝰ generi ſoli fingere fabricareq; cõuenit:corpori vero fingi,gigni,atq; oculis cerni. Sed
aĩę generi,vt iterũ repetamꝰ,cõuenit vt inuiſibile ſit,cognitionis cõpos, ĩtelligibile,memorię ratio
niſq; ĩ ipſis ĩparibus paribuſve trãſmutationibꝰ p̃ceps. Sed cũ q̃nq; ſint corpa:ignis,aqua,tertiũ
aer,quartũ terra,quintũ æther:horũ principatibꝰ multa variaq; ſingula aĩalia ꝓducunt̃.Qđ ĩ vno
ſic diſcere poſſumꝰ.ponamꝰ eñ primo terrenũ aĩaliũ genus eẽ hoĩes,aĩalia multipeda,pedibuſq; ca
rẽtia:ꝓgreſſiua ſimul,& ſtabilia,radicibuſq; cõnexa. Vnũ aũt id vbiq; exiſtimãdum:vt q̃uis oĩa ex
oĩbus corpoꝝ generibꝰ ſint:plurimũ tñ ĩ hoc terrę ſolidęq; naturę inſit. Alterũ aĩaliũ genꝰ ponen
dũ:qđ etiã gignit̃ cerniq; põt,& ignis plurimũ poſſidet: terrę quoq; & aeris cęterorũq; oĩm par
uas ꝑticulas habet: variaq; iccirco hinc oĩno aĩalia & viſibilia gigni dicẽdũ. Hęc cęleſtia putamus
aĩalia eſſe,diuinũ aſtroꝝ genus,corpore pulcherrimo,aĩaq; beatiſſima & optima cõſtitutũ.His vti
q; aĩalibus e duabꝰ ſortibus alterã tribuẽdã putamus. Nã aut abſq; ꝑnicie ĩmortalia ꝓrſus atq; di
uina neceſſario ſingula ſunt:aut vitã lõgęuã agũt:ſingulis adeo ſufficiẽtẽ, vt lõgiore nõ egeant.
Hęc ĩquã duo eſſe aĩaliũ genera cogitemꝰ.Rurſuſq; dicamꝰ vtraq; viſibilia eẽ:quoꝝ alterũ ex igne
totũ:ex terra alterũ videat̃.Sed terrenũ q̃dẽ abſq; ordine: igneũ vero oĩ ordinis rõne mouet̃. Qđ
abſq; ordine fert̃,amẽs eſſe putãdũ eſt:qđ plerũq; faciũt,q̃cũq; apud nos aĩalia ſunt.Qđ aũt ordine
in cęlo ꝓgredit̃,id mẽtẽ habere ſufficiẽter eo veſtigio demõſtrat̃,qđ ꝑ eadẽ ſemp & ſĩliter ꝓficiſcit̃
agitq; & parit̃ eadẽ.Animę vero ĩtellectũ habẽtis neceſſitas oĩm neceſſitatũ maxima eſt,ducẽs eñ
ſed nõ ducta gubernat. Quãdo aũt anima q̃ res optima eſt,conſilio ſcđm optimũ intellectũ ſe ge
rit,tũc ſine ꝑuerſione id qđ vere ſcđm ĩtellectum ꝑficitur,neceſſario eueniet: nec adamas ſolidius
immobiliuſq; eſſe poterit.Sed tres ꝑfecto Parcę,qđ ſinguli deoꝝ optimo deliberarũt cõſilio, ꝑfectũ
cõſeruãt.Oportebat igitur hoĩbus argumento eſſe: q; aſtra vniuerſuſq; ille circuitus mentem ha
beant,quia eadẽ ſemp agunt.Maximo eñ atq; mirabili tẽporis ſpatio iam ante quid ſibi agẽdum
ſit,deliberarunt.Nec ſurſum deorſumq; modo hoc modo illud cõſilio ꝓbãt.Quare nec errãt:nec p̃
ter antiquũ ordinẽ reuoluuntur.Multis autẽ noſtrũ cõtra viſum eſt,hęc quia eadẽ & ſimiliter ſemp
agũt,animã nõ habere. Hãc ĩſanã opinionẽ ſequutũ vulgus,genus humanũ quia moueat̃,vitam
mentẽq; habere putauit:Diuinũ vero q̃a in eiſdẽ permanet lationibus,mente carere. Decebat aũt
pulchriora melioraq; & diis gratiora ſentire, q; propterea mentẽ habeãt,q̃a ꝑ eadẽ ſimiliter pro

Q ue facultas ſit illa quã ſapiẽtiã eſſe arbitramur.

Quid pcedat ex eo qđ mentem habet.

ſecta,eadē ſemp agunt.Hanc aſtrorū naturā eſſe,viſu pulcherrimā:quę pgreſſu & chorea optima
vtēs,omniūq; choreatū magnificētiſſima, cūctis aīalib⁹ cōmoda pbet.Q; aūt nō imerito aīata hęc
eſſe dicam⁹,magnitudo quoq; ipſoꝝ teſtatᷣ.Nō eī tāta ſunt dūtaxat quāta cernunᷣ: ſed icredibili
magnitudine ſingula ſunt.Qđ ideo credēdū eſt,qa ſufficiētibus demōſtrationibus id oſtēdiᷣ:qb⁹
ſolē totū tota terra maiorē eſſe: & q̄cunq; ferunᷣ aſtra mirabilē habere magnitudinē intelligemus.
Cogitemus igiᷣ quomō fieri poſſit,vt tāta magnitudo ab aliqua natura poſſit tāto tpe circūferri.
Ego igiᷣ aſſero deū cām eſſe,nec aliter fieri poſſe. Animatū eī nō aliter q̄ ppter deū fieri poſſet,
vt nos declarauim⁹.Qm̄ ergo id facere deus pōt:facile ſibi fuit primū oī corpi magnitudiniq; vi-
tā tribuere: dēide qua rōne optime fieri cogitarit,hac ducere.Demū de his oīb⁹ verā hāc ſentētiā
ferri volumus: Impoſſibile eē terrā,cęlū,ſtellaſq; oēs,& q̄ ex his conſtāt moles,niſi aīa ſingulis aut
adſit,aut inſit,adeo exqſita rōne annis,mēſibus,diebuſq; circūuolui,nobiſq; oībus bona oīa facere.
Hoīem vero decet quo vilior eſt,eo min⁹ de ipſis nugari: ſed conari potius certi aliqđ dicere.Siqs
aūt ipetus corpoꝝ,aut naturas,aut hmōi qcq̄ ordinis huius agitationiſq; cām eſſe dicet: pſpicuū
nihil adducet. Verū qđ diximus,iterū cōſideremus,vt pateat vtrū oratio illa pbabilis ſit, an oīno
futilis iaceat:qua primo diciᷣ,duo q̄dā eſſe,aīam atq; corpus:& q̄ ad vtriuſq; genus ptinēt eē mul
ta:eaq; ab aliis i genere ſuo differre:& vtraq; genera a ſe inuicē eſſe diuerſa:adeo vt tertiū nihil ſit
vtriſq; cōe. Animā vero ita differre a corpe, q̄ illa mētē habeat,hoc nō habeat. Illa dominetᷣ,hoc
ſubiiciatᷣ.Illa oīm paſſionū corpibus:hoc nullius cauſa ſit. Quocirca ſiqs cęleſtia ab alio quoq̄ fa-
cta fuiſſe,nec ex aīa & corpe,vt diximus,cōſtare cōtēdat,ſtultus oīno iperituſq; habēdus eſt.Igiᷣ ſi
rōnes in his oīb⁹ adductę qcq̄ valēt,atq; hęc oīa diuina prius iudicāda ſunt,duoꝝ alterū arbitrari
oportet.Nā aut deos eſſe hęc & rectiſſime qdē putabimus:aut deoꝝ imagines,& quaſi ſtatuas eſſe
ab ipſis diis prudētibus digniſſimiſq; artificibus fabricatas credemus. Alterū iquā hoꝝ decerna-
mus:& qđ decreuerim⁹ firmiter teneam⁹: multoq; magis hęc q̄ alia q̄libet ſimulacra veneremur.
Nūq̄ eī pulchriora cūctiſq; hoībus cōmuniora ſimulacra reperienᷣ:nec i excellētioribus locis lo-
cata,puritate,maieſtateq;,& pppetua vita pollentia,q̄ hęc q̄ vndiq; ſiliter cōſtructa ſunt.Sed nūc id
quoq; de diis aſſeuerem⁹.Nēpe cū duo aīalia nobis viſibilia cognouerimus:quoꝝ alterū imortale:
alterū vero qđ terrenū eſt,oē mortale ſit:iā tria de qnq; mediū ſortita locū pbabili rōne declarare
conemur.Aethera poſt ignē ponam⁹:ex quo aīam aīalia gignere arbitremur:q̄ ſiliter vt in cæteris
generibus ſit,plurimū de ſuo habeāt,minimū aūt copulę gratia de generibus alienis: poſt æthera
ex aere alterū aīaliū genus,tertiū ex aqua ſiliter ab aīa fingi.Quę oīa cū aīa finxerit: totū aīalibus
cęlū ipleuit,oīb⁹ quoad fieri poterat generib⁹ vſa,q̄ oīa vitę pcipia ſunt.Secunda vero & tertia,
quarta,& qnta a manifeſtoꝝ generatione deoꝝ icipiētia ad nos tādē hoīes deducunᷣ. Deos igitur
Iouē & Iunonē cęteroſq; oēs quomōcūq; aliqs velit locato,modo legē eādē ſeruet, atq; hanc rōnē
ſtabilē teneat. Viſibiles itaq; deos maximos,ſummopeq; honorādos:acutiſſimeq; vndiq; cūcta vidē
tes ac primos,naturā aſtrorū & q̄ cū aſtris facta ſentimus,fatēdū.Deinceps vero ſub his dæmones
genus aereū i tertia mediaq; regione,q interptationis cā ſunt,collocatos,orationibus colere,gratia
laudabilis itercesſionis iterptationiſq; debem⁹.Hoꝝ qdē duoꝝ aīaliū alterū ex æthere,alterū dein-
ceps ex aere eſt.Ac neutrū cōſpici totū pōt:ſed q̄uis hi dęmones ppe nos ſint:nūq̄ tn̄ manifeſte no-
bis apparēt.Prudētię mirabilis pcipes ſunt:acuto qppe igenio,tenaciq; memoria cogitationes no
ſtras oēs cognoſcūt.Honeſtos bonoſq; hoīes mirifice diligūt:iprobos vehementer oderūt:vtpote q
doloris pticipes ſunt.Sed deus q diuinā ſortē pfecte poſſidet, a dolorib⁹ voluptatibuſq; liber,ſapien
tia cognitiōeq; penitus fruitᷣ.Cū aūt refertū aīalib⁹ cęlū ſit:& dii ſummi & dęmones ſe inuicē iterp
tanᷣ.Media eī aīalia tū ad terrā tū ad cęlū leui motu ferunᷣ.Quintū vero qđ ex aqua eſt, recte ſe
mideū vocabim⁹.Id nōnūq̄ cerniᷣ,nōnūq̄ aſpectui noſtro ſe ſubtrahit:& cū videtᷣ,tenui viſu pceptū
admirationē affert.Cū igiᷣ qnq; hęc aīalia ſint,q̄ aut ſomniis:aut vaticinio:audituq; p vocē ſanoꝝ,
aut ægrotātiū aurib⁹ pcepta,aut etiā i ipſo e vita exceſſu nobis ſeſe offerētia,noſtros aīos mouent:
vnde multa multis ſacra & priuatim & publice his opinionib⁹ iſtituta ſunt,iſtituēturq; i poſterū:
hoꝝ oīm legiſlator q vel minimū mētis habeat:nūq̄ aliqđ inouabit.Cauebit eī ne ad nouū min⁹
certę religionis cultū ciuitatē ſuā vertat.Nec q̄ patria lege vel cōſuetudine de ſacrificādo firmata
ſunt:mouere audebit.Scire nāq; debet mortali naturę nō eē poſſibile certi qcq̄ de his cognoſcere.
Eadē rōne peſſimi hn̄di ſunt hi:q deos vere oculis manifeſtos nō pdicāt, & ſine ſacrificiis debitiſq;
honorib⁹ reliq eos ab hoīb⁹ patiunᷣ.pinde eī faciūt,ac ſiqs Solē Lunāq; oīa luſtrare,nulloq; i ho
nore haberi videat:nolit tn̄ p virili ſua pte clara hęc hoīb⁹ reddeᷣ:vt ſolēnes dies eis ſacrificiaq; agā
tur,ac tpa maioꝝ minorūq; ſępe annoꝝ certa diſtribuanᷣ.Nōne malus & ſibiipſi & cognoſcēti cui
q; ſi dicatᷣ,merito dici videbiᷣ? CLI. Immo vero peſſimus.ATHE.Id ipm̄ o Clinia, ſcias nūc mihi
accidiſſe.CLI.Quomō pacto?ATHE.Scitote octo i cęlo eſſe virtutes,ſibi inuicē ſorores:quas ego in-

Oim ſtellarũ virtus vna. ſpexi.nec magni aliqd feci.cuiuis eñ hoc facile eſt.Harũ tres hę ſunt,ſolis vna,lunæ vna, ſtellarũ
oim,de qbus ante diximus,vna,atq; alię qnq;.Has oẽs & eoꝝ q ĩ his ſunt,ſiue ipſi ꝓgrediant̃,ſiue ĩ
vehiculis ferant̃,nullus ita habere ſe putet,vt alii eoꝝ,dii ſint,alii minime, alii legitimi, alii tales
quales neſas eſt dicere: ſed oẽs fratres:& ĩ fraternis ſortibus viuẽtes dicamus, iiſq; honores redda
mus:nõ alii annũ,alii mẽſem,alii nullã ſortẽ,nullũve tẽpus,in quo circulũ ſuũ pcurrit, mũdũ ora
natũq; vna pficiẽs:quẽ ratio oim diuiniſſima viſibilẽ ſtatuit. Hũc vir felix primũ ſũmope admira
tur:deinde cupiditate ardet ea diſcẽdi q̃cũq; a natura mortali pcipi poſſunt: ſic arbitratus optime
atq; feliciſſime ſe victurũ:& cũ deceſſerit ad cõgrua virtuti loca vẽturũ. Atq; ita vere initiatus: &
Quę vna vera ſapientia. ipſe vn⁹ vnã reuera ſapiẽtiã nactus,reliquũ tẽpus ĩ rerũ oim pulcherrimarũ cõtẽplatione verſat̃.
Poſt hęc q & quot ſunt,dicẽdũ eſt.Eqdẽ affirmare audeo,nũq̃ nos in hoc mẽdaces fore.Iterũ octo
eſſe dicim⁹.Quarũ tres dictę ſunt:quinq; reſtãt.Quarta vero & qnta latio & anfractus æquali fer
me velocitate cũ ſole ferunt̃.itaq; neq; tardiores ſũt,neq; velociores. Atq; harũ triũ ſemp ſufficiẽs
ductor eſt intellectus.Solis dico & Luciferi,& tertii illius:qđ cũ ignoret̃,noiari nõ põt.Qđ ꝓpter
ea factũ eſt,qm̃ primus harũ rerũ ſpectator Barbarus fuit.Antiqua eñ regio illos aluit, qui ꝓpter
æſtiui tẽporis ſerenitatẽ,primi hęc inſpexerũt.Talis Aegyptus & Syria fuit:vbi ſtellę ſemp oẽs,vt
ita dixerim,clare cernunt̃:qa cęli aſpectũ nubes & pluuię nõ ĩpediũt.Inde huc & alio quocũq; infi
nito tpe ꝓbata iſta manarũt.Quapropter magna cũ fiducia hęc legib⁹ ſanciãt̃.Res eñ diuinas nõ
eſſe venerãdas arbitrari,aut hęc nequaq̃ eſſe diuina:extremę demẽtię foret. Qꝫ aũt noibus carue
rũt,cauſa dicta eſt.agnomina tñ deoꝝ tenẽt.Lucifer eñ q & Veſper eſt,ſtella Aphroditis.i.Vene
ris eſſe dicit̃.Qđ dictũ Syrio nominũ auctori valde cõgruũ eſt.Stella vero q̃ æqualiter ferme cum
ſole,& hoc currit,Mercurii.Reſtãt tres adhuc lationes eoꝝ q ad dexterã cũ ſole lunaq; mouentur.
Octauũ p̃terea circa vnũ oportet dicere:quẽ iure mũdũ ſupnũ qs nũcupabit:q cõtra q̃ cęteri mo
uet̃,cęteroſq; ſecũ trahit:vt hoibus pauca de iis ſciẽtibus videt̃.Sed neceſſe eſt ea dicere,q̃ ſufficiẽ
ter cognoſcimus.Vera eñ ſapiẽtia hac rõne quodãmodo illi apparet:q vel modicũ qd rectę diuinę
q; ĩtelligẽtię nactus eſt.Reliquę ſunt ſtellę tres:quarũ vna,cęteris tardior eſt:q̃ Saturni noie a qui
buſdã cognominat̃.quę poſt hãc ſitu & tarditate ponit̃, Iouis eſſe dicat̃.deinde Martis,q cęterorũ
maxime rubeus eſt.Hęc intellectu, ſiqs exponat,difficilia nõ ſunt.ſed poſtq̃ ĩtellexeris, ita de diis,
vt diximus,exiſtimãdũ eſt.Illud etiã cuilibet Gręco ſciẽdũ eſt:nos regionem ad virtutẽ oim pene
Laus ꝓuinciæ Gręcię. optimã habitare.In hoc maxime laus regionis huius cõſiſtit: φ inter hiemalẽ æſtiuãq; naturã me
dia eſt.Qm̃ vero magis q̃ Barbari,vt diximus,ab æſtiua ſerenitate diſtamus:horũ deoꝝ ordinem
Tardius Gręci q̃ Barbari multa pcepere. ſed qcqd ab illis accepere: melius reddidere. tardius intelleximus.Verũ qcqd Gręci a Barbaris accepere,melius reddiderũt.Qđ & ĩ his q̃ mo
do tractamus,cogitare debemus : φ q̃uis iuẽtu hęc difficilia ſint,magna tñ ſpes nobis eſt Gręcos
preſtãtiori cultu q̃ a Barbaris acceperit,hos deos oẽs honoraturos:ac tum diſciplina:tũ Delphicis
oraculis monitos omni legitima obſeruatione diligẽter pſecuturos.Nec Gręcoꝝ quiſpiã exiſtimet
nõ oportere mortales de diuinis reb⁹ tractare: ſed cõtra oĩno putet:nec mẽte carere deũ,neq; na
turã humani generis ignorare.Scit eñ ſe docẽtẽ ita ſequuturos hoies,vt q̃ docentur,pdiſcãt.Qꝫ
aũt numerũ numerareq; docet,φq; nos id ipm̃ diſcimus,nõ ignorat. ſi eñ id ignoraret,eſſet oim̃
amẽtiſſimus:certe & qđ fert̃,accideret.Ipſe eñ ſeipm̃ ignoraret,ſi potẽtib⁹ diſcere inuideret magis
q̃ gratularet̃: φ ꝓpter deũ boni efficiant̃. Profecto veriſimile eſt: qñ primũ hoies de diis cogitare
coeperũt, φ eſſent, & quales, qdve agerẽt,nõ vt prudẽtes qdẽ,nec vt ſecũdi iudicauiſſe:q antiqſſi
ma eſſe putauerũt ignẽ & aquã & cętera corpora: mirabilẽ aũt aiam,poſteriorẽ. Vnde & corporis
motũ potẽtiorẽ,honorabilioręq; ducebãt.Nẽpe ſeipm̃ calore & frigore,cęteriſq; hmõi agitare.Ani
mã vero neq; corpus,neq; ſeipſam mouere. Nũc vero cũ dicam⁹, ſi aia corpi adſit, nihil mirũ eſſe
vt & ſeipſam moueat,& corpus circũferat:dubiũ nobis nullũ eſt qn põdus ab ea circũferri poſſit.
Cũ aũt vniuerſi cã aia ſit:& rerũ alię bonę ſint,alię malę,lationis qdẽ oĩs motuſq; cauſam aiam eẽ
dicẽdũ:ſed lationẽ motũq; ad bonũ ab optima aia pficiſci,motũ vero ad cõtraria, contrariũ.Mala
aũt a bonis victa eſſe,vinciq; oportet.Hęc nobis ſcdm iudiciũ ĩpios puniẽs, dicta ſunt oĩa . Quãtũ
vero attinet ad id qđ mõ pbat̃:dubitãdũ nõ eſt:qn bonus vir ſapiẽs ſit dicẽdus.Sed videam⁹ nũqđ
hãc ſapiẽtiã quã iãdiu q̃rimus,p diſciplinã vel artẽ aliquã aſſequamur.qđ ſi ignorauerimus,exper
tes,ignariq; iuſtitię futuri ſim⁹.Ita pfecto mihi videt̃:quare dicẽdũ eſt. Qđ igit̃ ſurſum deorſum
q; inueſtigãdo cognoui,oratione vobis apire conabor.Nã maxima virtus neglecta ignorãtię cau
ſa fuit,vt pdicta nobis ſignificare vident̃.Maiorẽ vero virtutẽ religione pietateq; in deũ,nullã ĩ hu
mano genere inueniri quiſq̃ ſibi pſuadeat.Id ex maxima ignorãtia in optimis naturis factũ nõ eſt.
Optimę aũt naturę ſunt q̃ rariſſime reperiũtur,& ſiquãdo reperiãtur maxime pſunt.Animus oer
te facilis ille eſt:qui tardã cõtrariãve naturã mãſuete & mediocriter poſſidet: fortitudinẽ admirat̃
& temperantiam diligit:& qđ maximũ eſt in his naturis,ad diſcendum promptus eſt ac memor:&

huiuſmodi rebus maxime delectaĩ,diſcendi ſtudio deditus.Hęc vtiq; nec facile innaſcunĩ,& cũ innata fuerint,ſi educationẽ diſciplinãq; idoneã conſequanĩ,plurimos inferiores ita moderari & cõtinere poſſunt,vt cogitãdo,loquẽdo,atq; agẽdo ſingula erga deos vt oportet,& qñ oportet, in ſacrificiis purificationibuſq; eor; q̃ in deos & hoĩes facta ſunt,non ſimulatione,ſed veritate virtutẽ maxĩe colãt:qđ ciuitati omniũ vtiliſſimũ eſt.Hãc igiĩ partẽ natura principaliſſimã eſſe aſſerimus: poſſeq; q̃ maxime atq; optime ſiqs doceat:diſcere.Nemo autem docebit niſi deus adiuuerit,ab eo vero q modum in docendo nõ ſeruat,p̃ſtat non diſcere.neceſſariũ tñ ex his quę modo dicta ſunt,videĩ hæc diſcere,& a nobis naturã hanc optimã dici.Quare conemur exponere quę & qualia ſint,& quomodo pdiſcẽda:idq; pro virib⁹ & mei diſſerẽtis agaĩ,& eorũ qui exaudire poterint quo pacto cultus diuini nõnulla diſcãtur.Inuſitatũ quid forſan audietis:nomẽ tñ rei dicamus:qđ nullus ꝓpter huius rei imperitiam arbitrareĩ.Nolite ignorare Aſtronomiã ſapiẽtiſſimũ quiddã eſſe.Nẽpe neceſſe eſt verũ aſtronomũ eẽ,nõ eum qui ſecundum Heſiodũ oẽſq; hmõi,occaſum ortumq; cõſideret,ſed eũ potius q circuitus octo & quõ ſeptẽ ſub primo verſanĩ:quòve ordine circulos ſuos ſinguli peragãt.Qđ nulla natura niſi mirabilis ſit facile vnq̃ inſpiciet: vt modo diximus:& dicemus,declarantes qđ oporteat & quõ oporteat diſcere.Primo igiĩ id dicatur : ꝙ Luna celerrime circulũ ſuũ euoluit:atq; ita pleniluniũ primũ & mẽſem peragit.Sol deinde inſpiciẽdus eſt:qui ſolſtitia verſioneſq; tẽporũ circuitu efficit ſuo. p̃terea & q vna cũ Sole currũt,conſiderandi.Deniq; ne eadẽ de eiſdẽ ſæpius diſſeramus,curſus omnes quos paulo ante tetigimus,quive non facile intelliguntur,contemplari debemus:ita vt naturę prius doctrinis ad hæc ptinẽtibus longo vſu laboreq; a iuuenta,immo vero & a pueritia p̃parenĩ.Quocirca doctrinis quæ mathematicę appellanĩ,opus eſt: primo vero ac maxime numeris,non iis dico numeris qui corpus habẽt:ſed q oẽm paris ĩpariſve generationẽ atq; virtutẽ: quã ad pficiẽdã cognoſcẽdãq; rerũ naturã conferunt.Quibus pceptis illa deinceps quã ridicule Geometriam appellant,diſcenda eſt. Numerorum vero inter ſe natura diſſimiliũ ſimilitudo ad planorũ partẽ relata clareſcit.Qđ qdẽ nõ humanũ ſed diuinũ miraculũ,ſiquis plane intelligat,videaĩ oportet.Poſt hãc numeri,qui in tres vſq; dimẽſiones adaucti ſunt:naturæ ſolidæ ſimiles:ac rurſus diſſimiles:alia quadam arte,ſtereometria videlicet huic ſimili,conſiderandi ſunt.ſed hanc quoq; qui in ea verſati ſunt,Geometriã noĩauerunt.Illud aũt mirũ diuinũq; intelligẽtibus eſt : ꝙ cũ rerũ virtus in duplo ſemp:& in ſuo oppoſito reuoluatur, in ſingulis pportionibus p genera ſpecieſq; vniuerſa natura formaĩ.Prima igiĩ dupli virtus ſecundũ numerũ,p vnũ ad duo ꝓportione ꝓcedit,duplũ potẽtia poſſidẽs. Sed in ſolidum & tangibile rurſus ab vno in octo dupli rõ ꝑficiſcitur: alia vero dupli in mediũ:ſed forte minore maius:& minus maiore ęqualiter. Verũ aliud eadẽ pte extremitates excedit,ab eiſq; excediĩ. In medio vero ſenarii ad duodenariũ numerũ,ſeſquialtera, & ſeſqtertia emerſit ꝓportio. horũ in medio vis hmõi ad vtraq; verſa cõcinnũ hoĩbus vſum cõmodumq; attribuit:ludi & tẽporalis numeri cõcentuſq; gratia, choreę muſarũ felici tributa.Hæc igiĩ ita fiant:& ita ſe habeant.horũ finis eſt vt ad diuinam generationẽ: & eorũ quæ cernunĩ oculis pulcherrimã diuinãq; naturã conſiderandam nos conferamus:quatenus hãc hoĩbus inſpiciẽdã deus largitus eſt:quã nũq̃ ſine dictis artibus aſſequemur. Ad hæc ſingula queq; ad ſpecies ſuas,oĩa deniq; ad vnũ in diſputationibus referenda,interrogando & arguendo ſiqua min⁹ recte dicanĩ.Recte enim oĩm pulcherrima & prima hoĩb⁹ hmõi examinatio eſt. Vbi vero nõ talis reuera,ſed ſimulata inqſitio eſt,fruſtra contendiĩ.Pręterea tẽporũ conſiderãdus eſt ordo,q̃ exacte cæleſtia oĩa pficit:vt quicũq; vere dictum fuiſſe crediderit antiqorẽ diuinioreq; corpore animã eſſe,putet præclare ſufficienterq; illud quoq; eſſe dictũ,Deorũ plena eſſe oĩa:adeo vt ſuperi neq; obliuiſcanĩ noſtrarũ rerũ,neq; nos deſerant.Sed hoc in his oĩbus aĩaduertẽdũ eſt:maxĩe illi q recte pceperit, ꝓfutura: ei vero q non recte,deũ inuocandũ eſſe.Modus vero hic eſt.Neceſſe.n.eſt id quoq; tangere. Omnẽ linearum deſcriptionem:conſtitutionẽq; numeri:& cõcẽtus rõnẽ:circuituſq; aſtrorũ cõuenientiã:& quæ vna cũctor; cõſpitatio eſt,ꝑſpici oportet ab eo q mõ cõgruo diſcit:ꝑſpicieĩ aũt ſiqs qđ dicim⁹ ad vnũ recte reſpiciẽs diſcat. Vnũ enĩ horũ oĩm intelligenti vinculũ apparebit. Qui vero aliter hæc adipiſci ſtudet,fortunã vt dicimus inuocet.Nunq̃ enĩ abſq; his natura in ciuitatibus vlla felix efficieĩ. Etenĩ hic modus eſt:hęc educatio:hę diſciplinæ.Per hæc itaq; ſiue facilia ſiue difficilia ſint:eũdũ.Nefas aũt eſt deos negligere:cũ felix oĩm illorũ doctrina oĩbus recta rõne patuerit.Eũ ſane qui cuncta hæc ita pcepit, vere ſapiẽtiſſimũ appellam⁹.Quẽ ego etiã ioco & ſerio affirmo,cũ diẽ ſuũ obierit, non amplius multor; ſenſuũ vt nunc:ſed vnius ſortis participẽ fore:vnũq; de multis factũ,felicẽ,ſapiẽtiſſimũ,atq; beatũ:& ſiue qs ĩ cõtinẽti ſiue in inſulis ſeu publice ſeu priuatim vixerit,mõ ita ſe geſſerit, eãdẽ a deo ſortẽ reportaturũ.Sed qđ in principio diximus,nunc quoq; verũ nobis apparet:nõ poſſe hoĩes pręter pauciſſimos pfecte beatitudinẽ conſeq.Qđ qdẽ recte nobis aſſertũ eſt.Nam q diuini modeſtiq; ſimul, aliiſq; virtutibus natura p̃diti ſunt, diſciplinas p̃terea felices conſecuti,quas dixim⁹,iis ſolũmodo ſatis ad felicitatẽ oĩa ſe habere videĩ.His igiĩ q ita & priuatim & publice in his elaborarũt,cum ad ſenę

Aſtronomiã eſſe ſapiẽtiſſimũ quiddam.

Vide vt male appellata ſit geometria.

Deorũ plena omnia.

Argumentum in Tertiam Epiſtolam.

HAec Platonis epiſtola ſcribiť ad Dionyſium iuniorẽ poſt ſecundũ Platonis ab eo diſceſſum. Et primo qdem ad Dionyſii quęſita reſpondet: deinde calũniã in ſe a Dionyſio conflatã diſſoluit. In reſponſione igitur ad q̃ſtionẽ, docet nõ eſſe in deo voluptatẽ. Illã ſcilicet quę dolorẽ habet oppoſitũ: & in motu quodã, vel indigentiæ expletione verſať. Eſſe aũt in deo totũ id bonum cuius cauſa bona videť voluptas, nõ negat. Addit voluptatẽ: ſcilicet mobilẽ: eſſe cauſam detrimenti: ſcilicet in pecuniis & honore. Itẽ doloris in corpore. Rurſus auferre acumẽ, memoriam, iudicium, grauitatem. Poſt hęc contra Dionyſii inſimulationẽ probat ſe iuſtiſſimis de cauſis in Siciliam ꝓfectum, de reſtituẽdis vrbibus olim dirutis, ac de æqua gubernandi forma cõſiliũ manifeſte dediſſe.

Argumentum in Quartam Epiſtolam.

POſt Dionyſium expulſum tyrannide, ſcribit ad Dionẽ in patriam iam reuerſum, admonẽs eum atq; etiam Heraclĳdem & Theodotem cæteroſq; amicos, penes quos rerũ poteſtas erat vt procul a tyrannide viuerent: formamq; gubernandi tenerent ex optimatũ gubernatione plurimum: atq; ex populari quodãmodo tẽperatam. Sunt hic pręcepta quędam memoriæ cõmẽdanda. Primum quidem: ad principes proprie pertinere, cunctis excellere veritate, iuſtitia, magnificẽtia, temperantia. Omnino autem prudentia tantum cæteros ſuperare, quãtum viri pueros prudentia ſuperant. Secũdũ vero, oportere tales ꝑſtare ſeipſos, quales videri volunt. Tertium, circũſpicere oculos omnium in ſe eſſe conuerſos: vt meminerint, neq; vitia ſua latere poſſe: neq; mediocri dũtaxat virtute ſe expectatiõi maximę ſatiſfacturos. Quartum, probatiſſimos imitari legum latores: & diſcordiam inter collegas quaſi peſtem vitare. Quintum, meminiſſe cõmunẽ beneuolẽtiã eſſe ad res agendas ſummopere neceſſariam. Hanc vero ſola humanitate comparari poſſe atq; ſeruari.

Argumentum in Quintam Epiſtolam.

ET ſi quintã hanc conſuetudo quædam Platoni inſcribit epiſtolam, videť tñ potius eſſe Dionis Platonem in ſeipſo totum pro viribus effingentis. Inſtruit autẽ Perdicã principẽ conſtitutum in monarchia, vt meminerit ſe iuuenem eſſe: ideoq; conſilio ac miniſterio ſeniorũ indigere: non quidem omniũ: ſed probatiſſimorũ, non quauis in re, ſed in gubernandi forma: qui intelligant, quid potiſſimũ gubernationis cuiuſq; ſit proprium, ſiue gubernet vnus, ſiue pauci, ſiue multi. Vocem vero gubernationis eſſe vult ſpiritum vitamq; eius. i. legem: quæ officia & erga deũ & erga homines congrua inſtituere debet & exequi. Alioqn ſalua eſſe non poſſit. At quoniam ſignificat ſe & Euphreũ diſciplina Platonis imbutos, tenere quę ad ciuilem pertinent diſciplinam, iccirco ne Perdicas hac de re diffideret: ꝓpterea ꝙ Plato ipſe nunq̃ populo ſuo in ciuili diſciplina profuerit, ſubiũgit Platonem cognouiſſe populum ſuum morbo inſanabili laborare: ideoq; medicorũ prudentum more noluiſſe, & fruſtra, & cum ſui diſcrimine beſtiam inſanabilem curandam ſuſcipere.

Argumentum in Sextam Epiſtolam.

PLato diuinus, Hermiam, Heraſcum, Coriſcum, finitimos inter ſe principes, ad veriſſimã cõcordiam cohortatur: hac ſola ſaluos fore vaticinans: perq; hanc aſpirante deo, q vnione gaudet, bona omnia conſecuturos: præterea eo deniq; peruenturos: vt rebus rite compoſitis diuinam ſapientiam propenſiori ſtudio q̃ humanam, vt par eſt, proſequi valeant. Concordiam vero ſtabilem firmari inter illos poſſe tradit pacto dũtaxat atq; lege: pacto inquã legitimo ſacris rite peractis inuicem ſtabilito, ac iureiurando interpoſito: deum ipſum teſtando: atq; obſecrando tanq̃ vnionis auctorem omnis: atq; ſeruatorem. Teſtando inquã: & obſecrãdo ſub impari, quo deus gaudere dicitur, numero. Tria enim ſumma rerum principia, quæ in prima quoq; epiſtola attigit, hic adducit. Vbi. n. ait: omnium ducem præſentiũ atq; futurorum, mundi animam vult intelligi: quæ vtpote principium motus, res oẽs a futuro in præſens, a pręſenti in pręteritum tẽporali rõne perducit. Vbi vero patrem dicit, & dominum: ſummũ deum ipſumq; bonum ſignificat. Sed mediam inter duo hæc mentem quandam diuinam videtur inſerere: quando dum repetit ducis: ſubiungit, & cauſæ. Nã apud Platonem ſæpe rex ſignificat ipſum bonum: cauſa vero mentem: dux deniq; animam. Et quoniã cauſam refert ad mentem, ideo in Timæo Platonici diſputant, Intellectum ipſius boni filium, mundi architectum primum extitiſſe. De quo in Epinomide ſcribitur: Ratio diuiniſſima, ſiue diuiniſſimum verbum, mundum viſibilem exornauit. Appellat autem hic ipſum bonum, tum patrem, tum dominum: vt per primum quidem deſignaret mentis patrem: per ſecundum vero animæ dominũ. Ita forſan Platonicus numerus exponet. Ita quoq; Platonicus chriſtianus, ſed Arrianꝰ. Poterit & quiſpiam per ducem: Sãctum ſpiritum intelligere: per mẽtem vero filium. Nam vbi Plato patrem dicit, filium pariter ſubintelligit. Ac ſiquis vnam trium ponat eſſentiã, Platonicis quidem multis videbitur aduerſari: Platoni tñ manifeſte non repugnabit. Exhortať aũt ad grauiora ſimul ſtudia doctrinarũ: atq; ad iucũdiores quaſdã diſciplinas his cognatas: ſcilicet eloquentiæ, poeſiſq;, & muſicæ. Quibus omībꝰ

eo conſilio iubet incumbere:vt per hæc quaſi veſtigia odorem diuinum inueſtigantes ipſum ſolum
ament,& amando ſaporem inſuper conſequantur.Inquit ergo:ſi vere vel ſi ita deum philoſophemur:
id eſt vel amando inueſtigemus:vel inueſtigando amemus,ipſum deniq; omnes proculdubio cogno
ſcemus.Profecto philoſophiæ nomē:& ſi indagationem quandam præ ſe ferre videtur:amorem tamē
fert proprie amatoriamq; indaginē.Cognouit ergo Pythagoras : cognouit & Plato aliter nos habere
ad finita bona:aliter ad infinitū bonum:& finita quidem bona cognoſci a nobis priuſq̃ amentur,& vt
cognoſcantur amanda:infinitum vero amari anteq̃ cognoſcatur:neq; tātū vt cognoſcatur quātum
vt ametur inueſtigādū.At cur amandū prius q̃ intelligatur?Quia videlicet amor amantē transferēs
in amatum:qđ ꝓportioni deerat,transformante ſupplet affectu.Nonne deus in ſacris,ignis ſæpe co-
gnominatur?Eadem ergo metaphorica venia:angelus quidem corpus diaphanum,Anima vero opa
cū corpus cognominetur,q̃diu videlicet cæco hoc carcere clauditur.Itaq; quemadmodum ſub igne
corpus diaphanum, id eſt perſpicuum, velut aer, & aqua ſubito lumen & extra & intus admittit:
terrena vero corpora vehementer calefacienda ſunt prius:& calore in diaphani ſimilitudinē prius ex
tenuanda q̃ igneam ſuſcipiant lucem:ſic ſpiritus a corpore ſegregati diuinum lumen ſubito capiunt
ſpiritus vero terrenis coniuncti corporibus transformantis amoris incēdio indigent. quo qdem pur-
gati:& in diuinam tranſlati ſimilitudinē,diuinitus tandem ſplendore ſcientiæ colluſtrent.Hinc Por
phyrius ait.Inqſitio qdem diuinoꝝ purificat animū,amor vero deificat.Proprio eñ rem ſic exprimit
verbo.neq; id qdem iniuria.nam & nulla materia ex eo fit ignis ꝙ lumen : ſed ex eo ꝙ calorem ſuſci-
piat igneum.Platonica ergo ſententia eſt,inueſtigāda eſſe diuina:ſcilicet illa eſſe:& qualia quoq; ſint
cōmuni quadam perceptione.Sed interim nō cōmuni:ſed ſingulari incomparabiliq; charitate aman
da.ſic eñ dūtaxat ea nos alicubi aperte quid ſint intelligere poſſe:atq; fore beatos.Quātum vero hæc
ſacris conſonent literis,nemo niſi prophanus ignorat.

Argumentum in Septimam Epiſtolam.

SEptima Epiſtola Platonis eſt ad propinquos amicoſq; Dionis ſcripta,iā liberata per Dionem
patria:& inique occiſo Dione. Verum vt multa ad hiſtoriam ꝑtinentiā,tum in hac epiſtola,
tum in aliis plane intelligantur,paulo altius repetēdum.Plato ter Syracuſas profect⁹ eſt.Se-
mel quidem ſuperioris Dionyſii tempore quadraginta ætatis annos natus:Bis vero poſtea iuniore
Dionyſio tyrannidē obtinēte.Quid aūt in ſingulis profectionibus egerit:aut qua de cauſa profectus
ſit:partim in ipſa eius vita a nobis ſcripta,partim in his apparet epiſtolis. Dio vero ex eadem familia,
qua & Dionyſius,fuiſſe videtur:affinitate inſuper cum illo varie implicatus.Quoniam Dionis ſoro-
rē Ariſtomachē ſuperior in matrimonio Dionyſius habebat . At ipſe Dionyſii filiam nomine Aretē
habebat vxorē.Dionyſius autem iunior non ex ſorore Dionis,ſed ex alia vxore nat⁹ erat nomine Do
rade.Prima profectione Dio auditor Platonis effectus,vitam ad virtutem traduxit , & concupiſcere
cœpit publicum patriæ bonum.Itaq; defuncto Dionyſio ſeniore , cum iunior Dionyſius in tyranni-
dem ſucceſſiſſet,ac puer adhuc fere conſilio Dionis gubernaretur,optans Dio ipſum in philoſophicę
vitæ cupiditatem traducere,Platonem multis precibus Syracuſas vocauit: ac Dionyſium vt accer-
ſiret induxit.Paruit ergo Plato hac in primis ſpe ductus,ſe ſuis conſiliis effecturum: vt illic ex tyran
nide reſp.fieret aut regnum.Sed quarto fere poſt Platonis acceſſum menſe Dionyſius falſis adductus
calūniis Dionem quaſi tyrannidi inſidiantē expulit.Platonem tamen libenter amplectebatur.At Pla
to indignatus re infecta in patriā rediit.Tertio acceſſit,Dionē Dionyſio reconciliaturus:& ab vtroq;
iterum atq; iterum obſecratus: rogatus etiam ab Archita & Archedemo Pythagoricis , nobilibuſq;
permultis.Tunc & Dionis reuocationem pollicitus eſt Dionyſius:& optimā inſuper gubernādi for-
mam ſe ſeruaturū.Sed nihil eorum quę pollicitus fuerat,præſtitit.Cum vero Plato palā Dionyſium
redargueret , ꝙ fefelliſſet fidem,tum ſibi de reuocando Dione,tum Theodoti ſuo de Heraclide ſer-
uando:infenſum deinde habuit Dionyſium.Itaq; in ſummo viuebat diſcrimine,ne a militibus inter-
ficeretur.Sed Architas Tarētinus Salmiſcū oratorem miſit ad Dionyſiū vna cū naui: rogans vt Pla
tonem dimitteret.Ille eum dimiſit:ac præbuit cōmeatum.Plato in patriam rediit ſoſpes.Dionyſium
paulo poſt Dio clam collectis copiis,Syracuſaſq; profectus expulit, Syracuſanis reddita libertate.Ip-
ſe vero paulo poſt dolo ſuorū inuidiaq; interficit̃.Poſt hęc Hipparinus Dionis filius , & Hipparinus
Dionyſii frater,Dionis ex ſorore nepos,Syracuſas tenentes cōſilio nobilium fręti de honeſtiori guber
nandi forma deliberabant.Interea Dionyſius hoſtibus coniunctus redire in principatum conabatur.
Plato igit̃ ad hos ſcribit,cohortans eos & inſtruens ad optimam ſpeciem gubernandi : id eſt regnum
parens legibus:& optimatum auctoritate ſuffultum.Sparſim vero pręcepta eiuſmodi ex hac epiſtola
colligunt̃.Non eſt alienum a bono ingenio optare gubernacula reip.præſertim quando neceſſitas po
ſtulat.A bono ciue alienū eſt optare hęc cum omni licentia obtinere.Non eſt prudentis temere publi
cis ſe negotiis īplicare,pręſertim vbi abſq; ſalutis publicę ſpe periculū ſubeat̃.Sola philoſophia in re tā

publica q̃ priuata quid bonum iuſtumq; ſit,quid non ſit eiuſmodi,poteſt diſcernere. Humanum ge-
nus non peius definet in malis verſari,q̃ aut philoſophi dominentur:aut qui dominãtur,deo illuſtrã
te philoſophẽtur. Delicata luxurioſaq; educatio ingenia vel diuina deprauat.Nullus intemperãs po
teſt eſſe prudens.Ciuitas in qua ciues incõtinentes ſunt, nulla legum potentia contineri poteſt,quin
frequentes mutationes,ac ſemper in deterius patiatur. Violentia neq; patrię,neq; parentibus inferen
da.Sed vtriſq; procul a violentia conſulendũ. Auctoritas antiquorum ſacrorumq; ſermonum cęteris
opinionibus anteponenda eſt.Bono viro nihil mali poteſt contingere.Anima ab hoc corpore ſeiuncta
ſub diuini iudicis ſententia ſcelerũ luit poenas.Praſtat grauiſſimas iniurias pati:q̃ inferre.Auari atq;
intemperati,ad res diuinas caeci ſurdiq; ſunt :adeo vt neq; ipſi videant,neq; ab aliis vel audire ſuſtine
ant,vel auditas percipiant.Impietas omĩbus peccatis mixta eſt:atq; viciſſim. Impietas ipſa mixta pec
catis,ſtimulus eſt quo praecipue peccatores tum in hac vita ſolicitantur , tum in altera cruciantur.
Poſt hęc vbi de conſuetudine ſua,cum Dionyſio,ac de philoſophię ſtudio ſcribit: probat neminem in
philoſophia aliquid profecturum,niſi amore ſapientię accenſus,omnes eius gratia & labores ſuſtine-
at:& oblectamenta contẽnat. Tum vero quoniam ſapiẽtis eſt contemplari diuina,opportune oſtẽdit
diuina,neq; literis vnq̃ vulgo,neq; verbis exprimi poſſe,immo etiã nõ debere.Nõ poſſe quidẽ: qa qđ
maius eſt,neq; etiã mẽte omnino comprehenduntur.Non debere etiam:quia & qui in plebe infimi ſunt
tanq̃ monſtroſa riderẽt:& qui paulo in plebe ſupiores,his auditis vel in hęreſim falſam inciderent:vel
ob leuẽ quãdã altiorum rerum opinionẽ vani ſupra modũ cõtentioſiq; euaderent.Nõ inqt Plato vſq̃
nihil veri certiq; de diuinis intelligi poſſe : ſed neq; poſſe exprimi:qđ de his intelligitur: neq; propriã
horũ veritatem intelligi eadem ratione qua cętera.Formę quidẽ aliae omnino ſunt coniunctę corpori
bus,aliae penitus ſegregatę.Illae naturales:hę diuinę vocantur.Sunt & mediae coniunctae quidẽ quo-
dãmodo:& quodãmõ ſeparabiles,id eſt rationales animae,inter diuina & naturalia mediae. Quę qua
tenus corporibus coniunctae ſunt,eatenus a diuinis neceſſario diſiunguntur. Coniungi eñ formis a
materia ſeparatis,niſi ſeparatione non poſſunt.Separãtur aũt a materia duobus praecipue modis, tũ
morali purgatione,tum reſolutione contemplatiua.Philoſophię ſtudium vtrũq; facit:& quemadmo
dum qui humidum lignum exiccat prius ſole,deinde admouet igni,occaſionem quidem ligno prae-
bet:vt accendatur:neq; tamen ipſe,ſed ignis accendit lignum:ita ſtudium philoſophicum & per mo
ralem diſciplinam:& purificando praeparat animam ad diuina : & per contemplatiuam reſoluendo
admouet mentem diuinis:atq; coniũngit:neq; tamẽ ipſum diuina veritate format mẽtem : ſed deus
ipſe ignis inſtar mẽtem quaſi materiam philoſophiae beneficio paratam:& propinquantem,veritatis
ſuę luce perluſtrat.Plato igitur cum dixiſſet diuina neq; literis,neq; verbis exprimi poſſe,ſignificauit
praeterea neq; poſſe doceri vel inueniri eadem ratione qua caetera.In aliis eñ percipiendis inquiſitio
noſtra intellectum & parat & format : cum tamen in diuinis percipiendis inquiſitio vel purgatiſſi-
ma atq; eminentiſſima,paret qdem:ſed non formet.Icciro inquit opus eſſe diuturna cum diuinis cõ
ſuetudine,ſignificans ſpeculationis aſſiduitatem:item vitę coniunctione,ſiue cõmunione , ſignificãs
purificationem morali diſciplina perfectam.Addit,in mentem deniq; ſic affectam non paulatim qui-
dem humano quodam more: ſed ſubito lumen veritatis accendi . Sed vndenam? ab igne,id eſt deo,
proſiliente ſiue ſcintillante.Per ſcintillas deſignat ideas exempla rerum in mente diuina.Deſignat &
formulas idearum nobis ingenitas.Quae per deſidiam olim conſopitae,excitantur ventilante doctri-
na:atq; velut oculorum radii emicantes , ideis velut ſtellarum radiis colluſtrantur.Subdit eiuſmodi
lumen non accendi ſolum:ſed fieri in anima:vt oſtendat tum formulas eſſe innatas animae,tum ſplẽ-
dorem eiuſmodi familiarem euadere.Ac ne putes in eo ſtatu mentem ambiguam ſolicitamq; eſſe:ad-
didit:Seipſum iam alit:id eſt lumen hoc primum diuinitus in mente accenſum,deinceps ſua virtute
diuinorum haurit copiam radiorum, atq; almo mẽtem gaudio complet.Hic animus ſeipſum nutrit
id eſt nihil quaerens extrinſecus viuit ſeipſo cõtentus . & q̃ beate intus afficiatur:& ſi velit,nequit ta
men:& neſcit exprimere.Plato quinq; in hac cõtemplatione meditatur gradus, quos in Theologia le
gito diligentius a nobis expoſitos.Iubet enim cupidum veritatis,tum per auditum ab ipſo rei nomi
ne,tum per viſum alioſq; ſenſus a rei ipſius accidẽtibus ad ipſam rei definitionem ꝓcedere : per hanc
ad formulã rei innatam mẽti:ꝑ formulã deniq; ad ideã tam formularũ q̃ rerũ ꝓcreatricẽ.Docetq; in-
terea ideã a reliqs longe differre,quatuor ꝓcipue modis.Quia.ſ.idea ſubſtãtia eſt,ſimplex,immobilis
contrario non ꝑmixta.Reliqua vero q̃tuor.i.nomẽ & accidẽtale ſimulacrũ & definitio & formulę no-
tio,a ſubſtãtia,ſimplicitate,ſtabilitate,puritate ideae degenerãt.Icciro haud ſufficienter ideã nobis i
primunt : ſed ad diuinam ĩpreſſionẽ nos vtcunq; poſſunt accõmodant.Deniq; mens impreſſa diui-
nitus,ſiquãdo ſtudeat idearum characteres verbis literiſq; exprimere:pulcherrimarum rerum defor
mes reddet imagines. Verum ſi crediderit Pythagoricis,nõ tã cõtẽdet vt depĩgat ideas,q̃ vt audien-
tium aĩos excolat, ac velut tabellas expoliat. quibus tandem diuinę formae diuino digito depĩgãtur.

Ipſa ſaue cæleſtes ſuſpiciens radios:non conabitur apud cæcos radiorũ formas fruſtra deſcribere:immo ſi inſanabiles ſint,dimittet:ſi ſanabiles,dũtaxat purgare aciẽ aggredietur ſurſumq; erigere:vtpote quæ intelligat alio ſe pacto fruſtra laboraturam.

Argumentum in Epiſtolam Octauam.

IN ſuperiori epiſtola principes Syracuſanos inſtituens,latius in cõnubiis,præceptis,& in rebus a ſe Dioneq; geſtis verſatus eſt.In hac vero propria iam inſtituta breuioribus comprehendit:medium ſemper inter vnius ac populi gubernationem obtinens:maxime vero omnium ſtudens,vt concilientur ciues potiꝰ ꝗ expellant: quãtũ fieri poteſt ſine aliena iniuria reipub. ſtatꝰ rite ſtabiliatur.Mox in principio aſſerit homines impio ſcelere pollutos inſanabiles eſſe: neq; his vllum conſilium profuturum.Item omnibus in rebus & dicendis,& cogitandis a deo principium faciendum.In tota vero epiſtola obſeruabis ꝗ cautus ſimul,& clemens gubernator ſit Plato:ꝗve diligens animorum conciliator.Comprobat vt ſui moris eſt gubernationem Lacedęmonię ſimilem.In qua plurimum ſit optimatum:ſit quoq; regia quædam forma:ſit & populare nonnihil. Damnat extremam ſeruitutem:per quã omnia libidini humanæ ſubduntur.Improbat & extremam libertatem ſiue licẽtiam:in qua quilibet ferme abſq; delectu ſortitur reip.gubernacula.Medium vero probat.Nota aureum dictum.Moderata ſeruitus eſt,qua ſeruitur deo:immoderata qua hominibus. Temperatis quidẽ hominibus lex deus eſt:intemperatis vero libido.

Argumentum in Nonam Epiſtolam.

IN epiſtola ad Architam philoſophum publicis rebus occupatiſſimum,conſilium dat contẽplanti,ne honeſtam ſimul & neceſſariam deſerat actionem.Prodeſſe enim hominibus, & publice & priuatim,actionem honeſtam vocat:& neceſſariam.Honeſtam quidem: quia quemadmodum quodlibet corporis membrum non ſui ipſius tantum eſt:ſed aliorum etiam,maxime vero totius:ita homines alii aliorum ſunt:ac potiſſimum ſpeciei. Neceſſariam vero : qa & niſi aliis vixeris non potes tibi viuere:& niſi domeſticis patriæq; ſuccurreris : res profecto familiaris & publica vel deſtituta gubernatore nutabit:vel a deterioribus gubernata periclitabitur , ac deniq; faciet naufragium.

Argumentum in Decimam Epiſtolam.

ARiſtodemum Dionis familiarem elegantia morum in primis philoſophãtem, in ſua opinione,& vita confirmat,afferens ſubſtantiam quidem philoſophiæ moralem virtutem eſſe:qđ & nomen ipſum declarat,amore quodam cultuq; definitum.Speculationes vero humanas eſſe vel ornamenta quædam philoſophiæ extrinſeca:vel vias ad ipſam mentis firmam puritatem quę ad mores pertinet,comparandam.Qua comparata diuina potius ꝗ humana,& infuſa deſuper potiꝰ ꝗ acquiſita,ſequitur contemplatio:ad quã ſpeculatio illa prior ſi conferatur:ludus quidam a Platone cognominatur.Id aũt Pythagoræ Socratiſq; maximũ eſt præceptum. Vbi vero ornamenta traducimus,gręcum vocabulum ornamentum ſignificat argutę cuidam vanitati:& ſuperbię mixtũ.Quaſi dicat:Scientia inflat:charitas ædificat.Item, In maleuolam animam ſapientia non intrabit.Syncerita tem quidem ſiue ſanitatem ponit in animo ſimplici:& tranquillo: fidem vero in verbis:firmitatẽ deniq; in geſtibus:atq; actionibus.

Argumentum in Vndecimam Epiſtolam.

PRincipi Laodamanti de gubernatione optima conſultanti conſuetum illud ſuum dat conſilium,leges quidem omnes fore vanas:niſi præterea probatiſſimi viri per quos viuunt leges ingentem in rep.habuerint poteſtatem.ac niſi conſtitutus ſit magiſtratus qdam in ciuitate & is quidem maxima cum auctoritate:qui morum cenſor,per exploratores ſingulorum actiones diligenter obſeruet,ad id ſemper intentus:vt quotidiana ciuium vita animos ad fortitudinem temperãtiamq; perducat.

Argumentum in Duodecimam Epiſtolam.

EPiſtola duodecima nobis argumento eſt,ꝗ liberalis & ſimplex Plato fuerit:vtpote qui ſecretiora quędam commentaria ſua nondum abſoluta Architæ crediderit.Argumentum quoq; id eſt Architam non minus moribus ꝗ verbis philoſophantem dignum fuiſſe,cui chariſſima quęq; cõmodo traderentur.Forte vero cõmentaria hæc ad explendum Critiam non abſolutum & ad conſcribendum Hermocratem nondum compoſitum pertinebant.Epiſtolam vero ad Dionyſium quæ ab ignorantibus his adiungitur:ideo non traduximus:quia & ipſa epiſtolæ verba , & docti omnes negant eſſe Platonis.Eſt autem operæpretium in his epiſtolis animaduertere,ꝗ magno & conſtanti animo Plato noſter,præſertim in amicorum rebus fuerit:& ꝗ grauia ſępe diſcrimina pro amici ſalute ſubierit.Præterea ꝗ libere atq; benigne tyrannum ſæpius corripuerit:ab adulatione quidem maxime omniũ alienus:charitate vero,atq; officio nemini cedens:vt non minus vita & moribꝰ ꝗ diſputationibus conducere nobis poſſit ad bene beateq; viuendum.

LIBER.XXXVI.PLATONIS EPISTOLARVM.XII. EPISTOLA.I.

Dio Dionyſio bene agere.

EGO Dum apud vos diuturna opa ita iperiũ veſtrũ adminiſtrarẽ:vt cæteris vtilitates veſtras captãtibꝰ fidẽ dignitate pręſtarẽ,grauibꝰ calũniis me ſuppoſui. Sciebã eñ ꝙ me vobiſcũ vna res veſtras adminiſtrãte crudele nihil cõmiſiſſe vnq̃ videremini.Oẽs aũt q eadẽ in gubernatiõe verſati ſunt,teſtes mihi eſſe poſſunt.Quorũ ego pmultos ſũmo conatu a dãnis nõ mediocribꝰ liberaui.Imperio quietiã apud vos fungẽs,ciuitatẽ veſtrã ſępius cuſtodiui. Tandẽ vero ignominioſius a vobis expulſus ſũ,q̃ viliſſimũ aliquẽ expelli cõueniat.Ipſe ego iuſſus a vobis abire: qui tã diuturnã operã veſtris ſum cõmodis impertitus.Igiť poſthac modo quodã inhumaniorẽ mihi ipſi cõſulã. Tu aũt talis tyrãnus gubernabis ſolus.Pecuniã vero illã egregiã abs te ĩ viaticũ miſſam,p Bachiũ hũc vna cũ his literis ad te remitto.Neq; eñ ad viaticũ ſufficit:neq; ad cæterã vitã ſatis eſt vtilis:tibiq; dãti dedecus allatura maximũ,& mihi nõ multo minus accipiẽti.Itaq; illã accipere nolui.Tua vero nihil intereſt,& dare & accipere tantũdẽ: ſed illa recepta tuorũ quẽuis alterũ honorabis,quẽadmodũ me honoraſti.Ego eñ abs te ſatis iã ſum honoratꝰ.Et mihi opportune nũc Euripidis illud venit ĩ mẽtẽ: te rebꝰ qñq; poſcẽtibꝰ talẽ tibi virũ aſſiſtere optaturũ.Meminiſſe aũt te volo,& alios tragicos plurimos:cũ tyrãnũ aliquẽ pereũtem inducũt,huiuſmodi illi voces attribuere. Heu miſer. pereo nullis fultus amicis.Auri vero defectu peuntẽ aliquẽ nullus adhuc retulit poetarũ.Illud quoq; poeticũ,mentẽ habẽtibꝰ valde pbať. Nõ auri fulgor ĩ miſera mortaliũ vita rariſſimi,nõ adamas,nõ argẽteę mẽſę q̃ apud hoĩes habenť in ptio,ita oculis coruſcãt: neq; lati fundi aut pinguia culta tantũ valẽt ad vitã,quãtũ mẽs bonorũ virorũ cõſentiens. Vale:atq; cõſidera tantũ erga nos erratũ,quo erga cæteros probabilius te geras.

Plato Dionyſio bene agere. Epiſtola. II.

AVdiui ex Archedemo te cẽſere non ſolũ me,ſed familiares etiã meos pter vnicum Dionẽ nihil mali aduerſus te loq debere vel agere. Hoc autẽ qd de Dione excipis, oſtẽdit me ĩ familiares meos ĩperiũ nõ habere.Si eñ haberẽ cũ in alios tũ in Dionẽ ac te ĩperiũ,tã vobis q̃ cęteris gręcis bona,vt arbitror,plurima puenirẽt.Nũc aũt hoc dũtaxat magnꝰ ſũ,ꝙ meipm pſto ratiõi meæ obediẽtẽ. Atq; hęc dico qa nihil ſynceri Cratiſtolꝰ & Polyxenꝰ ad te detulerũt. Quorũ alterũ dicere ferũt,audiſſe Olympiis multos eorũ q mecũ erãt de te obloquẽtes.Forſitã acutiꝰ q̃ ego,ille audit.Ego eñ tale nihil audiui.Videť aũt mihi poſthac quotiẽs huiuſcemodi aliqd ad te deferť,te ita facere oportere,vt ſcribas ad me:& rẽ ipſã pquiras.Ego eñ verũ fateri nec formidabo,nec erubeſcã.Mihi aũt & tibi ita ſe res ĩuicẽ habet.Neq; nos alicui vt ita dicã gręcorũ incogniti ſumꝰ:neq; familiaritatẽ noſtrã huius ſęculi hoĩes cõticeſcũt:certũ quoq; illud habeto,neq; poſteros tacituros.Tales ſunt q eã exceperũt,vt potę neq; paruã neq; obſcurã.Quorſũ hæc?Statim aperiã,ſupꝛiꝰ aliquãto exorſus.Naturæ qdẽ lege ſapiẽtia potẽtiaq; excellẽs in idẽ tẽdũt.Sempq; iſta duo ſe inuicẽ affectãt,pſequunť,cõgrediunť. Deĩde etiã iſtis hoĩes admodũ delectanť:quotiẽs ſiue ĩ carminibꝰ poetarũ,ſiue priuatis colloquiis hmõi q̃dã referũt aut audiũt: ceu cũ de Hierone & Pauſania Lacedęmonio loquunť hoĩes,gaudẽt Simonidis familiaritatẽ quę cũ illis fuit,cõmemorare:& quæ ad eos dixit fecitq;,referre. Similiter Periandrũ Corinthiũ,& Thaletẽ Mileſiũ vna celebrare cõſueuerũt,Periclẽ & Anaxagorã,Crœſum atq; Solonẽ:vt ſapiẽtes:& Cyrum vt potentẽ.Atqui hęc imitati poetæ Creontẽ & Tireſiã ſimul inducũt: Polydũq; & Minoa: Agamẽnonẽ & Neſtorẽ: Vlyſſem & Palamedẽ:atq; vt mihi videť,eadẽ ratione priſci hoĩes Ioui Prometheũ coniunxerũt. Horũ vero alios cõſentientes,alios diſſentiẽtes inducũt:alios aũt quãdoq; cõcordes,quãdoq; vero diſcordes,Eorũq; tã diſſenſiões q̃ cõſenſiões canũt.Cũcta vero hæc ideo dixi,vt illud oſtẽderẽ: ꝙ etiã cũ mortui fuerimꝰ,de nobis hoĩes nõ ſilebũt.Quocirca nõ eſt negligẽdũ a nobis:ſed curã habẽdũ tẽporis ſubſequẽtis.Fit eñ natura quadã,vt ignauiſſimi hoĩes nihil curẽt q̃ ſit de ipis futura opinio: pbatiſſimi aũt viri cũcta faciãt quo ĩ futuris ſęculis bene de ſe loquẽtes hoĩes audiãt.Quã ego cõiecturã facio eſſe aliquẽ ſenſum iis q mortui ſunt,rerũ noſtrarũ.Qm̃ optimi animi ſic forte diuinãt:deterrimi autẽ nequaq̃. Validiora vero ſunt diuinorũ virorũ praſagia,q̃ aliorũ. Puto aũt ſi liceret ſuperioribꝰ illis defunctis de qbꝰ loquor ſuã conſuetudinẽ emẽdare:plurimã operã adhibituros,vt meliores de ſe q̃ nũc opiniões circũferrenť.Hoc nobis qdẽ etiã nũc fauẽte deo facere licet:& ſiqd in ſuperiori familiaritate nřa nõ recte factũ eſt,tã factis q̃ dictis emẽdare illud atq; corrigere:vt vera & optima pſertim quãtũ ad philoſophiã attinet,de nobis ſupſit opinio:ac fama noſtrarũ rerũ ſi qdẽ bona eſt,melior:ſin mala,bona efficiať.Atq nos iſta curãtes,nihil religioſius agere poſſemꝰ: & negligẽtes,nihil pphanius.Quẽadmodũ autẽ hoc fieri cõueniat,ac iuſte fieri poſſit,ego iã dicam.

Vide vt cura habẽda ſit futuri tẽporis.

Optimi animi diuinant.

Cõiectura ꝙ ſenſus aliqs ſit rerũ noſtrarũ iis qui mortui ſunt.

Quando in Siciliã veni,fama erat me ꝑmultũ inter eos q̃ tũc philoſophabanť,excellere.Cupiebã etiã cũ Syracuſas veniſſem,opiniõis illiꝰ teſtẽ habere te:vt etiã apud multitudinẽ philoſophia mihi honoraret.Verũ nõ ſatis pſꝑere mihi res illa ſucceſſit.Cauſam vero huiꝰ nõ illã fuiſſe dico quã plerîq; exiſtimarẽt,ſed illã fuiſſe cauſam aſſeroꝛ: q; tu nõ ſatis mihi credere viſus es,ſed me quodãmodo dimittere velle:alios vero vocare:& quęrere qd mihi eſſet negotii,cũ diffidẽtia quadã,vt mihi videbať. Et qui de iis loquebanť,ꝑmulti erãt:affirmantes q; me qdẽ cõtẽneres:atq; ad alia animũ intẽdiſſes.Hæc igiť tũc fama increbruit.Quid aũt poſt hęc fieri oporteat,iã audi:vt ad illud qđ iterrogaſti reſpõdeã quo pacto nos inuicẽ gerere debeamus.Si tu qdẽ oĩno philoſophiã ſpnis,valere ſinamꝰ.Sin autẽ vel ab alio audiſti,vel ipſe p te inueniſti meliora q̃ ea q̃ a me traduntť,illa cõplectere. Q; ſi nr̃a tibi placẽt nos quoq; maxĩe honorare debes.Nũc aũt tanq̃ ab initio tu ducas,ego ſequar. Honoratꝰ eñ a te,te honorabo:nõ honoratꝰ autẽ,conquieſcã.Præterea ſi tu honorare prius me cœperis,philoſophiã videberis honorare:idq; apud mľtitudinẽ,qđ tu ĩ primis cupiebas,tibi gl'iam pariet,tanq̃ ſapiẽtię amatori.Sin autẽ ego te honorauero me minime honorãtẽ,diuitias admirari videbor & ſeq. hoc vero q̃ turpe ab oĩbus cẽſeať,nõ ignoramꝰ. Vt aũt ſũmatim dicã,te honorãte,ambobus honor erit: me aũt honorãte, ambobus ĩfamia.Et de his qdẽ ſatis.Sũma vero ipſa nõ recte ſe habet.Narrabit vero ipſe tibi Archedemus,cũ ad te redierit.Illud autẽ pretioſius & diuinius,de quo p illũ me ĩterrogas,oĩno ipſi eſt oſtẽdẽdũ.Ais eñ vt ille fert,nõ ſufficiẽter tibi a me de prima natura demõſtratũ fuiſſe. Dicẽdũ eſt igiť tibi nũc p ęnigmata q̃dã:vt ſiqd huic tabellę vel mari vel terra cõtingat,qui eã legerit,intelligere non valeat.Eſt aũt ita.Circa oĩm regẽ cuncta ſunt:ipſius gr̃a oĩa:ipſe pulchrorũ oĩm cauſa:circa ſcd̃m ſcda: tertia circa tertiũ.Humanus animꝰ affectat q̃lia illa ſint,intelligere:aſpiciẽs in ea q̃ ſibi cognata ſunt. Quorũ nihil ſufficiẽter ſe habet.Sed in rege ipſo & ĩ his q̃ dixi,nihil eſt tale.Qđ autẽ poſt hoc eſt,animus dicit.At eñ qualis hæc tua interrogatio eſt Dionyſii & Doradis filiꝰ:quæ maloꝝ oĩm cauſa eſt. Immo vero magis huiꝰ ſtimulus qdã aĩo noſtro ingenitꝰ.Quẽ niſi qs eruat,veritatẽ certe nunq̃ aſſequeť.Tu hoc ad me in hortis cũ eſſemꝰ ſub lauris,excogitauiſſe dixiſti:ac tuã fuiſſe inuẽtionẽ.Et ego inquã,ſi hoc ita ſe habere tibi videreť:multis me diſputationibꝰ liberaſſes.Nec aliũ vnq̃ huius inuentorẽ reperiſſe:plurimãq; inueſtigationẽ meã circa id verſari.Tu forſan aliquo audito diuina quadam forte inde ꝓgreſſus es.Demõſtrationes autẽ eiꝰ rei nunq̃ firmas,ſed alias aliter ꝓtuliſti: quatenꝰ phãtaſia cõiectabas.Hoc aũt nihil eſt tale.Et hoc nõ tibi ſoli cõtigit. Sed certe ſcito neminẽ qñ primũ me audit:aliter affici.Et alius qdẽ magis,alius vero minus defatigatꝰ vix tandẽ a labore ceſſant.Oẽs aũt ferme laborãt non parũ.Hęc aũt cũ ita ſint & fuerint,fere inuenimꝰ vt opinor,qđ tu p ep̃lam petiiſti: quẽadmodũ oportet inuicẽ nos habere.Poſtq̃ vero hęc & per ſe diſcuſſeris:& cũ aliorũ opinionibꝰ cõparaueris:modo rectũ examẽ peregeris,cõſentiẽtẽ nobis te & noſtris ꝓbebis. Quonã igiť pacto hęc & alia quę diximꝰ fient?Recte tu qdẽ ea de cauſa Archedemũ ad nos miſiſti.Ac poſtq̃ ad te reuerſus ſententiã tibi meã retulerit,dubitatiões aliæ te forſitã capiẽt.tu vero ſi recte tibi cõſules:mittes iterũ ad me Archedemũ.ille rurſus quaſi mercator,nõ ſine lucro redibit.qđ ſi bis aut ter feceris:atq; illa quæ mittimus,diligẽter examinaueris,mirabor eqdẽ ſi nõ multo melius q̃ nũc ad ea q̃ dubitas,te habeas. Audacter igiť id agatis.Neq; eñ vel tu vel Archedemus negotiationẽ vllã ſuſcipere poteſt,quæ aut honeſtior ſit,aut deo acceptior.Caue tamẽ ne excidant hęc vnq̃ in aures hominũ diſciplinę eruditioniſq; expertiũ.Nulla ſunt eñ,vt mea fert opinio,quę dicta ad populũ,magis ridicula videanť: neq; q̃ apud ingenuos prolata,magis mirabilia & diuina.Sępe vero dicta ſemꝑq; audita & multis annis,vix tandẽ velut aurũ cũ magno labore purificanť.Nam qđ in hac re mirabile cõtingere conſueuit,id audi.Sunt complures hoĩes qui iſta iam audiuerũt:pollentes acumine:pollentes memoria:in examinãdo & iudicando ſolertes:prouecti iam ætate,neq; minus triginta annis hęc audiuerunt.hi tamẽ affirmant,quæ auditu quondã incredibilia maxime videbãtur,ea ſibi nunc primũ valde credibilia videri atq; perſpicua: & quę tunc probabiliſſima,ea nunc ſibi contra videri.Hęc igitur intuens,caue nequãdo te pœniteat corũ quæ tibi indigne nunc exciderũt. Maxima vero huius rei cuſtodia eſt,nihil ſcribere:ſed addiſcere.Nã quę ſcribũtur,contineri non poſſunt.hac de cauſa nihil ego de iis ſcripſi vnq̃, neq; eſt Platonis opus perſcriptũ aliquod,neq; erit.Quæ autẽ modo dicuntur,Socratis ſunt:qui vir etiam dum iuuenis eſſet:virtute claruit. Vale:& nobis crede. Atq; hanc epiſtolã,cum ſæpius eam legeris,ſtatim combure.Et de his quidẽ ſatis. Miraris autẽ q; ad te Polyxenũ non mittam.Ego autẽ de Lycophrone etiã & reliquis qui apud te ſunt,idem iãdudum & nunc prorſus affirmo:te ſcilicet iſtis tum ingenio,tũ diſſerẽdi arte pręſtare q̃ plurimũ:nec illorũ quenq̃ ſponte tibi in diſputãdo:vt aliqui ſuſpicantur:cedere,ſed inuitos.Atqui videris admodũ modeſte illis fuiſſe vſus,& honeſtis eos muneribus proſecutꝰ.Sed de iis quidẽ perinde atq; de talibus talia multa licet dicere. Philiſtione ſi vti cõtigerit,vtere q̃ maxime.Et ſi fieri poteſt,Speuſippi vtere opera:atq; remittas.Eget quidẽ tui & Speuſippus.Pollicitus autẽ mihi eſt Philiſtio,ſi abs te dimittatur,ſe Athenas e veſtigio petiturũ.Lithotonieq;

Vide vt honor incipere debeat a ſupꝛiore.

Enigmata

Vidẽ modeſtiã Platonis.

ſem vero illũ dimiſiſſe,laudabile fuit.Leuis autẽ petitio tã de illius neceſſariis,q̃ de Egeſippo Ariſto-
nis filio.Nã & ad me ſcripſiſti:ſiquis huic vl' illis iniuriã velit inferre,ac tu id ꝑſenſeris,te minime per
miſſurũ.De Lyſiclide pręterea vera fateri decet. Nẽpe ſolus iſte ex iis q Sicilia Athenas ꝓfecti ſunt,ni
hil in tua meaq; cõſuetudine imutauit.Sed quę facta ſunt,quotidie verbis ꝑ viribꝰ magis honeſtat.

Plato Dionyſio. Epiſtola. III.

PEtis an rectius ponaẽ in ſalutationibꝰ,gaudere:an quẽadmodũ ego ſoliꝰ ſum ſcri
bere ad amicos,bene agere. Tu qdẽ vt aiũt hi qui tecũ in Delphis affuerũt,ita deũ
ipſum blãde alloqui:ac ſimiliter ſcribere cõſueuiſti.Gaude:vitãq; tyranni iucũdã
ſerua.Ego autẽ neq; deũ hoc modo neq; hoiem ſalutarim.Nõ deũ:quia cõtra illiꝰ
naturã loquerer.Nam ꝓcul a moleſtia & voluptate diuinitas.Nõ hoiem:quia ſæ
pius detrimẽtũ & dolorẽ ſibi affert voluptas,hebetudinẽ in animo & obliuionem
inſipientiã,& petulantiã pariens.Et de ſalutatione quidẽ hęc mihi dicta ſint. Quę tu poſtq̃ legeris,ſi
cuti voles ita capies.Ferũt vero nõ pauci te dicere ſolitũ ad legatos quoſdã,dũ te adeũt, in animo ha
buiſſe græcas ciuitates in Sicilia reſtituere:& Syracuſanos releuare:ac pro tyrannide,regiã guberna
tionem illis inducere. Audictẽ vero hæc me tibi ne faceres illa obſtitiſſe:cũ tu vehemẽter id cuperes.
Nunc autẽ illa ipſa vt facias,Dionẽ docere:ac tuis ꝓpriis cogitationibꝰ imperiũ a nobis tuũ labefacta
ri.Vtrũ ſermones huiuſmodi aliquã tibi vtilitatẽ ferant:tu ipſe cognoſcis:iniuria certe me afficis:cũ
cõtraria dicas q̃ veritas ſit. Et profecto ſatis ſuperq; hactenus a Philiſtide & aliis cõpluribus inuidia
mihi conflata eſt & apud milites & apud Syracuſanos.Nam cũ in arce vna tecũ habitarẽ:oĩa malefa-
cta in me cõuertebãtur,aſſerẽtibus q extra erant,te ſingula meo cõſilio facere.Tu autẽ aperte ſcis per
pauca me tecũ de gubernatione ciuili ſponte mea,atq; id ab initio tractauiſſe:dũ aliqd poſſe me profi
cere arbitrabar,& alia quędã exigua,Legũ procemiis mediocriter incũbentẽ.Quibus tamẽ poſtea vel
te vel aliũ audio q̃dã pręter mentẽ meã inſeruiſſe.Quę facile ĩternoſcẽt ii q poſſunt morẽ ingenii no
ſtri diſcernere.Sed vt modo dicebam,nõ egeo calũnia & apud Syracuſanos & apud alios,quibus me
iſta dicens criminaris:ſed multo magis purgatiõe contra primã calumniã,& cõtra nouã nuper exor
tam,maiorẽ quidẽ ac vehementiorẽ.Ergo aduerſus duas calũnias neceſſe eſt excuſationẽ me duplicẽ
aggredi.Primũ quidẽ merito noluiſſe me de gubernatiõe reip.tecũ agere:deinde meũ illud cõſiliũ nõ
fuiſſe qđ tu ais,vt ſuaderem tibi ne ciuitates græcas reſtitueres. Et primũ quidẽ de primo ſic accipe.
Veni Syracuſas a te vocatus & a Dione: cum eſſet ipſe Dio magnę apud te dignitatis: mihi iãpridẽ
hoſpes,ætate vero media atq; ꝑfecta : quibus oĩno vel mediocriter prudẽs,opus eſſe ad res huiuſmo-
di gerẽdas quales tuæ erant:exiſtimarit. Tu vero eras admodũ iuuenis:& oĩm ignarus:quorũ opor-
tebat te peritiam habere.Mihi quoq; valde ignotus.Poſt hæc,ſiue quis homo,ſiue deus,ſiue fortuna
quædã tecũ,Dionẽ pepulit.Tu ſolus relictus es. An igitur cõmunionẽ mihi aliquã tecũ rerum ciui-
lium tunc relictã putas: cum viderem prudentẽ quidẽ conſultorẽ abs te pulſum:te autẽ impruden-
tem cũ multis flagitioſis ita fuiſſe relictũ,vt nõ imperares,licet imperare arbitrareris,ſed huiuſmodi
hoibus reuera ſeruires? Tunc ergo quid oportebat me facere? An nõ id qđ faciebam? Abſtinere videli
cet oĩ gubernatiõe,ne inuidia maleuolorũ in calũnias vocarer.Et illud oĩno conari,vt vos inuicẽ diſ-
fidentes & longe diuiſos in priſtinã amicitiã gratiãq; reducerẽ. Tu mihi teſtis eſſe potes quãto cona
tu hoc a me negotiũ ſuſceptũ fuerit:neq; vnq̃ deſertũ. Tandẽ vix ita cõuenimus,vt domũ remearẽ,fi
nitoq; bello qđ tũc erat,ego & Dio Syracuſas rediremus:tu autẽ nos aduocares. Hęc ſunt acta ĩ pri-
ma illa ꝓfectione ad te mea:& in patriã reditu.Facta deinde pace iterũ me vocaſti : nõ tamẽ vt inuicẽ
cõueneramus,vna cũ Dione:ſed ſolũ. Scripſiſti enĩ vt ipſe tunc venirẽ:Dionẽ vero poſtea te vocatu-
rum. Ea de cauſa ego tũc nõ veni:qđ quidẽ Dioni diſplicuit,qui prętare putabat vt parerẽ tibi atq;
venirẽ. Tranſacto poſt hęc anno triremis vna a te miſſa eſt:& ſimul cum illa literæ tuę.Quarũ caput
erat,ſi venirẽ,Dionis res ita fore,vt ego maxime optabã.cõtra vero ſi nõ venirẽ.Pudet referre q̃ mul
tæ tũc epiſtolæ ſcriptę ſunt,tã abs te q̃ ab aliis tua cauſa,ex Italia atq; Sicilia ad me & ad multos pro-
pinquorũ familiariũq; meorũ:quæ oẽs exhortabanẽ precabãturq; vt tibi obſecutus accederẽ. Viſum
eſt igitur oĩbus:& in primis Dioni abſq; dilatione eundũ eſſe.q̃q̃ ego ob ætatẽ me excuſabã:& de tua
conſtãtia me diffidere dicebã:quaſi neq̃res obtrectatoribus maleuoliſq; meis diſſidiũ inter nos quærẽ
tibus reſiſtere.Conſpexerã enim iãpridẽ,& nunc etiam perſpicio opes tam priuatorũ q̃ principũ quã-
to maiores ſunt,tanto magis inſidiatores:& turpium noxiarũq; voluptatum machinatores nutrire.
quo nihil pernicioſius gignit opulentia atq; poteſtas. Verũtamẽ omiſſis his oĩbus,venire decreui:ne
querelę materiã alicui familiariũ meorũ relinquerẽ,ꝙ cũ poſſent eius res ſaluæ eſſe,ob negligentiam
meã periſſent.Quę vero poſt aduentũ meũ ſecuta ſint,tu optime noſti.Cẽſebã equidẽ vt ſcđm ꝓmiſ-
ſa epiſtolarũ tuarũ q̃primũ Dionẽ reuocares:& priſtina familiaritate reciperes.cuius ego rationẽ ha
bẽdã eſſe putabã.In quo ſi mihi paruiſſes,forte meliꝰ tuę & Syracuſanorũ cęterorũq; græcorũ res,vt

Diuinitas ꝑcul a moleſtia & voluptate.

Poſtea vero aiaduertit eā ſententiā quā ipſe rectis ſuſceperat rationibus,nō in ſe vno ſolū,verūetiā in aliis qbuſdā licet nō multis exiſtere,in quorū numero Dionyſiū iuniorē diis bene iuuātibus ſperabat fore : qđ ſi accideret,& ille ipſe & cęteri Syracuſani mirificā felicitatē nāciſcerent.Quapropter cēſuit me q̄ celerrime Syracuſas accedere debere,horū ſociū adiutorēq̧ futurū:memoria tenēs q̄ facile dudū mea ſecū cōſuetudo ipm in cupiditatē vitę pulcherrimę atq̧ optimę traduxiſſet.Quā cupiditatē ſi in Dionyſio vt aggreſſus erat,pficeret,magnā ſpem habebat abſq̧ cędibꝰ & ſanguine,& abſq̧ iis q̄ nūc euenerūt malis,verā viuēdi rationē ac beatā vitā ī vniuerſa illa regiōe cōſtituere poſſe.Hęc Dio recte cōſiderās,Dionyſio ſuaſit vt me vocaret: & ipſe quoq̧ rogauit vt accedere cūctis poſthabitis feſtinarē:prius q̄ vlli alii Dionyſio adhęrētes,neglectis optimis vitæ īſtitutis ad alia illū deflecterēt. Cohortationē inſup p̄cibus longā adiunxit. Quodnā igr tēpus aliud iā expectamꝰ ad agendū opportunius,q̄ qđ nūc nobis eſt diuina quadā fortuna cōceſſum?Narrabat p̄terea magnitudinē imperii Dionyſii p Italiā atq̧ Siciliā,eiuſq̧ in his ipſis locis potentiā,iuuentā quoq̧,atq̧ cupiditatē eius ad philoſophię & diſciplinę ſtudia vehemētiſſimā. Quinetiā q̄ ppēſi forēt eius neceſſarii atq̧ domeſtici ad eā quā ſuaderē diſciplinā vitæ recipiendā: ipm quoq̧ Dionyſiū ad hoc puocare idonei.Itaq̧ ſi vnq̄ alias & nūc certe maximā adeſſe ſpem,eoſdē fore & philoſophos & magnarū pricipes ciuitatū . Ille igit̄ his me rationibꝰ,aliiſq̧ generis eiuſdē pmultis adhortabat̄.Ego vero quo tandē affectꝰ iuuenū euaſurus eſſet,formidabā. Taliū eñ cupiditates & veloces ſunt & ſępe ſibimet cōtrarię pferunt̄.Dionē tñ tū natura grauē tū ętate iā ſatis maturū eſſe ſciebā. Itaq̧ cogitāti ambigētiq̧ mihi vtrū eūdū parēdūq̧ foret,nec ne:ſubiit tandē,eundū eſſe atq̧ parendū.Atq̧ ſiqs vnq̄ ea quę de legibꝰ & rep.cogitauerat,pficere velit,nūc fore tentādū.Quippe cū iudicarē:ſi vni dūtaxat pſuaſiſſem,me bona ſufficiēter oīa pfecturū.Quāobrē hac ſentētia fiduciaq̧ domo abiui:non qua opinabant̄ qdā:ſed quadā cōſciētię verecūdia ī primis adductꝰ:nequādo mihi ipſi viderer verba ſolū habere:effectū vero officiūq̧ nullū ſpōte pſtare:pdereq̧ primū Dionis hoſpitalitatē amicitiāq̧ nō paruis ſubiecti periculis.Cui ſiqd aduerſi accideret,vel pelleret̄ a Dionyſio cæteriſq̧ inimicis,atq̧ pfugus ad nos his verbis confugeret,O Plato venio ad te patria pulſus:cū neq̧ militibꝰ neq̧ eqtibus carerē,quorū viribus reſiſterē inimicis: ſed verbis pſuaſioneq̧ īdigerē:qua maxime ſciebā te poſſe,iuuenes ad pbitatē iuſtitiāq̧ exhortādo ī amicitiā neceſſitudinēq̧ deuicire.Quarū defectu rerū.modo p te factū eſt vt ego Syracuſis expulſus huc acceſſerim. Et mea qdē fortuna abs te deſerta minꝰ tibi vituperatiōis affert.At vero ipa philoſophia,quā ſemp laudas:quāve apud alios carere honore cōquereris,nōne abs te nūc vna mecum pdita eſt? Q; ſi Megaris fuiſſem,veniſſes vtiq̧ mihi adiutor : cū te vocaſſem:alioqn te oīm ignauiſſimū iudicauiſſes.Nūc autē ob itineris longitudinē,periculūq̧ nauigatiōis atq̧ labores,te excuſans īfamiā euitare te putas.permultū certe aberis.Si inquā hęc ille diceret:quęnam mihi eſſet pbabilis reſpōſio?Certe nulla.Quas ob res rationibꝰ quo ad fieri poteſt pbabilibꝰ atq̧ ipſo iure adductus acceſſi:reliquēs cōſuetudines meas ſatis qdē honeſtas,ſub tyrānidē neq̧ meis ſermonibꝰ,neq̧ mihi cōuenientē. Veniēs autē me liberaui,ne vel hoſpitalis Iupiter,vel philoſophica ſors accuſare me poſſet.Certe philoſophię dedecori fuiſſem,ſi ob mollitiem timiditatēq̧ vituperari potuiſſem . Cæterū cū eo veniſſem,neq̧ eñ oportet lōgius euagari:oīa apud Dionyſiū ſeditiōis plena offendi: atq̧ calūniarū ī Dionē,quaſi tyrānidē affectaret.Defendi igit̄ quātū valui.ſed parū potui.Quarto eñ fere mēſe poſt aduētū meū Dionyſius accuſans Dionē quaſi tyrānidi inſidiaret̄,in paruū cōiecit nauigiū ac turpiter expulit.Amici vero Dionis,quot eramus,cuncti formidabamꝰ,ne forte aliquē noſtrū Dionyſius quaſi ſociū illiꝰ criminis ſupplicio afficeret.Rumor autē exortus eſt Syracuſis,me occiſum eſſe a Dionyſio quaſi oīm q̄ tūc acciderint,auctorē.At ille ſentiēs nos oēs ſic affectos:veritus ne ex metu noſtro aliqd forſan accideret grauiꝰ,benigne admodū oēs recepit. Me certe ipm cōſolatꝰ bonā habere ſpem iuſſit,atq̧ vt pmanerē oīno rogauit.Erat eñ ſibi in fuga qdē mea nihil honeſti:ſed in pmanēdo.Atq̧ icciirco precari me maxime ſimulabat.preces autē tyrānorū neceſſitati pmixtas eſſe nō ignoramus.Cū vero ne abirē machinaret̄,collocauit me in arce:atq̧ his locis habitare voluit:vnde nullus poſthac nauta non modo phibente illo:ſed niſi iubēte atq̧ mittēte foret abducturus:neq̧ quiſq̄ ſiue mercator ſiue alicuius prouinciæ magiſtratus,me ſolū exeuntē cōſpexiſſet,qui nō me captū ad Dionyſiū repente reduceret:pręſertim cum iam cōtra q̄ prius vulgatū eſſet:Dionyſiū rurſus Platonē vehemēter cōplecti.Et quodāmodo ita erat.Neq̧ enim tacendū eſt verū. Complectebat̄ ille quidē ī dies me magis atq̧ magis,& gaudebat moribus noſtris atq̧ cōſuetudine.Cupiebatq̧ a me laudari magis q̄ Dionē,& amicum longe magis exiſtimari. Et ad id quidē maxime contēdebat. Rationem vero qua id optime fuiſſet factū,ſi modo fieri potuiſſet:neglexit.Hæc enim fuerat,vt mihi videlicet in audiendis addiſcēdiſq̧ philoſophię rationibus liberius adhęreret,mecūq̧ conueniret. At vero ad hoc ille diffidētior erat:timens ne quēadmodū aſſerebāt calūniatores,ſi rationibꝰ illis implicaret̄:Dio quæ cupiebat:iā eſſet oīa cōſecutus. Ego autē oīa pertuli,in eadē ſententia pſeuerans,qua ab initio pfectus eram:tentans ſiquo pacto

Preces tyrannorū cū neceſſitate mixtas eſſe.

fieri poſſet,vt ĩ cupiditatẽ vitę philoſophicę ꝑueniret.At ille cõtra nitẽs me vicit.Et primũ qdẽ tẽp⁹
meæ ꝓfectiõis ĩ Siciliã,actionũq; illic mearũ ꝑ hęc oĩa traductũ eſt:poſteris vero tẽporib⁹ in Siciliã ite
rũ ſum reuerſus:quo me oĩ ſtudio Dionyſi⁹ reuocabat.Quã vero ob cauſã rurſus acceſſerim,qdve il
lic egerim,neq; id qdẽ abſq; ratiõe,tũc demũ vobis referã,cũ vobis quid potiſſimũ reb⁹ ſic ſe habẽtib⁹
agẽdũ ſit,cõſuluero.Referã inquã eorũ gratia q interrogãt quonã cõſilio ſcdo redierim. Sed ne q̃ ac-
ceſſoria ſunt,ꝓcipuis anteponant̃,ad cõſiliũ iã deuenio. Reor eqdẽ hoĩem cõſulẽtẽ ægroto & circa vi
ctũ intẽperato,in primis hoc ſuadere debere,vt modũ viuẽdi mutet:ac ſi ægrotus in hoc obediat,tũc
alia iã illi ad medelã cõferre.At ſi parere nolit,tũc cõſulentẽ ipſm virũ putabo & medicũ,ſi eũ omiſe-
rit:q; ſi cõſulẽdo vlterius ꝑſeuerauerit,cõtra putabo:ignauũ ſ.atq; artis expertẽ.Idem quoq; de ciui-
tate,ſiue vn⁹ eã gubernet,ſiue plures,exiſtimo. Si eñ ꝓbabili quadã ratiõe rectaq; via incedẽt,popu
lo vtile aliqd cõſulat̃,id qdẽ agere,ſapiẽtis officiũ arbitror.Sin autẽ penit⁹ a ciuili ratiõe deſciſcat,neq;
veſtigia qdẽ eius ſequi velint,dicãtq; cõſultori:ꝑſtare vt rẽp.omittat neq; qcq̃ in ea cõmoueat,vtpo-
te ſi cõmouerit perituro:voluptatib⁹ autẽ libidinibuſq; ipſorũ ĩdulgeat:atq; ea ratiõe cõſulat:qua fa
cillime ſemꝑ celeriterq; ſatis eoꝝ voluptatib⁹ fiat:equidẽ eũ qui in eiuſmodi gubernatiõe ꝑſtiterit,ne
quaq̃ virũ putabo:ſed eũ potius q ꝓrſus omiſerit . In hac ergo ſentẽtia cõſtitut⁹,quotiẽs aliqs me de
rebus grauiorib⁹ cõſulit,ſiue ad diuitias,ſiue ad corpis vel animi purgationẽ ꝑtineãt,ſi quotidiana il
lius vita modũ aliquẽ ſeruare poſſe videat̃,vel ſaltẽ cõſulẽti mihi videat̃ obtẽperaturus,libẽter cõſu-
lo,neq; prius deſino q̃ initiũ ꝑ virib⁹ ad finẽ vſq; ꝑduxerim.Si aũt aut oĩno nõ petat a me cõſiliũ:aut
qui petit,manifeſte appareat cõſulẽti mihi nullo modo obtẽperatur⁹:vltro qdẽ nõ accedo ad cõſulẽ-
dũ:ꝑ vim vero,ne ſi me⁹ qdẽ ſit fili⁹.Seruo tamẽ etiã ĩuito cõſulerẽ:ac vi adhibita cõpellerẽ.At patrẽ
vel matrẽ ꝑ vim cogere nefas eẽ arbitror,niſi ꝓpter morbũ mẽte alienatos . Q; ſi ſuo quodã more vi-
uãt,q mihi nequaq̃ ꝓbet̃,neq; ĩfenſus aduerſarer fruſtra monẽdo:neq; rurſus blandiẽdo eorũ cupidi
tatib⁹ aſſentarer ea porrigẽs,qbus ego ſi indulgerẽ,viuere nolim.Hac eadẽ mẽte circa patriã vir pru-
dẽs eẽ debet : vt ita repħẽdat ciuitatis errores ſi neq; fruſtra ſit repħẽſurus,neq; ob repħẽſiõis ſtudiũ
peritur⁹.vim aũt pṫię ꝑ reip.mutationẽ afferet nunq̃:qñ abſq; expulſione & cęde ciuium emẽdari nõ
poſſit.Sed quietẽ aget,votoq; ꝓcabit̃ optima & ſibi & patrię.Hoc igit̃ pacto ego vobis cõſulerẽ.Cõſu
lebã ſĩliter Dionyſio vna cũ Dione:ea videlicet ratiõe quotidie viuere,qua ſuiipſius cõpos maxie red
deretur:amicoſq; & familiares fidos haberet:ne idẽ ſibi qđ & patri accideret . Q ui cũ multas ĩ Sicilia
magnaſq; vrbes ſuſcepiſſet,quondã a barbaris deuaſtatas:eaſq; reſtituiſſet:nõ potuit ĩ ſingulis illarũ
gubernatores rerumpublicarũ cõſtituere fidos,neq; ex domeſticis ſuis,neq; ex aliis vndecũq; cõpara
tis,neq; ex fratrib⁹ ſuis iuniorib⁹:quos ipſe educauerat:ſed tũ ex priuatis hoĩb⁹ ꝓfides,tũ ex pauperi-
bus admodũ diuites fecit.Horũ tñ nullũ fidũ ſibi gubernatiõis ſociũ potuit adhibere,vel ſuadẽdo,vł
docẽdo,ſiue largiẽdo ſiue in neceſſitudinẽ recipiẽdo:ſepties deterior Dario : qui neq; fratrib⁹ cõfidẽs
neq; his q ſub eo educati fuerãt,ſed ſociis dũtaxat Midæ eunuchiq;,captiuitatis partes diuiſit ſeptẽ
ſingulas maiores tota Sicilia:aſſignauitq; ſingulis. Atq; eos fidos nactus eſt regni ſocios,neq; vel ſibi
vel inuicẽ inſidiantes.Pręterea exẽplũ dedit qualẽ oportet ſeipm legũ latorẽ regẽq; bonũ ꝑſtare:qppe
cũ leges tulerit quib⁹ adhuc Perſarũ ſeruat̃ imperiũ.Accedit ad hęc q; Athenięſes cũ multas gręcorũ
vrbes nõ a ſe quidẽ ſed ab aliis cõſtitutas,deinde occupatas a barbaris in poteſtatẽ ſuã recepiſſent,an
nos ſeptuagĩta in eas tenuerũt imperiũ:vtpote q amicos ſibi in ſingulis ciuitatib⁹ cõparauerãt.Dio-
nyſius autẽ cũ in vrbẽ vnã vniuerſam Siciliã cõgregaſſet,ob ſapientiã nulli cõfidẽs ægre ſeruat⁹ eſt.
Carebat eñ amicis fidiſq; hoĩbus.quo nullũ maius eſt argumentũ:vel iprobitatis ſi deſint,vel ꝓbita
tis ſi adſint. Hæc igit̃ Dionyſio ego ac Dio cõſulebamus:poſtq̃ paternæ res ſic ſe habuiſſent:vt neq;
eruditoꝝ viroꝝ familiaritates,neq; decẽtes haberet cõſuetudines.Admonebamuſq; vt animũ ad hęc
intẽdẽs,ĩ primis amicos ſibi alios ex domeſticis & ęqualib⁹ cõpararet,ad virtutẽq; cõcordes.Maxime
vero vt ſeipm ſibi cõſentientẽ conſtantẽq; ꝑſtaret.huius eñ rei defectũ apud eũ eſſe q̃ maximũ,oſten
debamus,non apertis quidẽ nũc verbis:neq; enim tutũ fuiſſet:ſed ratiõe quadã latẽtiore,idẽ tamẽ ſi-
gnificante:docẽtes ita demũ vnũquẽq; hominũ tam ſe q̃ illos quibus imperat poſſe ſeruare,ſi hęc ob-
ſeruauerit: ſin autẽ contra ſe geſſerit,contra prorſus accidere . Q; ſi ita vt dicebamus incederet,ſeq;
ipſum prudentẽ tẽperatũq; pręſtaret:ſi rurſus deuaſtatas vrbes Siciliæ reſtitueret,ac legibus inſtitu
tiſq; ad remp.pertinẽtibus eas muniret:vt & ſibi beneuolę,& inter ſe inuicẽ contra vim barbarorum
auxilio forent,nõ duplicaret modo regnũ paternum verũetiam multiplicaret.Fore quidẽ ſi ita ſe ge-
reret:vt Carthaginięſes mľto magis faciliuſq; ſuæ poteſtati ſubiicerent̃:q̃ Geloni ſubditi fuiſſent:cõ
Vidẽ vt mẽtio ſit de Gelone. tra.q̃ patri accidit ſuo.ille enim impẽdere tributum barbaris coactus fuerat.Hæc erant quæ diceba-
mus ꝓcipiebamuſq; Dionyſio,nos videlicet inſidiãtes ſibi,vt multi diuulgauerãt.qui & cũ nos apud
Dionyſium ſuperauiſſent,Dionẽ quidẽ expulerũt,nos autẽ in formidinẽ coniecerunt. Verum vt nõ
pauca paucis cõprehẽdamus,Dio ꝓfectus ex Pelopõneſſo atq; Athenis,rebus iam ipſis Dionyſiũ cõ-

moneſecit. Cũ ergo liberaſſet ciuitatẽ Dio:eãq; iã bis ciuibꝰ reddidiſſet,eodẽ pacto affecti fuerunt
aduerſus Dionẽ Syracuſani,quo & antea Dionyſiꝰ.Nã olĩ Dionyſiũ Dio educare atq; erudire cõ-
tenderat:quo eũ regẽ regno redderet dignũ:taleq; ſe illi ꝑ oẽm vitã pſtare ſtatuerat.Obtrectato-
res aũt calũniatoreſq; Dionyſio ꝑſuaſerũt,Dionẽ quaſi tyrãnidi iſidiantẽ eo tẽpore hæc oĩa machi
nari: vt mẽs Dionyſii diſciplinę ſtudiis irretita,dominationẽ negligeret,eãq; Dioni totã relinq̃ret
Dio vero gubernationẽ dolo vſurpãs,illũ expelleret.Quẽadmodũ vero tũc apd Dionyſiũ,ita poſtea
inter Syracuſanos hæc eadẽ dicta iactataq; ꝑuicerũt,infami ꝓrſus turpiq; victoria his ipſis q ſupa-
uerũt.Sed q̃le id fuerit,audire vos oportet,qui me ad res nũc veſtras cõponẽdas vocatis.Veni ergo
Athenięſis hõ Dionis amicꝰ atq; adiutor eiꝰ aduerſus tyrãnũ,vt ꝑ bello amicitiã facerẽ:at pugnãs
cõtra calũniatores ſupatꝰ ſũ.Cũ vero Dionyſius conaret̃ nõ verbis ſolũ,ſed pecuniis etiã & hono-
ribus me ſibi cõciliare atq; detinere,vt mea cũ ipſo familiaritas teſtimonio foret Dionem nõ iiuria
expulſum fuiſſe:nihil apud me hac in re tanto ſuo conatu cõſequi potuit.Poſteris vero tẽporibus
Dio rediens domũ fratres duos Athenięſes ſecũ duxit:nõ ex phia ſic amicos,ſed ex hac cõi vulgari
q; familiaritate:q̃ hoſpitalitate quadã & frequẽti iter ſacra ſpectaculaq; cõſuetudie,amicitiã cõtra
here cõſueuit.Silr illi tũ ex his q̃ dixi,tũ q̃a redeũti obſeq̃a pſtiterũt,amicitiã cũ Dione cõflauerãt.
Hi ergo cũ i Siciliã ꝓfecti eſſent,intelligerẽtq; calũnias iter illos ipſos qui ab ipſo liberati erãt,i Dio
nẽ cõiectas,quaſi tyrãnidẽ affectaret,nõ ꝓdiderũt mõ amicũ & hoſpitẽ, ſed ceu ꝓpriis manibꝰ ipſi
ꝑcuſſores fuerũt.Arma eñ tenẽtes iterfectoribꝰ palã auxiliati ſunt.Et facinoris q̃dẽ illiꝰ turpitudi-
nẽ ĩpietatẽq; neq; ꝓtereo eq̃dẽ neq; enarro.Multi enim hæc diligẽtiꝰ narrauerũt,atq; narrabũt.Sed
aduerſus ĩfamiã ciuitatis nr̃æ rñdeo.Nã ſi Athenięſes fuerũt illi q ꝓdiderũt:ille quoq; Athenięſis
fuit,q neq; pecuniarũ neq; honorũ pollicitatione,vt ꝓderet illũ,adduci vnq̃ potuit. Nõ eñ ꝑ vul
garẽ mercenariãq; beneuolẽtiam factus erat amicꝰ:ſed ꝑ liberalis diſciplinæ cõionẽ.Cui certe vni,
q ſapit,plus adhibet fidei,q̃ vlli & aĩorum cõiunctioni & corporũ cõſanguinitati.Itaq; nõ tãti ęſti
mãdi ſunt illi:vt dedecꝰ ciuitati ob Dionis cædẽ afferre potuerint:quaſi alicuiꝰ p̃tii vnq̃ fuerint.
Hæc dicta ſunt oĩa:quo Diõis amicis ꝓpiq̃ſq; cõſuleret̃.Cõſulo aũt p̃terea & tertio vobis quoq; iã
tertiis idẽ ꝓrſus eadẽq; rõne:ne Sicilia neue ciuitas vlla aliq̃bꝰ hoibꝰ, ſed legibꝰ dũtaxat ſubiiciat̃,
vt noſtra fert rõ.neq; eñ dominãtibꝰ ipſis,neq; ſeruientibꝰ id vtile eſt,neq; eorũ filiis aut natis na
torũ: ſed ꝑnicioſoꝝ oĩno hoĩ meſt id aggredi.Anguſti vero & illiberalis animi ẽ eiuſmodi lucra ꝓ
ripere:nihil vel in p̃ſens vel ĩ futurũ tp̃s bonoꝝ iuſtorũq; vel diuinorũ humanorũve intelligentis.
Hæc ego Dioni primũ ꝑſuadere conatꝰ ſum: deĩde Dionyſio:tertio vero nunc vobis.Ergo parea-
tis mihi Iouis tertii ſeruatoris gratia.Præterea Dionyſii Dioniſq; exitũ aĩaduertite.Dionyſius q-
dem nõ obtemperans cõſiliis meis,viuit etiã nũc nõ honeſte.Dio vero cũ obtẽperauiſſet,honeſte in
teriit.Ei nãq; viro q præclariſſima ſibi patriæq; affectat,nihil vnq̃ niſi rectum pulchrũq; põt acci
dere.Nec vero q̃ſq̃ noſtrũ natus eſt ĩmortalis:neq; ſicui id cõtigerit,eſſet is ꝓpterea felix vt vulgo
videt̃.Rebꝰ q̃dẽ carẽtibus aĩa nihil vel bonũ eſt vel malũ exiſtimatione dignũ: ſed vnicuiq; aĩæ id
accidet,aut dũ eſt cũ corpore:aut a corpore ſeparatæ.Credẽdũ eſt reuera ſemꝑ antiq̃s ſacriſq; ver-
bis:quæ nobis nunciant ĩmortalẽ eſſe aĩam:iudiceſq; habere:ſuppliciaq; pati maxima:poſtq̃ a cor
pore fuerit ſeparata.Quamobrem minus malũ exiſtimãdũ eſt ꝑpeti grauiſſimas iniurias a delin
quentibus illatas,q̃ inferre.Quæ q̃dẽ homo cumulandæ pecunię deditus,& in pauꝑtate animi cõ
ſtitutus non audit:ac ſi audiuerit,quaſi ſuo iudicio deridẽda cõtemnit:atq; impudenter rapit
vndiq; quicq̃d exiſtimat ſibi veluti beſtiæ,voluptates ventris ſuppeditaturũ,oblectationẽq; vene
ream:ſeruilẽ certe atq; ingratã & abſurdã,nec verę voluptatis noĩe dignã:& quaſi cęcus nõ cernit
ſe fruſtra cõtẽdere inexplebilem explere cõcupiſcentiam.Neq; rurſus cernit quãtũ ſit ĩpietas ma-
lũ,q̃buſq; ĩſit rebꝰ ſemꝑ iiuſtitiæ mixta.Quã q̃dẽ neceſſe ẽ aĩam q̃ ꝑpetrarit iiuſta,ſecũ hr̃e:& dũ ꝑ
terrã reuoluit̃ iter hoĩes:& dũ ſub terrã paſſim turpiter oĩno atq; miſere circũfert̃.Cũ igit̃ hæc alia
q; generis eiuſdẽ Dioni dicerẽ,ꝑſuaſi.Interfectoribꝰ aũt eiꝰ iuſtiſſime q̃dẽ iraſceret, eodẽ q̃ſi mõ at-
q; Dionyſio.vtriq; enim & mihi & aliis,vt ita dixerim,oĩbus dãna grauiſſima intulerũt.Illi q̃dẽ cũ
interficerent eum qui volebat vti iuſtitia.Hic aũt cum nullo pacto vellet vti iuſtitia:in vniuerſo re
gno maximam habens potentiam.In quo ſi philoſophia vna cum potentia vere in idem quaſi do-
micilium cõcurriſſet,per oẽs hoĩes & græcos & Barbaros elucentem veramq; opinionẽ ſufficien-
ter omnibus oſtendiſſet:neq; ciuitatem neq; hoĩem vnq̃ fore feliciem,niſi & cum prudentia,& ſub
iuſtitia vixerit,ſiue per ſe illas poſſideat,ſiue ſub ſanctorum principũ moribus rite educet̃ atq; eru
diatur.In his q̃dẽ nocuit Dionyſius.Cætera vero ſi ad hæc comparentur,damna perexigua mihi
videntur.At enim qui Dionem interfecit,non intellexit,idem q̃d Dionyſius,ſe feciſſe. Equidem
certe ſcio,quantũ homini de homine affirmare licet,Dionem ſi regni gubernacula diutius tenuiſ-
ſet,nunq̃ in aliam dominandi formam fuiſſe conuerſurum , q̃ cum ab initio patriam ſuam Syra-

cuſas,expulſa ſeruitute in ſuo iure cõſtituit libertatis iam ſplendore lętiſſimã:deinde omni ſtudio
ciues cõgruis optimiſq́ legibus ornaturũ:p̃terea oẽm diligẽtiã adhibiturũ fuiſſe:quo tota inhabi
Hieron. taret Sicilia,liberareturq́ a Barbaris,aliis qdẽ expulſis,aliis vero ſubactis faciliꝰ q̃ fecerat Hieron.
Cũ vero hęc ꝑ virũ iuſtũ,fortẽ, tẽꝑatũ, vel philoſophũ,geſta fuiſſent,eadẽ apud multos virtutis
floruiſſet opinio:q̃ & ſalua re apud oẽs,vt ita dixerim,hoĩes viguiſſet,ſi Dionyſius nobis ab initio
paruiſſet.Nũc aũt ſiue qs dæmon,ſiue ꝑniciosus aliqs his ſeſe obiiciẽs iniq̃tate & ĩpietate:& qd̃ peſ
Ex ignorante audacia oĩa mala. ſimũ eſt ignorãti audacia:ex qua mala oĩbus oĩa & radicibus hęrẽt,& pullulãt,& ĩ poſterũ ꝓducũt
fructũ iis q naſcent̃ amariſſimũ,cũcta hęc ꝑuertit rurſus & ꝑdidit.Sed nũc tertio feliciũ auſpicioꝝ
gratia,bona dũtaxat ominemur.Cõſulo igit̃ vobis amicis,vt Dionẽ imitemini:amorẽ illiꝰ ĩ patriã
viteq́ tẽꝑãtiã magis magiſq́ cõplectẽtes.Quibꝰ aũt auſpiciis cõſilia eiꝰ ꝑficere conãdũ vobis ſit,
& q̃lia cõſilia fuerint:apte qdẽ ex me audiſtis. At ſiqs eſt inter vos,q Dorice neq̃at viuere ſcd̃m pa
trię ĩſtituta,ſequaturq́ ſiculũ viuẽdi morẽ,& eoꝝ q Dionẽ occiderũt,neq́ eũ recipe,neq́ exiſtima
re velitis vlla ĩ re fidelẽ atq́ ſynoerũ.Cęteros aũt adhortari potiꝰ debetis ad habitationẽ totiꝰ Sici
lię diſponẽdã,legũq́ paritatẽ:tũ ex ipſa Sicilia,tũ ex oĩ Peloponneſſo.nec Athenas horrere.Sũt eñ
& ibi viri virtute oĩm p̃ſtãtiſſimi,& q odio habeãt eoꝝ crudelitatẽ,q hoſpitũ cędeſe polluãt.Verũ
ſi hęc tardiora iã ſunt,vrgẽtq́ vos quotidianę,multiplicesq́ ſeditiões atq́ diſcordię:ĩtelligere vnũ
quẽq́ oportet:cui mõ vel paulũ rectę opinionis ſors q̃dã diuina largita ſit,nullũ fore finẽ ſeditio-
nũ,malorũq́ ex ſeditione naſcẽtiũ,priꝰ q̃ illi q vicerint ꝑlio,a cędibus,pulſionibuſq́ ciuiũ,atq́ etiã
iniuriarũ cõmemoratiõe vindictęq́ cupiditate tẽꝑãtes inimicis cõcilient̃,ſuiq́ ipſiꝰ cõpotes fiãt
pręterea leges ferãt cõmunes nihilo magis ad voluptatẽ ſuã q̃ eoꝝ quos vicerint:cogãtq́ illos his
legibꝰ vti.Cogãt ĩquã gemina neceſſitatis via:metu.ſ.& pudore:metu qdẽ,ꝓpterea ꝙ potẽtiores
ſint,ſuã vim demõſtrãtes:pudore vero ex eo, ꝙ rurſus potẽtiores prõptioreſq́ appareãt,tũ ĩ volu
ptatibus ſuꝑandis,tũ ĩ legibꝰ obſeruãdis.Aliter aũt nulla ꝓrſus eſt via finiẽdoꝝ maloꝝ ciuitatis ĩ
ſeipſa ſeditionibꝰ laborãtis:ſed ſeditiones,inimicitię,odia,ꝓditiones ĩ rep.vt ĩ ciuitatibꝰ ita ſe habẽ
tibus ĩtra ſe atq́ viciſſim fieri cõſueuit:ſemꝑ exorient̃.Quãobrẽ q tãq̃ potẽtiores rẽp.tenẽt,ſi ſalu
tẽ exoptãt,ipſi iter ſe eligere atq́ ĩ honore p̃ferre eos debẽt,quos eſſe audiuerint optimos: primũ q
dẽ ſenes q filios & vxores habeãt,atq́ domiciliũ : ac maiores eoꝝ q̃plurimos,& ꝓbatos, & ĩſignes,
ſufficiẽſq́ oẽs patrimoniũ poſſidẽtes.Ciuitati vero decẽ miliũ virorũ,qnquaginta eiuſmodi ſuffi-
ciẽt.Hos ergo p̃cibꝰ honoribuſq́ q̃maximis domo euocare debẽt:euocatos aũt p̃cari,atq́ iureiurã
do aſtrigere,vt leges cõdãt,q̃ neq́ victoribꝰ,neq́ victis plus tribuãt:ſed ius vniuerſę ciuitati ęquũ
atq́ cõmune.Latis deniq́ legibꝰ ĩ hoc iã oĩa cõſiſtũt.Si eñ victores ſubeſſe legibꝰ voluerint,magis
etiã q̃ illi q victi ſunt:oĩa iã erũt ſalutis,felicitatiſq́ plena:malaq́ oĩa ꝓcul aberũt.Sin minꝰ,nec me,
nec aliũ ĩ cõmune cõſiliũ ad eũ vocare oportet,q p̃ceptis eiuſmodi nõ acqeuerit.Hęc vtriq́ germa
na ſunt eoꝝ q̃ iãdiu ego ac Dio Syracuſis efficere recto iudicio aggreſſi ſumus: poſteriora tñ.Nã
prima qdẽ illa fuiſſent,q̃ apud Dionyſiũ ipſm primo,bona oĩbꝰ cõia agere conati ſumus.Sed fortu
na quędã hoĩbus potentior illa diſſoluit.Nũc aũt vos iſta conemini bona quadã ſorte diuinaq́ for
tuna fortunatius agere.Atq́ hic finis epiſtolę de cõſilio,deq́ prima in Siciliã nauigatione mea. Q̃
aũt ſequẽs ꝓfectio & nauigatio mea,neq́ ab re,neq́ temere ſuſcepta fuerit:ſicui id curę ſit,audire
iam licet.Primũ qdẽ habitationis in Sicilia meę tẽpus mihi trãſactũ fuerat,quẽadmodũ ſupra dixi
prius q̃ amicis,neceſſariiſq́ Dionis cõſiliũ darẽ:poſtea vero quãtũ potui Dionyſio perſuaſi vt me
abire ꝑmitteret.Cõuenerat aũt inter nos:vt cũ pax facta eſſet ex bello,qd̃ tũc ĩ Sicilia erat, ſtatuſq́
illius tutius cõfirmatus,Dio reuocaret̃,atq́ ego ſimul accederẽ.Voluit aũt Dionẽ intelligere atq́
exiſtimare ſe nõ quaſi in exilio,ſed in ſeceſſu quodã cõſtitutũ eſſe certo tp̃e rediturũ.Ego vero cõ-
ſentiẽs recepi me ita facturũ. Sed cũ poſtea pax ſequuta eẽt:me qdẽ acceerſiuit Dionyſius:Dionẽ ve
ro ad annũ inſuꝑ hortatus eſt abſentiã tolerare.Me aũt,vt oĩno ad eũ ꝓperarẽ,rogauit.Dio igit̃ vt
illuc accederẽ,& iubebat,& p̃cabat̃.Increbuerat enim ex Sicilia fama,Dionyſiũ miro quodã rurſus
philoſophię deſiderio affici.Quare cõmotus Dio,ne ꝓfectionẽ omitterẽ magnopꝑe flagitabat.Ego
vero q̃q̃ ſciebã iuuenes plerũq́ erga philoſophiã affici ita ſolere, exiſtimaui tñ tutius fore, vt rẽ
totã dimitterẽ,neq́ Dionyſio,neq́ Dioni parerem.Odioſa igit̃ vtriq́ reſpõdi:me videlicet ideirco
nõ ꝓfecturũ,quia ſenex iam eſſem,& eoꝝ quę in p̃ſentia fierent,nihil ita vt cõuenerat,fieret.Audi
ui aũt Architã Tarẽtinũ interim ad Dionyſium acceſſiſſe.Ego eñ illũ ante diſceſſum meũ nõnul-
loſq́ alios Tarẽtinos in Dionyſii familiaritatẽ adduxerã.Erãt & alii qdã Syracuſis nõnũq̃ Dionis
auditores:atq́ inter hos alii qdam,qui alia plurima in philoſophia audiuerãt:qui mihi viſi ſunt
cõtẽdiſſe de rebus huiuſmodi apud Dionyſiũ diſputare:quaſi ille oĩa q̃ excogitauerim,audiuiſſet.
Ille vero nec hebes eſt ad ꝑdiſcẽdũ:& honoris cupiditate vehemẽter incenſus.Placuerunt igit̃ ſibi
forte quę dicebant̃:manifeſteq́ erubeſcebat,nihil a me cũ ad eum ꝓfectus ſum,audiuiſſe.Itaq́ par-

tim amor planius audiēdi cū īuaſerat:partim cupiditas gloriæ ſtimulabat.Quā vero ob cām ī pri
ma illa ꝑegrinatiōe mea nō audiuerit,in ſupioribꝰ enarraui.Cū ergo domū ego ſoſpes rediiſſem:at
q; illi iterū reuocanti negauiſſem vt dixi,viſus iā mihi eſt Dionyſiꝰ honoris ſui cura ꝑſus ardere:
